Cum priuilegio Pontificis maximi Leonis decimi: et Francisci christianissimi Francorum regis.



Omnia opera ysaac in hoc volumine contenta: cum quibusdam aliis opusculis:

Liber de definitionibus.
Liber de elementis.
Liber dietarũ vniuersaliũ: cum cõmẽto petri hispani.
Liber dietarum particularium: cum cõmento eiusdem.
Liber de vrinis cum commento eiusdem.
Liber de febribus.
Pantechni decem libri theorices: et decem practices: cum tractatu de gradibus medicinarum constantini.
Viaticum ysaac quod constantinus sibi attribuit.
Liber de oculis constantini.
Liber de stomacho constantini.
Liber virtutum de simplici medicina constantini.
Compendium megatechni Galeni a constantino compositum.

Cum tabula et repertorio omnium operum et questionum in cõmentis contentarum:

Lugduni 1515.

¶ Antonius de toledo medicine doctor prestantissimo regie salutis moderatori domino magistro Francisco dales: preceptori honorandissimo: Salutem.

Onsiderāti mihi magnifice ac generose doctor: quanam arte graue ⁊ exosum istud ocium: quo nostrates huc usq; egrotantium penuria cōlanguent: euitare valerem: ⁊ id maxime cum ignauum corrumpāt ocia corpus: et capiant vitium ni moueantur aque. Post inexplicabiles mentis mee cogitationes: cōsultum apud me extitit: vt quod temporis carie consumptum ferme erat volumen: noua forma ac (vt ita dicam) regeneratione innouarem. Idq; ad futuram reipublice cōmoditatem facere nō fui veritus. Quid em̄ suauius q̄ bene rem gerere bonopublico: Ad istud igitur subeundum: nolui in aliam procrastinare etatem. Nam si tardus eris: errabis: transiet etas: quam cito non segnis stat: remeatq; dies: Uidi iam iuuenem premeret cum serior etas: Merentem tardos preterijsse dies. Nec alia ad hoc peragendum me mouit occasio: nisi vt patris vestigia sectans: id me quod rarum est celare: mihiq; soli (vt plurium est dānata cōsuetudo) reseruare: ⁊ in eo voluptuari dicerer: quod ⁊ mihi simul ⁊ docte medicorum cohorti: ⁊ honori: ⁊ vtilitati esse nullus ibit inficias. Nec eo quidem spero me inuidorum latratus euasurum: quos tua fretus clementia: aspidis ad speculum intuitu similes fieri non dubito: ⁊ quicquid hi oblacterent: malo (Plauti consilio) inuideri q̄ inuidere. Nam inuidiam quod habet non solet esse diu. Dicebat em̄ Horat. Inuidia siculi non inuenere tyrāni: maius tormentū. Dedi igitur (vt paucis pstringam) hec domini ysaac opera etate ferme cōsumpta et corrosa calchographis litterarijs formulis subducenda: que per eximium doctorem magistrum Andream turinum pesciensem: cōpatrem meum prehonorādum: correcta (non magno sine labore) extitere. Opus profecto laudādum. Quod munus tue dicare reuerētie nō dubitaui: cū ppter ipsius dignitatem nā magnos magna decent: tum ppter visceralem quem erga patrem meum (dum aura frueretur etherea) pretetulisti amorem: quem post eius obitum in me reuiuiscere munusculūq; hoc quātūcūq; sit: equo acceptare animo: non dedignaberis obsecro. Quod nō recusaturum te credo: cum nihil tam exile quin gloriam posse parere existimaueris. Et licet id minus foret: tanta me tua consolatur humanitas: vt non pro munere: verū pro tui animi benignitate: suscipies. Uale felix discipuli tui non immemor. Ex lugduno hac. xv. decembris anni. M. cccccxv.

¶ Simphorianus Camperius illustrissimi principis domini ducis Lothoringie ⁊ Barri ⁊c. primarius medicus: clarissimo viro Andree turino de piscia phō ac medico meritissimo.

Mi Andrea non absone mihi pfecto sensisse visus est Aristoteles beneuolētiam principium amicitie esse: ⁊ eandem semp ppter nōnihil honestū cōtrahi solere. Enimuero postq̄ apud Lugdunū agnoui te in bonis studijs adeo feruēti indefessoq; aio desudare: precipue in ysaac operibus emendādis: ab eo certe tpe meipsum et rudem: ⁊ torpidum: atq; aulicis curialiū miserijs (vt nauis saburra) affluētem: accusaui: tue virtutis obseruatione ac beneuolentie raptus: quam in amicitiam quasi ex longa temporis cōsuetudine adoleuisse putes. Quapropter mi suauissime andrea amicitie legibus astringor: tibi protinus cōmunicare quicquid de auctore ysaac aliquādo legerim. Et ne tibi fastidio sim: loca tm̄ presertim cōciliatoris adducam: que ipsemet legere poteris. Differētijs enim. iij. xj. xxiiij. xxxj. xxxiij. ⁊. xliiij. facile nobis insinuauit duos fuisse ysaac. Alterum heben amaran: alterum israelitam. Primum phm: qui de definitionibus conscripsit. Alterum medicum: qui plura in medicina opera nobis tradidit: presertim Pantechni opus: quod esse ab ysaac compositum testis est liber febrium sine dubio ysaac ascriptus: in quo particula quarta: capi. vj. seipsum citat in pantechni. Et si quis eādem fere verborum ⁊ capitū seriem Halyabbatis ⁊ Pantechni inuenerit: non miretur. Nam liber qui cōplemētum medicine appellatus est: non Halyabbati attribuēdus erat: vt placuit Stephano phie discipulo friuolis rōnibus moto: sed ipsi ysaac: vt Rasi visum est sub ysaac titulo plura adducenti que in Halyabbate inueneris nullo mutato verbo ⁊ capite toto. Fecisti itaq; oibus studiosis rem nō ingratam talem in medicina virum curare vt ederetur. Debet tibi tota medicorum schola: totūq; genus hominum: quorum alteri vsui ⁊ honori: alteri vsui maximo hoc opus futurū erit. Ego itaq; quas possum ⁊ debeo gratias ago. Et vt ad alia optima ⁊ pficua opera edenda sequaris: oro atq; obsecro. Bene vale nostri memor: qui ⁊ nos ⁊ nostra omnia tuo dicauim⁹ arbitrio. Ex bibliotheca nostra Lothoringa vltima Julij. anno. M. cccccxv.

¶ Clarissimos phos ac medicos Jo. rosatum florentinum: atq; Jo. franciscum genarium burgi sancti sepulchri ciuem: preceptores suos. Andreas turinus pisciensis: Salutat.

Pereprecium me fecisse arbitror: si studiosis atq; doctis celebrem in medicina virum: ⁊ inter arabes facile principem ysaac: e tenebris in lucem dare curauerim. Nam quanti eum fecerit antiquitas: argumento sunt Mesues: serapio atq; rasis: quorum volumina eius testimonio plena sunt. Placuit insuper Pantechni opus sub ysaac titulo ponere: cum apud omnes liquido compertum sit id constantini furtum esse: et eundem Constantinum doctrine ysaac manifeste emulum. Cui communi hominum consensui: suffragatur qd ipsemet ysaac in suo de febribus citat se in Pātechni. Rasis quoq; in continētis opere: plura sub ysaac auctoritate adduxit: que in pantechni facile reperies. Addidimus multa Constātini opuscula: verentes ⁊ illa furta esse: vt de viatico manifeste patet. Nam si mesuen legeris ipsius ysaac remedia adducentem: plura eorum in viatico comperies. Compendium Megatechni placuit apponere: nō quia opus ysaac: sed qr vtile ⁊ proficuum: ⁊ quia auctor transferens perhibetur constantinus. Oramus itaq; studiosos omnes: vt hec volumina sepius reuoluant: ⁊ si que inuenerint mendosa (que tamen minimi valoris putamus) veniam dent ob codices tum mendis plenos: tum cariosos. Uos vero mei preceptores colendissimi ob eum qui vobis innatus est affectum: bonis litteris: ⁊ vestre virtutis excellentiam ipsum ysaac sub presidio vestro capiatis: ⁊ me solito amore diligatis. Ex Lugduno. iiij. kalen. decembris. anno. M. cccccxv.

¶ Celeberrimi et omnium: tum seniorum: tum recentiorum medicorum consensu viri eruditissimi ysaac israelite Salomonis Arabie regis filij adoptiui: preclarissima opera: humano quidem generi valde necessaria: et ab artis medice professoribus maxime desideranda: incipiunt.

¶ Incipit liber diffinitionum ysaac.

Collectiones ex dictis philosophorū de differentia inter descriptiões rerū ꝛ diffinitiones earum et quare philosophia fuit descripta ꝛ non diffinita: de quoꝝ aggregatiõe ꝛ ordinatiõe ysaac medicus filius Salomonis solicitus fuit. Unde ysaac.

Plures eorū qui antiquorū libros inspexerūt: ꝛ eorum viderūt diuersitates in diffinitionib⁹ rerū: estimauerūt illud esse per diuersas ipsorū intentiones. Reuera ita est: verum ipsi conati sunt perscrutari de diffinitionibus rerū: ꝛ inuenerūt earum interrogationes quattuor: ad quarum diffinitionū scientiam absq; eis nõ peruenit̃. Quarū vna est anitas: sicut si dicas an est hoc ꝛ hoc. Scḋa est quidditas: ac si dicas: quid est hoc ꝛ hoc. Tertia est qualitas: sicut si dicas quale est hoc ꝛ hoc. Quarta est quaritas sicut si dicas: quare est hoc ꝛ hoc. ¶ Usus aũt est ꝙ anitas inquirit de essentia rei quesite an sit rei inuẽtio an nõ: ꝛ rñsio in hoc q̃d est semp cũ vtiq; si respõdẽs cõfessus fuerit eius inuẽtionẽ aut cũ non fuerit: negat illud. Quidditas vo inq̃rit de natura rei ꝛ essentia ipsius q̃ ipsa est: ꝛ ꝑpter hoc cadit respõsio in ipsa cũ diffinitiõe rei declaratiua nature ꝛ substãtialitatis ei⁹. Sed qualitas inq̃rit de ꝓprietatib⁹ ꝛ cõcomitãtib⁹ inseparabilib⁹ ex vocis forma q̃d eorū fit: q̃ꝓpter necessarium est respõdenti vt questionẽ conuertat ad interrogationem: ꝛ dicat ei ꝓprietates rei: ꝛ ꝯcomitãtia ei⁹ sunt plura: q̃d ergo eorum vis: postq̃ q̃ manifestũ fuerit q̃d velis ꝛ intellexerit: rñdebit est vtiq;: aut nõ: ſm ꝙ demonstrauim⁹ ante: ꝛ ꝑpter hoc respõsio in anitate ꝛ qualitate nunq̃ cadit nisi cũ vtiq; aut est: aut nõ. Quaritas vo inq̃rit de cã rei finali necessaria generationi vel esse ipsius: quare fuit hoc. verbi gr̃a. sicut si aliq̃s dicat de hoĩe an est: responsio nunq̃ cadit in esse nisi cũ vtiq;. qm̃ oĩ homini inest veritas: cui aũt est veritas: est esse: ꝛ cui est eẽ: ꝓculdubio est rei inuẽtio necessario. Cũq; querens dicit quid est hõ: rñdebit̃ cũ diffinitione eius: ꝛ dicet̃: homo est vnũ aĩal rationale mortale. qm̃ vnũ est genus eius: ꝛ ipsius materia subiecta est forme ei⁹ ꝛ rationabilitas ꝛ mortalitas sunt eius differẽtie ꝛ complementũ sp̃ualitatis ipsi⁹: cũ nõ sit rationale ꝛ mortale nisi homo. Et si dixerit qualis est homo: dicat̃ ei qualitas nõ inq̃rit nisi de ꝓprietatib⁹ rei ꝛ cõcomitãtib⁹ ipaꝝ. Homini aũt insunt tres ꝓprietates: eaꝝ eñ est q̃ cõuenit homini oĩ ꝛ in oĩ tpe sicut risibilitas in hoĩe. ꝛ alia earũ est que cõuenit ei sed tẽpore vno ꝛ nõ alio: sicut canicies in hoĩe apud senectutem. ꝛ alia est ipsarũ q̃ reperit̃ in q̃busdã hoĩb⁹ ꝛ nõ in omi sicut patientia ꝛ sciẽtia ꝛ geometria ꝛ mẽsuratio ꝛ musica: ꝛ reliqua que homini sunt ꝓpria sed nõ omni. Et ergo harũ ꝑpetatuꝫ nisi postq̃ notũ fuerit quã velis ꝛ intellexerit. respondebit vtiq; aut est: aut non. Et si ergo querens interrogauerit quare homo fuerit rationalis: dicatur ei vt discat intelligere sciẽtia sua: ꝛ inuestiget cõsideratiõe sua ꝛ cognitione: ꝛ ꝑcipiat veritates reruꝫ: ꝛ faciat q̃d cõueniẽs est veritati ex iusticia ꝛ rectitudine: ꝛ inquirat bona ꝛ alienet̃ a malis: vt ꝓsequat̃ retributionẽ creatoris gl̃osi ꝛ sublimis. Postq̃ ergo nouerunt illud philosophi ꝛ v̓ificatũ est apud eos ꝙ diffinitiões non cõponunt̃ nisi ex generib⁹ ꝛ differẽtijs substãtialibus: ꝛ non inuenerũt philosophie genus ex quo ei⁹ diffinitio cõponeret̃: subtiliati sunt bonitate ꝯsiderationũ ꝛ cogitationũ ipsoꝝ ꝛ descripserũt eã descriptiõib⁹ trib⁹. Una eaꝝ est deriuata ex noĩe suo: ꝛ scḋa est assumpta ex ꝓprietate sua: ꝛ tertia ẽ accepta ex sciã in alio ex opatõe sua. ¶ Descptio aũt deriuata ex noĩe suo ẽ ꝙ p̄hia ẽ amor sapiẽtie: ꝛ hoc idẽ ratiocinat̃ ex noĩe p̄hi. Phus eñ cõpositus est ex philos ꝛ sophia. ꝛ dr̃ lingua greca philos. i. amator: sophia sapiẽtia. Cũq; ita sit: manifestum est ꝙ intentio philosophi est amator sapiẽtie: ꝛ cuꝫ intẽtio p̄hi est amator sapientie: tũc intẽtio p̄hie est amor sapiẽtie. ¶ Descriptio autem philosophie ex ꝓprietate eius est: ꝙ philosophia est assimilatio operib⁹ creatoris gloriosi ꝛ sublimis ſm virtutẽ humanitatis. Et intẽtio quidẽ sermonis mei sc; assimilatio operib⁹ creatoris est ꝑceptio veritatis rerũ. s. veritas cognitiõis earũ: ꝛ operatio eius que cõueniens veritati: et intẽtio sermonis mei. s. ꝑceptio veritatis rerũ: est perceptio ipsarũ ex causis earũ naturalib⁹ q̃ttuor: q̃ sunt cã naturalis: ꝛ est ſm duos modos. s. aut spiritualis aut corporalis. Spiritualis quidẽ est sicut diuersa gñia in species suas subiecta formis ipsaruꝫ cõpletiuis spiritualitatis earũ: sicut animal q̃d est genus hoĩs ꝛ equi ꝛ reliquarũ specierũ subiectũ formis earũ ꝯstitutiuis essentie ipius. ¶ Causa autem materialis corporea est sicut argentũ q̃d est materia denarij ꝛ annuli ꝛ subiectũ formis earuꝫ. ꝛ similiter aurum est materia drachme auri. s. ꝛ annuli subiectũ formis ipsaꝝ. ¶ Formalis aũt causa est ſm duos modos. alia nãq; est spiritualis: ꝛ alia corpea. Et forma quidẽ spiritualis est sicut forma substantialis existẽs in gñe in constitutiõe essentie speciei: sicut rationabilitas exñs in vno in ꝯstitutiõe eẽntie hominis: et hinibilitas existẽs ĩ vno in ꝯstitutiõe essentie eq;. ¶ Causa aũt efficiens est ſm duos modos. s. aut sp̃ualis aut corpea. Spiritualis est sicut v̓tus vel orbicularis celestis: quã ordinauit creator gloriosus ꝛ sublimis in natura: ꝛ ipsam in natura ea cõmensurauit sup impressiones que sunt in mundo minore corporeo gñationis ꝛ corruptiõis ꝛ augmenti: ꝛ vetustatis ꝛ sanitatis ꝛ egritudinis ꝛ reliquarũ operationuꝫ naturaliũ. Causa autẽ efficiẽs corporea est sicut ars artificis faciẽtis annuliũ: ꝛ forma picture formate in aere ꝛ opus fabricatoris dom⁹. ¶ Et similiter cã finalis est ſm duos modos. spiritualis ꝛ corporalis. Corporea autẽ est sicut forma domus ꝛ cõplementũ ei⁹ q̃d est necessariũ ad hoc vt in ea habitetur ꝛ ea sit tutamẽ: ꝛ forma annuli vt in eo fiat annulatus ꝛ sigillet̃ in ea. Causa vo spiritualis. s. finalis est sicut annexio aĩe cum corpore: vt homini appareant veritates rerũ spiritualiũ: vt discernat inter bonũ ꝛ malũ ꝛ laudabilia ꝛ illaudabilia: ꝛ faciat q̃d expedit v̓itati ex iusticia ꝛ rectitudine ꝛ sanctificatiõe creatoris ꝛ psalmodia laude ꝛ confessione oñationis eius: ꝛ alienatiõe ab operationib⁹ bestialibus et sordibus: vt ꝑ hoc amplificet vl̓ perueniat ad retributionẽ creatoris gloriosi et bñdicti: qui est cõtinuatio cum anima alta: ꝛ illuminatio splẽdoris intelligẽtie ꝛ pulchritudo sapiẽtie ꝛ lumen eius. Cũ ergo ꝑuenerit ad hoc: fiet spiritualis: ꝛ cõtinuabitur splẽdori creato ex virtute creatoris sine medio: ꝛ fiet laudãs ꝛ psallẽs creatori semp ĩ ꝑpetuũ. Illud ergo erit paradisus ipsius: ꝛ retributio eius: ꝛ suprema bonitas: ꝛ sublimitas integra: ꝛ pulchritudo ei⁹ perfecta. ꝛ ꝑpter hoc dixit plato: ꝙ philosophia est tediũ ꝛ cura ꝛ studiuꝫ ꝛ solicitudo mortis. Inquit ysaac: hec descriptio est magna: ꝛ longe ꝓfunditatis: ꝛ sublimis intentionis: sapiens nãq; voluit cum dixit: solicitudo mortis: intelligere solicitudinẽ cum mortificatiõe desideriorũ alta animaliũ et voluptatũ bestialiũ: qm̃ in mortificatiõe ipsorũ: ꝛ euasione ab eis ẽ refugiũ maximũ: ꝛ claritas alta: ꝛ applicatio ad curam veritatis ꝛ in viuificatiõe desideriorũ ꝛ voluptatũ bestialium. ꝛ in vigoratiõe ipsorum est ꝙ retrahit intellectuales ab eo q̃d oportet de veritatib⁹ dei: ꝛ obedientia eius: ꝛ mundicia eius: et inseparabilitatione orationum in horis suis constitutis: et sermo quidem philosophi significat illud: ꝛ intellectus testificat̃ eius sanitatẽ. Inquit eñ: de⁹ hꝫ precepta intellectualia: que ostendunt qui ex creatura sua sunt boni: per quos voluit intelligi ꝓphetas ꝛ nũcios ꝛ doctores veridicos perducẽtes creaturã suam ad veritatẽ: precipientes iusticiã ꝛ rectitudinẽ ꝛ acceptionẽ rerum ex licentia: ꝛ cõsecutiõe boni optimi ꝛ honesti: ꝛ separatione a malo: ꝛ calũnia ꝛ iniusticia ꝛ acceptione rerum absq; luxuria.

Qui ergo nō ferūt que ꝓ̄cepta rationabilia afferūt: q̄ deus demōstrauit bonis qui sunt ex creatura sua ⁊ sacerdotibus docētibꝰ: ⁊ ꝑseuerauerint in voluptate sua: ⁊ calūnia: ⁊ arrogātia: ⁊ malicia sui opis: sordidabūt eñ peccata sua coinquinatōibꝰ suis: ⁊ deprimēt ⁊ grauabūt ipm: ⁊ ꝓhibebūt ipm ab accessione ad relationē veritatis: ⁊ applicatōe splēdoris intelligentie: ⁊ pulchritudinis sapiētie: ⁊ remanebit cōprehensus sub orbe ineptꝰ sine lege resolutus resolutionibus orbis in flāma cruciatus. Illa ergo erunt gehēna et ignis ⁊ cruciatus ipius: q̄ preparauit deꝰ pessimis ⁊ rebellibꝰ ⁊ dissentiētibꝰ a preceptis intelligētie. ¶ Phie descriptio ex sciētia sua est: ꝙ phia est cognitio hoīs suꝑ̄ꝑius: vel est cognitio suꝑ̄ꝑsius ab hoīe: ⁊ hoc est etiā lōge ꝓfunditatis ⁊ sublimis intelligentie: hō eñ cū scit seipsum vera cognitione siue cū spūalitate ⁊ corporeitate sua: tunc iam comprehendit sciam totius: vel sciam sube spūalis ⁊ corporee. In hoīe eñ aggregata sunt suba ⁊ accidēs. ⁊ suba quidē est due substātie: quaꝝ vna est spūalis sicut anima ⁊ intelligētia: ⁊ altera est corporea sicut corpꝰ lōgū latū ꝓfundū. Et accidēs silr est ₛm duos modos. aliud eñ est spūale: ⁊ aliō corporeū. Spūale aūt est sicut patiētia: ⁊ scia: ⁊ reliqua accidētia spūalia existētia in aīa. Et corporeū quidē est sicut albedo: ⁊ nigredo: ⁊ rubedo: ⁊ citrinitas: spissitudo: ⁊ raritas: ⁊ reliqua accidētia existētia in corpore. Cū hoc ergo ita sit: manifestū est ꝙ cū hō scit seipꝫ cū spūalitate ⁊ corporeitate sua: tūc iam cōprehēdit sciaꝫ totiꝰ: ⁊ scit subam spūalē ⁊ subam coporalē. ⁊ sic subam primā creatā ex virtute creatoris absq̄ medio appropriatā subiectiōi diuersitatis: ⁊ ita scit accidēs primū generale diuisum in quātitatē: ⁊ qualitatem ⁊ relationē. ⁊ scit reliqua accidētia. i. cōposita ex cōpositione sube cū accidētibus tribus simplicibus. Cū ergo hō oia illa cōprehēdit: iam tūc cōprehēdit sciam totiꝰ: ⁊ meretur vocari phs. Cū ḡ puenimus ad descriptiōes phie tres: tūc seq̄mur illud loquēdo de q̄dditate sapiētie. Dico ḡ ꝙ sapiētia describitur duabꝰ descriptiōibꝰ: quaꝝ vna est assumpta ex ꝓprietate sua: ⁊ secūda est sumpta ex operatiōibꝰ suis. Eiꝰ aūt descriptio ex ꝓprietate: est ꝙ sapiētia est ṽitas scie rerū primarū: sempiternarū: ꝑpetuaꝝ. Partes aūt p̄mas sempiternas vult ꝓceptōem rerū āntiquaꝝ natura sic spēs: q̄ sunt postreme ḡnationis ⁊ cōplementū eiꝰ: ⁊ genera q̄ sunt eis superiora: ⁊ genera generū: donec illud perueniat ad genꝰ primū ₛm ṽitatē creatū ⁊ virtute creatoris sine medio. Accidētia ṽo sunt ḡnata vsq̄ ad infinitū. Ḡna autē dāt spebꝰ suis ⁊ indiuiduis nomina ⁊ diffinitiones suas: ⁊ eo est vnū quodq̄ indiuiduoꝝ id qō ipm est: ⁊ illud ideo ꝙ vnūquodq̄ indiuiduoꝝ noīatur suba: q: ipm per se existit subiectū diuersitati: ⁊ noīatur corpus: qm̄ ipm est longū latū ⁊ ꝓfundū: ⁊ noīatur augmētabile cū elongatione extremitatū dyametroꝝ ipius post ꝓpinquitatē: ⁊ noīatur viuū: q: ipm mobile sensibile permutabile in locis: ⁊ noīatur hō: qm̄ est aīal rationale mortale. Iam igitur manifestū est ⁊ notū ꝙ indiuidua recipiūt noīa specierū suaꝝ: ⁊ diffinitiōes earū: ⁊ recipiunt genera ipsarum: ⁊ genera generū ipsarum: ⁊ diffinitiones ipoꝝ: ⁊ ꝓpterea ꝙ recipiūt ea: factū ē vnūquodq̄ eoꝝ existēs eoꝝ qō est: scꝫ veritas. Diffinitio aūt veritatis vel falsitatis est ꝙ nō est aliq̄d: aut narratio rei absq̄ eo qō est. ¶ Sapientie aūt descriptio ex opatione sua est ꝙ sapiētia est cōpletiua virtutis intellectualis: ₛm exitū eius qō est in duabꝰ extremitatibꝰ ꝯtradictiōis de vero ⁊ falso: vt diuidat eiꝰ extremitates scꝫ verū ⁊ falsum simul in materijs tribꝰ: q̄ sunt materia necessitatis vel inuētiōis: ⁊ materia possibilitatis: ⁊ materia ꝓbationis. Conditio eñ contradictionis vel in contractione: est ꝙ sermo disputantis contradicit sermoni disputantis: et expellit ipsum: et euanescere facit postq̄ octo conditiones contradictor expleuit. Quarum vna est: vt sit nomen quod ponit disputator: ipsum illud quod contradictor expellit. Secunda est vt sit adiectum similitudo quā disputator occurrere facit: illa eadē similitudo quā ꝯ̄dictor expellit. Tertia est vt nō sit nomē subiectū ⁊ adiectū predicatum vtrisq̄ ꝓpositionibus simul ex nominibus similibus vel ambiguis: neq̄ ex similibus adiectiuis que sunt ita. Quarta est vt sit tempus quod vtreq̄ contradictiōes ponūt vnū tēpus. Quinta est vt sit pars quā disputator ponit: ipsa vel eadem pars quam contradictor expellit. Sexta est vt sit correlatio ad vnā ⁊ eandē rem. Septima est vt aggregētur simul aut potentia aut actu. Octaua vt cōueniant simul ₛm has cōditiones: quarū premisimus rememorationem: neq̄ dissentiant nisi predicte negationis causa ꝙ est non. Eius declaratio est: ꝙ cū disputator ponit ꝙ seruꝰ dei est scriba: ⁊ dicit ꝯtradictor: iophar non est scriba: ambo sunt ponentes non cōtradictores: ⁊ similiter cum disputator dicit seruus dei est artifex: ⁊ dicit contradictor: seruus dei non est carpētarius. ambo sunt ponētes nō contradicentes: ⁊ simul currit rōcinatio in nominibꝰ cōibus. disputator eñ cū dicit canis comedit ouem: ⁊ ꝯ̄dictor dicit canis nō comedit ouem: ⁊ vult canē audacem. s. siluestrem: alius canē depictū ex ere: ambo nō ꝯtradicūt. ⁊ similiter cū dicit oppositor: dei seruꝰ est dormiēs: ⁊ vult somnū naturalē: ⁊ dicit ꝯ̄dictor: seruꝰ dei nō dormit: ⁊ vult somnū accidētalē sicut obliuionē ⁊ somnietatē: ⁊ parue intelligētie ⁊ prudētie: nō ꝯ̄dicūt. ⁊ silr est ₛmo ī tēpore: cū eñ oppositor dicit abdala fuit peregrinus: ⁊ vult in anno presenti: ⁊ dicit ꝯtradictor: abdala nō fuit peregrinus: ⁊ vult ꝙ in anno preterito: non cōtradicunt: ⁊ similiter sermo in relatione: si eñ oppositor dicit mel sanat egritudines: ⁊ vult egritudines phlegmaticas: ⁊ dicit ꝯ̄dictor: mel nō curat: ⁊ vult egritudines cholericas: nō contradicunt. ⁊ similiter est sermo in parte: nā si oppositor dixerit: cecus non videt: ⁊ vult visum oculi: ⁊ dixerit ꝯtradictor: cecus videt: ⁊ vult visum cordis nō cōtradicunt: ⁊ similiter est cōtradictio in potētia ⁊ actu: cū eñ oppositor dicit abdala ē scriba: ⁊ vult potētia: ⁊ dicit contradictor: abdala nō est scriba: ⁊ vult scribam actu: non ꝯtradicūt. Iam ergo manifestū est ⁊ clarū ex eis que premisimus ⁊ exposuimus: ꝙ sapientia est cōpletiua virtutis intellectualis ₛm exitū eius qō est ex duabus extremitatibꝰ ꝯtradictionis de vero ⁊ falso simul. Et postq̄ iam peruenimus ₛm illud qō explanare volumus de quidditate phie ⁊ sapientie: tūc assequemur illud de quidditate intelligentie subiecte eis simul: cū nō sit phus neq̄ sapiens non intellectualis. Inq̄t phs: in intelligentia est specialitas rerum. ꝑ quod voluit intelligi ꝙ specialitas rerum sempiternarum: ⁊ perpetuarum sit semper apud eam presens. Tūcq̄ vult scire aliquam causarum: redit ad seipsam absq̄ cognitione: ⁊ consideratione: ⁊ illud quidē cōsideratur ex testimonio. Inuenimus eñ artificē in arte sua prudentem ⁊ ingeniosum: cum vult aliquid ex ea operari: redit ad seipsum: et inuenit illud apud se ꝑ̄sens: ⁊ scit ipsum ex ea quam inter magistros scit differentia manifesta: propterea ꝙ intelligētia scit ea que scit absq̄ cognitione et consideratione: propterea q: inuenit essentiā suam semꝑ ita ꝙ nō alteratur: neq̄ hesitat: neq̄ cōsequitur ipm additio: neq̄ diminutio: neq̄ aliqua dispositionū artificis: aut prudentis arte ipsa ꝓpter id qō cōsequitur ipam de hesitatiōe ⁊ obliuione ⁊ ꝯtrarietatibꝰ in cordibus in solicitudinibꝰ rerum. Diuiditur aūt eēntia ⁊ indiget cogitatione ⁊ consideratione: ⁊ perscrutatione: ⁊ descriptione ante applicationem sui ad desiderium et voluntatem suam. ¶ Or si quis cōtradixerit nobis in indiuiduis rerum similitudine illius: et dixerit: quare non dixisti in indiuiduis etiam que sunt presentia apud intelligentiam: et cum vult scire aliquid ex eis: redit ad essentiā suā: et scit illud ex ea. Dicemꝰ ei: opposuisti falso: et ratiocinatus est quod non ratiocinasti. equasti eñ species sempiternas perpetuas: quas non sequitur permutatio: neq̄ alteratio: neq̄ augmentum: neq̄ diminutio: neq̄ generatio: neq̄ corruptio in indiuiduis remouibilibus deficientibus paulatim ꝓpter illud quod consequitur semper de augmēto: ⁊ diminutione: et generatione: et corruptione assidue. Et manifestum est quidem ꝙ illud quod consequitur augmētum: ⁊ diminutio: ⁊ generatio ⁊ corruptio: non apprehendit numerus: neq̄ continet ipsum cogitatio: neq̄ comprehendit illud scientia. ex eo autem quod taliter est: intelligētia nil apprehendit nisi quod est presens: quod vero iam preterijt: aut futurum expectatur: scientia nō apprehēdit: ꝫ qō scia apprehēdit: nō est scitū neq̄ intellectū: ⁊ ꝓpter h̄

variãt philosophi intelligentiã tribus modis. Uno eoꝝ est
intelligẽtia que semꝑ est actu: ⁊ ea cuiꝰ ꝑmisimꝰ memoriã:
⁊ diximꝰ ꝙ specialitas rerũ est apud eã pñs ⁊ semꝑ. Et scḋo
est intelligẽtia q̄ est in aĩa potẽtia añ exitũ eiꝰ ad actũ. cũq̄
fit: egredit̃ qḋ in ipsa est de potẽtia ad effectum: ⁊ fit sciẽs.
Species autem tertia descripta est per intelligẽtiam scḋam
⁊ est assimilata sensui cũ aĩa inq̄rit cõprehensionẽ rerum ex
sensu. cũ em̃ virtꝰ sensibilis pñtat res sensibiliter: imprimit
formas reꝝ ĩ phãtasia q̄ est in anteriori ꝑte cerebri: ⁊ phãta
sia ꝑducit ad aĩam rõnalẽ: cũq̄ scit aĩa similitudinẽ: ⁊ ipsa
etiã res vna cũ intẽtiõe spũali: ⁊ ꝓpter hoc describit phus
hãc speciẽ intelligẽtie ꝑ intelligentiã scḋam: q̄ ipsa incipit a
sensu: ⁊ ascendit sensum paulatim ⁊ gradatim ⁊ ordinatim
quousq̄ ꝑueniat ad intelligẽtiã que egredit̃: deinde aĩa de
potẽtia ad effectũ. Inq̄t phs: aĩa ẽ substãtia cõplẽs corpus
naturale qḋ hꝫ vitã in potẽtia. ⁊ dixit plato: aĩa est substãtia
corpori. ⁊ ꝑ istã vnionẽ ꝯtinuat̃ corporibꝰ: ⁊ agit in eis. In-
quit ysaac: forsitã aliq̄s estimat ꝙ inter v̄ba duoꝝ sit diuersi
tas: nos añt faciemꝰ ipm̃ scire descriptionẽ illiꝰ: ꝓpterea ꝙ
plato intellexit in descriptiõe sua qua descripsit aĩaꝫ ex prin
cipio motꝰ eiꝰ in initio operis eius: dixit enim ꝙ aĩa in prin
cipio motꝰ sui vnit̃ corpi orbis: ⁊ ꝑuenit ad corpus ⁊ agit in
eo: illud iḋ qm̃ ordo orbis est mediꝰ inter ordinẽ aĩe ⁊ ordi-
nem corpis: ⁊ mediatione sua inter duos ordines: cõpletur
ordinatio aĩe cũ corporibꝰ. motu nãq̄ orbis generant̃ mate
rie quattuor: q̄ sunt elemẽta corpoꝝ. Phs añt cũ aĩam de-
scripsit: eiꝰ intẽtio fuit ex cõplemẽto motꝰ sui: ⁊ ꝑfectõe ope
ris sui. dicit em̃ ꝙ aĩa est substãtia cõplẽs corpꝰ naturale qḋ
hꝫ vitã in potẽtia. Docuit ḡ nos ꝙ corꝑa anteq̄ aĩa eis cõti
nuet̃: sunt hñtia vitã potẽtia. ⁊ postq̄ aĩa ad ea ꝑuenit: cõ-
plet ⁊ ꝑficit ea viua actu. Inq̄t ysaac. in sermone nr̃o. s. sunt
corꝑa in initio viua potẽtia: deĩde ingrediunt̃ ad actũ: nõ tñ
est differẽtia: neq̄ separatio: neq̄ spaciũ tẽporis: qm̃ res nõ
remouent̃ ab eo s̄m ꝙ ordinauit ea creator sublimis: ꝓpter
qḋ interp̄tatio corꝑea nõ põt eis essentiari ab intẽtiõibꝰ spi
ritualibꝰ: nisi cũ separationibꝰ ⁊ cõtinuatiõe: vt eis obuiet
intelligẽtia q̄ est in corporibꝰ copulatis cũ receptiõe. Et for
sitan aliq̄s estimat ꝙ intẽtio s̄monis. s. ꝙ aĩa vnit̃ corpori ꝑ
illã vnitionẽ aĩabꝰ ꝑuenit ad corꝑa: ⁊ agit ĩ eis: ⁊ ꝙ ipa ĩdu-
cat corꝑa: ⁊ ingrediat̃ corꝑa. ⁊ egrediat̃ ab eis. Nos v̄o illiꝰ
destructiões faciemꝰ ipm̃ scire ꝑ ea ꝙ plato s̄m locũ suuꝫ in
sapiẽtia: ⁊ ordinẽ suũ in phia: nõ fuit ꝙ lateret corruptio hu
ius sermonis: sed ipse locutꝰ sermone corꝑeo: in quo intẽtio
est spũalis. Continuatio em̃ aĩaꝝ cũ corporibꝰ: nõ est nisi vt
suꝑ ea infundat de splẽdore ⁊ lumine suo suꝑ mundũ: ⁊ fa-
cit eum splendidũ luminosum quẽ virtꝰ penetrat: ⁊ sic inter
splẽdorẽ solis ⁊ splendorẽ aĩe ⁊ lumẽ eoꝝ est dr̃ntia in aĩa:
ꝓpterea ꝙ splẽdor solis est corpulẽtus: quẽ visus apphẽdit
in suo subiecto qḋ est aer: ⁊ splẽdor aĩe est spũalis: quẽ non
apprehẽdit nisi intelligẽtia sempiterne sensibiliter. Iã igit̃
manifestũ est ꝙ cõtinuatio aĩaꝝ cũ corporibꝰ nõ est introitꝰ
ipsarũ in eis: neq̄ exitꝰ ipsarũ ab eis. Cũq̄ ita sit: tunc iã re
manet vt sciamꝰ ꝙ aĩarũ ordines tres sunt. Unꝰ eoꝝ est or
do aĩe rationalis: secũdus ordo est aĩe bestialis: tertiꝰ ordo
est aĩe vegetabilis. Sublimiore ergo aĩaꝝ gradu ⁊ meliore
ordinata est aĩa rõnalis: qm̃ ipsa est in oriẽte intelligentie: ⁊
ex vmbra eiꝰ gñatio est. ⁊ ꝓpter hoc factꝰ est hõ rõnalis: di
scernẽs ⁊ inquirẽs suscepti ⁊ sapiẽtie: separãs inter laudabi
lia ⁊ vituꝑabilia: ĩmorãs in bonitatibꝰ: alienãs se a malis. ⁊
ꝓpter h̄ factꝰ ẽ remũerabilis: dãnabilis: qm̃ discernit inter
illud qḋ nõ remũerat̃: ⁊ ꝑ qḋ dãnat̃. ⁊ ĩferior q̇dẽ aĩa rõnali
in claritate ⁊ sublimitate ordinis est aĩa bestialis: qm̃ ipa ex
aĩa rõnali gñata est: ⁊ ꝓpter hoc elongat̃ a splẽdore intelli-
gentie: ⁊ acq̄rit vmbrã ⁊ tenebras: ⁊ priuat̃ perscrutatiõe ⁊
discretiõe: ⁊ facta est estimatiua s̄m veritatẽ: ⁊ meditatiua
s̄m trãssumptionẽ. iudicat em̃ debite ex eo vbi est veritas:
⁊ ex ꝓprietate eiꝰ sunt sensus ⁊ motꝰ: ⁊ ꝑmutatio in locis:
⁊ ꝓpter hoc facte sunt bestie presumptuose: multe audacie
victoriã querẽtes ⁊ principatũ: sicut leo acq̄rit dominiũ suꝑ
alias bestias absq̄ inuestigatiõe ⁊ discretiõe ⁊ cognitione
eius qḋ facit. Significat añt ꝙ bestie sunt estimãtes ⁊ nõ di
scernẽtes id qḋ in asino inuenit̃. inuenimꝰ em̃ ꝙ cũ ipse vlti
me sitit: si ad aquã ducat̃: ⁊ videat formã suã in ea: aut for-
mã alterius: terret̃ ex ea ⁊ refugit: ⁊ aqua tñ existit eius vi-
ta ⁊ eiꝰ cõstructio: ⁊ cũ videt leonẽ: incedit ad eum: ⁊ querit
ipsum: ⁊ vadit ad ipsum: ⁊ ipsum tñ interficit ⁊ ꝑdit eum: ⁊
propter hoc non cõsequuntur bestie retributionẽ: neq̄ pe-
nam: qm̃ non discernũt: neq̄ sciũt illud qḋ remunerat̃ lꝫ fa-
ciant ipsum: ⁊ mereant̃ retributionẽ sibi: ⁊ faciãt contrariũ
ipsius ⁊ diuersum ab eo: ⁊ mereant̃ dãnationem sibi. illud
quidẽ ꝙ inuestigatiõe priuata ⁊ discretio ⁊ ꝑceptio veritatũ
⁊ q̄ appropriata sunt cũ estimatiõe ⁊ meditatiõe. Aĩa autẽ
que est desideratiua (aliter vegetatiua) est inferior alijs in
sublimatiõe ⁊ ordine: ⁊ illud ideo est: q: gñatio eius est ex
vmbra aĩe bestialis: ⁊ ꝓpter hoc obtenebrat̃ splẽdor eius a
splendore mũdo ⁊ puro: ⁊ ingrossat̃: ⁊ grauat̃: ⁊ priuata est
sensu ⁊ motu ⁊ ꝑmutatiõe in locis: ⁊ adheret loco suo ter-
re: ⁊ facta est singl̃aris cũ desiderio: ⁊ grauatiõe: ⁊ nutrimẽ
to: ⁊ augmẽto: ⁊ diminutiõe ⁊ aptione florũ: ⁊ oleorũ: ⁊ sa-
porũ: ⁊ odorũ s̄m locũ. Et postq̄ ꝑuenimꝰ ad qḋ volumꝰ de
q̇dditate spũalitatis alte siue ordinis eiꝰ: tunc certiores su
mus ad sequendũ id rememorando qḋ est verius: ⁊ propin-
quum ei in spiritualitate ⁊ sublimitate sui ordinis. ipse em̃
est sublimior substãtijs corporeis: ⁊ in ordine suꝑior est eis:
⁊ cõsequẽs ordinẽ aĩe: cũ non s̄m veritatẽ sit corpus: sꝫ eius
materia: ipse em̃ in orizõte aĩe vegetabilis ⁊ ipsiꝰ vmbra ge
neratus est. ⁊ ꝓpter hoc factꝰ est exitꝰ eius ex inuẽtione ad
inuẽtionẽ. Uolo autẽ cũ dico ad inuentionẽ ad remanẽs:
semꝑ tp̄s qḋ non cõsequet̃ additio: neq̄ diminutio: neq̄ re
motio: neq̄ finis: neq̄ ex: neq̄ ad. Et volo cũ dico ex inuen-
tione in aĩa vegetabili: cũ sit aĩa: ⁊ reliq̄ substãtie suꝑiores
spirituales absq̄ alteratiõe ⁊ remotiõe ab ordine s̄m queꝫ
ipsarũ creator ordinauit eas. Ipse igitur ꝓpter hoc nõ sunt
augmẽtande: neq̄ diminuⁱe ꝓpter exitũ eius qḋ ab eo na-
scatur. Corpora autẽ afflicta (al's affecta) qualitatibꝰ diuer-
sis cõtrarijs: sicut elemẽta materialia q̄ttuor. q̄ sunt ignis:
aer: aqua: terra: alterant̃ ⁊ minuuntur eius exitu qḋ ab eis
egredit̃: ⁊ gñat̃ ab eis ex corporibꝰ aĩaliũ et plãtis: corrum
pũtur ⁊ mutant̃ ad ea: qm̃ ex eis gñant̃ virtute celesti quã-
tum creator sublimis ⁊ gloriosus in natura ordinauit ⁊ de-
stinauit ea cũ ipsa suꝑ actionẽ gñatiõis ⁊ corruptiõis: vt ꝑ
illuđ cõpleat̃ mũdus gñationis ⁊ corruptiõis. Splendores
añt substãtiarũ suꝑmarũ. s. aĩaꝝ triũ: sunt nõ alterari: neq̄
augmẽtari: neq̄ diminui exitu. qḋ ab eis nascit̃ est ex vmbra
splẽdor ipsarũ: ex splẽdore ipsarũ in essentia ⁊ substãtialita-
te sua. Et manifestũ quidẽ est ꝙ splẽdor oĩs splẽdidi in essen
tia ⁊ substãtialitate sua: est fortiꝰ splẽdidus ⁊ vehemẽtiꝰ lu-
minosus splẽdore vmbre eiꝰ q̄ ex eo nascit̃. Cũq̄ ita sit: tũc
ꝓculdubio manifestũ est ꝙ splẽdor aĩe vegetabilis ẽ fortior
est splẽdidior ⁊ vehemẽtiꝰ lumẽ splẽdore orbis gñati ab eiꝰ
vmbra. et ꝓpter hoc factꝰ est orbis solidus: ⁊ acq̄siuit vm-
bram: ⁊ tegumentũ: et grossitiẽ: ⁊ corpulentiã: et apphen-
dit eã sensus visus: nõ aliꝰ tñ ex sensibꝰ: qm̃ q̄uis sit corpu-
lentus: tñ est in figura ⁊ spũalitate sua ꝓpinquꝰ ordini ani-
marũ sublimiũ: ⁊ ꝓpter h̄ mouet̃ motu cõpleto ⁊ integro. q̄
est motꝰ resolutiõis: integrior est motibꝰ: ⁊ ꝑfectior est eis
ab actiõe ⁊ alteratiõe. ⁊ ꝓpter hoc nõ ꝯsequit̃ ipm̃ additio:
neq̄ diminutio: neq̄ ex: neq̄ ad: neq̄ principiũ: neq̄ finis.
et illud quidẽ est ꝓpter simplicitatẽ eiꝰ quo mouet̃: ⁊ spiri
tualitatẽ: ⁊ sempiternitatẽ: ⁊ ꝑmanentiã: ⁊ ꝑpetuitatẽ eiꝰ:
cũ non sit eiꝰ gñatio ex rebꝰ diuersis. ⁊ possibile sit vt ꝑmu-
tetur ⁊ redeat ad illud ex quo generatũ est: imo est firmũ cõsi
stens ꝑpetuũ ⁊ sempiternũ. ⁊ ꝓpter hoc effudit intelligẽtia
suꝑ ipsum ex splẽdore suo: ⁊ lumine sapiẽtie sue: ⁊ subtilia-
uit ipsum: ⁊ factũ est ꝑ illud intellectꝰ rõnalis: nõ indigens
perscrutatiõe: ⁊ discretiõe: ⁊ cognitiõe: ⁊ ꝯsideratiõe: et co
gnitiõe dñi sui creatoris: ⁊ q̇d ei necessariũ sit de veritate ⁊
magnificatiõe eius: ⁊ sanctificatiõe eius: ⁊ psalmodia: ⁊ lau
de assidue ꝑpetim sine seꝑatiõe ⁊ intersecatiõe: ⁊ ꝓpter h̄
sublimauit ipsum creator gloriosissimus ⁊ exaltatus: ⁊ at-
tribuit ei ordinẽ a quo non remouet̃: neq̄ finitur: neq̄ in-
tersecat̃: ⁊ destinauit ipm̃ suꝑ distinctiões q̄ttuor tp̄ales: ⁊
suꝑ ꝓductionẽ tp̄is: ⁊ ãnoꝝ: ⁊ mẽsiũ: ⁊ dieꝝ: ⁊ horarũ: ⁊ fe
cit ipm̃ regnare suꝑ contingẽtia q̄ apparẽt in hoc mũdo de

impressionib⁹: ꝛ apparitiõe sectarũ: ꝛ mẽsuratiõe regni cu-iusdã regis. ꝛ qđ cõsequit̃ ipsum in spacio suo de fortuna ꝛ euentu: aut reliquis: ꝛ diuersis ab eis donec finiatur secta eius ſm ꝙ destinatũ est in scientia creatoris gloriosi ꝛ subli-mis. ꝛ postꝙ peruenim⁹ ad illud cui⁹ declarationẽ qđẽ de ordinib⁹ aĩaꝝ volum⁹: ꝛ applicatiõe cuiuſcꝫ earũ cũ illo qđ cõuenit opationi eius ex corporib⁹ ꝛ passioni ipsius et rece-ptioni impreſſiõi eius ꝛ appropinquatiõe orbis cũ eo quod effuderit super ipm intelligẽtia ex intelligẽtia ꝛ lumine spi-ritualitate sufficiũt: oportet vt inueniam⁹ tñ differẽtiã inter substantiã corporis ꝛ substantiã aĩe. Dico ergo ꝙ substãtia corporis gñatur ex materijs diuersis affectis qualitatibus cõtrarijs. ꝛ ꝓpter hoc cõsequunt̃ ipsum accidẽtia: ꝛ ingre-ditur sub gñatione ꝛ corruptiõe. Substãtia vo aĩe nõ est ge-nerata ex aliquo: neqꝫ ꝑmutat̃ ad aliud: neqꝫ afficit̃ aliqua qualitatũ. nã si affecta foret: impossibile esset qn eẽt aut ca. aut fri. aut hu. aut sic. ꝙ si eẽt ca. eleuaret̃ sursũ vsqꝫ ad infi-nitũ. et si eẽt frigida descẽderet inferi⁹ in cẽtro. ꝛ si esset hu-mida: nataret ꝛ manaret in quattuor partib⁹. ꝛ si eẽt sicca: induraret̃ ꝛ cõsolidaret̃ ꝛ priuaretur motu oĩno. Iã igitur manifestũ est ꝛ notum ꝙ non est affecta aliqua qualitatũ: ꝛ propter hoc non consequunt̃ ipsam accidentia: neqꝫ ingre-ditur sub generatione ꝛ corruptione.

Conuenerunt antiqui ꝙ spirit⁹ est corpus subtile procedẽs a corde in arterias ad totum corpus: ꝛ facit ipm habere vitã ꝛ anhelitũ per pulmonẽ: ꝛ pulsum ꝑ arterias: ꝛ ascẽdit sursum ad cerebrũ: ꝛ ꝑcedit ab eo in neruis ad totũ corpus: ꝛ facit ipm habere sensum ꝛ motũ. ❡ Qȝ si interrogati fuerimus de differentia inter spiritũ ꝛ aĩaꝫ. Dicendũ est ꝙ dñtia est inter spiritũ ꝛ aĩam duob⁹ modis. Unus eorũ est ꝙ spirit⁹ est substãtia corpea quã corpus circũdat ꝛ cõprehẽdit ꝛ cõ-tinet: ꝛ aĩa est substãtia spiritualis circũdãs corpus exteri⁹ ꝛ continẽs ipsum ꝛ mouẽs ipsuꝫ. Secũdus est modus: qm̃ spirit⁹ resoluit̃ cũ resolutiõe corpis: ꝛ destruit̃ eius destru-ctione. Aĩa eñ figit̃ ꝛ remanet post separationẽ ei⁹ a corpe: ꝛ ei⁹ opatio: in corpus tñ nõ penetrat: ꝓpterea q: priuatũ est spiritu acquirẽte ei vitã ꝛ sensum ꝛ motũ: cũqꝫ priuatur sensu ꝛ motu corpus fit mortuũ: ꝛ nõ penetrat in ipm actio aĩe oĩno. ❡ Qȝ si interrogati fuerim⁹ de dñtia inter venã ꝛ arteriã: dicem⁹ ꝙ vena est cõposita ex tunica vna ꝛ cana-li vno: in qua currit sanguis ab epate ad oĩa mẽbra corpis: qm̃ ex ipso est oĩm mẽbrorũ nutrimentũ ꝛ virtus ꝛ cõstitu-tio. Arteria aũt cõponit̃ ex duab⁹ tunicis ꝛ canalib⁹ duob⁹: in quoꝝ vno penetrat spũs ad totũ corp⁹: ꝛ acqrit ei vitã: ꝛ gñat in ipso anhelitũ per pulmonẽ: ꝛ pulsum ꝑ arterias vt expellat ꝑ hoc vapores calidos a corde: et attrahat ei aerem subtilẽ. In canali vo altero currit sanguis purus mũdus a sordib⁹: vt ex eo nutriat̃ spirit⁹ vitalis: queadmodũ nutrit̃ ignis exteri⁹ ex oleo. Cã aũt quare non est possibile vt spũs ꝛ sanguis icedãt in canali vno ꝛ cursu vno: est ꝙ spirit⁹ sub-tilitate sui currit in corpe subito: sicut currit splẽdor cãdele in domo subito absqꝫ spacio tẽporis. Sanguis grossitie sua ꝛ grauitate sui mot⁹ nõ currit nisi paulatim: sicut currit aq̃ in poris terre ꝛ canalib⁹ eius. ꝛ si fit sanguis grossior aqua: tardi⁹ incedet. Si ergo spũs ꝛ sanguis incederent in canali vno ꝛ cursu vno: vinceret sanguis spm̃: ꝛ ꝓhiberet ipsum ne curreret in corpe subito: ꝛ esset in hoc corruptio ordinis naturalis. ❡ Natura eñ nomẽ cõmune dictũ a creatura. ꝛ dicit̃ de oĩ hoĩe ꝙ hꝫ naturã sibi ꝓpriã: ꝛ dicit̃ de chimis. s. de humorib⁹ quattuor: q̃ sunt sanguis et vtraqꝫ cholera et phlegma: ꝛ dicit̃ de materijs q̃ttuor: q̃ sunt ignis: aer: aq̃: terra. et dicit̃ etiã de celo: et de virtute celesti quã ordinauit de⁹ gloriosus sublimis in natura: ꝛ destinauit eã cũ ipsa su-per impressiones gñationis ꝛ corruptiõis et augmẽti ꝛ di-minutionis ꝛ mot⁹ et quietis. et ꝓpter hoc diffinierũt eam antiqui ex ꝓprietate ipsi⁹: ꝛ dixerũt. Natura est mot⁹ a qe-te ꝛ quies a motu. Et phs diffiniuit eã ex essentia: ꝛ dixit ꝙ natura est virt⁹ corpea existẽs in corporib⁹ mediãte celo in-ter aĩam ꝛ corpa. Et voluit cũ dixit virtus corpea: virtutem celestẽ: qm̃ dixit virt⁹ corpea non virt⁹ corporis. Et quideꝫ plato diffiniuit descriptiõe assumpta ex corpe eius: ꝛ dixit ꝙ natura est substãtia faciẽs cũ artificio rerũ formataꝝ. Et optime in ea hippo. est sermo: quẽ dixit ostendẽs differen-tiam esse inter aĩam ꝛ naturã: ꝛ dixit. Natura est principiũ motus vigorãs corpa: ꝛ preparãs eis ꝑparatiões nutrimẽ-ti ꝛ reliquoꝝ: ꝛ expellẽs ab ipso impedimentũ ſm virtutẽ ꝛ possibilitatẽ. Et aĩa est ꝑncipiũ mot⁹ exteri⁹ ifluẽs corpib⁹ ex splẽdore ꝛ lumine suo quo fiunt mobilia simul viua ꝛ sen-sibilia. Inqt ysaac: voluit ꝑ hoc animalẽ aĩam: cum non sit mouẽs neqꝫ sentiẽs nisi ipsa. ❡ Rationabilitas est sciã ca-dens sup occulta cũ cõsideratiõe ꝛ cogitatiõe. ❡ Diffini-tio sciẽtie absolute. Sciã est absolute ab aĩa apprehensio ve-ritatis rerũ ꝑparatarũ ad sciendũ. ❡ Diffinitio sciẽtie ve-re. Sciã est cognitio vera quã ratiocinatio ꝛ demonstratio firmat. ❡ Diffinitio cognitiõis. Cognitio est sciã fixa non reuocabilis. ❡ Diffinitio sentẽtie. Sñia est credulitas ali-cuius rei. ❡ Diffinitio cogitatiõis. Cogitatio est virt⁹ in-telligibilis ꝑcedẽs in reb⁹. qm̃ cogitatio est vna de virtutib⁹ aĩe rationalis: ꝛ ꝓpter hoc fact⁹ est oĩs cogitãs rationalis. ❡ Diffinitio memorie. Memoria est apprehẽsio rerũ exi-stentiũ in aĩa cũ indagatiõe ꝛ inquisitiõe. ❡ Diffinitio re-cordationis. Recordatio est inquisitio aduẽtus rei iã oblite a virtute cogitatiua. ❡ Diffinitio cõsiderationis. Cõside-ratio est incessus ꝯsilij in ꝑcordijs. ❡ Diffinitio seruatõis. Seruatio est memoria cõtinua non indiscreta. ❡ Diffini-tio discretionis. Discretio est ꝯsecutio oĩs rei cũ similibus suis. ❡ Diffinitio ratiocinatiõis. Ratiocinatio est faciens causam currere in cãto. ꝛ diffinierũt eã quidam discretio-res. Dixerũt ꝙ ratiocinatio est sermo in quo cõponuntur res diuerse: ꝛ prouenit ex eis vna vera necessario. Inquit ysaac: hec diffinitio non existit ꝑ se: imo indiget aliquo quo fiat vera: impossibile est eñ vt ꝑueniat vna res vera ex re-bus diuersis: nisi cum explanatiõe ꝛ significatiõe veritatis eius: ꝛ sic non erũt sibi equales. ꝛ demõstratio non cõsistit nisi vt curreret cã in causato: cũ non sit cã nisi in cãto in cau-sante: ratiocinatio eñ firmat ꝯsideratiõeꝫ verã: ꝛ dirigit eã. ❡ Diffinitio manifestatiõis. Manifestatio est quies intel-lectus cum firmat̃ argumẽtatio cũ demõstratiõe. ❡ Dif-finitio demõstratiõis. Demõstratio est ratiocinatio ita vt non remoueat̃ subiectũ ꝛ ꝑdicatũ ꝛ ꝓpositio cui medium non est. ❡ Diffinitio veritatis. Ueritas est ꝙ res est. ꝛ diffi-nierunt eã discretiores: dixerũt eñ veritas est sermo quem firmat demõstratio aut sensibiliter aut intellectualiter. In-quit ysaac: sermo iste ꝯsistit sicut existit diffinitio: qua vtit̃ ille qui sup eã affert diffinitionẽ dialectice ꝛ intentionẽ phi-losophie: q: diffinitio est enunciatiua nature rei ꝛ essentie eius. Et sermo quidẽ dicẽtis ꝙ veritas est q̃ enũciatiua est nature veritatis ꝛ ei⁹ essentie: qm̃ illud ſm ꝙ res est: nõ est veritas: nisi ꝙ est sermo veridicus. veritas est id qđ firmat demõstratio aut sensibiliter aut intellectualiter. nõ est nisi enũciatio qualitatis ꝓpinquãs veritati ꝛ intellect⁹ insipiẽ-tium sermone corpeo ꝓpinquo intellectib⁹ ipsoꝝ. ❡ Diffi-nitio falsitatis. Falsitas est ꝙ nõ res est. et dicit̃ falsitas nar-ratio rei cum diuerso qđ est ipsa ꝛ ipsi⁹ contractio. ❡ Dif-finitio veri. Uerũ est affirmare rẽ rei: cui est ſm veritatẽ: aut expellere rem a re a qua vere remouet̃. ❡ Diffinitio falsi. Falsum est affirmare rem re q̃ ab ea remouet̃ vere: ꝛ remo-uere rẽ a re q̃ ei affirmat̃ ſm veritatẽ. ❡ Diffinitio necessa-rij. Necessariũ qđ impossibile est remoueri. ❡ Diffinitio impossibilis. Impossibile est cui⁹ impossibilis est inuentio. ❡ Diffinitio incõuenietis. Incõueniẽs est duoꝝ ꝯtrariorum in re vna ſm nomẽ vnũ: et ſm similitudinẽ vnã ꝛ partẽ vnã in tpe vno ꝛ relationẽ vnã: ſm ꝙ aũ ostẽdim⁹ in hoc nostro libro. ❡ Diffinitio possibilis. Possibile d: ſm duos mo-dos. aliud eñ est verũ: aliud est falsum. Uerũ autem est vt existat inter duas extremitates cõtradictiõis: in qua igno-ratur que ipsius extremitas appareat. Illud autẽ qđ nõ est verũ: est ſm duos modos. Unũ eoꝝ est possibile: cui⁹ existẽ-tia nondũ est necessaria ꝓculdubio: sicut ortus solis mane ab oriẽte: lꝫ eius nondũ ortus sit: tñ orit̃ cras ꝓculdubio. ꝛ sc͂dm possibile qđ verũ est vt existat actu: ꝛ exit⁹ ei⁹ nõ est interius natura: sicut venator regnãs in successione ꝛ muni-to: dux exercit⁹. ysaac. testifico: quidem me vidisse in egy-

pro huiusmodi. dominabatur em̄ eidē quidā ducu3 de filijs tolonis q̄ dicebat̄ filiꝰ ta.ir: ꝛ magnificatū est eius iperiū: et relarata est memoria eiꝰ: ꝛ terruerat ipsius exercitū: ꝛ erat dux exercitus eius quidā magister minutoꝛ nomine bidel. ❡ Diffinitio mētis. Mens est potētia incedens in possibiliū9 et vtēs ṽtute aīali. Illud ideo qm̄ formas rerū quas facit nos inuenire sensus in natura ꝛ materia eaꝝ: facit reperire virtus animalis sapiēter accōmodatas ex natura ꝛ materia ipsarum. ꝛ dicitur etiam mens de virtute quiescēte in re quesita an sit ei hoc ꝛ hoc ꝛ an non. ❡ Diffinitio estimationis. Estimatio est virtus incedēs in impossibilibꝰ. ꝛ dicit̄ ꝙ estimatio sit iudiciū de re ex apparitione: nō ex eo vbi est veritas. ꝛ ꝓpter hoc facte sunt bestie estimantes non meditantes nisi illud de eis ſm accōmodationē ꝛ trāsumptionē. ❡ Diffinitio sensus. Sensus est sigillatio impressionis sensati in sentiente. Sensatū em̄ sicut agens excitādo sentiēte3: ꝛ mouendo ipsum ad cognoscendū essentiam sui: sicut liber mouet lectorē excitādo ipsu3 ad cognoscendū qḋ ī libro est de scietijs ꝛ ꝓpositis. ꝛ sicut desideratu3 qḋ mouet ꝛ excitat ipsu3 ad cauendū sibi ꝛ cōsiderandū se an consoletur cū eo. ꝛ hoc etiā dicit̄ ecōuerso: ꝛ est vt fiat sentiens loco agentis: ꝛ sensatum loco patiētis: sed ad illud non inuenitur veritas: in plurimo em̄ huius sermonis ſm hunc modum nō inuenit̄ passio: propterea ꝙ inuenitur ſm veritate3: sed ſm transumptionē: noīe tamen non intētione. Ex hoc est ꝙ hō dicitur scire creatorē sublimē ꝛ gloriosum: ꝛ creatorem non cōsequitur passio aliquo modo: immo est factor oīs facti: et creator omnis creati. Cūq3 creatorē non sequatur omnis passio: non est homo ꝓpterea ꝙ sit ipsum agens. Actus aūt dicit̄ ſm duos modos: scilicet spiritualis ꝛ corporeus. Spiritualis etiā dicitur ſm duos modos. alius em̄ est quē agēs non pertransit: ꝛ non egreditur ab eo ad aliud. ille aūt quē agens non transit: nō egredit̄ ab eo ad aliud: est sicut cogitatio hominis: ꝛ est cōsideratio in se. scit em̄ ꝙ ipsum iuuat ab eo qḋ ei nocet: ꝛ ille quidē quē pertrāsit agens: egredit̄ ab eo non ad aliud: est sicut sensati in sentiēte. Sensatū em̄ transit actum suum: ꝛ egreditur ab eo ad sentiētem. ꝛ similiter actus desiderati in desiderante: ꝛ liber in legente. Et nullus quidem horum actuum ſm quē non trāsit agens ad aliud: ꝛ trāsit ad aliud: est contrarius subiecto suo: neq3 discordans ab eo sed est cōueniens ei: ꝛ accidens in ipso. homo nāq3 cogitās ꝛ cōsiderans in eo qḋ iuuat essentia3 suam ab eo quod ipsi nocet: non est cōtrarius sibi ipsi: neq3 discordās a sermo addit ī ea per id qḋ in ipsa imprimit. et similiter sensatum non est cōtrarium sensui: neq3 discordans ab eo: sed est ipsi conueniens: ꝛ in ipso addens cum eo qḋ imprimit in ipso. ꝛ excitat ad cognoscēdū se: ꝛ qḋ vult ex ipso. Actus aūt corporeus est actus existens in corporibus motis in seipsis ꝛ mouētibus aīalia: sicut animal quod mouetur in seipso: ꝛ mouetur motu ipsius molendini mola. ꝛ sicut aer: q̄ mouet̄ in seipso: ꝛ ingreditur in velum nauis: ꝛ mouet ipsum mouendo illud: ꝛ eius est species altera cōposita: sicut homo qui mouetur ꝛ mouet remos nauis: ꝛ mouetur nauis motu eorū simul. ❡ Diffinitio cōueniētie. Cōueniētia est inuentio diuersorum in re vna: sicut inuentio hominis ꝛ equi ꝛ reliquorum animaliū in vno: ꝛ ipsorum cōuenientia: ꝛ receptio nominis ipsius: ꝛ discretionis simul ab eis. ❡ Diffinitio cōiunctionis. Cōiūctio est ꝓprietas corporum ad inuicem. ❡ Diffinitio cōtactus. Contactus est ꝯiunctio extremitatum in loco. ❡ Diffinitio adherentie. Adherentia est continuatio corporis alicuius cum corpore altero. ❡ Diffinitio dilectionis. Dilectio est desideriū aīe ad illud quod querit cum cōplemēto cause cōiunctionis. ❡ Diffinitio cōcupiscentie. Cōcupiscētia est supfluitas dilectiōis. ❡ Diffinitio voluptatis. Voluptas est desideriu3 ꝛ inquisitio rei desiderate. ❡ Diffinitio cōditionis ꝛ creationis. Creatio est essentialitas entium ex non esse. ❡ Diffinitio cōditoris vel creatoris. Creator ē faciens esse ꝯ ssentia ꝛ non esse. Forsitan aliquis estimat ꝙ nō esse: est priuatio. Nos autē faciemus ipm̄ scire illius destructionē: ꝓpterea ꝙ priuatio non est nisi post inuentionē: sicut res que īuenitur postea priuatur ꝛ dicit priuatū per hoc ex hoc: sicut hō qui fuit videns: deinde passus est in visu suo: ꝛ dicitur: ille priuatus est visu. ꝛ similiter in omni quod est inuentu3 ꝛ postea priuatur: dicitur priuatū est hoc ꝛ hoc. ꝛ neq3 pōt aliquis de eo quod fuit inuētū: ꝛ postea priuatū: dicere ꝙ sit priuatū ex no esse nō ens em̄ nō habet formā in mēte ita vt dicat̄ priuatū aut mutatū. ❡ Diffinitio generatiōis. Generatio est exitꝰ corporee sube ex priuatiōe ad inuētionē. Gn̄atio nāq3 omnis gn̄ati naturalis ꝛ nature quidē non agūt aliq̄d ex non esse: sed ipse faciunt ꝛ generāt virtute celesti: quē ordinauit creator in eis. ꝛ destinauit eā actui gn̄ationis ꝛ corruptionis: sicut gn̄atio ab eis corporū animaliū ꝛ plantarū ex elemētis quattuor. actꝰ enim ipsoꝝ est actio: ꝛ gn̄atio non conditio: nec creatio: cum cōdito: ꝛ creator vere sit deus: cuius fama sublimis: ꝛ cuius noīa sanctificata: ꝛ nō est deus preter ipsū: neq3 adorādus nisi ipse. ❡ Diffinitio corruptiōis. Corruptio est ingressus ex inuentione ad priuationē: sicut resolutio corporꝝ animaliū ꝛ plantarū: ꝛ corruptio eoꝝ ꝛ permutatio eorum ad elemēta ex quibꝰ ipsa sunt gn̄ata. ❡ Diffinitio augmēti. Augmentū est elongatio finiū corporis post propinquitatē eorū. ❡ Diffinitio mutatiōis. Mutatio est permutatio in locis cū interpositiōe ꝛ distentiōe. ❡ Diffinitio tp̄is. Tēpus est spaciū qḋ separat motus celi. ❡ Diffinitio eternitatis. Eternitas est quod non separat motus. ❡ Diffinitio perpetuitatis. Perpetuitas est spaciū non separatū neq3 intersectū. ❡ Diffinitio arbitrij. Arbitrium est ꝑparatio receptiōis: ꝛ penetratiōis actus cū voluntate. ❡ Diffinitio tristicie. Tristicia est solicitudo ꝛ angustia ꝓpter priuationē amati ꝛ fugam quesiti. ❡ Diffinitio timoris. Timor est casus horribilis alicuius. ❡ Diffinitio creature. Creatura est gn̄atio rei ex re cum corruptōe forme eiꝰ ex qua generat̄: ꝛ permutatiōe eius ad forma3 alterā: sicut exitus corpis aīaliū ꝛ plātarū ex elemētis q̄ttuor cū corruptione forme elementorū: ꝛ permutatiōe eorū ad formā animalium ꝛ plantarū. ❡ Diffinitio artificij. Artificiū est operatio forme alicuiꝰ in materia aliqua preter corruptionē forme materie: ꝛ absq3 corruptione forme formati in materia post expletionē ab artifício operatiōis eius: sicut forma anuli ꝛ denarij in argento est absq3 corruptiōe argēti: ꝛ neq3 exitus eiꝰ est a natura ꝛ essentia sua: ꝛ neq3 corrūpit̄ forma anuli ꝛ denarij postq̄ artifex ea cōplet. Et similiter forma drachme ꝛ monilis: ꝛ reliquarū formarū in auro formataꝝ est preter corruptionem auri: neq3 egredit̄ ab essentia suā ꝛ natura: ꝛ neq3 corrūpitur forma drachme ꝛ reliquarū formarū post quietē operantis eas. ❡ Diffinitio operatiōis. Operatio est in qua euanescit forma operati: ꝛ corrumpit̄ post quietē faciētis eam: sicut ambulatio q̄ euanescit ꝛ priuat̄: ꝛ nō inuenit̄ eius vestigiū post quietē ambulātis. ꝛ similiter locutio: qm̄ euanescit ꝛ intersecat̄ post quietem loquētis. Et si ꝯtradixerit nobis aliq̄s: ꝛ dixerit quare dixisti ꝙ forma sermonis euanescit: ꝛ nō inuenit̄ eiꝰ vestigium post quietē loquentis: cū inueniamus ꝙ omne qḋ est dictū positū est in pectoribꝰ audiētiū: ꝛ scriptū: ī scriptꝭ. Dicemꝰ ei: hec tua sententia vana est. illud em̄ qḋ remanet in pectoribus audiētium: nō est nisi forma narrationis narrate: nec forma locutiōis: qm̄ locutio intersecat̄ p̄mo: ꝛ post destruit̄ finit̄ ꝛ abscindit̄: ꝛ nō audit̄ post quietem loquētis: ꝛ similiter ambulatio abscindit̄ primo ꝛ finit̄ ꝛ non auditur post quietem ambulātis: ꝛ ꝓpter hoc ambulās cū vehementer fatigatur: cedit ambulationi: ꝛ quiescit: ꝛ inuenit requiem ex ꝓpinquo. ꝙ si forma ambulātis esset fixa ꝛ māsiua post quietem ambulantis: esset fatigatio fixa ꝛ māsiua post quietem ambulantis. visus vero testificatur eius cōtrariū. Hic finiūtur collectiones ysaac Israelite medici in discriptionibus rerū: ꝛ diffinitionibus earum: ꝛ differentia inter descriptionem ꝛ diffinitionem.

Liber aggregatus ex dictis philosophoꝝ antiquoꝝ de elemētis ꝑm sñiam aristotelis ⁊ hippocratis ⁊ galieni: de quoꝝ aggregatione ⁊ appositione solicitus fuit ysaac salomōis filius israelita. Incipit tractatus.

Incipit prima pars (tres eñi partes sunt) libri de elementis ysaac filij salomonis regis arabie.

¶ Illi vo q̄ dicūt elemēta eē plura: dissentiūt ſm tres mo dos. alii em̄ eoꝝ dicūt ꝙ sunt tres: s3 estimāt ꝙ ipa sunt ma teria ⁊ forma: ⁊ creator gl'iosus ⁊ sublimis. Et alii eoꝝ q̄ di cūt ꝙ ipa sunt tres: ⁊ sunt materia ⁊ forma ⁊ mot⁹. Et q̄dā eoꝝ sunt q̄ dicūt ꝙ sunt q̄ttuor. ⁊ sunt ignis: aq̄: aer: terra. Et alii eoꝝ sunt q̄ dicūt ꝙ sunt sex. ⁊ sunt elemēta q̄ttuor. ⁊ ꝯueniētia ⁊ discordātia. Et quidā eoꝝ sunt q̄ dicūt ꝙ eoꝝ numer⁹ denarius: qm̄ ipe est ꝑfectio numeri: ⁊ cōplemētū ipi⁹. Inq̄t ysaac: ei q̄ de hac ꝑteruitate ꝑteruit: ⁊ si elemē tū ē vnū: ⁊ est gn̄atio gn̄atoꝝ ex eo: nō euacuat̄ ipoꝝ gn̄atio ex ipo q̄d sit aut ꝓpter naturā elemēti ⁊ eius essentiā: aut ꝓpter factorē extra ipm̄. si g̊ illud est ꝓpter naturā ⁊ essen tiā ei⁹: nō ē possibile vt gn̄et ex eo nisi qḋ sile est nature ei⁹ ⁊ ꝯueniēs ei: qm̄ oīs forma naturalis seruat naturā suam ⁊ eēntiā suā in gn̄ato qḋ sibi sile est: ⁊ faciēs ī ipo augmētū sicut caliditas. inuenim⁹ namq̄ ipam seruārē naturā suam ⁊ faciē suā: ⁊ faciētē forte qḋ est ei sile: ⁊ augmētū in ipo fa cientē. Elemētū vo nō est ita. inuenim⁹ em̄ ipm̄ relinq̄re na turā suā: ⁊ essentia suā: ⁊ pmutari ad naturā gn̄ati ex eo. cū g̊ illḋ ita sit: tūc gn̄atio gn̄atorū ex elemēto nō ē ꝓpter natu rā vel essentiā ei⁹: īmo ꝓpter factorē extra ipm̄: ⁊ agētē in ipm̄. Elemētū igit̄ nō est vnū. Et optim⁹ q̄dē Hippo. iam ꝯdixit ei q̄ dixit ꝙ elemētū ē vnū artificiose: ⁊ dixit si elemē tū eēt vnū: hō nō doleret: neq̄ pateret̄: ⁊ si pateret̄ nō opor teret vt eēt ei⁹ passio sp̄ nisi vna: nec vt ei⁹ sanatio ⁊ reductio ad dispositionē primā: esset nisi regimine vno et medicina vna. Inq̄t Ysaac ꝓpterea ꝙ dolor nō est nisi sensus rei aīal' naturalis cū exitu a natura ⁊ eēntia sua: ad id qḋ diuersum est ab ea ⁊ sibi ꝯtrariū: tūc si elemētū est vnū: non erit ī corpib⁹ gn̄atis ex eo ꝯtrarietas: neq̄ discordia: neq̄ pmutatio de dispo sitione ad dispōnem a qua ꝑueniat dolor. ⁊ silr̄ nō oportet vt sit passio: qm̄ cū nō fiūt ille res q̄ ad inuicē opponūtur: ⁊ agāt ad inuicē: ⁊ patiāt̄ ad iuicē: nō oportet euenire passio nē. ⁊ si passio accidit ꝓpter cās nouas corpi extrinsec⁹ adue niētes: nō oportet vt silr̄ passio sit nisi vna sp̄: qm̄ ꝯtrariū vni⁹ rei vnū ē. ⁊ silr̄ nō o3 vt sit sanatio ⁊ sanitas nisi medicina ⁊ regimine vno. Nos aūt nō inuenim⁹ illud ita. inuenim⁹ eī hoīem pati passiōes plurimas: ⁊ pmutari ad res diuersas ⁊ ꝯtrias: sicut caliditas ⁊ fri. ⁊ hu. ⁊ sic. ⁊ iuenim⁹ ei⁹ sanationē ⁊ sanitatē existere medicinis diuersis ⁊ ꝯtriis. Iā igit̄ mani festū est ꝙ corp⁹ hoīs ē gn̄atū ex reb⁹ diuersis ⁊ oppositis. sc3 cali. fri. ⁊ hu. ⁊ sic. cū ipm̄ nō alteret̄ nisi eis: et nō pmute tur nisi ad eas: neq̄ sanet̄ ex passione nisi cū eis similib⁹. hō igit̄ cōposit⁹ est ex elemētis: cū elemēta nō sint absq̄ q̄lita te: vel ipa enūciata q̄litatib⁹ suis: neq̄ q̄litates aliq̄d absq̄ elemētis noīate noīb⁹ ipoꝝum. Cū em̄ ignē iam dicis: iam enūcias caliditatē: ⁊ q̄n dicis caliditatē ⁊ sic, enuncias ignē

cum vo sit calidum et siccu natura et actu simul. Qd si dixerit
qz cu corp9 humanu sit copositu ex elemetis quattuor: qua-
re eius nutrimentum no est ex eis. Dicemus ei qz illud est
qm ipa sunt in corpe huano coposita comixta, et simplex qui
dem nutrit copositu. neqz agit in ipso: sicut nutrit copositu
et agit in ipo. et illud quide est ppterea qz similat ei in copo-
sitione: et qm cu nos afferim9 corpi aliqd copositu ex eis: est
quasi nos afferam9 ei ipa eade: cu copositu ex eis no sit ex-
tra ipm. etsi nos multotiens vtamur eis: cum sint simplicia
sm semita iuuameti: no sm semita nutrimeti. potamus em
aqua frigida assidue aut infrigidante caliditate accidetale
mebris et vapore: et ad humectadu cibu ad h vt ei9 via et cur
sus fiant faciles in corpe. Et attrahim9 aere assidue ppter-
ea: q: indigem9 eo in expulsione vapor a corde: et in nutrie
do a corde spiritu vitale et teperado ipm. Et calefacim9 nos
ad igne vt expellam9 frigus a nobis. Et balneamus nos aq
calida ad lenieda corpa nra et humectada ipa. Et inuenim9
queda aialia q nutriuntur ex terra solumo: ppterea qz ipsa
sunt ppinq nature ei9 et silia. Qd si dixerit cu ho sm te no
fiat sentiens apprehedes dolore et delectatione: nisi q: ille est
copposit9 ex elemetis diuersaru naturar: quare vnaqueqz eo
qd sibi delectat similat et couenit: et refugit: et dolet ex eo qd
est sibi diuersum et ctriu. qre g no sunt arbores et plate etia
sitr: cu ipe sint copposite ex diuersis elemetis. Dicem9 ei: qm
sensus e sm tres modos. ipe em e naturalis: et aialis: et in-
tellectualis. Et sensus qde absolut9 e sensus rei absolute cu
dolore exit9 a natura et essentia sua ad diuersum sm qz ipa e
et ctriu eius. Et delectatio quide absoluta est sensus rei abso
lute: cu dilectione eius qd ptingit nature et eentie ei9. Si g
sentiens fuerit naturale: ei9 sensus erit naturalis: et si fuerit
aialis: erit ei9 sensus aialis. et si fuerit intellectualis: ei9 sen-
sus erit intellectualis. Et sensus quidem naturalis est qui
est ppri9 arborib9 et platis. et qm ipa sunt naturalia: ppter
hoc sentiut sensu naturali. Qd si nature et copletioi sue coue
nies e ex nutrimeto: et delectant eo: et recipiut ipm assidue.
Si vo diuersu sibi: et refugiut ab ipo eo qz diuersum e a na
tura et cplexioe ipor: et expellut ipm a se. Significatio aut
illi9 est qz ipa recipiut aqs dulces: et delectant aq pingui: ter
ra et aere teperato et caliditate leui: et refugiut ab aqs nitro
sis aluminosis et sulphureis: et terra calefacta et aere supflue
caliditatis et frigiditatis. Ex eis aut q significat illud: est qz
videm9 de augmeto et fructificatioe ipsaru in terra pingui: et
aqua dulci: et aere comesurato: et exiccatioe iparu penuria
nutrimeti extenuatione: et fructuositate in terra: et aquis et
aere diuersis ab alijs. Jam igit manifestu est qz arbores et
plante qmuis no sentiant sensu animali: tn sentiut sensu na-
turali: et delectant eo qd est eis coueniens ex nutrimeto: et re
fugiunt ab eo qd ab eis diuersum est. et illud quide signifi-
catur ex mebris nris. Inuenimus em ipsa delectatia eo qd
couenit coplexioni ipsor: et recipe ipm ad se: etsi no sentiat
illud: et refugere ab eo qd ab eis diuersu est: et expellere ipz
a se: etsi no sentiat illud sensu aiali. ¶ Qd si cotradixerit no
bis p elemeta ipa: et dixerit: qd g dicis de elemetis: sunt ipa
sentietia: aut no sentietia: qliter ergo est possibile vt fiat sen
tiens ex no sentiete? Dicemus ei: nos no dicimus qz sensus
insit corpib9 gnatis ex elemetis: et cosequat qd nos interro
gas: imo ex sermoe nro no est manifestu nisi qz sensus inest
aiabus trib9. s. aie vegetabili: aiali: et ronali. Et vegetabili
qde inest sensus naturalis: quo sentit i nutrimeto et augme
to suo. Et animali inest cum sensu naturali sensus anima-
lis quo sentit dolore corporeu: et mouet voluntarie. Et roni
inest cu sensu naturali et sensu aiali: intellectualis sensus: q
est interpretatio: et discretio: et pscrutatio: et solutio et liga-
tio et cognitio rerum sm veritate. Ex eis aut q significant il
lud: est qz inuenim9 a corpib9 cu ab eis separent aie: remoue
ri sensum. Sensus igitur inest aiali: no corpib9. aia no est ge
nerata ex elemetis: imo ex creatioe et nouatione: et ppter h
sunt facta vegetabilia ppterea qz in eis no est nisi aia vege-
tabilis tm: hntia sensum naturale solumodo: sicut nutrime
ti et eius quo fiunt fortia et masiua: et copletur motus natu-
ralis. s. augmentu. in aialibus vo cu sit cu aia desideratiua
aia aialis: aggregat in eis cu nutrimeto et augmeto et motu
naturali: mot9 voluntari9 et sensus corpore9 sicut visus audit9
et gust9: q sunt eis silia. In hoie aut ppterea qz e cu duab9
aiabus: aia ronalis aggregat in ipo cu nutrimeto et augme
to et sensu corporeo sensus spualis: et inuestigatio: et discretio.
et ppter hoc fact9 est cui cu precipit phibet remunerabilis
et danabilis. Qd si dixerit: ego no dico qz elemetu lz sit vnu:
sit mobile et passibile: qm ex sermone meo est qz est vnu tm
mobile et no patiens? Dicemus ei qz verbu hoc est manife-
stioris corruptionis qz primu: et illd est ppter duos modos
Unus eor qd demostrauim9 nup: et dixim9 qz dolor est p-
mutatio rei naturalis ad no naturale: et ois pmutatio dua-
bus indiget rebus: agete et patiete: vt fit ex agete actus: et
ex patiete sensus cu dolore. Si vo priuat vna duaru rerum
sc3 sensus et passio: no erit dolor penit9. Illud aut significat
ex corpibus celestib9: et corpibus mineralib9. Corpa naqz
celestia sentietia sunt: sed no sunt patietia: neqz permutabi
lia a natura et essentia sua: et ppter hoc no dolet. Corpa vo
mineralia patiunt: s3 no noscut passione quapropter no do
lent. Necessariu igit est qz sequat vt no fiat dolor: nisi sensu
et passione simul. Modus aut sensus est: qz si elementu esset
imobile: no esset potetialis gnatio gnator ex eo. Ens naqz
sm tres modos existit: sm qz declarauim9 an: aut creabilis
aut naturalis: aut artificialis. Si g dicis qz e sm semita crea
bilis et nouatiois: sermo manifeste destructiois. Creabilis
naqz est q pprius est actioni creatoris gloriosi et sublimis:
qm ipse generat causas ex nihilo: scilz generat generata. ex
priuatioe videlicet ex no existete. Sed priuatio no est fons
existes in mete ante gnatione gnator ex ea. Elementu aut
est fons et existes fixu an generatione generator ex ea. Ele-
mentu aut est ca: priuatio aut no est elementu alicuius. Cu
ergo illud ita sit: tuc iam remouet gnatio gnati ex elemeto
sic sm semita creationis et nouationis. Si aut dicis qz est
sm semita artis opis: est illud etia destruedu ex duab9 parti
bus: quaru vna est ex pte factoris: et altera ex pte actiois in
seipsa. Et ei9 quide destructio ex pte factoris est ppter illd
qd declarauim9 multoties de sermone pbi: et costituim9 de
monstrationes naturales: qz elementu existit in gnato ex eo
potetia et no actu: factor artificialis no existit ex eo neqz pote
tia: neqz actu. Scriptor em no existit i scriptura neqz potetia
neqz actu. Et carpetarius no existit in carpetaria neqz pote-
tia: neqz actu. Et ei9 quide destructio ex pte actionis i seipa:
est qz actio fit sm duos modos: aut sm semita opatiois: aut
sm semita artis. Factio quide opatiua est qua euanescit: et
finit cu quiete facietis ipsam: sicut sermo q est intersecatus
cu quiete loquetis. et sicut ambulatio q si fint cu quiete facien-
tis ipam: sicut sermo q finitur et intersecat cum quiete am-
bulatis. Et actio quide artificialis est cui9 forma fit masiua:
et pseuerat post quiete faciens ipam: sicut forma anuli i ar-
geto. Ipa naqz pmanet: et figit post fine opis artificis facie
tis ipam. Jam igit manifestu est qz actio artificialis est ad-
uet9 forme extranee i fonte existete no corrupto neqz altera
to nisi figura tm. Argentum em no est remotu: neqz altera-
tu a natura argeti postqz puenit ex eo anul9. Elemetu aut
no est ita: qm resoluit et alterat et separat ei9 forma: et per-
mutat ad forma gnati ex eo. g no est gnatio gnator ex ele
meto sm semita artis: neqz sm semita opis. Qd si dixeris qd
est sm semita actiois naturalis: et no est elemetu mobile: no
oportz vt sit elemetu: qm gnatio naturalis no fit nisi motu
et pmutatioe et exitu ei9 qd est in elemeto de potetia ad actu
sicut mot9 embrionis: et pmutatio ipi9: et exit9 ei9 qd est in
ipo de forma aiali de potetia ad actu: et exit9 nucleor: et p-
mutatio ipsius ad arbore: etsi no euanescunt naturalia: qm
actio naturar no est nisi pncipium mot9 et quietis. cu g re-
mouet mot9 et quies: et auferut naturalia et euanescat na-
tura. visus aut testificatur diuersum ab hoc: qm naturalia
sunt presentia coprehesa. ¶ Qd si dixerit: ego no volo cu di
co qz elementu est vnu imobile: nisi potetia creatoris gliosi
et sublimis: qm potetia creatoris cui9 sublimis est fama: no
est mobilis aliquo modor mot9: cu mot9 sm qz declarauī-
mus et diximus qz impossibile est quin mot9 sit aut in suba
sicut mot9 gnatiois et corruptiois: aut i quatitate sicut mo
tus augmeti et diminutiois: aut in qualitate sicut mot9 alte

rationis ꝛ pmutatiōis in locis. Mot⁹ aūt nō cōsequit̄ crea torē gl'iosū ꝛ sublimē. Potētia igit̄ creatoris est imobilis ꝛ elemētū est imobile. Dicem⁹ ei: iam preterijt de nobis ex nsione ad hoc in quo sufficiētia existit: ꝛ puenim⁹ ad ipm cū demōstrationib⁹ manifestis: ꝛ ostendim⁹ ꝙ elemētū est cui⁹ forma separat̄ ꝛ pmutat̄ ad formā gnati: ꝛ existit in ge nerato ex ipa potētia ꝛ nō actu. ꝛ subleuat̄ creator gl'iosus ꝛ excelsus ob hoc plurimū: qm̄ alteratio ꝛ corruptio nō cō sequūtur ipm: cū ipi sublimi ꝛ gl'ioso nō sit forma a qua p mutet̄ et figuret̄ aīa: neq₃ a qb⁹ remoueat̄: et pmutet̄ ad diuersam ab eis: neq₃ gl'ioso ꝛ excelso sit potētia ī aliq̄ rerū nisi ſm semitā nouatiōis ꝛ creatiōis ꝛ impressiōis: qm̄ im pressio ei⁹ bndicti ꝛ exaltati existit ī opib⁹ suis. Jam igr̄ pꝫ ꝙ potētia gl'iosi creatoris ꝛ sublimis nō ē elemētū: qm̄ ipa creat res: ꝛ nouat eas ex nihilo. ¶ Ei aūt q̄ dicit ꝙ elemētū est vnū finitū: spēm infinitā includens: d: ꝙ nō pōt esse qn̄ sit spēs aut indiuidua: aut nō indiuidua. Si ḡ ipa est indiui dua ꝛ est finita: sunt indiuidua vnde fiunt: etiā ipsa finita. ꝛ si ipa non est indiuidua: ꝛ est elemētum: nō sunt indiuidua intrātia in diffinitione elementorum: qm̄ ipa sunt species: ꝛ spēs ē elemētū. Jam ḡ euanescit ꝙ elemētum vnum specie sit: et plurimum indiuiduis: qm̄ indiuidua egressa sunt ab elementis. ¶ Qꝫ si dixerit: quia non dico ꝙ species est in diuidua ex parte qua ipsa est summa et vniuersalitas ipso rum: ꝛ non est ea apud diuisionem ipsorum ꝛ separationem sicut dicim⁹ denari⁹ est summa vnitatū ꝛ vniuersalitas ipa rū: ꝛ est nō ipe apud separatōem ꝛ diuisionē ipaꝝ. Dicem⁹ ei: cū ḡ spēs sunt vniuersalitas ipoꝝ: ꝛ summa indiuiduoꝝ ꝛ in seipa sunt finita ꝛ cōprehēsa ī scia: cū nō sit spēs aliq̄d nisi vniuersalitas indiuiduoꝝ. ꝛ silr̄ indiuidua cū sint infini ta vniuersalitate sua ipsa spēs: et sint in seipsis infinita: et nō cōprehēsa: erit ꝛ spēs infinita ꝛ nō cōprehēsa: cū non sit in summa nisi ꝛ vniuersalitas ipsorum. Et si illud cōceditur erit vnaqueq₃ species ꝛ vniuersalitas indiuiduorum finita ꝛ infinita simul. ꝛ hoc quidem est manifestius incōueniēs. ¶ Qꝫ si dixerit: ego nō dixi ꝙ indiuidua sint infinita nisi ꝓpter possibilitatem assidue additionis in eis. Dicem⁹ ei. Quid ḡ dices de eis quoꝝ exit⁹ ad gnatiōem futur⁹ est assi due: aut intrāt in spēm recipiētia nomē ꝛ diffinitiōem eius aut sunt extra ipam: facies oportere vt sint indiuidua q̄ non intrāt ī spēm: ꝛ tūc euanescat vt oib⁹ indiuiduis spēs. Et si dixeris et eo ꝙ ea quoꝝ exit⁹ ad gnatiōeꝫ futur⁹ ē de his q̄ nōdū exierūt: intrāt in specie recipiētia nomē ꝛ diffinitōem ei⁹: facies necessariā possibilitate additiōis in spēm semp: ꝛ erit infinita: ꝛ hec q̄dē erit diuersitas ab eo q̄d dicūt dialecti ci. ¶ Qꝫ si cōuerterit q̄stionē ad nos: ꝛ dixerit: ꝛ nō dicūt dialectici ꝙ spēs sunt cōprehēse ꝛ diffinite apud intellectū ꝛ indiuidua nō ꝯprehēsa ꝛ nō scita apd̄ intellectū: ꝛ ꝓpter hoc nō soliciti fuerūt pħi perscrutari de eis. Dicem⁹ ei ꝙ qn̄ pħs dixit ꝙ spēs sunt cōprehēse ꝛ diffinite apud intellectū: non innuit nisi ad diffinitiōes cōprehēdētes eas declarati uas nature earū reptas in vnoquoq₃ indiuiduoꝝ ipoꝝ. Et nō fuit intentio ad hoc ꝙ spēs sit fons existens ex quo fiant indiuidua: sꝫ vnaq̄q₃ spēs ē ꝯprehēsa ꝛ nota apd̄ intellectū diffinitiōe sua enūciatiua naturā ipi⁹. Indiuidua vō sunt ignorata ꝛ nō ꝯp̄hēsa ꝓpter possibilitatē additiōis in eis ꝛ q̄ ex eis egrediūt̄ ad gnationē: ex eis recipiūt nomē spēi sue ꝛ diffinitionē ei⁹: nō ſm ꝙ ea ex eis exeūt ad gnationē ex eis ī spē: ꝛ q̄ nō exeūt: minuūt de spē. spēs nāq₃ est antiq ꝛ cōsistit ei⁹ eēntia: ꝛ diffinitio enūciatiua nature ei⁹ apud intellectū. Jam ḡ ꝯsistūt demōstratōes: ꝙ spēs nō sunt ele mētū: qm̄ elemētū est fons ꝯsistēs: ꝛ resoluit̄ ꝛ separat̄ ei⁹ for ma ꝛ natura: ꝛ pmutat̄ ad formā gnati ex eo ꝛ naturā ipi⁹. spēs vō nō relinq̄t naturā ꝛ eēntiā suā: qm̄ est cōprehēsiua indiuiduoꝝ suoꝝ: sꝫ dās eis nomē ꝛ diffinitiōeꝫ suā. ¶ Qꝫ aūt dicūt ꝙ elemētū est vnū finitū mobile: ꝛ estimant ꝙ sit ignis tm̄: aut aer tm̄: aut aq̄ tm̄: aut terra tm̄: silr̄ est eoꝝ sermo manifeste destructionis. nā si corpa hoīm eēnt gnata ex igne tm̄: puarent̄ neruiꝛ ossa: ꝛ cartilagines: ꝛ q̄ sunt eis silia: ꝓpter ꝓhibitōeꝫ gnatiōis illoꝝ ex igne ꝓpter leuitatē ꝛ subtilitatē suā: ꝛ puarent̄ etiā sanguis ꝛ cholera nigra: ꝛ phlegma ꝛ nō eēt possible vt eis eēt vt⁹ digestiua ꝛ retētiua

neq₃ expulsiua: qm̄ vt⁹ digesti. ē ca. ꝛ hu. ꝛ retētiua fri. ꝛ sic. ꝛ expulsiua fri. ꝛ hu. Et de his q̄ ꝓhibet̄: ē vt sit gnatio illoꝝ ex natura singulari ca. ꝛ sic. ¶ Et ḡ si corpa aīaliū eēnt gna ta ex terra tm̄: puarēt̄ sanguis ꝛ reliq̄ hūores: ꝛ cholera ru bea. ꝛ si illō eēt possibile puarent̄ etiā vt⁹ attractiua: ꝛ dige stiua: ꝛ expl'siua ꝑꝑ ꝓhibitōeꝫ gnatiōis illoꝝ ex natura fri. ꝛ sic. Et si eēnt corpa aīaliū gnata ex aere tm̄: puarent̄ ossa: nerui: cartilagines: ꝛ nō eēt possibile vt ī eis eēt vt⁹ attracti ua: aut retētiua: aut expl'siua ꝑꝑ ꝓhibitiōeꝫ gnatiōis ipoꝝ ex aq̄ natura hūida ꝛ rara. Et si corpa eēnt gnata ex aq̄ tm̄: priuarentur nerui: ꝛ ossa: et reliqua membra dura et fortia et non esset possibile vt in eis esset virtus attractiua: nec re tentiua: nec degestiua ꝓpter ꝓhibitōnem gnationis illoꝝ ex aq̄: ꝛ ꝑꝑ cursuꝫ: ꝛ aq̄sitatē ei⁹ ꝛ fri. ꝛ hu. Qꝫ si dixerit: ego nō dico ꝙ corpa sint gnata ex igne gnatiōe absoluta: sꝫ dico ꝙ qn̄ ignis ispissat̄: fit aer: ꝛ qn̄ augmētat̄ spissitudo ei⁹: fit aq̄: ꝛ qn̄ finit̄ ī spissitudīe sua: fit terra. Cū ḡ pmutat̄ ad q̄li tates q̄ttuor gnant̄ ex eo spēs hoīm. Dicem⁹ ei: iste tu⁹ ser mo destruit̄ duob⁹ mōis. Vn⁹ ē ꝯfessio tua: ꝙ corpa gnant̄ ex materijs q̄ttuor. Et scd̄s ē: qm̄ ī sermone tuo. l. ignis cū inspissat̄: fit aer: est ꝙ facit necessariū vt sit ei passio: ꝛ cū sit passio indiget necessario agēte ꝛ mouēte vt exeat de rarita te sua naturali ad spissitudinē accidētalē ꝛ extraneā: ꝛ ita in h' etiā ē ꝙ remouet ab elemēto nomen vn⁹: qm̄ mouēs ꝛ motū nō sunt vnū. In ꝯdicēdo illis q̄ dicūt ꝙ elemēta sunt pauciora vel plura. Alij dixerūt ꝙ sunt duo: et sunt creator gl'iosus: ꝛ materia. ꝛ alij etiā dixerūt ꝙ sunt tria: ꝛ sunt ma teria ꝛ forma ꝛ mot⁹. ꝛ alij dixerūt ꝙ sunt sex: materie. iiij. ꝛ ꝯueniētia: ꝛ discordia. Alij sunt q̄ dixert̄ ꝙ ipa sunt sūma de narij: q: ipe est ꝯplementū numeri ꝛ pfectio ei⁹. Qui aūt di xert̄ ꝙ ipa sunt duo: ꝛ sunt creator sublimis ꝛ gl'iosus ꝛ ma teria. ꝛ q̄ dixert̄ ꝙ sunt tria: ꝛ sunt materia ꝛ forma ꝛ mot⁹ ꝯsecut⁹ ē error eos ꝑꝑ noīa. ipi vō noīant pncipia elemen ta. Drīa aūt inter pncipia ꝛ elemēta ē: ꝙ alterāt̄ elemēta ꝛ resoluūt̄ ꝛ separāt̄ ipoꝝ forme: ꝛ pmutāt̄ ad formā gnati ex eis: ꝛ existūt in gnato ex eis potētia. pncipia aūt nō sunt ita: qm̄ ipa volūt ptes facti ex eis: ꝛ neq₃ est possibile vt sint elemēta anq̄ ꝯponāt̄: ꝛ fiāt materie: ꝛ recipiant q̄litates: ꝛ fiāt post hec elemēta. ¶ Eoꝝ vō q̄ dixerūt ꝙ sunt sex: ꝛ esti mauerūt ꝙ sunt elementa q̄ttuor: ꝛ cōueniētia ꝛ discordia: sermo est manifesti erroris duob⁹ modis. Vn⁹ modus est: ꝙ cōueniētia ꝛ discordia sunt dispōnes ꝯueniētis ꝛ discor dātis: sꝫ dispōnes sunt accidētia: ꝛ factū est ꝙ accidēs sepa rabile fit: elemētū subē māsiue. Et ei⁹ q̄ dixit ꝙ ipa sunt sū ma denarij: qm̄ denari⁹ ē cōplemētū numeri: sermo ē mani feste destructiōis duob⁹ modis. Vn⁹ eoꝝ est: qm̄ denari⁹ nō est summa nūeri ſm vitatē: q: q̄uis est cōplemētū numero rū: tm̄ ꝯplemētū est cētenarioꝝ: ꝛ mille millenarioꝝ. Si dixe rit ꝙ denari⁹ nō est principiū decēnoꝝ nisi q: est denari⁹: sꝫ qm̄ ipe est vnus decēnoꝝ: sicut vn⁹ qui est vn⁹: q: est vnus ita vnoꝝ: ꝛ ex eis q̄ significāt illud: est ꝙ nos iuenim⁹ hoīeꝫ cū incipit ab vno: ꝛ multiplicat ipm: ascēdere semp donec p ueniat ad decē: deinde statimq₃ voluerit vt numeret decen nos: incipiet a decem: ꝛ faciet ipe vnum eis: et ascendit ex illo ad centum. Dicemus ei: ex sermone tuo afferat̄ respon sio super te. dixisti em̄ ꝙ quādo homo incipit ab vno nume rare: ascēdit sursum vsq₃ pueniat ad decē: deinde incipit nu merare. x. vsq₃ ad nonaginta: deinde a nonaginta vsq₃ ad nōgēta. Nō igit̄ nūeri cōplemētū denari⁹ imo principiū de cēnoꝝ: ipe igit̄ ē cōparatiōe sui ad vnos. elemētū nō est coꝝ qm̄ ipe est cōplemētū vnoꝝ: ꝛ cōpatiōe sui ad decēnos. est elemētū em̄ eoꝝ: qm̄ ipe primus decēnoꝝ. Ipe igit̄ est ele mētū: ꝛ nō est elemētū silr̄. ꝛ hoc quidē manifesti⁹ signū ꝛ notionis ꝛ destructiōis. Modus vō scd̄s est qm̄ elemētū ſm ꝙ declarauim⁹ sermōe pħi: est primū gnationū ſm vita tē: cū nihil precedat ipm ex quo ipm gnat̄: denarius vō est gnat⁹ ex vnis: cū nō sit nisi multiplicatio vni⁹ decē vicib⁹. ḡ vni sunt ei⁹ causa materialis: ꝛ multiplicatio vni⁹ decē vici bus est eius forma ꝛ ipsius cōplemētū. Jam ergo remouet̄ ab elemētarietate ꝓculdubio.

¶ Explicit liber elementorum ysaac.

¶ Commentarium singulare doctissimi viri Petri hispani olim pōtificis maximi Iohānis vicesimiprimi super librum dietarum vniuersalium Ysaac: Incipit.

Quoniā circa ɔseruationē corporis humani: tota medicine versatur intentio: sanitatē habitā per similiū administratiōem conseruans: et amissam per cōtraria eius impedimenta amouentia ad pristinū statū reducēs. Multa opa ad istam intentionem adimplēdā ab antiquis medicine patrib9 sunt edita. Inter que scia dietarū ab ysaac ad regimē corporis humani vtilissima est tradita: cui sciē insistentes: ad eius ingressus euidentiā quinqȝ pponimus enodare. Primum est de necessitate sciētie medicinalis. Secūdum est de ipsius distinctione. Tertium de necessitate scientie dietarum. Quartum de causis ipsius. Quintum: cui parti medicine supponatur.

¶ Circa primū igit̄ sic pcedimus. Sicut testat̄ Auicē. corpora aīata debili coagulatiōe sunt coagulata: et maxime inter corpa aīaliū: corp9 humanū. Nā cōponit̄ ex duplici principio. s. ex vtroqȝ spermate: viri et mulieris: cui9 vnū magis habet locū factoris: et alterū magis materie: et ex sanguine menstruo. Iste aūt sube sunt fluide et liquide: quāuis in principio maiorē sortiant̄ liquiditatē: et p digestionē coagulant̄ et ɔstant in figura: et statu determinato: nō tñ ad coagulationē et duriciē corpoꝝ coagulatoꝝ: corpus humanū puenit. sic em̄ indissolubile ɔstaret: sed pp̄ter debilem coagulationē natum est ɔtinue dissolui et eliquari: et ideo a causis intern9 et exterius occurentib9 ɔtinuā patit̄ dissolutiōem: in quam maxime calor interior ipsum resoluit. et siliter calor exterior continentis: et multe cause naturales et innaturales concurrunt ad ipius permutationem: que ipm̄ ad continuā passionem et mortē perducūt. de quibus in scripto superius Auicē. dicit̄. Cū ergo corpus humanū est permutabile nō seruās eā: quā a principio ɔtrahit cōstitutionē fm̄ Gal. in tegni. indiget arte cōseruāte ipm̄ et regente: et hec est medicina.

¶ Circa secundum pcedimus sic. Distinguūtur opera medicine fm̄ necessitatē corporis humani: qȝ corpus humanū subiacet duplici indigentie. s. conseruationi sanitatis: et curationi egritudinis: et ideo sunt due partes medicine. Una est cōseruatiua sanitatis in sanis: alia curatiua egritudinis in egris. hoc aūt exprimit̄ per diffinitionē medicine assignatā ab Auicē. in prin. Est em̄ medicina qua dispositiones humani corporis cognoscunt̄ a parte illa qua sanatur: et a sanitate remouet̄: vt habita sanitas conseruetur: et amissa recuperet̄. ¶ Conseruatiua aūt sanitatis tripliciter cōsiderat̄ vel distinguit̄. Primo modo rōne stat9 corporis hu. et dispōnū ipius circa q̄ pcedit: scđo rōne eoꝝ ex qbus pcedit: tertio rōne modi pcedendi. ¶ Corpus aūt sanū: cui competit sanitatis cōseruatio: est sex modis: quoꝝ quedā ad alios reducuntur. Primum est corpus sanū simpliciter in meliori formarum existens: et huic deseruit pars conseruatiua absolute per similia procedens. Secūdum est lapsum parū diminutū a sano simpliciter. et huic deseruit pars duplex. scilicet conseruatiua per similia: vel ɔtraria remissa. fm̄ Hali. pcedens. et melioratiua vt ad statum simpliciter sanū reducat̄: pcedens per contraria in eodem gradu eleuata. Tertiū est egrotatiuū fm̄ Hali. a pluribus causis nociuis leuibus natum de facili pati. et huic deseruit pars cōseruatiua et preseruatiua ipm̄ in sanitate cōseruās: et preseruatiua ipm̄ medicinalis a lapsu: et futurā egritudinē preseruans. Quartū est neutrū cōualescētie. quod ab egritudine cōsurgens: sanitatem sub debili confirmatione ingredit̄. et huic deseruit preseruatiua ipius debilitatem p deperditorum restaurationē cōfortans. et cōseruatiua ipm̄ in latitudine sanitatis conseruans: et preseruatiua ne in pristinā egritudinem vel aliam: pp̄ter sui fragilitatē incidat. Quintū est neutrū decadentie qđ a sanitate recedēs egritudinē sub debili ɔfirmatiōe ingredit̄: et huic deseruit sanitatis ɔseruatiua: neutralitat̄ curatiua: et ne egritudinē incidat pseruatiua. Sextū est neutrū debilitatis: qđ ad neutrū decidētie et ɔualescētie reducitur et hoc attēdit̄ fm̄ ɔstitutionē in pueris: senib9: fragilibus: et in sanitate instabilibus. et huic deseruit pars cōseruatiua melioratiua preseruatiua resumptiua: fm̄ diuersas necessitates: quāuis vna sola ei respondeat. Hec autem pars conseruatiua sanitatis ratione eorum ex quibus pcedit: recipit diuisionem fm̄ numerū. vj. rerū nō naturalium. q̄ fm̄ Auicē. sunt cause effectiue sanitatis: et conseruatiue: q̄ quāuis de corporis cōstitutione nō sunt: impossibile est tñ ipm̄ egredi ab eis in vita. He sunt: aer: dieta: exercitium: inanitio: repletio et hmōi. Hec igit̄ pars fm̄ ipsorum regimē: et administrationē diuersificat̄ fm̄ modū pcedendi. ¶ Distinguit̄ hec pars dupliciter. Nam quedā pars cōsiderat has res: et ipsarum naturas et effectus: altera considerat ipsarum exhibitionem. Sed vtraqȝ diuiditur dupliciter. Nā quedā pars cōsiderat ipsarum naturas: et earum administrationē modo vniuersali: nō applicādo intētionē ad particularia. Quedā considerat has res: et ipsarum administrationem modo particulari. et vtroqȝ modo ipsas: et earum regimen corpori fm̄ oēs sui modos. q̄nqȝ per similia: q̄nqȝ per contraria procedendo administrans. Pars autem secunda. s. curatiua egritudinis: diuisionem recipit similiter tribus modis. Primo rōne indigētie corporis circa quā pcedit: secundo rōne eoꝝ ex quibus procedit: tertio ratione modi pcedendi. Primo igit̄ modo distinguit̄ fm̄ indigentiam corporis: ipsum autē triplici subiacet passioni. s. continuo fluxui: et deperditioni membroꝝ humiditatū: humoꝝ et spirituū: et caloris naturalis. et huic incōmodo rñdet debita restauratio p nutrimētū. Secūdum incōmodum est corruptio humorum: et aliorum: et huic respōdet expulsio. Tertiū est membrorum corruptio et destitutio a regimine nature. et huic respondet correctio eius. vel eorum membrorum per operationem manualem remotio. Et ideo fm̄ Auicē. res medicaminis ex vna trium rerū complet̄. Una est modus regendi per nutrimēta. Alia est medicinarum exhibitio. Tertia est operatio manualis.

¶ Scientia igitur curatiua egritudinis continet tres partes. Prima est de regimine corporis egri p dietā. et hec cōpetit sanis et egris: sed sanis per similia: egris per contraria adaptat̄. Scđa est de modo pcedēdi circa medicinarū exhibitionem. Tertia est de manuali operatione: que dicitur chirurgia. Prima aūt diuersificat̄ fm̄ exhibitionē sex rerū nō naturaliū. Scđa diuidit̄ tripliciter. Primo fm̄ modos indigentie corporis. scđo fm̄ ea ex quibus pcedit. tertio fm̄ modum pcedendi. ¶ Humores ergo tripliciter excedunt cursum nature. s. fm̄ quātitatē: cum replēt et distēdunt vasa. et hec repletio dicitur quoad vasa fm̄ Hali. scđo fm̄ qualitatem: et tertio fm̄ substantiam. et hec repletio dicitur fm̄ virtutem. Excessui igitur quantitatis: respondet euacuatio p phlebotomiam. Unde dicit Gal. qꝫ si sanguis abundat aut omnes humores fm̄ quantitatem: aut intra vasa: competit phlebotomia. Excessui autem qualitatis: respondet alteratio per contraria procedens. ¶ Sed alteratio est duplex. quedam enim est permutatio faciens cessare putredinem manente substantia: et hec malas remouet qualitates. et tūc humor corruptus a natura conuertitur et fit membrum: vel pars membri. Alia est preparatio ad expulsionem: et procedit infrigidando: calefaciēdo: et fm̄ alias qualitates ad contrarium permutando: subtile ingrossando: grossum subtiliādo: viscosum incidendo: vt postea natura cōfortata: triplici motu vtens: scȝ motu diuisionis: expulsionis: et vt materiā a corpore educat. Cum autem peccatum fit in substantia: fit eius corruptio sicut putrefactio: cum iam ad naturam non possint humores redire: vt ad membra cōuertantur: sicut patet per exemplum Gal. in vino perfecte corrupto. et ei respondet euacuatio. de qua dicit Gal. qꝫ est a corpore totaliter educens substantiā. Scđm autē Gal. et Hali in tegni: in humorum corruptione sicut in febre: tria sunt necessaria: scilicet alteratio materie per digestionem. secundum est eius euacuatio que est causa morbi. tertium est alteratio male discrasie. que post materie febris expulsionem relinquitur: quia anteqȝ sit fluxus in corpore superfluus: mundificationis modus restrictiuus ei respondet. Secundo modo di-

stinguitur hec pars per ea ex quibus procedit. hec autem sunt syrupi alteratiui: ⁊ alias virtutes habentes: ⁊ medicine laxatiue: que differenter operantur comprimendo: lenificando: liquefaciendo: ⁊ a tota specie operando: secundum Gal. in libro de simplici medicina: ⁊ multa sunt alia instrumenta: que hec pars ministrat. eo quod secundum Gal. natura est omnium operatrix: medicus vero ministrat. Tertio modo distinguitur hec pars dupliciter. nam duas cōtinet partes. Prima autem cōsiderat naturas ⁊ virtutes medicinarum. Secunda autem antidota diuersis causis egritudinum cōpetentia: ⁊ simpliciū medicinarū virtutes. Altera autem virtutes compositarum: cuius opera sunt multa: scilicet virtutes simplicium discernere pondera ⁊ gradus: ⁊ modos cōficiendi tradere ⁊ reliqua huiusmodi que super antidotarium sunt dicenda. Utraque autem duplex est. Una est generalis: que tradit noticiam virtutum medicinarum simplicium in generali: sicut illa que in libro de simplici medicina traditur a Gal. Alia est: que tradit earum noticiam in speciali: sicut multi libri de specialibus medicinis simplicibus. ¶ Secundum eundē modum diuiditur illa que est de cōpositis medicinis. ¶ Illa autem pars que est de modo simpliciter cōtinet duas partes. Una est generalis: sicut in megategni a Gal. tradita. Alia particularis: causas: ⁊ signa: ⁊ morbos particulariter considerans: ⁊ eis particularia exhibēs antidota. et hec traditur in diuersis libris antiquorum ⁊ modernorum. ¶ Similiter pars illa que est de manuali operatiōe: scilicet cyrurgia distinguitur. Primo secundum necessitatem corporis: ⁊ partiū eius: et secundum operationes illius scientie. quedam enim pars operatur circa fracturam ossis. quedam circa p̄cturam nerui. quedam circa plagam ⁊ vlcus. quedam secundum simplices solutiones continuitatis: quedam circa cōpositas. opera enim eius sunt secundum que procedit: vnire: consolidare: superflua resecare: diminutum regenerare: dilatare: ducere: et similia. Secundo modo diuiditur in ratione eorum ex quibus procedit. ⁊ hec sunt antidota diuersa: sicut vnguēta: emplastra: ⁊ manualia instrumēta: et similia. Tertio modo diuersificatur ratiōe modi sue traditionis: quia quedam est vniuersalis: quedam particularis: et vtriusque generis quedam antidota simplicia: ⁊ quedam composita docet preparare: quedam diuersa antidota docet diuersis passionibus applicare.

¶ Circa tertiū sic p̄cedimus. Determinanda est necessitas huius scientie. Corpus igitur humanum continue resolutioni subiacet facte ab interiori: ⁊ exteriori calore. ⁊ ideo ei respondet continua restauratio. hec autem fit per nutrimentum: quod est simile in potentia in principio: et in fine simile actu. Nam secundum Gal. nutritio est perfecta assimilatio nutrientis cum nutrito: sed nutrimentum trahitur a terre nascentibus: et animalibus: que remota sunt a natura humana. Nam sicut dicit Auicē. in libro suo de anima: vita debetur corporibus propter distantiam a contrarietate. sicut implicita contrarietate vitā non participant velut elemēta in quibus est maxima contrarietas reperta: sed corpora superiora: cum ab ipsa maxime distant: precipue ⁊ primo vitam participant. vnde dicuntur causa omnis vite secundum philosophum: sed in mixtis nō est recessus a cōtrarietate omnino cū sint ex contrarijs composita. Natura eorum est secundum cōfractionem contrariorum: ⁊ equalitatem: ⁊ reductionē ad medium. quod medium nulli extremorum est contrarium. ⁊ ideo equalitas complexionis disponit ad recessum a cōtrarietate: recessus autem a contrarietate disponit ad vitam: et ideo viuentia corpora maxime contrariorum equalitatem participant: sed inter ipsa maxime corpus humanum est equale: ⁊ a contrarietate distans. nam sua complexio nobilior: et equalior est: ad nobilissimam vitam disponens. vnde dicit Auicē. et Algazel: quod cum cōplexio eius est pulcherrima: apparatur corpus eius ad receptionem anime rationalis. corpus igitur humanum maxime distat ab elementis: ⁊ ideo eis non nutritur: tum propter eorum simplicitatem: tum propter distantiā: ⁊ terre nascētia: ⁊ alia distāt ab ipso: neque ad eius equalitatem perueniunt. et ideo si per nutrimentum deperdita ab ipso restaurantur maxime indigent transmutatione: vt ad eius similitudinem: ⁊ equalitatē inducantur. sed necessarium est per ipsorum nutritionem eius deperditum restaurare: ⁊ cū ipsum eis nutriatur: et deperditum restauretur maxime laborandū est circa ipsorum electionem: vt corpori competentia eligantur: et disconuenientia abijciantur: et hec discretio habetur per hanc scientiam docentem que ciborum natura: quibus cōuenit corporibus: et quas actiones facit in eis. Est autem duplex necessitas in hac scientia Una conseruatio sanitatis cum dieta competēti. Alia est expulsio cause egritudinis: que est superfluitates aggregatas in corpore expellere. Unde dicit ysaac in principio huius sciētie: quod illud quod coegit antiquos disputare de naturis ciborum: fuit studium sanitatū custodiendarum: ⁊ egritudinū curandarum. ⁊ ad hoc studium due cause concurrunt. Una est nutrimenti cōuenientis exhibitio: ad deperditorum restaurationem. Alia superfluitatū expellendarum ⁊ nociuarum expulsio. Unde in hac scientia intenditur de dieta: non solū secundum quod est in ratione nutrimenti: sed secundum quod est in ratione medicine. Nā in ratione nutrimēti restaurat deperdita per similitudinē: in ratiōe autem medicine alterat morbū: causam morbi: ⁊ accidēs per cōtrarietatē remouens. dicit enim Gal. in libro de simplici medicina: quod de p̄prietate cibi est vt augmentet: et nutriat substātiā nostri corporis. de p̄prietate vero medicine est: vt alteret naturas nostras. Idē est igitur medicina secundum semitam actionis: ⁊ cibus secundum semitam passionis. Nam medicine est agere: cibi vero pati. Sub dieta igitur in hac scientia comprehenditur cibus aptus ratione nutrimenti: et ratione medicine.

¶ Circa quartum agendum est de causis huius scientie. Sunt autem quattuor cause eius: scilicet efficiens: materialis: finalis: et formalis. Causa autem efficiens est ipse ysaac arabs: natione iudeus: vir israelita: professione hanc scientiam in arabico sermone tradens. Causa efficiens trasferēs et disponens est Cōstantinus montis cassianensis monachus. Causa autem materialis est dieta. Nam circa ipsam versatur intentio scientie. Sicut autem dicit philosophus in libro posteriorum: vnius scientie vnum est subiectum. cuius partes ⁊ passiones per se considerat. Subiectum huius sciētie est dieta. Passiones vero que de ipsa queruntur: sunt dispositiones: proprietates: virtutes: et operationes: ⁊ impressiones quas facit in corpore humano. Nam sicut dicit Gal. in libro de simplici medicina: omnia terre nascentia: ⁊ animalia dupliciter considerantur. Uno modo secundum suas naturas: ⁊ sic ad philosophum spectat naturalis ipsorum consideratio. Alio modo per aspectum ad corpus humanum: secundum quod ipsum immutāt: et immutationem ab ipso recipiunt. Et sic eorum consideratio ad medicum spectat. Media autem per que iste proprietates probantur: ⁊ disponuntur: vel discernūtur circa dietam: sunt dispositiones eius naturales: sicut sapor: odor: compositio: ⁊ consimiles: determinantur in hac scientia diuersitates diete: et penes dispositiones recipientium. Nam secundum Isaac vtreque dispositiones conseruande sunt. Causa autem finalis est conseruatio sanitatis: ⁊ reductio eius a statu egritudinis: ad statum sanitatis perfectum: per effectus diete dissimiles: ⁊ contrarios. Causa autem formalis in modo procedendi consistit. Sed modus procedendi in quattuor attenditur. primum est genus doctrine ordinarie. secundum via procedendi. tertium processus inuestigationis. quartum est partium scientie distinctio: et ordinatio. Sunt autem sicut a Gal. habetur in tegni: tria genera doctrine ordinarie: scilicet resolutiuum: cōpositiuum: et diffinitiuum: vel diffinitionis dissolutiuū. ⁊ Constantinus in pantegni. addit genus descriptiuum: et diuisiuum. Hec scientia quandoque modo cōpositiuo: quandoque resolutiuo procedit. principalis tamen suus modus est compositiuus eo quod componendo ⁊ integrando totam sciētiam dietarum ex suis partibus procedit. Uia autem per quam procedit: est via experimēti: ⁊ via rationis. ⁊ hec via per illam fulcitur. vnde dicit ysaac: quod experimenta si suis careant rationibus: in ignorantiam ⁊ desipientiam cadunt Et via experimenti magis sensibiles impressiones considerat. Uia autem rōnis causas: et effectus magis a sensu eleuatos speculatur. Processus autem circa inuestigationem

interior est. v. generū. Primus est diffinitiuꝰ ⁊ descriptiuꝰ. secundus diuisiuus. tertius ratiocinatiuus probando et improbando procedens. quartus est exemplaris. quintus est narratiuus. et ſm omnes hos modos procedit in diuersis locis: ſm ꝙ sue competunt intentioni ⁊ materie sermonis. Modus autem procedendi circa partes scientie talis est. Ista enim scientia continet duas partes. Prima est de dietis vniuersalibus intitulata: agens de dieta ſm modum vniuersalem. Secunda de dietis particularibus intitulata: agens ſm modum particularem: ad particulares dietas sermonem applicando. Ex predictis autē patet titulus libri. dicitur enim liber dietarū: ⁊ quātum ad primam partem liber dietarum vniuersalium: quātum ad secundā liber dietarum particularium. ¶ Scientia autem dietarum vniuersalium viginti cōtinet capitula: ſm distinctionem auctoris: sicut in veteribus codicibus reperitur. In primo capitulo assignatur que necessitas dispositionis nature ciborum fuit apud antiquos. Secūdo assignatur quomodo inuestigatiōe inueniatur vniuscuiusqꝫ cibi natura. In tertio agitur de cibis eligendis ſm rationem. Consimilis est diuisio ceterorum capitulorum: sicut patet per auctorē. Nos autem cum ad substantiam scientie accesserimus: distinctionem ⁊ numerum partiū assignabimus.

¶ Circa quintum intendimus assignare cui parti medicine hec scientia supponatur. Hec autem scientia partim supponitur theorice: practice partim: sed modus suus practicus non est particularis: sed generalis. procedit autem quādoqꝫ practice diuisim: sicut in prohemio: ⁊ in vltimo capitulo: cum de regimento corporis per dietam in his partibus agat. coniunctim in multis locis cū assignatis diete actionibus: ipsam docet preparare: ⁊ modū exhibendi assignat. Uniuersaliter autem procedit theorice: quando naturas terrenascētium: ⁊ ipsorum dispositiones: ⁊ diuersitates inquirit: ex quibus dieta extrahitur. practice vero cum modū ⁊ regimen circa dietam docet attendere. sic autem patet intentio huius scientie. Nos autem ad ipsam accedentes: partium ipsius distinctiōes assignabimus: ⁊ singularum intentionem exponemus: ⁊ sub summa procedemus. Nam circa ipsam modus est leuissimus: ⁊ planissimus. vnde in eo Aristotel. aspera spineta discurrere non cogemur: ⁊ ideo solum quod obscurum est reserabimus: manifesta autem in textu lectoris industrie relinquentes (alꝰ relinquemus).

¶ De naturis ciborum.
Capitulum primum.

¶ Lectio prima.

Quod in primis coegit antiquos medicos disputare de naturis cibo⁊ et potuū: studiū fuit ⁊ inuestigatio cor⁊ sanitatum custodiēdarum vel curandarum egritudinum. Huic autem studio due cause fuerunt necessarie. Una in nutriendis corporibus: qua regantur: ⁊ restaurentur: ⁊ confortentur: que ab ipso calore interiori naturali: ⁊ aereo exteriori dissoluūtur. Unde fuit necesse supplere desideratiuam virtutem: cum cibis eisdem congruis. Altera quoqꝫ vt expellātur inconuenientia: que complexionibus corporum sunt cōtraria. Cum enim dissoluta omnino sibi similibus nequeant reparari: presertim cum non reperiantur ex toto similia naturis: quia cibaria non omnino corporibus humanis sunt similia. pars enim quedam corporibus humanis assimilatur. ⁊ hec in sanguinem mutata prius: postea transducitur in membra eorum nutritiua ⁊ assimilatiua. Pars aūt altera id est fex cibi: expellitur a corporibus natura: q: est superflua: neqꝫ est nutritiua. Cūqꝫ nature humane inequales sint in calore: frigiditate: humiditate: ⁊ siccitate: virtutis defectione: raritate: ⁊ spissitudine. Quibusdā enim sanguis dominaꝶ: alijs cholera: singulis singula. seu phlegma principaꝶ: alijs pori cutis sunt spissi in dissolutiōe duri: alijs rari ⁊ cito dissoluti: alijs oīa mēbra sana: alijs quedā infirma. Cum enim inquam omnia adeo sunt diuersa: cōpulit nos ratio ipsas diuersorum cibariorum cognoscere naturas: vt singulis possimus dare singula suis naturis conuenientia. sanis scilicet similia; extra vero naturam positis: dissimilia.

Sufficienter patuit ex predictis: circa quid est intentio in hac scientia: quoniam circa dietam cuius dispositiones ⁊ proprietates inquiruntur in ipsa. Nunc autem ad hanc scientiam familiariꝰ accedētes: partiū distinctiones ipsius assignemus: vt singularū intentio manifestius innotescat. Recipit ergo hec scientia diuisionē in duas partes. Nam consideratio circa cognitionem diete duplex est. Una vniuersalis in qua non applicatur sermo ad aliquam dietam particularem: sed circa genera: ⁊ species dietarum: ⁊ ipsarum proprietates procedit. Alia est particularis qua applicatur sermo ad particularem dietam: eius inquirens naturam. In prima eius igitur parte continente librum vnum: qui intitulatur de dietis vniuersalibus: determinatur de dieta ſm viam vniuersalem. In secunda continente vnum librum qui intitulatur de dietis particularibus: determinatur de dieta ſm viam particularem. ⁊ illa pars incipit ibi. Compleuimus in primo libro significationem generis ciborum. Pars autem prima: in qua determinatur de dieta ſm viam vniuersalem: de qua est intentio nostra: diuiditur in duas partes. In quarum prima ordinatur prohemium: in quo assignatur necessitas inuestigatiōis nature diete: circa quam est intentio huius scientie. In secunda: scilicet in hac Cōueniunt in hoc antiqui: quia cognitio ciborum fit duobus modis. prosequitur auctor intentionem huius scientie circa naturam ⁊ ꝓprietatem diete inquirens dispositiones ⁊ effectus eius ſm viam duplicem: scilicet experimenti ⁊ rationis: que scientie medicinali cōpetunt. Pars vero prohemialis diuiditur in quattuor partes. In quarum prima assignaꝶ necessitas inuestigationis nature diete circa quā cōsistit intentio huius sciētie. In secunda scilicet in hac: Intētio vero medicorum ⁊ perfectio actionis eo⁊ ⁊c. determinatur diuersitas diete a parte complexionum corporum recipientium in ōnio primarum qualitatum consistentium. In tertia scilicet in hac: Idem etiā in corporibus intelligimus ſm oppilationem pororum ⁊ raritatem eorum ⁊c. determinatur diuersitas diete a parte compositionum corporum recipientiū cum densitate ⁊ raritate consistentium. In quarta scilicet in hac: Intentio vero antiquorum in custodienda sanitate in sanis: et reddēda infirmis: determinat de necessitate cibi: ⁊ de eius operatione: ⁊ de diuersitate exhibitionis cibi: qui est subiectum huius scientie et medicine. Nos autem talem assignamus diuisionem. Hec enim pars prohemialis diuiditur in duas partes. In quarum prima assignatur necessitas inuestigatiōis nature diete ⁊ diuersitatis eius penes diuersitatem dispositionum corporum recipientium. In secunda scilicet in hac: Intentio vero antiquo⁊. daꝶ modus ſm quē sanitas in sanis cōseruaꝶ: ⁊ infirmis redditur: quia ꝓpter hoc est inuestigatio diete: ⁊ quia hoc fit per dietam: illud autem per medicinam: assignat diuersitatem intentionis circa actionem diete et medicine. Prima autem pars diuiditur in duas. In quarum prima tāgit auctor causam inuestigationis nature diete: sꝫ exhibitio diete diuersificaꝶ ſm diuersitatē dispositionum corporum recipientium: ideo in secunda scilicet in hac: Intentio vero medicorum et perfectio actionis eorum ⁊c. assignat

hanc diuersitatē. prima autem pars spectat ad presentem speculationem. Est igitur intentio huius partis assignare causam necessitatis circa inuestigationem nature diete. Diuiditur autem hec pars in duas partes. In quarum prima assignat necessitatem inuestigationis nature diete: que est conseruatio sanitatis in sanis: ⁊ eius redditio in infirmis. In secunda assignat duas causas que concurrunt ad predicta. Prima autem pars manet indiuisa. Secunda autem diuiditur in duas. In quarum prima assignat duas causas predictas: quarum vna est restauratio deperditi: altera est expulsio superfluitatum. Quia vero diuersificantur corpora: ad quorum diuersitatem sequitur diuersitas diete: ideo in secūda parte tāgit predictā diuersitatē: ⁊ concludit ex illa se compulsum ad traditionem scientie diete circa eius inuestigationem. Prima autem pars diuiditur in tres: in quarū prima assignatur prima causa: que est restauratio deperditi per dietam. In secunda assignatur causa secunda que est superfluitatum expulsio. In tertia tangit necessitatem illarum causarum ⁊ maxime prime. ¶ Sunt igit̄ in presenti lectione partes quinq;. In quarum prima assignat necessitatem circa inuestigationem nature diete. In secunda scilicet in hac. Huic aūt studio due fuerūt cause necessarie. subiungit duas causas ad illā necessitatē cōcurrētes: ⁊ primā assignat in textu illo: Una ī nutrientib⁹ ⁊c̄. In tertia. s. in hac Altera ꝙ vt expellant̄ incōuenientia. assignat causā secūdā In quarta scilicet in hac. Cū enī dissoluta omnino similib⁹ nequeant reparari ⁊c̄. tangit necessitatem illarum causarū: et maxime prime. In quinta scilicet in hac. Cumq; nature humane inequales sint ⁊c̄. assignat necessitatem diuersitatis diete propter diuersitatem corporum recipientium: et concludit ex illa se compulsum ad traditionem scientie de dieta. Hec autem est diuisio huius partis.

¶ Circa primam partem sic procedit: ⁊ dicit ꝙ studium circa custodiendam sanitatem in sanis: et curandam egritudinem in infirmis: fuit causa mouens antiquos inuestigare de naturalibus complexionibus ⁊ proprietatibus ciborum et potuum. Circa secundam partem sic procedit dicens: ⁊ huic studio due cause sunt necessarie. Una est circa nutrimētum corporum: vt deperdita restaurentur: quia ipsa resoluuntur continue a calore intrinseco ⁊ extrinseco: ⁊ ideo egēt regimine circa humores laudabiles generādos. restaurationem quātum ad membra. cōfortationem quātū ad spiritus ⁊ calorem. Sed melius est vt regimen respondeat exhibitioni diete fm competentes conditiones. restauratio quātum ad deperdita restituenda: confortatio quātū ad calorem spiritum ⁊ virtutem. Circa tertiā partē assignat aliam causam dicens: ꝙ alia causa est expulsio superfluitatum: que sunt contrarie et nociue nature corporū. ⁊ prima causa respondet conseruationi sanitatis: secunda curationi egritudinis. Circa quartam partem dicit ꝙ predicte cause sunt necessarie ⁊ maxime prima: eo ꝙ deperdita a corporibus nō inueniunt similia: quibus omnino possint restaurari: quia non possunt cibi omnino similes inueniri eis. Unde propter hoc quedam pars conuertitur in membra ⁊ eis assimilatur: quedam que est impura ⁊ cedit in superfluitates a natura expellandas cum corpus non nutriant. Circa quintam partem duo intendit. primo assignat diuersitatem corporum dicens: ꝙ nature corporum sunt diuerse in complexione: in fortitudine: ⁊ debilitate virtutis: ⁊ in raritate: ⁊ in spissitudine pororum. Nam in quibusdam abūdat sanguis purus: ī alijs cholera: in alijs phlegma: in alijs melācholia Iterum alijs inest raritas pororū: vt in illis cito cibus dissoluatur: alijs spissitudo in quib⁹ cibus tarde dissoluitur. Iterū in quibusdam sunt omnia membra salua: in quibusdam vero egra ⁊ debilia: in alijs autem quedam fortia: quedam debilia. ¶ Secundo autem cum dicit: Cumq; hec inquam sunt adeo diuersa ⁊c̄. concludit ex predictis se compulsum ad traditionem huius scientie dicēs: ꝙ cum tanta sit in corporibus diuersitas: cōpulit nos ratio tradere noticiam naturarū ciborum: ⁊ dare singulis cōuenientes. sanis similes ad conseruandum: egris cibos contrarios et medicinas ad permutandum. Sententia autem est hec. Ex predictis autem sex tales eliciuntur rationes. Prima: omnis conseruatio sanitatis in sanis ⁊ eius redditio in egris: procedit per inuestigationem diete: sed tota intentio medicine est conseruatio sanitatis in sanis: ⁊ eius redditio in egris: ergo tota intentio medicine procedit per inuestigationem diete. ⁊ oportet vt dieta sit similis: vel contraria sicut medicina. Alia ratio. Omnia ea a quibus fit continua resolutio ab vtroq; calore: egent continua restauratione: sed corpora humana sunt huiusmodi: ergo egent continua restauratione.

Alia ratio. Omnia corpora in quibus fit nociuorum aggregatio: egent expulsione ipsorum. Alia: omnis restauratio deperditorum fit per similia: sed non inueniuntur diete omnino similes corporibus humanis: ergo egent electione vt similes eligantur. Alia: ex illis que non omnino sunt similia: partim similia: partim dissimilia a corporibus: ad hoc vt assimilentur necesse est vt aliqua pars in corpus conuertatur: ⁊ aliqua in superflua redigatur: sed diete sunt huiusmodi: ergo necesse est vt ex illis q̄dā pars in corpora cōuertatur: altera in superflua redigatur. Alia: circa ea que sunt cause regentes et conseruantes corpora humana in sanitate conseruāda in sanis: et reddenda infirmis: in quibus fm diuersitatem corporum recipientium magna est diuersitas: compellit ratio scientiam tradere: sed diete sunt huiusmodi: ergo circa dietam compellit ratio artem tradere. ¶ Notandum ꝙ studium retorquetur ad vehementem applicatiōem: ad diete cognitionem. inuestigatio ad diligentem eius inquisitionem: ⁊ effectuā ipsius dispositionē fm viam rationis ⁊ experimenti: vel dicitur per endiadim studiosa inuestigatio. ¶ Notandum iterum ꝙ supplerio desideratiue virtutis non retorquetur solum ad appetitiuam stomachi: immo omniū membrorum que propter sui inanitionem attrahunt. Hec autem est intentio huius partis.

¶ Ad euidentiam predictorum quinq; principaliter sunt inquirenda. Primū est de resolutione facta in corpore humano a calore naturali interiori. Secundum est de retardatione istius resolutionis. Tertiū est de resolutione facta a calore exteriori. Quartū de necessitate nutrimēti huic resolutioni. Quintum est quod est magis necessarium: an aer: an cibus. ¶ Circa primum sic procedimus. Queritur vtrum calor nostri corporis resoluat et consumat humiditatem substātialem. Et videtur ꝙ non. Prima ratio talis est Nulla res vel qualitas que ordinatur ad conseruationem corporis et regimen humiditatis substantitalis ipsam corrumpit et consumit: sed calor naturalis ordinatur ad conseruandum et regendum corpus humanum et humiditatem substantialem: ergo ipsam non consumit nec resoluit. Minor: patet per Aristotelem dicentem ꝙ vita stat per calidum et humidum. Unde calor est principium vite: qui conseruatur in humiditate substantiali. Dicit etiam ysaac in libro febrium: ꝙ calor naturalis conseruat corpus ⁊ humores ⁊ regit: sed calor innaturalis corrumpit ⁊ putrefacit et in humoribus ebullitionem et putrefactionem inducit. Secunda ratio est hec. Nihil per naturam agit ad sui ipsius cōsumptionem ⁊ resolutionem: sed calor naturalis interior conseruatur in humiditate naturali: quia in ipsa fundatur: et ipsa resoluta calor extinguitur: ⁊ sic ad ipsius humiditatis consumptionem et resolutionem sequitur consumptio caloris naturalis: quare calor naturalis nō consumit illam humiditatem substātialē. Tertia ratio est hec. Nulla dispositio qua recedente corpus consumitur: et qua manente cōseruatur: est causa corruptionis substantialis humiditatis vel corporis: sed calor naturalis est huiusmodi: ergo nō est causa consumptionis substantialis humiditatis. Minor patet: quia dicit ysaac ꝙ quando calor naturalis manet in corpore non putrescit: quando separatur putrescit: et exiccatur: et ad vltimum incineratur sicut dicit phus. Quarta ratio talis est. differunt calor ignis ⁊ calor celestis: quia calor ignis operatur ad consumptionem animalium: calor autem celestis ad generationem: sed calor naturalis non assimilatur calori igneo sed calori celesti: ergo cum calor celestis non consumat nec resoluat: similiter nec calor natura-

lis resoluet nec consumet. ¶ Ad oppositum sunt rationes quarum prima talis est. Dicit Gal. in libro complexionū ꝙ creati sumus in vltimo limositatis ⁊ humiditatis, nec cessat calor nostri corporis quousq; totū depascat: ⁊ tunc aduenit mors que vnicuiq; indiuiduo dest: nata est per naturā. Similiter Aristo. in libro de morte ⁊ vita: ꝙ calor digestiuus in corpore resoluit humores ⁊ depascit sicut ignis ligna resoluit ⁊ cōsumit. Auicē. similiter dicit ꝙ calor naturalis assimilatur igni ⁊ lampadi: sed in lampade est triplex humiditas. Prima est oleum circunstans quo nutritur ignis. Secunda est qua imbibitur lichnus. Tertia est qua ligant̄ partes lichni: sed ignis in lampade primo consumit primā humiditatem: secūdo secundā: tertio tertiam: ergo cum similiter agat calor naturalis in humiditate substantiali: cōsumit ipsam. Secunda ratio est hec: quedā sunt dispositiones in corpore que habent virtutē actiuam corrūpendo materias in quibus sunt: sicut dicit ysaac: ⁊ Auicē. sicut febris: et de illis est calor nostri corporis: ergo cum calor nostri corporis sit actiuus: ⁊ continue agat in humiditatē substantialē in qua fundatur: ergo ipsam resoluit: quod cōcedimus. Unde continue resoluit humiditatem substantialem: ⁊ consumit. Nec dico sicut quidā dicūt ꝙ duplex est calor. Quidam radicalis qui est in omnibus mēbris: ⁊ hic non resoluit humiditatem: ⁊ de tali procedunt rationes ante oppositū. Alius est calor qui procedit ex membris principalibus sicut a corde ⁊ epate: ⁊ de isto dicunt ꝙ resoluit. Nos tamē dicimus ꝙ calor naturalis radicalis resoluit: ⁊ similiter influens. ¶ Ad primā rationē dicendū ꝙ in calore est duplex natura. Una per quā corpus viuificat: ⁊ sic non agit: nec corrūpit: et per istā habet obuiare nocumentis corporis sicut venenis. Alia est s̄m quā habet naturā caloris elemētaris: s̄m ꝙ describit̄ substātia calida ⁊ humida: ⁊ sic agit ⁊ humiditatē ipsam resoluendo ⁊ corrūpendo. Ad scdā rationē dicendū ꝙ dupliciter est loqui de actione caloris: per se scz: ⁊ hoc modo nihil corrūpit seipsū. secūdo modo per accidēs: ⁊ hoc modo corrumpit seipsum. Unde calor naturalis resoluendo humiditatem substantialem ⁊ consumendo seipsum cōsumit: sicut patet in igne ⁊ oleo in lampade. Ad tertiā dicendū ꝙ actio caloris duplex est: quedam est conseruatio subiecti sui: ⁊ sic ipsum non corrūpit. secūda est resolutio materie in qua est: quia sua actio nō est ociosa: ⁊ quantū ad hoc cōtinue depascit ⁊ consumit humiditatē substantialē. Ad quartam dicendum ꝙ calor naturalis assimilat̄ calori celesti illo modo quo habet naturam per quam corpus viuificat: quia hoc non resoluit nec consumit. Alio tamen modo nō sibi proportionantur: sed eius excedens humiditatem consumit.

¶ Secundo querit̄ a quo calore fiat huiusmodi resolutio: vtrum a calore qui consequit̄ complexionē radicalē: qui est insitus omnibus mēbris: aut a calore fundato supra cōplexionem fluentē a corde ⁊ ab alijs membris principalib⁹. Et ostenditur ꝙ fiat resolutio a calore procedente a cōplexione influente. ⁊ est ratio talis. Omne illud solum resoluit humiditatem nostri corporis qđ illam excellit et illi preualet s̄m actionem ⁊ virtutē: sed calor influens a corde ⁊ ab alijs mēbris principalibus solum excellit humiditatē substātialē: et non calor radicalis: ergo calor qui consequitur complexionem influentem: solum resoluit: ⁊ consumit substantialē humiditatem. Maior patet. dicit Gal. in libro de malicia complexionis diuerse: ad hoc vt agens agat supra aliud: oportet ꝙ sit magne quantitatis ⁊ virtutis respectu illius. Minor patet: dicit Constanti. in libro graduū: ꝙ complexio radicalis est temperata: ⁊ non est in gradu: sed cōplexio fluens est in secundo gradu: ⁊ eleuatur supra illam: ⁊ ideo illam corrūpit. Secunda ratio est hec: calor illius solius complexionis resoluit humiditatē nostri corporis: cui complexioni debetur actio: sed soli influenti debetur actio: q: radicalis manet fixa ⁊ quieta: ⁊ non mouet neq; mouetur: ergo solū calor qui sequitur complexionē influentē: resoluit humiditatem. ¶ Ad oppositū sunt quinq; rationes. Prima talis est: dicit Haly. ꝙ cuilibet membro est propria virtus insita qua conuertat nutrimentū ⁊ agit in ipsum. ⁊ dicit. H. ꝙ hec virtus est propria complexio membri vel virtus operans per ipsam: ergo necesse est vt complexio alicuius membri propria conuertat nutrimentū: sed huiusmodi cōplexio est caliditas membri: q: solius calidi est conuersio: ergo calor proprius ⁊ viuificus cuilibet membro agit in nutrimētū ⁊ ipm conuertit: sed remoto nutrimento calor agit in suum subiectum: sed possibile est vt nutrimentū remoueat̄: ergo radicale corrumpet: ⁊ consumet humiditatem substantialem in qua radicatur. Secunda ratio est hec. Omnis conuersio nutrimenti est a calore: sed calor qui fluit a corde ⁊ ab alijs mēbris: est cōmunis ad omnia membra: ⁊ non appropriat nutrimentum membris: ergo necesse est vt sit calor proprius insitus cuilibet membro: qui conuertat nutrimentū s̄m exigentiam membrorū: quia non omnia mēbra sunt eiusdem complexiōis: sed huiusmodi calor est radicalis: ergo huiusmodi conuertet nutrimentū: sed calor conuertens nutrimētum ille idem depascit humiditatē membrorū: ergo ab illo calore fiet predicta resolutio. Tertia ratio est hec: quantum potest forte agēs in paruo tēpore: tantū potest debile in magno: sed calor cordis ⁊ aliorum est fortis: sed calor radicalis qui est in oīb⁹ membris est debilis: ergo sicut calor fluēs in paruo tempore potest consumere: conuertere humiditatem nostri corporis: ⁊ calor radicalis in magno tempore: poterit ergo fieri huiusmodi resolutio a calore consequente cōplexionē fixā. Quarta ratio hec est: calor qui cōsequitur cōplexionē influentē a corde: operatur ad conseruationē sicut alius: sed a quo est conseruatio: ab eodē est corruptio ⁊ consumptio cum excedit: ⁊ subiectam humiditatē depascit: sed ab illo calore est conseruatio: ergo ⁊ cōsumptio ⁊ resolutio. Quinta ratio est hec: per consumptionē humiditatis substātialis sequitur extinctio in calore: sed ad extinctionē caloris sequitur mors. Mors autem naturalis habet ortū ab omnibus membris: sed ille idem calor qui extinguitur: consumit illam humiditatē ad cuius resolutionē sequitur extinctio illius caloris: sed ille est calor radicalis: nam cū sit mediū ad susceptionē vite ⁊ conseruationē eius: ideo est per suam extinctionem causa mortis: quare calor radicalis resoluit humiditatem substantialē corporis. ¶ Solutio dicim⁹ ꝙ duplex est complexio: quedā radicalis est ⁊ fixa: ⁊ s̄m quosdā illius calor non est principium resolutionis. Est autem alia fluens a membris principalibus: ⁊ calor illius agit in humiditatem ipsam resoluendo. Nos autem aliter dicimus: ꝙ ab vtroq; calore humiditas substantialis resoluitur. Nam vterq; in humiditate fundatur: ⁊ ea sustentatur: ⁊ ipsam cōtinue depascit. ¶ Ad primam rationē in contrarium dicendum ꝙ duplex est resolutio: quedā fortis ⁊ sensibilis: ⁊ huiusmodi fit a calore cordis ⁊ aliorum membrorum principaliū: alia est paulatina ⁊ occulta: ⁊ huiusmodi fit a calore insito in omnibus membris. Ad secundam dicendum ꝙ actio debetur calori naturali radicali sicut proximo principio et immediato ac proprio. Alij vō calori debetur tanq̄ excitanti ⁊ agenti ⁊ regenti ⁊ disponenti radicalem.

¶ Postea queritur vtrum huiusmodi resolutio possit fieri in corpore temperato. Et videtur ꝙ non. Ad hoc enim ꝙ aliquod agens agat in aliquam materiam ipsam resoluendo: oportet ꝙ sit maioris virtutis: ⁊ ꝙ preualeat ⁊ habeat dominium super illud subiectum: sed in corpore temperato calor proportionatur ⁊ adequatur humiditati: nec ipsam excellit: ergo in corpore temperato non est possibilis predicta consumptio. Secunda ratio est hec: resolutio fit a calore ꝑpter debilē nexum ⁊ excellentiā qualitatū: sed in corpore tēperato est fortissimus nexus: ergo non est possibilis resolutio in ipō a calore. ¶ Ad oppositū sunt rōnes: quarū prima talis est. In omni corpe in quo est trāsitus ad mortē ꝑ ꝓcessū etatū necesse est esse p̄dictā resolutionē: q: cōsumptio humiditatis ꝓcedit per processum etatū: sed corpus tēperatum non potest euitare quin ad mortem naturalem veniat: ergo necesse est vt in ipō sit predicta resolutio. Secunda ratio ad idē talis est. Omnis calor naturalis qui natus est agere in nutrimentū: remoto nutrimento agit in humiditatem substantialē: sed in corpore temperato possibile est

vt nutrimentū auferatur: ergo calor simul aget in humiditatem substantialē ipsam consumēdo: qd̄ cōcedim⁹. Deinde dicimus ꝙ in corpore tēperato est possibilis predicta resolutio: ⁊ etiam agendo in nutrimentū: necesse est ipsum in hanc humiditatē simul agere cum in ipsa sustentetur: ⁊ calor agit in humiditatē substantialē per se: ⁊ s̄m ꝙ excitatur ab alijs vt accidētibus anime: ⁊ ab extrinsecis permutationibus vel medicine vel aliquo alio. ¶ Ad rationes autē in contrariū: ⁊ primo ad primam dicendū ꝙ q̄uis qualitates sint in proportiōe: tamen qd̄ regit excellit ⁊ preualet illi qd̄ regitur: sed calor naturalis est regens corpus temperatum ⁊ humiditatē ⁊ preualendo ipsam consumit. Ad secundam dicendū ꝙ duplex est nexus: quidā qui est in cōcursu cōtrariarum qualitatū equaliter: ex quibus resurgit tēperamentum: ⁊ sic est fortis in corpore temperato nexus. est ⁊ alius nexus fortis: qui consistit in forti coagulatione: ⁊ sic in ipso non est fortis nexus: imo debilis: ⁊ hoc modo potest corrūpi ⁊ dissolui: ⁊ cum post dissolubilis est ꝑpter caloris regentis actionē continuam: ⁊ propter excitationē a causis concurrentibus intrinsecis ⁊ extrinsecis.

¶ Circa scd̄m principale sic procedimus: ⁊ queruntur quattuor. Primū est: vtrū hmōi resolutio possit prohiberi. Secundum est dato ꝙ non possit prohiberi: vtrum possit retardari. Tertiū est cum mors naturalis in hmōi naturalis humiditatis consumptiōe cōsistat: vtrū possit retardari mors naturalis. Quartū est vtrū illud quod deperditur a corpore possit restaurari.

¶ Circa primum sic procedimus: queritur vtrum resolutio huiusmodi possit prohiberi. Et videtur ꝙ sic: calor enim naturalis quando habet nutrimentum sibi proportionale: agit in ipsum. exhibetur enim nutrimentum vt calor naturalis ad ipsum conuertatur: ne humiditatē naturalem consumat: sicut apponitur oleum in lampade ne ignis consumat humiditatē substantialem lichni. nam actio eius super nutrimentum excusat consumptionē humiditatis: sed possibile est exhibere nutrimentū continuum: ⁊ continue calori satisfacere s̄m proportionalē ablationē: ergo possibile est vt huiusmodi resolutio prohibeatur. ¶ Ad oppositū est hec ratio: mors naturalis fundatur in hac resolutione: ergo si hmōi resolutio pōt ꝓhiberi ⁊ remoueri: ergo et mors naturalis: sȝ mors naturalis nō pōt ꝓhiberi: ergo nec p̄dicta resolutio. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ predicta resolutio nō pōt prohiberi q̄uis possit retardari. ¶ Ad rationē dicendū ꝙ possibile est nutrimentū exhiberi: sed nō propter hoc etiam prohibetur: q: calor naturalis agit in vtroqȝ: sed quando non inuenit nutrimentū proportionale: ꝯuertit se totaliter supra humiditatem ipsam: ⁊ ipsam citius consumit: sed quando habet nutrimentū proportionale sibi: non tamē ipsam consumit: sicut manifeste potest videri in lampade: in qua lucerna agens in oleum simul incendit lichnum cui adheret: sed oleo consumpto ad lichnū totaliter conuertitur consumendum: ⁊ q̄uis oleum non deficiat: tamen simultanea actione lichnum in determinato tēpore totum consumit: ad cuius actionis similitudinē calor naturalis in humiditatē substantialem ⁊ nutrimentalē agere indicatur.

¶ Circa secundū sic procedimus: queritur vtrū hmōi resolutio possit retardari. Et videtur ꝙ sic triplici ratiōe: quarum prima talis est. Dicit Auicē. caplo de etatibus: ꝙ ars medicine non est ars que nos securos a morte faciat: nec q̄ vnūquodqȝ corpus ad vltimā vite longitudinē perducat: sed de duabus rebus securitatē prebet: scȝ conseruat corpus a putrefactione humorū: ⁊ operatur ne cito humiditas naturalis consumatur. ⁊ sic patet ꝙ hmōi resolutio potest retardari. Secunda ratio est hec: omne qd̄ habet causam accelerationis: remota causa illa habet causam retardatiōis: sed cōsumptio humiditatis potest per causas intrinsecas ⁊ extrinsecas accelerari: ergo ꝑ causas cōtrarias pōt retardari. Tertia ratio est hec: calor deficit dupliciter: vel q: in se est debilis: vel q: humiditas que est pabulū sui: consumitur: sed possibile est inuenire res que calorem fortificent naturalē: ⁊ etiā inuenire causas que conseruant humiditatē: ne cito consumatur humiditas: ergo possibile est vt ista resolutio retardetur. Minor patet per Gal. in libro de simplici medicina: dicentem ꝙ quedā augent calorem naturalē s̄m quantitatē: ⁊ quedam s̄m qualitatē: ⁊ quedam vtroqȝ. et similiter sunt quedam que humiditatē conseruant ⁊ augent: ⁊ sunt quedam que humiditatē aquosam: que s̄m Auicē. calorem naturalem sua qualitate contraria: ⁊ sue quātitatis multitudine extinguunt: educunt a corpore: ⁊ his omnibus cōcurrentibus calor magis continuatur: ⁊ humiditas tardius resoluitur: ⁊ exemplū est s̄m Gal. dicentē ꝙ cibus augmentat calorem quantitatiue: ⁊ medicina calida qualitatiue. Item applicatio puellarū ad ventrem confortat quantitatiue calorē. Item additio nutrimenti proportionalis retardat consumptionis substantialis consumptionē: sicut additio olei retardat in lampade extinctionē ignis: ⁊ lichni consumptionē: ⁊ triphere humiditatis aquositatē purgāt. ¶ Ad oppositū sunt due ratiōes: quarum prima est hec: mors naturalis sequitur istam resolutionē: ergo si resolutio hec potest retardari: ergo ⁊ mors naturalis: sȝ hoc est impossibile: ergo nec predicta resolutio potest retardari. Secunda ratio est hec: nihil qd̄ s̄m cursum nature ordinatim ⁊ prefixim procedit: potest retardari: sed huiusmodi ꝯsumptio humiditatis procedit ordinate s̄m hmōi cursū nature: ergo non poterit retardari. ¶ Solutio dicēdū ꝙ hec resolutio potest retardari. Ad rationē primā in contrariū potest dici: ꝙ non est inconueniens ꝙ mors naturalis retardetur. Vel dicendum ꝙ duo sunt considerāda in morte naturali. Primū est resolutio humiditatis: ⁊ eius consumptio a calore. Secundū est velocitas vel tarditas huiusmodi resolutionis. Dicim⁹ ergo ꝙ illa resolutio non potest euitari que est naturalis: vel a natura ordinata: ⁊ sic ꝓcedit ratio: sed via resolutionis: ⁊ eius velocitas potest retardari. Ad illud dicendū ꝙ dupliciter est loqui de resolutione. Uno modo vt est innaturalis: nec est s̄m cursum nature ordinata. Vel est loqui de ipsa in respectu ad istas resolutiōes que fiunt ab accidentib⁹ exterioribus: vt ab aere exteriori: ⁊ sic hmōi resolutio est naturalis: ⁊ non potest retardari: q: natura nullo ordinatur ad consumptionem ⁊ corruptionem.

¶ Circa tertiū sic procedimus: queritur vtrū mors naturalis possit retardari: ⁊ ad hoc possunt adduci rationes predicti ꝓbleumatis: ⁊ iō ad hoc adducim⁹ duas rōes: quarum prima est hec. Sicut dicit Auicē. mors aduenit in senectute propter duas causas. Prima est extinctio caloris facta ab humiditatis resolutione. Secūda est multitudo humiditatis phlegmatice calorē naturalē extinguentis: sicut accidit in lampade extinctio ignis ꝑpter obuiationē humiditatis aquose: sed istam possibile est retardari: ergo similiter mortem. Secunda ratio est hec: via in mortē est senectus. vnde dicit Gal. ꝙ prima etas est calida ⁊ humida ꝑpter accessionem ad vtrūqȝ sperma ⁊ sanguinē menstruū: secunda est calida ⁊ sicca ꝑpter humiditatis consumptionē: tertia est frigida ⁊ sicca ꝑpter humiditatis resolutionē ⁊ humiditatis naturalis defectū. In ista em̄ quasi tota humiditas ꝯsumitur: sed senectutē possibile est retardare sicut ꝑ tripheras: ⁊ alias medicinas reducētes ad iuuentutē: ergo ⁊ mortē possibile est retardare. ¶ Ad oppositum est hec ratio: nihil qd̄ habet terminū prefixum a natura potest retardari. sed mors est hmōi s̄m Auicē. ergo mors nō pōt retardari. ¶ Solutio dicendū: ꝙ mors naturalis potest retardari: ⁊ concedimus rationes ad hanc partē adductas. Ad rationē in contrariū dicendū ꝙ terminus in natura duplex est. Unus qui debetur speciei: de quo dicim⁹ ꝙ tātū debet homo durare: ⁊ iste nō pōt differri. Alius qui debetur indiuiduo: ⁊ iste potest differri: q: nō est determinatus per naturā: imo sicut cōplexio sua potest variari: similiter terminus mortis.

¶ Circa quartum sic proceditur: ⁊ queritur: vtrum deperditum possit restaurari: ⁊ videtur ꝙ sic: duabus rationib⁹: quarum prima est hec: qd̄ per se deperditur: per se restauratur: sed qd̄ resoluitur deperditur: ergo quod resoluitur potest restaurari: eo ꝙ nutrimentū ad hoc ordinatur: vt deperditum restauretur: ergo substantialis humiditas potest restaurari. Secūda ratio est hec: illa humiditas restauratur: cuius calor nutrimentū ad sui similitudinē conuertit: sed ca

lor naturalis conuertit nutrimentū ad similitudinē humidi
tatis substantialis: ergo humiditas substantialis potest re-
staurari. ¶ Ad oppositū est hec ratio: nihil qđ generatur ex
primo spermate: si amittat pōt restaurari: sʒ humiditas na
turalis habetur ex primo spermate: ergo si deperdatur non
potest restaurari. Ad hoc dicendū: ꝙ humiditas substantia-
lis non potest restaurari. ¶ Ad rationē dicendū ꝙ duplex
est humiditas. Quedaʒ nutrimentalis: que habetur ex nu-
trimento: ⁊ hec potest restaurari. Alia est humiditas sper-
matica: ⁊ hec non potest restaurari. Unde est loqui de nutri
mento dupliciter. Uno modo cum calor agit in ipsum vt de
perditum restauret: ⁊ sic non potest restaurare humiditatē
substantialē: sed nutrimētalē. Alio modo calor agit in ipm:
non vt restauret: sed vt prohibeat resolutionē: ⁊ retardet. ⁊
per hoc patet solutio ad secundum.

¶ Circa tertiuʒ principale sic procedimus: ⁊ queritur cum
inducatur nocumentū ex resolutione caliditatis: vtrum si-
militer possit induci nocumentū ex resolutione frigiditatis:
⁊ videtur ꝙ sic: quoniā calor extinguitur a frigiditate: ergo
sicut calor resoluendo inducit nocumentū: ita frigiditas ex-
tinguendo inducit nocumentū: vel quare non? Secunda ra
tio est hec. Dicit Auicē. venena calida interficiunt resoluen
do: frigida vō spiritus ⁊ calorem congelando: sed sicut res
interiores inducunt nocumentuʒ: similiter exteriores: ⁊ ita
aer per suam frigiditatem poterit inducere nocumentum.
¶ Ad oppositū est hec ratio: qđ fortificat caloreʒ nostri cor
poris: non operatur ad resolutionē: sed frigiditas est hmōi:
ergo non operatur ad resolutionē. Minor patet per Auicē.
Dicit enī ꝙ homines in regionibus frigidis calorem habēt
fortem: in calidis vō econuerso. ¶ Solutio ad hoc dicendū
ꝙ frigiditas nō resoluit sicut caliditas propter tres causas.
Prima est: q: in aere nō est frigiditas tantū intēsa: sicut ca-
liditas. Est enī aer naturaliter calidus ⁊ non frigidus. Se-
cunda causa est: q: frigiditas non penetrat ad corpus sicut
caliditas: cuius signum est ꝙ caliditas sua similitudine con
gaudens refugit ad exteriora in estate. Ad secundū dicendū
ꝙ non est simile de frigiditate interiori ⁊ exteriori: q: frigidi
tas interior immediate obuiat calori: ⁊ ipsum extinguit: si-
cut patʒ in venenis frigidis: sed exterior hoc non potest face
re: q: nō pōt penetrare ad interiora ꝑpter pororū clausionē.

¶ Secundo queritur circa hoc: quare hmōi resolutio non
potest fieri in alijs rebus sicut in lapidibus ⁊ metallis ⁊ hu
iusmodi. Et dicendū ꝙ hoc est propter duas causas. Una
est dispositio cōpositionis: q: sunt forti coagulatione coagu
lata. Secunda est fortitudo caloris in animali: q: tota natu-
ra ordinatur ad opera: ⁊ hoc propter caliditatē naturalem.

¶ Tertio queritur vtruʒ aer possit preparari ne corpus hu
manum consumatur: ⁊ videtur ꝙ sic: duabus rationibus.
Prima est: q: possibile est aerem inducere ad temperamen
tum: sicut quādo rami virides sternuntur in domo: aer infri
gidatur: ⁊ non nocet. Secunda ratio est hec: fortius est effi
cere aerem vt non infrigidet: ꝙ̄ ipsum efficere ne resoluat:
sed possibile est vt efficiatur ne infrigidet: ergo possibile est
ipsum efficere ne resoluat: quod est falsum ⁊ inconueniens:
q: sic corpus esset impassibile. ¶ Solutio ad hoc dicenduʒ
ꝙ nō est possibile illud: q: ꝙ̄uis aer infrigidet: semper tamē
caliditas occulta resoluit: ⁊ ꝑ hoc patet solutio ad primā ra
tionē: q: ꝙ̄uis caliditas manifesta retardetur: occulta tamē
semper resoluit. per idem patet solutio ad secundū.

¶ Circa quartum principale sic procedimus: ⁊ queritur:
vtrum possit inueniri cibus equalis nature nostri corporis:
⁊ videtur ꝙ sic: q: cibaria cum dicuntur equalia ⁊ tempera
ta: non dicuntur equalia nisi respectu corporis: sed quedaʒ
cibaria dicuntur equalia ⁊ tēperata: sicut caro pullorum: et
huiusmodi: ergo possibile est inuenire cibum equalem na-
ture nostri corporis. ¶ Ad oppositum sunt tres rationes.
Prima est talis: impossibile est duo indiuidua associari vel
coniungi: ergo terrenascentia: ⁊ aīal nō possunt coniungi:
nec vniri. Secunda ratio est hec: nihil quod est in principio
contrariū: ⁊ in fine simile: est equale nature nostri corporis:
sed cibus est huiusmodi: ꝫm Aristote. ergo nullus cibus est
omnino similis. Tertia ratio est hec: nihil qđ distat ꝫm com
plexionem equalitatis a natura humana in complexione et
compositiōe ⁊ specie: est omnino equale nature humane:
sed omnis cibus est huiusmodi: ergo nullus cibus est oīno
similis nature nostri corporis: qđ cōcedimus. ¶ Ad ratio-
nem in cōtrariū dicendū ꝙ equale dicit̄ duob⁹ modis. Aut
q: omnino simile: ⁊ sic nullus cibus est equalis. Secundo
modo: q: non facit impressionē manifestaʒ in corpore: ⁊ hoc
modo quedam cibaria dicuntur equalia: sicut caro pulloꝝ.

¶ Secundo querit̄ vtrū caro huma. nutriat: cū nutrimen-
tum ꝓcedat per similia: ⁊ videtur ꝙ sic: q: dicit ysaac ꝙ ho-
mo non nutritur ab elementis: quoniā multū distat ab eis:
ergo illa caro que maxime vicina est nature humane: maxi-
me nutriet: sed hec est humana: ergo caro humana multuʒ
nutrit. Secunda ratio est hec: ex similibus procedit nutri-
mentum: vnde ex equali nutrimento equalis procedit com
plexio: sed complexio humana maxime tēperata est ⁊ equa-
lis: ergo indiget cibo temperato ⁊ equali: ⁊ hec est caro hu-
mana: quod concesserunt quidam. Nos tamen dicimus ꝙ
est pessimi nutrimenti propter duas causas. Una est passi-
bilitas sue substantie. Alia nimia vnctuositas. vnde sicut ca
ro per existentiam anime preualet in corpore: ita post reces-
sum anime caro remanet vilissima ⁊ fetidissima: ⁊ per hoc
patet solutio ad rationem: quoniā si sit temperata: hoc ha-
bet ab anima cum existit in corpore.

¶ Lectio secunda.

¶ Intentio vero medicorum: ⁊ perfectio actionis
eorum regimentū est: ⁊ augmentum naturaliū com-
plexionum: temperamentum in qualitatibus earum
cum similitudinib⁹ ciborū: ⁊ redditio earūdem cōple
xionum temperamentū exeuntium: cum dissimilitu-
dine earum: ⁊ minoratione malarum complexionuʒ.
Uerbi gratia. Quibus sanguis dominatur clarus ⁊
mundificatus: cibaria tēperata in qualitate ⁊ quan-
titate damus: vt materia generatiua sanguinis sub-
stantie assimiletur: ⁊ reliquū a corpore expellatur.
Quio⁹ vō cholera dominatur seu phlegma: danda
sunt cibaria cōplexionibus eoꝝ ⁊ naturis contraria
que mutēt ⁊ muniant complexionem malam super-
abundantē: ⁊ reducant ad temperamenti mediocri-
tatem. Uerbi gratia. Si cholera rubea dominatur:
damus cibaria refrigeratiua male complexionis hu
mectatiua. Si vō principatur phlegma: damus cale
factoria ⁊ desiccatiua. Si cholera nigra: calefacien-
tia ⁊ humectatiua damus. Sed tamē quātitatē qua
litatis dandorū cibariorum oportet oppositam esse
quantitati qualitatū malarum complexionuʒ domi-
nantium: non excedentē modum earum: nec subsistē-
tem infra. Si enim complexio extra temperamentū
caloris quasi gradus vnius sit: dictam⁹ frigidis: que
a temperamento vnum gradum exierint. Idem in
ceteris qualitatib⁹ ⁊ graduum ponderibus conside
rabitur: vt cuʒ temperamentū exierint: gradibus si-
bi congruis ad temperamenta reducantur mediocri
tatis. Palam ergo est intelligi inter duaruʒ comple
xionum extremitates intemperatas: vnam esse me-
diocrē temperatā. Inter duo quoqʒ cibaria intem-
perate opposita: vnum esse mediocre temperatum.
¶ Temperatis complexionibus cibaria tēperata:
⁊ omni mala qualitate carentia: necesse est vt dētur.
Malis vō cōplexionib⁹ ⁊ intēperatis substantia-
liter vel accidētaliter: cibaria tēperata ⁊ sibi dissimi
lia dari vtile est: cū male ille cōplexiōes meliores red
dēde sint ⁊ tēperatiores. ¶ Omnes vō mutatiōes

rebus contrarie oppositis fieri necesse est. Omne ergo temperamentū duobus modis est. Unum naturale ⁊ vniuersale: alterū accidentale ⁊ particulare. Uniuersale est ſm cursum naturalē: ⁊ inter ceteras mediocres extremitates: vt medium sit inter calorē ⁊ frigiditatem: siccitatē ⁊ humiditatē: lenitatē ⁊ asperitatem: ⁊ similia. Particulare quidem tēperamentum est ad cōparationē omniū cōplexionū que extra naturā sunt. Unde dicitur tēperatū quantū ad ea ad quorū reddendū est tēperamentū. Uerbi gratia. Si quis cholericus est cuius cōplexioni caliditas ⁊ siccitas domine͂tur: huic tēperamento cibariū est inutile calidum ⁊ siccum: et vtile est quod est frigidum ⁊ humidum: repugnās ⁊ refrigerans calorem accidentalem: ⁊ humectans siccitatē ad mediocritatē: ⁊ ad temperamentū cum reducens. Tēperamenta igitur cibariorum duobus modis dici: palam est intelligi. Aut enim conueniens est ⁊ assimilās sane cōplexioni vt augmentatū sit sui: aut contrariū ⁊ oppositum ei cuius complexio exiuit temperamentū: vt reuocet ad mediocritatē. Hunc autem modum intelligimus in etate: temporibus: regionibus: artificialibus consuetudinibus. Nullus enim physicus ambigit temperatum cibum alterum esse iuuenum ꝙ̄ seniorum. In vere vero alterum esse ꝙ̄ in autūno. In hyeme alterum ꝙ̄ in estate. In regione septentrionali aliū ꝙ̄ in australi. In exercitantibus quoqꝫ ⁊ laborantibus alium ꝙ̄ in quiete ⁊ silentio viuentibus. Laborantes enim ⁊ exercitantes expetunt cibum grossiorem: ad digerendum duriorem: atqꝫ dissoluendū tardiorē. Quietis ⁊ silentibꝰ ecōuerso dādus subtilior: ad digerendū velocior: ⁊ dissolutioni facilior.

¶ In parte precedenti assignauit auctor necessitatē inuestigationis nature diete: ⁊ ostēdit ꝙ diuersitas diete procedit ſm diuersitatē dispositionū corporū recipientiū: hec autem pars diuiditur in duas. In quarum prima assignat diuersitatem exhibitionis diete a parte cōplexionis corporꝫ recipientiū in dispositione quattuor qualitatꝫ consistētis. In secunda scꝫ in hac: Idē etiā in corporibus intelligimus ſm oppilationē pororū ⁊ raritatē eorūdem. assignat diuersitatem exhibitionis diete a parte cōplexionis corporum recipientium respectu cōpositionis ipsorum in raritate ⁊ densitate pororum consistentis. Prima autem harum partiū spectat ad presentem speculationē. Diuidit autē hec pars in duas partes: in quarum prima assignat diuersitatē exhibitionis diete cōplexionis essentialis corporū. In secunda assignat diuersitatē eius a parte cōplexionis accidentalis ex etatibus: regionibus: ⁊ tēporibus: ⁊ alijs rebus accidentalibus extrinsecis causate. Prima autē pars diuiditur in duas: in quarum prima tangit generalem intentionē circa exhibitionem diete. In secunda applicat diuersitatem eius ad diuersitatē complexionis corporum recipientiū. Prima autem pars remanet indiuisa. Secunda diuiditur in duas: in quarum prima dat modum regendi complexionē temperatam per dietam. In secūda dat modum regendi complexionem egredientē temperamentū per dietam. Prima autem remanet indiuisa. Secunda autē diuiditur in duas. In quarum prima docet attendere qualitatē diete circa cōplexionem inequalē: que est per contrariū procedēs. In secunda docet attendere eius quantitatē: que per contrariū eleuatum in eodē gradu cum cōplexione procedit. Prima manet indiuisa. Secunda diuidit̄ in duas. In quarū prima docet attendere predictā quantitatē in gradu diete. In secunda ostendit ꝙ sicut inter duas cōtrarias complexiones corporum inequales est dieta media: ⁊ tēperatā dietā temperatis: distemperatā distemperatis cōplexionibus adaptat. Prima autem pars manet indiuisa. Secunda vero diuiditur in duas. In quarū prima predictas cōplexiones distinguit in corporibus ⁊ dietis: ⁊ singulis dietas adaptat. In secunda distinguit cōplexionē temperatā in corporibus ⁊ dietis: cum eis maxime attendatur. Sunt igitur in presenti lectione partes septem. In quarum prima assignat vniuersalem intentionē circa dietam vel exhibitionē diete. In secūda scꝫ in hac. Quibus dominatur sanguis clarus ⁊ mūdificatus. dietā tēperate complexionis adaptat. In tertia scilꝫ in hac: Quibus vero cholera dominatur. dietaꝫ distēperate complexionis adaptat. In quarta scꝫ in hac. Sed tñ qualitatis quātitatem. docet attendere quantitatem eleuationis gradus diete circa complexionē distemperatā. In quinta scilicet in hac. Palam ergo est intelligi inter duarum complexionum extremitates, ostendit inter complexiones corporum inequales: ⁊ similiter dietarum aliquā esse equalem: ⁊ equalē equali: ⁊ inequali inequalē respondere. In sexta scꝫ in hac. Omne ergo temperamentū duobus modis est. distinguit temperamentū in cōplexionibus corporꝫ ⁊ dietarum. In septima scꝫ in hac. Hunc autē modū in etate intelligimꝰ tēporibus ⁊c. assignat diuersitatē exhibitionis diete a parte complexionis accidentalis corporū a rebus extrinsecis causate. hec autem est diuisio huius partis. ¶ Processus autē talis est: inquit ysaac: intentio medicorū in theorica vel practica docente operationē. ⁊ perfectio operationis vel actionis in practica operante est in duobus cōsistens. Primum est conseruatio dispositionis naturalis corporis: ⁊ confortatio caloris naturalis ⁊ spiritus: per dietam vniuersalē ⁊ similem. Secundū est reductio corporū lapsorum ad latitudinem sanitatis cum dieta contraria malam discrasiam reducente. ¶ Circa scdam partem sic procedimus: dicēdo ꝙ cum in corporibus abundat sanguis clarus propter venarū ⁊ epatis claritatē vel puritatē: ⁊ mundus propter virtutē splenis attrahentem melācholiam: ⁊ fellis cholerā: ⁊ renum aquositatē mundificantiū: tunc competit dieta temperata munda ⁊ equalis sanguinis generatiua: vt assimilentur corpori: ⁊ superfluitas residua expellatur. ¶ Circa tertiā partem dicit: ꝙ cum cholera vel melācholia in corporibus dominatur: contraria dieta est exhibenda: vt malam complexionem alteret: ⁊ ad equalitatē perducat. Nam cholericis frigida ⁊ humida cōpetunt: phlegmaticis et sicca ⁊ calida: melācholicis calida ⁊ humida dieta per cōtrariū competit. ¶ Circa quartā partē dicit ꝙ opꝫ vt dieta cōtraria eligatur in eodē gradu cū cōplexione: nec vltra: nec citra cōsistat: vt si cōplexio in caliditate eleuetur in primo gradu: dieta cōtraria in eodem gradu frigida exhibeatur: et similiter oportet intelligi in alijs qualitatibus ⁊ gradibus: ⁊ sic oportet per cōtraria in eodem gradu eleuata complexiones ad temperamentum reduci. ¶ Circa quintā vero assignat inter inequales cōplexiones corporū ⁊ dietarū esse aliquā equalē. dicit igitur ꝙ cum sint complexiones corporum inequales: manifestum est ꝙ inter duas inequales est equalis aliqua: similiter inter duo cibaria inequalia: est aliquod equale: ⁊ temperatis complexionibus: temperata cibaria competunt: distēperatis vero distēperata: vt per ipsa ad temperamentū reducantur: sed quedā sunt distēperata naturaliter a primis componentibus: quedam vero accidentaliter per inordinatū regimen. ¶ Hoc autem sic probatur: omnes enī permutationes fiunt per cōtraria: sed in cōplexionibꝰ distemperatis fiunt necessario permutationes vt reducātur: ergo ipse mutantur per contraria: sed mutantur per dietā: ergo ex eis cōpetit dieta contraria: ⁊ non equalis: neqꝫ similis. ¶ Circa sextam partem distinguit temperamentū primo in corporibus dicens: ꝙ omne temperamentū corporum est duplex. Unum vniuersale ⁊ naturale: alterum accidentale ⁊ speciale. Uniuersale autem quod est absolute inter omnes complexiones. ⁊ dicitur vniuersale: quia absolute super omnes equalitates: cum cōplexiones omnes in ipso equaliter cōcurrant: dicitur vniuersale: quia corpus in ipso ſm statum meliorē natura. Speciale ⁊ accidētale est: in quo non est equalitas simpliciter: sed in suo genere solum. ⁊ dicitur speciale: quia est

causatū in sua specie: accidentale v̈o q: habet lapsum a statu melioꝛi nature: ⁊ ſm tale cholericus dicitur temperatus in suo genere: ⁊ similiter de alijs: ⁊ illud multam habet latitudinem. ¶ Deinde assignat hic duplex temperamentum in cibis: dicens ꝙ similiter est in cibis duplex temperamentum: ⁊ sic patet ꝙ distēperatis cōplexionibus ſm primū tēperamentum competit dieta tēperata absolute: sed temperatis ſm scđm: non omnino: sed quodāmodo contraria: vt melioꝛentur: sicut habetur ex tegni Gal. ¶ Circa septimā partez dicit ꝙ sic diuersificatur diete exhibitio a parte etatum: tempoꝛū: ⁊ regionum: ⁊ artificialiū consuetudinū: hoc autem patet inducēdo: q: alius cibus competit iuuenibus ꝙ̄ senibus: q: subtilis. alius in hyeme: q: grossus calidus: alius in estate: q: subtilis frigidus: ⁊ sic de alijs tpib⁹. ali⁹ in regione septētrionali: q: calidus ⁊ grossus: alius in alijs ſm earum diuersitatē: alius competit quiescentibus: quia subtilis: alius exercitantibus: q: grossus. ꝓpter debilitatem caloꝛis ⁊ multā repletionē in quiescētibus: ꝓpter contraria in laboꝛantibus: ⁊ ꝓpter poꝛoꝛum raritatem. Hec autem est intentio huius partis.

¶ Ad expositionē littere duo sunt notanda. Primum est ꝙ intentio medicoꝛū retoꝛquetur ad theoꝛicam ⁊ practicam modum operandi docentis: perfectio actionis eoꝛū ad practicam: ad opus applicatur. Secundū est cognitio vel regimentum in coꝛpoꝛibus sanis aliquantulū lapsis duplex. sanis quantū ad ipsoꝝ conseruationē: lapsis quantū ad ipsoꝝ melioꝛationē: reditio egris per contrarium procedēs. inspiciatur autē tegni Gal. ⁊ cōmentū: ⁊ scriptū super locū istū.

¶ Circa partem istam quattuoꝛ queruntur. Primum est vtrum equalis complexio: quam tangit in littera: sit in rerū natura. Scđm est dato ꝙ sit: vtrum possit conseruari. Tertium de complexione distemperata: vtrum debeat conseruari per similia vel contraria. Quartum est: de comparatione diete ad illa que nutriunt coꝛpus sicut aerem ⁊ cibum.

¶ Circa primū sic procedimus: ⁊ queritur: vtrum equalis cōplexio sit in rerum natura: ⁊ videtur ꝙ sic: per septem rationes. Prima est hec: omne illud ad quod medicus intendit reducere omnes cōplexiones lapsas est vel potest esse in rerū natura: aliter eñ opus medici ⁊ eius intentio esset frustra: sed ſm Gal. medicus intendit reducere omnes cōplexiones ad temperatā ⁊ equalem: ergo equalis complexio: ⁊ tēperata est in rerū natura. Secunda ratio hec est: in quocunqꝫ genere inequaliū ⁊ incompletoꝝ: est ponere aliquod equale ⁊ cōpletū: ſm cui⁹ accessum ⁊ recessuꝫ denominent̄ eq̄lia: hoc patet in moꝛalibus ⁊ naturalib⁹: ergo necesse est in genere complexionū inequalium ponere complexionem equalem: ſm cuius accessum ⁊ recessum oẽs complexiones dicant̄ equales vel inequales. Tertia ratio hec est. Dicit Gal. in libꝛo comple. impꝛobando opinioneꝫ quoꝛūdam qui ponebāt complexioneꝫ calidam ⁊ humidā esse maxime nobilē ⁊ equalem. Pꝛimo sic: cōplexio equalis non habet contrariū: sed cōplexio calida ⁊ hu. habet contrariū: q: opponitur cōplexioni frigide ⁊ sicce: ergo cōplexio calida ⁊ hu. nō est equalis: sꝫ cōplexio equalis ⁊ tēperata nullū inducit lapsuꝫ: sed cōplexio ca. ⁊ hu. cū nimis excedit īducit lapsuꝫ: ergo non est equalis: sed natura intendit cōplexionē equalem q̄ non est ca. et hu. nec est frigida ⁊ sicca: ⁊ sic de alijs: ergo necesse est esse aliquam complexionē: que sit supꝛa illas. hec auteꝫ est cōplexio eq̄lis: g̃ necesse est esse cōplexionē equalem. Quarta ratio est hec. Dicit Auicē. in libꝛo suo de anima ꝙ in coꝛpoꝛibus viuentibus mixtis est ponere aliqđ equale qđ resultet ex cōtrarijs: ⁊ nulli est contrariuꝫ: sed in coꝛpoꝛe humano sunt cōplexiones diuersꝫ: ſm ꝙ sunt in diuersis mēbꝛis: ex quib⁹ cōplexioīb⁹ resultat vna cōplexio: que est supꝛa oẽs per recessum ab omni cōtrarietate: ergo cū hec sit equalis: necesse est in coꝛpoꝛe humano complexionē esse equalem. Quinta ratio hec est: in omnibus que adinuicem cōmiscentur: in quocunqꝫ genere eoꝛum est ponere mediū per confractiōes extremoꝛū: ergo cum in coꝛpoꝛibus mixtis sint extrema ⁊ miscibilia: ergo in coꝛpoꝛibus mixtis est ponere mediuꝫ ſm viam cōmixtionis: sed illud medium est equalis complexio que ex concursu extremoꝛuꝫ resultat: ergo in coꝛpoꝛibus mixtis est ponere complexionem equalem. Sexta ratio est hec: in quocunqꝫ gñe est ponere abundantiam ⁊ defectuꝫ: in eodem est ponere mediū inter abundantiam ⁊ defectum ſm viam nature: q: ex cōfractiōe abūdantie ⁊ defectus resultat mediū ꝓpoꝛtionale: ergo cum in genere complexionū contingat ponere abundantiā ⁊ defectum: ergo est ponere medium: sed illud mediū nō est nisi cōplexio equalis: ergo necesse est ponere cōplexionē equalem in coꝛpoꝛibus mixtis. Septima ratio est hec: sicut habetur in libꝛo de gñatione. Mixtio est miscibiliū alteratarū vnio: in mixtione v̈o non resoluūtur omnino species miscibilium: q: tunc esset generatio ⁊ non commixtio: sed excellētie frangūtur: vt dicitur in secūdo de generatione: quia eoꝛum excellentie coꝛrūpuntur adinuiceꝫ. Et mediū qđ resultat ex his: est mediuꝫ indifferens ab vtroqꝫ extremoꝛum: quia nō est aliquod contrarioꝛū: sed in eis in quibus est alteratio et refractio excellentiarum possibilis est equalitas que cōsistit in medio: ergo cum hec sit ī miscibilibus: possibile est vt deueniatur ad equalitatē in miscibilibus ⁊ mixtionibus: sꝫ ad equalē cōmixtionē sequitur equalitas cōplexionis: ergo in miscibilibus est equalitas cōplexionis: q: ſm Auicē. cōplexio est effectus ex cōmixtione: ⁊ ſm hoc equalis cōplexio est effectus derelictus ex mixtione elemētoꝛum equali: ergo ex mixtione elementoꝛū equali possibile est complexionē equalem resultare. ⁊ sic erit ponere in rerum natura complexionem equalem. ¶ Ad oppositum sunt due rationes: quarū prima est hec: sicut habetur in libꝛo de generatione. In mixto semper est pꝛedominium alicuius elementi. et in eo non equalitas miscibilium: ergo impossibile est ſm viam nature miscibilia misceri ſm equalitateꝫ: ergo equalis cōplexio nō est possibilis: cum sit effectus equalis mixtionis. Secunda est hec. dicit Aristo. in. iiij. metheoꝛoꝝ. Omnia coꝛpa que generantur circa mediū habent dominiū terre ⁊ aque. Hoc idem habetur in libꝛo de generatione in scđo tractatu. Itereꝫ coꝛpoꝛa miscibilia non constant in determinata figura: sed solum duo elementa contrahuntur ad determinatam figuram: sicut aqua ⁊ terra: ergo illoꝛum duoꝛum solum habent dominiū coꝛpoꝛa mixta generata circa medium: ergo in eis non est equalitas mixtionis: ergo nec equalitas cōplexionis que eam sequitur. Solutio ad hoc dicenduꝫ ꝙ in rebus mixtis est possibilis equalitas cōplexionis ⁊ mixtionis. que eā sequatur. ⁊ sic est in reruꝫ natura. ¶ Sed sciendū ꝙ duplex est equalitas. Quedaꝫ in quātitate: q̄ dicitur equalitas pōderis que est equalitas in virtute: ſm exigentiaꝫ indiuidui ⁊ speciei in melioꝛi foꝛmarum statu ⁊ conseruatione nature: ⁊ hec dicitur equalitas quoad iusticiā: ſm ꝙ natura dat vnicuiqꝫ qđ suum est: ſm ꝙ in genere suo ei melioꝛi modo competit. Sed equalitas ad pōdus est duplex: quedā que attenditur in quātitatibus ſm quam vnumquodqꝫ dicitur esse tantū. i. tante magnitudinis: ⁊ hec impossibilis est in rerum natura: in coꝛpoꝛib⁹ aīatis ⁊ in inanimatis: quia opoꝛtet vt elementa debilioꝛis actionis in maioꝛi sint quātitate et elementa maioꝛis actionis sint in minoꝛi. Aliter enim illa que sunt maioꝛis actionis excellerent illa q̄ sunt minoꝛis actionis. vnde ignis excelleret in virtute omnia alia. ⁊ coꝛrumperet: et in suam naturam conuerteret: ⁊ sic non esset mixtio: sed generatio. Est autem alia equalitas quo ad pōdus ratione virtutum ⁊ equalitatum: ſm quā dicitur vnūquodqꝫ equale esse: nō quātum est in magnitudine: sꝫ quātum potest: et ista equalitas in qualitatibus: ⁊ virtutibus eoꝛum est virtus omnium qualitatum: que refrangūtur in mixto. ⁊ tantum potest vna quātuꝫ ⁊ altera: ⁊ hec est possibilis in rebus mixtis inanimatis ſm cursum nature: ꝙ̄uis raro inueniatur. In rebus v̈o animatis non est possibilis. Dicitur tamen ꝙ vita in ipsis stet per calidum ⁊ humidum ſm dominiuꝫ. Equalitas v̈o quoad iusticiam est possibilis in omnibus rebus: ⁊ maxime in rebus animatis: ſm ꝙ vnicuiqꝫ dedit natura existentiam melioꝛem in genere suo ⁊ oꝛdinem. Hec aūt eq̄litas multā: ⁊ diuersam hꝫ latitudinē: ⁊ non est vnifoꝛmis in omnibus viuentibus: imo diuersificat̄ ſm gña ⁊ spēs viuētiū: ⁊ ſm diuersas cōplexiōes generum ⁊ specierū: ⁊ indiuiduoꝝ sicut postea patebit. ¶ Ad rōnes

primam in contrarium dicendũ ꝙ predominiũ alicuius est duplex: formaliter. s. vel materialiter: in mixto vo est predominiũ terre ⁊ aque materialiter. formaliter vero est ibi predñium ignis et aeris in aliquibus: et ex vtroqꝫ predominio resultat tẽperies: ⁊ equalitas cõplexionis: quoad q̃litates elemẽtoꝝ. Ad rationẽ scdaꝫ dicenduꝫ ꝙ in corporib⁹ gn̄atis circa medium: aqua ⁊ terra sunt in predominio: sed hoc predominiũ est ẜm quantitatẽ ⁊ materiã solis. Possunt autẽ dominari ignis ⁊ aer ẜm formam ⁊ qualitates: prout est in ipsis predominiũ ẜm formam ⁊ qualitates: in alijs vo ẜm materiam ⁊ quantitatẽ potest esse in mixto equalitas complexionis ẜm concursum qualitatũ resultans ex proportione miscibilium: ⁊ hoc non impedit: q̄n ipsum mixtum constet in debita quantitate ⁊ figura: ẜm exigentiam terre ⁊ aque dominantium: quantitatem ⁊ materialiter. ⁊ sic patet solutio istius questionis.

❡ Circa secundũ principale sic ꝓcedimus: ⁊ circa hoc duo queruntur. Primũ est vtrum complexio equalis possit conseruari per naturam. Scd̄m est vtrum hec complexio maxime conseruetur: aut maxime sit corruptibilis a causis 3rijs.

❡ Circa primũ sic procedimus ⁊ queritur: vtrum equalis cõplexio possit conseruari per naturam: et ostenditur ꝙ sic per duas rationes. prima talis est. Natura nihil facit frustra: nihil ergo facit qd̄ non cõseruat: qm̄ frustra fit per naturaꝫ: qd̄ non seruatur per naturam: sed hec cõplexio possibilis est ẜm cursum nature: ⁊ natura maxime intendit hoc facere: ergo hec complexio potest seruari per naturam. Secunda ratio hec est: in quocūqꝫ corpore est fortissimus nexus contrariorum cum difficultate dissoluitur: sicut patet in metallis ⁊ lapidib⁹: sed in hm̄oi corpore est fortissim⁹ nexus cõtrarietatum: sicut dicit Ha. ergo de facili nõ potest dissolui: sed diu conseruabitur. ❡ Ad oppositũ sunt quinqꝫ rationes. Prima talis est: omne excellens est corrũpens: sicut habetur in libro de sensu ⁊ sensato: sed hec cõplexio ab omni intrinseca re ⁊ extrinseca excellit: cum ipsa sit equalis: ⁊ oẽs alie res sunt inequales respectu ipsius: ergo omnes res corrũpent ipsam: ergo impossibile est ipsam conseruari. Secunda ratio est hec: accidẽtiũ quedam inducunt caliditatẽ: quedam frigiditatẽ: ⁊ hec non possunt euitari: nec etiã actiones corporales ⁊ animales possunt euitari: cum corpus sit propter operationes: sed hec omnia addunt in distemperantiã complexionis: ergo hm̄oi complexio non poterit conseruari: Tertia ratio hec est: nullum corpus viuens potest sine nutrimento conseruari: q: resoluitur continue a calore interiori ⁊ exteriori: et indiget continua restauratione deperditi: sed nutrimentũ in principio dissimile est: in fine vo simile: ergo in principio corpus permutat. Quarta ratio talis est: a reb⁹ non naturalib⁹ impossibile est corpus egredi in vita: ad hoc vt diu viuat: sicut ab aere: cibo ⁊c. sed complexiones illaruꝫ sunt excellentes ⁊ distẽperate respectu huius cõplexionis equalis: ergo ipsam corrumpent: ⁊ ad distemperantiã perducent: ergo hm̄oi complexio per naturã conseruari nõ potest: ergo. Ad hoc dicenduꝫ ꝙ hec cõplexio potest cõseruari per naturam. ❡ Ad rationes autem in contrariũ dicendũ ꝙ sua equalitas permutatur ẜm actualem existentiam: ⁊ cõseruatur ẜm essentialem.

❡ Circa secundũ huius questionis sic procedimus: ⁊ queritur: vtrum hec complexio maxime cõseruetur: an maxime sit vincibilis ab egris causis: ⁊ ostenditur ꝙ maxime egris causis resistat ꝑ duas rationes. Prima talis est. Dicit Ga. in tegni. corpus sanũ simpl'r est qd̄ hꝫ partes ꝑfectas operãtes: ⁊ qd̄ causis extrĩsecis egris potest fortiter resistere: hec complexio est illa in qua consistit corpus sanuꝫ simpliciter: ergo hec complexio fortiter causis egris resistit: ergo maxime hec complexio põt cõseruari. ❡ Ad oppositũ sunt due rationes. Prima talis est: mediuꝫ facilius patitur ab extremis ꝙ̄ extrema abinuicẽ propter maiorem similitudinẽ quã habet cum ipso: ergo cum hec cõplexio sit media per equalitatem: inter oẽs alias facilius patietur ꝙ̄ aliqua alia: ergo minus potest conseruari ꝙ̄ alia cõplexio distemperata. Secunda ratio est hec: cõplexio ab omnib⁹ excellitur: ⁊ omne qd̄ a pluribus vel omnibus excellitur: facilius transmutatur ⁊ frequẽtius cum ab omnibus alijs excellatur: ergo fortius ⁊ frequentius trahetur ad distemperantiã: ergo minus omnibus alijs conseruatur. ❡ Ex his igitur concluditur ꝙ ex quo corpus sanissimũ consistit in hac complexione hec complexio de facili leditur a causis egris: sed corpus qd̄ maxime leditur a causis egris: sicut dicit Gal. ⁊ Ha. est corpus egerrimũ: ergo ⁊c. Ad hoc dicendũ ꝙ hec cõplexio cõpetit corpori sanissimo: ⁊ nata est maxime effugere corruptiones egrarũ causarum. ❡ Ad rationem dicendũ ꝙ dupliciter est loqui de hac cõplexione: ⁊ de corpore in quo est. Uno modo a parte excellentiarũ causarum contrariaruꝫ: et sic maxime nata est permutari: ⁊ ad distemperantiam duci. Alio modo cõsideratur ratione sue equalitatis ⁊ fortis nexus contrarioꝝ: ⁊ fortitudinis virtutis que ipsam conseruat: ⁊ sic maxime causis ledentibus resistit.

¶ Cum per diuersitatem concursus principiorũ ⁊ causaꝝ transmutationes sapoꝝ diuersant̃: positꝙ̃ de causis dictum est ipsoꝝ: de diuersitate gñationis ipsarum ⁊ transmutatio-nis determinat: q: oĩa que in hac parte determinantur hñt difficilẽ distinctionẽ ꝓpter ipsoꝝ cõceptionẽ: ideo, vt sine in-tricatione ꝓcedamus: partẽ istã in decem distiguimus di-stinctiones. In quarũ prima assignat primã diuersitatẽ ge-nerationis sapoꝝ fm quãꝰ quidã generat̃ ex pontico sapo-re alio intercedente medio. In secunda .s. in hac: Mutantia sine mediatore. determinat diuersitatẽ eoꝝ que sine medio generant̃. determinat ⁊ distinguit: fm ꝙ quidã manent in sua duricie: quidã ad molliciem transducunt̃. In tertia .s. in hac: Cause eoꝝ q: cũ põticitas naturaliter sit terrestris ⁊c̃. assignat causas huiꝰ diuersitatis. In quarta .s. ĩ hac: Neqꝫ arbitreris me dicere ex actiõe solius caloris ⁊c̃. remouet du-bitationem ex dictis incidẽtẽ. In quinta .s. in hac: Qḋ cum ita sit, necesse est qũo fiat dici ⁊c̃. redit ad intẽtionẽ ⁊ deter-minat diuersitatẽ sapoꝝ qui generant̃ sine medio: ⁊ manẽt in duricie vel ad molliciẽ transmutãtur: qui ex multo calore ⁊ pauca humiditate ꝑcreantur. In sexta .s. in hac: Cum aũt põticitas sua mutat̃ ꝓpter multitudinẽ humiditatis ⁊c̃. de-terminat diuersitatem illoꝝ qui a multa humiditate ⁊ debi-li calore ꝓcreantur: in quo expresse assignat cãm ꝓpter quã non est eadem duricies: neqꝫ sapor manet: imo vtrũqꝫ trãs-mutatur. In septima .s. in hac: Humores eñ terrenascẽtia nutriẽtes ⁊c̃. assignat huiꝰ diuersitatis causas penes quas diuersitatẽ in saporibꝰ assignat. In octaua .s. in hac: Si aũt ponticitas ꝑ fortem calorẽ ⁊ multã humiditatẽ ⁊c̃. determi-nat distinctionẽ sapoꝝ qui ex multo calore ⁊ multa humidi-tate ꝓcreãtur. In nona .s. in hac: Possunt aũt intelligi hec ex his que fiũt exterius ⁊c̃. manifestat diuersitatẽ gñatiõis specierũ sapoꝝ ꝑ exẽplum in actione caloris in rebus extrin-secas fm cuius actionẽ intensam ⁊ remissam fm diuersas materierũ dispositiones diuerse sapoꝝ species ꝓcreantur. In decima .s. in hac: De passionẽ inferentibus ita est sicut actionẽ ignis ⁊c̃. manifestat diuersitatẽ gñationis sapoꝝ: fm quã ex vno multi generant̃ per intẽsam actionẽ caloris ponens exẽplũ in igne ⁊ melle. ¶ Circa primã ptẽ dicit ꝙ cum diuersantur cause ⁊ initia sapoꝝ ⁊ substantie fm liqui-ditatem ⁊ grossiciem ⁊ mediocritatem penes que causat̃ di-uersitas in ipsis: ideo transmutatiões sapoꝝ sunt diuerse: quia quidã transmutant̃ ex pontico in aliũ saporem alio in-tercidẽte: sicut vue acetoso interueniẽte: quidã nullo sicut galla. Circa scḋam dicit ꝙ eoꝝ que sine medio transmutant̃ quidam manent in sua duricie: sicut glans. quidã cũ sapore duriciem transmutant sicut pirũ malum. Circa tertiam di-cit ꝙ causa huiꝰ est q: põtica frigiditas et siccitas permutat̃ a caliditate ⁊ humiditate. Cũ ḡ pauca est humiditas trãs-mutatio fiet sine medio: cum autem multa acetosum inter-cadit medium humiditatem sequens. Similiter est de duri-cie que sequitur paruitatem humiditatis: ⁊ molliciem que eius multitudinem sequitur: et fm dominium in calido et humido in vtroqꝫ diuerse resultãt spẽs sicut postea dicetur et hunc modum tangit in quarto de simplici medicina. Circa quartam partem quia dicit solum calorem et solam humiditatem ne credatur quod a sola caliditate vel humi-tate causetur hec diuersitas: remouet hoc dicens. ꝙ non credatur hoc: quia non dictũ est nisi in respectu: eo ꝙ in qui-busdam calor intẽditur sicut in pipere: ⁊ in quibusdam par-uus est: sicut in psilio. similiter est de humiditate. vnde so-lus calor vel humiditas a dominio dicitur: et non absolute. Circa quintam partem dicit ꝙ redeamus ⁊ dicamus ꝙ cũ calor dominatur: ⁊ humiditas reprimitur: causatur sapor sine medio: quoniam mollis quando aliquantula est humi-ditas: quandoqꝫ durus quando pauca. Circa sextam par-tem dicit ꝙ cum ponticum a multa humiditate mutatur et pauca caliditate: tres generantur species: scilicet pon-ticum sequens stipticum ⁊ acetosum. Circa septimam par-tem quattuor intendit: primo dicit ꝙ cum mutatur pon-ticũ ꝓpter humidi dñium, tres generãtur sapores: sꝫ pon-ticus stipticus ⁊ acetosus. Secundo ad significandum cau-sam predicte diuersitatis diuidit humiditatem ex qua gene-rantur sapores per grossam subtilem ⁊ mediocrem. Tertio dicit ꝙ ex grossa ponticum ⁊ stipticum generantur: sicut patet in fulful: qḋ est pomũ quercinũ: deinde dicit ꝙ ex me-diocri generatur ponticum molle sicut glans: deinde dicit ꝙ ex liquida subtili generatur acetosum: sed differenter: q: aut habet admixtam põticitatẽ: ⁊ sic generatur sapor com-positus sicut ĩ coctanis: aut est subtilis admixta viscositate: ⁊ sic alius cõpositꝰ sapor ⁊ lapatiuus generat̃ sicut in tama-rindis ⁊ prunis. Quarto assignat iuxta predicta differen-tiam inter actionem pontici ⁊ acetosi dicens: ꝙ stipticum grossum est paruum penetratiuum: ⁊ sua actio magis viget in superficie: acetosum vero est contrarium. Circa octauam partem sic procedit. dicit primo ꝙ cum mutatur ponticum ex multitudine humiditatis ⁊ caliditatis: quinqꝫ generãtur species saporis: scilicet dulcis: vnctuosus: salsus: amarus: ⁊ acutus. Secundo assignat causas huius diuersitatis fm quas fit trasmutatio ꝑ mediũ: ⁊ sine medio: ⁊ quidã manẽt in duricie: ⁊ quidã non: ⁊ cause proueniunt propter diuersi-tatem actionis caloris: ⁊ dispositionem humiditatis in mul-titudine ⁊ paucitate ⁊ subtilitate. Circa nonã partem tria ꝓponit. Primo ponit exemplum in frigidis per actionem diuersam caloris exterioris ad diuersos sapores transmu-tantis. Secundo ostendit quomodo per actionem caloris intensam ⁊ remissam diuersi generentur sapores in diuer-sis gradibus positi ⁊ constituti. Tertio comparat quasdam species adinuicem ratione intensionis maioris et minoris ⁊ actionis ipsorum: ⁊ totus sermo est planus. Circa decimã partem ponit exemplum in actione ignis in melle: cum eñ est eius actio fortis cõuertitur ad salsum: cũ aũt fortior con-uertit̃ ad amarũ: cũ aũt fortissima ad acutũ. cũ .s. humidum finit̃: ⁊ siliter est in alijs rebꝰ. Hec est intẽtio huiꝰ partis.

¶ Circa partẽ istã multa remanẽt dubitabilia de initijs et causis gñatiõis sapoꝝ. Inter q̃ pmo q̃rit̃ vtrũ nouẽ gñent̃ sapores ꝑ viã cõmixtiõis sicut nouẽ gñant̃ ꝑ viã digestiõis: ⁊ ondit̃ ꝙ sic: sapores sequũt̃ ꝯplexiões siue cõmixtiões: sꝫ cõmixtiões sunt nouẽ sicut dicit Cõstã. ĩ pãtegni: ḡ tot mo-dis erũt sapores: qḋ eñ alterũ sequit̃ multiplicat̃ fm multi-plicitatẽ illiꝰ ad qḋ sequit̃: ḡ nouẽ generant̃ sapores ꝑ viã cõmixtiõis. Scḋa rõ hec est: sapor est seq̃la cõplexiõis vñ se-quit̃ naturã ⁊ diuersitatẽ cõplexiõis: sꝫ cõplexiões sunt no-uem: ⁊ causant̃ nouẽ ⁊ diuersificant̃ fm viam cõmixtionis: ergo necesse est .ix. sapores causari ⁊ diuersificari fm viã cõ-

mixtionis. Tertia ratio hec est: sapor nō tm̄ reperitur in fructibus: sed etiā in alijs rebus que generantur per viam cōmixtionis sicut patet in planta: que potius generat̄ per viā cōmixtionis ꝙ per viam digestionis: sed plante multas habent cōplexiones ⁊ diuersas ſm viam cōmixtionis: ergo necesse est ipsas sapores habere multos: ad minus nouē per viam cōmixtionis: cum plures in eis reperiantur sapores. Quarta ratio hec est: colores ⁊ sapores in natura causantur a primis qualitatibus: ⁊ ſm eandem viam generantur: sed infiniti colores generātur ex primis qualitatibus per viam cōmixtionis: ergo infiniti sapores generant̄ ex primis qualitatibus ſm viam cōmixtionis. ¶ Ad oppositū est hec ratio: duo sunt sapores initiales tm̄. i. ponticus ⁊ insipidus: ⁊ antecedunt generationē fructus. Alij vō omnes sapores sequuntur: ⁊ ideo generantur per viam digestionis ⁊ initiales per aliam viam: sed non est alia via nisi cōmixtionis: ergo generantur per viam cōmixtionis: non ergo omnes sapores generantur per viam commixtionis siue digestionis. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ sapores generant̄ per viam digestionis. Sed notandū ꝙ dupliciter est loqui de generatiōe saporum. Uno modo in gn̄ali ſm ꝙ sapor est in omnibus mixtis saporatis: ⁊ sic tot generantur sapores per viam cōmixtionis: quot per viam digestionis. Alio modo est loqui de ipso in speciali ⁊ particulari vt in fructibus: ⁊ sic tm̄ duo sapores initiales generantur per viam cōmixtionis: ⁊ dicitur hec cōmixtio generatio prima ſm quam res procedit in esse: ⁊ digestio dicitur mutatio ſm quā diuerse generant̄ species saporum post exitum rei in esse.

¶ Secūdo queritur ex quibus qualitatibus generent̄ sapores a dominio: vtrum ab actiuis: an a passiuis. Et supposito ꝙ a passiuis: queritur scd̄o ex cuius dominio qualitatis passiue generētur. Tertio queritur propter quid quedā sensibilia habent dominiū qualitatū actiuarū: quedā vō passiuarum. ¶ Ad primū dicendū ꝙ duplex est causa diuersitatis obiectorum sensibiliū. Prima causa est a parte intentionis sensuum. Secunda est a parte immutationis obiectorū: quedam em̄ sunt obiecta ꝑpter cōmutationē: quedā vō ꝑpter nutrimētū. Obiecta q̄ sunt ꝑpter cōmutationē sunt vt color sonus: q: ergo hmōi obiecta sunt ꝑpter cōmutationē vt immutent sensum: ideo habent naturam qualitatū actiuarum sicut color. Sonus autē non habet dominiū qualitatum: sed est impressio facta in aere. Organum vō tactus est compositū ex quattuor qualitatibꝰ: ⁊ propter hoc obiectū tactus sunt quattuor qualitates. Sapor vō ⁊ odor sunt sequele cōplexionis ⁊ nutrimēti: ⁊ q: nutrimentū est passiuū: propter hoc habent dominiū passiuarū qualitatū: sed sapor est grossus ⁊ magis passiuꝰ ꝙ odor: quia īmediatius sequitur nutrimentū: ⁊ ideo habet dominiū magis passiuarum qualitatū. Hec autem qualitas est humida: ⁊ ideo obiectū gustus habet naturam humidi. Secunda causa est proportio organi ad obiectū: q: oportet ꝙ sit dominiū illius nature que est in organo ⁊ obiecto ꝓportionalis: q: eadem est organi medij ⁊ obiecti. Natura vō que est proportionalis in organo tactus est dominiū quattuor qualitatū: ⁊ ideo eius obiectum habet dominiū perspicuū. In organo vero auditus est natura cōmunis proportionalis aer mobilis in auribus: ⁊ ideo eius obiectum est vox formata in aere. In organo vō gustus est dominiū humidi saliualis: ⁊ ideo oportet ꝙ in suo obiecto sit dominiū humiditatis. In organo vero olfactus est dominiū sicci: ⁊ ideo dominiū in suo obiecto est siccitas. Ad scd̄m dicendum ꝙ dominium in saporibus est a qualitatibus passiuis materialiter: q: sapor sequitur naturam nutrimenti: ⁊ omne nutrimentū habet naturam humidi ⁊ sicci per dominium: ⁊ ideo in saporibus est dominiū a qualitatibus passiuis. Ad aliud dicendū ꝙ duplex est causa diuersitatis obiectorū. Prima est a parte mutationis sensuum. Secunda est propter mutationē organorū. Item sapor ⁊ odor ad nutrimentū ordinantur: sed sapor de prope: ⁊ odor de longe: ⁊ ideo habent naturam ⁊ dominiū qualitatum passiuarum. Item sapor grossior est: ⁊ in humido fundatur: ⁊ ideo magis habet naturam ⁊ dominiū sicci. Item in organo tactus est dominiū quattuor qualitatum per indifferentiam: ⁊ ideo eius obiectum consistit in cōmixtione omnium qualitatū a dominio.

¶ Tertio queritur quomodo in omnibus fructibus reperitur vnus sapor cōmunis in principio. s. ponticus: ⁊ videt̄ ꝙ hoc non possit esse. Dicit ysaac ꝙ sapor sequitur complexionem ⁊ firmat suam speciē: sed fructus diuersarū sunt cōplexionum: ergo cum sapor sequatur complexionē necesse est ipsum diuersificari ſm diuersitatē quattuor complexionum: ergo cum complexio non sit vna ⁊ eadem in omnibus fructibus sed diuersa: nec sapor erit in omnibus fructibus vnus: nec vnius nature in principio: sed diuerse. Secunda ratio hec est: fructus generātur ex superfluitate humiditatis nutrimentalis ipsius plante: ⁊ omnes fructus in principio assimilant̄ sue plāte in natura ⁊ complexione: simile em̄ gn̄at suū sile: sed plāte sunt diuerse nature ⁊ cōplexionis: ergo fructus in sui principio habēt diuersas naturas ⁊ complexiones: ergo ⁊ diuersos sapores qm̄ sequunt̄ cōplexiones. ¶ Ad oppositū est auctor. Gal. qui dicit in lib. de simplici medicina: ꝙ fructus omnis in sui principio reperit̄ pōtici saporis ꝑpter naturā hūidi terrestris dominātis in eo: quod concedimus. Ad primā rationē in contrariū dicendū ꝙ cōplexio duplex est. Quedā est cōmunis que sequit̄ naturam terrestrē: ⁊ hanc participāt oēs fructus in sui principio: ⁊ propter hoc oēs habent naturā siccā in principio: ⁊ sapor sequens hanc cōplexionē cōmuniter est ponticus sapor in omnibus fructibus in principio. Alia est cōplexio ꝓpria que additur supra complexionē cōmunem: ⁊ diuersificat̄ ſm diuersas naturas fructuū: ⁊ hanc sequunt̄ diuersi sapores et eius diuersitatē. Ad secundā rationem dicendū ꝙ duplex est complexio in plantis. Una est fixa radicalis: per quā stat vita in eis: ⁊ hec diuersificat̄ ſm diuersas naturas plātarū: ⁊ hanc non sequunt̄ sapores. Alia est fluens nutrimentalis: ⁊ hec est eadē in omnibus plantis: q: causatur ex humiditate nutrimētali terrestri ex qua omnes plante generant̄ ⁊ nutriuntur: ⁊ ex cuius superfluitate fructus nutriuntur ⁊ generantur. Et hec complexio fluens cōsideratur dupliciter. Uno modo prout est in fructibus ante sui digestionē ⁊ maturationem ⁊ mutationē vnius saporis in aliū: ⁊ hoc modo est vna ⁊ eadem cōmunis in omnibus fructibus: q: frigida ⁊ sicca materialiter: ⁊ tunc omnia sequit̄ vnus sapor solum scʒ ponticus. Alio modo consideratur post fructuū digestionem siue completā siue initiatā: ⁊ tūc non est vna sed diuersa: ⁊ hoc modo sequunt̄ plures sapores ⁊ diuersi: ⁊ non vnꝰ solus. ¶ Scd̄o querit̄ de diuersitate ⁊ ꝯrietate inter Gal. ⁊ ph̄m. Ponit em̄ Gal. ꝙ oēs fructus in principio sunt pontici saporis ⁊ postea fiūt dulces vel alteriꝰ saporis. Phs vō ponit in lib. vegetabiliū ꝙ myrobal. primo sunt dulces: et postea fiunt pontici. Ad hoc dicunt quidā ꝙ cum dicit Galienus ꝙ omnes fructus in principio sunt pontici: ⁊ philosophus dulces: nō intelligit ꝙ sint dulces simplr̄ ⁊ absolute: sʒ ꝙ sunt pontici remissi in principio: ⁊ attinent dulcedini remisse: ⁊ causa huiꝰ est q: myrobal. in principio habēt quandam humiditatē ⁊ mollitiem: q: cōpositio ipsorū est valde rara: ⁊ multā attrahunt humiditatē: ⁊ aer est calidus ⁊ humidus: ex quo recipiunt ponticitatē valde remissam: sed calor exterior conualescens in estate contrahit humidū substātiale ab eis ⁊ remanet terrestre ⁊ fiūt pontici: ⁊ sic soluitur contrarietas. Nos vō dicimus ꝙ in myrabalanis est in principio pōticitas essentialis latens: ⁊ dulcedo est in eis actualis a parte humiditatis actualis ⁊ generositatis que dominantur in eis actualiter: sed post consumitur illa humiditas a calore exteriori: ⁊ introducitur pōticitas actualis que prius latebat.

¶ Quarto q̄rit̄ quō idē fructꝰ trāsmutat̄ ad diuersos sapores manēte eadē suba ⁊ eadē specie: ⁊ videt̄ ꝙ hoc nō possit esse: sapor firmat suam speciē: sicut vult ysaac: ergo si sapor varietur vel transmutet̄: necesse est speciē variari ⁊ transmutari. Secunda ratio hec est: vnus sapor diuersus est ab alio ſm speciē: sed impossibile est vnam speciem in aliam transmutari: sicut habetur in fine metheororū: ergo impossibile est vnum saporem in alium transmutari. ¶ Ad oppositū est auctor. ysaac dicētis ꝙ vnus sapor in alium transmutatur

manēte eadem substantia: quod concedimus. ¶ Ad primā rationem in contrarium dicendum ꝙ duplex est complexio. Una fixa per quā fructus stat ⁊ cōseruat suam speciē: ⁊ hec non mutatur mutato sapore: ⁊ hanc nō sequitur sapor: nec firmat ipsam. Alia est fluens que contrahitur per actionem caloris quā sequitur sapor ⁊ confirmat: ⁊ hec variat̄ varia- to sapore ⁊ nutrimēto. vnde q: possibile est sic eundē fructū sic habere diuersas cōplexiones: ideo possibile est vt trans- mutetur fm diuersos sapores. Ad secundam rationē dicen dum ꝙ duplex est species. Una est in rebus siccis ⁊ intrans- mutabilibus sicut in metallis: ⁊ talis species non mutatur in aliā fm virtutē: ⁊ de hac intelligit phus. Alia est in rebus transmutabilib⁹: ⁊ talis species mutatur in aliā: sicut patet in saporib⁹ ⁊ consimilibus: et de hac intelligit ysaac.

¶ Hoc habito querit̄ de causis ⁊ principijs generatiōis sa porum: ⁊ queritur vtrum calidū vel frigidū sit principium effectiuū saporum: ⁊ ostenditur ꝙ frigidū: sapor causat̄ per viam digestiōis sicut supra dictū est: sicut dicit phs in libro metheororū: ꝙ in rebus digestis oportet partes constare ⁊ indurari adinuicē: sed frigidū maxime partes facit constare in vnum que sunt diuerse nature: ergo est maxime principiū digestionis: sed qđ est principiū digestionis est principiū ge nerationis saporis: ergo frigidū est principiū effectiuū sapo ris. Scđa ratio hec est: sapores sequunt̄ naturā eorū quorū sunt: sed illa q̄n͡ꝗ sunt calida: quandoꝗ frigida: ergo sapo- res q̄n͡ꝗ generātur a calido: quandoꝗ a frigido. Tertia ra- tio hec est: quidā sapor est acutus ⁊ attestatur caliditati: et quidā acetosus: ⁊ attestatur frigiditati: ergo cum acutus sa por causetur a caliditate per contrariū acetosus causabitur a frigiditate: contrariorū enī contrarie sunt cause. ¶ Ad op- positum est hec ratio: digestio fit per calidū ⁊ humidū: ergo cum sapores generētur per viā digestionis: necesse est ipos generari a calido ⁊ non a frigido: cum sit principiū incruda- tionis. Et sicut fit digestio in aīalibus: similiter ⁊ in plātis: sed in aīalibus fit digestio a calido: ergo similiter in plantis: quod cōcedim⁹. ¶ Ad primā rationē in contrariū dicendū ꝙ constātia ⁊ vnio partiū fit dupliciter. Uno modo per com pressionē ⁊ constrictionē: ⁊ hec fit per frigidū: ⁊ hanc nō se- quitur sapor. Alia est que fit per coherentiā humidi aquosi cum sicco terreo: ⁊ hec fit per actionē calidi: ⁊ hanc sequitur sapor sicut effectus suam causam: et hec est in fructib⁹. Ad scđam rationē dicendū ꝙ fructus calidi ⁊ humidi ⁊ frigidi ⁊ ea que saporē habent reducunt̄ ad naturā caloris intēsi vel remissi vel mediocris: sapor enī cum fiat in fructibus p viā digestionis: necesse est ipm fieri per aliquē calorem cōmuni ter vel proprie dictū. Ad tertiam dicendū ꝙ sapor acetosus consideratur dupliciter. Uno modo prout est in via ⁊ in fieri sue generatiōis. Alio modo put est in termino sue genera- tionis: ⁊ sic frigidū est eius causa sicut occasio. In gn̄e enī saporis acetosi calor digerēs cōsumit humiditatē aeream: qua consumpta calor euanescit: q: non inuenit pabulum in quo saluet̄: ⁊ introducit̄ frigidū aquosū ⁊ cōmiscetur par tibus siccis terreis ignitis ⁊ acutis ⁊ fit sapor acetosus.

¶ Supposito ꝙ sapor generet̄ per actionē caloris: querit̄ vtrū generetur per actionē caloris exterioris: ⁊ videt̄ ꝙ nō: nihil qđ impedit digestionē per quā sapor exit in esse specifi cum est causa gn̄ationis saporis: sed calor exterior est hmōi: retrahit enī calorē naturalē a loco decoctiōis aīli vbi fit di- gestio sicut pȝ in estate: ergo calor exterior nō est causa ge- neratiōis saporū. ¶ Ad oppositū est qđ videmus ꝙ in hye- me plante non producunt fructus sicut in estate: ergo calor exterior confert ad gn̄ationē fructuū ⁊ eorū saporem p viam digestionis. Scđa ratio hec est: dicit phs in lib. de vegetabi libus ꝙ sol est pater plantarū ⁊ earū fructuū: ⁊ terra mater: sed sol non posset gn̄are fructus vel herbas nisi mediāte ca lore exteriori: ergo ad generationē fructuū ⁊ saporū in eis necessarius est calor exterior: qđ cōcedimus. Unde digestio ⁊ generatio fructuū fit mediāte calore interiori ⁊ exteriori: ⁊ confortat̄ interior per exteriorē. ¶ Ad rationem primam in cōtrariū dicendū ꝙ duplex est operatio caloris naturalis in plantis. Una est cōuersio humidi nutrimētalis in substā- tiam plante: ⁊ hec viget in hyeme: nec exigit adiuuari a ca- lore extrinseco. Alia est opatio que est exhalatio humidi ad ramos producēdos ⁊ fructus ⁊ folia: ⁊ hec iuuatur a calore extrinseco aperiente poros: qui calor attrahit humiditatem superfluam ad exteriora ⁊ cōuertit in fructus. ¶ Itē que- ritur quare calor exterior nō operat̄ ad digestionē in aīali: ⁊ hoc videt̄. Hippo. dicit ꝙ calor naturalis est in estate debi lis: ⁊ ideo illo tēpore digerimus male: in hyeme vo fortis: ⁊ tunc bene digerimus: ⁊ hoc nō esset nisi calor exterior impe diret digestionem. Secūda ratio hec est: dicit Gal. ꝙ simile applaudēs suo simili pcedit ad illud. Dicit etiam oribasius ꝙ in estate debilitat̄ calor naturalis duab⁹ de causis. Una est q: calor naturalis applaudens suo simili. s. calori exterio ri retrahit se ad exteriora. Secunda est: q: calor exterior in- tendit calorem interiorē ad exteriora reducere: ⁊ ita intēdit calorem interiorē exterius reducere: sed hoc modo operat̄ calor naturalis ad impediendū digestionē: ergo calor exte- rior impedit digestionē tam in planta ꝙ in animali. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ calor exterior impedit digestionē in animali quadruplici de causa: ⁊ non in plantis. Prima est accessus plantarum ad elementa ⁊ distantia animaliū ab elementis. Secunda causa est: q: calor debilis est in planta: ⁊ fortis in animali: ideo planta indiget calore exteriori ad sui digestio- nem. Tertia causa est nutrimēti grossities in planta: ⁊ sub- tilitas nutrimenti in animalibus fm Aristo. Quarta causa est: q: pori plante sunt cōpacti: ⁊ ideo oportet ꝙ aperiantur in productione fructuū: ⁊ ideo egēt calore exteriori. ¶ Itē queritur quare calor exterior impedit digestionē in anima- li: expedit autem materiam morbi: sicut patet in estate. Ad hoc dicendū ꝙ differēter operatur calor naturalis supra nu trimentum ⁊ supra materiā morbi: q: supra materiā nutri- menti operatur intendēs ipsam cōuertere ⁊ digerere ⁊ assi milare corpori. vnde ipsam intēdit retinere. supra materiā morbi operatur intendēs ipsā expellere. Calor vo exterior intendit supra materiā nutrimēti ad exteriora retrahere: et sic operatur contrarium cum calore naturali: vnde impedit actionem caloris naturalis supra materiā nutrimenti. Ca- lor vo agēs naturalis supra materiā morbi intēdit ipām ex- pellere: ⁊ calor exterior intendit eandē ad exteriora retrahe re. vnde idem circa materiā morbi intendit: ⁊ ideo calor ex- terior expedit actionē caloris naturalis circā materiā mor- bi: non autem supra materiā nutrimenti: īmo ipsam impe- dit. ¶ Scđo queritur quod sit principiū formale saporū: ⁊ ostenditur ꝙ humidū. eadē est natura organi medij ⁊ obie- cti fm speciem ⁊ formā: ergo eadē est natura organi gustus ⁊ saporis ⁊ medij saliualis: sed hec natura cōmunis est hu- midum: ergo humidū est principiū formale saporū. Secūda ratio hec est: omne illud qđ per alterū transmutatur ⁊ redu citur de potētia ad actum est principiū formale ipsius: sed organū gustus immutatur per humidū ab obiecto: et per ipsum obiectū reducitur de potētia ad actū: ergo humidū est principium formale organi ⁊ obiecti. ¶ Ad oppositū est hec ratio: principiū materiale ⁊ formale non cedunt in idē: sicut habet̄ in quarto physicorū: sed pricipiū materiale oīm saporū est humidū: est enī humidū receptiuū omniū saporū: sicut materia oīm formarū: ergo humidū non est principiū formale saporū. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ humidum est duplex. Quoddā est qđ caret oīni sapore: ⁊ oīs sapores recipit: ⁊ tale est principiū materiale oīs saporū. Aliud est humidū qđ consequit̄ ad istud: ⁊ comitat̄ saporē sicut sua perfectio per quod humidū proportionat̄ gustui ipse sapor: ⁊ hoc humi- dum est diuersum in diuersis saporibus: ⁊ est principiū for- male saporum. ¶ Tertio queritur de multiplicatione sapo rum ex suis causis: ⁊ vtrum species saporum procedunt in infinitum: ⁊ ostēditur ꝙ sic: dicit phs in libro de sensu ⁊ sen- sato: ꝙ quot modis cōtingit misceri extrema: tot modis cō tingit esse media: sed in infinitum cōtingit misceri extrema saporum: ergo infinitos contingit esse sapores. Secunda ra tio hec est: quotiens cōtingit calores multiplicari per com- mixtionem suorum extremorum cōtingit sapores multipli- cari. similis enī est ipsorum proportio ad extrema: sed in infi nitū cōtingit multiplicari species colorū p cōmixtiōes ipsorū extremorū: sicut dicit phs: ergo eadē ratione contingit mul

tiplicari species sapoꝝ ꝑ cōmixtionē suoꝝ extremoꝝ in infi-
nitum. Tertia ratio hec est: sapores sunt ab arte ⁊ natura: sꝫ
ab arte ꝓcedūt in infinitū: ꝗ gñatio sapoꝝ ſm artē ⁊ naturā
procedit in infinitū. ¶ Ad oppositū est hec rō: nihil qḋ de-
terminaṫ in arte ꝓcedit in infinitū: sciētia eñ nō est de infi-
nitis: sꝫ in arte ⁊ sciā determinaṫ de speciebꝰ sapoꝝ ⁊ de gña
tione ipsoꝝ: ergo nō ꝓcedūt in īfinitū. Scḋa rō hec est: phs
non ponit nisi septē species saporis: ⁊ ysaac nouem: quare
species saporis sunt finite. ¶ Ad hoc dicenduꝫ ꝙ dupliciter
est loqui de saporibꝰ. Uno modo a parte suoꝝ principioꝝ
naturaliū ⁊ formaliū: ⁊ sic sapores sunt finiti: q: sua princi-
pia sunt finita. Scḋo modo est loqui a parte modoꝝ sue ge-
nerationis: ⁊ sic pñt esse infiniti ſm voluntatē facientiū: q:
infinitꝰ est modus gñationis ipsoꝝ. Tertio modo est loqui
de ipsis a parte illa qua oēs reducunṫ ad septē sapores capi
tales ſm phm: vel ad nouē ſm ysaac: ⁊ sic finiti sunt: q: capi
tales eoꝝ sunt sub numero finito. Quarto modo est loq̄ de
ipsis a parte sensus a quo apprehendunṫ: ⁊ sic siłr sunt fini-
ti: q: sensus nō discernit infinita: sed reducit eos ad amaruꝫ
vł ad dulce tanꝗ̄ ad extrema: ⁊ sic pꝫ qualiter sapores sunt
finiti: ⁊ qualiter infiniti. Et notandū ꝙ eodem modo distin-
guendum est de coloribus: sicut ⁊ de saporibus.

¶ Circa autē partē istam q̄ hic incipit. Si aūt pōticus ⁊c.

¶ Circa partē istā querūtur quattuor. Inter q̄ primo que
riṫ de multiplicatione ⁊ gñatione illorum quinq̄ saporum
quos assignat in lr̄a: ⁊ videṫ ꝙ nō possint generari nec mul-
tiplicari ex pōtico sapore. Oē agēs vnum naturale vnicā in-
ueniens materiā ad sui actionē nō inducit plures effectꝰ di
uersos ⁊ distinctos ſm speciē: sed vnū primo solū: sicut pa-
tet in igne ⁊ aqua: sed in gñatiōe illoꝝ quinq̄ saporū vnum
est agens. s. calor ⁊ vna materia. s. humiditas terrestris: sicut
dicit auctor in littera: ergo calor nō gñabit ex illa hūiditate
nisi vnum saporē. Scḋa ratio hec est: diuersitas in rebꝰ non
est nisi a parte agētis: vel a parte materie: ⁊ maxime a parte
agētis cum det formā rei: sed agēs nō diuersificaṫ ſm spēm
in generatiōe sapoꝝ: ergo nō diuersificabiṫ effectus: sed fiet
vnus ⁊ idē: ⁊ ita calor nō generabit plures sapores ex pon-
tico: sed vnum solū. Itē oīe agens semꝑ manēs in sua ope
ratione semꝑ facit idē: sed calor in generatiōe hmōi saporū
semꝑ manet idē: ergo semꝑ faciet vnū ⁊ idē ⁊ eundē saporē
⁊ nō plures. ¶ Itē sapores diuersificanṫ penes cām efficiē
tem ⁊ principiū initiale: sed ſm Gal. principiuꝫ initiale oīm
sapoꝝ est ponticū: ⁊ sic vnū ſm ysaac ponticū ⁊ insipidū: er-
go aut duo erūt sapores: aut vnꝰ tm̄. ¶ Ad oppositū quot
modis cōtingit diuersificari humiditatē ſm multitudinē et
paucitatē subtilitateꝫ ⁊ grossitiem ⁊ actionē caloris: siłr tot
modis cōtingit fieri: ⁊ multiplicari sapores: qḋ cōcedimus.

¶ Ad hoc dicēdū ꝙ. ix. sunt sapores. Unde dicēdū ꝙ ad ge
nerationē sapoꝝ exiguntṫ duo. primū est agēs. scḋm est ma-
teria: sꝫ a parte materie sunt duo. s. substātia materie: ⁊ quā
tum ad hoc nō prouenit diuersitas in saporibus. scḋm est di
uersitas dispositionū ad diuersas species sapoꝝ adaptātiū:
⁊ ſm hoc prouenit diuersitas in saporibꝰ. Similiter a parte
agentis sunt duo. primū est actio agētis: ⁊ sic cum nō sit nisi
vnum agēs nō generātur diuersi sapores. Scḋm est intēsio
vel remissio sue actiōis circa illā materiā: ⁊ ſm hoc ꝓducun
tur diuersi sapores ꝑ actionē illius. ¶ Scḋo queriṫ vtrum
oēs sapores generenṫ ex humiditate eadē prima: ⁊ videṫ ꝙ
non: singuli sapores diuersas habēt cōpositiōes ⁊ cōplexio
nes: quidā eñ causantur a cōplexione calida vel frigida: et
humiditate subtili vel grossa: ⁊ ita cōtrahunt sapores ex di-
uersa natura cōponentiū: sed sapores sic ex diuersis hūori-
bus generanṫ: non ergo ex eadē. Scḋa ratio hec est: ille sa-
por qui sequiṫ dominiū aquosi: ⁊ cuius initiū est humidum
aquosum: nō generatur ex eadē humiditate cum eo sapore
cuius est initiū humidū terrestre: sed sapor īsipidus sequiṫ
dominiū aquosi humidi: ponticū ṽo dominiū humidi terre
stris: ergo non ex eadē humiditate generantur sed diuersa.

¶ Ad oppositū est hec ratio: sicut natura ꝓcedit in genera
tione humoꝝ. similiter in generatione sapoꝝ. In vtrisq̄ eñ
ꝓcedit materiā digerēdo ex qua generaṫ: sed natura ex vno
⁊ eodē chilo oēs humores generat ꝑ digestionē: ergo simi-
liter ex vna humiditate generat oēs sapores ꝑ digestioneꝫ.
Scḋa ratio hec est: dicit ysaac in cap̄. de fructibꝰ: ꝙ humidi-
tas est materia oīm fructuū: ⁊ per diuersam actionē caloris
in eandē diuersi generanṫ sapores. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ ex
eadē humiditate possibile est diuersos sapores generari: sꝫ
ad hoc duo requirunṫ. Primū est substantia humiditatis.
Scḋm est dispositio eius q̄ diuersificaṫ per actionē caloris:
ſm diuersas species sapoꝝ: ⁊ hoc vltimo modo humiditas
est vna in substātia: diuersa tamē ſm diuersas dispositiōes
inductas a calore agēte in ipsam. ¶ Ad ratiōes in contra-
rium dicēdū ꝙ duplex est initiū sapoꝝ. Unū est actuale: ⁊ h̄
est humidū aquosuꝫ vel pōticū ꝯsequēs digestionē: ⁊ ex ali-
quo istorum non fiūt omnes sapores. Aliud est principium
essentiale latēs: quod est humidū terreum: ⁊ consequiṫ im-
mediate mixtionē elementoꝝ: ⁊ ex hoc possibile est fieri oēs
sapores ſm diuersas dispositiōes aduenientes ei per actio-
nem caloris. ¶ Tertio queriṫ de generatione singuloꝝ sa-
porum ⁊ transmutatione ipsoꝝ adinuicē: queritur ergo pri
mo. Utruꝫ dulce possit generari ex amaro: ⁊ videtur ꝙ nō:
ordo eñ est in generatione saporū: q: ex minus digesto ge-
neratur magis digestum: ⁊ non ecōuerso: q: coctum nō po-
test incrudari ſm ysaac ⁊ cōstanti. sed amarus sapor magis
est coctus ꝗ̄ dulcis: q: per vlteriorē fit digestionē: ergo dul-
cis sapor non generabitur ex amaro: sed magis econuerso.
Secūda ratio hec est: sicut generanṫ humores in aīalibus:
similiter sapores in fructibus per viā digestionis: sed ita est
in humoribus ꝙ ex cocto non generaṫ crudū: vt ex cholera
phlegma: sicut vult Constāti. ergo ex amaro cum sit magis
calidū ⁊ coctū ꝗ̄ dulce non generabiṫ dulce. ¶ Ad oppositū
est qḋ videmꝰ: ficus amarissime sunt in principio: ⁊ deinde
amarus sapor eaꝝ trāsmutaṫ ad dulcedinē per coctionē ca-
loris agentis: ergo ex amaro possibile est fieri dulce: qḋ con
cedimus. Unde notandū ꝙ multis modis fit dulce ex ama-
ro. Uno modo per exhalationē superflue humiditatis cru-
de: ⁊ ingrossationē residui per digestionē a calore digerēte
⁊ coherentiaꝫ humidi superflui cum sicco terreo: hoc modo
fit dulce ex amaro in pomis matianis. Scḋo modo fit ꝑ dis-
solutionē humidi congelati sicuti a calore dissoluente: ⁊ sic
fit dulcis sapor in fructibus post amaruꝫ. Tertio modo fit ꝑ
cōmixtionē humidi aquosi ferentis amaritudinē: ⁊ sic fit in
quibusdam cucumeribꝰ ⁊ melonibꝰ. Quarto mō fit per viā
sequestrationis partiū ferentiū amaritudinem: ⁊ expolia-
tione ipsius: ⁊ sic fit ex cholera sanguis dulcis ꝑ exhalatio-
nem amaritudinis. et ex eodē possibile est oēs humores ge
nerari. Quinto modo fit per mutationē vnius in alterū ſm
intensionē caloris ⁊ vlteriorem decoctioneꝫ: ⁊ per maiorem
adustionē a calore: ⁊ sic ex amaro non causaṫ dulce: sed ma-
gis ecōuerso: ⁊ sic ꝓcedunt ratiōes in contrariū. ¶ Itē no
tandū est ꝙ in ficu dulce causaṫ ex amaro ꝑ mediū: q: ibi est
duplex subā. Una lactea: ⁊ altera pōtica. ⁊ substātia lactea
est ferens amaritudinē: cum sit subtilis exhalat per actionē
caloris dissoluentis: ⁊ substātia pontica remanēs reducitur
ad dulcedinē suam ſm viā alterationis vel trāsmutatiōis: ⁊
sic ex amaro pōt gñari dulce. ¶ Ad ratiōes in ꝯtrariū dicē
dum ꝙ in gñatione humoꝝ in aīalibus ⁊ saporū in fructibꝰ
duplex est via. Una q̄ procedit ſm viā decoctionis ⁊ dige
stionis vlterioris. Alia via est q̄ ꝓcedit ſm seq̄strationē par
tium ⁊ exhalationeꝫ. ⁊ hoc modo causatur dulce ex amaro:
primo ṽo modo non. ¶ Scḋo ṽo queriṫ circa hoc quare in
quibusdam fructibꝰ amaritudo est prius: deinde dulcedo
sicut pꝫ in ficubus. Itē quare in quibusdā est insipiditas
in principio: ⁊ deinde amaritudo vt in lactuca. ¶ Ad hoc di
cendum ꝙ in ficubus est substantia lactea in principio: que
sequitur naturam plante calidam que fundatur in substan-
tia grossa terrestri viscosa vnde acquirit amaritudineꝫ. Sed
postea per actionem caloris digerentis illam humiditatem
grossam ⁊ subtiliantis conuertitur in dulcedinem. In lactu
ca vero substantia est subtilis: calor debilis et humiditas
aquosa multam inducens insipiditatem: sed postea calidiꝰ
conualescens contrahit subtile et consumit humiditatem:
ita ꝙ in ea dominatur grossium terrestre acuīū qḋ inducit
amaritudinē in ipsa. ¶ Tertio queriṫ quomō ſm Gal. oēs

fructꝰ sunt pōtici in principio: videt̃ hoc esse falsum: q: inuenimus quosdã fructꝰ amaros in principio sicut sunt ficus: mala ⁊ hmōi. ¶ Ad hoc dicēdū ꝙ in hmōi fructibꝰ duplex est natura in pricipio. Una est pōticitas acuta actualis: que radix est amaritudinis. Alia est pōticitas essentialis q̃ cōsequitur īmediate primã cōmixtionē nutrimēti ex quo gñat̃ fructꝰ: ⁊ hec latet actualr̃: ⁊ de hac intelligit Gal. ⁊ fm hãc oēs fructꝰ in principio sunt pōtici. ¶ Quarto querit̃ circa hoc: vtrum ex insipido possit fieri dulce: ⁊ videt̃ ꝙ sic: sapor dulcis generat̃ per viã coagulatiōis ⁊ digestionis ⁊ inspissatiōis a calore mediocri: ꝫ possibile est saporē insipidū coagulari ⁊ inspissari ꝑ digestionē a calore mediocri: sicut videmꝰ fieri in melonibꝰ: g̃ ex sapore insipido pōt fieri sapor dulcis. ¶ Ad oppositū est hec ratio: sapor dulcis sequit̃ substãtiã grossam ⁊ coagulataꝫ: sicut dicit ysaac: sed sapor insipidus fundat̃ in subtili substãtia: ⁊ subtile nō pōt ingrossari: ꝫ potius ecōuerso: ergo ex sapore insipido nō pōt fieri dulcis cū fundet̃ in grossa substãtia. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ ex insipido pōt gñari dulce: ꝫ hmōi gñatio fit tripl̃r. Uno modo ꝑ cōdēsationē ⁊ coagulationē partiū a calore digerēte. vt pꝫ in cucumeribꝰ ⁊ melonibꝰ. Scđo mō fit ꝑ cōmixtionē partium terrestriū cū aquosis. vnde ingrossat̃ substãtia ⁊ disponitur ꝑ actionē caloris digerētis ad dulcedinē: ⁊ sic gñatur dulcedo in piris. Tertio mō gñatur ꝑ ɔsumptionē ⁊ exhalationē humidi supflui liquidi: ⁊ hoc modo gñat̃ in melle cocto: q: qñ mel aquosuꝫ liquidū fluidū coquit̃ fm modū dulcoratur. Dicimꝰ ergo ꝙ dulcis sapor nō generat̃ ex insipido nisi interueniēte grossitie substãtie sicut pꝫ in scđo modo p̃dicto. ¶ Quinto querit̃ vtrū quilibet sapor gñetur ex quolibet: ⁊ videt̃ ꝙ sic: q̃cūqꝫ cōueniūt in eadē materia subiecta eorum adinuicē transmutatio est possibilis: sicut scribitur in libro de generatiōe: sed humiditas aquosa est cōis materia oīꝫ saporꝝ: sicut scribit̃ in lib. de sensu ⁊ sensato: ergo possibile est oēs sapores adinuicē trãsmutari. Scđa ratio hec est: sapor causat̃ ex dominio humidi vel sicci vel calidi vel frigidi subtilis vel grossi: ⁊ sic de alijs: ergo et sapores oēs: cū per hmōi cãs trãsmutent̃: possibile est adinuicē trãsmutari. ¶ Ad oppositūꝫ est q: ysaac distincte assignat ordinē gñatiōis saporꝝ: q: quidã sapores ex pōtico ⁊ nō ecōuerso: ⁊ quidã ex insipido ⁊ nō ecōuerso: ⁊ ita nō oēs sapores possunt adinuicē trãsmutari. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ duplex est gñatio saporꝝ: sicut humorꝝ. Quedã est ꝑ viam digestionis: fm ꝙ vnus sapor est dispositio ad alterū: ⁊ ita sapor digestus pōt gñari ex crudo ⁊ indigesto ad quē habet ordinem: ⁊ nō ecōuerso. Alia est ꝑ viã trãsmutatiōis ⁊ subtiliationis qualitatis a materia: ⁊ sic quilibet sapor pōt gñari a quolibet ⁊ ecōuerso. ¶ Sexto querit̃ de hoc qđ dicit ysaac ꝙ isti qnqꝫ sapores. s. dulcis: vnctuosus: salsus: amarus: acutus: generant̃ ex dñio calidi ⁊ humidi: ⁊ ostēditur ꝙ nō possit esse: oīs sapor generat̃ ex dominio cōplexionis quã representat fm naturã: sed isti sapores. s. acutꝰ: salsus: ⁊ amarus: nō representãt humiditatē: sed siccitatē: qđ per se pꝫ: ergo nō generãtur ex dominio humiditatis: sed siccitatis. Scđa ratio hec est: nihil qđ generat̃ a calore intēso: ⁊ pauca humiditate habet dominiū humidi: sed acutū amarū ⁊ salsuꝫ generãtur a forti calore ⁊ intēso ⁊ pauca humiditate: ergo nō habēt dominiū humidi: ⁊ sic nō generant̃ ex dominio humidi. Tertia ratio hec est. In quocūqꝫ calor dominat̃ semper calor cōsumit humidū. Unde quidã posuerūt ꝙ cōplexio calida non pōt stare cū humida: q: calor intēsus ɔsumit humidum: sed in sapore acuto salso ⁊ amaro calor dominat̃ fm dominiū humidi. Quarta ratio hec est: oīs impssio ⁊ dispositio ꝑ se attestatur ei a quo per se causat̃: sed caliditas ⁊ siccitas ꝑ se causantur in corporibꝰ nostris: ⁊ imprimūtur a salso: acuto ⁊ amaro: ergo salsum: acutū: amarū erunt calida ⁊ sicca a dominio ⁊ non humida: sed oē tale gñatur a dñio sicci: ergo hmōi sapores magis generãtur a dñio sicci q̃ humidi. Quinta ratio hec est: omē qđ immutat alteruꝫ ⁊ reducit ipsum de potētia ad actū: habet potestatiuã similitudinē cū ipso: sed isti sapores immutãt gustū ⁊ ducūt ipsuꝫ ad actualem caliditatē ⁊ siccitatē a dominio: ergo magis causat̃ a dominio sicci q̃ humidi. ¶ Ad oppositū est qđ dicit auctor in littera. s. ꝙ isti quinqꝫ sapores generãtur a dñio calidi ⁊ humidi. Ad hoc dicūt quidã ꝙ ysaac nō intēdit dicere ꝙ isti sapores generant̃ a dñio calidi ⁊ humidi: sed dicūt ꝙ littera sit truncata ⁊ deficit ⁊ debet pfici ⁊ cōpleri hoc modo: quidã a forti caliditate ⁊ multa humiditate generant̃: quidã a forti calore ⁊ pauca hũiditate: quidã a mediocri calore ⁊ mediocri humiditate. ¶ Alij v̄o dicūt ꝙ fortitudo caloris est multiplex. Uno mō đ: calor fortis ī digerēdo: ⁊ debilis in resoluēdo ⁊ cōsumendo: sicut calor naturalis vel ecōuerso. Dicimꝰ ergo ꝙ fortitudo siue dominiū in digerēdo conuenit dulci. Fortitudo v̄o in resoluēdo ⁊ cōsumēdo cōuenit acuto: amaro ⁊ salso. Similiter multitudo siue dominiuꝫ humiditatis dicit̃ dupliciter. Uno modo đ: multa in resistendo: ⁊ pauca vel debilis in seipsa. Alio modo đ: multa in principio ⁊ pauca in fine: vel ecōuerso. et primo modo sumitur hic humiditas. Alij v̄o dicunt ꝙ calor fortis vel debilis ⁊ hũiditas multa vel pauca đ: dupliciter. Uno modo simpliciter. Alio modo respectu aliorū: vt in respectu acetosi ⁊ pōtici ⁊ non simpliciter. ¶ Alij aūt aliter dicūt ꝙ fortitudo caloris ⁊ multitudo humiditatis non dicitur vniformiter: sed difformiter. Unde đ: fortitudo caloris ⁊ multitudo hũiditatis rōne cōi: ⁊ est vnus calor fortis ⁊ mediocris: et silr̃ vna ⁊ eadē humiditas ⁊ multa ⁊ pauca ⁊ mediocris. Primo modo đ: fortis calor in digerēdo ⁊ debilis est in resoluēdo: scđo modo dicit̃ fortis in resoluēdo: ⁊ debilis in cōsumēdo. tertio modo dicitur fortis calor in cōsumēdo ⁊ resoluēdo. quarto modo dicit̃ fortis in principio ⁊ debilis in fine. Eodē modo đ: hũiditas multa vel pauca in resistēdo resolutiōi. Scđo dicit̃ pauca in resistēdo cōsumptioni ⁊ resolutiōi. Tertio modo dicitur ꝙ calor est fortis vl̃ debilis: q: humiditas est multa vel pauca. Quarto q: est multa in principio: in fine v̄o pauca. ⁊ hoc modo dicimus ꝙ illi sapores generãtur a dominio caliditatis ⁊ humiditatis. ¶ Uel aliter dicendū ꝙ aliqđ dicitur natura tale dupliciter: vl̃ simpliciter vel in respectu. Unde debēt generari a dñio hũiditatis ⁊ caliditatis simpliciter: ꝫ in respectu vñ debent generari a multa caliditate respectu eorū que generãtur a multa humiditate ⁊ pauca vel debili caliditate. Debēt ergo generari a multa hũiditate respectu eorū que generãtur a forti calore ⁊ multa humiditate: vnde hoc non dicitur simpliciter: sed in respectu: ⁊ ꝑ hoc soluunt̃ due prime ratiōes. ¶ Ad hoc autem quo obijcit̃ ꝙ ɔ̃dicit ysaac hic ⁊ in superioribꝰ: dicendū ꝙ hec multitudo humiditatis dicta est in respectu: ⁊ habet multã latitudinē: ⁊ iō potest dici multa pauca vel mediocris. Uñ si dicat superiꝰ ꝙ a pauca humiditate generētur. hic v̄o a dñio humiditatis. hoc dictū est in respectu: ⁊ iō non est cōtradictio. ¶ Septimo querit̃ de generatōe diuersorꝝ saporꝝ in melle: qño. s. sapor salsus ⁊ acutus in melle gñantur: ⁊ ostēdit̃ ꝙ nō possit generari: sapor dulcis fundat̃ in grossa substãtia. sapor v̄o acutus ⁊ salsus in subtili sicut dicit ysaac. Iteꝫ calor naturalis ignis in melle ꝓcedit ingrossando. resoluit eñ subtile ⁊ grossuꝫ ⁊ relinquit cōpactū: ergo sapor salsus ⁊ acutus ꝑ actionē ignis in melle nō possunt gñari. Secūda ratio hec est: dicit Auicēna ꝙ ex cōmixtione partiū aquosarū cū partibꝰ terrestribꝰ adustis generatur sapor salsus: sed in melle nō sunt hmōi partes: q: mel terrestre grossum est nihil habēs insipiditatis ⁊ aquositatis: ergo sapor salsus in melle nō potest generari. ¶ Ad oppositū est qđ dicit auctor ī littera. s. ꝙ salsedo ⁊ amaritudo per actionē caloris ignis pñt in melle generari. ¶ Ad hoc dicenduꝫ ꝙ in melle duplex est substãtia. Una grossa terrestris manifesta: ⁊ hanc sequit̃ dulcedo añ ignis actionem. Alia subtilis occulta ⁊ acuta: ⁊ hanc sequitur salsedo ⁊ acumen post actionē ignis in melle. Aliter dicunt alij ꝙ in melle non introducitur salsedo vel acumen ratione partium eius: sed ratione ignis agentis in ipsum: quandoqꝫ enim generatur salsedo in substantia humida aquosa: vt est in mari: quandoqꝫ in dura sicca vt in terra: ⁊ silr̃ acumen est in pipere ⁊ aceto. ¶ Octauo querit̃ supra litterã cuꝫ duplex sit initiū saporꝝ. s. ponticū ⁊ insipidū: quare nō assignat generatiōes saporꝝ ex insipido: sicut docet ex pōtico. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ ponticū est primū principiū in fructibꝰ. Insipidum v̄o in fructibꝰ ⁊ in alijs: ⁊ ysaac non determinat hic

nisi de saporib⁹ fructuū: ⁊ ideo nō docet gñationes saporū ex insipido. Itē dicit ꝙ sapor dulcis gñatur ex calido ⁊ humido mediocriter. Prius autē dixit ꝙ gñat̃ ex forti calido ⁊ humido pauco: vel hic mentit̃ vel superius. ¶ Ad hoc dicendum ꝙ duplex est sapor dulcis. s. purus: sicut in zuccara ⁊ talis generat̃ ex calido ⁊ humido mediocri: ⁊ de hoc loquitur hic. Alius est ꝯmixtus pōticitati: qui gñatur ex forti calido ⁊ pauco humido: ⁊ de tali intelligit superi⁹. Vel aliter dicendū ꝙ prius determinatū est de dulci ꝓut gñatur a forti calido ⁊ paruo humido manente duritie substātie: q2 paruum humidū de quo loquit̃ vel locut⁹ fuit prius nō sufficit ad mollitiē fruct⁹. Hic vō loquit̃ de dulci ꝓut humidū sufficit ad ei⁹ molliciē nō manēte duritie substātie. ¶ Itē pri⁹ determinatū est de gñatione sapoꝝ ex pōtico cū medio vel fine: hic vō loquit̃ de eodē: ergo est superfluus. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ superius determinatū est de saporib⁹ ſm distinctionem ꝑ viā positionis: hic vō ſm gñationē suā ex causis suis ⁊ ꝑ viam cōmunē. ¶ Itē dicit ꝙ salsa calida sunt in secundo gradu. Constāti. vō in lib. graduū dicit ꝙ sunt calida in tertio gradu. ¶ Ad hoc dicendum ꝙ dupl'r est loqui de salso. Uno modo ſm impressionē quā facit in corpe nostro. Alio modo est loqui de ipso ſm sui naturā: ⁊ primo mō sunt calida salsa in scdo gradu: ⁊ sic loquit̃ auctor. Scdo mō sunt calida in tertio gradu: ⁊ sic intelligit Cōstāti. ¶ Itē dicit ꝙ sal est calidū in scdo gradu ⁊ vnctuosū sil'r: sed fortior est imp̄ssio ⁊ calidior facta a sale ꝙ ab vnctuoso. ¶ Sil'r substātia salis sicca est: ⁊ siccitas est lima caloris: ſʒ Gal. substātia vō vnctuosa humida. humidū vō obtūdit calorē: ergo salsū calidius est ꝙ vnctuosum. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ quātū ad impressionē quā facit in corpore nostro salsum est calidius: quantū vō ad suā ꝓpriā vel naturā. ¶ Itē que mag' ledūt naturā ⁊ maiorē inferūt ei horribilitatē min⁹ debēt comedi: sed acuta magis faciūt hoc ꝙ amara: ergo min⁹ debēt comedi. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ dupl'r est loqui de amaro ⁊ acuto: Uno mō a parte suaꝝ substātiarū: ⁊ sic amara minus nocēt q2 mag' morant̃ in corpore ꝓpter grossitiē substātie: ꝙ acuta. Alio mō est loqui de ipsis a parte sue cōplexionis ⁊ sic acuta: q2 impressio facta a cōplexiōe consequit̃ tactū ⁊ ledit oīa membra. sapor vō sequit̃ solum gustū. vñ amarus sapor plus ledit linguā: acuta vō plus ledūt totum corpus. Item hic ꝓcedit circa sapores via experimēti: inferm⁹ vō per viā rationis: sed rō est ante experimentū: ergo peruertit ordinem. ¶ Ad hoc dicendū ꝙ non tm̄ procedit hic per viā experimenti: sed etiam per viam rationis.

¶ Lectio decimaquinta.

¶ Uniuersaliter autē quicūq3 sapor acutus est aut amarus siue salsus: cōplexiones sue calide necesse est vt intelligant̃. Quicūq3 ponticus aut stipticus siue acetosus: cōplexiones coꝝ frigide erunt. Dulces vō vel vnctuosi vel abusiue nō saporosi moderate erunt cōplexionis. ¶ Quoꝝ autē subtiles sunt substantie vel vnctuose: seu acetose vel acute erūt. Quoꝝ vero grosse: vel dulces erūt seu pōtice vel amare. Quoꝝ vō inter subtile ⁊ grossum sunt moderate coꝝ substantie: erunt vel stiptice: vel salse: vel sine sapore. ¶ Cū autē grossitatis ⁊ subtilitatis substātie diuersitates ⁊ earum moderatiōes componātur in calorū diuersitate. ix. species sapoꝝ ꝯstituunt̃. Dulcedo eñ prima ex calido cū grossa substātia cōposita. Scda vnctuositas ex cōplexione calida cum substātia subtili cōposita. Tertia species nō saporosa ex moderata cōplexiōe cū moderata substātia cōposita. Quarta acetositas ex cōplexione frigide substātie cū subtili substātia cōposita. Quinta stipticitas ex cōplexione frigide substātie cum substātia moderata. Sexta ponticitas ex cōplexione frigida cum grossa substantia cōposita. Septima acuitas ex calida cōplexione cum subtili substātia cōposita. Octaua salsitudo ex calida cōplexione cum moderata substātia cōposita. ¶ Cum autē calidā substantiā aut frigidā siccā vel humidā dico subtilem vel grossam: ad cōparationē tēperate complexionis intelligo. Ceteri eñ antiqui omnē saporē inuestigātes cōpererunt aut saporatū: aut non saporatum. Saporata certificauerunt esse moderata ⁊ tēperata cōplexioni humane assimilata cum non ea sensus abhorruerit: et non abominatus fuerit sicut aqua tepida delectare habet tactū. Que autē his nō assimilant̃: sed quoquo mō sensus ꝑ ea patit̃ sicut aq̄ teporē excedēs ꝯtria sensib⁹ est: ⁊ si parū humane cōplexioni dissil'ia cōtraria comprehenduntur: ⁊ hmōi in gradu primo ponunt̃. Augmētata vō plus sicut aqua calida: in scdo gradu constituuntur. Rursum modū excedētia adeo vt ea sensus abhorreat: neq3 ea nisi inuit⁹ tāgat tertio gradui ea attribuunt̃. Itē adhuc superātia vt incēdāt ⁊ separēt iūcturas ⁊ cōplexiones destruant: in quarto sunt locāda. Itē sic intelligendū de frigiditate: sic. ⁊ hu. Cum ergo antiqui graduū aliquē in iuncture separatione non inueniunt transilientē in his tandem terminis subtiterunt: ⁊ gradus quattuor esse cōfirmauerunt. In his ꝙ non inueniētes nisi occultas ⁊ incōprehēsibiles diuisiones: neq3 nomē eis imponere valētes vnicuiq3 gradui tres attribuūt partes: initiū: mediū ⁊ finē. ¶ Cōstat ergo saporosissimā esse cōplexioni humane vicinantem sicut dulcedinem cui vnctuositas est scdaria: tertia sunt nō saporosa. vnctuositas eñ tēperamento vicinat̃ in calore. vñ ⁊ calor suus in scdo gradu ponit̃. Non saporosa vō vicinant̃ in frigitudine tēperamento: ideo hec frigida in primo gradu sunt ponēda. Horribila vō humane complexioni sunt ꝯtria: quoꝝ actiones sunt duplices: aut eñ cum multa adunatione sicut ponticitatis ⁊ stipticitatis: aut cum multa separatiōe sue iuncture. Hoc autem duobus modis fit: aut separatione sine calore sicut sunt acetosa: aut cum calore sicut acuta: amara: ⁊ salsa. Cōstat ergo ꝙ vnctuositas ⁊ dulcedo eiusdē sunt gñis in calore: sed tm̄ differūt: q2 humores dulcedinis viscosi ⁊ grossi tēperamēto vicini humiditati substātiali corpis humani assimilatiui. Humores autē vnctuositatis subtiles sunt ⁊ aeris humiditati sil'es. vñ ⁊ calorē naturalē ꝓprie vel priuatim sunt nutriētes: qd̓ palā fit in his q̄ de oleo vel de pinguedine extrinsecus est vider: iq ꝓprie sunt nutrimēta ignis. Horū eñ humores humiditati aeris sunt sil'es ꝑ colligantiam faciētis qualitatis. i. caloris. ¶ Salsa vō ⁊ acuta ⁊ amara eiusdē sunt gñis in calore ⁊ siccitate: sed differūt: q2 hu. acuti subtiles sunt ⁊ ignei. Salsi iter grossos ⁊ subtiles. sunt mediocres terrestrib⁹ vicinātes. Amari grossi sunt ⁊ terrestres stipticitatē in se habētes. vñ non sunt stomacho nocitiui sicut salsi ⁊ acuti. ¶ Stiptici pontici ⁊ acetosi eiusdē in frigitudine ⁊ siccitate sunt gñis: ſʒ differūt q2 humores pōtici paruissimi sūt terrestres ⁊ grossi. hūores stiptici multi ⁊ tēpamēto vicini. acetosi plurimi ⁊ dissolutiui ⁊ subtilissimi. duob⁹ tm̄ modis sūt aq̄si: sicut mala granata ⁊ poma citrina. sūt ⁊ viscosi sapor' ⁊ acrei si

cut oxiphenicie ⁊ silia. Sine sapore vero: et si sint frigi di sicut acetosi ⁊ stiptici: differũt tñ q: acetosi ⁊ stipti ci semp siccitatis sunt significatiui. Sine sapore vero aliqñ sunt humiditatis assignatiui: q: sapores sui aq sapori sunt vicini. Aqua vero frigida est ⁊ humida. omne ergo frigidũ ⁊ humidum: aut sine sapore: aut inter sine sapore ⁊ dulcedinẽ mediocre. ¶ Simplices ergo sapores octo sũt: neq; habẽt numerũ excedẽtes: neq; infra subsistẽtes. s. dulcedo: vnctuositas: salsitudo: amaritudo: acumen: acetositas: stipticitas: ⁊ põticitas. Quidam tñ ponticitatẽ exceperũt: ⁊ vice sua sine sapore posuerunt: dicentes se ponticitatem inuenire de stiptici esse gñe: neq; a seinuicem differre nisi in fortitudine ⁊ debilitate. Si autẽ necesse sit põticitatẽ in gñe sapoꝝ nũerari: ⁊ si de speciebꝰ sit stipticitatis ſm eos: ergo a simili necesse quoq; erit sine sapore acceptabiliora: etsi de speciebus sunt dulcedinis: inter sapores hos esse computãda.

¶ In hac pte octo sunt ingrēda ſm numerū saporū: et primo queritur vtrū vnctuosum multum nutriat: ꝛ videtur ꝙ sic. Nutrimentū est propter conseruationē vite. sed dicit phs in libro de morte ꝛ vita: ꝙ illud qđ est causa vite est humidū vnctuosum aereū nō valde siccabile: sed vnctuosuꝫ est hmōi aereum ꝛc. ergo maxime conseruat vitā: sed omne qđ maxime conseruat vitā maxime nutrit: ergo vnctuosum maxime nutrit. Ad oppositum est hec ratio. Nihil quod tarde digeritur ꝛ locū digestionis refugit maxime nutrit: sed minime: sed vnctuosum est hmōi: q: supernatat stomacho: ergo vnctuosum minime nutrit. Ad hoc dicendū ꝙ sapor dulcis maxime nutrit. ꝛ post omnibꝰ alijs magis nutrit vnctuosus: sed minus q̄ sapor dulcis. Ad rationem dicenduꝫ ꝙ duplex est vnctuosum. Quoddā est proportionale nature humane: ꝛ sic est vnctuosum in sanguine: ꝛ tale corpus humanum cōseruat. Est aliud vnctuosum quod est in cibo qđ natum est conuerti ad humorē aquosuꝫ calorem extinguentē: ꝛ nō est illud in quo potissime vita conseruatur. ¶ Secūdo supposito ꝙ vnctuosum maxime nutriat post dulce: queritur vtrum magis nutriat naturaliter vel accidentaliter (et dr̄ multuꝫ nutrire naturaliter qđ cito conuertitur ad nutrimentū ꝛ formam sanguinis: ꝛ paruꝫ immoratur in mēbris: multum autē nutrit accidentaliter quod non cito conuertitur: ꝛ multum in membris immoratur) ꝛ ostenditur ꝙ multū nutriat naturaliter: q: oīe quod est calidū ꝛ subtilis substātie: ꝛ passiuum maxime: ꝛ maxime cōuertibile: multū nutrit naturaliter: sed vnctuosum est hmōi: q: de facili patitur a calore naturali: ꝑ multū nutrit naturaliter. Ad oppositū dicit ysaac ꝙ vsus vnctuosorum cōpetit nō volentibus custodire sanitatem: sed volētibus fortitudinē ꝛ vigorem mēbrorum adipisci: ꝑ vnctuosum multuꝫ nutrit accidentaliter. Ad hoc dicendū ꝙ vnctuosum multū nutrit accidentaliter. Ad rationem dicendū ꝙ aliquid dicit̄ multū nutrire vel parū tripliciter. Uno mō ꝓpter grossitiem sue substantie tarde conuersionis ad sanguinem: vt carnes bouine ꝛ cōsimilia. Scđo modo propter sui qualitatē: q̄ multum repugnat calori: ꝛ sic res frigide tarde conuertuntur: ꝛ parū nutriunt naturaliter. ꝛ his duobus modis non parū nutrit vnctuosum. Tertio modo ꝙ propter fugā a loco digestionis tarde digeritur: ꝛ sic sapor vnctuosus tarde ꝛ parū nutrit naturaliter. ¶ Tertio queritur quod plus saturat: an vnctuosuꝫ an dulce: ꝛ ostenditur ꝙ dulce: quia omne illud plus satiat cuius maior quantitas attrahitur a mēbris: ꝛ qđ plus imorat̄ plus replet: sed dulce est huiusmodi: ergo dulce plus satiat q̄ vnctuosum. Ad oppositum est hec ratio. omne illud qđ plus satiat: cius parua quantitas plus replet ꝛ virtutē appetitiuam plus defectat: q: tunc est perfecta saturatio quādo non viget amplius appetitus. Ad hoc dicenduꝫ ꝙ aliqđ dicitur saturare plus dupliciter. Primo modo: quia plus satiat replēdo phātastica repletiōe: ꝛ sic vnctuosum plus satiat. Alio modo: q: tarde satiat ꝛ multū replet ꝓpter sui delectationē: sed tamen multū immoratur sua satiatio ꝛ tarde recedit: ꝛ sic dulce multum satiat. ¶ Quarto querit̄ quod sit magis proportionale cōplexioni hūane: an vnctuosuꝫ an dulce: ꝛ videtur ꝙ vnctuosuꝫ. maior est tēperātia in complexione ꝛ substātia: q̄ in substātia tantū: sed in vnctuoso est tēperantia in complexione ꝛ substantia: quia fundatur in substantia subtili vel mediocri: in dulci vō est temperamentum in complexione solum: q: fundatur in grossa substantia: sed propter maiorem vel minorem temperantiam dicitur aliqđ plus vel minus esse proportionale ꝛ vicinum complexioni humane: ergo vnctuosum plus proportionatur illi q̄ dulce. Ad oppositum est auctoritas ysaac dicentis ꝙ dulce maxime nutrit propter vicinitatem complexiōi humane. Ad hoc dicendum ꝙ dulce plus vicinatur complexioni humane. Ad rationem dicendum ꝙ complexio vnctuosi non est ita temperata sicut complexio dulcis: q: eius cōplexio est in fine secūdi gradus: complexio vō dulcis in medio secūdi gradus. Item q̄uis fundetur in grossa substantia: tamen grossities nutrimēti nature humane nō repugnat: quia oportet vt nutrimentum sit grossum ꝛ conuertibile: ex quo debet cōplexio humana nutriri. ¶ Quinto queritur quomodo vnctuosum dicatur grossuꝫ ꝛ nutrimentū facere grossum: q: nihil qđ fundat̄ in substātia subtili vel mediocri dat grossum nutrimentum: sed vnctuosum est hmōi: ergo nō dat nutrimētum grossum. Ad oppositum est qđ dicit ysaac. Ad hoc dicēdum ꝙ grossum dicitur multipliciter. primo modo aliquid dicitur grossum: quod est grossuꝫ in actione vt est ponticū: ꝛ est grossum in passiōe vt qđ de difficili patitur: ꝛ est grossum in substantia qđ ad sanguinē grossum conuertitur. vnctuosum autem dicit̄ facere nutrimentū grossum: quia conuertitur in sanguinē grossum indigestum. ¶ Sexto queritur quomodo vnctuosuꝫ cito cōuertitur ad calorē exteriorem: ꝛ nō cito ad calorem interiorem: vt oleū ro. ꝛ similia. ꝛ videtur contrarium: q: Auicen. docet ꝓbare medicinas per comparationem ad res exteriores: vt medicina que cito exterius inflammatur calida debet dici: sed vnctuosa de facili conuertuntur ad calorem exteriorem: ꝛ de facili inflammantur: ergo de facili debent conuerti ad calorem nostri corporis interiorem. Secunda ratio hec est: dicit ysaac ꝙ sicut pix ꝛ oleuꝫ ꝛ similia cito conuertuntur ad calorem exteriorem: sic vnctuosa cito cōuertūtur ad calorem naturalem vel innaturalem nostri corporis. Tertia ratio hec est: dicit ysaac in libro febrium: ꝙ illud qđ forte agens facit in paruo tempore ꝛ calore forti: hoc idem facit calor debilis in magno: ſꝫ calor nostri corporis est debilis respectu ignis: ergo quod potest calor ignis in paruo tempore: potest calor nostri corporis in magno: ergo cū calor ignis potest vnctuosum conuertere in paruo tēpore: ꝛ calor nostri corporis poterit ipsum cōuertere in magno: ergo vnctuosum poterit per longū tēpus conuerti ad calorem nostri corporis. Ad oppositum est qđ dicit Ga. ꝙ q̄uis oleum cito inflāmetur a calore ignis: nō tamē necesse est ꝙ inflāmetur a calore nostri corporis. Ad hoc dicendum ꝙ Cōstan. ꝛ Ga. disputant de hac qōne: ꝛ dicūt ꝙ non est verum. s. ꝙ illud cito conuertitur ad calorem ignis: quod cito conuertitur ad calorē nostri corporis: q: sic pili ꝛ

festuce dicerent calida: ⁊ cito cõuerterentur ad calorem no
stri corporis qđ falsum est. Silr est de vnctuosis: ⁊ soluit Ha.
ꝙ calor nostri corporis debilis est ⁊ grossus: ⁊ ideo non hꝫ il
la cõuertere ⁊ diuidere ꝓpter sui grossitiem: neq̧ inflam
mare ꝓpter sui debilitatem: sed calor ignis fortis est ⁊ sub
tilis: ⁊ ideo potest illa diuidere ⁊ cõuertere. Ad secundam
rationem dicendū ꝙ si agẽs forte ⁊ debile sint eiusdem vir
tutis: verū est ꝙ illud qđ potest forte agẽs in paruo tempo
re ⁊c. dūmodo illud super qđ agit possit conuerti ad vtrun
q̧: ⁊ sic non est de oleo. Unde dicimus ꝙ si calor nostri cor
poris fuerit debilis alteratur ꝑ oleū: si fuerit fortis calor nõ
immutabitur: sed conuertet oleum ad sui naturam. Unde
nõ est bonum ponere oleum supra erisipilã: quia cito inflã
matur propter calorem fortem. ¶ Septimo queritur pro
pter quid vnctuosum cum sit calidum ⁊ humidum: conuer
tatur potius in humorem phlegmaticū ꝙ̃ sanguineum. vi
detur enim contrarium: vnum qđ est quale in potẽtia: tale
est quando ducitur de potẽtia ad actum: ⁊ omne qđ immu
tatur habet potestatiuam similitudinem cum eo qđ ipsum
immutat: sed vnctuosum est calidum ⁊ humidum in poten
tia ⁊ etiam actu: ergo quando ducitur ad actuꝫ: debet esse
calidum ⁊ humidum: ergo ex ipso debet generari humor ca
lidus ⁊ hũidus ⁊ nõ phlegmaticus. Contrarium dicunt au
ctores ꝙ vetetes vnctuosis phlegmatici fiunt. Ad hoc dicen
dū ꝙ frequentius in phlegma conuertitur. Ad rationem di
cẽdum ꝙ in vnctuoso est vna natura calida ⁊ humida: ⁊ ſm
hanc potest conuerti ad sanguinem. alia est natura ſm ꝙ lo
cum digestionis refugit: ⁊ ideo cõuertitur in humorẽ phle
gmaticum indigestum.

¶ Circa scđm ꝓcedit hoc mõ: ⁊ queritur de amaro: ⁊ que
ritur de contrarietate inter phm ⁊ medicos. Dicit phs in
libro de sensu ⁊ sensato: ꝙ dulce ⁊ amarum sunt extrema sa
porꝫ ⁊ sapores medij cõficiuntur ex illis. medici vero ponũt
ꝙ sunt duo saporꝫ principia: põticum: ⁊ insipidū: ⁊ videtur
ꝙ sapor dulcis ⁊ amarus sint principia. In vnoquoq̧ obie
ctorum est vna prima cõtrarietas: vt in genere colorũ: albũ
⁊ nigrum: ergo in genere saporum est vna prima contrarie
tas: ⁊ erunt duo extrema ex quibus medij sapores conficiũ
tur: sed illa maxime sunt cõtraria que maxime a se differũt.
talia vero sunt dulce ⁊ amarum: ergo debẽt esse principia:
quia que sunt extrema in illo genere sunt principia. Secun
da ratio hec est. in quolibet genere obiectoruꝫ est vnū sicut
natura aliqua: ⁊ alterum sicut priuatio: vt album est habit⁹
⁊ nigrum nihil aliud est ꝙ̃ priuatio albi: ergo in genere ob
iectorum gustus vnum est sicut habitus ⁊ natura: ⁊ alterū
priuatio: sed illa que sunt principia in genere obiectorũ quo
rum vnum est natura: alteruꝫ ꝑuatio sicut dicit philosoph⁹
ꝙ sicut se habet album ad nigrũ: ita se habet dulce ad ama
rum: sed album ⁊ nigrum sunt pncipia in genere coloruꝫ:
ergo dulce et amarum erunt principia in genere saporum.
Tertia ratio hec est. dicit philosophus in eodẽ libro: ꝙ sicut
se habẽt res ſm ordinem nature: similiter se habent ſm or
dinem ad virtutes anime: sed apud virtutes anime sensi
biles dulce ⁊ amarum sunt principia: ⁊ alij ab illis conficiũ
tur sicut ex extremis: similiter ergo apud rerū naturã: sed
illa extrema sunt principia: ergo dulce ⁊ amarum sunt prin
cipia omniū saporum. Ad oppositū: dicit Ha. ꝙ sapor dul
cis nõ est principiū. ⁊ ysaac q̃ ponit ꝙ ponticus ⁊ insipidus
sunt duo initia saporum. Ad hoc soluũt quidã dicẽdo ꝙ sa
pores dupliciter cõsiderãtur. Uno mõ ſm viã nature: ⁊ sic
sapor pontic⁹ ⁊ insipidus sunt principia saporū. Alio mõ ꝑ
cõparationẽ ad sensus: ⁊ sic amaruꝫ ⁊ dulce sunt principia.
Nos aũt dicim⁹ aliter: ꝙ duplex est ꝯsideratio in saporib⁹:
Una est ſꝫ quã habẽt sapores statū in gñe suo ꝯtrarietatis
naturalis: ⁊ q: in omni ꝯrietate sunt duo extrema maxime
adinuicem distãtia: ⁊ oĩa alia ex his cõficiuntur: sic sunt pn
cipia dulce ⁊ amarū. Alio mõ possunt cõsiderari a parte sue
generatiõis: non ſm ꝙ media ex extremis generantur: sed
ſm ꝙ ex natura sua originaliter generãtur: ⁊ sic illi sapores
qui plus accedunt ad naturam suam: sunt principia: ⁊ quia
materia omnium saporum est aqua vel terra: ideo pontic⁹
⁊ insipidus cum plus accedũt ad naturam suaꝫ: sunt prnci
pia: ⁊ hoc modo soluendum est de colore. ¶ Scđo queritur
vtrū amarū plus habeat caliditatẽ intensam ꝙ̃ siccitatẽ: et
videtur ꝙ magis habeat siccitatẽ intẽsam: q: omnis quali
tas que non habet resistentiã plus intenditur ꝙ̃ illa que ha
bet resistentiã: sed ex pontico generatur sapor amarus: sed
caliditas habet magnã resistentiam vt frigiditatem que est
a pte materie: sed siccitas nullam habet resistẽtiã: ergo pl⁹
debet esse in amaro ex pontico siccitas ꝙ̃ caliditas. Secun
da ratio hec est. illa dispositio magis debet intendi ad quã
plures cõcurrunt cause intensionis: sed ad amarū gñatum
ex pontico cõcurrunt siccitas põtici ⁊ siccitas agẽtis: sꝫ a ꝑ
te caliditatꝭ ꝯcurrit vnū solū: vt caliditas agẽtis: g̃ siccitas
magis dꝫ intẽdi ⁊ maior eẽ in amaro ꝙ̃ caliditas. Cõtrariū
vero dicit ysaac. s. ꝙ amarū plus est calidū ꝙ̃ siccū: q: est ca
lidū in tertio: in scđo siccū. Ad rõnes dicendū ꝙ ꝓcessus nõ
est talis: sicut ꝓbãt rõnes: sꝫ põtic⁹ hꝫ naturã grossam ꝯge
latã: ⁊ tamẽ põt dissolui ⁊ mollificari: qñ vo ꝯdit ad amarū
dissoluit ꝯtinue. siccitas vero causat ꝓpter duriciem ⁊ põ
ticitatẽ: ⁊ tñ illa dissoluitur: ⁊ iõ siccitas remittitur: ⁊ calidi
tas intẽditur. Si vo cū illa caliditate introducat siccitas: iã
est a pte ponticitatis ⁊ nõ amaritudinis. ¶ Tertio queritur
quõ in amaro est ponticū: ⁊ vr ꝙ nõ. põticus seqtur naturã
frigidã: sed amarū hꝫ naturã calidã ⁊ siccã: g̃ sapor simplex
nõ cõponit ex amaro. Scđa rõ hec est. Ois sapor in quo cõ
currũt duo est ꝯposit⁹ ⁊ nõ simplex: sꝫ sapor amar⁹ est sim
plex: g̃ nõ cõponit ex põtico. Cõtrariū dicit ysaac. ꝙ sapor
amarus stomachū ꝯfortat ꝓpter põticitatẽ sibi admixtam.
Ad hoc dicendū ꝙ sapor põticus amarū nõ seqt: ⁊ est simi
lis cū amaro: q: amarum fundat in grossa suba q̃ est põtica
vel stiptica: sꝫ nõ puenit ad tantã põticitatẽ: quãta est in põ
tico. vñ hꝫ naturã incisiuã: neq̧ ad tãtã siccitatẽ: sꝫ ad illã q̃
est necessaria: ⁊ hec est stiptica: ⁊ ideo ad naturã stipticã ve
nit. Ad rõnes dicendū ꝙ stiptic⁹ dupr consideraẽ. vno mõ
vt est vn⁹ sapor ꝯ alios diuisus: ⁊ sic nõ ꝯcurrit cū amaro:
alio mõ dr dispõ que est in eo siccitate ⁊ humiditate terre
stri ꝯsistens: ⁊ hoc mõ nõ repugnat cū amaro.

¶ Circa tertiū principale sic ꝓceditur: ⁊ q̃ritur de acuto:
⁊ pmo querit qđ min⁹ cedat ĩ nutrimẽtū: an amarū: an acu
tū: ⁊ ꝓpter qđ plus infestat gustū amarū ꝙ̃ acutū: ⁊ osten
dit ꝙ sapor amar⁹ min⁹ molestet ⁊ min⁹ deficiat a nutrimẽ
to ꝙ̃ acut⁹. ille eñ sapor min⁹ molestat ⁊ a nutrimẽto defi
cit q̃ min⁹ recedit a tẽpamento: sꝫ sapor amarus min⁹ rece
dit a tempamẽto ꝙ̃ sapor acut⁹: ergo min⁹ infestat gustū ⁊
magis nutrit. Ad oppositum est hec rõ: sapor q̃ maxime nu
trit est dulcis: ergo suū ꝯrium magis infestat ⁊ min⁹ nutrit.
sꝫ hic est sapor amar⁹: g̃ magis infestat ⁊ min⁹ nutrit: ⁊ ideo
querit quare in saporibus amaris nõ delectat natura: sꝫ tñ
in acutis delectatur: ⁊ illis vtimur in salsamẽtis: ⁊ nõ alijs.
Ad hoc dicendum ꝙ in saporato duo sunt ꝯsiderãda. sapor
⁊ complexio. A parte vero saporis sapor amarus est in vlte
riori gradu ꝙ̃ acutus: quia est in quarto: sed a parte cõple
xionis econtrario. Uel aliter dicendum ꝙ in sapore amaro
est calor cum grossa substãtia: ⁊ ideo maiorem ⁊ fortiorem
facit impressionem: sed sapor acutus fundat in subtili suba.
iõ nõ tm infestat. Uel aliter dicim⁹ ꝙ in sapore amaro est ca
lor cū grossa substãtia feculẽta: calor aũt nõ depurat illam:
⁊ ideo concipit quandam horribilitatem: ⁊ ideo multum in
festat: sed in acuto est substantia pura subtilis: ⁊ calor ma
ior et acumen: ⁊ ideo concipit quandam aromaticitatem ꝑ
quam allicit gustum qđ non contingit in amaro: et ideo ma
gis nocet sapor amarus ꝙ̃ acutus. ¶ Quarto queritur
vtrum sit verum quod dicunt ꝙ a parte saporis sapor ama
rus magis infestat ꝙ̃ sapor acutus: sed a parte complexio
nis contrario: ⁊ videtur ꝙ hoc sit falsum: quia sapor est se
quela cõplexiõis: ⁊ ideo firmat suã speciẽ ⁊ intẽsio cõplexio
nis est causa intensionis saporis: g̃ per effectū si sapor est in
tensus ⁊ cõplexio: g̃ sicut intendit a parte saporis: ita a par
te cõplexiõis. Ad oppositū est qđ videm⁹ ꝙ horror est mul
tum excedens: cõplexio vo minus. Ad hoc dicendū ꝙ sapor
sequit cõplexionẽ: ⁊ ad intẽsionẽ cõplexionis sequit intẽsio
saporis: sed in sapore sunt duo. Primū est virtus per quã
infestat gustū: ⁊ sic amarū plus infestat ꝙ̃ acutū. Est autem

aliud per qḋ cōpletionē ledit ⁊ suā impressionē figit: ⁊ sic plus excedit sapor acutus ꝙ̄ amarus: q: soluit cōtinuitatem lingue: gradus vō distinguūtur a parte lesionis: ⁊ q: acutū plus ledit ꝙ̄ amarū: ideo in vlteriori gradu ponitur ꝙ̄ amarum, ⁊ sic patet solutio ad quesita.

¶ Lectio.xix.

¶ De odore ciborum. Capi. xvij.

In odorādis cibis discordati sunt antiqui. Quidam enim dicūt his itidem discerni sicut ⁊ saporibus predictis. Alij nullā in odorandis discretionē esse iudicāt. Alij cōfirmāt aliquā esse significantiā etiā si nō possumus per eā aliquando certificari. Quidā itidē odoratu testātur ꝑcipi sicut ex predictis saporib⁹: ⁊ dicūt se videre tantūdē odoratum in his odorandis facere: quātum sapores in gustandis. Non enim acuta ⁊ acetosa minus odoratu ꝙ̄ gustu percipiuntur: vnde ⁊ certificauerūt suū ad vtrūqꝫ intellectū. Obuiātes his taliter videntur refragari. Fundamētū inquiūt quo innititur hec ratio non est solidū: ⁊ ꝓpositio qua fulciri debuit questio: falsificatur hoc modo. Cum enim cibaria acetositati ⁊ acumini assimilaretis: ⁊ diceretis ea odoratu percipi sicut acetosa: ⁊ acuta affirmaretis: neqꝫ negare possitis quin actiōes acetositatis et acuminis nihil aliud ꝙ̄ punctura quedam ⁊ incisio in sensu sint. hec autē odoratui nō attinēt: sed potius tactui. Omnis enim sensus suū habet propriū actum sibi: sicut videmus: q: visus discretionē colorū ⁊ figurarum habet: auditus vocū et sonorū: odoratus fumosorū odoratoꝝ: tactus incisionū punctionum ⁊ similia. Unusquisqꝫ vō horū sensuum mēbra habet suis officijs destinata excepto tactu: qui in omnibus est mēbris officialibus: vnde ⁊ oculus sentit colores ⁊ formas naturaliter ⁊ substantialiter. sentit ⁊ morsuras et incisuras propter virtutē tactualē neruoꝝ in se habitoꝝ. Constat ergo ꝙ vnde sentit colores ⁊ formas: non sentit morsuras ⁊ incisuras. Colores eñ ⁊ figuras ex virtute sua visuali cōcipit. Incisurā vō ⁊ morsurā ex sensibilibus suis neruis: videmus eñ morsuram collyrij oculū sentire: etsi clausus sit neqꝫ videat: sed potius tactu sentit q̇d sit. itidē ⁊ lingua aures ⁊ nares hoꝝ quodlibet sentiūt: id est quoddā ꝓpriū ad qḋ posita sunt. Sētiūt etiā ⁊ ꝑter id calidū frigidū morsurā pūcturā ⁊ similia tactib⁹ neruoꝝ suoꝝ sensibiliū. Palā ergo sit ꝙ si nares acumina senserit ⁊ acetositates: nō ex proprio suo sensu naturali sentiūt: sꝫ potius ex tactu neruorū in eis cōtētorū: vñ ꝓpositio nostra eneruat̄ q̄ nō attribuēda dat naribus.

¶ Expleto mō ꝑm quē sit inuestigatio diete per sapores ⁊ ipsoꝝ virtutes ⁊ actiones: In hac parte agit de inuestigatiōe diete ꝑ odores ⁊ ipsoꝝ ꝟtutes ⁊ actiōes. Diuisio. Hec aūt pars diuidit̄ in duas: in quaꝝ prima agit de natura istorum odoꝝ ⁊ actionibus ipsoꝝ: ⁊ de natura fumi. In scd̄a vō scꝫ in hac: Signa vō vniuscuiusqꝫ ostēsa. tāgit quasdā dubitatiōes incidētes. Prima aūt diuidit̄ in duas: in quaꝝ ꝑma agit de natura odoꝝ. In scd̄a. s. in hac: Fum⁹ generaliter diuidit̄ tripliciter ⁊c. agit de actiōib⁹ fumi qui est substātia ferēs odores. Prima aūt pars diuidit̄ in duas. In quaꝝ prima tāgit tres opiniones antiquoꝝ circa actiones odoꝝ. In scd̄a. s. in hac: Quidā itidē odoratu testant̄ ꝑcipi sicut ex predictis ⁊c. ꝓsequit̄ duas ipsaꝝ: primā ⁊ tertiā: ⁊ secundā prosequi negligit ꝓpter manifestationē improbabilitatis. Prima aūt pars nō diuidit̄. Scd̄a aūt diuidit̄ in duas: in quaꝝ prima ꝓsequit̄ vnā opinionē. In scd̄a. s. in hac: Qui aūt dantes significationē dicūt ꝙ odorat⁹ ⁊c. ꝓsequit̄ scd̄am. Prima aūt pars cū ꝑma parte capituli spectat ad presentē speculationē: ⁊ sic in ꝑsenti lectione sunt due partes. In quaꝝ prima assignant̄ tres opiniōes circa actiones odorū. In secūda ꝓsequit̄ ꝓpriā. Scd̄a aūt pars diuidit̄ in duas: in quarum prima ꝓsequit̄ illā opinionē ipsam confirmando. In secunda: scꝫ in hac. Obuiantibus taliter videntur refragari. prosequit̄ ipsam eā rationibus cōtrarijs improbando.

¶ Circa primā partē sic ꝓcedit: dicit ꝙ circa odorādos cibos diuersificati sunt antiqui: ⁊ tres fuerūt opiniōes. Prima ꝙ cibi per odores discernuntur sub tanta certitudine sicut per sapores. Secūda ꝙ ad discretionē saporū nullo modo cōferūt odores. Tertia ꝙ ad eorū discretionē cōferūt: sed tamē nō habēt tātā virtutē quātā sapores ꝓpter incertitudinē odorat⁹ in nobis. ⁊ h̄ opinio est certa siue vera. ¶ Circa primā partē scd̄e partis ꝑmā opinionē ꝓsequit̄ cōfirmando dicēs ꝙ ponētes illā opinionē talē habet rōnē: sicut ꝑ gustū differētias ciborū per sapores discernim⁹: sic per odoratuꝫ differētias eoꝝ ꝑ odores discernim⁹: sed ꝑ gustū mediātib⁹ speciebus sapoꝝ cibos sub certitudine discernim⁹: ꝫ silr̄ speciebus odoꝝ cibos sub certitudine discernim⁹. Nā acutū ⁊ acetosum in cibis nō minus odoratu ꝙ̄ gustu percipimus.

¶ Circa scd̄am partē inducit īprobationē huius opiniōis ⁊ tria intendit. Primo intendit ꝙ ex falsa intētiōe ꝓcedūt dicēs ꝙ ꝯdicētes illi opiniōi sic improbāt ipsam dicētes fundamentū ei⁹ esse falsuꝫ. Nā cū dispositiōes ciboꝝ sicut acutū ⁊ cōsimiles debēt olfactu percipi sicut acetosa: ⁊ alie ad gustū ꝑtinētes gustu: sꝫ nō possunt negare quin actiōes harū dispositionū ad tactū ꝑtineāt ⁊ nō ad olfactū. Incisio eñ in morsura q̄ ab ipsis ꝓcedit ad eū ꝑtinet. Scd̄o ꝓbat hoc dicens ꝙ vnicuiqꝫ sensui respōdet ꝓpria alteratio: actio: et ꝓpriū obiectū in vna ꝯuetate cōsistēs: ⁊ ꝓpriū organū preter tactū q̄ in qualibet ꝑte corpis mediātib⁹ neruis expāsus est: sꝫ olfactus est vnus sensus: ꝫ ei hoc respōdet ꝙ solū odorē participet ⁊ nō ꝑdictas actiōes: sꝫ incisionē morsuram ⁊ cibos ⁊ cōsimilia. hoc aūt pꝫ in visu. Nā oculus cognoscit colores ⁊ figuras per visum: morsurā autē collyrij cū sentiat clausus existens cognoscit per tactū. ⁊ similiter est de quolibet alio sensu ⁊ organo. Tertio ꝯcludit intētionē dicēs ꝙ ex his pꝫ ꝙ illa opinio attribuit olfactui dispositiōes q̄ ei non cōpetūt: sꝫ tactui. Ex his aūt talis elicit̄ ratio. Nullius obiectū qḋ nō cōuenit sensui alicui opatur ad discretionē cibi ꝑ sensuꝫ illū: sꝫ actiōes acuti ⁊ acetosi q̄ sunt punctura ⁊ mordicatio ⁊ cōsimiles nō ꝯueniūt olfactui sꝫ tactui: ꝫ nō operantur ad discretionem cibi per olfactum: sed illud quod ad discretionē cibi opat̄ nō est olfactui respōdēs: sed alia dispositio tactui respōdēs. Pōt aūt dici ꝙ īprobatio hui⁹ opiniōis cū sit ꝯria ꝑme opinioni sit opinio scd̄a ponēs: ꝙ nullo modo odores ad discretionē ciborū opent̄: q̄ oīno ꝑme est ꝯria. Tertia aūt est media īter illas. ¶ Circa ꝑtē istā sex inq̄runt̄. Primū est q̇d sit odor. Scd̄m est vtrū aīal possit nutriri ex odorib⁹. Tertiū ē vtrū spūs aīal' nutriat̄ odore. Quartū quō spūs vitalis ⁊ calor naturalis possunt nutriri aere attracto. Quītū quō odor īmutet sensuꝫ. Sextū de his q̄ dicunt̄ ī lr̄a.

¶ Circa primū ꝓcedit̄ hoc mō: q̄rit̄ q̇d est odor: ⁊ videt̄ ꝙ odor sit fumosa substātia corporea: q: in cibo sunt due substātie. Una est substātia hūida: de q̄ dicit phs ꝙ sapor ē hūidi. Alia aūt est substātia vaporosa sicca: de qua dicit phs ꝙ odor est sicci. odor vō nihil aliud est ꝙ̄ substantia vaporosa: sꝫ oīs talis substātia est fumus: ꝫ odor est substātia fumosa corporea ⁊ nō est q̄litas. Scd̄a rō hec est: odor nihil aliud est ꝙ̄ euaporatio fumosa: sicut dicit phs in lib. de sensu ⁊ sensato: ꝫ ⁊c. Tertia rō hec est: oē illud ꝑ cui⁹ actionē calor euaporātis recipit maiorē subtiliationē vel minorē ⁊ puritatem a calore ꝑ euaporationē resolutā est subā fumosa: sꝫ odor est hmōi: ꝫ est substātia fumosa. Quarta rō h̄ est: oē illud qḋ nutrit substātiā corporeā subtilem: est substātia corporalis subtilis: sꝫ odor est hmōi: sicut dicit Gale. ꝙ odor nutrit spiritū animalē: ergo est substātia subtilis ⁊ nō qualitas sola. Ad oppositum est hec ratio: omne inferēs passionem sensibus est passio vel passibilis qualitas: sed odor est huiusmo

di:ǵ est passio vel passibilis q̄litas. Secūda rō hec est: dicit Auicē. ꝙ ea que sensu percipiuntur sunt de genere acciden tiū: q: substātia solo intellectu cognoscitur: vel illa sunt de genere quātitatis: ⁊ sic spectant ad sensus omnes: vel sunt de genere qualitatis: ⁊ sic spectāt ad sensus particulares: sed odor est tale quid qđ est qualitas. Ad hoc dicendū ꝙ lo quendo ꝑ se odor est qualitas. Ad rōnes dicendū ꝙ dupl'r est loqui de odore. Uno modo a parte sue nature formalis: ⁊ sic est qualitas: q: sic immutat sensum. Alio modo a parte substantie deferentis odorē: ⁊ sic odor đ: fumus substātie il lā qualitatē deferēs. Ad scđm dicēdū sicut dicit Gal. in cō mēto sup apho. ꝙ calor naturalis vno modo đ: q̄litas. Alio modo đ: substātia subtil' calida: ꝭm ꝙ dicit Hali. ꝙ a corde procedunt due substantie: quarum vna est calida ⁊ sicca: et hec est spūs. alia est calida ⁊ hūida: ⁊ hec ē calor naturalis. Similiter spūs est substantia calida: odor vō rōne caldita tis spiritum ꝯfortat: rōne vō substātie subtilis ipsuꝫ nutrit.

¶ Circa scđm sic ꝓceditur: ⁊ querit' vtrū odor nutriat vel nō: ⁊ loqm̄ur de odore ꝭm ꝙ est substātia deferens odorē: ⁊ videt' ꝙ odor nutriat sic. nutrimētū fit ꝑ similitudinē nutrie tis cū nutrito ꝭm Gal. sed sunt quedā membra que sunt ca lida ⁊ sicca sicut odor: ǵ odor maximā habet similitudinem ⁊ proportionē cū illis mēbris: sed om̄e tale hꝫ nutrire: ergo odor habet nutrire illa mēbra cum quibus habet similitudi nē. Secūda ratio hec est: due sunt cause propter quid aliq̄d non habet nutrire. Prima est simplicitas sicut est in elemē tis. Secūda est distantia ad corpus humanum: sicut est in mixtis: ǵ qđ caret his pōt nutrire: sed odor caret simplici tate: q: cōponitur ex quattuor elemētis. Similiter multum appropinquat ad corpus humanū: q: est fumus resolut⁹ a nutrimento: ǵ odor nat⁹ est nutrire. Tertia rō hec est: in nu trimēto est q̄dā substantia ferens saporē: ⁊ hec est humida: ⁊ est alia ferens odorē: ⁊ hec est sicca: ⁊ vtraqꝫ est passio nu trimenti: sed illa substātia q̄ defert saporē nutrit: ǵ sil'r illa que defert odorē potest nutrire. Ad oppositū est hec rō: oē nutrimētū aīalis ꝭm pħm dꝫ esse grossuꝫ solidū ⁊ imbibile: eo ꝙ membra sunt solida: sꝫ nullus odor est hmōi: ergo per odorē nō possunt nutriri: ⁊ hec ratio est pħi. Secunda ratio hec est: odor si nutriat aut hoc est ꝑ se: aut ex cōmixtione sui cū aere: sꝫ qđ per se nō nutriat videt': q: om̄e qđ nutrit vlte rius digestū subtiliat' plus: ǵ ꝑ vlteriorē digestionē odor de uenit ad tantā subtilitatē ꝙ ꝓportionē nō hēbit in natu ra humana: ǵ cū in ꝑncipio ꝓpter sui subtilitatē non possit cōuerti multofortius in fine nō habebit ꝯuerti ad membra. Itē ꝙ mediāte aere nutriat videt' hoc esse falsum: q: nulluꝫ simplex hꝫ sufficiētē cōpositionē ⁊ grossitiē neqꝫ sufficientē vicinitatē cū hūana natura ad h' ꝙ nutrire sufficiat: sꝫ odor est simplex: ǵ odor ꝑ naturā aeris nō nutriet. Tertia ratio hec est: odor ad mēbra nutritiua nō fertur: sed fert' cum aere ad cor vel attrahit' a cerebro: sꝫ nihil qđ nō fert' ad mēbra nu tritiua habet nutrire: sed odor est hmōi: ǵ odor nō habet nu trire: ⁊ hoc etiā dicit pħs ꝙ impossibile est aīalia odorib⁹ nu triri: saporib⁹ tñ nutriunt'. Ad rationes dicendū: ꝙ ad h' ꝙ res nutriāt nō solū requirit' proportio quātū ad cōplexionē sed etiā substantia ꝓportionalis: sed odor nō est substantia grossa: ꝙuis ǵ vicinet' a parte cōplexionis: nō tñ a parte sue substātie ꝓpter sui subtilitatē. Ad aliā rōnē dicendū ꝙ defe ctus nutrimēti est duplex cā: prima: vt ꝑuatio cōditionuꝫ nutrimēti respectu cōplexiōis hūanal' ⁊ substātie habil' ꝑua tio: ⁊ in odore deficit compositio ⁊ habilitas substātie. Ad aliud dicenduꝫ ꝙ sapor nutrit: q: est substantia grossa q̄ est proportionalis membris: sed odor est subtilis ⁊ nō ꝓportio nalis mēbris: et ideo non nutrit.

¶ Circa tertium proceditur hoc mō: querit' vtrū spūs ani malis in cerebro existens odoribus nutriat': ⁊ ostēdit' ꝙ nō. om̄e illud quo nutrit' spūs est ex solum prius digesto ⁊ con uerso in naturā sanguinis: q: sicut ex grossiorib⁹ partib⁹ san guis ⁊ nutrimēti fit mēbrū vel pars mēbri: ita ex subtiliori bus gn̄ant' spūs: sꝫ odor nūqꝫ pōt cedere ī partes nutrimēti vel nutriri sicut ꝓbatū est: ǵ nō potest spūs aīalis odorib⁹ nutriri: ǵ si nutrit': nutrit' ex tali re que resoluit' ex massa san guinis: sed talis nō est ille q̄ attrahit' extra ad cerebrum: er go ex aere attracto nō potest nutriri. Scđa ratio hec est: oē qđ nutrit fertur ad locū digestiōis: sꝫ odor q̄ est extra imme diate attrahit' ad cerebrū ⁊ nō ad locū digestiōis: ǵ odor ex tra attract⁹ nō potest nutrire. Tertia ratio hec est: ex eisdem est vnūquodqꝫ ex quibus nutritur: ǵ ex illo ex quo nō habet spūs generari ex illo nō pōt nutriri: sed spūs ex odorib⁹ non pōt generari: ǵ neqꝫ nutriri. Probatio minoris: q: spirit⁹ ex nullo nutrit' nisi ex illo quod est in corde per vlteriorē sub tiliationē: sed odor nō est in corde: sed attrahit' ad cerebrū: ergo ex odore extra attracto nō pōt spūs aīalis nutriri. Ad oppositū est hec ratio: dicit Gal. in megategni. in. xj. parti cula: ꝙ spūs aīalis qui est in cerebro nutrit' ⁊ augmētatur odoratu: spūs vō vitalis nutritur ex aere attracto ꝑ poros ad ipsum: ǵ odor est cā nutrimēti. Scđa rō hec est: qđ nutrit nutrit' ꝑ ꝓportionē ⁊ similitudinē: ⁊ est similitudo in cōplexio ne ⁊ substantia: sꝫ odor multū spūi vicinat': q: est substantia calida vaporosa: ergo habet ipsum nutrire. Tertia ratio hec est: quod attrahit' ab aliquo ꝓpter sui similitudinē natum est nutrire. sed sicut dicit Auicē. spūs gaudēs odoribus tra hit ad se odores ꝓpter similitudinē quā hꝫ cū illis: ǵ spūs natus est nutriri ex odoribus. Quarta ratio hec est: q: sicut se habet fumus ignis ad fumū cādele semiextincte: sic se hꝫ spūs ad odorem: sꝫ ignis descendit ad candelam semiextin ctam: vt fumo illo nutriatur sicut patet: ǵ spūs similiter de scendit ad odorē vt ex illo nutriatur: ǵ spiritus odoribus nu tritur. Quinta ratio hec est: tria sunt in corpore: membra soli da: spūs ⁊ calor. mēbra vō ex grossiorib⁹ partib⁹ nutrimenti nutriunt' que sunt ꝑtes solide calide ⁊ sicce: ǵ calor similiter ex partib⁹ sibi proportionalibus habet nutriri: vt vnctuosi tate sanguinis q̄ est calida ⁊ hūida: ǵ spūs similiter nutrit' ex partib⁹ sibi ꝓportionalib⁹: sꝫ illud qđ est in nutrimēto sibi ꝓportionale est substantia subtilis vaporosa: sed hmōi est odor: ergo cū spūs sit hmōi: ex odore habet nutriri. Ad hoc dicendū ꝙ spūs aīalis ex odoribus attractis nutrit' ⁊ cōfor tatur. Ad rationes in cōtrariū dicendū: ꝙ nutrimentum est duplex. quoddā est ꝑ cōuersionē in humorem ⁊ sanguinē ⁊ hūiditatē: ⁊ sic ex grossis partibus nutrimēti mēbra nutriū tur ⁊ generant'. ⁊ ex subtilioribus partibus nutrimēti spūs ⁊ sic nō dicimus ꝙ spūs nutriat' odore. Est aūt aliud qđ est cōfortatio ⁊ refocillatio: vt precedente digestione ⁊ conuer sione que ordinantur ad grossum nutrimentū: ⁊ sic spiritus aīalis habet nutriri odoribus.

¶ Circa quartū proceditur hoc mō: querit' vtrū calor natu ralis ⁊ spūs vitalis nutriant' aere attracto ad cor: ⁊ ostendit' ꝙ nō. nullū simplex cōuertit' in mixtū: ⁊ ꝓpter hoc nō potest ipsum nutrire: sed calor ⁊ spūs vitalis est substantia mixta calida ⁊ humida vel sicca: sed aer est simplex: ǵ nō potest il la nutrire. Scđa ratio hec est. dicit Auicē. oē qđ nutrit est inī tiū reb⁹ nutriēdis: sꝫ elemēta maxime distāt a natura hūana q: habēt q̄litates vltimatas: cōplexio vō hūana est tempe rata: cū ǵ aer sit elemētū nō ꝓportionabit' ꝯplexiōi hūane: ergo nō nutrit calorē neqꝫ spm̄ vitalē. Ad oppositū est hec rō: dicit Auicē. ꝙ calor naturalis ⁊ spūs nutriuntur: ⁊ dicit Gal. ꝙ spūs vitalis nutrit' ex aere ꝑ poros ad ipm̄ ingrediē te: ergo calor ⁊ spiritus vitalis aere nutriuntur. Secunda ratio hec est: dicit ysaac ꝙ sicut calor exterior nutrit': ita inte rior: sed calor exterior nutritur ⁊ sustentatur aere calido: er go ⁊ calor interior nutritur aere ⁊ sustentatur aere calido si cut pabulo suo. Tertia ratio hec est: omne illud ꝑ cui⁹ remo tionē calor extinguit' est pabulū ⁊ sustētamētū caloris natu ralis: sꝫ aer attract⁹ est hmōi: ǵ est pabulū calor'. Quarta rō hec est: dicit pħs in lib. de somno ⁊ vigilia: ꝙ ꝑseuerātia spi rituū vigore inducit ⁊ attractio aeris facit ad ꝑseuerātiam spirituū: sꝫ oē tale qđ facit ad cōseruationē spūuꝫ est sicut pa bulū ⁊ sustētamentū spūum: ǵ aer pōt nutrire spm̄ vitalē. Ad h' dicendū ꝙ calor ⁊ spūs vitalis ex aere nō nutriuntur. Ad rōnes dicēdū ꝙ duplex est nutrimētū. quoddā est veruꝫ quod fit per ꝯuersionē: ⁊ sic qđ nutrit dꝫ esse mixtū ⁊ sic aer nō nutrit: sꝫ fum⁹ sanguine⁹ a sanguine resolutus ꝭm Gal. Est autē aliud qđ est ꝯfortatio ⁊ regimē cal. naturalis: ⁊ sic dicitur aer nutrire calorē naturalē ⁊ spiritum vitalē.

¶ Circa quintum proceditur hoc modo: querit' de mō ꝭm

quem odor organum olfactus immutet: et querit primo utrum odor immutet ipsum prout existit in proprio fumo et propria materia vel prout est extra propriam materiam: sicut similitudo vel organum vel idolum odoris immutet organum prout non existit in fumo sicut in materia: et est questio Avice. et ostendit quod in propria materia fertur ad ipsum: quia omnis dispositio per sui excellentiam corrumpens organum corporale existit in propria materia: sed odor est huiusmodi quia corrumpit organum olfactus per sui excellentiam: ergo existit in propria materia: ergo in propria materia fertur ad ipsum: et ipsum immutat. Secunda ratio hec est: omne illud quod sanat et confortat existit in propria materia: sed odores confortant et sanant cerebrum: ergo existunt in propria materia: ergo immutant organum secundum quod existunt in propria materia. Tertia ratio hec est: omne illud quod nutrit substantiam corpoream quamvis sit subtile existit in propria materia: sed odor est huiusmodi: ergo existit in propria materia. Quarta ratio hec est: omne illud quod per inspirationem sui et medii deferentis ad locum sensus defertur: fertur ad sensum in propria materia: sed odor est huiusmodi quia animalia que non inspirant non odorant: ergo ad sensum fertur odor in propria materia. Quinta ratio hec est: omne illud quod immutat sensum et organum per resolutionem factam a calore per cuius resolutionem videmus res deficere et marcescere fertur ad organum in propria materia: sed odor est huiusmodi: quia per resolutionem factam a calore fumus resolvitur a corpore odorifero: ergo fertur ad sensum in propria materia: et iterum quando multum odoratur: ut rosa marcescit. Item videmus corpora congelata: ut lapides et cetera que non habent resolutionem: et ideo non habent odorem: ergo a corpore odorifero resolvitur fumus per quem immutat organum olfactus. Ad oppositum est auctoritas Aristote. dicentis quod sensus accipit species rerum in materia preter materiam: cum ergo olfactus accipit odorem in materia preter materiam tamen: ergo necesse est ut terminetur odor in fumo vel materia ad organum immutandum. Secunda ratio hec est: in omni eo quod immutat sensum est aliqua natura proportionalis secundum quam sensum immutat: sed res odorabiles immutant sensum: ergo est natura proportionalis in ea organo et sensui: et similiter in omnibus sensibus: sed virtus sensibilis est virtus spiritualis: substantie vero semper corporali coniuncta. unde non est spiritualis simplex: ergo similiter oportet quod in natura odorabili sit substantia spiritualis substantie cum corpore unita: per quam nata est sensum immutare: huiusmodi autem est odor: ergo non est necesse quod feratur ad sensum in propria materia: sed secundum quod est idolum vel similitudo. Tertia ratio hec est: impossibile est aliquod corpus ita rarefieri: ut possit pervenire a subtilitatem et proportionem ignis: ergo corpus odoriferum non potest intantum rarefieri quod possit devenire ad subtilitatem et proportionem ignis: ergo corpus odoriferum non potest: sed minima pars alicuius corporis odoriferi: ut cerusa vel alicuius alterius sentitur a multis et per longum spacium: sed fumus resolutus non posset tantum spacium replere: quia etiam ignis non posset: ergo non sentitur corpus odorabile per fumum: quia non sentitur fumus per tantum spacium: ergo odor non immutat sensum in propria materia que non sentitur usque ad iactum lapidis sicut dicit Avicē. Quarta ratio hec est: omne illud quod procedit a corpore absque resolutione corporis: fit corpore existente integro: sed odor est huiusmodi: ergo potest fieri corpore existente integro: ergo non fit per resolutionem corporis: ergo non fertur ad sensum in propria materia. Quinta ratio hec est: omne illud quod immutat sensum per delectationem sui in substantia ad quod non potest attingere substantia: neque ad locum: sed substantia simul non potest deferri usque ad longum spacium: ergo neque odor defertur cum tali substantia: ergo non fertur ad sensum in propria materia. Contrarium vero videmus: quia vultures senserunt per multa miliaria excidium troie: et cadavera mortuorum: ergo odor non defertur cum fumo ad sensum immutandum. Secunda ratio hec est: omne illud quod simul attingit diversos situs et extra materiam corporalem immutat sensus absque sui delatione: sed odor unus et idem est in diversis olfactibus: ergo est extra materiam corporalem: ergo immutat sensum absque sui delatione. Ad hoc dicendum quod quidam ponunt quod odor fertur extra propriam naturam. Alii dicunt quod odor fertur in fumo: et huic positioni consentit Avicen. et dicit quod venti portaverunt fumum usque ad locum illum. Sed nos dicimus quod non est necesse quod in fumo feratur odor ad hoc ut immutet sensum: sed sufficit dispositio et similitudo medii. quod autem sentiatur in fumo hoc accidit: ut distinguamus quod odor uno modo facit immutationem corporalem secundum quod concitat cerebrum: et sic fertur cum fumo: alio modo facit quod immutat virtutem animalem: et sic non fertur in fumo: sed in idolo et sua similitudine: et sic patet responsio ad ista.

Lectio. xx.

Qui autem dat eis significantiam sed non facile certificandam: dicunt quia odoratus: etsi significet ciborum naturas: non tamen itidem ut gustus. ad linguam enim ser lacerti veniunt a cerebro quibus sensus carent ceteri quibus lingua confortatur in discernendis sibi venientibus: unde et gustus non solum sapores discretos intelligit: sed sibi congrua et incongrua percipit. Odoratus autem non similiter: cum a cerebro solus unus nervus veniat sibi per quem certificare solum sibi sensualia nequat: neque comprehendere secundum quod oportet: nisi tantum generalia aromatica et fetida. Specialia vero que sunt mediocria in his non potest certificare: unde eis ratio non posuit nomina. Sensus enim ex debilitate sua grossa non potuit rationabilitati deferre: ut certa possit imponere nomina. Generaliter ergo nominavit ea ponens eis saporum nomina: bonumque hunc malum odorem dicitat. Mediocria caruerunt nominibus cum nullatenus certificentur. A subiectis ergo suis tantum ea nominat sicut diximus odorem dicens camphore ambre et similia. Ideoque ex diversis non potuit compositos discernere odores sicut visus compositos discernit colores. Comprehendit ergo solos simplices quorum substantia simplex est. Causa eius: quia odoratus sensus in ventriculis cerebri habetur longe ab instrumento suo remotus: Certificamus hoc: quia si quamlibet substantiam fortis odoris sumpserimus: id est in naribus sive vicinius apposuerimus: nil inde discernere possumus nisi cum aer motus odorem cerebro ferat cum flatu: unde sensui odoratus nil de substantia illa aliud venit nisi solus illius fumus qui sibi inde ascendit: quia aerem qualibet circuntegens substantieque fumose commiscens ex in ea se traducens ad cerebrum cum flatu eundem defert: qui cum spiritui animato reddatur qui in cerebro continetur ex simplicis substantie: fit simplex bonique odoris habetur: convenienter et assimilanter ab eodem spiritu suscipitur. Si autem odor sit horribilis: velit nolit inde patiens cum suscipit: sicut violentiam ignis prevalere videmus in aquam frigidam. verbigratia. Si duos lichnos acceperimus accensos: unusque extinguatur: calore tamen et rubore manente ignis: si duobus digitis extinctus remotus ardenti subiiciatur: ignis ardens visualiter ad extinctum redit: et commixtus calori et rubori extinctum eundem accendit. Sed si rubor et calor ab extincto recesserit: non ad eundem redeunt: nisi realiter reaccendatur: et quasi quandam vim ab ardente acceperit: sicut ab hoste quilibet victor hostis excipiatur. Palam igitur est intelligere odoratum convenientiam: et quasi quadam assimilatione bonum odorem capere: malum vero et quadam passibilitate victorie. unde et de composito odore ex diversis

odoratis in ventriculis cerebri simplex tãtũ quidam
venit. maxime si ex bono odore et malo composi-
tus sit. Bonus enim in virtute sua anteq̃ malus pe
netrat duplici de causa. vna quia substãtia boni odo
ris virtutem caloris in se significat continere natu-
ralem q̃ grossitiem eius mũdificauit ⁊ subtiliauit vt
leuitate sui facilis soluta flatu aeris ad spiritum aia-
tũ cito valeat penetrare. Alia: q: odor bonus conue
nientiam habet cum spiritu animali in caliditate et
siccitate. De malo vero odore non similiter cõtingit.
Actio em̃ nature in eo deficit; vñ superfluitas eius
grossa necesse est in eo coagulata remaneat. Ideoq̃
nõ tã facile: sʒ dure potuit cum fumo dissolui. Nõ er
go ad spiritũ animatũ valuit penetrare: q: spiritus
hic subtilis est: ⁊ longe remotus in ventriculis cere-
bri. ⁊ idcirco nõ nisi subtilia sunt odorẽ pertingentia
solaq̃ rerũ spiritualitas; non earũ corporeitas cum
perforat. Gustus nõ sic: q: ex sue substãtie corpora
litate ⁊ rerũ corporalitatem ⁊ spiritualitatẽ tangit
discernẽs sibi cõgrua ⁊ incõgrua: similia ⁊ dissimilia
certificãs sensualiter earũ actiones anteq̃ ad anima
tum sensũ: qui est in ventriculis cerebri perforẽt. vn
de gustui plurimũ occultanł cõueniẽtia: si cõuenien
tia cũ inconuenientibus sint admixta. Sensus enim
lingue etsi conueniẽtia recipiat: citissime tñ patił ex
cõtrarijs inconuenientibus admixtis anteq̃ ad spi-
ritum animatũ cõuenientia ab eo mãdenł. Ideoq̃
res ecõtrario apparẽt odoratui ⁊ aliter gustui; cum
odoratui solus veniat odor in aerẽ dissolutus ⁊ spiri
tui aniato tñ mittatur subtilissimus: maximeq̃ sibi
cõgru⁹; in quo acquiescẽs ⁊ tacite delectał. Gustus
vero cum sensatorũ corporeitates diuersorũ in sub-
stantijs cõprehendat: cõtrariorũ actiões preualẽt il
lis cõuenientibus: q: sensus acquiescit ex suis inuicẽ
assimilationibus. Cõtra aũt incõuenientia tota vis
sua mouetur: ⁊ disturbatur; vt eis reluctetur. testa-
tur hoc rosa que etsi odoratui conueniat: gustui ta-
mẽ est incõgrua; de qua nõ dissoluũtur nisi cõueniẽ
tia: vt ad odoratũ perueniãt subtiliora ⁊ cõueniẽtio-
ra. Grossities ꝟo substantie sue horribilitas atq̃ pũ
ticitas que insunt quasi terrestria ad dissoluendum
in odoratũ cũ fumi sunt difficilia: nisi cũ gustus totã
suã substãtiã cõprehendit. Aristo. in lib. de aĩa. Odo
rat⁹ inq̃t nõ sensib⁹ assimilał ceteris: cũ certã cete
ri delectationẽ ⁊ horribilitatẽ ⁊ rerũ mediocritatẽ ca
piãt: sicut visus albedinẽ ⁊ nigredinẽ ⁊ eorũ medio-
critatẽ. Gust⁹ similiter dulcedinẽ ⁊ amaritudinẽ ⁊ eo
rũ mediocritatem. Odoratus nõ similiter: q: nõ nisi
subtilẽ suscipit. i. delectabilẽ odorẽ ⁊ fetentẽ: nõ eorũ
mediũ. vnde non discernit inter muscum ⁊ aloen nisi
q̃ istud sibi conuenibile: illud ꝟo inconuenibile. me-
diũ vero horũ nõ potest discernere. Cũ in ꝓhẽdẽ
do deficiat nõ põt notare ea neq̃ cognoscere: ⁊ cum
non cognoscit: neq̃ rõ nominare potest: nisi q̃ bonũ
⁊ malũ odorẽ vocitet. qd̃ percipitur ex aĩalibus pal
pebris caretib⁹: quorũ oculi non clauduntur vt spũs
visibilis coadunatus cõfortetur ⁊ quiescens renoue
tur: vnde ⁊ paruus eorum visus: quia oculi sepissime
aperiuntur ⁊ foras emittitur: spũs ꝟo visibilis val-
de dissoluitur cũ splendori solis immittił: qd̃ in mari
nis bestijs apparet carẽtibus vt diximus palpebris.
Itidẽ odoratus nõ discernit: cum nares patule ⁊ ab
odoratu longe remote sint. Reprehendimur tamen
a sophistis dicentibus odoratum minime comprehẽ
di nisi aeris tractu. Quomodo ergo odorant quecã
aĩalia cũ nares nõ habẽt? Respõdem⁹. Nares q̃cã
non habentia nulla ad cerebri sui ventriculos habẽt
obstacula. vnde ⁊ sine vero aeris tractu habent odo
ramẽta. Naribus necnon carentia tamẽ in supremis
narium habent pelliculas: que aerem sine flatu non
permittunt intrare: ad quas aer odoratum ferẽs pe
netrat vt ad animatũ perferat spiritũ. Ideoq̃ que-
cunq̃ animalia palpebras habent: oculos claudẽtia
non vident nisi oculos aperiant ⁊ palpebras erigãt.
Non habentibus palpebras hec minime sunt neces
saria: quia oculos apertos semper habent. deficit er
go in eis visibilis spiritus; neq̃ colores vident nisi
tantum albedinem ⁊ nigredinem: eorumq̃ extrema
decernunt; media nulla discretione separãt propter
colorum subtilitatem ⁊ visus sui defectionem. Sci-
mus tamẽ nos reprehẽdendos. Si inquiũt spiritus
visibilis in palpebras non habentibus est defectus
quare non similiter deficiat odoratus in naribus ca-
rentib⁹. Respõdem⁹ debiliter obijcił: splendor em̃ visi
bilis cum palpebras exierit in aerem extenditur et
videnda comprehendit. ideoq̃ cum in pluribus di-
uiditur maior est defectus: sed spiritus odoratum fa
ciens non exiens neq̃ a quiete se mouens: in ventri
culis cerebri moratur expectans q̃ ad sensus afferã
tur sibi deforis. non ergo deficere eum oportet. Cũ
ad hoc deuenerimus: vt inter gustũ ⁊ odoratum dif-
ferentiam fecerimus: oportet vt fumorum species in
quiramus ⁊ virtutes actionesq̃ eorum inuestigem⁹.

¶ Facta ꝓsecutione ⁊ improbatiõe prime opiniõis: cui se
cũda est cõtraria: ipsam improbans; in hac parte prosequi
tur secũdã. Diuisio. Diuidił aũt hec pars in. vij. partes ad
inuicẽ cõnexionẽ habẽtes. In quarũ prima assignat causã
ꝓpter quã certa discretio saporũ est per gustũ; ⁊ est ꝓpter
dispositionẽ multitudinis neruorũ a cerebro ad linguam ve
nientiũ. In secũda: scʒ in hac: Odoratus nõ similiter est cũ
vnus neruus a cerebro solus veniat sibi. assignat cãm indi
scretiõis odorũ per olfactũ que est ꝓpter paucitatẽ neruorũ
ad eius organũ venientiũ. In tertia. s. in hac: Causa q: in vẽ
triculis cerebri odores sensus. assignat causam incertitudi-
nis olfactus propter distãtiã ab obiecto: cũ versus cerebrũ
eius organũ sit profundatũ: ⁊ rõne huius assignat modum
deueniendi ad ipsum odorem. In quarta. s. in hac: Gustus
autem non similiter q: ex corporeitate substantie. comparat
modum apprehensionis olfactus ad modum apprehensio
nis gustus. In quinta: scʒ in hac: Aristo. in libro de anima
odoratus inquit nõ sensibus assimilatur. comparat olfactũ
ad alios sensus sub aucto. Aristote. In sexta. s. in hac: Re-
prehendimur tamen ab obijcientibus odoratũ minime ap
prehendi nisi aeris tractu. mouet vnam dubitationem inci
dẽtem circa quedam dicta in solutione prime. ¶ Circa pri
mam igitur partem dicit q̃ illi qui dicunt cibos ꝑ odores di
scerni non sub tanta certitudine sicut per gustum: talem assi
gnãt causam. a cerebro enim sex musculi ad linguam veniũt
⁊ cum per neruos fiat motus ⁊ sensus: per illos vigoratur
discretio gustus in lingua: ⁊ magis q̃ alij sensus suis orga
nis vigorantur: ⁊ ideo gustus non solum discernit sapores
sʒ etiã cõueniens ⁊ disconueniens in cibo. ¶ Circa secundã
partẽ dicit: q̃ nõ est simile de olfactu eo q̃ vn⁹ solus neruus

venit ad organū eius. vnde incertū est: ⁊ ideo nō cōprehen
dit speciales odorū differētias: sed solū generales: sicut aro
maticū ⁊ fetens: neq̧ cognoscit medias sed extremas pro-
pter earꝫ excellētiā: ⁊ ꝓpter eius defectū ratio nō ponit cer
tum nomē odoribus cū olfactus non ministret ei certitudi-
nem. Nominat autē eos per nomen subiectorꝫ sicut odores
camphore rose. Est autē camphora succus herbe frigidus:
ambra vero sperma balene. ¶ Circa tertiā partē sunt septem
particule. Primo enī assigñt causam incertitudinis olfactꝰ
a parte situs organi dicēs: quia causa huiꝰ est: quia iste sen-
sus situs in anteriori parte cerebri lōge a naribus que sunt
eius organū ꝑ qđ odor ad ipsum defert. Secūdo ad manife
stationē intētionis assignat modū ſm quē odores ad ipsum
veniunt: ⁊ primo ostēdit hoc in odore horribili dicens: ꝙ cū
fortis odor accipitur ⁊ naribus apponit: non discernitur: q:
distat a sensu ⁊ non percipit nisi cū aer attrahit ipsum de-
ferens ad cerebrū cū quadā vioeltia attractus. Tertio osten
dit ꝙ odor suauis cito deuenit ad cerebrū ꝓpter sui dele-
ctationē ⁊ similitudinem cū spiritu aīali. Quarto redit ad
horribilē causam huius dicens ꝙ cū violentia venit ꝓpter
sui discōueniētiā cū spiritu sicut ignis violētia ꝯuertit aquā.
Quinto declarat hoc per exemplum in lichno: qui cum reti-
net fumū ⁊ rubore ꝓpter cōuenientiā ignis candele suppo
site ad ipsum accendēdū descendit: sed cū hec non sunt cum
violētia ipsum incendit. Similiter est de odore suaui ⁊ hor-
ribili respectu spūs animalis. Sexto ꝯcludit ex his ꝙ odor
bonus velocius penetrat ad olfactū propter sui subtilitatē
⁊ suauitatē: malus autē tardius ꝓpter cōtraria. Septimo
ostendit ratione huius cum aliquid ex suaui ⁊ horribili cō-
ponitur odore ⁊ olfactui offert: subtilis ⁊ suauis cito ad ip
sum transit: grossus aūt ⁊ horribilis tarde. Nam olfactus
nō recipit grossitiem obiectorū: sed subtilitatem ⁊ speciem.
¶ Circa quartā partē quattuor proponit. Primo assignat
diuersum modū apprehensiōis olfactus et gustus dicēs ꝙ
nō similiter gustus apphēdit: q: corporeitates rerū recipit
⁊ cū ipse sit ꝓprimꝰ ante imutat: ꝯgrua ⁊ incōgrua in cibis
ante discernit ꝙ̄ immutatio ad spm̄ animalē penetret in vē-
triculis cerebri existentē. Secūdo ostendit ꝙ horribilia ⁊ de
lectabilia cōmixta latent apud gustum q: simul attingunt
linguā: sed in olfactu suauia citius penetrāt ⁊ gustus citius
patitur ab horribili. Tertio ostendit diuersum modū appre
hensiōis olfactus circa horribilium ⁊ suauiū apprehensio-
nē ⁊ eam dicens: ꝙ olfactus suauia prius accipit ꝓpter sui
cōformitatē cū spirituali aīali ⁊ eorꝫ penetrationē cū solus
fumus ad organum eius subtilissimus penetret: sed cōtra-
rium est in gustu quē attingunt partes grosse ⁊ cōuenienti-
bus acqescit eorꝫ imutationē parū sentiens: horribilia vero
ꝑturbāt hūc ⁊ cū magna violētia ipm̄ imutāt. Quarto decla
rat intentionē per exemplum in rosa: in qua odor suauis sui
subtilitate cito penetrat ad olfactum cum delectatione: to-
ta vero substantia grossa suo sapore horribili infestat gustū.
¶ Circa q̄ntā partē duo proponit. Primo dicit ꝙ Aristo.
in libro de anima ⁊ in libro de sensu ⁊ sensato dicit ꝙ diffe-
rens est olfactus in nobis ⁊ alij sensus: q: alij sensus agno-
scunt extrema ꝓpter ipsorū excellentiā. Secundo declarat
hoc per similitudinē in oculis aīalium: dicens ꝙ hoc paret
in aīalibus carentibus palpebris: que sunt create vt ꝑ clau-
sionē quiescat spiritus ⁊ nō corrumpitur q̄ ab excellentia lu
minis leditur. hec autē aīalia vident debiliter ⁊ non discer-
nūt colores nisi cū perturbatione propter duriciem oculorꝫ.
Similiter ⁊ genus hominū debiliter sentit odores ꝓpter re
motionē nariū ⁊ odoris a cerebro: ⁊ ſm Arist. sicut aīalia ha
bentia palpebras non vident nisi palpebris amotis: simili-
ter neq̧ homo olfacit nisi coopertorio organi olfactus ꝑ in-
spirationē ablato. ¶ Circa sextā partē ꝑmo mouet dubita
tionē ex predictis incidētē dicēs: ꝙ cū nō fiat olfactio nisi ꝑ
aeris attractionē: quō aīalia carētia naribus per q̄s aer pe
netrat olfaciunt. ⁊ hec questio ab Arist. mouetur in piscibus
quomodo olfaciūt cū nō respirent attrahendo aerē. Secun
do vero soluit dicēs ꝙ carentia naribus ⁊ nō respirantia non
habent coopertoriū obstans: ⁊ ideo aer ⁊ odor fumo seipso
ad organum solū penetrat: sed habentia nares ⁊ respirātia
habent coopertoriū obstans ⁊ nō olfaciunt nisi illo eleuato
⁊ aere inspirato: ⁊ est simile in animalibus carentibus pal-
pebris ⁊ eas habētibus. ¶ Circa septimā partē ꝑmo mo-
uet dubitationē alterā ortā ex predictis: dicēs ꝙ questio est
Edarguemur tamen de vaccis dicentes: Quare femine in bobus meliores non fuerūt suis maribus: cū vaccine naturaliter caprinis sunt sicciores. Rñdem⁹ carnem vaccinā duriorem in digestione esse tardiorem: ⁊ actioni nature inobedientiorē. Cū ergo femine omniū animaliū similiter se habeāt: ⁊ vacce q: femine: in grossitie: ⁊ in digestibilitate duplici ex causa erunt male. Masculi aūt quāto plus naturali calore in oībus aīalibus in corporali sua specie meliores sunt in digestione: tanto plus masculus bos femina erit leuior: tñ in bonitate nutrimenti nō melior erit: q: humiditas femine naturaliter siccitatem temperat in sua specie. Unde ⁊ masculus bos lactēs melior ⁊ laudabilior est nō lactente: q: humiditas lactis cōplexionē suā tēperat. Castrata vero aīalia inter cōplexionē sunt maris ⁊ femine mediocria in specie sua tñ. Ideoq: actiōes sue ⁊ passiones feminis sunt vicinantes: quia etsi masculus nascatur: nobilissima tñ mēbra q̄ naturalis caloris sunt fundamēta: amisit: et inde calor deficit: et complexio sua atq: actio femine appropriauit: q: min⁹ calefacit mascul⁹ plus feminis: tardius maribus: velocius feminis digeritur. Sanguis aūt quē generat: melior est q̄ quē femine: peior q̄ quem masculi: nisi tñ in capris sicut dixi. Castrata aūt minoris sunt in masculis nutrimēti: ⁊ feminis minoris bonitatis. ¶ Expletis aūt differentijs mariū ⁊ fe. insuper ⁊ neutroꝝ: redeamus ad ꝓmissa: ⁊ incipiamus a complexione naturaliter antiquiore. Aīaliū ergo triplex est cōplexio. Aut eñ mediocris ī humiditate ⁊ siccitate: ⁊ hec duplex est. frigida sicut lactentiū capreoloꝝ carniū est: ⁊ calida sicut agnoꝝ aīalium: aut est cui siccitas dñatur: que iterum dupliciter diuiditur: vel enim calida sicut vetus pecorina: vł frigida sicut iuuenis caprina: aut est cui dñatur humiditas. Iterum dupliciter diuidit̄ aut calida sicut agnina annalis: aut frigida sicut porcina. Cōcordāt aūt antiqui q̄ nulla animalia ambulabilia ⁊ humani corpis nutritiua porcinis sunt frigidiora. Que aūt aīaliū inter humida ⁊ sicca mediocria sunt in velocitate digerēdi: ⁊ bonitate nutrimēti: multo meliora sunt ceteris: maxime si iuuencula fuerint nō vetera neq: lactētia. vetera eñ sunt sicca ⁊ macra: ⁊ caro eis est durissima. Lactētia humida sunt ad digerendū dura viscosa: ⁊ grossi phlegmatis generatiua: nisi cū naturaliter aīalia sint siccissima: sicut caprina et bouina. Hec eñ in vicinitate lactis vel laudabilis sunt humiditatis: q: sua tēperat̄ siccitas: q: quecūq: sunt siccissima naturalr̄: pessimi sunt nutrimēti: nisi cū in lacte sint: vel in vicinitate lactis Ideoq: caprina vel bouina lactentia: et iuuenculis ⁊ veterib⁹ sunt laudabiliora: q: natura sua sicca ⁊ iuuēcula erit dupl'r grossa ⁊ sicca: ⁊ melācholici sanguinis generatiua. Si tamen frigida sint animalia: sicut caprina: ⁊ bouina: in corruptione erunt minora. Siccitas enim calori iuncta incendit: et velociter desiccat cito in corruptionem mutanda. Naturaliter in carnibus sunt mollia tenera in stomacho ⁊ intestinis cito descēdentia. ⁊ ideo viscosi phlegmatis ꝓpria. Si tñ calidiora sunt animalia sicut iuuencula pecorina frigidioribus sicut porcinis sunt meliora: quia porcina ceteris animalibus minus sunt calida et humidiora. vnde omfacino oleo antiqui assimilauerunt in frigiditate. Ideoq: sunt grossa: ad digerendum dura: ⁊ ad penetrandū venas tarda. Multam eñ hu. necesse est penetrare: calorem adiuuat. Sinautem: oportet vt coaguletur: ⁊ ad digerendum (vel penetrandum) induret.

¶ Postq̄ assignauit diuersitatem aīalium domesticorum ⁊ siluaticorum ⁊ nature ipsoꝝ: In hac parte agit diuersitatem nutrimenti ipsorum rōne cōditionū in ipo accidētium: ꝑ quas laudabilitatē vel illaudabilitatē acquirit. Diuisio. Diuidit̄ aūt hec pars in duas partes. In quarum prima assignat conditiones per quas procedit diuersitas nutrimēti in animalibus. In secunda. s. in hac: Ante tñ q̄ de singulis horum disputem⁹. determinat de nutrimēti diuersitate fm singulas illarū conditionū. Prima pars nō diuidit̄. Scđa aūt diuiditur in sex fm numerū illarū cōditionū. In prima igitur assignat diuersitatē nutrimēti aīalium a parte cōplexionis. In scđa. s. in hac. Diuersitas nutrimenti ex etate ⁊c. assignat diuersitatē eius a parte etatis. In tertia. s. in hac. Diuersitates in aīaliū nutrimentis iam diximus ⁊c. assignat eius diuersitatē a parte nutrimēti quo animalia nutriunt̄. In quarta. s. in hac: Diuersitas animalium in macilencia ⁊ crassicie ⁊c. assignat eius diuersitatem a parte habitudinis in macie ⁊ pinguedine consistentis. In quinta. s. in hac: Diuersitates nutrientiū aīaliū diximus ex temporibus anni ⁊c. assignat eius diuersitatē a parte tēpoꝝ anni. In sexta. s. in hac: Diuersitates nutrientium animaliū artificialiter sunt tres ⁊c. assignat eius diuersitatem a parte artificialis apparatus. Due aūt ptes prime cū prima parte capituli spectāt ad presentē speculationē. Sunt igitur in presenti lectione partes tres. In quarū prima diuersas cōditiones nutrimēti aīaliū assignat. In secūda de ei⁹ diuersitate rōne complexionis ꝓsequit̄. In tertia eius diuersitatē rōne etatis assignat. Singularū aūt partiū diuisionē ⁊ expositionē diuisim ꝓsequitur. ¶ Circa primā partē dicit q̄ nutrimentum ex animalibus acceptum in bonitate ⁊ malicia sex diuersas̄ modis. Prim⁹ est ex natura. scđus ex etate. terti⁹ ex pascuis quartus ex humiditate. quintus ex anni temporibus. sext⁹ ex artificio. In scđa. s. ī hac: Ante tñ q̄ de singulis hoꝝ disputemus ⁊c. agit de diuersitate aīalium rōne cōplexiōis. Sed quia complexio in animalibus diuersatur penes discretionē sexus: ideo agit de animalium diuersitate a parte discretionis sexus. Diuisio. Diuiditur aūt hec pars in duas partes In quarum prima assignat diuersitatē nutrimēti ex aīalib⁹ a parte discretionis sexus. In secunda eius assignat diuersitatem a parte cōplexionis. Prima aūt pars diuiditur in duas. In quarū prima assignat diuersitatem nutrimenti ex animalib⁹ a parte sexus masculini ⁊ femini. In scđa assignat eius diuersitatē a parte sexus nutrientis: sicut in castratis Secunda pars principalis diuidit̄ in duas. In quarum prima assignat diuersitatem complexionis in animalibus. In secunda assignat diuersitatē nutrimenti ex aīalibus a parte differētiarū complexionis. Sunt igitur in pn̄ti lectione partes quattuor. In quarū prima assignat diuersitatem nutrimēti ex aīalib⁹ a parte masculini sexus ⁊ feminini. In scđa scz in hac: Castrata vero aīalia ⁊c. assignat diuersitatē eius a parte sexus nutrientis. In tertia. s. in hac: Expletis autez differentijs mariū ⁊c. assignat diuersitatem cōplexionis in animalibus. In quarta. s. in hac: Que aūt aīalium inter humida ⁊ sicca sunt mediocria ⁊c. assignat diuersitatem nutri-

menti ex animalibus a parte differentiarum cōplexionis.
¶ Circa primā partem septem sunt particule. Primo ꝓpo
nit intentionem dicens: ꝙ ante cōplexionem dicendum est de
sexu. Scḋo tāgit naturā carniū masculoꝝ ⁊ feminarū: dicēs
ꝙ iste sunt magis subtiles ⁊ minus viscose: ille aūt magis.
Tertio tāgit diuersitatē nutrimēti ex vtrisqꝫ dicēs: ꝙ mascu
line sunt laudabiliores femininis. Quarto excipit caprinā
que in sexu feminino melior est ⁊ mollior: eo ꝙ masculina rō
ne specici sexus ⁊ cōplexiōe siccior est ⁊ durior. Quinto dicit
ꝙ caper lactēs bonitatē hꝫ ꝓpter etatē ⁊ ꝓpter lac: sed femi
na lactēs melior: cum enī ex lacte ꝓcedat bonitas in mascu
lo: multomagis ī femina ꝓcedit. Sexto remouet dubitatio
nē circa ea q̄ dicta sunt. Nam cū femine in capris meliores
sint ꝓpter tēperamentū siccitatis a parte sexus: sic videt̃
ꝙ in bobus femine sint meliores: cū boues sint naturaliter
sicce. Soluit aūt dicēs: ꝙ caro bouina est sicca ⁊ dura ⁊ indi
gestibilis: femine aūt ꝓpter duas cās sunt male. ⁊ ꝓpter
maliciā spēi ⁊ sexꝰ. Nā calor ipaꝝ debilis nō est potēs carnē
ipaꝝ subtiliare ⁊ depurare: sꝫ in masculis accidit ↄ̄triū ꝓ
pter ↄfortationē caloris: ⁊ ideo masculus femina est leuior
nō tn̄ eius nutrimētū est magis laudabile: q: in femina mol
lior est caro. vnde ⁊ vitulus lactens ꝓpter etatē ⁊ lac est me
lior. Sūma aūt intētionis hec est: femina in bobus laudabi
lior est rōne sexus ⁊ temperamēti siccitatis ⁊ duriciei: ma
sculus autem propter confortationem caloris ⁊ leuitatem
carnis. Circa secundam partem agit de carnibus castrato
rum. tria aūt intendit. Primo dicit: ꝙ castrata sunt media
inter masculina ⁊ feminina: ⁊ hñt vꝫtutē feminis vicinātē. Se
cūdo reddit causam huius que est ablatio testiculoꝝ: qui to
ti corpori calorē prestant. Tertio dicit: ꝙ sanguis ex illis gn̄a
tus: melior est q̄ ex feminis gn̄atus: peior est q̄ ex masculis
⁊ ideo tenent mediū: vt meliora sint feminis: peiora aūt ma
sculis. Circa tertiam partē talē cōplexionis distinctionem
assignat. Quedā est cōplexio media inter siccā ⁊ humidam
quedā extrema. media q̄dā declinat ad frigidā: sicut ī hedo
quedā ad calidā sicut in agno. Extrema quedā est sicca: que
dam humida. sicca quedā declinat ad frigidā sicut in capra:
quedā ad calidā sicut in ariete veteri. humida quedā ad fri
gidā declinat: sicut in porco: quedā ad calidā: sicut in agno
annali. sed inter oīa comestibilia porcus est frigidior. Cir
ca tertiā partē assignat diuersitatem nutrimēti ex aīalibus
a parte complexionis ipoꝝum. Hec aūt pars duas continet
particulas. Primo enī assignat diuersitatem nutrimēti ex
aīalibus a parte cōplexionis medie dicens: ꝙ aīalia calide
cōplexiōis laudabilis sunt nutrimēti: ⁊ maxime cū sunt eta
tis medie: q: in prima etate multū abūdat humiditas: nisi
in aīalibus siccis: que in hac etate preualent: ⁊ cū sunt gros
sa in maiori etate multū sunt sicca. Scḋo dat diuersitatē nu
trimenti rōne cōplexionis sicce ad frigidā declinātis: dicēs
ꝙ aīalia illius cōplexionis tardius corrūpūtur: q: frigidū ⁊
siccum a corruptiōe preseruat: sed calidum ad ipam mouet
Circa quartam partē primo dat nutrimēti diuersitatem a
parte humide cōplexionis dicens: ꝙ aīalia huiꝰ cōplexionis
carnes habēt teneras: cito digestibiles ⁊ penetrabiles. Se
cundo dat eius diuersitatē rōne cōplexionis humide ad ca
lidā declinātis dicēs: ꝙ aīalia huius cōplexionis sunt melio
ra alijs: sicut patet in pecore cuius caro calida est ⁊ humida
sꝫ porcina est frigida ⁊ humida oīno silis de facili penetrabi
lis ⁊ tarde coagulationis. Oīm aūt cōplexionū differētias
assignat: sꝫ intricate: sꝫ ex dictis ipaꝝ diuersitas pꝫ. ¶ Cir
ca partē istā tria q̄runtur. Primū est de diuersitate aīaliū rō
ne sexus. Scḋm est de bonitate aīaliū rōne sexus. Tertium
est de diuersitate animalium a parte cōplexionis.
¶ Circa primū ꝓcedit̃ hoc modo: q̄rit̃ vtrū carnes mascu
lorum naturaliter sint meliores: ⁊ videt̃ ꝙ sic: qñcūqꝫ enī in
aīalibus calor naturalis fortior est vt superfluitates expel
lat: carnes efficiūtur mundiores ⁊ meliores: ⁊ etiā sanguis
in illis gn̄atꝰ melior est: sed in aīalibꝰ masculini sexus calor
naturalis depurās fortis ē: ⁊ humiditates mūdiores: ⁊ lau
dabiliores redduntur: g̊ carnes in aīalibus masculini sexus
meliores sunt. Secūda ratio hec est: dicit ysaac ꝙ aīalia que
sunt nature humide generant sanguinē aquosum ⁊ putri

factibilē ⁊ illaudabilē ꝓpter multā humiditatē ⁊ molliciem
sed carnes feminarū sunt hmōi: g̊ sanguinē aquosum gene
rant: ergo carnes masculoꝝ sunt meliores. Ad oppositum
q̄cūqꝫ aīalia sunt sicce nature: ⁊ dure cōpositiōis indigent
tēperamēto in cōplexione ⁊ cōpositione: sed aīalia mascul
ni sexus sunt hmōi: g̊ carnes illoꝝ aīaliū meliores sunt in il
lo sexu in quo molliores sunt ⁊ humidiores: ⁊ subtilis cōpo
sitionis: sꝫ hoc est in feminis: ergo carnes feminarū mollio
res sunt. Ad hoc dicēdū: ꝙ meliores sunt carnes masculorū
aīaliū q̄ feminarū. Ad rōnem in ↄ̄triū dicēdū: ꝙ duplex est
cōplexio. s. naturalis ⁊ accidētalis. Naturalis est illa: quam
hꝫ aīal de sui natura. Accidētalis est illa quā cōtrahit aīal ex
etate vel sexu. Dicimus igit̃ ꝙ aīalia rōne cōplexionis que
debetur sexui carnes habēt meliores masculi q̄ femine: lo
quēdo tn̄ de naturali complexione: dicimꝰ ꝙ qñqꝫ pōt esse
peior: qñqꝫ melior. Vñ caro masculi peior ē q̄ femine quan
tum ad naturalē cōplexionē. ¶ Scḋo querit̃ circa hoc de
vacca: ⁊ querit̃ vtrū bos in feminino sexu sit laudabilioris
nutrimēti q̄ in masculino: ⁊ videt̃ ꝙ sic: qm̄ aīalia sicca fm̄
naturalē cōplexionē indigēt humectatiōe carnis ⁊ mollicie
sꝫ vacca est aīal frigidū ⁊ siccū naturaliter: ergo indiget hu
mectatiōe carnis ⁊ mollicie: sed hoc est in femina: ergo caro
vacce melior q̄ bouis. Scḋa rō hec est: silitudo est inter sexū
⁊ etatē ↄformē: sexꝰ enī femininꝰ assimilat̃ etati puericie cū
teneritas vtroqꝫ acquirat̃ in carne. masculinꝰ enī sexus etati
iuuētutis assimilat̃: sed bos in iuuētute est laudabilis nutri
mēti: g̊ siliter bos in sexu cōsili isti etati erit bonꝰ: sed hic est
sexꝰ femineꝰ: g̊ in sexu femineo melior est. Ad oppositū ē qd
dicit ysaac: q: masculi sunt laudabilioris nutrimēti q̄ femi
ne excepta capra. Ad h̄ dicēdū ꝙ bos laudabilioris est nutri
mēti q̄ femina: ⁊ cā est hec: q: inter oīa aīalia in specie huiꝰ
aīalis maior supfluitas aggregat̃: sicut dicit Ras. ⁊ in ma
sculo supfluitates iste cōsumūtur ꝓpter fortitudinē caloris
⁊ ideo carnes remanēt mūde. In femina vō cū nō sit calor
fortis et supfluitas abūdet ⁊ plus q̄ in masculo: supfluitas
remanet: ideo feminarum carnes nō sunt ita bone sicut ma
sculoꝝ. Ad rōnem in ↄ̄trium dicendū ꝙ in carne bouina duo
sunt cōsideranda. Primū est dispositio cōplexionis ⁊ cōpo
sitionis. Secūdū est carnis mūdificatio. Dicimꝰ igit̃ ꝙ fe
mine nō sunt mūdiores: imo indigent maiori mūdificatiōe.
Ad secūdū dicēdū ꝙ non est simile de sexu ⁊ etate: q: prima
etas nō est causa habēdi plures superfluitates: nec etiā hꝫ
imo est causa mūdiciei carnium: ⁊ ideo aīalia in prima etate
sunt laudabilis nutrimēti. sexus vero imundiciā inducit in
carnibus: ⁊ ideo nō est simile. ¶ Tertio queritur circa hoc
quare vacce sunt laudabiliores in quibusdam regionibꝰ si
cut in hispania q̄ bos. Ad hoc dicendum ꝙ hoc est ꝓpter
duas causas. Prima ⁊ principalis est diuersitas regionis
q̄dā enī regiones declinant ad caliditatē ⁊ humiditatē: q
dā vero oīno ad siccitatē. In regionibꝰ g̊ humidis carnes
ī masculo mūdificātur ꝓpter tēperamētū regionis ⁊ ꝓpter
pascua: ⁊ ideo carnes vituli in talibꝰ regionibus sunt lauda
bilis nutrimenti ⁊ boni. In siccis vero ⁊ calidis regionibus
valde sunt sicce carnes ⁊ dure ꝓpter siccitatem regionis: ⁊
ideo carnes bouis in tali regione non sunt laudabiles. Alia
causa pōt esse labor in vna terra magis q̄ in alia: ⁊ ideo ex
labore siccitatē acquirūt. ¶ Quarto querit̃ circa hoc quare
cū vacca sit frigide ⁊ sicce cōplexionis sicut capra: quare se
xus acq̄rit bonitatē in capra: in vacca vō nō. Ad hoc dicēdū
ꝙ differt cōplexio ī vacca: ⁊ in capra. Caro enī capre peccat
ī multa siccitate ⁊ non multa supfluitate: cuius signū est: q
lac eius optimum est: cum per femineum sexum humiditas
acq̄rat̃: manifestū est ꝙ ī capra sexus femineus bonitatē a
quirit: vacca vō in siccitate nō multum peccat: imo illa caro
multū humida est: ⁊ hec peccat in supfluitate: cuius signū
est ꝙ lac eius nō multum est bonū: sed sexus humiditatem
inducit: qua nō indiget caro vacce. ⁊ ideo nullā acquirit bo
nitatē sexus ī vacca. ¶ Quinto querit̃ circa hoc: dicit ysaac
ꝙ carnes ī femineo sexu sunt humidiores ⁊ molliores: ergo
caro porcina in femi. sexu erit mollior ⁊ tenerior ⁊ humidior
q̄ caro porcina in sexu masculino. Ad hoc dicendū ꝙ hoc est
fm̄ viam accidētis. Unde dicimus ꝙ si in eadē etate cōpar

tur femineus sexus ad sexum: in masculino durior: est caro masculi ꝙ femine: sed post conceptionem ɔ̃triū est: q: tunc caro porci efficitur dura ⁊ sicca: iuxta illud phi in libro de aīalibus: qđ aīal maxime macrescit ⁊ durat multū. ⁊ cā ē q: primo añ conceptionē habebat carnes molles ⁊ de facili eliquabiles: post conceptionē vero tota humiditas dissoluit ⁊ remanet dura. Scđa causa est: multiplicatio filiorum. porci em̄ multotiens octo vel plures filios pereāt: ⁊ ita nutrimētū quod dʒ cōuerti ad hūiditatē ⁊ subām corporis mittitur ad fetū nutriēdum: ⁊ ita nō remanet nisi cutis q̄ corrugat. ¶ Sexto querit̄ circa hoc quare aīalia bruta fetent cū sint in coitu: ⁊ quare hoc maxime accidit in capro. Ad hoc respōdet Auicē. ꝙ fetor accidit in coitu: q: humores cōmouētur in corpore ⁊ fit agitatio illoꝝ humoꝝ. In coitu vō non euacuat̄ nisi puritas humoꝝ: que cedit in sperma: ⁊ ideo cū humor euētet̄ fetet: sicut pʒ ī sterquilinio: cū est in quiete nō fetet: cū aūt euētat̄ cōmouet̄ ⁊ fetet. Silr̄ ē de humorib⁹ cum p coitum agitent̄: ⁊ hoc maxime in capro accidit. habet em̄ sanguinē multū acutū: quasi putrefactū: ⁊ in coitu agitatur ⁊ cōmouet̄ ille humor quasi putrefactus.

¶ Circa secūdū ꝑcedit̄ hoc modo: querit̄ vtrū aīal castratum sit laudabilius nō castrato: ⁊ videt̄ ꝙ nō: aīalia em̄ masculini sexus laudabilis sunt nutrimēti: ergo aīal femini sexus: relinquit̄ ergo ꝙ caro aīalis non castrati melior est ꝙ̄ castrati. Secūda ratio hec ē: calor naturalis regit humores corporis: ⁊ carnes mūdificat: ⁊ depurat sup̄fluitates: ergo ablato fūdamēto caloris naturalis minime fit depuratio superfluitatis: sed in castratis fundamētū caloris remouetur remotis testiculis qui sunt fundamentū eiusdē: ergo in castratis non pōt esse tanta mundificatio sup̄fluitatis quāta est in nō castratis: ꝗ carnes nō castratoꝝ meliores sunt. Ad oppositū est qđ videmus cōiter. Ad hoc dicēdū ꝙ animalia nō castrata melioris sunt nutrimēti excepto capro. Ad rōnē in ɔ̃triū dicēdū ꝙ in aīali quocūqȝ sunt tria. sexus: etas: ⁊ cōplexio. a parte etatis ⁊ sexus caro in masculis melior est: q: calidior redditur: a parte vero etatis accidit vt complexio melioret̄: sicut patet in leuib⁹ aīalibus q̄ hn̄t carnes mūdiores si castrata fuerint humiditas in corpore retinet̄ ⁊ non exit: ⁊ ideo caro mollior.

¶ Circa tertium ꝑcedit̄ hoc modo: querit̄ quare in genere aīaliū: hoc est ꝙ oīa aīalia bruta eiusdē cōplexionis iudicant̄: in gn̄e hoīm nō sʒ variat̄: videt̄ em̄ ɔ̃triū: dicit Auicē. ꝙ impossibile est duo indiuidua in vna pūctali cōplexiōe associari: sed sicut est cōplexio in hoīe: silr̄ in brutis: ergo si in genere hominū cōplexio variatur: silr̄ in genere brutoꝝ. Scđa rō hec est: sicut variat̄ cōplexio hominis penes regiones et nutrimētū: cū eodē modo bruta nutriūtur sicut hoīes: videtur ꝙ sicut in hoībus est diuersitas cōplexionū: ꝙ silr̄ sit in aīalibus brutis. Ad oppositū est illud qđ fit cōiter. Ad hoc dicūt quidā: ꝙ sicut est variatio cōplexionis in hoīe: silr̄ in brutis: sʒ medic⁹ cā assignat in genere hoīm ⁊ nō in brutis: qm̄ sua intentio est principalr̄ circa corpus humanū: ⁊ non circa alioꝝ aīaliū. Nos tn̄ dicimus ꝙ nō est tāta diuersitas cōplexionis in aīalib⁹ sicut in homine: ⁊ cā est: q: homo mollioris cōpositiōis est: ⁊ ideo habet carnē magis agitabilem alia vō aīalia respectu hoīs hn̄t carnes duras ⁊ min⁹ agitabiles. Silr̄ in hoīe magis saluat̄ silitudo speciei: in alijs vō nō saluat̄ ita species: sed cōplexio. Unde in hoīe silitudo cōplexiōis variat̄: spēs vō manet fixa. ¶ Scđo q̄rit̄ circa hoc: q̄re bos ⁊ aīalia melācholica sicut bos ⁊ ceruus ⁊ hmōi si in domo in senectute nutriūtur efficiūtur carnes tenere ⁊ pingues. Ad hoc dicendū ꝙ in carne bouis sunt duo. s. suba carnis ⁊ humiditas cōtenta: vnde hoc est ꝑpriū bouis ꝙ caro eius sit dura sine suba⁊ etiam sicca. hʒ vō poros multum latos: humiditas tn̄ ipsius bouis subtilis est. vn̄ aqua eius est salua: sicut dicit̄ cōiter: cū humiditas bona subtilis aque cōmisceat̄: caro vero ecōtrario se habet: in senectute tota illa humiditas perit: ⁊ tūc si in domo nutriat̄ cū poros habeat latos illa humiditas recuperabitur: vnde tota caro tenera efficitur. ⁊ sic patet solutio ad quesita.

¶ De diuersitate nutrientium. Cap. xxiij.

¶ Lectio. xxxv.

Diuersitas nutrientiū ex etate est quadruplex. sunt em̄ paruissima sicut natiuitati vicina: vel a natiuitate remota tn̄ adhuc crescentia: sicut animalia vel iuuencula iam cōpleta vel decrepita. lactentium carnes sunt humidiores ⁊ iō a stomacho lubriciores: veterū solubiliores sanguinē phlegmaticū ⁊ multas superfluitates generantes: nisi sicce sint naturaliter sicut bouīne ⁊ caprine: quorum nutrimenta ceteris sunt laudabiliora: maxime bonum lac sugentia. Inde. Hal. que animalium sunt lactentia: ⁊ bono lacte nutrita: laudabilia faciunt nutrimenta. Mirthiseus atheniēsis. hedulina ⁊ vitulina cum laudabili lacte nutrita: carnes habēt laudabiliores ⁊ saporosiores: diutius aūt lactentiū carnes in saporositate: digestione sunt meliores: heduline tamē omnibus laudabiliores quas diximus. vnde ⁊ sanguis quem generāt: subtilior est ⁊ nutribilior: ⁊ omnibus hominibus cōueniētior: maxime euadentibus ab egritudine. Vitule non similiter. q̄ em̄ sanguinē generant grossiorem faciunt: q: boues grossiores: ⁊ duriores sunt naturaliter. Unde vituline carnes: etsi sint laudabiles: non tn̄ cōueniūt exeuntibus egritudines: cum mēbra eorum in grosso cibo digerēdo deficiunt. Si autem lactētia naturaliter sunt hūidiora: sunt pessima: q: humiditas naturalis ⁊ humiditas etatis in eodē se colligūt: ⁊ inde fiūt grossa ⁊ viscosa ad digerendum dura: corruptum nutrimentū facientia. ¶ Humide autem cōplexiones phlegmaticos generant humores ⁊ grossos: ⁊ solidos fumosos et corruptos. Unde lactentia porcina et agnina sunt pessima: sed plus porcina et naturalis caloris paruitate: ⁊ viscositatis ⁊ humiditatis dominatione: ⁊ idcirco cauenda. Inde mirthiseus atheniensis. porcina nullam bonitatem habēt nutrimēti: maxime si sint lactentia. Hippo. lactentia porcina dura ⁊ ad digerendum grossa potius ꝙ̄ iuuencula. Hec em̄ animalia naturaliter venas habent strictissimas: sanguinem paruissimū: pinguedinem multam ergo lactentibus phlegma dominatur. ⁊ ideo nimiū caueant̄: nisi cū necessitate cogant̄ comedētes ea: si calidas ⁊ siccas hn̄t cōplexiones bn̄ fortes existētes ⁊ laborantes frequēter: bene frequētāt eas. In etate secūda. i. adhuc crescentia minoris sunt humiditatis ⁊ viscositats ꝙ̄ lactentia: quia a vulua matris et lacte sunt remota: vnde sunt duriora: min⁹ superflua ⁊ nutrimēto temperata: ad digerēdū velocia: ad nutriēdū dura: ad dissoluēdū a mēbris dura: maxime si aīalia vniuersaliter sint humida sicut porcina: q: nutrimēta sua inter hūiditatē ⁊ siccitatē sunt tēperata: cū sue cōplexiōis humiditatē siccitas tēperet etatis: ⁊ iō nō iuuenib⁹: neqȝ fortib⁹ nō laboriosis ⁊ nō exercitātib⁹ icōuenibilis. Inde mirthise⁹. Cōueniētiores porcine ⁊ pecorine carnes atqȝ laudabiliores sunt et quo a lacte separata sunt quoadusqȝ ꝑueniāt ad nubēdū aīalia. ¶ Si autē aīalia naturaliter sint sicca carne sunt duriora: ⁊ ad digerēdū tardiora: q: in eis augetur siccitas. Ideoqȝ bouina et caprina in hac etate sunt illaudabilia. In etate vero tertia. i. iuuencula: siccitas dn̄atur nimia. Ideoqȝ carnes duriores

grossiores: ad digerendum tardiores: sed tñ in stoma
cho ⁊ epate bene digesta: nutrimẽta dant fortiora ⁊
multa ⁊ superfluitatib⁹ mũdificata: a mẽbris tarde
dissoluẽda ex paruitate sue humiditatis ⁊ viscosita
tis. Inde si aĩalia naturaliter sunt humidiora: bene
digerẽtiũ sunt nutritiua: sicut iuuenũ exercitantium
Ideoq; carnes porcine ⁊ pecorine iuuẽcule: etsi hũi-
ditates sint grosse: bene tñ digeste: laudabiles in mẽ
broꝝ cõfortatione ⁊ in duratione: plus q̃ in regẽda
sanitate. Si aũt aĩalia naturaliter sint sicca: nutrimẽ
ta sua sunt pessima, ex siccitate duplici sua. Iuuẽcula
ergo caprina bouina sunt pessima: carne dura: ĩ dige
stione tarda: digesta grossum generãt sanguinẽ ⁊ me
lãcholicũ. In etate q̃rta. i. decrepita oĩa aĩalia dupli
ci de cã sunt pessima. Una q: caloris naturalis extin
ctioni sunt ꝓpinqua. Altera q: ceteris carnibus sunt
sicciora ex humiditate sua vicinius finienda. vñ ad
digerẽdũ durissima: q: carne sunt neruosa ⁊ fere nũq̃
digesta. maxime si aĩalia naturaliter sint sicca: sicut
bouina ⁊ caprina: q̃ dupliciter pessima sunt: ex natu
rali siccitate ⁊ etate sua. vñ Gal. Que aĩaliũ natura
liter sicca sunt: paruoꝝ carnes sunt meliores ⁊ nutri
mẽto laudabiliores erunt. Que vero humidiora sicut
porcina ⁊ pecorina: quãto perfectiora: tãto meliora.
Itẽ Gal. q̃ maxime sunt annosa: mẽbris sunt siccio-
ra ⁊ ad digerẽdũ duriora. Quãto minora tanto mẽ-
bris sunt tenuiora: ⁊ ad digerẽdũ sunt velociora. Si
vero lactentia erũt phlegmatica. maxime si naturali
ter sint humida. Ideo oĩa aĩalia volatilia vel ambu-
labilia dũ sunt crescentia: carne sunt laudabiliora: q̃
q̃ sunt iam declinata. Media inter hec duo extrema
laudabilia sunt: vel illaudabilia ẜm extremũ ad q̃d
magis sunt pendentia.

¶ Post diuersitatẽ nutrimẽti ex aĩalib⁹ a parte ꝯplexiõis
agit de eius diuersitate a parte etatis. Diuisio. Hec autem
pars diuidit̃ in duas. In quarũ prima distinctionẽ etatũ as-
signat in aĩalibus. In scda, s. in hac: Lactẽtiũ carnes humi-
diores sunt ⁊c. assignat diuersitatẽ nutrimẽti ĩ aĩalib⁹ a pte
omniũ etatum. Prima autem non diuiditur. Secunda au
tem diuiditur in quattuor ẜm numerum quattuor etatum
In quarum prima assignat diuersitatẽ nutrimenti noui-
ter genite etatis. In scda, s. ĩ hac: In etate scda. i. adhuc cre
scentia maioris sunt humiditatis ⁊c. a parte adolescẽtie. In
tertia. s. ĩ hac: In etate tertia. i. iuuẽcula siccitas nimia dñat̃
⁊c. a parte iuuẽtutis. In quarta. s. in hac: In etate quarta
i. decrepita ⁊c. a parte senectutis. ⁊ sic sunt q̃nq; ptes in pre
senti lectione. ¶ Circa primã partẽ distinguit etates quat
tuor. sunt eñ quedã aĩalia in prima etate, quedã ĩ adolescẽ-
tia, quedã in iuuentute ⁊ statu, quedã in senectute ⁊ senio.
Circa scdam partẽ septẽ intẽdit. Primo dicit ꝙ aĩalia lactẽ
tia multã habẽt humiditatẽ ⁊ liquiditatẽ. Scdo excipit aĩa-
lia sicca: q̃ ĩ hac etate ꝓpter lac sunt laudabilia: ⁊ introducit
Gal. dicẽtẽ aĩalia lacte nutrita bene esse laudãda. Idẽ autẽ
dicit mithise⁹ de hedis. Quarto dicit de hedis ꝙ ĩ hac etate
multũ sunt laudabiles ⁊ eas ad vitulinas ꝯparat. nã he sub
tilẽ: ille grossum sanguinẽ generãt. Quinto dicit ꝙ cũ q̃dã
lactẽtiũ sint humida. q̃dã sicca: cũ iam de siccis dictũ sit: di
cit de humidis ꝙ grossa sunt: ⁊ viscosum generãt sanguinẽ
sicut ĩ porcellis patet. Sexto cõfirmat intẽtionẽ ꝑ mithisẽũ
⁊ ꝑ Hippo. Septimo ostẽdit quib⁹ cõpetãt dicẽs: ꝙ haben
tibus calidas ⁊ siccas cõplexiones: ⁊ exercitantibus. Circa
tertiã partem assignãs diuersitatẽ nutrimenti ex aĩalibus a
parte etatis secunde quattuor intẽdit. Primo dicit ꝙ in ta
li etate aĩalia sunt temperate humiditatis nutrimẽti lauda

bilis. Scdo ꝙ hoc aĩalibus humidis maxime cõpetit: q: sua
humiditas per etatem reprimit̃. Tertio cõfirmat per mithi-
seum. Quarto dicit ꝙ sunt in hac etate minus laudãdi. Cir-
ca quartam partem assignãs diuersitatẽ nutrimẽti in aĩali
bus rõne tertie etatis quinq; intẽdit. Primo dicit ꝙ ea aĩa
lia sunt dure digestiõis: si tamẽ bene digerant̃ multũ dãt
nutrimentum ꝓpter moram in membris: ⁊ purũ ꝓpter ca-
loris confortationem. Scdo dicit: ꝙ humida magis sunt in
ea laudabilia ⁊ iuuenibus ⁊ exercitantibus cõpetunt. Ter-
tio descendit ad porcum ⁊ pecus: qui laudandi sunt in ipa.
Quarto dicit ꝙ aĩalia sicca contrario modo se habẽt in ipsa
ꝓpter siccitatem cõplexionis ⁊ etatis. Quinto dicit ꝙ ideo
in hac etate capra ⁊ bos maliciam habent. Circa quintam
partem assignans diuersitatem nutrimenti ex aĩalibus rõ-
ne vltime etatis tria intendit. Primo dicit ꝙ in ipa aĩalia
sunt mala in vltimo ꝓpter caloris naturalis extinctionem
⁊ ꝓpter siccitatem nimiã: vnde sunt dure digestionis. Se-
cũdo dicit: ꝙ maxime accidit hec malicia siccis aĩalibus ꝓ-
pter siccitatem cõplexionis ⁊ etatis. Tertio cõfirmat inten-
tionem per Gal. dicentem: aĩalia humida in etate perfecta
meliora: in prima mala: sicca econtrario. Et dicit ꝙ aĩalia
sicca in senectute sunt dure digestionis. in noua etate sunt
laudanda. Sed tamen lactentia sunt phlegmatica ⁊ maxi-
me naturaliter humida. Omnia autem aĩalia dum crescunt
sunt meliora q̃ cum declinant. Que aũt sunt in medio laudẽ
ꝑticipãt ẜm maiorẽ ⁊ minorẽ accessum ad extrema. ¶ Cir-
ca partem istam tria dubitantur. Primũ est de mutatione
etatis a parte cõplexionis. Secundum est de temperamẽto
complexionis ex etate. Tertium de comparatione aĩalium
ratione etatis.

¶ Circa primum ꝓceditur hoc modo: queritur in qua eta
te animalia complexionaliter sunt calidiora: ⁊ videtur ꝙ in
iuuentute. In quacũq; etate minus abundat qualitas com
plexionis caliditatem hebetans ⁊ obfuscans ipsam calidi-
tatem in eadem fortior est calor complexionalis: sed in eta-
te iuuẽtutis humiditas que caliditatẽ obfuscat complexio-
nalẽ minor est q̃ in tẽpore lactentie: g̃ calor maior est in eta-
te iuuẽtutis q̃ in etate puericie. vnde ꝓportionãtur etates
complexionibus: et complexiones humoribus: vnde etas
iuuentutis comparatur complexioni calide ⁊ sicce. Secũda
ratio hec est: egritudines ⁊ dispositiones accidẽtales q̃ acci
dunt in aĩalibus fiunt ẜm dispositionẽ corporis: sed acciden
talia que sequunt̃ in iuuentute aĩalium sunt vt febris acu-
ta ⁊ hmõi: ergo ⁊ dispositio corpis ĩ hac etate debet esse ta-
lis: ⁊ sic maior erit calor ꝯplexionalis in iuuẽtute q̃ in lactẽ
tia. Ad oppositũ. vita stat ꝑ calidũ ⁊ hu. vñ stat in calido si
cut in agẽte ⁊ humido sicut in patiẽte: sed etas prima plus
approquinquat vite: ergo in illa etate est maior calor cõple-
xionalis. Scda ratio hec est: caliditas fundata in grossiori
suba fortior ẽ. fortior eĩ est ignis ĩ ferro q̃ ĩ stipula: sꝫ in pria
etate calor fundatur in grossa suba vel materia: quia supra
humiditatem que multa est: in secunda vero etate. s. iuuen-
tute non fundatur supra ita grossam materiam. fundat̃ eñ
supra siccitatem: ergo caliditas prime etatis maior est q̃ se-
cunde. Ad hoc dicẽdũ ꝙ calor cõplexionalis fortior ⁊ maior
est ĩ etate iuuẽtutis q̃ lactẽtie. sec⁹ tñ est de calore natura. i.
⁊ voco complexionalem calorem illum qui inest omnibus
membris a natura: nec est distinguendum quantitatiue vel
qualitatiue: sed quãtitatiue solũ: q: calor naturalis innatus
est membris quasi fumus quidã mulcebris existens. Ad rõ-
nem in ꝯtrium dicendũ ꝙ q̃uis vita stet per calidũ ⁊ humi-
dum: in prima tñ etate humidũ est multũ ⁊ obfuscat calorẽ
complexionalem. In etate vero iuuentutis calidum iam
dñatur humido: ⁊ ideo est ibi maior calor q̃ in etate lactẽtie
Ad aliud dicendũ ꝙ calor in materia grossa fortior est dum-
modo sit fortior in se: sed si sit debilis debilitat̃ vt paruus
ignis in ferro ⁊ stipula: vnde q̃uis in prima etate materia
sit grossa: q: tñ calorẽ ipm non põt cõuertere ad sui naturã
ideo calor ille dicit̃ debilis. In iuuentute vero põt ipm ad
sui naturam conuertere: ideo in iuuentute respectu etatis
lactentie dicitur esse fortior. ¶ Secundo queritur de ca-
lore naturali vtrũ fortior sit in etate lactentie q̃ iuuentutis-

et voco nihil aliud esse calorē naturalem nisi quēdam fumū vel mulcebrem vel substantiam calidam ꝛ humidam influ pā a corde. vñ sicut dicit Gali. ꝙ a corde oriuntur due substātie. s. calor naturalis ꝛ hec est calida ꝛ humida: ꝛ spūs: ꝛ hec est calida ꝛ sicca: ꝛ videt̃ ꝙ in etate iuuētutis. Omē ꝓcedēs ꝯtinue augmētādo ad terminū ꝑfixū semꝑ intēdit̃ vsqꝫ ad terminū: ꝛ in termino est stat⁹: sꝫ calor naturalis ē hmōi ergo calor naturalis est minor in prima etate ꝙ in secunda in scđa ꝙ in tertia: ꝛ sic in iuuētute erit maior ꝙ in etate lactētie. Scđa rō est hec. oīa quecunqꝫ sunt ab aīali ꝓcedunt fm augmentū. s. membra virtutes ꝛ operationes. membra enī augmentantur vsqꝫ ad statum viuētis: ꝛ tunc incipiunt debilitari: sed fortitudinem membroꝝ sequit̃ fortitudo caloris naturalis: ergo fortior erit calor in etate iuuentutis ꝙ in etate lactētie. Hec autem ratio cōfirmat̃ per auctoritatem di. ꝙ instrumētum omniū operationū naturaliū est calor naturalis: sed fortiores sunt operationes in iuuentute ꝙ in prima etate: ergo ꝛ calor naturalis fortior est. Tertia ratio est hec: augmentum ꝓcedit fm eleuationē caloris naturalis qui eleuat⁹ eleuare facit: ꝛ declinatus declinare: sicut patet per simile in calore solis: qui eleuatus fortior est: ꝛ declinatus debilior: sed in prima etate parū eleuat̃: in secunda magis: ergo tunc calor naturalis fortior est. Quarta ratio est hec: sed q: de ista materia supra aphorif. disputauimus ideo ad presens supersedemus.

¶ De diuersitate animalium. Cap. xxxiij.

¶ Lectio. xxxvj.

Diuersitates tamen aīaliū in nutrimentis iam diximus fm ꝙ pascerentur: oportet tamen ad memoriā reducamus. aīalium q: quedā siluatica: quedā q̄ iam diximus domestica. Siluaticoꝝ vero sanguis subtilior ꝛ acutior est: quia minus comedentia: ꝛ sunt sicciora ex nimio motu ꝛ calore aeris vbi aluntur. semper enī sole operiuntur. vnde pori rarificantur: superfluitates humoꝝ dissoluuntur: ꝛ q: parū comedūt atqꝫ bibūt. Sanguis quoqꝫ domesticus datus est contrarius: q: durior et grossior et viscosior: atqꝫ mutabilior ex paruitate aeris: defectione mouendi: ꝛ multitudine comedendi ꝛ bibendi: vnde pori oppilantur: ꝛ nutrimenta sua ingrossantur. Diuiduntur autem in tria. Quedam enī maiores herbas pascentia sicut boues ꝛ silia. Quedā parua ꝛ minora: sicut pecudes. Quedam tñ ramoꝝ extrema sicut capre. Pascētiū tantū maiores herbas pessima sunt: ꝛ macilenta ꝛ ex corruptione sui nutrimēti in hyeme sunt: ꝛ vsqꝫ ad medium veris: quibus in temporibus macra sunt: cum bona sibi non inueniant pascua. a medio veris in antea: cum iam sibi pascua inueniant conuenientia: ingrossantur augmentant̃: ꝛ saporitatē nācīscuntur: et laudabile nutrimentum faciunt. Inde Gal. omnia inquit aīalia si cibos sue complexioni competentes vnde saturentur inueniūt: carne saporosiora ꝛ laudabiliora fiunt. nō inuenientia his cōtraria. Paruas ꝛ minutas herbas pascētia sunt bonitate carnis laudabilia ab initio veris vsqꝫ ad medium estatis. his enī temporibus sibi cōpetentes cibi inueniuntur. vñ ꝛ in his temporibus grossiora teneriora inueniūtur: ꝛ laudabilis nutrimenti vident̃. Extrema ramorum pascentia ab initio estatis vsqꝫ ad medium hyemis sunt bona. tunc enī rami arborum teneriores sunt et humidi. Hippo. Que inquit aīalia in pratis ꝛ cāpis pascuntur: carne sunt leuiora: ꝛ facilia ad digerendū plus ꝙ ea q̄ī domibus nutriuntur: ex frequentia sui exercitij atqꝫ motus: ꝛ subtilior ꝛ siccior aer ab eis trahitur. vnde superfluitates humoꝝ minuuntur: et sue complexiones temperantur. Que herbis parum siccis ꝛ minutis pascuntur: meliora sunt ꝙ q̄ herbis humidissimis nutriūtur. Que ramos comedūt teneros ꝛ frondes: meliora sunt ꝙ que domi fructibus aluntur eoꝝ. Que aūt parū comedentia ꝛ bibentia multum comedentibus sunt meliora.

¶ De diuersitate aīaliū in nutrimētis. Cap. xxxiiij.

Diuersitas aīalium in macilencia ꝛ crassicie ē triplex. aut enī crassissima: aut macerrima: aut media. Crassissima sunt pessima: q: pinguedinis ꝓprietas ꝛ stomacho et digestioni est nociuua plurimum. primū enī innatat: ꝛ facit cibos inflātes: ꝛ cito saturantes: cū alteri cibo admisceatur sua viscositate: ille alter ingrossat̃ ꝛ digestioni cōtrariat̃. digeri incipiens: villos stomachi emollit: ꝛ viscositatem ꝛ lubricitatem eis tribuit. vnde contentiua deficit ꝛ expulsiua cōfortat̃: ꝛ inde plurimū lienteria generatur: quibus stomachus est humidus: quib⁹ calidus: fumositas fit calida de cholericis generibus: q: calor stomachi ex pinguedine interius incēsiuus fit: sicut exterius calor ignis pinguedine ꝛ oleo accendit̃. Ideoqꝫ studuere antiqui artificialiter adaptare cum multo sale assari forti et carbonoso igne: vt mali humores sui plus sint deficcati: ꝛ vt accedant temperamentis: ꝓhibuere inungi carnes exterius oleo vel alijs cum assentur: ne forte pori clausi malos humores exire ꝓhibeant. Item iniungere ne de crassissimis aīalib⁹ nisi sola rubea caro comedatur. Caro enī sola ꝛ pinguedine nuda: etiā de crassissimo aīali sit: melior ꝛ laudabilior est ꝙ que cōmixta est pinguedini: licet sit de crassissimo aīali duabus ex causis. Una q: caro pinguedine nuda etsi naturaliter sit crassa ꝛ vnctuosa: non tñ habet de pinguedinis crassitie qđ stomachū possit inuiscari: ꝛ lubricare: mutare quoqꝫ vel corrūpere: quia adeo subtilis: ꝛ ad digerēdum est facilis vt temperata sit. vnde multum habet nutrimenti ꝛ fortitudinis. ꝛ tā tarde dissoluitur a mēbris vt corporibus inde bona virtus prestet̃ humanis. Scđa: q: tātū habet vnctuose subtilitatis cōmixte carni: quo prestet̃ inde sanguini nutrimentum: ꝛ calori naturali: ꝛ augmentatio sui. Calor enī naturalis nō nutritur nisi ex vnctuositate sanguinis. vnde ꝛ vnctuositas semper nutrimētum ꝛ fundamentum caloris est naturaliter. ꝛ ideo ꝓhibuerūt antiqui infirmos febricitantes carnibus nutriri vel alijs vnctuosis: que causa augmentādi febris sint ꝛ eas confortandi. Inde Gal. sicut oleum ꝛ alia vnctuosa exterius sunt alimenta ignis: sic ꝛ interiori calori pinguedo et alia vnctuosa. Animalia vero macerrima carne sunt neruosa: ꝛ parum sanguinis habentia: ꝛ parum humida: parui nutrimenti: sꝫ tñ causa sue parue vnctuositatis digeri velocia sunt: ꝛ venas penetrare magis ꝙ carnes crasse: ꝛ longe sunt remote a stomachi ꝛ intestinoꝝ lubricatione: ꝛ lōge a cōuersiōe i gña cholerica: ꝛ minus calefactorie. A lubricatiōe stōachi ꝛ intestinoꝝ lōge sunt remota

duplici ex causa. Una q: neq; lubricitatē hn̄t: neq; viscositatē stomachi villos emollientē: cum siccitas sibi dn̄cetur. vnde antiqui ⁊ maxime rufus precepit vt carnes macre nullam pinguedinem hn̄tes accipianꝰ elixe vel in iusculo cocte: quatenus ab aqua fiāt humide: vnde siccitates sue temperētur. Scd̄a vero q: ex perforatiōis venarū velocitate nō diu ī intestinis permanēnt vt ea grauent ad expellenda velociter. Parū calefactoria in stomacho: ⁊ tarde mutanꝰ in genera cholerica ex ablatiōe sue vnctuositatis ⁊ pinguedinis: que materia sunt cholerice incensionis.

¶ Que aīaliū sunt inter crassitiē ⁊ maciē media: in natura actionis ⁊ passiōis sue sunt mediocria: ⁊ quātū carnes pinguissimoꝝ aīaliū ⁊ pinguedine nuda valentia. Ideoq; ceteroꝝ carnibꝰ sunt tēperantiora ⁊ laudabiliora: cum non tantū pinguedinis habeāt que calorem incendat atq; pilos stomachi lubricet: neq; adeo macra vt carne fiant neruosa ⁊ sanguinis pauperrima: ⁊ idcirco antiqui instituerunt: non tm̄ sal adhibēdū vn̄ sua desiccetꝰ humiditas: neq; tantꝰ focꝰ ei preualeat vt sua desiccetꝰ vnctuositas. Exteriora ergo cum oleo vngantur ⁊ sale ⁊ assenꝰ tēperato igne: quatenus oleo oppiletꝰ cutis: ⁊ humor custodiatur substātialis. Sic ergo fiat in carne pinguedine nuda: ⁊ de pinguissimis aīalibꝰ facta: macerrime tm̄ carni hoc soli cōueniet causa sue siccitatis. Paulꝰ Caro inquit cuiuslibet animalis in pinguedine tēperata melior est ꝙ pinguissima siue macerrima. Nutrita cibarijs cito digestibilibus melior est ꝙ que contrarijs nutritur. Que aūt naturaliter sunt humida masculina ꝙ feminina meliora sunt: ⁊ in etate perfecta meliora ꝙ imꝑfecta. Sicca naturaliter feminina masculinis sunt meliora. Etate imperfecta sunt meliora ꝙ etate perfecta.

¶ Hic aggreditꝰ auctor assignare de diuersitate nutrimēti ex aīalibus a parte pascuoꝝ: ⁊ deinde aggreditur partē de diuersitate eius a parte habitudinis. iste due partes ad presentem spectant lectionē. Diuisio. Sunt igiꝰ in presenti lectione partes due. In prima assignat diuersitatē nutrimenti ex aīalibus a parte pascuoꝝ. In secunda eius diuersitatē assignat a pte habitudinis. Prima ps prio exponatꝰ Diuiditꝰ aūt hec pars in duas partes. In prima assignat diuersitatē nutrimenti ex aīalibus a parte locoꝝ siluestrium ⁊ domesticoꝝ. In secunda eius diuersitatē assignat a parte pascuoꝝ. Pria in duas diuiditꝰ. In pma diuidit aīalia ꝑ siluatica ⁊ domestica. In scd̄a determinat de natura vtriusq; generis. Scd̄a pars q̄ est de diuersitate pascuoꝝ diuiditꝰ in duas. In quarū prima assignat trimēbrem diuisionem pascuoꝝ aīalium. In scd̄a determinat diuersitatē nutrimenti ex illis iuxta pascuoꝝ differentias. Sunt igiꝰ in hac parte quattuor partes. In prima distinguit aīalia per siluatica ⁊ domestica. In scd̄a scȝ in hac: Siluaticoꝝ vero sanguis ⁊c̄. assignat diuersitatē vtriusq; generis. In tertia. s. in hac: Diuiditꝰ aūt in tria. assignat trimēbrē pascuoꝝ distinctionem. In quarta vero parte. s. in hac: Pascētia aūt herbas maiores ⁊c̄. nutrimēti ex aīalibus diuersitatē assignat iuxta pascuoꝝ differentias. ¶ Circa primā partē dicit ꝙ dictum est de diuersitate rōne pascuoꝝ in scd̄a lectione: caplo de aīalibus: sed nūc repetamus dicentes: ꝙ aīalium quedam sunt siluatica: quedam domestica. Circa partē scd̄am sunt particule due. In prima agit de natura siluestriū: di. ꝙ sanguinē generant subtilē ⁊ acutū ꝓpter paucitatē humiditatis. In secunda agit de natura domesticorum: que sanguinē cōtrarium generant ꝓpter multam humiditatē ⁊ alias causas.

Circa tertiā partē talē assignat diuisionem. Aīaliū quedā pascūtur herbis magnis: quedā paruis: quedā ramis. Circa quartā partem sunt quattuor particule. In quaꝝ prima determinat naturā pascentiū herbas magnas sicut boues dicēs: ꝙ in hyeme vsq; ad mediū veris sunt mala ꝓpter pascuorum carentiā: sed a medio veris vsq; ad hyemem sunt bona ꝓpter copiam pascuorum. Hoc aūt patet per Gal. dicēte. Oīa aīalia esse laudāda cū nutrimēto competenti nutriūtur: ↄtraria aūt non. In scd̄a determinat naturā pascentiū herbas minutas: q̄ ab initio veris vsq; ad mediū estatis sunt bona ꝓpter pascuoꝝ copiam: in alijs tēporibus mala ꝓpter ipoꝝ inopiā. In tertia determinat naturā pascentiū ramos extremos: q̄ ab initio estatis vsq; ad mediū hyemis sunt bona: in alijs tēporibus mala ꝓpter causas predictas. In quarta inducit auctor. Hippo. aīalia adinuicē cōparantis: qui dicit ꝙ aīalia in campis pascētia meliora sunt domesticis ꝓpter causas predictas. Pascentia siccas herbas meliora sunt ꝙ pascētia humidissimas. Pascētia ramos ⁊ frōdes meliora sunt domesticis. parū comedentia multū comedētibꝰ sunt meliora. ¶ Diuersitates aīalium in crassicie ⁊c̄. In hac parte determinat diuersitatē nutrimēti ex aīalibus a parte habitudinis in pinguedine ⁊ macie ↄsistentis. Hec aūt pars diuiditꝰ in duas. In prima assignat distinctionem aīaliū penes triplicē habitudinē. In scd̄a. s. in hac: Crassissima sunt pessima ⁊c̄. assignat diuersitatē nutrimēti ex illis penes differentias habitudinis. Prima pars nō diuiditꝰ: sed secūda diuiditꝰ in tres. In quaꝝ prima determinat de diuersitate nutrimenti ex aīalibus a parte crassiciei. In scd̄a. s. in hac: Aīalia neruosa sunt illa q̄ hn̄t carnē macerrimā ⁊c̄. a parte macici. In tertia. s. in hac: Que aūt aīaliū inter crassiciē ⁊ maciē sunt media. a pte habitudinis. Et sic sunt q̄ttuor partes in presenti lectiōe. Circa primā partē dicit ꝙ aīaliū q̄dā sunt crassissima: quedā macerrima: quedā mediocria. Circa scd̄am partē tria intendit. Primo dicit ꝙ aīalia crassissima pessima sunt ꝓpter nocumenta q̄ inferūt stomacho supnatando ⁊ appetitiuā retentiuā digestiuā virtutē defectando Ideo dicit ꝙ nō debēt accipi nisi ꝑperata per artificiū: cuȝ sale ⁊ alijs cōdimētis. Tertio dicit ꝙ de aīalibus crassis carnes macre sunt bone ꝓpter remotionē nociue piguedinis: ⁊ ꝓpter aliquā vnctuositatis portionē q̄ in nutrimentū cedit caloris naturalis. Nā vnctuosis calor nutritꝰ naturalis: sicut ⁊ calor exterior. hoc aūt cōfirmat ꝑ Gal. Circa tertiā partē quattuor intendit. Primo dicit ꝙ aīalia macerrima pauci sunt nutrimenti ⁊ sanguinis. Scd̄o dicit ꝙ velociter digerunꝰ ꝓpter paucitatē viscositatis: ⁊ pauca nocumēta intestinis ⁊ stomacho ingerūt. Tertio duas causas assignat Una est remotio lubricitatis. vn̄ ꝓpter suam siccitatē antiqui maxime rufus elixa suscipi preceperunt. Alia est ꝓpter sui penetrationē nō diu ꝑmanent in intestinis vt ad expellēdū cogant. Quarto dicit ꝙ parū inferūt caloris ꝓpter priuationē vnctuositatis: ⁊ ideo nō mutanꝰ facile in genꝰ cholericū. Circa quartā partē due sunt partes. In quarum prima assignat naturā mediocriū aīaliū. ⁊ primo dicit ꝙ sunt medie ⁊ temperate virtutis inter extrema. talia aūt sunt q̄ nō sunt tm̄ pinguia: vt stomacho noceant: neq; tm̄ macra: vt nutrimēto careāt. Scd̄o docet ꝯm antiquos ea ꝑ artificiū preparare: ⁊ fiūt pinguia ⁊ macra. In scd̄a parte q̄ principaliter pōt poni sub auctoritate pauli: aīalia adinuicē cōparat dicens: ꝙ tēperata in habitudine sunt meliora. Nutrita cibis digestibilibus sunt meliora. Itē humida masculina sunt meliora. ⁊ iō etate pfecta inter sicca est ↄriū. ¶ Circa ptē istā tria dubitanꝰ. Primū est de diuersitate aīaliū a parte locoꝝ in quibus oriuntur. Secūdū est de diuersitate aīaliū a parte nutrimēti. Tertiū est de diuersitate aīalium a parte potus aque.

¶ Circa pmū ꝓceditꝰ hoc mō: q̄ritꝰ vtrū aīalia hūida sint melioris nutrimenti an sicca: ⁊ hoc est q̄rere: qō sit melioris nutrimēti: an porcus habitans in loco siluestri sit melior domestico: ⁊ videtur ꝙ siluestris sit melioris nutrimenti: dicit ysaac: animalia siluatica sunt minoris humiditatis ⁊ superfluitatis ꝓpter paucitatē nutrimēti: ⁊ desiccationē solis: ꝗ aīal maxime humidū indiget locis siluestribus: ergo cū por:

cus sit maxime tale indiget loco siluestri. humidū em̄ p siccū
tēperat: ergo porcus siluestris melioris est nutrimēti ꝙ dome
sticus. Scda ratio hec est: dicit ysaac sub aucto. Hippo. aīa
lia q̄ in pratis pascunt leuiora sunt ad digerēdū ꝙ ea q̄ ī do
mibꝰ pascūtur siue nutriūtur: q: exercitiū iuuat ⁊ subtilitas
aeris: talia vero sunt siluestria: ergo aīal maxime humidum
acquiret in talibus locis temperātiā humidi p siccū: ergo idem
qḋ prius. Tertia ratio hec est: de filiis simile est iudicium.
sꝫ hedus agrestis melioris est nutrimēti ꝙ domesticꝰ: sicut
vult Ysaac: depuratur em̄ sanguis in eo ꝓpter motū: ergo multo
fortius in porco: qui maxime humidus est: acquirit locus sil
uestris humiditatē p motū: ⁊ subtilitatē aeris: ⁊ sic porcus
siluestris melioris nutrimenti videt esse ꝙ domesticus. Ad
oppositū est: illud aīal est laudabilioris nutrimenti cuiꝰ car
nes sunt grossiores ⁊ viscosiores: sꝫ aper agrestis est hmōi:
ergo aper agrestis peioris est nutrimēti ꝙ domesticꝰ. Hoc
cōfirmatur p ysaac dicentē ꝙ aīalia domestica meliora sunt
agrestibꝰ preter capreolū. Ad hoc dicēdū ꝙ siluestris illau
dabilioris est nutrimenti ꝙ domesticus. Nos aūt huic opi
nioni nō consentientes dicimus ꝙ porcus siluestris melio
ris est nutrimenti ꝙ domesticus: sicut videt velle Ras. in
almāsore di. ꝙ porcus domesticꝰ peior est siluestri. ⁊ Auicē.
similiter. xp̄iani porcū domesticū comedunt q̄ habet carnes
viscosas: aper em̄ domesticus melior est cū carnes habeat
meliores et subtiliores propter motum et subtiliationem
ꝓpter hoc sicut ipse dicit siluestris est melior. Ad rōnem in
ꝯriū dicēdū: ꝙ duplex est dispositio in porco: q̄dā est quā cō
trahit a loco siluatico: ⁊ hoc modo dicimꝰ ꝙ siluaticꝰ melior
est. Alia est dispositio quā ꝯtrahit ex etate: ⁊ sic domesticus
melior est: porci em̄ agrestis a parte etatis carnes multū in
grossantur: q: nō sunt ablati testiculi. Ad aucto. ysaac dicen
dū ꝙ in istis aīalibꝰ tria acquiruntur. Primū est subtilitas
carnis ⁊ sanguis. Scdm est tēperamentū carnis. Tertiū est
teneritas carnis. Dicimꝰ ꝙ rōne teneritatis solū meliores
sunt carnes domestici porci ꝙ siluatici: rōne tn̄ imūdicie: et
tēperamenti carnes siluatici sunt meliores. Vn̄ dicit Auicē.
ꝙ oēs fere acquirūt bonitatē in silua. ¶ Scdo q̄rit quis est
melioris nutrimēti: aut siluestris lactens aut domesticus: ⁊
videt ꝙ agrestis. dicit ysaac: ꝙ fetꝰ sicce matris quāto ꝓxi
ꝓpinquior: tāto melior. humidū em̄ quātū plus distat a par
tu tanto melius: sed inter oīa aīalia caro porcelli magis est
humida: sꝫ in siluatico refrenat hmōi humiditas multis de
causis vt dictū est: ergo agrestis lactēs est melior. ⁊ hoc con
firmat p simile in capreolo. acquirit em̄ bonitas ī eo ꝓpter
motū: ⁊ subtilitatē aeris: sꝫ porcus est humidior ipo capreo
lo: ergo plus indiget huiusmodi mūdificatiōe: ergo porcus
agrestis lactens melior est. Ad oppositū: dicit ysaac: oīa aīa
lia ī quacūqꝫ etate sic se hn̄t: ꝙ laudabilioris nutrimēti sunt
domestica: ꝙ siluestria excepto capreolo. Ad hoc dicendū ꝙ
agrestis melior est ꝙ domesticꝰ: q: tēperatꝰ est ꝓpter motū
⁊ subtilitatē aeris carnē depurantē: sicut dicit Auicē. porcel
lus domesticꝰ pessimi est nutrimēti: ⁊ capreolus domesticꝰ
melior agresti sicut videt velle ysaac ⁊ Auicē. Ad auctori.
ysaac r̄ndemꝰ: ꝙ bonitas in nutrimēto est duplex. Vna quā
tū ad teneritatē carnis: ⁊ sic domestica est melior agresti. q:
facilius conuertitur: sed quātū ad mūdiciā melior est agre
stis: ⁊ sic intelligit Auicē. ⁊ Ras. ¶ Tertio querit in quo
maior bonitas in silua acquirit: an in apro: an in capreolo: ⁊
videt ꝙ in apro. dicit ysaac: cōplexio aīalis tēperat ex regio
ne ⁊ aere: ergo aīal qḋ est sicce carnis indiget aere humido: et
aīal humidū aere sicco: sed hedus agrestis est sicce nature:
ergo indiget humido aere: porcus vero agrestis ecōuerso: ergo cū
habitatio in locis domesticis reddat carnes humidiores: ⁊
habitatio ī loco siluestri reddat carnes sicciores: manifestū
est ꝙ hedꝰ bonitatē acq̄rit ex loco domestico: ⁊ aper ex silue
stri. hoc aūt cōfirmat p simile de nutrimēto ⁊ loco: sꝫ carnes
porcine laudabiliores iudicātur: cū porci ex granis sicut ex
ordeo vel huiusmodi et humidis nutriantur: pessimi sunt
nutrimenti. hedus vero ecōuerso: sꝫ ꝓpter bonitatē lactis
efficit aīal bonū: ⁊ malū ꝓpter maliciā alimēti: ergo ⁊c. Hoc
ꝯfirmat p Auicē. dicētē: ꝙ inter oīa quadrupedia caro hedi
domestici melior: post agni ānualis: inter agrestia caro hedi
melior est. vn̄ Ras. caro algazel. i. hedi siluestris melior est:
tn̄ sanguinē melancholicū gn̄at: ergo cū bonitas absoluta me
lior sit respectiua: ergo ⁊c. Ad oppositū: dicit ysaac: oīa domesti
ca melioris sunt nutrimēti ꝙ siluestria: excepto capreolo qui
subtiliat p motū: ⁊ pori aperiunt. Ad hoc dicēdū ꝙ porcellꝰ
domesticꝰ peior est siluestri. ecōuerso est in capreolo: ⁊ hoc
vult Ras. ⁊ Auicē. in caplo de carnibꝰ. Ad rōnem in ꝯrium
dicēdū ꝙ simplr loquēdo capreolus domesticꝰ melior est: sꝫ
in vno casu siluestris melior iudicat. s. quātū ad subtiliatio
nē sanguinis: ⁊ mūdificationē ꝓpter motū: ⁊ apertionē po
rorꝫ: q: cū aīal sit imūdū: ⁊ sanguis putridus p poros euen
tat. ¶ Quarto querit vtrꝫ in boue acq̄rat bonitas in silua
sicut ī capreolo: ⁊ videt ꝙ sic: sanguis vituli grossior est omi
genere sanguinis: ⁊ caro bouis grossior est omi genere car
nis qua vtimur. vn̄ ysaac ipsam comparat asinine: sed caro
hedi p motū subtiliat: ergo multo fortiꝰ caro bouina. Ad oppo
sitū est aucto. ysaac q̄ solū capreolū excludit. Ad hoc dicēdū
ꝙ vitulus agrestis nō est laudabilis nutrimēti respectu do
mestici. Ad rōnem in ꝯriū dicēdū ꝙ nō est sile de istis: q: si
cut dicit Auicē. inter oēs carnes caro bouina siccior est. post
vo caprina. ouina caro dicitur tēperata: ⁊ q: caro bouina sic
cior est imoderate: imoderatā acq̄rit siccitatē ex silua: sꝫ imū
da mūdificat p motū in silua: ⁊ ideo acquirit capreolus bo
nitatē in silua: bos aūt nō. ¶ Quinto q̄rit quare in regio
nibꝰ calidis bruta aīalia sunt magna: hoīes vo parui: in fri
gidis aūt ecōuerso sicut patet in ethiopia: ⁊ videtur ꝯrium
dicit Auicē. caliditas est causa augmēti. vn̄ errauerūt qui po
suerūt augmētū multū esse in pueris ꝓpter humiditatē: q:
nō est sic: sꝫ caliditas est cā: sed in regionibꝰ calidis magis
viget caliditas: ergo magis dꝫ vigere simplr extēsio: ⁊ augmē
tū tam in hoībus ꝙ in alijs aīalibus. Ad oppositū est qḋ vi
demus. Ad hoc dicēdū ꝙ in regionibꝰ calidis bruta magna
sunt: hoīes vero parui. ⁊ cā huiꝰ est: q: materia hoīs valde
calida est: ⁊ debilis coagulatiōis: et ideo materia cito resol
uit a calore. ⁊ ideo hoīes in tali regione sunt debiles ⁊ ma
cri: ⁊ parui. cōsumit em̄ vtus spermatis ꝓpter fortitudinē
caloris: cū sit liquidū. In frigidis vero regionibꝰ nō est ca
lor cōsumēs spma. nec etiā calor naturalis resoluit: iō sunt
hoīes magni: q: retinet in eis calor fortificatus in interiori
bus: bruta vo ecōuerso se hn̄t. sunt em̄ multū frigida respe
ctu hoīs. vnde indigēt multo calore ad digerendū sperma:
⁊ ideo cū in regionibꝰ frigidis nō sit calor sufficiēs ad hmōi
spermata frigida digerendū: sed in regionibus calidis: ideo
sunt bruta parua in regionibꝰ frigidis: ⁊ magna in calidis.
Ad rōnem dicēdū ꝙ caliditas magna vel parua dr̄ duplici
ter: vel ī se: vel in cōparatiōe ad materiā. In cōparatiōe ad
materiā sufficit calor regionis frigide: q: multus calor est in
tra: sed phs dicit ꝙ hoc est ꝓpter nutrimētū: q: in regioni
bus frigidis nō īuenit sufficiēs nutrimētū brutis: ideo s̄m
phm debēt bruta esse pua in illis regionibꝰ: hoībus vo nūꝙ
deficit nutrimentum.

¶ Circa secūdū ꝓcedimꝰ hoc modo: q̄rit de carne bouina
vtrū ius eiꝰ laxet: ⁊ suba constipet: ⁊ videt ꝙ ius nō laxet.
aīalia sunt duplicis generis: q: quedā sunt in quibꝰ est pin
guedo vera: sicut porcus. alia sunt in quibꝰ est zirbus: vel
sepū sicut bos: ⁊ caro taliū aīaliū sicca est. caro humida ha
bens verā pinguedinē sicut porcus laxat: ergo p cōsequēs caro
sicca nō habēs pinguedinē verā nō laxabit: sed talis caro est
caro bouis: ergo nō laxabit. Scda rō est hec: si ī aliq̄bꝰ carnibꝰ
est restrictio rōne siccitatis multo fortiꝰ qḋicciꝰ est restrin
get: sed sic comparat caro bouina: q: siccior est caprina: ⁊ ca
prina arietina: ⁊ ius arietine restringit: ergo multo fortius qḋ
siccius est restringet: sꝫ sic comparat caro bouina: q: siccior
est caprina: et caprina arietina: et ius arietine restringit:
ergo multo fortius caro bouina restringet: ⁊ ius ipius. Ter
tia ratio est hec: hmōi res que laxāt nō laxant nisi duobus
modis: aut ꝓpter lenificationē quā faciūt in corpore: sicut
patet in aqua carnis porcine: aut acumine sicut ptꝫ in aqua
cicerū: sed aqua bouis nō laxat leniendo: sicut nec eius pin
guedo: nec acumine suo: q: oē tale habet quasdam partes
stipticas ⁊ quasdā acutas: vt patet in caule ⁊ cicere: sꝫ aqua
bouis nō habꝫ hmōi partes: ergo nō laxat: nec lenificatiōe nec

acumine suo: ergo nō laxat. Ad oppositū est illud quod dicit vulgus: q ius carnis bouine laxat: et suba stringit. Ad hoc dicendū q aqua bouis nō laxat neq suba stringit: et dicimus q visus peccat. vñ dicit Auicē. q aqua bouina cōfert cholyrico fluxui ventris cū aceto. vñ dicimus q ius bouis restringit plus: et ius carnis caprine minus: et ius arietine minime restringit. ¶ Secūdo querit circa hoc vtrū aīalia q̄ pascunt ex herbis laxatiuis habeāt virtutē laxandi: et videt q nō: de pprietate cibi est vt nutriat: et augmētet: medicine vero vt alteret. vñ cibus et medicina differūt in hoc fm Auicē. q cibus habet virtutē passiuā: medicina vero actiuā: ergo cum cibus tantū patiatur: manifestum est q non poterit laxare animal tali nutrimento nutritum: q: sic cibus iam haberet virtutem actiuā: qđ est incōueniēs vt visum est. Ad oppositū est quod dicit ysaac: q animalia que nutriuntur ex herbis laxatiuis habent virtutem laxatiuam. Quod concedimus. Ad rōnem in 3ium dicēdum q cibus habet virtutem passiuam. Sed notādū q diuersitas complexionis est duplex. Quedam est a calore naturali: et hec est quasi formalis. Alia est materialis: vt illud quod nutritur conuertatur ad carnē. Et vero illud quod generatur sequitur naturam illius ex quo generatur: ideo si ex laxatiuis est generatum laxat: sicut ignis diuersificat fm materias diuersas: vt stupa et ligno. Similiter panis diuersificatur fm diuersitatem farinarum ex quibus fit: similiter est de animali quod nutritur cibo laxatiuo vel constipatiuo. nec hoc est pter hoc q cibus immutet: sed quod generatum sequitur naturam illorum ex quibus est. ¶ Tertio queritur circa hoc vtrum fructus plante possint fieri laxatiui: vt si scindantur rami: et apponatur scamonea sicut dicunt practici: videtur q non medicina non efficit corpus alicuius laxatiuum: neq cōuertitur conuersione naturali: vt fit laxatiuum sicut si titimallus ponatur super carnē capre: nō reddet carnem laxatiuā sed oportet q conuertatur in humiditatē carnis. Preterea ad hoc q laxet scamonea: oportet q conuertatur ad naturā plante: sed nihil cōuertitur in plātam nisi quod per radices recipitur: ergo per appositionem laxatiui in ramis nō efficitur fructus laxatiuus. Hoc confirmatur per simile in animalibus: quia si apponatur laxatiuum super carnes animaliū non laxant. Secunda ratio hec est: fructus non efficitur laxatiuus: nisi quia humidus: sed illa humiditas est extracta a terra: per quā laxat: non ergo fiet laxatio per scamoneam appositam ad ramos. Ad hoc dicendum q verum dicunt practici licet sit dubiū. vnde fit fructus dupliciter laxatiuus Uno modo fm exigentiā nutrimēti: sicut carnes capre sunt laxatiue: si diu comedat capra de titimallo. Alio modo rōne medicine addite: vt si descindant apponat scamonea. vnde dicimus q laxat ex appositione scamonee. Si aūt laxatio fiat per conuersionem: oportet q addatur radici.

¶ De diuersitate animalium a parte temporum anni. Cap. xxxv.

¶ Lectio. xxxvij.

Diuersitates nutrientium animalium diximus ex temporibus anni: cum quedam animalia diximus esse quibus siccitas et calor dominarentur sicut camelina et similia. Sunt etiam quibus calor et humiditas sicut pecorina. Sūt frigida et humida sicut porcina. Sūt frigida et sicca sicut bouina et caprina. Sūt et tēperata sicut hedulina lactētia et vitulina: et ānuales agni. Que vero calida et sicca illaudabilia sunt in estate: sed hyemi competentia. Que calida et humida in vere sunt bona: et in autumno congrua: frigida sicca illaudabilia: tamen a principio estatis vsq in medio bona. Adhuc enī aer tātū hz humiditatis q temperet siccitatem sue complexionis. Que aūt frigida et humida: a medio estatis vsq in finē sunt optima. In hyeme vero sunt pessima: in vere et autumno mediocria. Que temperata in vere bona sunt: in estate secunda. Hippo. Caro inquit pecorina in vere et hyeme: autumno non est laudanda. In estate ergo tm̄ bona. Caprina in estate bona: pecorina in vere: bouina i fine veris: et i initio estatis erit laudabilis.

¶ De diuersitate eorūdē a parte apparatuū artificialium. Cap. xxxvj.

Diuersitates nutrimenti animaliū artificialiter sunt tres. aut enī assantur et subfritātur: aut cum aqua et sale elixantur: aut in iusculis cum aceto miripsio et alijs coquūtur. Assata et subfrita in nutriendo sunt grossiora: et ad digerendum duriora et siccissima: quia humiditatem suam amiserunt: quia sine mediocritate ab igne tacta sunt. vnde Gal. qui assare carnes volunt quarū humores illaudabiles sunt sicut carnes nimie pinguedinis: oportet multū salari et diu igni apponi vt sua humiditas illaudabilis finiatur. Carnes ergo laudabilis humiditatis assande: sicut animaliū mediocriū: aut crassitie vel pinguedine nude: nō forti foco neq diu sunt aponēde: ne consumātur a sua laudabili humiditate. Oportet ergo deforis vngi: et ita poros oppilari: vt sua humiditas valeat contineri. Non ergo caro pinguis debet comedi: nisi assata cū multo sale super carbones ignis: vt plurima sua humiditas queat exiccari. Si enī humiditas illa remaneat: lubricandi in stomacho: et intestinis erit causa. Si autem in stomacho calorem superfluum inueniat et fortis fuerit virtus cōtentiua: exuritur et in fumositatem cholericam conuertitur. Si autem carnes cuz sale et aqua elixantur: ex aqua humectantur et tenerātur et facile digeruntur. vnde antiqui preceperūt ne caro macra nisi elixa comedat: quia aqua humectat eam et temperat cum naturaliter sit neruosa et siccissima. In iusculis vo cocta inter has duas ē media. Et si enī ex aqua humectatur: ex cōdimentis tm̄ desiccat et ideo in iusculis nō sunt coquināde: nisi que de animalibus inter macra et crassa coquinantur mediocribus: aut que ex pinguibus sicut diximus denudētur Iura enī si collaudabiliter fuerint: custodiunt laudabilē humiditatem: sed tm̄ in iuribus coquināde multum diuersantur fm q condiuntur. Sunt condimēta que carnes custodiunt in natura et bonitate sua: Quedā vero educunt a natura sua: Quedā autem cocta cum aqua et sale et oleo coriādris cepis cymino Quedam autem cū aceto et obsomogaro vino et acuto miripsio. Quedam cum aceto vue acerbe et cum acerbo aceto pomi citrini vel mali gra. Quedaz cum aqua et sale et oleo et alijs elixis vicinantur: quia humiditas earum custoditur. Que cum aceto et obsomogaro. vino acuto miripsio subfritis in calore et siccitate sunt vicine. Medie inter hec sunt temperate Sed que cum aceto et zuccaro: et malorum succo. vel que cum aceto mali grana. vel malorum succo coquinantur: mediocres sunt et temperate inter ca. fri.

siccas ⁊ humidas. Que vero cum viuis acerbis vel aceto pomi citrini vel maligranati: frigidiores sunt ⁊ sicciores: ⁊ stomachi confortantiores: ⁊ inde colicam et diarriam iuuantes que ex defectiõe est cõtentiue in stomacho et epate. Que cum aceto et obsomogaro vino ⁊ acuto miripsio: calidiores sunt. subfrixis cum acuto miripsio vicine: ⁊ ideo oportet vt quedam carnes ſm ꝙ oportet preparande sint.

¶ Quedam animalia diximus esse sicca: quedã humida: quedam frigida: quedaꝫ vero calida. Que vero naturaliter sicca ⁊ macra: cum sale ⁊ aqua sunt elixãda: aut cum aqua sale ⁊ oleo coriandro vino ⁊ cepis coquinãda: vt artificio sua tẽperetur siccitas. Que humide assentur ⁊ subfrixentur: ⁊ cũ oleo miripsio cõdiãtur: ⁊ sua humiditas tẽperetur ⁊ desiccetur: maxime si pingues fuerint. Que calida cũ vua acerba ⁊ aceto pomi citrini vel maligranati: ramis portulace. Si natura accipientis sicca fuerit: cum aceto ⁊ cum cucurbite succo cucumerum: citrulorum coriandri ⁊ lactucarum ⁊ similiũ suum calorem temperantiũ. Que frigida: cum succo mẽte: apij: rute: obsomogaro: ⁊ calido miripsio: vino. Que tẽperata: sic custodiẽda erit: aut cum aceto: zuccaro: ⁊ malorũ succo: aqua ro. coriandro recenti ⁊ sicco: paucis cepis: croco: pauco pipere: cymino: aut cuꝫ succo maligra. dulcis vel succis maloruꝫ ⁊ aqua ro. Dandẽ autẽ carnes ſm cõplexionem accipientis: si sunt calide: cum aceto maligrana. succo: ⁊ similiter sunt accipiẽde: frigide cum obsomogaro: vino: ruta: apio: menta: frondibus citri: zinzibere: pipere longo. Si ventres solubiles sint: assate et cum odorifero vino condite. Si cõplexiones temperate: sicut in artificio de apparandis diximus: erunt carnes dande.

¶ De comparatione animalium adinuicem. Cap. xxxvij.

Sufficit nobis disputasse quomodo carnes artificialiter sunt dande: ⁊ que cum calidis humidis: frigidis: siccis: sunt medie apparãde: ⁊ ideo duorum diuersorũ animaliũ: non eodẽ modo sunt apparande: cum non sint equaliter laudãde: vel non laudãde. Aliqñ eñi cũ laudabile sit vnum: alterũ illaudabile erit: ⁊ econuerso. Verbi gratia. Si pecorinã assatã ⁊ caprinã elixatam comparemus equaliter: artificiali laude sunt offerende: porcinam eñi ex sua humiditate est bonum assare: ⁊ caprinam ex sua siccitate elixare. Item si comparemus bouinam assatam ⁊ porcinã elixatam: equaliter illaudadabiles: quia bouina ex sua siccitate nimia assata est mala: porcina ex nimia sua humiditate: mala est elixa. vnde Gal. Non sunt comparanda assata quorũdam animaliũ cum elixis aliorum: sicut nec conferenda sunt crassa eiusdẽ gñis cum alterius generis macris. Non enim expetit comparatio neq ratio. Conferenda ergo duorum animaliuꝫ diuersorum cum in eadem quantitate crassiciei ⁊ maciei est in eadẽ specie artificiali vt meliora eligi possint. Verbi gratia. Si pecorina ⁊ caprina sint conferenda: ⁊ ambo crassa: caprina erunt meliora. Humiditas eñi sue pinguedinis temperat siccitatem propriam sue complexionis: ⁊ carnem humectat. Humiditas enim pecorina laudabilior est assata. Siccitas caprina melior est elixa. Similiter si comparentur vaccina assata ⁊ porcina elixa: inueniuntur vtraq pessima equaliter: quia vaccina ex nimia siccitate sua ad assandum illaudabilis. porcina ex nimia humiditate sua illaudabilis elixa. Inde Galie. carnes animaliũ alterius elixe ⁊ alterius asse non sunt comparande: sicut nec crassiorum aliorum comparande erunt. Duorum eñi animaliuꝫ carnes diuersorum cõparande non sunt: nisi eiusdeꝫ quantitatis sint crassitiei maciei: ⁊ eiusdem qualitatis artificialis. Verbi gratia. Si comparãtur porcina ⁊ caprina: vtraq elixa: caprina erit melior: quia caprine ab aqua temperatur siccitas. Humiditas vero pecorine in grossitatem mutatur ⁊ viscositateꝫ: vnde fit illaudabilis. Similiter pecorina ⁊ caprina si comparantur assate: pecorina erunt meliora: quia humiditas desiccatur: siccitas vero caprina augetur. Ita ergo comparatio facienda est. Si pecorina elixa ⁊ assa cõparantur: assata erit melior elixa. Si vero caprina assata ⁊ elixa cõparẽtur: elixa melior inuenietur.

¶ Dictis diuersitatibus nutrimẽti ex animalibus penes predictas cõditiões: hic assignat eius diuersitatẽ penes tẽpora anni. Deĩde aggreditur partẽ illã: in qua assignat diuersitatẽ nutrimẽti penes apparatũ artificialẽ: ⁊ iste due partes spectãt ad presentẽ lectionẽ. Primã aũt partẽ ipsaꝝ primitus cõsequamur. Diuiditur autẽ hec pars in tres. In prima assignat aĩaliũ cõplexiones. In scda. s. in hac: Que vero calida ⁊ sicca in estate illaudabilia sunt ⁊c. ostẽdit que aĩalia in quibus tẽporibus laudabilis ⁊ illaudabilis sint nutrimẽti. In tertia scꝫ ibi: hac: Hippocrates caro inqt porcina ⁊c. inducit auctoritatem hippocratis. ¶ Circa primam partem dicit ꝙ hec est diuersitas animaliũ ex anni tẽporibus. Animaliuꝫ enim quedam sunt calida a dominio: quedam frigida: quedam humida: quedam sicca: ⁊ diuersificãtur ſm complexiones simplices ⁊ compositas. Circa secundã partem dicit ꝙ animalia in temporibus contrarijs sue complexioni laudabilia sunt: q: simile auget simile: ⁊ facit furere: contrarium autem intemperatum ad temperatũ reducit. Unde calida ⁊ sicca in hyeme sunt laudabilia. In estate vero frigida ⁊ humida. Econtrario frigida ⁊ humida bona sunt a principio estatis vsq ad medium propter humiditatis retẽtionẽ. Calida ⁊ humida in autũno bona sunt: tẽperata in vere bona sunt primo: in estate secundo. Circa tertiam partem dicit ſm Hippocratem: ꝙ caro porcina in estate est bona: in vere ⁊ hyeme ⁊ autũno mala. Caprina in estate est bona. In vere vero pecorina. Bouina in fine veris: ⁊ in principio estatis: ad hoc autem discurrit dispositio pascuorum ſm temporum diuersitatem sicut dicit.

¶ Diuersitates nutrimenti animalium artificialiter ⁊c. Ultimo circa predictas diuersitates assignat diuersitatem nutrimenti ex animalibus a parte apparatuũ artificialiuꝫ. In secunda cõparat adinuiceꝫ. Diuiditur autem hec pars in duas partes. In quarum prima assignat diuersitatẽ nutrimenti ex animalibus a parte apparatuum. In secũda cõparat animalia adinuicẽ a parte apparatus in laude maiori ⁊ minori. Prima diuiditur in duas. In prima assignat diuersitatẽ nutrimẽti ex aĩalibꝰ ratione apparatuũ. In scda ostẽdit quibꝰ aĩalibꝰ q apparatus cõpetãt: ſm cõplexionuꝫ aĩaliũ dñiaꝫ ⁊ corpoꝝ suscipiẽtiũ. Pria in duas. In pria distinguit triplicẽ modũ apparatuũ. In scda iuxta illũ modũ triplicẽ diuersitatẽ nutrimẽti ex aĩalibꝰ assignat. Pria aũt indiuisa est. Scda vero diuiditur in tres ſm illos tres modos apparatꝰ. In quarũ prima assignat diuersitatẽ nutrimenti

ex aĩalibꝰ a parte assatiõis ⁊ frixure. In scḋa assignat diuer
sitatē nutrimēti ex aĩalibꝰ a parte elixationis in aqua ⁊ sale.
In tertia assignat eiꝰ diuersitatē a parte dispositiõis corpo
rum suscipientiũ. Scḋa aũt pars pncipalis q̄ est de cõparatio
ne aĩaliũ adinuicē ratiõe apparatuũ diuidit̄ in duas. In q̄ꝝ
prima assignat cõparationē predictã. In scḋa inducit aucto
ritatē Ga. circa ꝓpositũ. Sũt igit̄ partes octo in hac parte.
In quaꝝ prima assignat trimēbrē distinctionē apparatuũ.
In scḋa. s. i hac: Assata ⁊ subfrixa in nutrimēto sunt grossio-
ra. assignat diuersitatē nutrimēti ex aĩalibꝰ a parte p̄mi mo
di. s. assatiõis ⁊ subfrixionis. In tertia. s. in hac: Si autē car-
nes cũ aqua ⁊ sale elixent̄. assignat eiꝰ diuersitatē a p̄te scḋi
modi. s. elixatiõis in aqua ⁊ sale. In q̄rta. s. in hac: In iuscu-
lis v̄o cocta ⁊c. assignat eiꝰ diuersitates a parte elixatiõis in
iusculis ⁊ ꝯdimētis. In q̄nta. s. in hac: Nos aũt q̄dã aĩalia
diximꝰ esse sicca ⁊c. ostēdit q̄ apparatꝰ quibꝰ aĩalibꝰ cõpe-
tunt. In sexta. s. i hac: Dãde aũt sunt carnes ꝺm cõplexiões
accipiētiũ. ōndit q̄ apparatꝰ quoꝝ aĩaliũ q̄bꝰ corporibꝰ susci
pientibꝰ cõpetũt. In septima. s. in hac: Sufficit disputasse
q̄nō carnes artificialiter sunt dãde. cõparat aĩalia adinuicē
ratiõe apparatuũ in laudabilitate maiori ⁊ minori. In octa-
ua. s. i hac: Inde Ga. nõ sunt cõparãda assata ⁊c. inducit au-
ctoritatē Ga. circa ꝓpositũ. ¶ Circa p̄mã partē dicit ꝙ nu
trimentũ ex aĩalibꝰ rõne apparatuũ artificialiũ triplr̄ diuer
satur. Primo ꝑ assationē ⁊ frixurã. Scḋo ꝑ elixationē in aq̄
⁊ sale. Tertio ꝑ elixationē in iuribꝰ ⁊ cõdimētis. ¶ Circa se-
cundã partē quattuor intēdit. Primo dicit ꝙ carnes asse et
frixe sunt dure ⁊ sicce ꝓpter hũiditatis ꝯsumptionē. Scḋo
sub auctoritate Gal. dicit ꝙ carnes ille assande sunt q̄ sunt
multũ pingues ⁊ hũide: vt ꝑ sal ⁊ assationē hũiditas super
flua tēperet̄. Tertio dicit ꝙ carnes tēperate cũ assant̄ debēt
custodiri ne in ipsis hũiditas multũ exiccet̄. vñ exteriꝰ sunt
vngēde. Quarto redit ⁊ dicit ꝙ pingues debēt assari cã hu-
miditatis supfiue minorãde: q: aliter vel intestina lubricãt
si nõ digerant̄: vl̄ in fumos cholericos ꝯuertunt̄ si in stoma
cho morent̄. ¶ Circa tertiã partē dicit p̄mo ꝙ carnes elixe
in aqua ⁊ sale sũt humide ⁊ tenere ⁊ facile digestibiles. Se
cũdo dicit ꝙ ꝺm antiquos caro vaccina elixãda est vt hume-
ctationē acq̄rat. ¶ Circa partē quartã due sunt partes. In
quaꝝ p̄ma assignat diuersitatē carniũ rõne iuriũ ⁊ ꝯdimēto
rum. In scḋa. s. in hac: Sed tñ in iuribꝰ coq̄nãdis multũ di-
uersat̄ ⁊c. assignat iuriũ ⁊ ꝯdimētoꝝ diuersitatē. Dicit igit̄
ꝙ carnes in iuribꝰ ⁊ cõdimētis cocte sunt mediocres inter
p̄dictas: cũ hũiditatē ab aq̄: a ꝯdimētis aũt ꝯ̄hãt siccitatē:
⁊ iõ carnes habitudinis mediocris sic sunt p̄parãde: q: ꝑ iu
ra suã custodiũt hũiditatē. In scḋa parte q̄ est de ꝯdimētoꝝ
diuersitate due ꝑticule cõtinent̄. In quaꝝ p̄ma ꝯdimētoꝝ
diuersitatē assignat: dicēs ꝙ quedã carnes coquunt̄ cũ illis
que naturã ipoꝝ nõ ꝑmutãt: quedã aũt cũ illis q̄ eaꝝ ꝑmu-
tant naturã: ⁊ quedã cõdiunt̄ cũ aqua ⁊ sale coriãdro oleo:
cepis: cimino: ⁊ silr̄ de aliis: ⁊ q̄dã cũ ꝯdimētis calidis: q̄dã
cũ frigidis cõdiunt̄. In scḋa assignat carniũ diuersitatē ꝺm
diuersas ꝯdimētorũ sp̄es: ⁊ multiplicat̄ intētio ꝺm ipsas: ⁊
ꝺmo est intellectꝰ. ¶ Circa q̄ntã partē sunt due ꝑtes silr̄.
In quaꝝ p̄ma distiguit cõplexiões aĩaliũ ⁊ habitudīes. In
scḋa ostēdit q̄ apparatꝰ cui cõplexiõi ⁊ habitudini cõpetãt
⁊ multiplicat̄ intētio ꝺm q̄ttuor cõplexiões distēperatas ⁊
vnã tēperatã: ⁊ in oĩbꝰ distēperatis cõpetũt ꝯdimēta ꝯ̄ria:
tēperate cõpetũt ea q̄ ipas custodiũt. ⁊ oĩa reliq̄ plana sunt.
¶ Circa sextã p̄tē dicit ꝙ cõplexiõibꝰ corpoꝝ distēperatoꝝ
ꝯ̄ria cõpetũt ꝯdimēta sicut calide frigidũ ⁊ frigide calidũ: ⁊
silr̄ de aliis: ⁊ vētri cõstipato solubilia: sꝫ laxo stiptica: tēpera
tis aũt cõplexionibꝰ cõpetũt tēꝑata. ¶ Circa septimã p̄teꝫ
dicit ꝙ iã dictũ est de diuersitate carniũ rõne apparatꝰ suffi
ciēter: sed diuersa cibaria nõ sunt eodeꝫ mõ apparãda: neq̄
eandē habēt laudeꝫ vel vituperiũ: sicut p̄ꝫ in carne porcina
assata ⁊ caprina elixa: q̄ eq̄liter sunt laudãde: ꝓpter humi-
ditatis repssionē in hac ⁊ siccitatis in illa: sed porcina elixa ⁊
bouina assata eq̄liter sunt vituperãde: ꝓpter excessuꝫ hũidi
tatis ī hac: ⁊ siccitatis in illa. ¶ Circa octauã partē tria intē
dit. Prĩo dicit sub auctoritate Ga. ꝙ carnes asse quorũcũq̄
aĩaliũ nõ sunt diuersis cõparãde q̄ sunt elixe: sicut neq̄ ma

cre vniꝰ gñis pinguibꝰ alteriꝰ gñis sunt ꝯferende: sed ille q̄
sunt eiusdē gñis ⁊ eiusdē apparatꝰ sunt cõferēde: ⁊ q̄ sunt
diuersi gñis ꝺm eq̄lē habitudinē ⁊ apparatũ ꝯferēde sunt:
nã cũ pecorina nõ in macie ⁊ ecõtrario ꝓpter hũiditatē por
cine ⁊ siccitatē capne. Silr̄ a parte apparatꝰ cũ porcina vac-
cine comparat̄: porcina melior est q̄ vaccina: elixa aũt eꝯ̄rio
propter humiditatē huiꝰ ⁊ siccitatē illiꝰ. Scḋo ostendit sub
auctoritate Ga. ꝙ nõ debēt diuerse carnes cõparari in eodē
apparatu q̄ diuerse sunt in cõplexiõe specie: ⁊ habitudīe nõ
eq̄les: q: hec cõparatio nõ cõpetit: ⁊ exēpla sunt in porcina
⁊ caprina elixatis ⁊ assatis. Tertio dat rectã cõparatõeꝫ q̄ dꝫ
esse ⁊ fieri sub eisdē cõditionibꝰ vt si pecorina vel porcina ad
eandē speciē cõparet̄ ꝺm habitudinē assa melior est. caprina
aũt ecõtrario. oĩa aũt plana sunt: sed quedaꝫ vocabula sunt
exponenda. Notandum igitur ꝙ diarria est simplex fluxus
vētris sine excoriatiõe intestinoꝝ. ⁊ inter causas eius est de-
fectatio cõtentiue stomachi epatis ⁊ intestinoꝝ ⁊ lubricatio
ipsorũ. Miripsum est salsamētũ ex aromaticis conditũ: ⁊ dr̄
quasi mitrũ. Piperis tres sunt sp̄es: nigrũ calidũ ⁊ siccũ
in quarto: albũ in tertio: longũ in tertio calidũ: in principio
primi humidũ. sic aũt terminat̄ hec pars. ¶ Circa partem
istã querunt̄ sex. Primũ est quibꝰ aĩalibꝰ magis debeat̄ pin
guedo ⁊ quibꝰ minꝰ. Scḋm de nutrimēto carniũ pinguiuꝫ
⁊ macrarũ. Tertiũ q̄nō calor naturalis ex vnctuositate san-
guinis nutrit̄. Quartũ de cõparatiõe carnis aĩalis rõne se-
xus. Quintum de diuersitate nutrimenti carnis animalis a
parte tēpoꝝ anni. Sextũ de auctoritate hippocratis.
¶ Circa primũ ꝓcedit̄ hoc mõ: ⁊ querit̄ q̄bꝰ aĩalibꝰ magis
debeat̄ piguedo: an calidis an frigidis: ⁊ videt̄ ꝙ aĩalibꝰ ca
lidis magis debeat̄ pinguedo: q: dicit ph̄s in li. de naturis
aĩaliũ ꝙ piguedo causat̄ ex fortitudine caloris ⁊ bonitate ⁊
vigore eiusdē: ḡ in illis aĩalibꝰ magꝭ erit piguedo in q̄bꝰ ē ca
lor fortis ⁊ vigorosus: sed h̄ est in calidis aĩalibꝰ: ḡ pingue-
do aĩalibꝰ calidis magis debet̄. Scḋa rõ hec est: sicut res vn
ctuose de facili ꝯuertunt̄ ad naturã caloris: silr̄ ex actiõe ca-
loris: sed oĩa vnctuosa de facili ꝯuertunt̄ ad naturã caloris:
ergo silr̄ ex actiõe eiusdē gñabunt̄: ḡ in aĩalibꝰ calidis magꝭ
dꝫ esse pinguedo ⁊ vnctuositas. Ad oppositũ: in calidis aĩa-
libus calor supabundat: vñ cõsumunt̄ hũiditates ⁊ sanguis
cõuertit̄ in carnē: ergo in talibꝰ piguedo nõ poterit gñari:
sed potiꝰ carnositas. Scḋa rõ hec est: dicit ph̄s in lib. de aĩa
libus: ꝙ cũ in aĩalibꝰ piguedo aggregat̄ caro minuit̄ ⁊ sper
ma ⁊ sanguis: sꝫ in calidis aĩalibꝰ sanguis est multꝰ ⁊ sper-
ma multũ: ḡ in ipsis pinguedo nõ poterit gñari. Ad h̄ dicen
dum ꝙ pinguedo est quadruplex. q̄dã est frigida ⁊ humida
aquosa sicut in porco ⁊ piscibꝰ: ⁊ hec frigiditatē sequit̄. Est
alia q̄ est vnctuosa q̄ zirbus dr̄: ⁊ hec in aĩalibꝰ siccis reperit̄
sicut in boue. Tertia est q̄ est aggregatio carnis ⁊ est calida
⁊ hũida. Quarta est intercepta inter p̄tes carnis. Dicimꝰ ḡ
ꝙ iste tres sp̄es pinguedinis vltime magis debent̄ calidis
aĩalibꝰ q̄ frigidis. Ad rationē dicēdũ ꝙ calor pōt eē magnꝰ
duplr̄. vel in se: vel in respectu. Fortis eñ est cũ ꝯuertit san-
guinē in pinguedinē. Debilis v̄o est in ꝯuersiõe piguedīs
ad carnē. ¶ Scḋo q̄rit̄ circa h̄ vnde est ꝙ quedã aĩalia sicut
alauda in t̄pe estatis plꝰ inueniũt nutrimētũ: ⁊ tñ in estate
macerrime sunt: in hyeme v̄o valde pingues. Ad h̄ dicēduꝫ
ꝙ hmõi aĩal subtilis est cõpositiõis: ⁊ iõ calor estatis hũidi-
tates ipoꝝ ꝯsumit ⁊ desiccat: vñ nutrimētũ ipoꝝ quasi totũ
resoluit̄: silr̄ in estate multũ intendũt coitui. vnde dicit ph̄s
lib. de naturis aĩaliũ: ꝙ passeres masculi minus viuũt q̄ fe-
mine: ⁊ hoc nõ est nisi ꝓpter coitũ. Dicimus ḡ ꝙ tũ ꝓpter
calorē: tũ ꝓpt̄ coitũ nutrimētũ ⁊ hũiditates desiccant̄: sũt
ergo ista aĩalia macra ī estate q̄uis habeãt nutrimētũ maiꝰ.
¶ Tertio querit̄ circa hoc de ansere quare impinguat̄ pro-
pter ablationē potꝰ ⁊ exhibitionē cibi. Ad hoc dicendũ sicut
vult ph̄s. iiij. metheoroꝝ. Impinguatio fit calido ⁊ humido
abeũte ⁊ arido ꝯstãte: q: ergo potꝰ exhibet̄ multũ humidũ
gñatur q̄d est ꝯ̄ naturã impinguatiõis: iõ sine potu impin-
guatur. ¶ Quarto querit̄ de boue quare cũ nutrit̄ in domo
ad statũ iuuētutis redit. Ad hoc dicēdũ ꝙ caro bouina duas
habet naturas. Prima est natura substãtie sicce ⁊ dure: se-
cunda est natura hũiditatis cõtente. Dicimꝰ ergo ꝙ natu-

ra substãcie multũ sicca est ⁊ dura: cui⁹ signũ est q: cũ multũ
coquit̃ nũc fit quidã: vñ dicit̃ cõiter ꝙ ius bouinũ laxat. qñ
igitur caro habẽs substantiã durã ⁊ siccã ad statũ senectutis
peruenit tota humiditas ↄsumit̃ ⁊ remanet substãtia sicca:
postea võ si cibarijs bonis nutriat̃: redit ad humiditatẽ: q:
poꝛ tenerant̃. ¶ Quinto querit̃ circa hoc de carne hũana
vtrũ maioꝛẽ pinguedinẽ habeat ꝙ̃ aliud aĩal: ⁊ videt̃ ꝙ sic:
q: ex foꝛtitudine caloꝛis digerẽtis gñat̃ pĩguedo in aĩalib⁹
sicut cinis a foꝛti igne: sed inter oĩa aĩalia hõ maximũ caloꝛem
hʒ: ergo maioꝛẽ pinguedinẽ dʒ habere. Ad oppositũ est
qđ dicũt auctoꝛes ꝙ inter oĩa aĩalia hõ maxie in tẽperamẽto
ↄsistit. Dicẽdũ igit̃ ꝙ inter oẽs carnes caro hũana maxime
hʒ vnctuositatẽ vnde ponit̃ illaudabilis nutrimẽti: tum
propter nimiã vnctuositatẽ: tum ꝓpter coꝛruptionẽ ad quã
perducitur ĩmediate cum aĩa exit a coꝛpoꝛe. Ad rationẽ patet
solutio: q: sicut dicit ysaac in coꝛpoꝛe hũano est caloꝛ naturalis
q̃ est substãtia calida aerea: cũ igit̃ caloꝛ sit magnus
indiget nutrimẽto multo: ⁊ hoc est vnctuositas sanguinis:
⁊ ideo multa vnctuositas debet esse in homine.

¶ Circa scđm proceditur hoc modo: ⁊ queritur vtrum sit
melius nutrimentum ex carne habẽte pinguedinẽ intercep-
tam: an ex carne sine pinguedine: ⁊ videtur ꝙ ex carne sine
pinguedine: q: illa caro melioꝛis est nutrimenti q̃ paucioꝛes
efficit superfluitates: sed hec est illa sine pinguedine
fm Ras. quia sanguinẽ generat ⁊ paucas superfluitates:
quare caro sine pinguedine melioꝛis est nutrimẽti ꝙ̃ cũ pinguedine.
Ad oppositũ. totũ nutrimẽtũ immediate oꝛdinat̃
ad ↄseruationẽ caloꝛis naturalis: ſʒ caloꝛ naturalis fʒ ysaac
cõiũctus est humiditati q: vnctuositati: ḡ melioꝛis est nutrimenti
caro habẽs pinguedinẽ vel vnctuositatẽ ꝙ̃ macra. Ad
hoc dicendũ ꝙ bonitas nutrimẽti in trib⁹ ↄsistit. Primũ est
multitudo nutrimẽti. Scđm est bonitas sanguinis. Tertiuʒ
est paucitas supfluitatũ. Dicim⁹ ḡ ꝙ caro habẽs pinguedinem
mixtã quantũ ad multitudinẽ nutrimẽti ⁊ etiã quãtuʒ
ad bonitatẽ sanguinis melioꝛẽ sanguinẽ gñat ꝙ̃ macra: sed
nõ quantũ ad tertiũ. ¶ Scđo querit̃ ad quẽ humoꝛẽ caro
pinguis cõuertat̃: ⁊ videt̃ ꝙ ad sanguineũ q: vnusq̃sq; cib⁹
cõuertit̃ ad illũ humoꝛẽ ad quẽ hʒ potestatiuã sĩlitudinẽ et
virtutẽ: sed caro pinguis est calida ⁊ humida sicut sanguis:
ergo poti⁹ ad sanguineũ cõuertit̃. Scđa ratio hec est: cibaria
q̃ de facili ad caloꝛẽ naturalẽ ↄuertunt̃: ad cholerã vł sanguinẽ
conuertunt̃: sed vnctuosa sunt hmõi: ḡ ad cholerã vel
sanguineũ humoꝛẽ ↄuertunt̃. Ad oppositũ est qđ dicit ysa.
ꝙ ex pinguedine phlegmatici ⁊ crudi humoꝛes gñant̃. Ad
hoc dicendũ ꝙ vt in plurib⁹ ad phlegmaticũ hũoꝛẽ ↄuertit̃
caro pinguis. Ad rationẽ primã in ↄtrariũ dicendũ ꝙ duo sunt
ibi cõsiderãda. Primũ est aptitudo vel sĩlitudo cõplexionis
ei⁹ cũ sanguine: ⁊ hoc mõ ad sanguinẽ magis ꝙ̃ ad aliũ humoꝛẽ
habet ↄuerti. Scđm est priuatio digestionis ei⁹: ⁊ hoc
modo nõ ↄuertit̃ ad sanguinẽ nisi prius digerat̃: ⁊ iõ pinguedo
semꝑ cruda fit ⁊ non cõuertit̃ ad sanguinẽ: sed poti⁹
ad phlegmaticũ humoꝛẽ. Ad scđm dicendũ ꝙ cũ res vnctuosa
venit ad stomachũ sicut vult Gal. aut inuenit caloꝛẽ temperatũ:
⁊ tũc nõ põt ad cholerã ſʒ ad sanguinẽ ↄuerti: ſʒ qñ
inuenit caloꝛẽ ardentẽ sicut in febꝛicitãte: tũc ad gen⁹ cholericum
cõuertit̃: si debilẽ inueniat tũc cõuertit̃ ad phlegma.

¶ Tertio q̃rit̃ circa hoc qũo res vnctuosa debeat exhiberi:
⁊ videt̃ ꝙ nõ in pꝛĩcipio: sup oĩa in regimẽto sanitatis fastidiũ
maxie fugiẽdũ est: ⁊ maxie illud qđ appetitũ remouet a
coꝛꝑe inanito: ſʒ pĩguedo fastidiũ gñat sicut ipe dicit: ḡ pinguedo
in pꝛĩcipio nõ dʒ dari. Scđa rõ hec est: nihil qđ impedit
digestionẽ alioꝝ ciboꝝ ipos remouẽdo a loco digestiõis
cõpetit: sed caro pinguis est hmõi: ḡ caro pinguis in pꝛincipio
non cõpetit. Ad hoc dicendũ ꝙ nõ dʒ dari cibus vnctuosus
in pꝛincipio. Ad rõnẽ dicendũ ꝙ duo sunt cõsiderãda in
hmõi administratione. Primum est regimentũ sanitatis.
Scđʒ ẽ suffocatio appetit⁹. Primo mõ res vnctuosa nõ cõpetit.
Scđo etiã mõ nõ cõpetit nisi quodã modo. ¶ Sed tũc
querit̃ vtrũ debeat exhiberi ⁊ qñ plus nocet. Ad hoc dicendum
ꝙ nõ debet dari neq; ante neq; post: q: cib⁹ vnctuosus
nunꝙ̃ dʒ dari cũ alijs cibarijs sicut vult Auicẽ. sed ante ꝑ magnam
moꝛã: ⁊ iõ dicit Ras. ꝙ fruct⁹ molles sicut ficus ⁊ racemi
⁊ hmõi ꝑ magnã moꝛã ante debẽt dari: ⁊ pontici ꝑ magnã
moꝛã post: ⁊ hec patẽt plenarie ca. de fructib⁹. ¶ Quarto
querit̃ qũo caro mollis appetitũ remouet: q: appetit⁹ caninus
frigiditatẽ stomachi sequit̃: q: coꝛrugant̃ partes stomachi:
⁊ tũc sentit stomachus suã inanitionẽ: sed pinguedo
ad hũoꝛes frigidos ↄuertit̃: ḡ stomachũ infrigidat: ḡ appetitum
caninũ auget ⁊ nõ remouet. Ad oppositũ est illud qđ
dicit Ga. in cõmento sup apho. ꝙ pinguedo caninũ appetitum
sedat. ¶ Querit̃ etiã rõne hui⁹: q̃ pinguedo magꝭ cõpetat
an poꝛci an bouis. Ad hoc dicendũ ꝙ canin⁹ appetit⁹ ꝓuenit
ex nimia frigiditate stomachi inanitionẽ faciente ⁊ appetit
repleri: res võ vnctuosa cũ datur diffundit̃ ꝑ totũ stomachũ
sicut butyrũ vel oleũ in patella calida: ⁊ ita multũ replet
stomachũ repletiõe phãtastica: sĩlr vinũ grossuʒ rubeũ
hoc idẽ facit: sed nõ quodcũq;: q: vinũ ponticũ ⁊ rubeũ non
cõpetit: sed vinũ rubeũ grossum dulce sicut vinũ rubeuʒ de
hispania. Ad hãc questionẽ dicendũ ꝙ pinguedo poꝛci maxime
valet ↄ appetituʒ caninũ: q̃ ꝙ̃uis frigida sit: tñ mollis
est ⁊ remollit infrigidãdo stomachũ. Ad rõnẽ pʒ solutio: q:
ꝙ̃uis ĩfrigidet nõ tñ dat̃ ꝓpt̃ frigiditatẽ ſʒ ꝓpter repletiõeʒ.

¶ Circa tertiũ ꝓcedit̃ hoc mõ: ⁊ querit̃ qũo caloꝛ naturalis
ex reb⁹ vnctuosis nutriat̃: ⁊ videt̃ ꝙ hoc sit falsum: caloꝛ
naturalis ĩmediate ex sanguine nutrit̃: sed res vnctuose ad
foꝛmã sanguinis cũ difficultate cõuertunt̃: ergo ex eis non
nutrit̃ caloꝛ naturalis. Cõtrariũ dꝛ in ifra. ¶ Ratiõe huius
querit̃: cũ sint due substãtie in coꝛꝑe q̃ sunt pꝛincipia vite. s.
caloꝛ naturalis ⁊ spirit⁹: cũ ex vnctuositate sanguinis caloꝛ
nutriat̃ naturał: querit̃ ex quo nutriat̃ spũs. Dicẽdũ ꝙ ex
reb⁹ vnctuosis nutrit̃ caloꝛ naturalis ⁊ etiã innaturalis: vel
ex vnctuositate sanguinis: sed hec vnctuositas est duplex:
quedã est nõ ↄuersa ad sanguinẽ: ⁊ ex hac non nutrit̃ caloꝛ
naturalis. Est alia iã cõuersa ad naturã sanguinis: ⁊ hec dꝛ
vnctuositas [illegible]guinis: ⁊ ista nutrit̃ caloꝛ naturalis. Ad questionẽ
dicẽdũ ꝙ in sanguine sunt quedã partes calide ⁊ humide
aeree: ⁊ ex istis nutrit̃ caloꝛ naturał. Alie sunt partes
sanguinis pure subtiles ignee: ⁊ ex talibus nutrit̃ spiritus.
¶ Scđo querit̃ de quadã ↄtrarietate: q: dicit ysaac ꝙ in aĩalibus
humidis caro masculi melioꝛ est: in siccis caro femine
melioꝛ: superi⁹ tñ dixit ꝙ vłr caro masculi melioꝛ est: vñ dixit
ꝙ vacca peioꝛis est nutrimẽti ꝙ̃ bos. Ad hoc dicendũ ꝙ bonitas
nutrimẽti ↄsistit in duob⁹. in puritate carnis ⁊ tẽperamẽto
cõplexiõis. Primo mõ caro masculi melioꝛ est: q: caloꝛ
foꝛtꝭ ẽ q̃ carnẽ a supfluitatib⁹ depurat. Scđo mõ caro femine
est melioꝛ: q: hũoꝛes magꝭ tẽꝑatos gñat: sic itellexit hoc ysa.

¶ Circa quartũ sic ꝓcedim⁹: querit̃ qũo res cali. ⁊ hu. sint
bone in autũno ⁊ in vere: ⁊ videt̃ ꝙ nõ. Idẽ respectu ↄtrariꝝ
nõ est bonũ: sed ver ⁊ autũnus sunt tẽpoꝛa ↄtraria: ḡ si carnes
sunt bone in vno: nõ erũt bone in alio. Cõtrariũ dicit ysaac
Ad hoc dicẽdũ ꝙ carnes calide sunt bone in vere ⁊ autũno:
vñ dicendũ fm Ga. ꝙ ver nõ est tẽpus calidũ ⁊ humidũ: ſʒ
tẽpus tẽperatũ. autũnus võ tp̃s distẽperatũ: ⁊ iõ in vere cõpetũt:
q: sĩles sunt isti. in autũno võ cõpetũt ꝓpter ↄtrariũ: q:
autũn⁹ frigidus est ⁊ siccus. Ad rõnẽ dicẽdũ ꝙ nõ est sĩle de
vere ⁊ alijs tempoꝛib⁹: q: alia tp̃a inequalia sunt.

¶ Circa quintũ ꝓcedit̃ hoc mõ: querit̃ vtrũ caro poꝛcina
sit melioꝛ in estate: ⁊ videt̃ ꝙ sic: q: caro frigida ⁊ hũida in
estate cõpetit: sed caro poꝛci est hmõi: ḡ caro poꝛci in estate
cõpetit. Scđa rõ hec est: in illo tp̃e caro est laudabilioꝛ ĩ quo
est tẽperatioꝛ in se ⁊ respectu coꝛꝑis humani: sed caro poꝛci
frigidissima est: ḡ tẽperat̃ ꝑ caloꝛẽ estatis: ḡ cõpetit plus in
estate ꝙ̃ in alio tp̃e. Ad hoc dicẽdũ quicquid dicat vulgus:
ꝙ plus cõpetit in estate. Quidã tñ volẽtes vulgus sustinere
dicũt ꝙ caro poꝛcina multum nutrit ⁊ est dure digestionis:
⁊ ideo debet exhiberi in tẽpoꝛe illo in quo caloꝛ est foꝛtis: ⁊
hoc est in hyeme: ⁊ ideo in hyeme competit. In estate vero
non cum caloꝛ sit debilis: hoc tamen videtur mihi esse falsum:
q: dicimus ꝙ caro poꝛci leuioꝛ est ꝙ̃ alie carnes.

¶ Diuersitates nutrimẽti aĩaliũ artificialiter sunt tres ⁊c.

¶ Circa partẽ istã quattuoꝛ dubitant̃. Primũ est in q̃bus
sit maioꝛ humiditas: an in elixis carnib⁹: an in assatis. Scđʒ
est de vsu carniũ assatarũ. Tertiũ est de vsu carniũ elixataꝝ.
Quartũ de malicia ⁊ nocumẽto carnium.

¶ Circa pꝛimum pꝛoceditur hoc modo: videtur ꝙ̄ in elixis maioꝛ ſit humiditas: carnes que aſſantur recipiũt decoctionem ab igne abſqꝫ humido aquoſo: tunc eñ ignis multũ calefacit: ſed cum calefacit cum humido aquoſo medio non ita vehemẽter calefacit neqꝫ tanta fit ibi deſiccatio ab igne: ſed carnes elixe decoctionẽ recipiũt ab igne humido aquoſo mediãte. Aſſate vͦ decoctionẽ recipiũt abſqꝫ hũido aqͦſo: ergo in elixis eſt maioꝛ humiditas ꝙ̄ in aſſatis. Sc̄da rõ hec eſt: ille apparatus carnes ſiccioꝛes efficit in quo carniũ maioꝛ cõſumit᷑ humiditas: ſed aſſatio eſt hmõi apparatꝰ ſicut vult yſaac. aſſe eñ cõſumptionẽ humiditatis recipiũt ſicut teſtat᷑. vñ pingues debẽt aſſari ⁊ macre elixari: ergo in aſſatis minoꝛ eſt humiditas ꝙ̄ in elixis. Ad oppoſitũ eſt qḋ dicit phus quarto metheoꝛoꝝ. ſ. ꝙ in elixis eſt maioꝛ ſiccitas: in aſſatis vͦ maioꝛ humiditas. vñ dicit ꝙ in elixis eſt hũiditas in pꝛofundo pauca: multa vͦ in ſupficie: in aſſatis vͦ econuerſo. Ad hoc dicendũ ꝙ elixe maioꝛẽ habẽt humiditatẽ ꝙ̄ aſſate. Notandũ tñ ſm quoſdã ꝙ partes in carne ſunt duplices: q: quedã ſunt partes in ſupficie: ⁊ h̓ mõ ſicut dicũt elixe maioꝛẽ habẽt humiditatẽ ꝙ̄ aſſate. Alie ſunt partes in ꝓfundo: ⁊ hoc mõ elixe ponunt᷑ minꝰ humide ꝙ̄ aſſate: q: tota humiditas tẽdit ad ſupficiẽ. In aſſatis vͦ cũ ignis ſupficiem ĩmediate attingat deſiccat illam ⁊ claudunt᷑ poꝛi ita ꝙ tota humiditas in ꝓfundo recludit᷑: ⁊ iõ hoc modo ponunt᷑ humidioꝛes ꝙ̄ elixe. Iſta tñ poſitio mihi videt᷑ eē erronea in medicina. vñ dicimꝰ ꝙ elixe aſſatis ſunt hũidioꝛes: nõ ſm pꝛofunditatẽ caloꝛis in ſingulis partibꝰ: ſꝫ penetratio caloꝛis vſqꝫ ad ꝓfundũ magis deſiccat ſine aqua ꝙ̄ cũ aqua: et hoc nõ eſt dubiũ: ꝗ cuꝫ in aſſatis fiat penetratio caloꝛis vſqꝫ ad ꝓfundũ ſine aqua media: in elixis vͦ cũ mixtiõe aque: ꝗ aſſate ſimplr̃ ſiccioꝛes ſunt ꝙ̄ elixe. Sc̄da ratio hec eſt: dicit phs ſupflua aſſatio toꝛrefactio eſt: ſed elixe nõ pñt elixari ꝙ toꝛreãt: ergo nõ ſunt ita ſicce ſicut aſſate. Tertia ratio hec eſt: dicit yſaac. carnes aſſate ſicce: elixe hũide: iuſcellate medie: ſed vnũquodqꝫ extremũ magis participat diſpoſitionẽ ꝙ̄ mediũ: ſed iuſcellate ſunt medie: ꝗ multo foꝛtiꝰ elixe humidioꝛes ſunt ꝙ̄ aſſate. Hoc etiã pꝫ experimẽto: q: ſi alicui dent᷑ partes ꝓfunde elixoꝛũ inueniunt᷑ molles: humide et apte ad digerendũ: aſſate vͦ nõ. vñ medicus elixas pꝛecipit ⁊ aſſatas ꝓhibet infirmo: ⁊ ſic tã experimẽto ꝙ̄ rationibꝰ patet ꝙ aſſate ſiccioꝛes ſunt ꝙ̄ elixe. Contrariũ tñ dicit phs in quarto metheoꝛoꝝ. Ad hoc dicendũ ꝙ hũiditas eſt duplex: quedã eſt eſſentialis: quedã accidẽtalis: ꝗ̄ ex aqua ꝯtrahit᷑. Dicit᷑ igitur ꝙ in aſſatis humiditas magna eſt in ꝓfundo in ſupficie vͦ pauca: q: poꝛi claudunt᷑: cũ ſupficies ĩmediate ab igne attingit᷑: ⁊ humiditas ſubſtãtialis interiꝰ retinetur. Hec vͦ poſitio nulla eſt: q: in elixis nõ ſolũ aqua elixãs dat humiditatẽ: ſed etiã ſubſtãtialẽ ꝯſeruat. Falſificat᷑ etiaꝫ hoc modo: q: humiditas ſubſtãtialis que in carnibꝰ ꝯtinet᷑ plus deſiccat᷑ in aſſatis ꝙ̄ in elixis: q: iſte ĩmediate ab igne attingunt᷑: dicimꝰ igit᷑ aſſertiue ꝙ loquẽdo de vtraqꝫ humiditate. ſ. accidẽtali ⁊ ſubſtãtiali: elixe ſunt hũidioꝛes ꝙ̄ aſſate: nec credo phõ in hoc: tñ ſuſtinẽdo dico ꝙ ipſe non cõparat carnes aſſatas ad elixas qñ dixit ꝙ elixe ſunt ſiccioꝛes: ſed elixas ad ſeipſas cõparat: ⁊ ſilr̃ aſſatas: vñ aſſate humidioꝛes ſunt in pꝛofundo ſeipſis in ſuperficie: ⁊ ita intellexit phs in quarto metheoꝛoꝛum.

¶ Circa ſc̄dꝫ ꝓcedit᷑ hoc mõ: querit᷑ vtruꝫ caro aſſata cõpetat in paralyſi: ⁊ videt᷑ ꝙ nõ: dicit Raſ. in almãſo. caro aſſata vix digerit᷑: ⁊ ſi digerit᷑ vix aut tarde tota digerit᷑: ſꝫ talis cibus nõ cõpetit in paralyſi: ergo caro aſſata non cõpetit in paralyſi. Ad oppoſitũ eſt auctoꝛitas Raſ. cap. de paralyſi: vbi dicit ꝙ paralyticis cõpetit caro in ſartagine frixa. Ad h̓ dicẽdũ ꝙ caro frixa paralyticis cõpetit. Ad rõnem dicẽdũ ꝙ duo ſunt cõſiderãda circa hmõi egritudines. Pꝛimũ eſt tenoꝛ virtutis digeſtiue foꝛtis vl̓ debilis. Sc̄m eſt virtꝰ deſiccatiua. Pꝛimo modo nõ cõpetit caro aſſata paralyticis niſi multũ foꝛtis virtus reperiat᷑: quantũ tñ ad virtutẽ deſiccatiuam cõpetit caro frixa paralyticis. Illa ergo via qua nõ cõpetunt ꝓpter digeſtionis debilitatẽ apponant᷑ aliqua ꝗ̄ iuuent digeſtiuã ſicut piper: ꝫinꝫiber ⁊ hmõi. ¶ Sc̄do querit᷑ circa hoc ꝗ̄ magis cõpetit in diſſinteria: an elixa an aſſata: ⁊ videt᷑ ꝙ̄ elixa: in fluxu ventris ſequit᷑ debilitas ſtomachi et epatis: ſed in tali moꝛbo cõpetit caro facilis digeſtiõis: ſꝫ talis eſt elixa ſm raſ. ⁊ nõ aſſata: ergo in diſſinteria elixa cõpetit. Contrariũ faciũt pꝛactici. pꝛecipiũt dari aſſatas ⁊ elixas ꝓhibẽt. Ad hoc dicẽdũ ꝙ aſſata cõpetit in dyarria. Sed circa hmõi egritudinẽ duo ſunt ꝯſiderãda. Pꝛimũ eſt tenoꝛ virtutis digeſtiue: ſc̄m eſt fluxus. Dicimꝰ igit᷑ ꝙ ſi virtꝰ eſt foꝛtis aſſate debẽt exhiberi: ſi debilis elixe: quãtũ tñ ad fluxũ aſſate cõpetũt. ¶ Tertio q̄rit᷑ vtrũ caro frixa in hydrope debeat exhiberi ſicut in paralyſi. Ad hoc dicendũ ꝙ nõ cõpetũt frixe in hydrope ſicut in paralyſi. vñ nõ eſt ſil̓e de paralyſi ⁊ hydrope: q: ĩ paralyſi ẽ materia frigida groſſa imbibẽs neruos: ⁊ hic moꝛbus eſt extra mẽbꝛa nutritiua: non eñ in paralyſi mẽbꝛa nutritiua ledunt᷑: ſed ſolũ nerui: ⁊ iõ q: epar eſt ſaluũ: ideo cibaria groſſa bñ cõpetũt: ſꝫ in hydrope virtꝰ digeſtiua eſt debilis: ⁊ iõ carnes aſſate nõ debent exhiberi: cũ digeſtionẽ impediãt. ¶ Quarto querit᷑ vtrũ cum carne aſſata debeat alia caro exhiberi: ⁊ videt᷑ ꝙ ſic: q: ſicut dicit Auicẽ. cibaria qñqꝫ contẽperãda ſunt: q: cũ ſunt ſicca humida aliqñ accipiunt᷑ vt vnũ contẽperet reliquũ: ſed caro aſſata eſt valde ſicca: ergo debet dari cũ alijs hũidis. Contrariũ tñ dicit Raſ. ꝙ poſt aliũ cibũ nõ eſt accipiẽda: neqꝫ cuꝫ alio cibo. Ad hoc dicendũ ꝙ nõ dꝫ accipi cũ alio cibo: q: iſta caro dure digeſtiõis eſt: vñ ſi admiſceret᷑ cũ alio cibo penetraret indigeſta ⁊ cruda cum illo cibo ad epar: ⁊ ſic gñaret malas egritudines: ⁊ hoc eſt qḋ dicit auicẽ. ꝙ cibꝰ ſubtilis cũ groſſo nõ debet accipi. ¶ Quinto querit᷑ vtrũ poſt carnẽ aſſatam debeat potus exhiberi: ⁊ videt᷑ ꝙ ſic: q: potus humiditates coꝛpoꝛis reſtaurat ⁊ maxime vinũ: ſed ꝓpter carnes aſſatas coꝛpus multũ ꝯſumit᷑: ergo poſt eas potus dꝫ exhiberi. Ad oppoſitũ eſt illud qḋ dicit ꝙ poſt ipſarũ acceptionẽ potꝰ nõ eſt ſumẽdus niſi in magna neceſſitate. Ad h̓ dicendũ ꝙ poſt carnẽ iſtã potꝰ non debet accipi quouſqꝫ ꝯſtet rectoꝛi ſanitatis ꝙ cibus ſit digeſtꝰ: ⁊ hoc maxime cũ carnibꝰ: potus eñ ⁊ maxime vinũ facit cibũ penetrare ad mẽbꝛa: ⁊ iõ ſi potus anteqꝫ̄ cibus ſit digeſtꝰ accipiat᷑: cibus crudus ⁊ indigeſtus ad mẽbꝛa trahet᷑: ⁊ ſic egritudines gñabunt᷑. Ad rationẽ dicendũ ꝙ duo ſunt ꝯſiderãda in hmõi exhibitiõe. Pꝛimum eſt cõfoꝛtatio caloꝛis naturalis: ⁊ hoc mõ vinuꝫ dꝫ exhiberi cũ caloꝛẽ naturalẽ multũ cõfoꝛtet. Sc̄m eſt penetratio ad mẽbꝛa: ⁊ hoc modo nõ debet dari potꝰ niſi poſt ꝑ magnam moꝛã qñ ꝯſtat rectoꝛi ſanitatis de oĩmoda digeſtiõe carnis. ¶ Sexto querit᷑ de carne cocta in paſta: ⁊ videt᷑ ꝙ talis caro nõ ſit bona: q: caro in qua retinent᷑ ſupfluitates ⁊ fumoſitates eſt mala: ſed tales ſunt carnes in paſta cocte: ꝗ hmõi carnes male ſunt. Hoc etiã patet ꝑ Auicẽ. ꝙ caro cocta ĩ paſta tẽdit ad naturã veneni ⁊ quaſi venenũ eſt. Cõtrariũ facit vulgus. Pꝛeterea dicit Raſ. ꝙ caro cocta cum frumẽto bona eſt: ꝗ ſimiliter cocta in paſta eſt bona. Ad hoc dicendũ ꝙ caro cocta in paſta peſſima eſt. vñ ab Auicẽ. reputat᷑ quaſi venenũ: nec eſt ſil̓e de carne cocta cũ frumẽto: q: illa habet reſpiraculũ per qḋ fumi exhalãt: caro vͦ cocta in paſta hoc nõ hꝫ: ⁊ iõ fumi non exhalãt nec euitant᷑: ⁊ ideo mala.

¶ Circa tertiũ querit᷑ de vſu elixarũ: ⁊ querit᷑ ꝗ̄ caro debeat ante dari an elixa an aſſata: videt᷑ ꝙ elixa: q: ſicut dicit yſaac ille cibus pꝛimo dꝫ exhiberi ꝗ pꝛimo habet virtutẽ extẽdi a ſtomacho ita ꝙ receſſerit cũ alius cibus aduenerit q: aliter ambo lubꝛicarent᷑: ꝗ elixa cũ ſit hmõi reſpectu aſſate debet pꝛiꝰ exhiberi. Ad oppoſitũ eſt ratio Cõſtã. Duplex eſt pars in ſtomacho: ſuperioꝛ ⁊ inferioꝛ. Pars aũt que eſt in ꝓfundo calidiſſima eſt reſpectu partis ſuperioꝛis: cibus vͦ groſſus indiget foꝛtioꝛi digeſtione ꝙ̄ ſubtilis: ꝗ indiget foꝛtioꝛi caloꝛe: caro vͦ aſſata cibus groſſus eſt reſpectu elixe: ergo foꝛtioꝛi indiget digeſtiõe: ⁊ ſilr̃ foꝛtioꝛi caloꝛe: ſꝫ huiuſmodi caloꝛ eſt in parte inferioꝛi ſtomachi: ꝗ pꝛius dꝫ oꝛdinari ꝙ̄ elixa. Ad hoc dicendũ ꝙ neqꝫ ante neqꝫ poſt cuꝫ alio cibo dꝫ accipi: ⁊ ſi accipiat᷑ ſubtile pꝛiꝰ dꝫ accipi. Ad rationeꝫ dicendũ ꝙ in regimẽto ſanitatis duo ſunt conſiderãda. Pꝛimũ eſt digeſtio nutrimẽti perfecta ⁊ imperfecta. Sc̄m eſt oꝛdo ciboꝝ. Pꝛimo mõ groſſa cibaria in ꝓfundo ſtomachi debẽt poni ⁊ pꝛiꝰ accipi: quantũ vͦ ad oꝛdinẽ ciboꝛum ſubtilis debet pꝛecedere.

Circa quartū, pcedit hoc modo: querit vtrū malicia carnis vel nocumentū possit remoueri p aliqua alia. Ad h dicēdū ꝙ sic: qđ patet: cū eīm carnes dant febricitātib' caliditas carū ꝺƺ reprimi: ⁊ iō ad reprimendū caliditatē illā coquunt cum ramis portulace ⁊ hmōi herbis frigidis ⁊ cū succo vue acerbe ⁊ cū aceto ⁊ cū succo pomi citrini: sic eīm ius infrigidatur propter frigiditatē hmōi herbarū: ⁊ ideo hoc modo caro potest exhiberi: ⁊ sic patet ꝙ malicia vel nocumentum carnis potest remoueri per aliqua alia.

De diuersitate mēbrorū animaliū. Cap. xxxviij.

Lectio. xxxviij.

Animaliū mēbra tripliciter sunt diuersa. primum ex cōplexione sua: scđo ex locis: tertio ex quiete ⁊ motu suo. Cōplexio est triplex. alia dura ⁊ neruosa sicut vēter ⁊ cutis: nerui: intestina vł cartilagines ⁊ silīa. Alia mollis ⁊ tenera sicut piguedo: medulle: cerebrū: nucha ⁊ silīa. Alia media sicut caro musculoꝝ ⁊ lacertoꝝ: ⁊ carnes ceterē pinguedine nude. maxime si de aīalibus sint in crassitie tēperatis. Que mēbroꝝ sicca sunt ⁊ neruosa frigitudo dñat ⁊ siccitas. vñ ad digerendū dura: stomacho laboriosa: in sanguinē diu ⁊ tarde ꝯuertibilia Cibus naturalr siccus parū sanguinis ⁊ hūiditatis habēs: diu in stomacho morat ⁊ tarde excoquit: ⁊ iō ad nutrimentum paruus. maxime si de macris siccis veterib' sit aīalib' sicut bouinis caprinis. Si aūt de iunioṙib' vel de humidioṙib' paruis crassis vel naturaliter hūidis: sicut pecorinis: ⁊ porcinis: si bn̄ possūt digeri: multū dant nutrimentū: ad dissoluēdū de mēbris durū: q: siccitas cōplexionis coꝝ mēbroꝝ hūiditate ⁊ crassitie tēperat. Que mēbrorū mollia ⁊ tenera sunt: calor ⁊ hu. eis dñat: hūiditas vo pl': q̄ in tria diuiditur. Alia eīm liquida sicut pinguedo inter carnez admixtā q̄ est vnctuosa. Alia coagulata sicut pinguedo zirbi: renū: dorsorū: locoꝝ suminosoꝝ: ⁊ silīa. Alia media sicut cerebrū: medulla: nucha. Liq̄da: ex liq̄ditate sua nutrimētū suū inter subtilē ⁊ grossuz significāt. Coagulata ex coagulatiōe ⁊ grossicie nutrimētū suū esse mōstrāt. Inde. H. piguedo est duplex. Alia eīm mollis ⁊ liq̄da: calore aūt ignis dissoluta: ⁊ īfrigidata q̄si oleū ver' remanet coagulata. Alia igni dissoluta cito infrigidat ⁊ coagulat: q̄ in duo diuidūtur. Aut eīm sunt de aquosis aīalib' sicut piscib': Aut de terrestrib'. Que de aquosis cito dissoluunt: neq̄ tā cito coagulant. Que de terrestrib': nō cito dissoluunt ⁊ cito coagulant: vñ aquosoꝝ aīaliū pinguedo pl' est ꝙ vnctuositas. Terrestriū vo maior ē vnctuositas ꝙ piguedo: q̄ duob' modis itelligit. ex sēsu ⁊ ratiōe. Sēsu: q: si tāgim' pinguedinē terrestriū aīaliū: manib' vnctuositas sua inuiscat q̄si oleuz. Si saporem' vnctuositatē cū sapore multū sentim'. In aquosis non silr. Si eīm tangant: nulla vnctuositas manibus inuiscat: neq̄ in sapore sicut terrestriuz vnctuositas sentitur. Ideoq̄ de aquosorū pinguedine plus comedit ꝙ de pinguedine terrestriū: q: terrestria ex nimia vnctuositate sua cito saturāt. Ex ratiōe: quia aquosa naturaliter sunt humidiora. Humiditas aūt sua in corpe augmētata postꝙ mēbra inde nutriunt: quedā supfluitas remanet quā mēbra expellunt ad corpis interiora. vbi est locus ad quē supflua expellūtur: in quo coadunent ⁊ augmētent: ⁊ a natura scđo excoquātur: ⁊ ex illis ingrossatis pinguedo quedā cōficit. De terrestrib' nō silr: q: hūiditas ad cōpositionem humidoꝝ. i. aquosorū minor est: q̄ cuz parua sit: mēbra pauperiora fiūt nutrimētis: ⁊ nō ab eis separatur humiditas: sed ⁊ p totā carnē diuidit: in q̄ calor naturalis eā dissoluit: ⁊ vnctuositatē liquidā facit Ideoq̄ oīa aīalia naturalr hūida sunt pinguiora ⁊ minus vnctuosa. Que aūt naturaliter sicca vnctuosiora ⁊ min' pinguia. Ideo q̄ in porcis auget piguedo: q: cōplexiōi sue naturalis hūiditas dñat. Unctuositas aūt in bob' crescit: q: siccitas pricipat sue cōplexiōi. Facile ḡ intelligit vnctuositatē esse calidiorē ⁊ humidiorē ꝙ pinguedinē: q: calorē naturalē hƺ peruicinū sibi. Carnis piguedo frigidior est vnctuositate ⁊ siccior: q: a calore ē remota ⁊ hūiditate. Si aūt piguedo ⁊ vnctuositas insilr sunt: parū nutriūt: ⁊ illaudabiliter. vnde nō ad cibū: sed solū ad cōdimentū danda sunt. Unūquoq̄ eīm hoꝝ primū stomachi est inflatiuum: saturās cito ⁊ corripens quicq̄d ciboꝝ inuenit in stomacho: supinnatās: imitta vo illis inuiscat ⁊ ingrossat illos: et ad digerēdū ꝯtit: sicq̄ stomacho immoratur: nec alios cibos stomachus appetit. Cū aūt incipiat cib' ille digeri: asperitatē stomachi emollit: lubricās ergo fit ⁊ cito emittit. Cū ergo ad intestina deuenit: subtilitas cibi īgrossat: ⁊ penetratio epatis p meseraicas cōtrahit: vñ mēbra paruissimū ⁊ pessimum attrahūt nutrimētū. pessimū: q: oppilationē facit ⁊ in grossumvel subtile phlegma fm̄ q̄litatē sui se traducit. Si eīm grossus est ⁊ coagulat' sicut zirbū ⁊ piguedo renū: phlegma gñat grossuz. Si vnctuosus liq̄dū sicut carni admixt' subtile phlegma gñat. Inde ruffus: mēbra inq̄t nō de piguedine vel vnctuositate accipiūt tantū nutrimentū: quantū plenitudinē ⁊ saturitatē faciūt. Intēdit aūt q: saturitas sua maior fit ꝙ mēbroꝝ nutrimēta. Ad stomachū eīm venientia inflāt: implēt: ⁊ cito saturant: cū digeri incipiāt: cito eijciunt ab intestinis: sicq̄ vene inde parū accipiunt nutrimēti. Itē. H. Que mēbroꝝ crassiora sunt: plus saturant: magis exinaniūt: que vo min' grossa sunt min' saturātia tarde exinanientia. Diuersitas aūt pinguedinis nutrimētorū ⁊ sue actiōis est: q: pinguedo calefacit ⁊ humectat: sed in multū ⁊ min' diuersant quiq̄ ex reb'. Una ex aīaliū gñib'. Scđa ex naturis ⁊ cōplexiōib'. Tertia ex etatib'. Quarta ex nouitatibus ⁊ pinguedinis vetustatib'. Quinta ex artificialib'. Ex gñib' triplr. Aut eīm masculina: aut feminina: aut neutra. Masculina calidior ⁊ siccior ad cōparationē sui gñis. Feminina min' calida ⁊ mag' humida ad masculina sui gñis cōparata. Castrorū mediocris. Inde. H. piguedo femine oīm aīaliū min' calida ⁊ hūidior. masculina calidior ē ⁊ siccior: castroꝝ.

De diuersitate aīaliū ex naturis. Cap. xxxix.

Diuersitas ex naturis sex ꝯsideratur modis q: cū oīs pinguedo assimulat naturali complexioni aīalis sui generis: si natura est calidior plus calefacit. si frigidior min'. si mediocris mediocriter adauget. Silr de hūiditate dƺ intelligi. si humidior mag' humectat. si siccior min'. mediocris mediocriter. vnde pinguedo porcina ma

gis ceteris humectat: corpa: nulla calefactione appa
rēte. Pinguedo leonina plus calefacit ꝙ̃ cetere ꝛ mi
nus humectat. Humidior enī porcus naturalr̄ cete-
ris aīalib⁹ est: ꝛ calor ē ei tēperat⁹ sicut naturali calo
ri. vicin⁹ est enī sicut saporissimū oleū in calore solū: in
hūiditate aūt non: pīguedo enī porcina hūida: oleū
autē siccū. Vn̄ vnctuosa porcina liq̄da est: fluida pin
guedo: iuuatiua forti tenasino in intestinis ꝛ nimie
morsure. Sua enī subtilitate ꝛ liquore: poros mēbro
rum penetrat: ꝛ mordentiū nocumentū humoꝝ miti
gat: lȝ aūt hec eadē humiditas (al's ꝓprietas) hume
ctat: in pinguedīne inueniť anserina ex nimia hūidi-
tate sua: leonina naturalr̄ ceteris calidior ē ꝛ siccior.
Ideoqȝ pinguedo sua dissolutissima ꝛ inflatissima:
sicqȝ torturis neruoꝝ iuuatissima: ad durū ꝛ ad diu-
turnū valet apostema: bouina mediocris est iter por-
cinā ꝛ leoninā. Caprina etsi sit min⁹ calida ꝙ̃ bouina
calidior ē tn̄ ꝙ̃ porcina: q: caprina etsi ceteris ambu
lātib⁹ sit frigidior: tn̄ ad cōparationē cōplexiōis tē-
perate calidior ꝛ siccior. siccitas sua testať: ꝙ postꝙ̃
dissolniť: cito ꝯsolidať ꝛ coagulať. vn̄ vulnerib⁹ in in-
testinis ē iuuatiua: si clystere inde fiat q: cito coagu
lat ꝛ ꝯsolidat. Iuuat ꝙ̃ȝ si cū ptisano coquať: vulnera
pulmonis ꝛ ītestinoꝝ silr̄ mūdificat in oī passiōe cui
op⁹ ē solidatiōe. pecorina etsi porcina ꝛ caprina cali
dior sit: tn̄ siccior porcina: ꝛ caprina hūidior erit: ꝛ iō
magis in intestino iuuat: qd̄ colō vocať: passiōes ma
las: q: pinguedo porcina q: est siccior ea: porcina enī
ex liq̄ditate fluida est: ꝛ nō manet sup vulnera: peco-
rina ex mediocri hūiditate sua melior est: etsi tardi⁹
ꝙ̃ caprina coaguletur naturalr̄. Inde Gal'. de pingue-
dine. Pinguedo inquit leonina siccior est ꝛ calidior.
Canina siccior bouina: bouina siccior caprina: capri-
na siccior pecorina: pecorina siccior porcina: porcina
siluatica calidior ꝛ siccior domestica est.

¶ De diuersitate pīguedinis ex etate aīaliū. Ca. xl.

Diuersitas pinguedinis ex aīaliū etatibus
quattuor modis diuersať. Est enī pīguedo
parui ꝛ lactentis: est ꝛ vicina lactenti: est ꝛ
aīalis iuuenis: est ꝛ decrepiti. Que lactētis
aut vicina lactēti: tēperata in calore erit: in hūidita-
te erit multa. Iunioris calidior ꝛ min⁹ humida. De-
crepiti pinguedo frigidior est ꝛ siccior ceteris: mascu
lina calidior ꝛ siccior feminina: tn̄ iunioris calidior est
ꝛ siccior veteris.

¶ De diuersitate pin
guedinis ex nouitate ꝛ vetustate. Cap. xlj.

Diuersitas pinguedinis ex nouitate ꝛ ve-
tustate erit duplex. est enī recēs vicinitus
ab aīali separata: est vetus iā diu semota.
¶ Recēs min⁹ calida ꝛ magis humida.
Vetus calidior ꝛ min⁹ hūida: ꝛ quāto vetustior: tan
to calidior ꝛ min⁹ hūida: q: in ea pinguedo vetustissi
ma: q: ī calore aeris: quāto plus elongať: tāto sibi ca
lor magis ꝑstať: ꝛ hūiditas desiccať. Vn̄. Ga. Pin-
guedo vetustissima magis est calida: ꝛ multo minus
humida: ꝛ iō magis ꝙ̃ recēs dissolutiua erit. Euris-
phoridus: oīs inq̄t pinguedo siue zirbū vetustissima
hūiditate minorať ꝛ calore maioratur. Testať hoc vi
num: mel: acetum: que quanto sunt vetera: tāto plus
confortantia ꝛ acutiora.

¶ De diuersitate pinguedinis ex artificijs. Ca. xlij.

Diuersitas pinguedinis ex artificijs duplex
erit. aut enī simplex: aut cōposita. Simplex
ex nature cōplexione ꝛ ceteris cōsiderāda.
Cōposita ex admixtis aliā nāciscať naturā.
vnde pinguedo salsa calidior ꝛ siccior non salsa: q:
sal calorem prestat.

¶ Diuersitas nutrimēti aīaliū a parte ipsoꝝ ꝛ coꝝ dispo
sitionū assignata est. In hac parte determinat de ei⁹ diuer-
sitate a parte mēbroꝝ aīaliū assignās naturas ꝛ dispositio-
nes singuloꝝ ꝛ nutrimēti qd̄ ex ipsis accipitur. Diuidiť aūt
hec pars in duas partes. In quaꝝ prima assignat distīctio-
nem trimembrē ꝭm quā mēbroꝝ ꝓcedit diuersitas. In scd̄a
scȝ ibi: Cōplexio est triplex: alia est dura ꝛ neruosa. assignat
diuersitatē iuxta differētias ꝑdicte distinctiōis. Prima non
diuidiť: sed scd̄a diuidiť in tres ꝭm numerū triū differētiaꝝ
mēbroꝝ. In prima assignat diuersitatē mēbroꝝ a parte cō-
positiōis in mollicie ꝛ duricie ꝛ mediocritate cōsistētis. In
scd̄a. s. ī hac: Diuersitas mēbroꝝ ex motu ꝛ q̄ete ꝛc. assignat
eoꝝ diuersitatē a parte mot⁹ ꝛ quietis. In tertia. s. in hac:
Diuersitas mēbrorū ex loco suo duob⁹ est modis. assignat
ipsoꝝ diuersitatē a parte locoꝝ. Ut autē cōpetētius ꝓceda
mus diuisionē exponēdo assignem⁹. ¶ Circa igiť primam
partē dicit ꝙ mēbra triplr̄ diuersanť: cōplexione: loco: motu
ꝛ quiete. Consequēter ꝓsequiť de ipsorū diuersitate iuxta
predictas differētias: ꝛ primo iuxta cōpositionē ꝛ cōplexio-
nem. Hec aūt pars diuidiť in duas. In quaꝝ pma assignat
distinctionē cōplexionis mēbroꝝ q̄ in habitudine ꝛ cōposi-
tione ꝯsistit. In scd̄a. s. in hac: Mēbra sicca sunt neruosa ꝛc.
assignat diuersitatē mēbroꝝ iuxta ei⁹ dr̄ias. ¶ Circa pmā
partē dicit ꝙ cōplexio mēbroꝝ est triplex. quedā dura sicca.
quedā mollis humida. quedā mediocris. ¶ Scd̄a aūt pars
que est de hac diuersitate mēbrorū iuxta ꝑdictas dr̄ias diui
ditur in tres. In quarū prima assignat diuersitatē mēbro-
rum a parte cōplexiōis dure. In scd̄a. s. in hac: Que mēbroꝝ
mollia tenera sunt ꝛc. assignat eoꝝ diuersitatē a parte cōple
xionis mollis. In tertia. s. in hac: Mēbra inter durū ꝛ mol-
le media. assignat eoꝝ diuersitatē iuxta cōplexionē mediā.
¶ Circa primā partē dicit ꝙ mēbra dura frigida sunt ꝛ sic-
ca sicut nerui ꝛ silia: ꝛ dure sunt digestiōis ꝛ pauci nutrimē
ti: maxime cū sint de macris ꝛ veterio⁹ aīalib⁹ ꝛ siccis natu
raliter. Si aūt de pinguib⁹ ꝛ humidis plus cōpetūt: q: sicci
tas sua per cōplexionē ꝛ habitudinē tēperať. ¶ Circa scd̄aȝ
partē assignat diuersitatē mēbroꝝ molliū. Hec aūt pars di-
uiditur in duas. In quarū prima assignat trimembrē distin
ctionē mollicici mēbrorū. In scd̄a. s. in hac: Liquida ex liq̄di
tate inter subtile ꝛ grossuȝ ꝛc. assignat distinctionē mēbroꝝ
iuxta illi⁹ distinctiōis dr̄ias. In tertia dicit ꝙ mēbra liquida
sunt calida ꝛ hūida: ꝛ sunt triplicis gn̄is. quedāȝ sunt liq̄da
sicut pīguedo carnis intercepta. quedā coagulata sicut pin-
guedo zirbi: ꝛ est zirbus pars cōposita ex carne ꝛ pinguedi-
ne. quedā sunt nerui sicut circa costas ꝛ renes. quedam sunt
media sicut spinalis medulla ꝛ cerebrū. ¶ Circa scd̄am par-
tem ꝓsequiť de his differētijs. Hec autē ps diuidiť in tres
ꝭm nūerū ipsarū. In pria agit de diuersitate mēbroꝝ molli
ciei liq̄de. In scd̄a. s. in hac: Pīguedo frigidior ē vnctuosita
te. agit de diuersitate mēbroꝝ mollicici coagulate. In ter-
tia. s. in hac: Medulla ossiuȝ saporosior est ꝛc. agit de diuersi
tate mēbroꝝ mollicici mediocris: ꝛ simul interserit molliciē
coagulatā cum liquida in quibusdā. Prima pars diuiditur
in duas. In quarū prima agit de diuersitate pinguiū mem
brorum liquidoꝝ ꝛ coagulatoꝝ. In scd̄a. s. in hac: Que duo-
bus modis diuiduntur ꝛc. pinguedinis diuersitatē assignat a
parte nature animaliū. Primo igitur dicit ꝙ mēbra liquida
sunt nutrimēti mediocris sicut coagulata duri ꝛ grossi. Se-
cundo ꝭm Gal'. pinguedinē distinguit per mollē liquidā ꝛ li
quefactibilē ab igne sicut oleū: ꝛ coagulatā q̄ cito ab igne eli
quatur ꝛ cito coagulať. ¶ Cōsequēter assignat diuersitatē
pinguedinis a parte nature aīaliū: q: q̄dā sunt aīalia aquo-
sa: quedā terrestria. Pīguedo aūt aquosoꝝ est liquida cito

dissolubilis: tarde coagulationis: sed pinguedo terrestriū est cōtraria: vñ pinguedo terrestriū magis accedit ad vnctuositatem ꝓpter eoꝝ siccitatē. Hec aūt pars dupliciter ꝓbaꝛ: sensu ꝛ rōne. Sensu tactu ꝛ gustu: vñ ꝛ pinguedo terrestriū plus satiat. Ratiōe q: ꝑ frigiditatē aquosoꝝ multa supfluitas humiditatis nō ꝯuerse circa carnē aggregaꝛ: que in pinguedinē ꝯuertiꝛ: sed in terrestrib⁹ minoꝛ fit hmōi aggregatio ꝓpter caloꝛē cōuertentē ꝛ cōsumentē: ꝛ ideo in aquosis pinguedo ꝓpter humiditatē multiplicaꝛ: in terrestrib⁹ vnctuositas ꝓpter caloꝛē ꝛ siccitatē. ¶ Consequēter aggreditur partē illā in qua diuersitatē assignat membroꝝ a parte molliciei coagulate: ꝛ in illa parte de natura pinguedinis et eius diuersitate ꝓsequiꝛ. Hec aūt pars diuidiꝛ in duas. In quarū prima cōparat pinguedinē ad vnctuositatē ꝛ vtriusq̄ conditiōes assignat. In scđa. s. in hac: Diuersitas pinguedinis nutrimentoꝝ ꝛ sue actiōis ꝛc. assignat pinguedinis diuersitatē. Circa partē primā decē ꝓponit. Pmo cōparat pinguedinē ad vnctuositatē dicēs ꝙ frigidioꝛ est ꝛ siccioꝛ. Scđo vtriusq̄ conditiōes assignat q̄ consistūt in nocumēto stomachi ꝛ intestinoꝝ ꝛ virtutū naturaliū eoꝝ: ꝛ in multa repletione ꝛ pauco nutrimēto mēbroꝝ. Tertio īducit ad hoc auctoritatē Ruffi dicētis vtrāq̄ mltū satiare ꝛ parū nutrire. Quarto inducit auctoritatē Gal. consequēter pinguedinis assignat diuersitatē. Hec aūt pars diuidiꝛ in duas. In quarum prima assignat quinq̄mēbrem diuisionē cōditionū ꝼm quas pinguedo diuersaꝛ. In scđa. s. in hac: Ex generib⁹ tripliciter: aut enim masculina ꝛc. assignat ei⁹ diuersitatē a parte illarum conditionū. Dicit ergo ꝙ pinguedo in sua cōplexione ꝛ actiōe quinq̄ modis diuersaꝛ. Primo ex sexu animalis. scđo ex natura. tertio ex etate. quarto ex nouitate ꝛ vetustate. quinto ex artificijs. Cōsequēter iuxta pdictas cōditiones pinguedinis diuersitatē assignat. Hec autez pars ꝼm naturā earū in quinq̄ diuidiꝛ. In quarū prima assignat eius diuersitatē a parte sexus. In scđa. s. in hac: Diuersitas ex naturis sex modis ꝛc. a parte nature animaliū. In tertia scꝫ in hac: Diuersitas pinguedinis ex animaliū etatib⁹ ꝛc. a parte etatis animaliū. In quarta. s. in hac: Diuersitas pinguedinis in nouitate ꝛ vetustate. a parte nouitatis ꝛ vetustatis eius. In quinta. s. in hac: Diuersitas pinguedinis ex artificijs duplex est. a parte artificij. Circa primā partē dicit femininoꝝ aīaliū pinguedo est frigida ꝛ humida: masculorum calida ꝛ sicca: castratoꝝ media. ¶ Circa scđam partē assignat pinguedinis diuersitatē a parte nature aīaliū. Hec aūt pars diuidiꝛ in duas. In quarū prima in gñali distinguit aīaliū cōplexiōes. In scđa. s. in hac: Vñ pinguedo porcina magis ceteris humectat. assignat cōparationē generū pinguedinis diuersoꝝ aīaliū adinuicē ratiōe cōplexionis aīaliū ¶ Circa primā partē dicit ꝙ pinguedo aīaliū ex cōplexionibus diuersaꝛ sex modis ꝼm cōplexiones sex: calidā: frigidā: ꝛ tēperatā: humidā: siccā ꝛ tēperatā. ¶ Circa scđaꝫ partē cōparat pinguedines aīaliū diuersoꝝ adinuicē. Pmo autez facit hanc cōparationē. Scđo intentionē ꝯfirmat ꝑ Gal. et multoꝝ aīaliū ꝛ pinguedinū ipsoꝝ exēpla inducit: ꝛ in oīb⁹ sermo ei⁹ est planus. ¶ Circa tertiā partē assignat diuersitatem pinguedinis ratiōe etatis aīaliū dicēs ꝙ cū qttuoꝛ sint etates: pinguedo aīalis lactētis est multū hūida in caloꝛe tēperata: iuuenis calida ꝛ sicca: senis ꝛ decrepiti frigida ꝛ humida: sꝫ masculi calida ꝛ sicca: femine ꝯria: ꝛ bñ ꝓportionaꝛ sexus etati. ¶ Circa primā partē primo dicit ꝙ cū sit quedā pinguedo noua: quedā vetustissima: quāto nouioꝛ est: tāto frigidioꝛ ꝛ humidioꝛ: quāto vetustioꝛ: tāto calidioꝛ ꝛ siccioꝛ: propter caloꝛē aeris continētis desiccātis. Scđo intentionem cōfirmat ꝑ Ga. Tertio ꝑ simile in vino: melle ꝛ aceto. ¶ Circa qntā partē assignat pinguedinis diuersitatē a parte artificij dicēs ꝙ quedā est simplex: ꝛ hec diuersaꝛ ꝼꝫ naturā suā ꝛ pdictas ꝯditōes: alia cōposita ꝛ hec sequiꝛ naturā eoꝝ cū quib⁹ cōponiꝛ: vñ cū sale cōposita calida est ꝓpter caliditatē salis. Ex pdictꝭ igiꝛ pōt diuisio hui⁹ lectiōis sic haberi. nā in ipsa decē partes ꝯtinenꝛ. In quaꝝ prima assignat distinctionē trimēbrē mēbroꝝ: mollis: dure: ꝛ mediocris. In scđa scꝫ in hac: Cōplexio est triplex ꝛc. ꝓsequiꝛ de mēbris distinctionis: ꝛ determinat de membroꝝ diuersitate a parte duriciei. In tertia. s. i hac: Liquida ex liqditate ꝛc. assignat ipoꝝ diuersitatē a parte molliciei q̄ in pinguedine ꝛ vnctuositate cōsistit. In qrta. s. in hac: Pinguedo frigidioꝛ est vnctuositate. assignat naturā pinguedinis ꝛ vnctuositatis. In qnta. s. in hac: Diuersitas aūt pinguedinis ꝛc. ꝓsequēs de ei⁹ diuersitate penes illas ꝯditiōes assignat ei⁹ diuersitatē rōne sexus aīaliū. In sexta. s. in hac: Diuersitas in naturis sex cōsideraꝛ modis. assignat ei⁹ diuersitatē rōne cōplexiōis aīalium. In septima. s. in hac: Diuersitas pinguedinis ex nouitate ꝛ vetustate. rōne etatis. In nona. s. in hac: Diuersitas pinguedīs ex artificijs ꝛc. rōne artificij. reliq̄ seqntia patet.

¶ Circa partē istā tria qruntꝛ. Primū est de cōplexiōe carnis aīaliū. Scđm ē de cōplexiōe pīguedīs. Tertiū ē de cōparatiōe carnis macre ꝛ pīguedīs ī maiori nutrimēto ꝛ minori.

¶ Circa primū ꝓcedit hoc mō: queriꝛ vtrū oīs caro sit calida: ꝛ videꝛ ꝙ sic: oē illud qđ de natura sua ꝓportionale est ꝛ natū ꝯuerti ad caloꝛē naturalē ē calide nature: sꝫ caro oīs est hmōi: ergo oīs caro est calida ꝛ humida. ¶ Scđa rō hec est: dicit Gal. in lib. de simplici medicina ꝙ illud dꝛ esse calidum qđ caloꝛē nostri corꝑis īmutat ꝛ ipm augmētat: sed illud qđ caloꝛē nostri corꝑis augmentat est triplex: q: quedā augmētant qualitatiue vt medicine calide. quedā quātitatiue vt applicatio puellarū ad ventrē. quedā vtroq̄ mō sicut cibus: sꝫ oīs caro est hmōi respectu corꝑis: ğ oīs caro est calida. Tertia ratio hec est: oē illud qđ ꝑ sui vicinitatē ꝛ ꝓportionē ad caloꝛē naturalē ꝛ naturā nrī corꝑis maxime nutriꝛ est calide nature: sed oīs caro est hmōi sicut dicit Raꝭ. ergo oīs caro est calida. Hoc etiā sic ꝯfirmaꝛ: q: illud qđ ad calidū humoꝛē ꝯuertiꝛ est calidū: sed caro oīs ꝯuertiꝛ ad humoꝛez calidū: q: ad sanguinē ꝼm Raꝭ. q: mltū addit in ipm: ğ oīs caro calida. Quarta rō hec est: oē illud qđ corpus nostrū calefacit naturaliꝛ: ꝛ patiētib⁹ nocet q: caloꝛē icēdit: est calidū: sed oīs caro est hmōi: sicut vult Raꝭ. ğ oīs caro est calida. Ad oppositū: dicit phs qrto metheoroꝝ: ꝛ etiā libro de gñatione: oīa aīalia ꝛ terrenascentia ꝯstāt a dñio ex hūido aquoso ꝛ sicco terreo: ꝛ isto maxime nutriunꝛ: sed vnūquodq̄ hꝫ dñiū elementoꝝ q̄ in eo dominanꝛ: ğ cū terra ꝛ aqua dñenꝛ in aīali: necesse est ꝙ habeat qlitates ipsoꝝ: sꝫ hmōi qlitas est frigiditas: ğ necesse est ꝙ oīs caro sit frigida. Hec rō sic cōfirmaꝛ: qm̄ carnes iudicari debēt ꝼm materialē existētiā: q: cū iudicam⁹ carnē calidā vl frigidā hoc nō est nisi in rōne cibi: sed nō est in rōne cibi nisi mortua: ꝛ ꝓpter h̄ nō iudicaꝛ nisi mortua: ꝛ sic ꝼꝫ materialē existētiā: sed tūc est in carnib⁹ dñiū elemētoꝝ frigidoꝝ ꝛ nō calidoꝝ: ğ oīs caro dꝫ iudicari frigida. Preterea si oīs caro esset calida: caro porci eēt cali. hoc aūt falsū: ğ primū. Tertia rō hec est: nihil qđ sanguinē diminuit est calidū: sed carnes quedā sunt q̄ sanguinē diminuūt sicut bouine: ꝛ si ipm gñant generāt grossum ꝛ melancholicū: ğ nō oīs caro est calida. Ad hoc dicendū ꝙ oīs caro est ca. ꝛ hūida. Ad ratiōnē dicēdū ꝙ cuilibet aīali debeꝛ duplex cōplexio. Vna ꝑ naturā illā ꝑ quā ē mixtū. Alia vo sibi debeꝛ ꝑ naturā illā ꝑ quā est viuēs: ꝛ hoc vltimo mō quodlibet aīal calidū est ꝛ hūidū: ꝛ hac via nō accipiꝛ a medico in via cibi. Prima per quā est corpus mixtū est duplex: quia quedā est materialis: ꝛ quedā cōplexio formalis sicut videꝛ in pipere in quo est duplex cōplexio: q: qdā est materialis quā hꝫ a dñio elementoꝝ vincentiū in ipso: ꝛ sic terra vincit ꝛ dñaꝛ in eo: ꝛ ab ista nō denoīaꝛ piper. Alia est cōplexio formalis in pipere q̄ est principiū operādi: ꝛ hoc mō in pipere est dñiū partiū igneaꝝ: ꝛ ab ista iudicaꝛ calidū. Eodē mō ponim⁹ in carne eē duplex dñiū: materiale ꝛ formale siue cōplexionale. vñ rōne cōplexiōis iudicanꝛ calide: rōne vo materie nō. Ad scđaꝫ ratiōnē dicendū ꝙ cōplexio carnis est duplex. Quedā que debeꝛ aīali in gñe suo. Est alia q̄ debetur aīali in hac specie. Dico igiꝛ ꝙ cōplexio carnis ē calida ꝛ humida in gñe carnis: in specie tñ ista caro pōt esse calida ꝛ sicca vel frigida: sicut caro porci inquantū caro calida est ꝛ humida: in hac tñ specie frigida est: ꝛ sic de alijs. Et h̄ est fere qđ dicit Gal. ꝙ nūq̄ dꝛ caro ca. ꝛ hu. nisi respectu sanguis

¶ Scđo qriꝛ circa h̄: vtrū vinū magꝭ debeat accipi post carnes ꝙ post pisces: vl ecōuerso: ꝛ vr ꝙ magꝭ noceat cū carnibus: egritudīes ex vsu carnis sunt calide ꝛ maxie sanguinee

sed vinū acceptū post carnes maxime addit in sanguinē: sicut dicit Ras. vnde qui multū vtitur carnibus sepe indiget minutione: maxime qñ vinū bibitur: ergo vinum acceptū post carnes nocet magis ꝙ post pisces. Scd̄a ratio hec est: vinum calorem naturalē confortat ⁊ acuit ad digestionē. vo carniū minor calor requirit ꝙ ad digestionē piscium: ergo cū vinum calorē naturalē confortat per quē fit digestio: post pisces magis cōpetit vinū ꝙ post carnes. Ad oppositū pisces indigestibiliores sunt ꝙ carnes: vinū vo facit cibū penetrare ad membra. vnde Auicē. precipit ꝙ si cibus est putridus quousqȝ sit digestus non debet dari bonū vinum: qr cibum infectū faceret ad membra penetrare ⁊ inficeret ipsa: pisces vo sunt hmōi: qr declināt a bonitate respectu carnium: ergo post pisces non debet accipi vinū. Ad hoc dicendū ꝙ magis cōpetit post pisces ꝙ post carnes. Ad rationē dicendum ꝙ vinum duo efficit. Primū est ꝙ calorem naturalē confortat. Secundū est ꝙ cibū ad mēbra corporis delegat ⁊ pfundat. Vinum ergo primo modo magis cōpetit post expiditionē piscium ꝙ carniū cum indigestibiliores sint ꝙ carnes. Secundo modo non cōpetit vinum post pisces quousqȝ cibus digestus fuerit. ¶ Tertio queritur circa hoc qd̄ plus calefacit corpus an vinum an carnes: ⁊ videt ꝙ carnes. Dicit Auicē. ꝙ cibus tria opera facit. Primo deperditū restaurat. Secūdo calorem naturalē augmētat sanguinē augmentādo. Tertio alterat corpus per qualitatē que ei remansit: sed caro maius augmentū facit in calorē naturalē ꝙ vinū: cū ab ea plures humiditates generent: ergo caro plus calefacit corpus ꝙ vinum. Secunda ratio hec est: dicit ysaac ꝙ calor naturalis nutritur ex rebus vnctuosis sicut ex vnctuositate sanguinis ⁊ similiter innaturalis: ergo illud in quo est maior vnctuositas magis nutrit: sed hoc est calor respectu vini: ergo caro plus augmētat calorē naturalē et sanguinē ꝙ vinū. Ad oppositū: illud maxime habet conformitatē cū calore naturali: qd̄ maxime ipsum cōfortat: ⁊ maxime calefacit: sed vinū est hmōi fm ysaac: ergo vinum magis calefacit ꝙ caro. Secūda ratio hec est: illud magis calefacit corpus qd̄ citius cōuertitur ad calorē naturalē: sed hoc est vinum: ergo magis calefacit ꝙ caro. quod concedimus. Caro em̄ multū restaurat deperditū: vinū vo non tantū restaurat: sed calorē naturalē plus confortat: vnde qr in conualescentib⁹ intendimus deperditum restaurare: ideo exhibent carnes magis ꝙ vinum. Ad rationē dicendū ꝙ aliqd dicit addere in calorē naturalē duobus modis. Uno modo quantitatiue et hoc modo plus addit caro in calorē naturalē ꝙ vinū ⁊ in sanguinē: qr maior humiditas ex illa generat. Alio modo qualitatiue ⁊ hoc modo plus addit vinum in calorē naturalē: qr ipsum magis incendit. Ad aliud dicendū ꝙ illud qd̄ augmentat calorē naturalem est duplex. Sunt em̄ res que augēt calorē naturalem que de facili patiunt a calore naturali sicut res vnctuose: vñ lac ꝙuis sit frigidū: auget tñ calorē naturalē: qr de facili patitur ab eo. Secundo modo auget aliquid calorē naturalē ppter sui similitudinē cum eo sicut res calide. Tertio mō propter qualitates acutas calidas. Dicim⁹ ergo ꝙ res vnctuose addunt in calorem naturalem primo modo: vinum vo alijs duobus modis.

¶ Circa secundū procedit hoc modo: querit de pinguedine: vtrum oīs pinguedo sit calida: videtur ꝙ sic: dicit Auicē. illud dicitur esse calidū qd̄ cito conuertitur in naturā ignis: neqȝ ponitur instātia in festuca ⁊ pilo: que cito conuertunt ad naturā ignis: ⁊ tñ non iudicantur calida. Calor em̄ ignis subtilis ⁊ acutus est: ⁊ ideo potest penetrare cito ⁊ conuertere festucam ⁊ pilum ad sui similitudinem cum sint subtilis substantie. Calor vero nostri corporis grossus ⁊ obtusus est: ⁊ ideo non est simile: illud ergo qd̄ de facili conuertit ad calorem est calidū: pinguedo oīs est hmōi: ergo pinguedo omnis est calida. Scd̄a ratio hec est: omne qd̄ habet naturā maturatiui ⁊ putrefactiui est calide nature ⁊ humide: talia em̄ addunt in calorē naturalē: sed ista sunt de gñe pinguedinum ⁊ rerum vnctuosarū: ergo oīs pinguedo est calida ⁊ humida. Tertia ratio hec est: phs in libro de aīalibus cōparat pinguedinē ad medullā ossium: ⁊ dicit ꝙ sicut se habet pinguedo ad carnem: ita se habet medulla ad ossa: sed medulla est calida ⁊ humida: ergo similiter pinguedo est calida ⁊ humida. Quarta rō hec est: in gñe viuentiū maior est caliditas in aīalibus ꝙ in planta: ⁊ sicut vnctuositas in aīalibus: similiter in plantis: sed vnctuositas in plātis est calida: ergo pinguedo in animali est calida. Quinta ratio hec est: omē illud quod maximū calorē augmētat sui quātitate: potest etiam augmentare debilem: sed pinguedo porci calorem herisipile augmētat: qui magnus est respectu caloris nostri corporis: ergo multofortius calorē nostri corporis augmentat: sed oē tale est calidū: ergo oīs pinguedo est calida. Ad oppositum: oē illud qd̄ appositū corpori calorem naturalē diminuit est nature frigide: sed pinguedo est hmōi: ergo oīs pinguedo est frigida. Minor patet: oleū em̄ remouet calorē accidentalem: vnde si facies alicui⁹ ardētis ex alio inungat mitigat. Secūda ratio hec est: vnūquodqȝ in ratiōe cibi dicit frigidū qd̄ ad humores frigidos cōuertitur: sed pinguedo ad humores frigidos cōuertit: ⁊ maxime ad phlegmaticos: ergo pinguedo in ratiōe cibi debet iudicari frigida. Tertia ratio hec est: si oīs pinguedo esset calida porcina esset calida quod est falsum. Ad hoc dicunt quidam ꝙ pinguedo omnis est frigida. Nos tñ dicimus ꝙ pinguedo oīs est calida. Ad rationē primā in cōtrariū dicendū ꝙ calor naturalis est in statu triplici: in primo est remissus: in scd̄o cum est corporeus: in tertio cum est intēsus. Dicimus ergo ꝙ pinguedo scd̄o modo calorem naturalē infrigidat. Unde notandū ꝙ sunt quedam res que dicunt calide qr calorem recipiūt: alie dicunt calide qr calorem imprimunt: ⁊ iste res semp dicunt calide siue calor sit fortis siue debilis: qr effectiue calefaciūt sicut cepe: allia: piper. Res vo vnctuose dicunt calide patiēdo de facili a calore nisi qñ ipse calor est fortis sicut in herisipila: vñ tūc pinguedo dicit esse calida. Ad scd̄am rationē dicendū ꝙ aliquid dicatur cōuerti ad frigidos humores dupliciter. Primo modo per similitudinē rei frigide. Alio modo per viam accidentis: qr locum digestionis refugit: ⁊ ideo conuertitur ad humorē qui circa locum digestiōis existit. s. ad phlegma: ⁊ hoc modo pinguedo ad phlegma cōuertit: fugit em̄ locum digestionis. Ad aliud dicendum ꝙ cōplexio pinguedinis est duplex. Una quam habet ratione ppria qua est pinguedo. Alia quā habet rōne animalis cuius est. Primo modo oīs pinguedo est calida. scd̄o modo nō: imo quedā frigida sicut pinguedo porci. Post predicta possunt tria dubitari de pinguedine. Primū est de natura ⁊ cōparatiōe eius ad carnem ⁊ oleum. Scd̄m est de diuersitate eius a parte animaliū. Tertium est de diuersitate eius a parte cōplexionis animaliū.

¶ Circa tertiū proceditur hoc modo: ⁊ querit que sit calidior: an caro: an pinguedo: ⁊ videtur ꝙ caro: digestio in corpore animalis fit a calore naturali: vnde perfecta digestio a perfecto calore: ⁊ debilis a debili: sed quāto aliqua res digestibilior: tanto habet fortiorē calorē: sed caro est hmōi respectu pinguedinis: ergo caro calidior est pinguedine. Secunda ratio hec est: oīs pars animalis cui calor imediati⁹ adheret calidior est illa cui non adheret īmediate: sed caro est huius pars respectu pinguedinis: in ipsa em̄ carne radicat calor: ergo caro calidior est pinguedine. Ad oppositum: partes que in animali facilius ad naturam caloris conuertunt propter cōuenientiam cum calore calidiores iudicātur: sed pinguedo est hmōi respectu carnis: ergo pinguedo est calidior carne. Hec autem ratio cōfirmatur per hoc qr partes ille in quibus calidū dominat aereū: calide sunt ⁊ de facili ad naturam ignis conuertunt: sed pinguedo est talis pars: ergo est calidior carne. Scd̄a ratio hec est: dicit Gal. super aphorismos: ꝙ sanguis calidior est lacte: ⁊ causa hui⁹ est: qr sanguis generat in epate: lac vo in mamillis: ⁊ qr epar calidius est mamillis: ideo sanguis calidior est lacte: ⁊ est fonti caloris. i. cordi propinquior: sed illud quod sanguini est propinquius est calidius: sed pinguedo est proximior sanguini ꝙ caro: ergo pinguedo est magis calida. Hoc etiā cōfirmatur per hoc ꝙ pinguedo ex partibus calidioribus generatur ꝙ caro. Ad hoc dicēdū ꝙ pinguedo calidior est carne: licet qdā dicant contrariū. Ad rationē primā in contrariū dicendū ꝙ aliquid dicitur esse calidius duob⁹ modis. Primo modo qr impressio caloris est fortior in ipo: ⁊ hoc modo ferrū candēs

dicitur calidius

dr calidius alio. Scđo mō q: facilius ad ignē ꝯuertit̃ sicut sulphur. Tertio modo q: cōplementum actionis caloris for-tius recipit siue decoctione: ⁊ hoc mō caro ꝑfecte cocta ca-lidior est ꝙ̄ semicocta q: fortiorē effectū caloris recipit. Pri-mo igitur ⁊ scđo mō calidior est pinguedo carne: tertio tñ modo caro est calidior: q: cōplementū actiōis caloris qđ est digestio: in carne est maius ꝙ̄ in pinguedine. facilius eñ ⁊ melius digerit̃ ꝙ̄ pinguedo. idem iudiciū est de lacte ⁊ san-guine. ¶ Scđo querit̃ qđ magis calefacit corpus: an pingue-do an caro: ⁊ videtur ꝙ pinguedo. illđ magis calefacit cor-pus: qđ facilius ad calorē sanguinis transmutat̃: q: calidi⁹ est: sed pīguedo est hmōi respectu carnis cū ex vnctuosis ca-lor naturalis nutriat̃: ergo pinguedo magis calefacit corp⁹ ꝙ̄ caro. Scđa rō hec est: dicit rasis. Uniuersalr oīs caro cale-facit q̃ febricitantibus icōgrua iudicat̃: negatur eñ caro fe-bricitāti: ꝓpterea q: de facili ad calorē naturalē ⁊ innatura-lem ꝯuertitur: ergo illa q̃ febricitātibus plus ꝓhibetur ca-lidior est: sed caro pinguis plus ꝓhibet̃ febricitāti ꝙ̄ macra ergo pinguedo calidior est ꝙ̄ caro. ¶ Ad oppositum: illud qđ hūidissimū sanguinē gñat ⁊ phlegmaticū calorē natura-lē reprimit: sed pinguedo est hmōi ſm ysaac: q: ꝯuertitur si-cut ipse dicit ad phlegma grossuȝ vel subtile: ergo pīguedo est frigidior carne. Ad hoc dicēdū ꝙ pinguedo respectu cor-poris humani calidior est. ¶ Ad rōnem dicendū ꝙ aliqđ dr ꝯuerti ad hūorē frigidū duplr. Primo mō q: hȝ potestati-uā similitudinē cū humore: ⁊ hoc mō pinguedo nō ꝯuertit̃ ad illū humorē. Alio mō ꝑ viam accidentis videlȝ q: locū di-gestionis refugit: ⁊ hoc mō pinguedo ꝯuertit̃ ad illum hu-morē. s. phlegma: q: est citra locū digestionis. ¶ Tertio q̄rit̃ quid plus nutrit an caro cū pinguedine: an sine pinguedi-ne. ⁊ videtur ꝙ caro cui admixta est pinguedo: illud eñ ma-xime nutrit qđ hȝ maxime ꝓportionē cū calore naturali ipȝ sustētans ⁊ augmētans: sed caro cui admixta est pinguedo est hmōi: ergo illa maxime nutrit. Hoc etiā confirmat̃ ꝑ hoc qđ dicit ysaac ꝙ caro q̃ aliquantulā pinguedinē hȝ tēpera-ta est ad digerēdū: ⁊ oē tale plus nutrit: ergo caro aliquātu-lū pinguis plus nutrit. Ad oppositū est auctoritas raſ. dicē-tis ꝙ caro sine pinguedine rubea sicci sanguinis est gñati-ua paucas sup̄fluitates faciēs: magis eñ nutrit adipe. i. pi-guedine: ⁊ sic videt̃ ꝑ rasiȝ. ꝙ caro cū pinguedine minus nu-trit. Ad hoc dicēdū ꝙ caro sine pinguedine magis nutrit ꝙ̄ cū pinguedine: ⁊ etiā sanguinē optimū gñat. Raſ. vo dicit ꝙ caro variata hoc est cū pinguedine intercepta sanguineȝ tēperatū gñat. Ad rōnē in ꝯriū dicēdū ꝙ pinguedo est du-plex. q̃dā est a carne segregata: ⁊ hec minime nutrit ⁊ nutri-mentū liqdū facit. Alia est pīguedo q̃ est ꝯiūcta carni: ⁊ hec est duplex: q: q̃dā est intercepta de qua dicit Raſ. ꝙ vocat̃ caro variata: ⁊ hec est media inter pinguedinē ⁊ carnē ma-cram: ⁊ hec minus nutrit ꝙ̄ macra. Alia est pīguedo que est humiditas ventosa irrorās carneȝ: ⁊ hec est in carne aīalis pinguis: ⁊ hec multuȝ nutrit. ¶ Quarto q̄rit̃ circa hoc qđ est calidius an oleū: an pinguedo: ⁊ loquor de pinguedine in gñe: ⁊ videt̃ ꝙ pinguedo: q: sicut ordinant̃ viuētia ita et vnctuositates q̃ ex viuētib⁹ extrahūt̃: g̃ sicut ordināt̃ aīal ⁊ plāta: silr pinguedo ⁊ oleū: sed aīal calidius est plāta: g̃ pin-guedo calidior est oleo cū oleū ex planta ꝓueniat. Hoc aūt confirmat̃ ꝑ ysaac dicentē ꝙ pinguedo in aīalibus calidis calidior est: ⁊ in aīalibus frigidis frigidior: vñ leonina pin-guedo calidior est pinguedine porci: sed sicut aīal calidi⁹ est alio aīali: silr aīal calidius est plāta: g̃ pinguedo calidior est oleo. Scđa rō hec est: dicit Ga. in libro cōplexionū de sim-plici medicina: ꝙ oleū cōe nō est calidū sȝ tēꝑatū: sȝ oēqđ de-clinat ad lat⁹ caliditatis calidi⁹ est ꝙ̄ tēperatū: sed oīs pin-guedo sicut ꝓbatū est superius est calida: oleū vero tēpera-tū: ergo pinguedo calidior est oleo. ¶ Ad oppositū: oē illud qđ facilius ad naturā ignis ꝯuertit̃ calidius est inter res vn-ctuosas: sed oleū est hmōi respectu pinguedinis: oleū enim frigidissimū cito ⁊ bene ardet ⁊ ad naturā ignis ꝯuertitur: ergo oleū calidi⁹ est pinguedine. Ad hoc dicēdū ꝙ oleū ca-lidius est pinguedine. Ad rōnē in ꝯriū dicēdū ꝙ plāta in ge-nere plāte frigidior est aīali: tñ oleū calidius est pinguedīe q: in pinguedine aīalis nō est oīno depuratio sup̄fluitatis

immo hȝ admixtionē partiū terrestriū. in pinguedine vero plāte sicut in oleo totū humidū vnctuosum purū est: humi-dū eñ aquosum penitus ablatū est: ⁊ ideo aptius est ad ca-lorem ⁊ naturam ignis: ⁊ ideo calidius est pinguedine. Ad scđȝ dicēdū ꝙ oleū duobus modis ꝯsiderat̃. Primo mō in se ⁊ hoc mō ponit̃ eē calidū: scđo mō ꝯsiderat ī respectu ad aīal: ⁊ hoc duobus modis. Primo mō immutādo corpus: alio mō in recipiēdo. Primo igit̃ istoꝝ duoꝝ modoꝝ oleuȝ tēperatū est: nō eñ īmutat corpus nec facit ipm calidi⁹ aut frigidius. Scđo mō oleū calidū est: q: cū ꝯuertit̃ ad naturā nostri corporis: recipit fortē imp̄ssionē vel caliditatē: ⁊ ideo hoc mō ponit̃ calidū: multū eñ calefacit. ¶ Quinto q̄ritur vtrū oleū sit siccū: ⁊ videt̃ ꝙ nō: q: in oleo est humidū aereū ꝑ qđ hȝ sup̄natare sicut dicit phs in q̄rto: sed nulluȝ tale est siccū: ergo oleū nō est siccū. Hoc aūt ꝯfirmat̃ ꝑ Ga. dicēteȝ ꝙ oleū est tēperatū: sed nihil qđ est tēperatum declinat ad aliquas qualitates: ergo oleū non declinat ad siccitatē. Ad hoc dicēdū ꝙ oleū plus declinat ad humiditatē ꝙ̄ ad siccita-tē. Ad auctoritatē ysaac dicēdū ꝙ aliqđ dr corpus desiccare duob⁹ modis. Primo mō ꝓpter siccitatē potestatiuā quaȝ hȝ ⁊ hoc mō pip corp⁹ desiccat: scđo mō ꝓpter effectū quē acq̄rit qñ ꝯuersum est ad naturā corporis: ⁊ hoc mō oleū dr desiccare corp⁹ vl' cutē: nō q: sit siccū: sȝ q: fit ꝯfricatio cū cu-te ⁊ aggñatur q̃dā incensio ⁊ inflāmatio vel caliditas: ⁊ ꝑ istaȝ desiccat cutē ⁊ corium. ¶ Sexto q̄rit̃ circa hoc vtrum pinguedo siccior sit oleo: ⁊ videt̃ ꝙ sic: illud qđ hȝ ptes ter-restres ⁊ grossiores siccius est: sed pinguedo est hmōi respe-ctu olei: cui⁹ signū est ꝙ nō sup̄natat sicut oleū ꝓpter ptes sui terrestres: ergo pinguedo est siccior oleo. Ad oppositū est illud qđ dicit ysa. ꝙ pinguedo est humidior oleo. Ad hoc dicēdū ꝙ pinguedo humidior est oleo. Ad rōnē dicēdum ꝙ siccū dr multis modis. Primo mō ī substātia sicut ȝinȝiber Scđo mō in cōplexiōe sicut cholera. Tertio mō qđ ad mate-riā siccā ꝯuertit̃: ⁊ hoc mō oē oleagineū est siccum. Quarto mō in trāsmutatione p̄dicta ꝓpter cui⁹ trāsmutationē vlte-rius desiccat. Dicim⁹ ergo ꝙ oleū ⁊ pinguedo ita se hñt ꝙ pinguedo in substātia ⁊ cōplexione siccior est: oleū vero hu-midius: in gñato tñ oleū siccius est: q: cū ꝯuersum est ad na-turā corporꝫ magnā imp̄ssionē ⁊ siccitatē recipit.

¶ Circa scđȝ sic ꝓcedit̃: q̄rit̃ vtrū pīguedo canina sit calida ⁊ videt̃ ꝙ nō: pīguedo eñ seq̄t̃ naturā aīalis cui⁹ ē: sȝ corp⁹ canis frigidū est ⁊ siccū: ergo ⁊ pinguedo sua dȝ esse frigida ⁊ sicca. Ad oppositū est qđ dicit ysa. ꝙ post pinguedinē leo-ninā calidior est canina ⁊ post caninā bouina. Ad hoc dicen-dū ꝙ pinguedo canina frigida est: ⁊ cū ordinat ysaac caninā post leoninā nō facit rōne caliditatis: sȝ rōne siccitatis. Uel possumus dicere ꝙ in carne canis duplex est natura. natura s. carnis: ⁊ hec est frigida ⁊ sicca: ⁊ natura sanguinis ⁊ hec ē calida. Pōt ergo dici ꝙ pinguedo nō seq̄tur naturā carnis sed naturā sanguinis. ¶ Scđo q̄ritur circa hoc vtruȝ pin-guedo alicui⁹ aīalis sit calidior sanguine eiusdē aīalis: ⁊ vi-det̃ ꝙ sic: dicit Aui. ꝙ res dicūtur calide q̃ cito ad ignē ꝯuer-tunt̃: ⁊ q̃ citius ꝯuertunt̃ ad calorē calidiores sunt: sed pin-guedo est hmōi respectu sanguinis: ergo pīguedo calidior est sanguine. Ad oppositū illud qđ magis accedit ad fonteȝ caloꝛꝫ. s. cordis est calidi⁹: sȝ sanguis ē hmōi respectu pīgue-dinis: ergo est calidior ꝙ̄ pinguedo. Scđa rō hͣ est: dicit phs libro de aīalibus. ꝙ aīalia hñtia sanguinē calidiora sunt: vñ subiungit: quāto pinguiora tāto frigidiora: ⁊ quāto pīguio-ra tāto minus hñt de sanguine. Ex his ergo ꝯcludit̃ ꝙ san-guis calidior est pinguedine. Ad hoc dicēdū ꝙ sanguis cali-dior est pīguedine. Ad rōnē dicēdū ꝙ aliqđ dr calidi⁹ duob⁹ modis. Primo mō participatiōe: q: magꝫ imprimit ⁊ partici-pat caliditatē: ⁊ etiā q: ꝓximius est fonti caloris. i. cordi: et hoc mō sanguis calidior est pinguedine. Scđo mō in patiē-do ⁊ recipiēdo caloris imp̄ssionē: ⁊ hoc mō pīguedo calidior est sanguine: sicut videmus ꝙ pip calidius est q: magis im-primit caliditatē: cera tñ calidior est pipe in patiēdo ⁊ recipiē-do: q: citius recipit imp̄ssionē caliditatis. eodē mō notādū de pinguedine ⁊ sanguine. ¶ Tertio q̄ritur circa hoc de se-po hircino quare cōpetit in dissinteria. Ad hoc dicendū ꝙ hͣ est q: hmōi sepū hȝ in se vnctuositatē ⁊ stipticitatē: rōne

stipticitatis restringit: rōne vnctuositatis ꝯsolidat: ⁊ h̄ duo in dissintera reqrunt: vñ optimū est ꝙ hmōi sepū in clysteribus apponatur.

¶ Circa tertiū q̄ritur quare hoc est ꝙ piguedo vinū ⁊ acetū quāto plus inueterascūt: tāto plus calidiora sunt: in aīalibus vero est ecōtrario: aīal em̄ quāto plus ꝓcedit in etate tāto frigidius ⁊ siccius est. Ad hoc dicendū ꝙ cā huiꝰ est q: in pinguedine noua ꝓpter sui nouitatē est multa humiditas aquosa: ⁊ hec calorē suffocat ⁊ debilē reddit: ꝑ ꝓcessuȝ vero tpis illa humiditas ꝯsumit̄ ⁊ fit calida: ⁊ hoc est qđ dixerunt antiq ꝙ ꝑ ꝓcessum tpis ptes aquose in aereas: et aeree in igneas ꝯuertunt̄: ⁊ sic fit vino tota calida: ⁊ ita ponit̄ de vino ⁊ aceto. In aīali vero quāto plus in etate ꝓcedit: tanto plus resoluitur calor naturalis ⁊ consumitur: ⁊ ideo fit animal frigidius ⁊ siccius.

¶ De medullis. Capi. xliij.

¶ Lectio. xxxix.

Medulla ossiū saporosior ⁊ melior pinguedine ⁊ vnctuositate: q: media īter grossaȝ pinguedinē ⁊ subtilē vnctuositatē: ⁊ ideo actio sua inter pinguedinem ⁊ vnctuositatem media.

¶ De cerebro. Capi. xliiij.

Cerebrū etsi naturalr̄ sit calidū ⁊ humidū q: ex gn̄ibus est piguedinū ⁊ medullaꝝ: tm̄ accidētaliter est frigidū ꝓpter multuȝ aerē frigidū caput circūdantē: ⁊ propter puitatē carnis ⁊ piguedis suꝑ caput existētē. Vñ q̄daȝ arbitrati sunt cerebrū naturalr̄ esse frigidum: dicētes illud sicut phlegma eē grossiuȝ ⁊ viscosum: testātes hoc ex accidētibꝰ suis ⁊ passioibꝰ. Inueniūꝰ inq̄unt cerebrū aggrauās stomachū: in digestione durū cibi debilitās appetitū. vñ intelligit̄ eē frigidū. Cōprobāt ex verbis Ga. putātes suā intētionē inde iuuari. Ga. em̄ dicit. Si cōmouere vis vomitū: da post cibū cerebrū. vñ etiā nō est dandū: cū appetitus deficit ciboꝝ. ¶ Ex actionibus vero cōfirmāt in cerebris esse sensuū ⁊ motus fundamētū. vñ frigidū mōstrat̄ esse ⁊ humidū. Si em̄ calidū: cū motus suus sepissimus calefaceret: incideret aīal ꝙ periret. Quorū intētio duplr̄ falsificat̄: artificialr̄ ⁊ rōnabilr̄. Artificialiter q: cerebrū etsi durū sit in stomacho ad digerendū: ⁊ corrūpēs appetitū: nō ex frigiditate: sed potius facit hoc ex humiditate ⁊ viscositate inter pinguedinem ⁊ vnctuositatē mediocritate. Si aūt hec essent ex frigiditate cerebri: tunc dupl' accederet piguedini: q̄ ꝓprie appetitū corrūpit: digestionē ꝯfundit sicut ante dixi. Qđ aūt ex verbis ꝯfirmant Gal'. Si velis vomitū mouere da post cibū cerebrū comedere dicētis. Si bene hoc intellexerint: certificabūt intētionē fuisse Ga. nō ex hoc ꝙ fuerat frigitudo: sȝ potius humiditas ⁊ viscositas operent̄ hec. Immo magis humiditati attinēt: q: frigitudo naturalr̄ adunat: cōtinuat ⁊ appetitū cōfortat: vñ ⁊ aqua appetitū auget cū vinū minuat: humiditas ⁊ viscositas cibo admixta incrassant eū: ⁊ vehemēter ꝓhibēt ad digerēdū. Si aūt calorē habeat cibus vel vētositatem innatat stomacho: ⁊ cogit exire sursum. Si frigꝰ: aggrauat̄ ⁊ inferius eijcit̄ sicut in aqua ⁊ aere videmꝰ. Aqua em̄ frigida aggrauata descēdit infra. Aer q: calidus leuis fit ⁊ ascēdit sursum. Ex rōne cōtrahit̄ sicut Arist. in libro de naturis aīaliū testat̄. Cerebrū cū fundamētū sit sensuū ⁊ motuū: sensus aūt ⁊ motꝰ ex virtute caloris naturalis sint: īpossibile est eē frigidū: q: frigitudo humiditatē naturalr̄ claudit ⁊ igrossat: soporat sensuȝ ⁊ motui repugnat. Itē si cerebrū frigidū sit: auferūt̄ mēoria: phantasia: rō hoi: q̄ cū frigitudie īpossibile ē eē: qđ mōstrat̄ ex his q̄ palā vidēt̄. Cuiꝰ cerebro phlegma dn̄atur: vel frigitudo ꝯure ē memorie: turbide discretionis ⁊ inordinate rōnis. Ex verbis ergo Arist. bene pōt intelligi q: cerebrū calidū ⁊ humidū sit tempate: natura tm̄ studuit ⁊ accidētalr̄ frigidorē ei ꝑstare ne sepissimꝰ cū incēderet motꝰ. Denudauit autē supiorē suā testā de pinguedine ⁊ carne: vt exterior aer subtilis ad cerebrū posset penetrare: ⁊ accidentalē calorē ex nimio motu refrigerare: sicut cordi studuit ex pulmonis anhelitu ꝑ quē grossam ⁊ calidā a se expelleret fumositatem et naturali redderet̄ tēperamento: ne suffocaret̄ calore naturali. Nucha vero q̄ medulla est spōdiliū: est sicut cerebruȝ: vñ ⁊ de substātia cerebri d; eē: est tm̄ durior ⁊ maxime pars caude vicina inferior. Quāto magis em̄ a cerebro remouet̄: tāto plus indurat̄: ⁊ iō nō nutrit sicut cerebrū ⁊ medulle ossiū: ⁊ pinguedo: cū minus humiditatis hȝ ⁊ vnctuositatis. Si tm̄ bene digeratur: non parum nutrit.

¶ De membris inter durū ⁊ molle. Capi. xlv.

Membra inter durū ⁊ molle media: sunt lacerti ⁊ caro pinguedine nuda: sunt tēperatissima in quattuor qualitatibus: ⁊ ideo ceteris mēbris tēperātiora: ⁊ ad digerenduȝ velociora: ⁊ ad penetrādas venas faciliora: ⁊ ad confortādū corpus laudabiliora. Que in duo diuidūtur. Aut em̄ pura ⁊ eadē ꝑfecta sicut coꝝ laterū media ⁊ silia: aut sunt quasi caro glandosa sicut vbera: testiculi: guttura: ⁊ colla ⁊ silia. Que pura caro sunt: sanguinea eis substātia dn̄at̄. cū sit coctus coagulatus lacertis: venis: neruis: ⁊ arterijs: subtilibus ⁊ sensui incōprehēsibilibꝰ delatus. ¶ Que ḡ sanguinolētiora: ceteris mēbris tēperantiora ⁊ a viscositate ⁊ grossitie remotiora. Nō ergo innatāt cibo: nec inflāt stomachū: cito saturāt sicut vnctuositas ⁊ piguedo. Descēdūt igit̄ grauitate sua in locū coctionis stomachi quibꝰ cū calor naturalis dn̄et̄: sua actio cōplet̄ i eis. vñ pōt de ipsis comedi plusq̄ saturitas expetierit. Scđo q: nō tm̄ hȝ vnctuositatis vt lubricet: ⁊ eijciat̄ de intestinis priusq̄ venas penetrare possit: sȝ ꝑ leuitatē ⁊ facilitatē morant̄ in intestinis quousq; epar sibi traxerit: quātū sue nature suffecerit: ⁊ iō viciniꝰ in ꝑfectū sanguinē mutant̄: q̄ ad sanitatē custodiēdā ⁊ cōfortanda mēbra vtilissimus est. Que quasi caro sunt: minus sanguinolēta erūt: ⁊ in carne teneriores q: iā scđo coctus est sanguis: ⁊ natura sua inter carnē ⁊ piguedinē mediocris. Ideoq; minus hȝ sanguinis q̄ carnis: maioris vnctuositatis ⁊ viscositatis: ⁊ plus sanguinis q̄ pinguedinis: ⁊ minoris vnctuositatis ⁊ viscositatis: ⁊ iō mediocris caloris inter piguedinē ⁊ carnē: sed tm̄ magis pinguedini attinētis. Ad cōparationē ergo substātie pinguedinis subtilior ⁊ nutribilior fit: grossior ⁊ viscosior fit ad cōparationē carnis. Diuidunt̄ aūt in duo. Sunt em̄ quas natura

parauit ad gñandaȝ hũiditatẽ: vñ actio cõpleat̃ vir
tutis gñatiue sicut vbera lactis: ⁊ testiculos sperma
tis. Sũt ⁊ alij quos ita pauit vt gñet̃ humiditas ad
humectandum membra sibi vicina sicut eos q̃ sunt
in lingua: ⁊ in testiculis: ⁊ in alijs locis.

¶ De diuersitate mẽbroꝝ ex motu ⁊ q̃ete. Ca. xlvj.

Diuersitas mẽbroꝝ ex motu ⁊ q̃ete ẽ duplex
Aut ẽm semꝑ q̃escẽtia sicut vẽter: cor: epar:
et ea circũdãtia: aut semꝑ mouẽtia et hec
duplicia: aut ẽm naturalia: aut accidẽtalia.
Naturalia q̃ ꝑ se nõ ꝑ aliud mouẽtur sicut labra: au
ricule: pedes: ꝑ aliud sicut carnes collo vicine: dor
sum coxe. Bene g̃ pȝ q: q̃dã carnes ꝑ se semꝑ mouẽ
tes: q̃da nõ mouẽtes: q̃dã ꝑ aliũ mediocriter. Semꝑ
mouẽtes ad digerẽdũ faciliores. saporosiores venaꝝ
sunt penetrabiliores. Motu ẽm humores subtilian
tur: caro leuigat̃: calor tẽꝑatur. Semꝑ q̃escẽtes sunt
his ꝯtrarie. Quies ẽm refrigerat: carnes grauat: et
ad digerẽdũ indurat. Per aliud se mouẽtes medio
criter: inter has sunt mediocres.

¶ De diuersitate eoꝝ ex loco. Capi. xlvij.

Diuersitates mẽbroꝝ ex loco suo duob⁹ mo
dis sunt: aut ẽm sunt q̃ in sup̃ficie sunt exte
riori vel interiori. Que exterius duob⁹ mo
dis sunt: aut ossibus vicine: sicut ossa dorsi
⁊ colli. Aut nõ vicine sicut vmbilicus ⁊ cetera exte
riora ventris. Ossibus vicine sunt diuisiões q̃nq; si
cut pectus circũdãtes: ⁊ cetera mẽbra inter cor ⁊ ca
put media. Quedã sunt in inferiori corpore sicut q̃
ab epate vsq; ad caudã. Quedã vo inter hec media
Quedã in dextera pte felli vicine: alie in sinistra pte
spleni ꝓpinque. Que exterius sunt in medio corpo
re: meliores sunt interioribus: q: ex vicinitate poroꝝ
corpoꝝ q̃bus fumus ⁊ sudor dissoluit̃: alleuiant̃ ⁊ sa
porant̃: ⁊ ad digerendũ faciles efficiunt̃. Interiores
ecõtrario. Que vo in pte dextra: vicine sunt funda
mẽto caloris naturalis. i. epati ⁊ felli: inde leuiores ⁊
ad digerẽdũ faciliores. De sinistra vo pte ꝯrie: quia
spleni vicine. Silr̃ anteriores posteriorib⁹ sunt me
liores ex tribus causis. Vna q: nutriunt̃ sanguie mũ
dificato in corde: ĩõq; pectus: ⁊ ipsum circundantia
ceteris mẽbris in cibo sunt meliora vel laudabiliora
Scd̃a q: pectus voce ⁊ flatu semꝑ mouet̃: ⁊ ĩõ caro
sua leuiat̃ ⁊ mũdificat̃: facile digerit̃. Tertia q: in pe
ctore cor mouet̃ vl' morat̃. Cor ãt fundamẽtũ ẽ caloris
natural'. ⁊ ĩde sup̃radicta carnib⁹ ꝯtingũt. In poste
riorib⁹ duab⁹ ex causis nõ silr̃. Vna q: sanguis vñ nu
triũt̃ ĩ corde nõ mũdificat̃. Alia q: lõge a fundamẽto
caloris naturalis: vñ actio ei⁹ in eis deficit. Non ẽm
boni sunt saporis neq; leues neq; cito digestibiles.
Media ĩter hec sunt mediocria: sȝ tñ posteriorib⁹ q̃
anteriorib⁹ viciniora sũt: deteriora. Etsi ẽm vicina fũ
damẽto sint caloris natural': sanguis vnde nutriũt̃:
nõ in corde scd̃o fuit mũdificatus: neq; sunt in via ca
loris naturalis ad cerebrũ a corde ascẽdẽtis: quo mũ
dificantur ⁊ subtiliantur.

¶ Membrorum mollium ⁊ durorum assignata est natu
ra ⁊ diuersitas: in hac autem parte agit de natura ⁊ diuer
sitate membrorum mediocrium inter liquida ⁊ coagulata:
hec auteȝ sunt medulla ⁊ cerebrũ: ⁊ deide aggreditur par
tes illas in q̃bus assignat alioꝝ membrorum differentias.
Sunt aũt in p̃nti lectione ptes quattuor. In quarũ prima
assignat diuersitatẽ mẽbroꝝ rõne mediocris dispositiõis in
ter mollẽ: liq̃dã ⁊ coagulatã. In scd̃a. s. in hac: Mẽbra inter
durũ ⁊ molle sunt media. assignat eoꝝ diuersitatẽ rõne me
diocritatis inter mollicie ⁊ duricie. In tertia. s. ĩ hac. Diuer
sitas mẽbroꝝ ex motu ⁊ q̃ete ⁊c. assignat ipsoꝝ diuersitatẽ
rõne motus ⁊ q̃etis. In quarta. s. in hac: Diuersitas mem
broꝝ ex loco suo duobus modis. assignat ipoꝝ diuersitateȝ
rõne locoꝝ. Nos aũt singulas distincte exponamus. Prima
aũt ps q̃ est de mẽbroꝝ medioꝝ inter mollicie: liq̃dã ⁊ coa
gulatã diuersitate: in ptes duas diuidit̃. In quaruȝ prima
assignat naturã medulle ossiũ. In scd̃a. s. in hac: Cerebrum
etsi naturalr̃ calidũ sit ⁊ humidũ ⁊c. assignat naturã cere
bri ⁊ nuche. Circa primã partẽ dicit ꝙ medulla ossiũ sapo
sior est oĩ pinguedine ⁊ vnctuositate ꝓpter naturã mediã.
Circa scd̃am partẽ q̃ est de natura cerebri ⁊ nuche sunt due
ptes. In quaruȝ prima agit de natura cerebri. In scd̃a. s. in
hac: Nucha g̃ q̃ medulla est spõdiliũ ⁊c. agit de natura nu
che. Prima ps diuidit̃ ĩ duas. In q̃rũ pma agit de natura
cerebri. In scd̃a. s. ĩ hac: Vñ q̃dã arbitrati sũt ⁊c. inducit dis
putationẽ ꝯtra opinionẽ de cõplexiõe cerebri. Dicit ergo ꝙ
cerebrũ calidũ ẽ ⁊ humidũ cũ sit de gñe piguedinũ ⁊ medul
larũ: tñ accidẽtalẽ hȝ frigiditatẽ ꝓpter aerẽ circũstantẽ ⁊ ꝓ
pter paruitatẽ pinguedinis ⁊ carnis ĩ capite. Deinde indu
cit opinionẽ circa eius cõplexionẽ. Hec aũt pars diuidit̃ in
duas. In quarũ prima inducit opinionẽ ponẽtẽ cerebrum
esse frigidũ ⁊ humidũ ⁊ rõnes eius. In scd̃a. s. in hac: Quo
rũ intẽtio duplr̃ falsificat̃ ⁊c. ipsam improbat: ⁊ probat ipm
esse calidũ ⁊ humidũ. Dicit ergo ꝙ quidã crediderunt cere
brũ eẽ frigidũ ⁊ hũidũ ꝓpter duas rõnes. Quarũ prima est
ex eius passiõib⁹. Oẽ mẽbrũ qd̃ stomachũ aggrauat appeti
tũ defectat ⁊ vomitũ ꝓuocat: est frigidũ ⁊ humidũ: sed cere
brũ est huiusmodi: ergo est frigidũ ⁊ humidũ: vñ Gal. ipm
dixit iuuare ad ꝓuocãdũ vomitũ. Scd̃a rõ ex actionibus ce
rebri sumpta est hec. oẽ mẽbrũ in quo est principiũ sensus ⁊
motus: qd̃ est in motu ꝯtinuo: ⁊ ꝓpter motũ ꝯtinuũ incẽdi
⁊ corrũpi natũ est: ⁊ ꝑ ꝯñs totũ aĩal perit: necesse est ad hoc
vt ꝯseruet̃ vt sit frigide cõplexionis ⁊ humide: sed cere brũ
est hmõi: ergo ad hoc vt ꝯseruet̃ necesse est vt sit frigide et
humide complexionis: vt per frigidã ⁊ humidã cõplexionẽ
obuiet calori ⁊ siccitati ex motu acq̃sitis. ¶ Consequenter
improbat hãc opinionẽ. Hec aũt ps diuidit̃ ĩ tres. In qua
rũ prima iprobat eã artificialr̃ soluẽdo rõnes eius. In scd̃a
s. in hac: Ex rõne ꝯbitur sicut Arist. in libro de naturis aĩa
liũ. improbat eã rõnabilr̃ ꝯriuȝ eius ꝓbando. In tertia. s.
in hac: Ex verbis g̃ Aristotelis bene põt intelligi. concludit
intẽtionẽ ⁊ naturã cerebri manifestat. Dicit igit̃ ꝙ hec opi
nio duplr̃ ꝓbat̃: artificialr̃ ⁊ rõnabilr̃. Primo aũt mõ q: cere
brũ nõ hȝ p̃dictas ꝯditiones cũ comeditur ꝓpter frigidita
tẽ ⁊ humiditatẽ: sed ꝓpter humiditatẽ ⁊ viscositatẽ. ⁊ cum
dicit Ga. ꝙ valȝ ad vomitũ ꝓuocãdũ: nõ est h' ex parte frigi
ditatis ⁊ humiditatis: sed ex pte hũiditatis ⁊ viscositatis: ⁊
ꝙ appetitũ defectat nõ est hoc ex frigiditate ⁊ humiditate
sȝ potius ex caliditate ⁊ humiditate: q: calidũ defectat ap
petitũ sicut pȝ ĩ calido vino: frigidũ aũt ꝓuocat sicut pȝ ĩ aq̃
frigida. Deinde iprobat rõnẽ hãc rõnabilr̃: ⁊ inducit duas
rõnes ab actiõib⁹ acceptas. Prima talis est: oẽ mẽbrũ qd̃
est fundamẽtũ sensus: hȝ dñiũ caloris ꝑ queȝ fit sensus: sed
cerebrũ est hmõi: ergo hȝ dñiuȝ caloris. Scd̃a rõ hec est: oẽ
mẽbrũ in quo vigẽt mẽoria ⁊ phãtasia hȝ cõplexionẽ calidã
ꝑ quã opationes harũ virtutũ vigẽt: ⁊ nõ frigidã q̃ eas de
struit: sed cerebrũ est hmõi: ergo hȝ cõplexionẽ calidã: nam
nos videmus ꝙ q̃ñ cerebrũ est fortiter infrigiditum sicut in
litargia patit̃ defectũ memoria. Deinde dicit ꝯcludẽdo ꝙ
sm Arist. cerebrũ est calidũ ⁊ humidũ naturalr̃: sed tñ natu
ra dat ei frigiditatẽ naturalr̃ ex aere exteriore: ⁊ ex priuatio
ne carnis ⁊ pinguedinis: ne p̃ nimio corrũpat̃ calore. ⁊ est si
mile in corde ⁊ pulmone. Consequẽter nuche naturam assi
gnat dicẽs ꝙ est eiusdẽ nature cũ cerebro: sed tñ durior est ⁊
quãto plus ab eo distat tãto durior est: cũ tñ digent̃ multũ

nutrit. Sunt igit͛ in hac p̄te septē p̄ticule. In quarū prima agit de natura medulle ossiū. In scd̄a de natura cerebri. In tertia inducit opinionē circa eiꝰ cōplexionē. In q̄rta opinio hec artificialr̄ iꝓbat͛. In q̄nta rōnabilr̄. In sexta assignat͛ intētio auctoris circa naturā cerebri. In septīa agit͛ de natura nuche. ¶ Mēbra īter durū ⁊ molle media ⁊c. In hac p̄te agit de mēbris medijs inter durū ⁊ molle. Diuidit͛ aūt hec ps in duas. In quarū prima agit de natura hoꝝ mēbrorū. In scd̄a assignat eoꝝ distictionē. Prima nō diuidit͛. Scd̄a diuidit͛ in duas. In quaꝝ prima ipsoꝝ distinctionē assignat In scd̄a iuxta differētias distinctiōis ipsoꝝ diuersitatē assignat. Prima non diuidit͛: sed scd̄a diuidit͛ in duas. In q̄rū prima agit de sanguineis carnosis. In scd̄a de membris quasi carnosis q̄ aliquātulū a natura carnis distāt. Prima nō diuidit͛: sed scd̄a diuidit͛ ī duas. In quarū prima agit de natura quasi carnosoꝝ. In scd̄a ipsoꝝ distinctionē assignat. Sunt igit͛ ī hac p̄te q̄nq̄ p̄ticule. In quarū prima mēbrorū medioꝝ inter durū ⁊ molle naturam assignat. In scd̄a. s. in hac: Que in duo diuidunt͛. diuidit ipa p carnosa pura ⁊ non pura sicut vberosa. In tertia. s. in hac: Que pura sunt carne sanguini. ⁊c. assignat naturā carnosoꝝ. In q̄rta. s. in hac: Que quasi caro sunt ⁊c. assignat naturā nō puroꝝ carnosoꝝ. In q̄nta. s. in hac: Diuiduntur g̃ in duo. ipsoꝝ distinctionē assignat. ¶ Circa primā p̄tē dicit ꝙ mēbra hec sunt sicut lacerti ⁊ caro: ⁊ sūt vltīate laudis ꝓpter sui tēperamētū Sūt aūt lacerti mēbra cōposita ex carne simplici ⁊ neruis ⁊ ligamētis ⁊ filis ligamētorum ossibus circūuoluti. Circa secundā p̄tē dicit ꝙ q̄dā ipsoꝝ sunt pura caro: q̄daꝫ non sicut vbera ⁊ testiculi. Circa tertiā partem dicit ꝙ ea q̄ sunt caro pura: meliora sunt in nutrimēto. Circa quartā p̄tē dicit de illis q̄ nō sunt pura caro: ꝙ sunt nutrimenti grossioris. Circa q̄ntā p̄tē distingunt ea: dicēs ꝙ quedā eoꝝ sunt ordinata ad humiditatē sp̄maticā ⁊ nutrimētū fetus sicut testiculi ⁊ mamille: q̄dā ad humiditatē talia mēbra sunt sicut p̄tes lingue ⁊ q̄ ei circūstāt ⁊ testiculus. ¶ Diuersitas mēbrorū ex motu ⁊ q̇ete ⁊c. In hac p̄te assignat diuersitateꝫ mēbroꝝ a p̄te motꝰ ⁊ q̇etis. Hec aūt ps diuidit͛ ī duas. In q̄rū p̄ma distinctioneꝫ rōne motus ⁊ q̇etis assignat. In scd̄a. s. in hac: Semp mouētes ad digerēdū faciliores. rōne distinctionis ipsoꝝ diuersitatē assignat. Prima nō diuidit͛. Scd̄a aūt diuidit͛ in tres. In quarū prima assignat naturā mēbroꝝ cōtinue mobiliū. In scd̄a. s. in hac: Semp q̇escētes his ꝯ̄rie ⁊c. ꝯtinue q̇escētiū. In tertia. s. ī hac: Per aliq̇d mediocriter se mouētes ⁊c. medioꝝ. ¶ Circa primā p̄tē dicit ꝙ q̄dā membra ꝯtinue mouent͛ sicut labia: ⁊ q̄dā ꝯtinue q̇escunt sicut ventris p̄tes: q̄daꝫ p alias mouentur sicut carnes colli. Circa scd̄am p̄tē dicit ꝙ mobiles sunt boni nutrimenti propter subtilitatē ex motu causatā. Circa tertiā partē dicit ꝙ q̇escentes sunt ꝯ̄ric. Circa quartam p̄tem dicit ꝙ mobiles mediocriter p alias sunt nature medie. ¶ Diuersitas mēbrorū ex loco suo duobus modis ⁊c. In hac p̄te assignat diuersitatē mēbroꝝ a p̄te locorū. Hec aūt ps diuidit͛ ī duas. In quarū prima assignat distinctionē locorū in mēbris aīaliuꝫ In scd̄a. s. in hac: Que exterius in medio sunt. diuersitateꝫ mēbrorū penes locorū differētias assignat. Circa primā p̄tē dicit ꝙ mēbrorū q̄dā sunt sita exterius: q̄daꝫ interius: q̄dā sunt media: sꝫ exteriorū q̄dā sunt ossibus vicina: q̄dā non: q̄dā media. Vicina ossibꝰ q̄dā sunt circa mēbra sp̄ūalia pectoris: q̄dā circa sensibilia capitis: q̄dā deorsum: q̄dā in medio q̄dā a sinistra p̄te: q̄dā a dextra locant͛. Circa scd̄am parteꝫ quattuor intēdit. Primo dicit ꝙ mēbra q̄ sunt in medio corporis meliora sunt: ⁊ q̄ exterius locant͛: q: mūdificātur ipsorum sup̄fluitates p poros exteriores: q̄ aūt interius peiora sunt. Scd̄o dicit ꝙ sita in dextra p̄te meliora sunt ꝓpter fortiorē calorē depurantē q̄ q̄ in sinistra. Tertio dicit ꝙ locata a p̄te anteriori sunt meliora ꝓpter tres cās. s. ꝓpter sanguinis mūdiciē: ꝓpter motū pectoris ⁊ mēbrorū sp̄ūaliū: ⁊ ꝓpter calorē cordis. In posteriori locata sunt peiora propter immūdiciē sanguinis: ⁊ ꝓpter distātiā a fōte caloris. Quarto dicit ꝙ media inter loca anteriora ⁊ posteriora hn̄t naturā mediā: ⁊ quāto ad p̄tē anteriorē plus accedūt: tāto sunt meliora ꝓpter sanguinis mūdiciē ⁊ vigorē caloris: ad posteriora accedētia sunt ꝯ̄ria. ⁊ sic terminat͛ hec ps. ¶ Circa p̄tē istaꝫ tria querūtur. Primū est de medulla ossium. Scd̄ꝫ de natura cerebri. Tertium de nucha.

¶ Circa primū ꝓcedit͛ hoc mō: querit͛ vtrū medulla sit calida vel frigida: ⁊ videt͛ ꝙ sit frigida: vnūq̄dq̄ mēbrū nutrit͛ ꝯtento in suis ꝯcauitatibus sibi sīli: sed illud qd̄ nutrit semper est eiusdē cōplexionis cū illo qd̄ nutrit͛: ergo medulla ē eiusdē cōplexionis cū ossibus: sed cōplexio ossiū est frigida ergo silr̄ ꝯplexio medulle est frigida. Scd̄a rō hec est: hmōi humiditates: sanguis: pinguedo ⁊ hmōi ꝯ̄hn̄t cōplexioneꝫ ab illis in q̄bus gn̄ant͛: vn̄ sicut dicit Ga. in cōmento super aphorismos: sanguis est calidior lacte: q: in calidiori mēbro gn̄at͛ q̄ lac: q: in epate. lac vero in mamillis: sed medulla in ossibꝰ gn̄at͛: ⁊ ossa sunt frigida: ergo medulla erit frigida. ¶ Ad oppositū est illud qd̄ dicit͛ cōiter: ꝙ oīa q̄ sunt de gn̄e vnctuositatis sunt calida: sed medulla est hmōi: ergo est calida. Ad hoc dicēdū ꝙ medulla nature calide est. Ad rōnem primā dicēdū ꝙ nutrimētū ossiū est duplex. Primū est q̄ immediate nutrit͛ os: ⁊ hec est humiditas frigida sicut os: aliud aūt est mediatū qd̄ est citra ꝯuersionē: ⁊ tale nō seq̇tur naturā ossis: sed potiꝰ naturā sanguinis: tale v̄o nutrimētum est medulla. Ad scd̄am dicēdū ꝙ caliditas in aliquo est quadruplex. Primo mō sicut materia ex q̄ gn̄at͛: ⁊ h̄ mō nerui sequūt͛ materiā ex qua gn̄ant͛. Scd̄o ex forti agēte: q: ex forti agēte fortis calor: ⁊ ex debili debilis gn̄at͛. Tertio mō ex ꝯtinēte sicut pꝫ de sanguine gn̄ato in epate: qui d̄r calidior ꝓpter ꝯtinēs. s. cor ⁊ epar. Quarto ex ꝯtento sicut vene ꝓpter sanguinē ꝯtentū. Dicimus g̃ ꝙ medulla ꝓpter materiā ex qua fit acq̇rit caliditatē: q: gn̄at͛ ex sanguie. ¶ Scd̄o q̄ritur circa hoc: vtrū pinguedo sit calidior medulla aut ecōtrario: ⁊ videt͛ ꝙ medulla sit calidior: q: qd̄ magꝭ accedit ad naturā sanguis ē calidius: sꝫ medulla ē hmōi respectu pinguedīs: g̃ medulla calidior ē. Minor pꝫ p p̄h̄m libro de aīa libꝰ dicentē ꝙ medulla in ossibꝰ pueroꝝ est verus sanguis. Ad oppositū: ī oī gn̄e illud qd̄ p̄ticipat magꝭ naturā extremi q̄ extremū: magis ē calidū: sꝫ dicit ysa. ꝙ mēbra tenera mollia: ⁊ calida: ⁊ liq̇da sūt media: pīguedo v̄o ⁊ vnctuositas sūt extrema: medulla v̄o est mediū: ergo pinguedo calidior. Ad hoc dicēdū ꝙ medulla ossiū minus est calida q̄ pinguedo. Ad rōnē dicēdū ꝙ in pinguedine ꝯcurrūt oēs cause q̄ ad caliditatē opant͛: In pinguedie em̄ ꝯcurrūt vnctuositas sanguinis ⁊ calor maior: ⁊ locus ꝯtinēs calidior: in medulla v̄o iste cāe caliditatis nō ꝯcurrūt. q̄uis g̃ medulla magis accedat ad naturā sanguinis q̄ pinguedo: tn̄ plures cāe caliditatis ꝯcurrūt in pinguedine. ¶ Tertio q̄rit͛ circa h̄: vtrū medulla ossiū sit nutrimētū eoꝝ vel sup̄fluitas: videt͛ ꝙ nō sit nutrimētū: q: dicit Arist. in libro de aīalibus: ꝙ eādē naturā hꝫ medulla in ossibꝰ quā hꝫ pinguedo in carne: vn̄ si pinguedo alicuiꝰ aīalis est liq̇da: ⁊ medulla erit liq̇da sicut pꝫ in porco: sꝫ pīguedo nō est nutrimētū carnis: g̃ neq̄ medulla ē nutrimētū ossis. Scd̄a rō hec est: vnūq̄dq̄ mēbrū ex nutrimēto sibi sīli nutrit͛: g̃ illud qd̄ est diuersum penitꝰ a natura ⁊ cōplexiōe alicuiꝰ nō erit nutrimētū illiꝰ: sꝫ medulla ē hmōi respectu ossiū: est em̄ nature calide: os vero frigide: g̃ medulla nō est nutrimētū ossiū. Tertia rō hec est: dicit p̄h̄s in libro de aīalibꝰ ꝙ sanguis est vltimꝰ cibus in oībꝰ mēbrꝭ ⁊ hic est cōis: ꝓprius v̄o est humiditas q̄ ꝯuertit͛ ad naturā mēbri: g̃ necesse est vt nutrimētū mēbroꝝ sit sanguis conuersus ad naturā mēbroꝝ: g̃ illud qd̄ cadit inter mēbruꝫ ⁊ humiditatē nō est nutrimētū: sꝫ medulla est inter os ⁊ hūiditatē ossis: g̃ medulla nō poterit eē nutrimētū ossiū. Ad oppositū: vnūq̄dq̄ mēbrū nutritur ex hūiditate ꝯtenta ī sua ꝯcauitate ⁊ spōgiositate: sed medulla ossiū est hmōi respectu ossiū: ⁊ hoc dicūt auctores ꝙ nutrimētū ossiū nihil aliud est q̄ sanguis q̄ descēdit ad mēbra: g̃ medulla est nutrimentū ossiū. Ad hoc dicēdū fm quosdā ꝙ medulla est nutrimētū ossiū. Nos tn̄ dicimus ꝙ nō est nutrimētū ossiū sicut pīguedo nō est nutrimētū carnis: sed solū irrorat ossa ⁊ calorē naturalē ꝯseruat in eis: vn̄ est q̄dā sup̄fluitas in ossibus aggregata nō potēs tantā coagulationē recipere vt ad naturā mēbri ꝯuertat͛ sicut pinguedo ad naturā carnis. Ad rōnē dicēdū ꝙ humiditas in mēbro duplex est, q̄dā em̄ est im-

mediate gñata ex sanguie: ꝛ ꝯtinet̃ i spõgiositate mẽbri ad quã ꝯuertit̃ sanguis ꝛ hec nutrit mẽbra. Alia est nõ ꝯtẽta in spõgiositate mẽbri: sed extra coagulata sicut pinguedo ꝛ hec nõ nutrit. Ad scõm dicẽdũ ꝙ duplex est supfluitas: q̃dã est oĩno ĩpuritatꝭ: vt egestio ꝛ vrina: q̃dã est residuitatis sicut lac: pinguedo. ꝛ hmõi est duplex. q̃dam est q̃ remanet in corporib⁹ aĩaliũ: ꝛ ordinat̃ ad ꝯseruationẽ corporis sicut pinguedo ꝛ medulla. Alia ad ꝯseruationẽ spẽi sicut spma. Alia vo ad ꝯseruationẽ spẽi nec corporis: sed ad ꝯseruationẽ fet⁹ cũ egressus fuerit ab vtero sicut lac. ❡ Quarto q̃rit̃ in q̃b⁹ ossib⁹ est medulla ꝛ in q̃bus nõ. Ad hoc dicẽdum ꝙ sunt q̃dã ossa ꝯcaua sicut vena: ꝛ iõ remanet ibi supfluitas medullaris: sũt alia ossa solida ꝑpter vigorẽ ꝛ robur corporis: ꝛ ideo nõ debent eẽ ꝯcaua. ꝛ in his nõ oꝫ esse medulla. ❡ Sed tũc q̃rit̃ quõ illa ossa nutriunt̃: in q̃bus nõ est medulla. Itẽ si ex sanguine nutriant̃: q̃rit̃ quõ sanguis perueniat ad ipa cũ nõ habeãt ꝯcauitates neq̃ venas. Ad hoc dicẽdũ ꝙ ista mẽbra nõ nutriunt̃ medulla: sed ex humiditate quadã: sanguis eñ ad illa ossa redũdat exiẽs ꝑ poros occultos in ossib⁹ sicut ĩ aliis mẽbris sicut dicit Auicẽ. porosa eñ sunt vt nutrimẽtũ recipiãt ꝛ etiã plãte. ❡ Sexto q̃rit̃ quare in ossib⁹ quorũdã aĩaliũ nõ ẽ medulla sicut in osse leonis ꝭm ysaac. Ad hoc dicẽdũ ꝙ duplex est cã hui⁹ ꝭm pħm. hoc eñ aĩal indiget magna fortitudine: ꝛ ita natura fecit ei ossa solida ꝛ nõ ꝯcaua. Scḋa cã est q: sicca sunt multũ: cui⁹ signũ est ꝙ qñ adinuicẽ ꝯtingũt exit ignis ꝭm pħm: ꝛ ideo nõ hñt medullã. ❡ Septimo querit̃ q̃re medulla in q̃busdã aĩalibus liq̃da est sicut in porco: in aliis vo solida sicut in vacca. Ad hoc dicẽdũ ꝭm pħm ꝙ q̃dã sunt aĩalia multũ liq̃da aq̃sa sicut porcus: ꝛ iõ pinguedo liq̃da: ꝛ iõ illud silr liq̃dũ q̃d ẽ silẽ pinguedini sicut medulla: in aĩalib⁹ siccis ecõtrario: et iõ in istis medulla est coagulata. ❡ Octauo querit̃ quare medulla nõ põt recipe inflãmationẽ ab igne sicut piguedo cũ vtrũq̃ sit de gñe vnctuositatis: ꝛ ꝑpter q̃d quedam pinguedo nõ inflãmat̃ sicut pinguedo porci: ꝛ quedaꝫ fic sicut pinguedo bouis. Ad hoc dicẽdũ ꝙ ille res recipiũt inflãmationẽ ab igne q̃ purã hñt vnctuositatẽ sicut pinguedo ꝛ sirbus: ꝫ medulla nõ hꝫ vnctuositatẽ purã. Itẽ quedã piguedo liq̃da est ꝛ aquosa: ꝛ hec nõ recipit inflãmationẽ ignis: immo poti⁹ ignẽ suffocat ꝛ extiguit: ꝛ talis est piguedo porci. Alia est pinguedo aerea ꝛ terrestris: ꝛ hec inflãmationeꝫ recipe põt sicut pꝫ in pinguedine bouis.

❡ Circa scḋm ꝓcedit̃ hoc mõ: ꝛ querit̃ cui⁹ cõplexionis sit cerebrũ: ꝛ videt̃ ꝙ calide: oẽ illud q̃d est de gñe vnctuositatꝭ ꝛ pinguedinis est nature calide sicut pꝫ in pinguedine: ꝫ cerebrũ est hmõi ꝭm ysa. ḡ cerebruꝫ est nature calide. Scḋa rõ est hec: oẽ mẽbrũ a quo est origo sensus ꝛ mot⁹ q̃ celebrant̃ ꝑ spm̃ aĩalẽ: hꝫ naturã ꝯformẽ illius illi q̃litati q̃ est pricipiũ sensus ꝛ mot⁹: sed cerebrũ est hmõi q: est fons ꝛ origo virtutis aĩalis ꝛ principiũ sensus: ḡ hꝫ naturã cõformẽ illi q̃litati ꝑ quã fit sensus ꝛ mot⁹: sed hec est caliditas: nihil eniꝫ sine calore est sentire: ḡ cerebrũ est calide nature. Ad oppositũ: oẽ mẽbrũ q̃d est creatũ ad excessum caliditatis alterius temperãdũ est nature frigide: sed cerebrũ est hmõi: q: sicut dicit pħs: creatũ est frigidũ ꝛ humidũ vt sua frigiditate ꝛ humiditate ꝯtẽperet caliditatẽ ꝛ siccitatẽ cordis: ergo cerebrũ est frigidum. Scḋa rõ est hec: dicit pħs libro de aĩalibus: ꝙ aĩalia sanguinẽ hñtia calida iudicant̃: ꝛ silr membrũ: sed cerebrũ sanguine priuat̃: ḡ frigidũ oꝫ iudicari ꝛ non calidum. Tertia rõ est hec: oẽ mẽbrũ q̃d est cã dispõnũ ꝛ ꝓprietatum corporis ꝯsequẽtiũ frigiditatẽ est frigidũ: sed cerebrum est hmõi: ḡ est frigidũ. Minor pꝫ q: somn⁹ causat̃ a frigiditate: causat̃ eñ ex eleuatione fumoꝝ ad cerebrũ: ꝛ seq̃tur frigiditas. sicut vapores eleuati ad aera ꝯuertunt̃ in aquaꝫ ꝑpter loci frigiditatẽ: silr fumi q̃ ascẽdũt sũt calidi ꝛ descẽdũt frigidi sicut dicit halv. q: infrigidant̃ in cerebro ꝛ ꝯdẽsant̃ in aquã ꝛ descẽdũt: ḡ cerebrũ est frigidũ. Qḋ ꝯcedim⁹ dicẽtes ꝙ cerebrũ est frigidũ ꝛ humidũ. Notãdũ ḡ ꝙ in cerebro sunt quattuor. Primũ est cõplexio naturalis ei⁹. Scḋm est cõplexio accidẽtalis quã ĩbit a spiritib⁹ ꝛ a calore naturali. Tertiũ est cõplexio accidẽtalis quã ꝯtrahit a fumis. Quartũ est accessus ad naturã pinguedinis. Dicim⁹ ḡ ꝙ quãtuꝫ est de natura cerebri ꝓpria frigidũ est ꝛ humidũ: cui⁹ signũ est. q: Arist. dicit libro de aĩalib⁹ ꝙ oĩa mẽbra q̃ sanguine carẽt ad frigiditatẽ declinãt: sed cerebrũ caret sanguine: et iõ naturalr̃ frigidũ ẽ sicut ꝓbauit ratio q̃dã: accidẽtalr̃ tñ calidũ est ꝭm ꝙ patebit in solutiõe cuiusdã rõnis. Primo ꝛ tertio mõ accipit cerebrũ Arist. Auicẽ. ꝛ Ras. Quarto tñ mõ ysa. accipit cerebrũ ꝭm. s. ꝙ est de gñe pinguedinum: ꝛ quia oĩs pinguedo ꝭm ysa. calida: iõ ysa. ponit cerebrũ calidum. Ad rõnẽ primã pꝫ solutio. q: cerebrũ hꝫ duo. s. cõplexionem ꝛ cõpositionẽ. quãtũ ad cõplexionẽ nõ sequit̃ naturã piguedinis: sed poti⁹ rõne cõpositiõis: ꝛ iõ nõ valet illa rõ. Ad secũdã dicẽdũ ꝙ q̃uis opationes ꝛ mot⁹ fiãt in cerebro: non fiũt tñ a calore ꝑ se: sed ꝑ spm̃ aĩalem.

❡ Circa tertiũ ꝓcedit̃ h̃ mõ: q̃rit̃ de nucha vl̃ de spinali medulla cui⁹ cõplexiõis sit: ꝛ videt̃ ꝙ frigide: oẽ mẽbrũ q̃d orit̃ a membro aliquo est eiusdẽ nature cũ illo: ꝛ maxime illud q̃d orit̃ sicut pꝫ: sed nucha a mẽbro frigido orit̃ sicut pꝫ: q: ex cerebro a pte posteriori: ḡ nucha est frigida sicut cerebrũ. Hoc ꝯfirmat̃ ꝑ hoc q: nucha orit̃ a cerebro: ꝛ silr nerui oriũtur a cerebro mediãte nucha: sed si extrema sunt frigida: et mediũ erit frigidũ: sed cerebrũ est frigidũ ꝛ nerui frigidi: ḡ silr nucha erit frigida. Scḋa rõ hec ẽ: mẽbra dura que a natura sanguinis distãt sunt frigida: sed nucha est hmõi: ḡ est frigida. Ad oppositũ: medulla ossiũ nature calide est: ꝫ nucha est medulla ossiũ: ḡ nature calide est. Hoc ꝯfirmat̃ per pħm dicẽtẽ ꝙ cerebrũ frigidũ est ꝛ nucha calida: vñ ponit ꝙ nucha tempat frigiditatẽ cerebri. Ad hoc dicẽdũ ꝙ nucha frigida est naturalr̃ sicut cerebrũ. Ad rõnẽ primã in ꝯtrariũ dicẽdũ ꝙ quedã est medulla ossiũ que gñat̃ ex sanguine ꝛ nõ ex quolibet: sed ex sanguine quãtũ ad humiditatẽ vnctuosam: ꝛ hec medulla calida est. Alia est q̃ nõ gñat̃ ex sanguine ꝛ h̃ nõ seq̃tur sanguinis naturã: neq̃ oꝫ dici calida ꝫ poti⁹ frigida: ꝛ talis est nucha ꝛ est gñata ex frigida portione spmatis sicut cerebrũ. ❡ Scḋo q̃rit̃ vtrũ nucha oriat̃ a cerebro: q: pħs ponit ꝙ nõ orit̃ a cerebro. preterea ponit pħus ipam eẽ calidã. Ad hoc dicẽdũ ꝙ nõ dicit verꝫ pħs. imo orit̃ a cerebro ꝛ frigida est ꝛ nõ calida. Sustinẽdo tñ ipm dicim⁹ ꝙ duplex est ort⁹: quidã est per ꝯformitateꝫ situs sicut nerui oriunt̃ a cerebro: est ali⁹ ortus ꝑ cõformitatẽ subẽ. ꝛ hoc mõ intelligit Aris. ꝙ nõ orit̃ a cerebro: q: cerebrũ est mollis subẽ ꝛ nucha dure: ꝛ iõ dicit ꝙ nõ orit̃ a cerebro. ❡ Itẽ querit̃ quare nucha cũ sit medulla ossiũ ex primo spmate gñat̃ alia vo medulla gñat̃ ex sanguie. Ad h̃ dicẽdũ ꝙ nucha creata est ad hoc vt mediate oriat̃ a cerebro ꝛ nerui oriant̃ ab ipsa motiui sicut a cerebro oriunt̃ nerui sensibiles: ꝛ iõ sicut cerebrũ ex primo spmate gñat̃ silr ꝛ nucha. Alia vo medulla nõ est ad hoc creata: sed vt ꝯseruet humiditatẽ ꝛ caloreꝫ ossiũ. ❡ Consequẽter circa ptẽ istã q̃rũt̃ duo. Primũ est de diuersitate mẽbroꝝ a pte mot⁹ ꝛ q̃etis. Scḋm est de diuersitate mẽbroꝝ a pte sit⁹. ❡ Circa pmũ ꝓcedit̃ hoc mõ: ꝛ q̃rit̃ vtrũ mẽbra q̃ in motu ꝯtinuo sunt sicut pedes sint melioris nutrimẽti ꝙ caro pura: ꝛ videt̃ ꝙ nõ: mẽbra neruosa frigida sunt ꝛ sicca ꝛ dure digestiõis viscosum sanguinẽ gñant: sed pedes sunt hmõi q: natura ipa neruosa ꝯstituit ꝑpter motũ: ḡ nõ sunt laudabilioris nutrimẽti. Scḋa rõ hec est: mẽbra q̃ ex puriori sanguie gñant̃ laudabilioris sunt nutrimẽti: ꝫ mẽbra extrema nõ gñant̃ ex puriori sanguie: ꝫ alia ḡ nõ sunt laudabilis nutrimẽti: ḡ ꝛc. Ad oppositũ est illud q̃d dicit Ras. ꝙ mẽbra q̃ sunt in motu ꝯtinuo sunt laudabilis nutrimẽti: sed pedes ꝛ consiĩa sunt hmõi: ergo sunt laudabilis nutrimenti. Hoc etiã probat̃: q: mẽbra q̃ habẽt subtiliores humiditates laudabilioris sunt nutrimẽti: ꝫ mẽbra extrema sunt hmõi ꝑpter motũ sicut dicit ysa. ḡ sũt laudabilis nutrimẽti. ❡ Rõne huius q̃rit̃ si pedes viscosum sanguinẽ gñant sicut vult Ras. quõ cõpetunt infirmis. Ad hoc dicẽdũ ꝙ caro ĩ extremitatibus est laudabilis nutrimẽti ꝛ subtilioris ꝛ mũdioris: ꝛ hoc nõ est nisi ꝑpter motum. Ad rõnẽ primã in ꝯtrariũ dicendũ ꝙ mẽbra dicunt̃ esse laudabilis nutrimẽti multis modis. Primo modo q: maius inducũt nutrimentũ. ꝛ hoc modo caro porcina laudabilis est nutrimẽti teste Ras. q̃ dicit ꝙ caro porcina nuda nutrit magis oĩ carne. Scḋo mõ oꝫ laudabilis nutrimenti aliq̃d q: est

mollioris nutrimēti ⁊ minus viscosi: ⁊ hoc mō caro subtilis ⁊ mollis melioris est nutrimēti q: mollior: vt pulli ⁊ hmōi. Tertio mō q: purioris nutrimenti: ⁊ hoc mō extremitates laudabilis sunt nutrimēti: q: nutrimētū leuiꝰ ⁊ puriꝰ gñant Ad scđ; dicēdū ꝙ ꝗuis sāguis grossior mādeť extremitatibꝰ: tñ subtiliať ꝑpť motū eaꝝ ꝯtinuū ⁊ fit subtilis nutrimēti. Ad hoc qđ dicit Raſ de pedibꝰ: dicimꝰ ꝙ q̄da sunt ptes q̄ viscosum gñant sanguinē. s. neruose ⁊ nō danť nisi ꝓpter frigiditatē ⁊ leuitatē ipaꝝ. Ad hoc ğ vt viscositas remoueatur: coquātur multū vt fiāt molles ⁊ bñ digestibiles: cōualescenti ğ plus cōpetit caro pura pinguedine ꝙ̄ caro illaruꝫ extremitatū: q: faciliorꝫ sunt digestiōis. ¶ Scđo q̄riť de auriculis: vtrū sint laudabilis nutrimēti ⁊ videť ꝙ nō: carnes eñ cartilaginose duri sunt nutrimēti: ſꝫ auricule sunt hmōi ğ nō sunt laudabilis nutrimēti. Ad oppositū est illud qđ dicit ysa. ꝙ mēbra q̄ in motu sunt ꝯtinuo laudabilis sunt nutrimēti: ⁊ cā est manifesta: sed auris est hmōi: ğ est laudabilis nutrimēti. ¶ Rōne huius q̄riť quare auris ⁊ pes ī porco sunt laudabilis nutrimēti: nō tñ ita est in ariete. Ad h̄ dicēdū ꝙ rōne illa qua cartilaginose sunt grossum nutrimentū exhibent: sed rōne subtilitatis sube ⁊ sanguinis quā acq̄rūt in motu bonū sanguinē gñant: ⁊ hoc maxime in porco q̄ est aīal humidū: caro vͦ pedis ⁊ auriū dura est: ⁊ iđ tēperatur: tū ꝓpter humiditatē: tū ꝓpter motū. ¶ Quarto q̄riť circa hoc quare extremitates sunt de gñe neruosoꝝ ⁊ cartilaginosoꝝ. Ad hoc dicēdū ꝙ motꝰ ⁊ sensus ꝑ neruos fiūt Ad motū vero req̄runť nerui fortes ⁊ duri. Ad sensum vͦ mollicies ꝓpter fortē receptionē vel frequētē: ⁊ iđ cū extremitates sint ꝓpter motū ⁊ sensū: iđ natura creauit eas neruosas. ¶ Quinto q̄ritur circa hoc quare aures oīm aīaliū sunt in motu ꝯtinuo excepto hoīe ⁊ symia. Ad hoc dicēduꝫ ꝙ hoc est ꝓpter diuersum sitū auriū in aīalibus: dicit ph̄s in libro de aīalibꝰ: in q̄busdā eñ aīalibus aures sunt site in supiori pte capitis: sed tales ptes q̄ in tali situ ponunť hñt motū liberū: ⁊ iđ quasi ꝯtinue sūt in motu: aures vͦ ī hoīe ⁊ symia ponūtur in maxilla supiori: ⁊ iđ nō hñt motū liberꝝ ¶ Sexto q̄riť cū mēbra q̄ sunt in extremitatibus oīno sint pura: vtrū silr̄ extremitates aīaliū venenosoꝝ sint sane ⁊ pure sicut cauda: ⁊ videť ꝙ sic: q: ptes q̄ sunt in motu propter motū depuranť ⁊ sic sunt mūdiores alijs ptibꝰ: sed caput ⁊ cauda sunt quasi in motu ꝯtinuo: ğ ꝑ motū depuranť. Contrariū dicūt auctores ꝙ in capite ⁊ cauda est venenū. Ad h̄ dicēdū ꝙ venenū est in capite ⁊ cauda. ptes vͦ puriores et mūdiores sunt in medio: ⁊ cā est q: virtus veneni est substātialis illi aīali: vñ nō est venenū respectu aīalis in quo est: ſꝫ respectu corporis humani sicut dicit Auicē. mouenť eñ illa aīalia a medio ad extrema: ⁊ iđ tota humiditas defluit ad illa mēbra: ⁊ iđ est ibi venenū. Ad rōnē dicēdū ꝙ illud qđ in corpore ꝯtineť supfluitas est. vñ q: hmōi humiditas venenosa est essentialis: iđ ꝑ motū nō pōt eliquari neq; depurari. ¶ Septimo q̄ritur quare cauda cuiuslibet aīalis multe pinguedinis est: ⁊ videť ꝯ̄riū: q: mēbra q̄ in extremitatibus sunt: motui sunt deputata: mēbra vͦ motui deputata sunt neruosa: ğ cauda dꝫ eē neruosa. Ad h̄ dicēdū ꝙ cauda inter alia membra omnia hꝫ pinguedinē: q: maxie ē pīguedo cōgregata circa renes ⁊ ē ibi locꝰ pīguedīs. Scđa cā ē q: locꝰ ille ī q̄ cauda est situata a fonte caloꝝ ē remotꝰ: ⁊ iđ q: nō ē ibi calor hūiditatē ꝯsumēs: iđ ibi aggregať multa pīguedo ¶ Circa scđm ꝓcediť hoc mō: q̄riť an mēbra nobilia sint peioris nutrimēti ꝙ̄ ignobilia: sed q: hoc fuit discussuꝫ ī dictis pticularibꝰ ante capl̄m de cerebro: iđ ad p̄ns supsedeo. ¶ Sed q̄riť quare mēbra anteriora sunt peioris nutrimēti ꝙ̄ posteriora: ⁊ videtur ꝯ̄riū: q: ptes anteriores sunt proximiores fonti caloris depurātis supfluitates ꝙ̄ posteriores ğ melioris nutrimēti sunt ꝙ̄ posteriores. Scđa rō hec est: ex puriori sanguine gñanť anteriores ꝙ̄ posteriores cū ꝓpinquiores sint cordi: ergo melioris nutrimēti: cōtrariū tñ poniť in porco. ¶ Rōne huius pōt q̄ri quare in porco ps posterior est melioris nutrimēti: in ariete vͦ anterior ps. Ad h̄ dicēdū ꝙ nō est ita in porco sicut in alijs aīalibꝰ: q: porcꝰ est aīal ꝓnū: vñ q: anteriora sunt depssa ⁊ posteriora sunt eleuata: sordes ⁊ supfluitates veniūt ad ptes anteriores: ⁊ iđ sunt mali nutrimēti anteriora: ecōtrario est in alijs aīalibꝰ. Nos tñ dicimus ꝙ duo sunt ꝯsiderāda ad dispositionē partiū anterioꝝ ⁊ posterioꝝ. Primū ē depuratio carnis ⁊ subtilitas: ⁊ hoc mō anteriores sūt melioris nutrimēti. Alia cā q: anteriores ex calore naturali cordis depuranť ⁊ mūdificanť cū sint ei ꝓpinquiores ꝙ̄ posteriores. Scđm est admixtio pinguedinis. in pte vͦ anteriori pauca aut nulla est pinguedo. vñ q: inter oēm pinguedinē maxime abhorremꝰ pinguedinē porci: iđ cū in pte posteriori priueť: eligimꝰ ptē posteriorē porci. ⁊ ꝑ eādē rōnē ptē āteriorē arietis diligimꝰ cū sit subtilis ⁊ depurata a calore: ⁊ etiā priuata pinguedīe respectu ptis posterioris. ¶ Consequēter q̄riť de nutrimēto partiū ſm diuersitatē situs in pte dextera ⁊ sinistra: ſꝫ q: h̄ plenius discussum est in dictis pticularibꝰ: istud hic omittamus. ¶ Consequēter q̄riť de cute quare facta est tempata. Ad hoc dicēdū ꝙ cutis est tempata ⁊ nō nisi in hoīe: per cutē eñ tactus sensus celebrať: vñ opꝫ ꝙ sit tēperata: organū eñ sensus opꝫ carere excellentia quattuor qualitatū tāgibiliū: si eñ excelleret in aliqua nō posset discernere immo fictia iudicaret: ⁊ hoc maxime ꝯtingit in hoīe: q: in ipo maxime viget discretio sensus: ⁊ iđ cutis in hoīe est temperata. ¶ Consequēter q̄ritur quare caro circa ossa laudabilis est nutrimēti. Ad hoc dicēdū ꝙ hoc est q: ille carnes collidunť ad ossa: vñ q: nerui nō pñt motū suum exercere nisi fricenť ad ossa: iđ in illo motu ad ossa collidunť. ⁊ in collisione ista subtilianť. ¶ Itē si q̄rať q̄re in vētre ⁊ matrice nō est os: dicēdū ꝙ hoc est ꝓpť dilatationē ⁊ ꝯstrictioneꝫ. de ꝓprietate eñ matricis est vt ꝯstringať ⁊ dilateť: sed hoc nō posset facere si ibi eēt os cū os impediat dilatationē ⁊ ꝯstrictionē: ⁊ ideo non dꝫ os esse. silr̄ est de ventre.

¶ De spēbꝰ volatiliū ⁊ diuersitatibꝰ eoꝝ. Ca. xlviij.

¶ Lectio. xl.

Volatilia vniuersalr̄ ad ambulabilia cōparata: minora faciūt nutrimēta: ad digerēdū tamē subtiliora ⁊ faciliora: in mēbris paruꝫ immorātia. Que tñ nutrimēti bonitatibus ⁊ malignitatibꝰ quattuor modis diuersanť. Primꝰ ex cōplexionibꝰ ⁊ etatibꝰ. Scđs ex subtilitatibus ⁊ grossiciebꝰ. Tertius ex crassicie ⁊ macie. Quartꝰ ex locoꝝ mēbroꝝ positiōibus. Ex cōplexiōibus quiq; modis cōprehēdunť. Alia eñ tēperata sicut galline ⁊ galli: alia frigidior tēperamēto priuēs sicut sturni pulli ⁊ siles. Tēperata tñ dicimus hec: q: carnes eaꝝ naturalr̄ calide sint: harū quoq; calor debilis est et subtilis: ⁊ ad digerēdū sunt faciles: ⁊ ideo tēperata eoꝝ cōplexio dr̄. Alia calida ⁊ sicca corrūpēs stomachū ⁊ a tēperamēto lōge sicut passerū ⁊ iuuenū colūbarū: alia est cui dñať siccitas sicut turturū ⁊ ꝑdicū ⁊ siliū: alia cui dñať hūiditas sicut anatū: strutionū pulloꝝ colūbinorū ⁊ siliū. Que ī calore defecta: ⁊ tñ tēperamento sunt attinētia sicut sturni: pulli ⁊ silia: ad digerēdū velociora: aut facile venas penetrātia cito in sanguinē mutabilia: maxime si in crassicie sūt tēpata. Si eñ nō sint crassissima: stomachū sunt confortātia: laudabilē sanguinē gñantia: oī etate cōplexioni ꝯgrua: ſꝫ tñ ex subtilitate ⁊ dissolutiōis sue velocitate: nō multā virtutē mēbris p̄stant: vñ ad regēdā sanitatē sunt meliora ꝙ̄ ad mēbra ꝯfortāda. Meliora aūt huius gñis sunt: cū iā cantare incipiūt: maxime mascula quo in tpe calor eoꝝ ꝯfortať naturalr̄ ⁊ humores mūdanť. Itē si comedanť cocta cū aceto zaccara stomachi extiguūt incēsionē. Itē rufus. Si coquať cū blita ⁊ cicere ⁊ pauco cinnamomo soluūt ventrē. Gallina q: naturalr̄ siccior ē ꝙ̄ pulli: ꝯtraria

pullis agit: q: pulli ventrẽ humectãt: gallina aliquã tulũ stringit. Gallus q: nature calidioris est gallina atq; pullis: quãdã salsitudinẽ icitiuã caro sua acqrit vñ fit solubilis. maxime si vet⁹ sit ⁊ decrepitus. Inde Ga. galli veteres ⁊ decrepiti cũ sale forti cocti ⁊ cy⸗ mino: aneto: porris: semĩe croci hortulani: humores phlegmaticos deponunt: ⁊ colice passioni ꝓsunt: et ad dolorẽ stomachi de vẽtositate grossa inflati miti⸗ gat: dolorẽq; arteticũ ⁊ tremorẽ. Dicunt tñ quidã quare illud nõ est in iunioribus gallis: cũ calidiores sint naturalr: ⁊ calidiores sint salsiores. Dicim⁹ mo⸗ dis esse duobus. Cũ eñ calor ⁊ salsitudo horum sint fortiores: sicce digestionis sunt causa: quia carne du riora. decrepiti cum salsitudo non sit temperata: et caro mollior sit causa lubrice solutionis. Itẽ Ga. gal li decrepiti salsitudo leuis: nõ desiccatiua: caro mol⸗ lior: vñ facilior descensio ⁊ vẽtris emollitio: maxime si ficubus siccis nutriaẽ cũ lacte pistatis. Itẽ Gale. galli aliqñ ⁊ anseres si nutrianẽ siccis ⁊ pistatis ficu bus: inde saporitas paẽ: ⁊ velociter digerunẽ: ⁊ cij⸗ ciũtur. Que volatiliũ calida sunt ⁊ sicca: nõ sepe sũt accipiẽda: maxĩe passeres natura calefaciẽtes: ⁊ i fu⸗ mositatẽ ⁊ cholerã ru. transducẽtes: ꝑcipue siluati ci ⁊ macri: q: digestionẽ desiccant: ventrẽ cõstipant Ioq; nõ sunt accipiẽdi nisi domi nutriti ⁊ incrassati sint. Que cõplexionis sicce sunt: neq; calida nimiũ sunt sicut turtures: pauones: ꝑdices: ⁊ oĩa paludes inhabitãtia carne sunt neruosa: grossa: ad digerẽdũ dura: tñ bñ digesta multũ sunt nutritiua: ad dissoluẽ dũ dura de mẽbris: ⁊ iõ machinandũ est ad mollifi⸗ cãdum carnes eoꝝ: neq; annũ trãseũtiũ sũt comedẽ da: sed postq̃ sunt occisa ꝑ diẽ ⁊ noctẽ dimittãtur vt carnes emolliaẽ. Testaẽ h q: videm⁹ carnes occisas vna die estiua dimissas molliores ⁊ teneriores. Hec tñ carnes ad digerẽdũ veloces sunt: bone in creãdo bonũ sanguinẽ: cũ sanguis suus sit mutatus: sicut a calore naturali elõgaẽ caloris extranei ꝑcussionibus Quõ palã fit: q: carnes diu si dimittaẽ: putrefiunt: ⁊ mutanẽ. Cũ aũt hoc ex lõgo fiat tpe: ex paruo aliq̃d opeẽ est necesse. Ioq; illaudabiles sunt carnes iste si recẽtes sint: maxime si multũ carbonib⁹ assenẽ ⁊ te nerenẽ: q: lz inde mẽbra ꝯfortenẽ: tñ tarde ab eis dis soluunẽ: q: ex recẽtia fit sanguinis: ⁊ lõgiq̃tate putoris: ⁊ vicinitate caloꝝ naturaẽ. Inde Gal. q̃ aĩaliũ ⁊ terre nascẽtiũ recẽtiora q̃ oporteat sũt: aut nõ matu ra quãtũ cõueniat: aliquãdiu et seruata: sicca tene⸗ ranẽ: ⁊ molliora eoꝝ induranẽ ⁊ cruda maturanẽ sic⸗ q; digerunẽ. Obijciẽt tñ quidã Ga. dixisse carnẽ du ram dimissam emollescere ⁊ teneraři ex calore aeris neq; tñ de recenti aliq̃d indicasse: vt si moraręẽ quõ teneraręẽ. Dicimus Ga. dixisse vlr de aĩalib⁹ ⁊ terre nascẽtib⁹: cũ dicũt carnẽ durã diu dimissã calore ae ris emollescere: ⁊ post de nascẽtib⁹ subintulit. Qui fructuũ molles: teneriq; sunt: magis moranẽ indu⸗ rãtur: ⁊ desiccaẽ: ⁊ fiũt tẽperati. Qui aũt duri ⁊ sic ci ⁊ iuncti teneranẽ: ⁊ mollescẽtes tẽperãtur. hoc au tẽ ꝯstat q: si magis seruẽẽ: substãtialis sua hũiditas cõsumiẽ ⁊ in puluerẽ reducitur. Palam ẽ fit: non de bere nutriri carne naturalr dura ⁊ sicca: neq; inha⸗ bitãtibus paludosa: nisi cũ ante ꝑ duos dies sint oc⸗ cisa: vt carnes mollescãt ⁊ facile digeraẽ. Que autẽ volatiliũ sunt hũidiora sicut anates: pulli columbini strutiões: carne sunt duriora ⁊ grossiora ad nutrien dũ: ⁊ ad digerẽdũ duriora: ⁊ ceteris strutiones sunt peiores: q: plus stomachum fatigãtes. vnde sole ale ⁊ ceruices sunt dãde. Hec eñ in oĩm aĩaliũ gñibus teneriora sunt ꝓpter nimiũ motũ. Anates sunt subti liores strutõibus ⁊ saporiores. maxime si ficubus nu trianẽ: quoꝝ tñ ale meliores sũt. vñ hip. volatiliũ le uiores carnes q̃ ambulantiũ sunt ⁊ minus humide: leuiores q̃ min⁹ humide: ꝑdicũ: turturũ: starnoꝝum: humidiores domesticoꝝ carnes: anserũ paludib⁹ in habitãtiũ: anatũ: pulloꝝ. columbe subtiliores q̃ ana tũ: ⁊ ad digerẽdum faciliores sunt. qđ fit ex ꝑuitate humiditatis ⁊ teneritatis sue carnis: ex multo tamẽ suo calore sãguinẽ incẽdũt: maxĩe siluatici q: calidio res ⁊ min⁹ humidi. vñ facile in incẽsionẽ cõuertunẽ ⁊ i gñia cholerica. Ioq; antiq̃ cũ frigidis ꝑcipiũt da ri: sicut cũ aceto vue acerbe poni citri portulaca: la⸗ ctuca: coriandro: scariola ⁊ similibus.

¶ De diuersitate volatiliũ ex etatibus. Capi. xlix.

Diuersitates volatiliũ ex etatib⁹ hec sunt: q: siccorũ pulli iuniores leuiores sunt ⁊ subti⸗ liores: vtpote minoris humiditatꝭ: calidio⸗ rũ humoꝝ: maiores meliores sunt. maxime frigidorũ. Diuersitas ex grossitie ⁊ subtilitate qua⸗ druplex. aut subtilissima quasi in quarto gradu: aut quasi in tertio sicut starni: ꝑdices: pulli ⁊ silia. aut i se cundo: sicut turtures: coturnices: aut q̃si in pꝛĩo sicut pauones ⁊ grues. Que in quarto faciliora sunt ⁊ le uiora ⁊ minus nutritiua. Que quasi in pꝛĩo grossio⸗ ra ⁊ duriora sunt plusq̃ nutritiua. Que inter hec me diocria sunt media. Sed tñ q̃ in tertio gradu: leuio⸗ ra ⁊ subtiliora q̃ que in scdo: q: tertius quarto est vi cinior: ⁊ scđs pꝛimo. Coturnices vo ceteris sunt pe⸗ iores: sicut nec in nutrimẽto: nec in digestõe laudabi les. Dicũt tñ aliq̃ quare Gal. passeres ⁊ pullos assi⸗ milauit in nutrimẽto: cũ tñ sensus neget h: q: pulli humidiores crassiores et carnosiores. Que vo sunt hmõi: maioris debẽt eẽ nutrimẽti. Respõ. Ga. non mõstrasse multitudinẽ ⁊ ꝑuitatẽ nutrimẽti naturalẽ sed potius accidẽtalẽ. Intẽdit eñ oñdere grossiciẽ ⁊ subtilitatẽ: velocitatẽ digestiõis ⁊ tarditatẽ. Mõ strauit q̃ facilia ⁊ subtilia volatilia cito a mẽbris dis soluenda: Grossa vo ⁊ tarda ad dissoluẽdum dura. Que cũ certificauerit: intelligimus subtilia ⁊ a mem bris cito dissoluẽda: ⁊ si naturalr multũ nutritiua: ac cidẽtalr parũ erũt nutritiua. Si eñ cito a mẽbꝛ dis⸗ soluunẽ: velociter euacuãtur: ⁊ ad aliũ appetendũ ci bũ festinat: vñ parũ dant nutrimẽti. Grossa ⁊ a mẽ bris dissoluẽda tarde: etsi parũ nutriãt naturalr: tñ multũ nutriũt accidẽtaliter: q: duricies sue dissolu⸗ tionis a mẽbris nõ cito aliũ cibũ expetit: ⁊ iõ quasi multũ est nutribilis. ioq; grues: pauones nutribilio res sunt anatibus: ⁊ anates tñ sunt nutribiles pro⸗ pter sue humiditatis ⁊ sanguinis multã quãtitatẽ. ⁊ grues ꝓpter humiditatẽ minorẽ ⁊ sanguinis pau citatẽ nutribiliores: q: carnes sue neruose sicut ⁊ oĩs

volatiliū ale. Dicēt tñ aliqui: quare carnes gruū: pa
uonū: alis assimilasti oīm volatiliū: ⁊ grues tñ ⁊ pa-
uones grossa sint: ⁊ tarde digestiua cū gal. oīm vo-
latiliū subtiliora: ⁊ ad digerēdū faciliora alas ⁊ cer
uices eē dicat. Rñdem⁹. subtilitates mēbroꝝ sūt du
plices: aut naturales sicut carniū lacertoꝝ: aut acci-
dētales sicut carniū ossib⁹ vicinarū. Alarū aūt subti
litates sunt accidentales: cū neruose sint ⁊ dure car-
nes: qđ natura fecit: vt assiduū motum ⁊ laborē pos
sent pati: sed tñ ex nimio motu ⁊ labore subtiliat car
nes: ⁊ facit saporosiores: ⁊ ad digerendum faciliores
In se ergo qñ carnes grosse gruū sunt ⁊ dure: sed ex
nimij motus labore tenerantur: ⁊ quasi lacertorum
extremitates conficiuntur.

¶ De diuersitate nutrimentorum eorum ex
macie ⁊ crassitie. Capi. l.

Diuersitates nutrimētoꝝ volatiliū ex ma
cie ⁊ crassitie. Que volatiliū naturalr̄ sūt
humida: laudabilior est macies ꝙ crassi-
ties: q2 macies sua multā aufert humidi-
tatē: ⁊ suā tēperat cōplexionē. Que naturaliter sunt
sicciora: crassa macris sunt meliora: q2 crassities sicci
tatem macie tēperat iuuenū. Crassities etiā hoꝝ ⁊
nutrimēta diuersantur ſm anni tēpora. Quedā enī3
crassa in hyeme ⁊ vere: sunt laudabiliora: sicut star-
ni: turtures ⁊ silia. Quedā vō in autūno ⁊ estate.

¶ De diuersitate nutrimentoꝝ ex membroꝝ
diuersitate. Capi. lj.

Diuersitates nutrimētoꝝ hoꝝ ex diuersi
tatibus mēbroꝝ triplices sunt: aut ex cō
plexionibus siue ex cōpositionibus: aut
ex motionibus: aut locis. Complexiōes
iam diximus sicut neruosorū ⁊ cutis: ⁊ intestinorū:
molliū: ⁊ tenerorum sicut pinguedo ⁊ cerebrum. quę
dam temperata sicut lacertoꝝ carnes: ⁊ pinguedine
nuda: neruosa dura: ⁊ parum nutrientia. maxime si
aīalia macra fuerint: aut naturaliter sicca. Si enim
grossa ⁊ naturaliter humida: hec digesta multa dāt
nutrimēta: ⁊ ad dissoluendū dura. Mollia ⁊ tenera
sicut pinguedo ⁊ cerebrū: calida sunt ⁊ humida: ma-
xime de naturalr̄ humidis: vnde parum nutrientia
⁊ illaudabilia sicut supradictum est.

¶ De diuersitate pinguedinū volatilium. Capi. lij.

Diuersitates pinguedinum volatiliū ſm cō
plexiones eorum sunt. Si enim calidiora:
erit calida pīguedo: ⁊ apostemat̄ dissoluti
ua. Que frigidiora: eorum est temperatior
Que sicciora: eorum pinguedo minus humectat: hu
midorū magis humectat: maxime si de humido na
turaliter est animali. Ideo pinguedo anserum natu
raliter valet arsure stomachi ⁊ intestinorum: clystere
inde facto. Iunior pīguedo humidior: veteru3 est sic
cior. Nouiter interfectorum minus calida est ⁊ hu-
midior. Longe occisorū calidior ⁊ minus hūidior.

¶ Postꝙ premissus est sermo circa diuersitatem nutrimē
ti prout extrahitur ex animalibus ambulabilibus terrestri-
bus: In hac parte determinat de diuersitate eius prout ex
trahitur ex animalibus volatilibus aeris. Diuiditur aute3
hec pars in duas partes. In quarum prima agit de natura
volatilium: ⁊ de diuersitate nutrimenti ex ipsis. In secūda
.s. in hac: Diuersitates membrorum volatilium multiplices
sunt. agit de natura membrorum ipsorum: ⁊ de diuersitate
nutrimenti ex ipsis. Prima autem pars spectat ad presen-
tem lectionem. Diuiditur autem hec pars in duas partes.
In quarum prima cōparat volatilia ad ambulabilia ratio-
ne nutrimenti. In secunda de ipsoꝝ diuersitate ⁊ nutrimē
to ex ipsis determinat. Prima pars indiuisa est. Scđa aūt
diuiditur in duas. In quarum prima distinguit cōditiones
per quas volatilia diuersantur. In scđa ſm distinctiōis dif
ferentias ipsoꝝ diuersitates assignat. Scđa aūt ſm numeꝝ
conditionum diuiditur in quattuor. In quarum prima assi
gnat ipsorum diuersitatem a parte complexionis: ⁊ sīr a
parte etatis. In scđa a parte substātie in subtilitate ⁊ gros
sitie consistentis. In tertia a parte habitudinis in pingue-
dine ⁊ macie consistentis. In quarta a parte situs mēbroꝝ
Sunt igitur in presenti lectione partes sex. In quarum pri
ma comparat volatilia ad ambulabilia ratione nutrimenti.
In secunda. s. in hac: Que cum in bonitatibus ⁊ malignita
tibus ⁊c. distinguit quattuor conditiones ſm quas volati-
lia diuersantur. In tertia. s. in hac: Ex cōplexionibus quīqꝫ
modis deprehendūtur ⁊c. prosequens de ipsorum diuersita
te iuxta illas conditiones assignat ipsoꝝ diuersitate3 a par
te complexionis ⁊ etatis. In quarta. s. in hac: Diuersitas
volatilium ⁊ grossitie ⁊c. a parte substantie in subtilitate ⁊
grossitie consistentis. In quinta sc3 in hac: Diuersitates
volatilium ex macie ⁊ crassicie. a parte habitudinis in cras-
sicie ⁊ macie consistētis. In sexta. s. in hac: Diuersitates nu
trimentorum animalium volatilium ex diuersitatibus mē-
brorum ⁊c. a parte dispositionum membroꝝ. ¶ Circa pri-
mam igitur partem dicit ꝙ volatilia in suo genere minoris
sunt nutrimenti ꝙ ambulabilia in suo: ⁊ subtilioris ⁊ dige-
stibilioris. Circa secundam partem dicit et hanc assignat di
stinctionē. Volatilia in laude ⁊ vituperio quattuor modis
diuersantur. Primus consistit in complexionibus ⁊ etati-
bus ad cōplexiones reductis. Secundus in grossicie ⁊ sub
tilitate. Tertius in crassicie ⁊ macie. Quartus in dispositio
ne membrorum. Circa tertiam partem assignat distinctio-
nem siue diuersitatem volatilium a parte primi modi. Hec
autem pars diuiditur in duas. In quarum prima assignat
ipsorum diuersitatem a parte complexionis. In secunda. s.
in hac: Diuersitates volatilium ex etatibus ⁊c. a parte eta-
tis. Prima autem pars diuiditur in duas. In quarum pri-
ma distinguit complexiones ⁊ species complexionum ipso-
rum. In secunda. s. in hac: Que in calore sunt defecta: ⁊ tem
peramēto sunt attinētia ⁊c. iuxta species complexiōis ipsoꝝ
diuersitatem assignat. Dicit igitur pmo ꝙ ex complexione
volatilia quinqꝫ modis diuersantur. s. ſm cōplexionē tēpe-
ratam vnam ⁊ ſm quattuor distempatas. ¶ Consequēter
assignat ipsorum diuersitatem penes singulas complexio-
nis species. Hec autem pars diuiditur in quinqꝫ ſm nume
rum complexionu3. In quarum prima assignat ipsoꝝ diuer
sitatē rōne complexionis temperate. In scđa. s. in hac: Que
volatilium calida sunt ⁊ sicca. rōne cōplexionis distēperate
calide ⁊ sicce. In tertia. s. in hac: Que cōplexionis sicce neqꝫ
calide. a parte sicce nō calide sed frigide. In quarta. s. ī hac:
Que autem volatilium sunt humidiora ⁊c. a parte humide
calide vel frigide. De temperatis autem septem intendit.
Primo dicit ꝙ sunt maxime laudanda sicut pulli. Scđo di-
cit: non tamen magnum dāt nutrimentum: plus in regimē
to sanitatis ꝙ in corporis confortatione valentia. Tertio di
cit ꝙ maxie valēt cū cātare incipiūt ⁊ sunt masculina. Quar
to dicit ꝙ cū reb⁹ frigidis comesta extinguūt ardorē stoma
chi: cū calidis vētrē soluūt ſm rufū. Quīto dicit ꝙ pull⁹ hu
midior vt gallina magis laxat ventrem: gallus aūt est ma-
gis calidus ⁊ laxat incidendo: ⁊ maxime decrepitus. Sexto
inducit auctoritatem Ga. dicētis gallū veterē eē diureticū
⁊ cōditū ad multos morbos ex grossis materijs valere. Se
ptimo mouet sup hoc questionem quare. s. hec virtus non
sit in gallo iuuene sicut in sene cū sit minoris caloris. Soluit
autem dicens ꝙ hoc est propter duas causas. Una est ꝙ in
iuuene gallo est calor fortior: salsedo autem est fortior: simi
liter. ideo per ipsum egestio desiccatur: ⁊ venter cōstipatur

Aliā est: q: i sene caro est dura: ⁊ calor paucus ⁊ salsedo mi nor: ⁊ ideo magis mollificatur: ⁊ ventrē humectat ⁊ laxat. Octauo per Gal. hoc cōfirmat dicētē: ꝙ salsedo galli senis nō est desiccatiua: sed est caro eiꝰ mollior: ⁊ facilis descēsus: ⁊ ideo humectat ⁊ laxat ventrem: maxime si ficubus ⁊ lacte nutriat. vñ Gal. dicit ꝙ anseres ⁊ galli ꝑ hoc nutrimētū saporē ⁊ velocē cōtrahunt digestionem. In habētibus aūt calidā ⁊ siccā cōplexionē: dicit ꝙ in fumositatē ⁊ cholerā cōuertunt: ⁊ maxime siluatica ⁊ macra: ⁊ vētrē stringūt feces desiccār: ⁊ nō debēt sepe accipi: ⁊ accipiant in domo nutrita ⁊ crassa. In habētibꝰ autē siccā ꝯplexionē ⁊ nō calidā: ſʒ humidā: ⁊ oīa in locis paludosis degētia: dicit ꝙ sunt dura ad digerēdū: digesta tñ accidētaliter mltū nutriūt. Scḋo dat modū reprimēdi eoꝝ duritiē ꝑ morā aliquā post occisionē. nā sic carnes ipsorum teneranṫ: ⁊ hoc patet: per lōgā eñ morā putrescunt. Tertio hoc cōfirmat per Gal. dicētem terrena scentia ⁊ aīalia per moram digestionem cōtrahere: sicut cū sub aere post mortē vel decollationē seruantur. Quarto mouet questionem circa dicta Gal. dicens ꝙ potest queri quo modo Gal. de carne dura dicit ꝙ diu seruata fit mollior: et nihil dicit de carne recenti quomodo teneret: soluit autem intermēdo dicens ꝙ Gal. primo de carnibus aīaliū vniuersaliter dixit ꝙ diu seruate teneranṫ per aeris calorē: et ſm hoc dixit de fructibus ꝙ duri mollescunt: molles aūt desiccantur ⁊ indurantur. Quinto autē cōcludit ꝙ talia volatilia nō debent comedi nisi post longam morā postꝙ sunt interfecta. De habentibus aūt hūidā cōplexionē tria intendit. Primo dicit ꝙ sunt dure digestionis. Secundo dicit ꝙ ale ⁊ colla ex ipsis sunt comedenda propter sui teneritatem et puritatem a motu contractam. Tertio sub auctoritate Hippocra. volatilia adinuicē comparat ⁊ ambulabilia: nā leuiora sunt volatilia ambulabilibꝰ: ⁊ inter volatilia quedā sunt magis leuia: quedā minꝰ: ⁊ sermo eius in omnibus est planus. Cōsequēter assignat volatiliū diuersitatē ratione etatis dicens: ꝙ ea que sunt calide ⁊ sicce cōplexionis in prima etate sunt laudanda propter temperamentum cōplexiōis ab etate: que aūt frigide ⁊ humide cōtrario modo in maiori etate sunt laudanda. Circa quartam partem assignat volatiliū diuersitatem a parte substātie in subtilitate ⁊ grossitie consistentis. Hec aūt pars diuiditur in duas. In quaruʒ prima distinguit differētias substātie. In secunda. s. in hac: Que in quarto faciliora ⁊ leuiora. ipsorum diuersitatē iuxta distinctionis differētias assignat. Dicit ergo ꝙ volatilia diuersantur in subtilitate ⁊ grossitie ſm plus ⁊ minus ſm differētias quattuor graduuʒ. Deinde assignat diuersitatem iuxta illas. Hec aūt pars diuidiṫ in duas. In quaꝝ pma assignat hāc diuersitatē. In scḋa. s. in hac: Dicūt tñ alij quare anseres ⁊ pullos ⁊c. mouet duas questiones. Dicit ergo ꝙ subtilia in quarto leuiora sunt ⁊ minus nutrientia: subtilia in primo cōtraria: in tertio ⁊ secūdo media: sed in tertio plus accedunt ad virtutem quarti ꝙ in secundo. Inter hec autē coturnices sunt peioris cōditionis. Consequenter vo duas mouet q̄stiones. Hec autē pars diuidiṫ in duas ſm duas questiones. Dicit ergo ꝙ q̄stio est ꝑpter qḋ Gal. dixit pullos ⁊ passeres esse pauci nutrimenti cum sint carnosi humidi ⁊ multi nutrimēti. Soluit autem dicens ꝙ passeres naturaliter multum nutriūt: accidentaliter parū. Et in fine dicit ꝙ propter sui grossitiem grues ⁊ pauones multū nutriunt propter moram in membris: ⁊ assimilantur alis animaliū. Secunda questio est de vltimo verbo: quomō grues alis aīaliuʒ assimilanṫ: cū ſm Gal. ale sint subtilissimi nutrimēti ⁊ grues grossissimi. Soluit aūt dicēs ꝙ ale sunt grossi nutrimenti naturaliter cum sint ossose ⁊ neruose: subtilis autem accidentaliter propter motum cōtinuum. Circa q̄ntam partem assignat volatilium diuersitatem a parte habitudinis in pinguedine ⁊ macie existentis. Hec aūt pars diuiditur in duas. In prima assignat hāc diuersitatem dicēs ꝙ humida macra sunt laudanda: sicca pinguia. In secūda assignat diuersitatem habitudinis ratiōe nutrimenti qḋ tēporum sequitur diuersitatem dicens: ꝙ ſm copiam ⁊ inopiam nutrimenti in diuersis temporibus ipsa sunt pinguia vel macra: ⁊ hoc intendit cum dicit: Crassities ⁊ horum nutrimenta ⁊c. Circa sextam partem assignat volatiliū diuersitatē a parte dispositionū mēbroꝝ. Hec autem pars diuidiṫ in duas. In quaruʒ prima distinguit mēbroꝝ dispositiōes. In secunda. s. in hac: Cōparationes iam diximus ⁊c. iuxta illas dispositiones volatilium diuersitates assignat. Dicit igiṫ ꝙ mēbroꝝ diuersitas est cā diuersitatis volatiliū triplicater. rōne cōpositiōis: motꝰ: q̄etis ⁊ loci. Cōsequēter iuxta cōpositionē assignat mēbroꝝ diuersitatē ⁊ volatiliū ꝑ ipsa. Hec aūt pars diuidiṫ in tres. In q̄rū pma assigt mēbrorū distinctionē ratione cōpositionis. In secūda. s. in hac: Neruosa dura ⁊ parum nutrientia. iuxta distinctionis differentias in membris diuersitatem assignat. In tertia. s. in hac: Diuersitates mediorū volatiliū ⁊c. Dicit ꝙ membrorum compositio quedam est dura: quedam mollis: quedam media. Deinde dicit ꝙ membra dura multū nutriūt accidentaliter: parum naturaliter: ⁊ dure sunt digestiōis: mollia male nutriūt: media bene. Deinde pinguedinisque est mollis cōpositionis diuersitatem assignat: cuius diuersitas attenditur penes cōplexiones ⁊ species animaliū ⁊ penes ipsorū etates ⁊ pinguedines. De motu autē ⁊ loco postea determinabit. ¶ Circa partē istā queruntur quattuor. Primuʒ est de cōparatione aīaliū volatiliū ad ambulabilia. Secundum de ipsis volatilibus: ⁊ comparatione eorūdem adinuicem. Tertium est de natura pullorum ⁊ cōparatione eorū adinuicem. Quartum est de gallo.

¶ Circa primum proceditur hoc modo: queritur que aīalia maiorē impressionem caliditatis corpori inducāt: an volatilia an ambulabilia: ⁊ videṫ ꝙ volatilia. impressiones eñ quas faciunt terrenascētia ⁊ aīalia in corpore humano: procedūt ſm diuersitatem elementorū: ergo aīalia in quibꝰ dominantur elementa calida magis participāt caliditatē: ſʒ volatilia sunt hmōi: q: in ipsis dominanṫ suprema leuiū: sicut dicit ysaac: g̃ ipsa maiorē impressionem caliditatis faciūt in corpore hūano ꝙ āmbulabilia: ⁊ sic plus calefaciūt corpꝰ hūanū ꝙ ambulabilia. Scḋa ratio hec est: dicit pħs aīalia illoꝝ elementoꝝ dominiū habēt in q̄bus cohabitāt: g̃ illa elementa q̄ plus tendūt in habitatiōe sua ad elemēta leuia maiorē caliditatem participāt: sed volatilia sunt hmōi respectu ambulabiliū: g̃ cū volatilia habeāt dominiū elemētoꝝ leuium plus habent calefacere corpus ꝙ ambulabilia. Ad oppositū: dicit ysaac ⁊ pħs ꝙ caliditas in materia grossa maiorem efficit caliditatē ⁊ impressionē caliditatis ꝙ in materia subtili: ſʒ materia in volatilibus respectu ambulabiliū subtilis est: g̃ minorē impressionē caliditatis faciūt volatilia ꝙ ambulabilia: ⁊ sic āmbulabilia magis calefaciūt corpus ꝙ volatilia. Hec rō ꝯfirmaṫ ꝑ hoc ꝙ aīalia ꝯhūt caliditatē a locis in quibꝰ habitāt: ſʒ ambulabilia habitāt in locis calidioribus ꝙ volatilia. Aer eñ cōtingens terrā calidior est ꝑpter reuerberationē radioꝝ solis ad terrā. Scḋa rō h̄ est. dicit Auicen. nihil dr̄ calidū vel frigidū nisi respectu impr̄ssionis quā facit in corpe: ⁊ hoc vel addēdo in calorē naturalē vel imutādo: sed āmbulabilia magis addūt in calorē naturalē ꝙ volatilia: ergo plus calefaciūt corpus ꝙ volatilia. Et hoc cōfirmatur experimēto: q: in cōualescētibus ab egritudine ꝑcipimꝰ dare volatilia: ꝓhibemꝰ aūt āmbulabilia: ⁊ hoc nō facimꝰ nisi q: credimꝰ volatilia esse frigidiora āmbulabilibꝰ: g̃ āmbulabilia calidiora sunt. Ad hoc dicendū ꝙ āmbulabilia maioris sunt caliditatis ꝙ volatilia. Ad rōnem primā in contrariū dicēdū ꝙ dominiū est quadruplex: sicut dicūt expositiōes antiquoꝝ. Primū est quātū ad ip̄ssionē qualitatū effectiue: ſm ꝙ piper dr̄ calidū effectiue: hʒ eñ dñium pñū igneaꝝ: ⁊ tñ est terrestre pōderosum deorsum descēdens. Scḋm dñium est quātū ad motū localē: ſm ꝙ dicimus ꝙ illa q̄ sursum mouētur habēt dñium leuiū. Tertiū quātū ad dispositionē spirituū ⁊ caloris naturalis. ſm ꝙ dicit Cōstātinus ꝙ spūs ⁊ calor naturalis igni ⁊ aeri assimilanṫ. ⁊ haly: ꝙ calor naturalis aeri ⁊ spūs igni. Quartū dñiū est quātū ad dispositionē pñū in raritate densitate grossitie subtilitate. Et istis tribꝰ modis dicunṫ supma leuiū habere dñiū i volatilibꝰ: ſʒ istud dñiū nō facit ꝙ aliq̄d dicaṫ frigidū vel calidū: ſʒ dñiū primo modo. s. impressionis effectiue: sicut in pipere pʒ: ⁊ ꝑpter hoc volatilia nō debēt dici calida vel frigida ab hmōi dominio. ¶ Secundo q̄riṫ circa hoc ſm glosam: si volatilia sunt minoris nutrimenti ⁊ facilioris digestionis ꝙ ambulabilia

sm q ponit ysaac: g̃ anser est faciliozis digestiõis q̃ hedus. Ad hoc dicẽdũ q hec rõ deficit in duob⁹: q: duplex est ꝯparatio. qdã eñ ẽ rõne gñis: qdã rõne spẽi. quãtũ ad pmã nõ debem⁹ descẽdere ad spẽm: ⁊ hoc mõ intelligit ysaac. Scõo mõ deficit: q: nõ debem⁹ cõparare grossum ad subtile neq ecõtrario: s; grossuz ad grossũ: sicut carnẽ gruis ad carnẽ bouinã: ⁊ subtile ad subtile: sicut carnẽ pulloꝝ ad carnẽ hedi. ¶ Circa scõm ꝓcedit hoc mõ: ⁊ q̃rit de aĩalib⁹ volatilibus viuẽtib⁹ de rapina: vtrũ sint laudabilis nutrimẽti: ⁊ videt q sic. Dicit ysaac q mẽbꝛa q̃ sunt in motu cõtinuo sunt laudabilis nutrimẽti: q: ꝓpter motũ carnes depurant ⁊ subtiliant: g̃ aĩalia q̃ sunt velocissimi mot⁹ hñt carnes puriores ⁊ mũdiores: s; talia sunt volatilia viuẽtia de rapina: g̃ sunt laudabilis nutrimẽti. Scõa ratio hec est: aĩalia q̃ ex laudabili nutrimẽto nutriunt sunt laudabilis nutrimẽti: s; aĩalia de rapina viuẽtia ex laudabili nutrimẽto nutriunt: q: ex carne: g̃ laudabilis sunt nutrimẽti. Ad oppositũ est qõ videm⁹: q: d: q eoꝝ carnes sunt incẽsiue ⁊ sicce multũ. Ad b̃ dicẽdũ q nõ sunt laudabilis nutrimẽti: q: sunt aĩalia cholerica valde calida ⁊ sicca: ⁊ iõ caro ipsoꝝ ẽ durissima ⁊ amara. Dicit tñ q subtile d: trib⁹ modis: in actione: in passiõe: in generato. Primo modo sicut lac cameli qõ mẽbꝛa subtiliat. Scõo mõ qõ ad formã sanguinis de facili ꝯuertit sicut gña oleꝝ. Tertio mõ qõ ad subtilẽ sanguinẽ cõuertit sicut carnes pulloꝝ. Carnes g̃ volatiliũ subtiles sunt in actiõe: q: ꝓpter subtilitatẽ suã subtiliãt hũiditates. Ad rõnẽ dicẽdũ q nõ est simile de parte ⁊ de toto: q: ptes q̃ sunt in motu cõtinuo sunt laudabilis nutrimẽti: si sint de aĩali laudabilis nutrimẽti: si tñ de aĩali illaudabililis nutrimẽti nõ est verũ. vñ q: in aĩalibus volatilib⁹ de rapina viuẽtib⁹ cõplexio est inepta ad motũ: ideo mot⁹ cõtinuus nõ iuuat cõplexionẽ. Ad scõm dicendũ q cõplexio istoꝝ aĩaliũ duplex est: essentialis ⁊ accidẽtalis. vñ q: essentialis illaudabilis est: nõ põt reduci nutrimẽtũ ad cõpletũ: q: tũc nutrimentũ cedit in cholerã sicut ⁊ ipa cholerica sunt. ¶ Scõo q̃rit circa hoc qs sit melioꝛ ad delẽdã maculã ocli: an sanguis aĩalis viuẽtis de rapina: an sanguis pulli colũbini: ⁊ videt q sanguis aĩalis viuẽtis de rapina: q: sanguis volatilis delet maculã oculi ꝓpter caliditatẽ ⁊ subtilitatẽ: ⁊ nõ qlibet sanguis: s; solũ sanguis q̃ est sub alis: q: ille subtilioꝛ fit ⁊ purioꝛ ꝓpter motũ ꝯtinuũ: sed sanguis aĩalis viuẽtis de rapina volatilis est in maiori motu: g̃ sanguis hoꝝ mag; delet maculã ocli q̃ ali⁹ sanguis. Scõa rõ hec est: si hoc facit sanguis colũbin⁹: q: subtilis est ⁊ acutus: g̃ sanguis q̃ magis subtilioꝛ est ⁊ acutioꝛ magis hoc faciet: s; hmõi sanguis est sanguis aĩaliũ viuentiũ de rapina: g̃ hmõi sanguis magis delet maculã oculi q̃ alius sanguis. Ad oppositũ est qõ dicũt practici: q sanguis colũbinus non quilibet: s; extractus ab alis colũboꝝ delet maculã. Ad hoc dicendũ q sanguis aĩaliũ viuentiũ de rapina magis cõpetit in hoc q̃ alius sanguis excepto vno: nã ad remotionem macule duo exigunt. Primũ est remollitio. Secũdũ est dissolutio macule: sanguis ergo q̃ maculã remouet: d; esse hũidus ꝓpter remollitionẽ. vñ tunc rebus hũidis vtendũ est: ⁊ hoc modo sanguis colũbinus cõpetit. in via tñ dissolutiõis sanguis aĩaliũ viuentiũ de rapina cõpetit: q: acutissimus est: ⁊ super oẽs sanguis humanus ab extremitatibus extractus maxime cõpetit ⁊ iuuat si instillet sup oculũ. ¶ Tunc q̃rit de carne coturnicis: vtrũ sit laudabilis nutrimenti: et videt q sic: q: sicut dic Ras. boni sanguis est gñatiua ⁊ spmatis augmentatiua. Scõa ratio hec est: oĩs caro q̃ excellit duo genera carniũ: est caro q̃ est pꝛͤpue in gradu bonitatis: sed coturnix est hmõi: q: excellit vtrũq sm Ras. dicentẽ q melioꝛ est carne pulloꝝ ⁊ carne starni: ⁊ meliozis sanguinis generatiua ⁊ spermatis augmẽtatiua: g̃ est multũ laudabilis nutrimenti. Cõtrariũ dicit ysaac ⁊ vulgus. Nos tñ dicimus q caro coturnicis est laudabilissimi nutrimenti ⁊ alijs carnibus pferẽda: sm Ras. tamen in carne coturnicis est quedã vnctuositas respectu starni ⁊ pulli: rõne cui⁹ videt nocere febꝛicitãti ⁊ etiã cõualescẽti ab egritudine: ⁊ p istã non videt esse boni nutrimẽti: s; sperma augmentare: hoc tamẽ potes refrenare apponẽdo cũ ipsa frigida quãdo decoquit. ¶ Quarto q̃rit de cõtrarietate Ras. ad ysaac in bonitate hmõi carniũ: ⁊ q: in dictis particularibus capitulo de volatilibus plen⁹ est discussum: iõ ad pñs omitto. ¶ Quinto q̃rit qs sit meliozis nutrimẽti: an pullus nouiter genit⁹: an pꝛouectus: ⁊ videt q paruus: q: dicit Ras. q caro pullorum est tẽperata: tñ declinat ad frigiditatẽ ⁊ hũiditatẽ: s; fet⁹ humide matris quãto appꝛopinq̃t ꝑtui peioris est nutrimẽti: fetus ṽo sicce boni est nutrimẽti: g̃ cũ caro pulli sit hũida, vel ad hũiditatẽ declinãs: g̃ fetus suus pessimi erit nutrimẽti. Scõa ratio hec est: pullus ille laudabilis est nutrimẽti: in q̃ superfluitates carnis depurant: sed in etate pꝛima carnes nõ sunt mũdificate: q: caloꝛ sopit⁹ est: g̃ fetus est pessimi nutrimenti. Hoc cõfirmat p ysaac: q: tũc sunt boni nutrimẽti qñ cãtare incipiũt. Ad oppositũ: carnes ad hũiditatẽ ⁊ teneritatẽ declinãtes meliores sunt sm Ras. s; in illa etate hñt carnes humidiores ⁊ teneriores: g̃ meliores sunt in illa etate. Ad hoc dicẽdũ q nõ sunt laudabilis nutrimẽti. Silr dicimus q anser cu; sit maxime humidus: non ꝯpetit qñ est ita iuuenis ⁊ tener: si tñ accipiant volatilia in tali etate accipiatur fet⁹ sicce matris: sicut pullus pdicis: q: declinat ad siccitatẽ: illaudabilis ṽo est nutrimẽti pullus anatis. Ad rõnẽ dicendũ q mollicies carnis q̃ caret viscositate ⁊ superfluitate laudabilis est nutrimẽti: ⁊ hec est in pullo ꝓuecto. Alia est mollicies cũ quadã viscositate ⁊ supfluitate: ⁊ hec est in volatili nouiter genito. ¶ Sexto q̃rit qs pull⁹ mag; debeat eligi: an pullus masculus an femina: ⁊ q: istud sufficienter discussuz est in dictis particularib⁹ iõ hic omitto. ¶ Septio q̃ritur de gallo veteri: ⁊ q̃rit vtrũ ius ei⁹ laxet: ⁊ videt q nõ immo poti⁹ iuuenis: in senectute eñ cõplexio declinat ad frigiditatẽ ⁊ siccitatẽ: in iuuenibus ṽo ad caliditatẽ ⁊ siccitatẽ: s; hũiditates frigide ⁊ sicce acumine ꝑuant: calide ṽo ⁊ sicce nõ: g̃ si aqua veteris h; virtutẽ laxãdi: multo foꝛti⁹ aq̃ iuuenis laxabit. Cõtrariũ tñ dicit ysaac q aqua veteris laxat ⁊ iuuenis cõstipat. Ad hoc dicendũ q aqua galli veteris laxat. Vñ dicimus q duplex est hũiditas in gallo veteri: qdã est q̃ nutrit: ⁊ hec nõ laxat: est ⁊ alia nõdũ cõuersa: ⁊ hec nitrosa ⁊ salsa est ⁊ iuri mãdat: ⁊ hec laxat moꝛdicãdo. ⁊ b̃ silr in dictis particularib⁹ meli⁹ est discussum. ¶ Vltimo q̃rit: vtrũ gall⁹ vet⁹ laxet rõne maior; acuminis: aut rõne altera. Gal. dicebat q in iuuene caliditas aq̃ mãdat: ⁊ b̃ foꝛtis est ⁊ feces desiccat: ⁊ iõ poti⁹ ꝯstipat q̃ laxet: in veteri ṽo nõ est caliditas multa: ⁊ si est: ẽ acuta. vñ est nitrosa ⁊ salsa. Dicim⁹ g̃ q si mag; haberet acuminẽ magis laxaret. Vñ de ꝓpꝛietate istoꝝ aĩaliũ est q in tẽpoꝛe senectutis multe hũiditates aggregent q̃ in tẽpoꝛe iuuentutis ꝓpter caloꝛẽ foꝛtẽ oĩno dissoluunt: ideo ṽo humiditates in senectute nõ ꝯuertunt: cuius signũ est q gallus vetus habet nodũ in pedib⁹. Alia ṽo humiditas que in coꝛpoꝛe remanet: ad nitrositatẽ ꝯuertit ⁊ salsedinẽ: sicut pt; in hoĩbus senibus q̃ sunt pleni phlegmate: iuuenes ṽo pꝛopter foꝛtitudinẽ caloꝛis totũ depurant: ⁊ ideo ius galli iuuenis constipat.

¶ De diuersitate mẽbꝛoꝝ volatiliũ. Capi. liij.

¶ Lectio. xlj.

maiori necessitate dari: quia antiqui dixerunt absti- nentie studiosis: et subtilem dietam habentibus ca lorem refrigerari: et siccitatem humectari: que ex nimio calore et forti fit in exercitātib⁹ labore. Estate primum intrare balneum in aere temperato: aqua tamen dulci exiſtēte: neq̄ ibi diu stare. Exiens vinū accipiat mixtum ⁊ bibat plus q̄ oportet: Deinde totū euomat: ⁊ aliquātulū q̄escat: paucas deinde ac cipiēs lactucas. herbe sint refrigeratissime sine aliq̄ crassitie: post ptisanā accipiat: et expectet quousq̄ a stomacho digeratur. Deinde comedat pullorum a- las: pedes quoq̄ hedulinos bene coctos: ⁊ cum pau co obsomogaro et aceto: ⁊ ouorum vitella elixa. De herbis accipiat que laudabilis sunt cibi: sicut molo- chia: atriplices: blites: vinum mixtum cum aqua fri- gidissima. Gal. Multotiens inquit mihi sufficit in temporibus calidis sola ptisana cum ordinamēto ta men ciborum ⁊ potuum ſm consuetudinem quorum libet hominum: vinum mixtum cum aqua frigida si- ue niue prout assueti sunt bibentes. Alij enim in estu laborantes: et nimium calorem sentientes: parum quiescentes: et aquam frigidam bibentes: solent euadere infirmitates. Subtilis vero dieta cū cibis in actione sua subtilibus: etsi essentia eorum illauda bilis sit: multum iuuat in corporibus suis habentes multos grossos crudos et viscosos humores: et eos qui habent oppilatiōes in epate: ⁊ splenis duriciem Inde Gal. subtilis inq̄t dieta oppilationes epatis aperit: ⁊ splenis duriciē soluit: ipsum quoq̄ minuit et in naturam suam reducit. Idē. Ego noui homi- nes anhelitum habentes se dietantes subtiliter: qui taliter adiuti sunt vt euaserint anhelitum: non post habuere nisi paruum ⁊ rarum. Idē. Scio multos ne freticos: arteticos: non tamen in articulis lapido- sis: passionē exisse: vel alleuiasse cum diete subtilita te. Intendit autem subtilem dietam grossos humo- res subtiliantem: sicut oximel: ⁊ radices et similia. Epileptia autē si sit parua: et aliquis ab initio sibi occurrerit cum abstinentia et subtili dieta: perfecte sanatur. Si autem indurata et elongata fuerit: etsi non sanetur: tamen multum ex dieta iuuatur. Sed non semper est frequentāda: si enim salsa sit vel ama ra: ⁊ acuta: etsi grossoꝝ humoꝝ sit subtiliatiua: maxi me si complexio sit cholerica. non enim hec dieta eos iuuat: nec aliquos etiam nisi in quorum corporibus phlegmatici humores adunātur. Calidis ē ergo no- citiua hec dieta: quia in primis subtiliat sanguinem ⁊ post humiditatem desiccat: ⁊ incendit: ⁊ melancho licum facit. Inde Gal. oportet cognoscere operantē acuta cibaria: ⁊ humorum grossorum subtilitiua: vt perfecte quātitatem dādi sapiat: ⁊ quo tempore qui bus de hominibus sint danda. Grossa vero dieta id est viscosa: et ad digerendum dura: licet perfectam non det sanitatem: tamen dat grossitiem ⁊ virtutem propter dissoluendi a membris longitudinē. Ideoq̄ solis exercitātibus sufficit et laborātibus: ne cito a membris dissoluatur: ⁊ ne eorū deficiat virtus. Cū quidam vero plus desiderent grossitiem ⁊ fortitudi nem: cum in perfecta sanitate sint: q̄ maciem: ⁊ cum membrorum carnositate perfectam salubritatem: ne cesse est hanc frequentare. neq̄ cum acceperint ocio sos esse ab exercitioꝝ tēpore anteq̄ cibū sumant. qd̄ facientes vti possunt grossis: maxime si viscera eoꝝ sana sint. Sic sana esse aperiant: si grossis ⁊ ad dige rendum duris vtantur: neq̄ grauitatem: neq̄ duri- tiem senserint in lateribus. Item oportet vt grossa sint ſm exercitia ⁊ labores. Sēp ei fortiter exercitati sicut athlete ⁊ silēs: viscosissimā ⁊ grossissimā erūt pa tiētes. min⁹ laborātes ecōuerso. Sic ḡ ascendendū ⁊ descendēdū ſm quantitatem exercitiorum. Qui non possunt exerceri: quia neq̄ etas patitur: neq̄ consue tudinis fuerit sibi: grossam ⁊ viscosam fugiant die- tam: nisi cum prius caballizauerint: vel pedites iue- rint: vt tantūdē valeāt quātū exercitia vel exerceri. Nihil enim inimicabili⁹ est regēde sanitati q̄ ociosi tas et quies, maxime grossa vtētib⁹ ⁊ viscosa dieta. Ideoq̄ non patiēb⁹ neq̄ exerceri valētib⁹: dieta in passiōe subtilis: ⁊ i cētia accipiat laudabilis: grossā ⁊ viscosam caueāt quāto plus possunt: neq̄ solū hec faciēda: sed ⁊ corpora sunt mundificanda cōuenibili pharmacia: et tēperanea: et sepe accipiēda digerere adiuuantia ⁊ sanitatē custodiētia: sicut oximel squil liticum. Quibus grossi humores ⁊ viscosi sunt: neq̄ negligant electuaria humiditatem stomachi mundi ficātia: ⁊ epatis et splenis oppilationes aperientia: qd̄ si neglexerint: cito incident morbos diuturnos: quorum causa humorum erit multitudo. Exercitan- tes aūt ⁊ laborantes his opposita erunt facientes: quia in magnis exercitijs si dieta accipiatur subtilis et cito solubilis: velociter deficiunt et consumuntur carnes: ⁊ in ptysim cadunt. Multi ergo hominum studijs alijs occupati: cum dietam ⁊ exercitia ſm q̄ oportet ordinare non possunt: cibaria non accipiant nisi q̄ digerere valeāt: neq̄ mundificare corpus cum catarticis: electuarijs ⁊ similibus negligāt. Sic igi- tur exercitia ante cibum ad regēdam sanitatem opti ma sunt. Que post cibum erunt: maxime sanitatem impediunt: quia antecedentem cibum calefaciunt: et ebullientem anteq̄ excoquatur eijciunt. Qui cū ad epar crudus ⁊ indigestus veniat: in venis epatis humores adunantur grossi. diuersorum morborum ⁊ dure dissoluēdorum cause futuri morbi. Si autem calor stomachi ⁊ epatis virtuosus fuerit: mutātur in sanguinē: non tū laudabilē: quia de grosso phlegma te existentē: vnde plurimi dolores artetticos inci- dunt: ⁊ similes alios dolores. Inde Gal. Oportet inquit post cibū exercitia ⁊ labores vitari: ⁊ sicut re quies aū cibū fugiēda erit: q: exercitia humectatio- nem exinaniūt carnis: ⁊ corpora dissoluūt cum fumo et sudore. Sanguine autem minuto carnem hume- ctante: trahitur cibus e stomacho crudus: ⁊ indige- stus. Ideoq̄ ⁊ infirmitates incidunt. vnde ante se- nectutem moriuntur. Idem inquit: multi se sanos esse stomacho confidunt: et ad digerendum gros- sam ⁊ duram sufficere ipsum estimant sicut citrules ⁊ cucumeres ⁊ similia. neq̄ sentiunt donec infirmi- tates subeāt duras nimis: ⁊ cito moriūtur. Inuenis enim sepe hec comedētium necesse est adunari gros-

sitiẽ ⁊ frigiditudinem humorum dure in sanguinem cõuertibilium: quia parua ex causa cito putrefiunt: et pessimarũ cã sunt febriũ: vel calorẽ naturalẽ epatis minuunt: ⁊ digestionem sibi auferunt ⁊ virtutem. vnde fit vt cito succedat hydropisis. Oportet ergo magis esse studium regende sanitatis: cibos dari laudabiles chimos generantes: siue subtiles sint siue grossi. Gal. inquit: omnes cibi in essentia sua non laudandi: sunt maximo studio euitãdi: subtiles seu grossi cũ morborum non sanitatis sint generatiui. Soli ergo exercitantes grossis indigent cibis. Gal. grossi cibi et ad digerendum duri: non tamen in essentia mali: non omnibus hominibus sunt fugiendi: q: exercitantibus fortiter ⁊ laborãtibus ⁊ perfectis in stomacho ⁊ epatis complexionibus non nocent. Sed sepe comedantur: tantum boni chimi generantur. Generaliter ergo diximus qui grossis vti debeant siue subtilib⁹. Restat dicere quomodo accipiant. Molles cibi ⁊ liquidi faciles sunt digestioni: ideoq; ante duros accipiendi. Si enim postea digerantur: a duris exire non permittũtur. In essentia mali ante bonos sunt sumendi. Si enim post: in stomacho immorantur: et boni eis corruptis corrumpuntur. Qui in essentia non laudandi: non tamen humidi vel viscosi neq; ante cibum neq; post cibum: tãtũmodo enim sunt sumendi in horum medio. Qui vero cibi non sunt illaudabiles: neq; tamen lubrici: neq; mũdificãtes: ⁊ hi neq; ante cibum neq; post: sed accipiantur medio. Qui neq; solubiles sunt neq; stiptici: sed tñ mundificatiui: neq; illaudandi sicut amygdale: ventribus siccis ante cibum sunt sumendi: mollibus vero post.

¶ Egit superius de distinctione diete subtilis et grosse et mediocris: et de eius diuersitate a parte temporum anni: In hac autem parte dietã subtilem et grossam corporibus adaptans: ostendit quibus vtraq; conueniat in regimento sanitatis. Hec autem pars spectat ad presentem lectionem Diuiditur autem in duas partes. In quarum prima agit de vsu vtriusq; diuersis vtranq; corporibus adaptans. In secunda: scilicet in hac: Generaliter ergo diximus qui grossis cibis ⁊c. redeundo determinat de vsu acceptionis ciborum subtilium et grossoꝝ. Prima pars diuiditur in duas. In quarum prima premittit ordinem ciborũ grossorum et subtilium. In secunda scilicet in hac. Subtiles autem cibi absolute ⁊c. agit de vsu diete subtilis ⁊ grosse. In secunda scilicet in hac: Oportet autẽ intelligi ⁊c. post vsum vtriusq; diete sub breuitate modum regiminis sanitatis circa vtrãq; concludit. Prima diuidit in duas. In quarum prima agit de vsu subtilis diete. In secunda: scilicet in hac: Grossa vero ⁊ viscosa dieta ⁊c. agit de vsu grosse diete. Et sic quinq; sunt partes in presenti lectione. In quarum prima tangit ordinem diete subtilis ⁊ grosse. In secunda determinat de vsu subtilis. In tertia de vsu grosse. In quarta regimen sanitatis circa vtriusq; vsum breuiter concludit. In quinta redit ad ciborum ordinem. ¶ Circa primam partem dicit ꝙ in multorum ciborum acceptione subtiles debent precedere: ⁊ deinde grossi: ne subtilium transitus impediatur ⁊ ipsorum fiat corruptio: debent igitur prius solubiles et liquidi accipi ꝙ̃ stiptici. Circa secũdam partem agit de vsu subtilis diete. Hec autem pars diuiditur in duas. In quarum prima agit de dieta subtili in passione et essentia. In secunda scilicet in hac: Subtilis vero dieta ⁊c. agit de dieta subtili in actione. De subtili autem dieta in passiõe ⁊ essentia tria intendit. Primo dicit ꝙ bonum generat sanguinem: ⁊ valet in custodienda et regenda sanitate. Unde medicus debet eam infirmis iniungere. Secundo sub auctoritate antiquorum docet modum regendi corpora debilia per ipsam dicens: ꝙ habentibus corpora calida ⁊ sicca propter etatem ⁊ laborem competit vsus balnei temperati et mora temperata in ipso: post exitum potus vini mixti: ⁊ post vomitus deinde quies: ⁊ post acceptio ptisane: post cuius digestionem accipiantur pulli ⁊ auium extremitates ⁊ herbe laudabiles frigide. Tertio dicit ꝙ sm Gal. multis in estate competit vsus ptisane et aque frigide et vini mixti: et per obseruationem diete liberati sunt a diuersis morbis. Pars autem illa que est de dieta subtili in actiõe in duas diuiditur. In quarum prima ostendit quibus competit vsus eius. In secunda scilicet in hac: Sed non semper est frequentanda ⁊c. quibus non competit ostendit. Dicit igitur ꝙ habentibus grossos humores competit. Secundo sm Gal. dicit ꝙ multi a diuersis morbis per ipsam liberati sunt. Deinde dicit ꝙ non debet semper frequentari: quia primo humores incendit: deinde ingrossat et infrigidat ⁊ hoc confirmat per Gal. Circa tertiam partem agit de vsu grosse diete. Hec autem pars diuiditur in duas. In quarum prima assignat proprietates grosse diete. In secunda scilicet in hac: Cum quidam vero desiderant plus ⁊c. determinat de vsu eius ostẽdẽs quib⁹ competit ⁊ quib⁹ non. Scða autem diuiditur in duas. In quarum prima de vsu eius determinat. In secunda scilicet in hac: Inde Gal. multi inquit sanos se ⁊c. ostendit nocumenta q̃ ex malo regimine accidunt sm Gal. Prima autem diuiditur in duas. In quarum prima vsum diete grosse determinat. In secũda: scilicet in hac. Sic igitur exercitia ante cibum ⁊c. de vsu exercitiorum interserit: et ostendit modum et horam vsus ipsorum. Secunda autem pars diuiditur in duas. In quarum prima vsum exercitiorũ assignat. In secunda: scilicet in hac: Inde Gal. oportet inquit post cibum ⁊c. intentionem per Gal. circa eorum vsum confirmat. Sunt igitur quinq; partes notabiles in parte illa. In quarum prima agit de proprietate grosse diete. Dicit igitur ꝙ dieta grossa est dure digestionis ⁊ penetrationis: tamen multum nutrit accidentaliter membra: et virtutes confortat propter longã moram in membris. Deinde secundo ostẽdit modum vtendi ea dicens ⁊ assignans quibus competat et quibus non: et dicit ꝙ illis qui vigorem corporis querunt: competit post multum exercitium. debiles et non exercitantes eam caueant nisi post exercitium: et in longo vsu eius accipiant diuretica: et multi euadunt egritudines per preseruationem cum medicinis laxatiuis et electuarijs et exercitijs. Deinde tertio dat modum vtendi exercitijs dicens: ꝙ iniungenda sunt ante cibum et non post: quia ante cibum confortant: sed post cibos lubricant digestiuam impediẽtes. Deinde quarto inducit Gal. circa exercitia idem dicentem. Deinde quinto sm Gal. tangit nocumenta ex vsu grosse diete: dicens ꝙ multi non sentiunt nocumenta ex malo prouenientia regimine in iuuentute cum virtus est fortis: in senectute virtute deficiente multas egritudines incurrentes. Circa quartam partem agit breuiter de regimine sanitatis per vtranq; dietam: ⁊ aggregat summã omnium predictorum: dicens primo ꝙ in sanitate custodienda oportet cibis laudabilibus vti: illaudabiles cauere siue sint grossi siue subtiles. Secundo hoc confirmat per Gal. Tertio sm Gal. dicit ꝙ grossi cibi non sunt omnino euitandi: quia fortibus exercitantibus ⁊ sanis competunt: sed tamen post longum vsum nocent: quia humores malos generant. Circa quintam partem agit de ciborũ ordinatiõe: et quinq; canones assignat. Primus est ꝙ molles cibi ⁊ subtiles ante grossos sunt accipiẽdi: quia per moram ipsorum post suam digestionem corrumpuntur. Secundus est ꝙ mali ante bonos debent accipi: quia aliter boni ipsoꝝ p cõmixtionem corrumpuntur. Tertius est ꝙ mali qui tamen non sunt humidi neq; viscosi: in medio sunt acci

piendi. Quartus est q̃ nõ mali: non autem lubrici sī nec mundificatiui: similiter in medio. Quintus est vt multum solubiles nec stiptici multū: sed mundificatiui: non aūt mali sicut amygdale ventre constipato ante cibum sunt accipiendi: et deinde molles cibi sequantur. ¶ Circa partem istam queruntur duo. Primum est de ordine ciborum adinuicem grossoꝝ et subtilium de quibus tractat. Secundum de ordine cibi ad potum: et administratione eius post cibum.

¶ Circa primum pceditur hoc modo: queritur vtrum in eadem mensa plura cibaria competant: an vno solo debeat homo esse cōtentus: et videtur q̃ plura cōpetant: cibus exhibetur ad deperditi restaurationem: sed ea que a membris deperduntur diuersorum sunt generum et diuersarum naturarum: ergo restaurantia debent esse diuersarum naturarum: sed hmõi sunt plura cibaria: ergo plura cibaria debent apponi et etiam competunt. Secunda ratio hec est: cibus exhibetur vt appetitui satisfiat: sed plura cibaria magis satisfaciunt appetitui q̃ vnum solum: ergo plura cibaria in eadem mensa competunt. Ad oppositum: si in eadem mensa plura cibaria exhibeantur: aut subtilia precedunt grossa aut econuerso: si grossa precedunt: ergo grossa prius sunt in fundo stomachi et non permittunt subtilia descendere: et sic subtilia supernatant et putrefiunt: maxime cū digesta prius non egrediuntur: quod quidem debet cauere conseruator sanitatis: ergo grossa non debent precedere. Preterea: subtilia non debent precedere. subtilia em̄ a stomacho descenderent: et sic traherent secum grossa cibaria cruda et indigesta: hoc etiam multum cauendum est in regimento sanitatis: ergo neq̃ subtilia ante grossa neq̃ grossa ante subtilia cōpetūt in eadē mēsa. hec est ratio Auicē. Tertia ratio hec est: exhibitio illarum rerum debet caueri et vitari: que calorem naturalem fatigat circa opationē digestiōis: sed multitudo cibarioꝝ calorē naturalē fatigat circa opationē digestionis: ḡ multitudo cibarioꝝ debet vitari. Minor patet p Auicē. dicētē q̃ calor non sufficit ad eorum diuersitatem conuertendam. Hoc etiam confirmatur per Auicē. dicētem q̃ de rebus deterioribus est multa cibaria in eadem mensa sumere propter causam supradictam. Dicit etiam Ras. q̃ inter impedientia regimentum sanitatis: vnum est in eadem mensa plura fercula recipere. Ad hoc dicendum q̃ plura fercula in eadem mensa impediunt sanitatem: et maxime illa que sunt diuersa sicut liquida et grossa: quia aut si precedūt grossa aut subtilia: semp sequit̄ incōueniens in regimento sanitatis. Ad rationem primam in contrarium dicendum q̃ membra sunt diuersa: et omne quod nutrit: nutrit per simile: vnde nutrientia similia sunt: sed similitudo illa duplex est: actualis et potentialis. Actualis vero in vno cibo non potest esse. et quātum ad istam non fit nutritio. Sed potentialis similitudo in vno cibo potest esse ad omnia membra. Ad secundam dicendum q̃ in regimento sanitatis duo sunt considerāda. Primum est satisfactio appetitus absq̃ fastidio: et huiusmodi satisfactio appetit⁹ plus fit ex vno cibo q̃ ex pluribus. Secundum est ordo ciborum exhibendorum sm̄ quod ipsorum corruptio debet euitari: et ideo quia grossum subtile impedit si precedat: et econuerso: dicimus q̃ plura cibaria non competunt. ¶ Secundo queritur: quare diuersitas ciborum sanitatem impedit et non multitudo medicinarum: et videtur contrarium: quia sicut dicit Auicē. medicina est odiosa nature et inimica. natura enim ipsam abhorret. cibus vero amicabilis est nature: ergo cum natura plus affligatur circa exhibitionem inimicabilium q̃ amicabilium: ergo natura plus affligitur circa multitudinem medicinarum q̃ ciborum: sed multitudo medicinarum non impedit sanitatem: sed potius efficit: ergo neq̃ multitudo ciborum sanitatem impediet. Secunda ratio hec est: sicut natura segregat partes cibi: similiter segregat partes medicine: sed quando multi cibi exhibentur affugitur natura in segregatione singulorum: ergo similiter natura affligitur in segregatione singularum medicinarum. Cōtrarium tamen videmus: quia natura grauatur in appositione multorum ciborum: non tamen in exhibitione multarum medicinarum. Ad hoc dicendum: sm̄ quod quidam dicunt: et bene q̃ natura multum affligitur in administratione multorum ciborum: et non in administratione multarum medicinarum: et causa huius est: differenter enim operatur natura circa cibum et medicinam. Circa cibum enim operatur spoliando ipsum a sua specie et induendo aliam speciem et complexionem membri super ipsum: et propter hoc natura multum laborat in eius conuersione cum multis transmutationibus indigeat ad hoc vt in naturam nostri corporis transmutetur: et fiat membrum. Est enim cibus in potentia remota: et ideo in multitudine ciborum valde fatigatur natura. Circa vero medicinam operatur natura solum ipsam excitando: non enim ipsam conuertit vel assimilat: et ideo non multum laborat natura circa medicinam: et ideo non grauatur in multitudine medicinarum: et ideo non est simile. Nos autem dicimus aliter: q̃ causa propter quam plura cibaria nocent nature: non est diuersitas eorum: sed ordo ipsorum impediens operationem nature circa ipsa sm̄ quod superius dictum est: quia si subtile precedat grossum aut econuerso: vtroq̃ modo affligitur natura circa ea: et ideo multa fercula non competunt: hoc autem modo non est in medicina. In diuersis enim medicinis non est ordo: immo aut simul exhibentur: vt turbith et scamonea: aut exhibetur secunda postq̃ prima suam compleuerit actionem. Ad primam rationem dicendum q̃ natura plus affligitur circa exhibitionem medicine q̃ circa exhibitionem cibi: tamen multitudo medicine non nocet nature sicut multitudo cibi: et causa dicta est. Ad secundam dicendum q̃ nõ est simile de cibo et medicina: quia in cibo fit separatio et conuersio: et non in medicina: et ideo natura circa multitudinem cibi multum laborat: in medicina vero est sola segregatio partium: tamē quia medicina: est immutabilis nature: plus infestatur natura ex medicina q̃ ex cibo. ¶ Tertio q̄rit̄ vtrum plus noceāt diuersa cibaria simul exhibita: an vnū post aliud: et videtur q̃ si exhibeant̄ simul debent exhiberi. dicit Auicē. q̃ subtile ante grossum non debet accipi: nec econuerso propter inconuenientia supradicta: ergo si plura dentur necesse est q̃ simul dentur. Secunda ratio hec est: dicit Auicē. q̃ de rebus deterioribus est mēsam prolongare in accipiendo plura fercula: quia quod prius coctum est trahitur ad epar et trahit secum cibum alium semicoctum: et quasi crudum: quod est cauendum in regimento sanitatis: et sic patet q̃ vnus post alium non debet exhiberi: sed potius insimul. Contrarium tamen facimus: quod probatur sic: si enim diuersa cibaria accipiūtur non participant equalem digestionem: vnde cum subtilis de facili digeratur: descendit a stomacho ad intestina: et secum trahit grossum semicoctum: et inde fit fluxus ptisanarius: quod est malum: ergo simul nõ debēt exhiberi. Ad hoc dicēdū q̃ meli⁹ est accipe plura fercula simul q̃ moram facere inter vnum et alterum. Ad rationem dicendum q̃ cum vterq̃ cibus accipitur simul vnus expectat digestionem alterius: cum enim grossus cum subtili venit ad fundum stomachi: grossus dat grossitiem subtili: et subtilis subtilitatem grosso: et sic fit quasi temperamentum et commixtio: quoniam in masticatione fiunt quasi vna massa: et ita ex his fit vnum: nec vnum coquit̄ sine altero; quando tamen vnus ante alterum accipitur: econtrario est. ¶ Quarto queritur cum plura cibaria administrātur: vtrum melius sit accipere grossa cum grossis: et subtilia cum subtilibus: q̃ grossa cum subtilibus: aut econuerso. Dicit enim Auicenna q̃ diuer

sitas ciborum diuersorum generum impedit regimen sani-
tatis: quia non sunt equalis conuersionis. et dicit Ras. ꝙ
duo cibi sanitatem impediunt: quorũ vnus est liquidus: al-
tero grossus: ergo tales cibi debẽt exhiberi q̄ sunt equalis
grossiciei ⁊ subtilitatis: ergo grossi cum grossis: et subti-
les cum subtilibus debent exhiberi. Contrariũ tamen faci-
mus. Ad hoc dicendum ꝙ melius est accipere grossa cum
grossis: ⁊ subtilia cum subtilibus q̄ alio modo: grossa enim
accepta cum subtilibus naturam impediunt cum sint diuer-
si descensus ⁊ inequalis digestionis. Ad rationem dicen-
dum ꝙ duo sunt consideranda in regimento sanitatis. Pri-
mum est virtutis tolerantia: ⁊ hec respicit substantiaꝫ cibo-
rum ⁊ quantitatem: ⁊ hoc modo subtilia cum grossis non
competunt. Secundũ est ordo ciborum qui deputantur pre-
seruationi a nocumento corruptionis: ⁊ hoc modo cibaria
vniformia debent accipi. ¶ Quinto queritur vtrum mice
panis cum iure carnium impediant regimentum sanitatis:
⁊ videtur ꝙ non: quia dicit Auicenna: maius nocumentum
accidit ex indigestione panis q̄ ex indigestione carnis: cum
panis grossior sit ⁊ maiorem moram faciat in stomacho: ma-
iori igitur mollificatione indiget panis q̄ caro: sed precipi-
mus dare carnes cum iuscellis conditis: ergo multofortius
precipiendum est dare panem cum iure carnium. Ad oppo-
situm est qđ dicit Rasis: ꝙ tria sunt impedientia sanitateꝫ.
Primum est appositio diuersorum ⁊ multorum ferculoruꝫ
in eadem mensa: quorum vnus cito descendit ⁊ alter de dif-
ficili. Secundum est magna mora cibi in stomacho. Tertiuꝫ
est exhibitio micarum panis cum iure. Hoc etiam probatur
hoc modo: exhibitio cibi subtilis cum grosso prohibetur: qꝛ
subtile facit grossum indigestum ad membra attrahi: sed
panis est cibus valde grossus: ergo aqua iuris cum sit sub-
tilis facit ipsum ad membra penetrare cruduꝫ: sed hoc mul-
tum debet cauere conseruator sanitatis: ergo panis cum iu-
re carniuꝫ non cõpetit. Scđa ratio hec est: indigestio panis
magis nocet q̄ indigestio carnis: ⁊ sic transitus panis indi-
gesti maius nocumentum inducit q̄ carnis: sed carnes sub-
tiles prohibentur exhiberi cum grossis ne faciant grossas
penetrare ad membra: ergo similiter a parte panis debet
prohiberi scilicet ꝙ cum iure non exhibeantur mice panis.
Ad hoc dicendum ꝙ panis cum iure acceptus regimẽtum
sanitatis impedit: et causa huius est quia panis dure dige-
stionis est ⁊ conuersionis multum replens ⁊ oppilans: et
ideo cum iuri admiscetur facit ipsum penetrare ad membra
⁊ sic dolores ⁊ oppilationes generantur. Ad rationem di-
cenduꝫ ꝙ panis infusus melior est q̄ siccus: sed in eius exhi-
bitione duo sunt attendenda. Primũ est facilis eius dige-
stio vel difficilis. Secundũ est transitus. Panis igitur infu-
sus quantum ad facilem digestionem melior est: quia faci-
lius digeritur: quantum tamen ad transitum peior: qꝛ cito
transit ad membra ⁊ non expectat digestionẽ: et hoc maxi-
me debet cauere conseruator sanitatis vt cibus imperfecte
digestus non transeat ad membra. ¶ Sexto queritur vtrũ
debeat esse mora inter duo fercula: ⁊ videtur ꝙ sic: vitandũ
est omĩno ne cibo primo semicocto alter subsequatur: quia
natura prius trahit primum: et ipse secum trahit alterum
indigestum. ingeniandũ est ergo vt primus ante digeratur
q̄ adueniat alter: sed hoc non potest fieri nisi per magnam
moram inter duo cibaria: ergo inter duo cibaria competit
magnam moram facere. Contrarium dicit Auicenna ꝙ de
rebus deterioribus est mensam prolongare inter duo fer-
cula: quia primus semicoctus est ⁊ secum attrahit crudum.
Ad hoc dicendum ꝙ non debet fieri mora inter duo fercula:
sed simul debent accipi propter causam predictã. Ad vtrãq;
rationem dicendum ꝙ mora duplex est. Quedam tanta est
in qua cibus primus omĩno digestus est ⁊ recessit a stoma-
cho: ⁊ hec mora non est nociua: sed tam non est vna mensa:
sed due. Est etiã alia mora cuꝫ cibus incipit digeri ⁊ super-
uenit crudus: ⁊ hec omnino nociua est ⁊ oĩno debet euita-
ri: sed quia incerti sumus vtrum cibus a stomacho descẽde
rit: ideo precipimus vt non fiat mora. ¶ Septimo queri-
tur qđ est melius in regimento sanitatis: an ꝙ carnes primo
accipiant ⁊ postea porreta: an econuerso: ⁊ videtur ꝙ simul:
inter omnia genera ciborum hec sunt magis lubrica: scilicet
ius carnium: porreta ⁊ huiusmodi: cito enim conuertuntur
⁊ cito descendunt: sed ſm Auicẽnam: ea que sunt facilis de-
scensus debent precedere grossa: quia aliter secum trahent
grossa: ergo necesse est ꝙ simul accipiantur carnes et porre-
ta. Si enim porreta prius acciperetur: lubricaret carnem in-
digestam: ⁊ si ecõuerso prius digereretur ⁊ secum traheret
carnem indigestam. Ad hoc dicendum ꝙ melius est ꝙ car-
nes cum porreta simul accipiantur: ita tamen ꝙ illud quod
est humidum non transeat ad fundum stomachi et postea
alterum consequatur. ¶ Octauo queritur quando non
obseruatur ordo cibariorum: vtrum debeant apponi medi-
cinalia remedia confortantia digestionem: sicut est zinzi-
ber ⁊ huiusmodi: ⁊ videtur ꝙ sic: quia carnes ita debent
preparari vt fiant apte ad digestionem: sed medicinalia
hoc faciunt: ergo competunt. Hoc etiam confirmatur per
ysaac dicentem ꝙ talia debent apponi que oppilationem
remoueant: sed talia sunt huiusmodi medicinalia: ergo com-
petunt. Contrarium dicit Auicenna: ꝙ conseruator sanita-
tis debet cauere ne aliquas res medicinales commisceat:
quia cibaria corrumpunt. Ad hoc dicendum ꝙ duplex est
status corporis. Nam quoddaꝫ est corpus in meliori forma
rum: et tali competit regimentum sanitatis: et de tali loqui
tur Auicenna. vnde in cibis hmõi corporis non sunt appo-
nenda medicinalia: cum solum cibo indigeat ⁊ conserua-
tione ⁊ non medicina. Alius est status corporis: quia quan-
doq; est in latitudine sanitatis multum tamen recedens
a meliori formarum: et tunc talia debent apponi que no-
cumenta remoueant sicut sunt medicinalia et sic loquitur
ysaac. ¶ Nono queritur vtrum carnes debeant dari cum
salsamento: et videtur ꝙ non: malum enim est vt cibaria
cruda ad membra ferantur: sed huiusmodi salsamenta sunt
facilis penetrationis: ⁊ cito faciunt cibaria penetrare ad
membra: ergo non debent cum carnibus exhiberi: quia sic
ipsas crudas facerent penetrare. Ad hoc dicendum ꝙ be-
ne possunt dari cum salsamento: nec huiusmodi salsamen-
ta faciunt penetrare carnes: quia cum simul accipiuntur si-
mul incorporantur ⁊ fiunt vnum: ⁊ figitur actio nature su-
pra vtrumq; genus: vnde salsamentum est quasi vehiculũ.
¶ Circa secundum proceditur hoc modo: queritur vtrum
potus cum cibo in eadem mensa debeat accipi simul: ⁊ vide
tur ꝙ sic. In comestione satisfacimus appetitui: sed duplex
est appetitus. Quidaꝫ est respectu calidi ⁊ sicci sicut fames:
⁊ iste est respectu cibi. Alius est respectu frigidi ⁊ humidi
sicut sitis: ⁊ iste est respectu potus: sed primo appetitui sa-
tisfacimus in mensa: ergo similiter alij appetitui debemus
satisfacere: ergo in eadem mensa cum cibo accipiendus est
potus. Hoc confirmatur per Constantinum in pantegni.
Dicit enim ꝙ maius desiderium est circa potum q̄ circa
cibum: et ponit exemplum in liberato a carcere: qui primo
appetit aerem: secundo potum: tertio cibum: ergo cum
magis sit necessarius potus q̄ cibus: cum in mensa accipi-
mus cibum: similiter ⁊ potum debemus accipere. Secun-
da ratio hec est: propter hoc damus cibum vt calor na-
turalis non resoluatur: nec consumat humiditates corpo-
ris substantiales: ⁊ vt humiditates corporis conseruentur:
ergo illud quod humiditatem corporis substantialem con-
seruat: magis debet exhiberi vel ita bene sicut cibus: sed
potus humiditatem substantialem corporis cõseruat: er-
go cum cibo debet exhiberi. Tertia ratio hec est: potus nõ
datur vt in stomacho maneat: sed vt ad membra cibum pe-
netrare faciat sua liquiditate: sed illud quod facit cibum
penetrare ad mẽbra debet exhiberi cũ cibo: ergo cũ potus
sit huiusmodi debet accipi cum cibo. Contrariũ dicit Auicẽ
na: ꝙ caueat conseruator sanitatis ne potum simul cum ci-
bo accipiat: sed post per magnã moram. Hoc etiam proba-
tur: penetratio cibi crudi ad membra pessima est: potus vo
facit penetrare cibũ ad membra: ergo potus debet dari cuꝫ

cibus est perfecte coctus: et hoc est per magnam morā post acceptionem cibi: ergo tunc debet accipi potus: et non cum cibo. Secunda ratio hec est: potus frigidus est vel actualiter vel potentialiter: sed hoc impedit digestionē et coctionem cibi: sicut aqua frigida proiecta in potum bullientem impedit bullitionē: ergo cum cibo potus non est accipiendus. Ad hoc dicendū q potus simul debet accipi cum cibo. Dicit tamen Auicē. q per magnam morā post debet accipi. Propter hoc distinguēdū q in hmōi exhibitiōe duo sunt attendenda. Primū est satisfactio appetitus. Secundū est ordo ciborū et trāsitus ad mēbra. Si loquamur primo mō simul damus cibum et potum: cum vtriq appetitui satisfaciendum sit: sed satisfactionem appetitus nō considerat cōseruator sanitatis in exhibitiōe potus. Quātū tñ ad ordinē non competunt simul sed post: faceret eñ cibum crudū ad membra penetrare. Ad aliud dicendū q potus facit cibum penetrare: sed nunq cibus debet penetrare nisi perfecte digestus: et hoc est per magnam morā post: et ideo tūc debet exhiberi potus. ¶ Secundo queritur qd magis competit in regimento sanitatis: an vinū an aqua: et videtur q vinū: quia digestionē plus iuuat q aqua: et sic vinum plus competit. Contrariū dicit Auicen. q aqua frigidissima plus competit. Secunda ratio hec est: nocumentū quod conseruator sanitatis debet euitare est delegatio cibi crudi ad membra: sed vinum facit ipsum transire ad mēbra crudum: cum propter suam dulcedinē ad membra trahatur: ergo vinum minus competit in regimento sanitatis q aqua. Ad hoc dicendum q aqua plus competit in regimento sanitatis q vinū: sicut dicit Auicē. Notandū tamen q tria sunt consideranda in regimento sanitatis. Primū est impedimentū digestionis. Secundū est satisfactio sitis. Tertiū est penetratio cibi crudi ad membra. Primo ergo modo vinum plus competit q aqua: q: minus digestionē impedit. Secūdo tamen et tertio modo plus competit aqua frigidissima: q: plus sedat sitim et cibum non facit penetrare crudum. Vinum vero facit: et ideo minus competit. ¶ Sed tūc queritur que aqua plus competat: an calida an frigida: et videtur q calida: eo q minus impedit digestionē. Contrariū tamen dicit Auicēna. s. q frigida: quod concedimus. calida eñ maxime remollit stomachū et appetitum defectat et nauseā prouocat: neq satisfacit siti. ¶ Sed tunc queritur: an in parua quantitate: an in magna debeat exhiberi: et videtur q in magna: conseruator sanitatis multum debet cauere de cōuersione aque in stomacho: sed quando datur in magna quātitate non de facili conuertit sicut dicit Gal. ergo aqua in magna quantitate competit. Contrariū tamen dicit Auicē. s. q in parua quantitate. Ad hoc dicendū q in minima quantitate debet dari: solum autem datur ad infrigidandū meri et os. Ad rationē dicendū q stomachus in duplici statu pōt esse: q: pōt esse in magno calore sicut in febrib9 colericis: vel pōt eē in temperamento. Primo modo aqua in magna quantitate cōpetit vt non cōuertatur propter sui magnam quantitatē sed in secundo statu stomachus nō excellit in caliditate: sed est temperatus: et ideo in parua quantitate competit. ¶ Vltimo queritur vtrum vinum post acceptionē rerū putridarum cōpetat: sed q: hoc sufficienter discussum est in dietis particularibus capitulo de vino: ideo ad presens supersedemus. ¶ Sed postea queritur de quibusdā questionibus et querunt sex. Primū est de ordine fructuū in eadem mensa. Secūdū de ordine cene et prandij. Tertiū de ordine somni. Quartū de dieta exercitantiū. Quintū de diuersitate exercitij. Sextum de ordinatione balnei.

¶ Circa primū proceditur hoc modo: queritur vtrum cum alijs cibarijs debeāt dari fructus: et videtur q non: cibaria que de facili corrūpuntur secum trahunt alia cibaria ad sui corruptionē: sed fructus de facili corrūpuntur: ergo non debent cum alijs cibarijs exhiberi. Potest etiam istud probari per hoc qd dicit Gal. patrem suū nunq fructus comedisse et tunc semper fuit sanus: et postea fructum comedisse et fuit eger. Dicit etiā Gal. in cōmento super aphorismis: q malicia autūni est propter fructus. Ex his omnibus potest concludi q non competūt cum alijs cibarijs. Sed contrariū videtur hoc modo: quandoq eñ discrasie sunt in corpe: et dantur contraria ad reprimendū vel alterandū discrasiā: sed fructus alterant discrasiam cum sint frigidi: vnde etiam ppter hoc dantur febricitantibus: ergo multofortius competunt sanis. Ad hoc dicendū q fructus nocent in regimento sanitatis. Ad rationem dicendū q differenter datur dieta in sanis et egris. Sanis enim datur tēperata et similis: egris vo competit dieta contraria que discrasiam et morbum alteret: et ideo non sequitur q si competant egris fructus frigidi: q: ad eorum discrasiam alterandū: q propter hoc competant sanis. ¶ Secundo queritur cum dantur fructus post cibū vel ante: vtrum debeat fieri mora inter ipsos et alia cibaria: et videtur q nō: q: dicit Auicē. de rebus deterioribus est in regimento sanitatis morā facere inter duo fercula. et causa dicta est superius. Cōmiscetur eñ coctum cum crudo: et non accidit nisi fiat mora: ergo mora nō debet esse inter fructus et alia cibaria. Ad oppositū est qd dicit Ras. q inter fructus molles et alia cibaria necesse est esse morā. facilis eñ sunt conuersionis: et ita si non esset mora corrumperent alia cibaria. Ad hoc dicendū q inter fructus molles debet intercidere mora: vnde debent accipi quasi in duabus mēsis. Ad rationē dicendū q mora inter duo fercula duplex est. Vna quando vnus cibus est semicoctus: et alius crudus: et si commisceantur fit corruptio et nocet nocumento magno: et hoc loquitur Auicēna. Alia est mora que non est nociua: vt vno complete digesto alter sequatur: et hoc modo intelligit Ras. ¶ Tertio queritur de fructibus pōticis sicut de piris et huiusmodi: vtrum immediate debeant accipi post cibum: aut post per magnam morā: et videtur q immediate. nō enim debet fieri mora inter cibaria dure digestionis: sed isti fructus dure digestionis sunt: ergo non debet fieri mora inter ipsos et alia cibaria. Contrariū dicit Ras. in almāsore q debent dari per magnam morā post: et causa huius est: q: fructus sua ponticitate constringit os stomachi et facit descendere cibaria: ergo tunc debent dari fructus cum cibus perfecte coctus est: sed hoc non est nisi per magnam morā post ergo debent dari per magnā morā post. Ad hoc dicendū q per magnam morā post debent dari fructus: sc cū digestus fuerit cibus. Ad rationem dicendū q quedam sunt cibaria ex quibus commixtis cum alijs: vnū debet fieri vt in generibus carnium et piscium: et inter talia non debet fieri mora. Alia sunt que non debent misceri alijs cibarijs vt fructus: corrumperent eñ totum si alijs miscerētur. ¶ Sed tunc queritur quare in alijs cibarijs auctores docent vitare morā: in fructibus vo precipiunt morā. Ad hoc dicendū q hoc est sm Ras. propter hoc q fructus inter omnia cibaria maxime ad putredinē conuertuntur: et ideo nunq debēt secum associare alia cibaria: et ideo vel post per magnā morā: vel ante debēt accipi. Alia vo cibaria ex eorum mixtione non inducunt putredinē in stomacho: et ideo neq nocumentum inducunt. ¶ Quinto querit vtrū fructus ante completam digestionē sicut cum cibaria sunt in ore stomachi cōpetant: et videtur q sic: q: sicut dicit ysaac: fructus exhibiti post cibū deponūt ipsū deorsū: ergo immediate post cibū cū adhuc nō descēderit ad fundū stomachi cōpetūt. Cōtrariū dicit Ras. Ad h dicēdū q duo sunt ibi respect9. Prim9 est depositio cibi ab ore stomachi ad fundū: et hoc mō competunt fructus: et hoc non est in regimento sanitatis: sed occasione. Secūdus est cōmixtio crudi cibi cū semicocto: et hoc modo fructus non debent dari immediate: sed post per magnam morā: quia de facili cōuertuntur: et hoc modo intelligunt ysaac et Ras.

¶ Circa secundum proceditur hoc modo: queritur in quo tempore cōpetūt grossiora cibaria in regimēto sanitatis: an in cena: an in prandio: et videt q in cena: in tēpore illo dz dari cib9 grossior: in quo calor naturalis fortior est: sz hoc est in nocte: g versus noctē plus cōpetūt grossa cibaria q in die: et sic in cena plus competunt q in prandio. minor patet per

ysaac libro vrinarū: ꝙ in nocte calor fortior est: ⁊ tunc digestio celebratur: quia tūc calor retrahitur ab exterioribus ad interiora. In die vero calor naturalis minus fortis est: q: trahitur ab interioribus ad exteriora. Secūda ratio hec est: hore diei assimilant̄ temporibus anni. vnde nox hyemi: ⁊ dies estati: calor vero in hyeme fortis est: vnde cibaria multa et grossa cōpetunt: quod innuit Hippo. dicēs. Uentres hyeme ⁊c. estate vero subtilia ⁊ pauca propter caloris debilitatem: ergo similiter in hora que hyemi assimilatur grossa cibaria competunt: ⁊ hoc est in hora cene vel noctis: ergo grossa cibaria in cena competunt: ⁊ in hora que estati assimilatur pauca ⁊ subtilia: hoc est in hora diei. Tertia ratio hec est: caliditas debilitatur tripliciter. Primo modo: cū calor a centro corporis extrahit̄ sicut accidit in die. Secūdo cum resoluit̄ vt in febre. Tertio modo cū extinguit̄ ab humiditate aquosa. ⁊ tribus modis istis oppositis fortificat̄ scʒ qn̄ retrahitur ad interiora in nocte: ergo in nocte fortior est: sed tunc competunt grossa cibaria: ergo in nocte vel in cena grossiora cibaria competūt q̄ in prandio. Hoc cōfirmatur per auctoritatem Auicē. dicit eñ ꝙ in habitātibus in regionibus calidis est calor debilis propter fortitudinē caloris exterioris resoluētis calorem interiorē: habitātes vero in frigidis habent calorem fortem: sed nox cōparatur regionibus frigidis: dies vero calidis: ergo sicut in regionibus frigidis grossa cibaria competūt: similiter in hora illa que proportionat̄ illi regioni cōpetunt grossa. hoc autē est in nocte: ergo in nocte grossiora cibaria cōpetūt. Quarta ratio hec est: dicit Auicē. li. suo de anima: ꝙ vna virtus retrahit aliam a suis operationibus: vnde prudēs in vna hora est fatuus in alia: ⁊ bonus in studio non est bonus in digestione: vnde vna trahit instrumentuʒ cōmune ad se: sed de die virtus animalis oīno viget per calorem naturalē ⁊ spiritus qui sunt nutrimentū omniuʒ virtutum: ergo retrahit virtutē naturalē a suis operationibus: econuerso vero est in nocte: q: naturalis retrahit animalē: oēs eñ virtutes animales scʒ sensibiles ⁊ motiue cessant: ⁊ sola naturalis in nutrimentū operatur in ipsum perfectam digestionem celebrando: sed tunc grossior cibus cōpetit: ergo de nocte cibus grossior cōpetit. Hoc cōfirmatur per hippocratem dicentē ꝙ ventres hyeme ⁊c. ⁊ cōcludat̄ vt prius. Dicit etiam Gal. ꝙ tunc cibaria multa offerant̄: q: tunc debet somnus sequi: ergo versus noctē grossa cibaria competunt. Quinta ratio hec est: somnus est reuocatio caloris ab exterioribus ad interiora: similiter somnus est quies virtutum animaliū cum intensione naturaliū: ergo quanto plus viget somnus: tāto calor est fortior: ⁊ virtus naturalis intensior: sed hoc est magis in nocte q̄ in die: sed cum calor est fortior cibaria grossiora cōpetunt: ergo plus competūt versus nocteʒ siue in cena q̄ in die. Sexta ratio hec est: dicit Auicē. capi. de somno. super oīa cauēdus est somnus diurnus: parat eñ corpus ad apoplexiā ⁊ epilepsiā ⁊ malū inducit colorem: somnus vero naturalis est nocturnus: ⁊ tūc dominatur calor: ergo tunc grossa cibaria debent dari: hoc autem est in cena: ergo ⁊c. Ad oppositū: nihil qd̄ grauitatē corporis inducit ⁊ multas egritudines: debet iniungi in regimēto sanitatis: sed acceptio grossorū ciborum in cena: sicut dicit Constātinus in lib. de regimēto sanitatis: hoc facit: inducit eñ grauitatem capitis ⁊ oculorū obscuritatē: ergo acceptio grossorum ciborum in cena non cōpetit. Ad hoc dicendū ꝙ in prandio debent accipi pauca ⁊ subtilia cibaria: in cena vero debent accipi grossa sicut dicit hippocrates in regimēto acutorū: ꝙ in cena cibus liq̄dus debet in soliduʒ mutari ⁊ grossum. Ad rationē dicendū ꝙ melior est cena q̄ prādiū nisi q: facit grauitateʒ capitis ⁊ oculorū obscuritatē. Unde notādū ꝙ duo sunt ibi attendēda. Primum est regimentū sanitatis: ⁊ hoc modo competūt grossa cibaria in cena. Scōm est incursus accidentiū: vt dolor capitis ⁊ oculorū obscuritas: ⁊ hoc modo subtilia debent dari in cena: in prandio grossa. Hoc autē conseruator sanitatis non debet inspicere: sed debet tardare ne cito dormiat donec cibus ad funduʒ stomachi venerit: ne predicta accidentia incurrat. ¶ Sed tūc querit̄ vtrum hoc debeat esse in egris: ⁊ videt̄ ꝙ nō: q: cum imminet incursus accidentiū ⁊ vehemētia infirmis attenuanda est dieta. vnde subtilia competunt. Natura eñ tunc multū intenta est morbo: ⁊ ideo intendere non potest cōuersioni nutrimenti: sed in nocte in infirmis intendunt̄ accidentia: plus eñ laborāt in nocte q̄ in die sicut dicit hippocra. Quibus crisis fit ⁊c. ergo versus noctem egris subtilior dieta debet exhiberi. Hoc autem confirmatur per Ras. qui dicit: qui patitur febrem debet cibari in illa hora in qua minus affligitur. hoc autem est in aurora: ⁊ si sit febris continua et in aurora magis affligatur quod parum contingit: debet cibari in hora in qua solebat cibari qn̄ sanus erat: sed quasi gn̄aliter magis affligitur patiēs versus noctē: ergo v̄sus noctē dʒ exhiberi subtilior dieta q̄ in die. Secūda ratio hec est: differt dieta in sanis ⁊ egris. In sanis eñ datur vt corpus confortet ⁊ addat in corpus. In egris vero datur vt non addat in morbū: scʒ in dolorem capitis ⁊ oculoruʒ obscuritatē ⁊ vt virtutem sustentet: ergo in tali hora in qua magis affligitur patiens non competunt cibaria grossa: hoc autem est versus noctē: ergo ⁊c. Ad oppositū: dicit hippocrates in regimēto acutorum: ꝙ in sero debet dari ptisana non colata: in die vero vel mane liquida: sed non colata grossior est q̄ liquida: ergo in egris grossior dieta in sero competit. ⁊ hoc probat q: qd̄ ledit fortes ledit debiles: sed sanis nocet multum cibuʒ dare de die: ergo multo fortius egro nocebit. Ad hoc dicendū ꝙ vt in pluribus egris debet exhiberi cibus solidus in prandio magis q̄ in cena duplici de causa. Prima est: q: incursus accidētiū in pluribus magis infestat de nocte q̄ de die: ⁊ ideo nō competunt grossa de nocte. Secunda causa est: q: egri de nocte parum dormiunt: ideo remaneret cibus crudus ⁊ indigestus: si grossa in cena reciperent ⁊ inquietudinē inducerēt: que maxime in egris vitāda est. In sanis vero ecōuerso est: nō eñ habent mala accidentia de nocte: vnde solum in illis intendimus digestioni que sufficiat de nocte mediante somno reuocante calorem naturalē ab exterioribus ad interiora. Dicimus tamen ꝙ quedā sunt egritudines que plus infestant de die q̄ de nocte vt cholerica febris interpolata. Quedam que continue affligūt vt cōtinua. In illa igit̄ que continue affligit: grossus cibus in mane: subtilis in sero debet exhiberi. In illa que de nocte plus affligit vt quotidiana: debet cibus solidus dari in die. In illa tn̄ que plus affligit debet dari grossus cibus de nocte. Ad auctoritatem hippocratis dicendū ꝙ intelligit cum egritudo incipit declinare. Ad aliud dicendum ꝙ non est simile de sanis ⁊ egris. In egris eñ vitatur malicia accidentiū: ideo cibus solidus debet dari de die. In sanis econtrario: q: in sanis solum intenditur digestio. Ad auctoritatē dicēdū ꝙ aliquid potest ledere sanos ⁊ iuuare infirmos vt fructus: tamen si intelligatur respectu eiusdem non est instantia: vt si aliquid noceret sanis debilitando calorem naturalē respectu eiusdem noceret infirmis: sed hoc non faciunt fructus: vnde bene teneret si idem facerēt vtrobiq;: debilitant eñ calorem in sanis: ⁊ fortificant in infirmis eo ꝙ reducunt ad temperamentū ⁊ alterant malam discrasiam. ¶ Tertio queritur quare mala accidentia vehementius grauant de nocte q̄ de die: ⁊ quare sequitur grauitas capitis ⁊ oculorum obscuritas acceptioneʒ grossorū ciborum in sero: sicut dicūt Constantinus ⁊ ysaac. Ad hoc dicendum ꝙ vehementia accidentium fit de nocte: virtus eñ naturalis multum intenta est digestioni materie morbi. Animalis vero virtus quiescit: de die vero ecōuerso est: q: animalis in die operationibus suis intenta est: vnde incursum accidentiū non sentit: in nocte vero sentit sicut dictum est: q: animalis virtus intenta est quieti: ⁊ ideo grauamen accidentiū plus sentit in hora in qua quiescere debet: si igitur virtus animalis non quiescat de nocte: sed grauetur: si diu fuerit sine dormitione signū est mortis. Ad aliud dicendum ꝙ digestio maxime de nocte celebratur: quando igitur multa fit repletio in sero: fumi resoluūtur qui eleuantur ad caput ⁊ oculos: ⁊ inducunt dolorem ⁊ grauitatē capitis: in die vero fumi diuertuntur a calore trahēte extra: plus nocet tamē q: cibus crudus remanet. ¶ Sed tūc querit̄ quomō debemus accipere cibum in estate ⁊ in hyeme: ⁊ videtur ꝙ plus nocet prandiū in estate q̄ in hyeme: prandiū prohibetur propter debilitatē caloris: ergo magis dʒ euitari in tpe

ſilo in quo caloꝛ debilis eſt: ſed hoc eſt in eſtate potius q̄ȝ in hyeme: ergo in eſtate plus nocet p̄ndiū q̄ȝ in hyeme. Pre-terea in illa hoꝛa debet accipi cibꝰ q̄ frigidioꝛ eſt: q꞉ caloꝛ ex-terioꝛ impedit digeſtionē: ſed hec eſt in mane: ergo in mane debet cibus accipi in eſtate. Cōtrariū tñ dictat experimētū. Ad hoc dicendū ꝙ in eſtate dȝ cibus accipi in mane: vt in au-roꝛa vel in fine diei. Notandū tñ ꝙ in eſtate noctes ſunt par-ue: ꝗd cibus cōplete de nocte nō pōt digeri. Debemꝰ igiť ac-celerare cenā: ita ꝙ pars diei in digeſtione ſuppleat: qḋ nox deberet facere. Sic bonū erit: ⁊ etiā melius ſi in ſero cibꝰ tar-de accipiatur ꝙ doꝛmitio ſuccedat vſq; ad tertiā. In hyeme vͦo q꞉ noctes ſunt magne ⁊ ſufficiētes ad cōpletam digeſtio-nem: ideo cibus in ſero poteſt accipi.

¶ Superi⁹ determinauit auctor de tritico in via diete: nunc in via medicine. ¶ Queritur vtrum grossum ⁊ densum: aut subtile vel rarum melius nutriat. videtur ꝙ rarum leue melius nutrit: q: habentiū symbolū facilior fit trāsitus: sed triticū subtile ⁊ rarum citius digeritur in stomacho: et maiorē habet conuenientiam cum corpore humano: vt volunt auctores: igitur melius nutrit. Item caro pulli melius nutrit q̄ caro bouis: igitur. In contrarium est auctor in littera dicens: ꝙ grossum melius nutrit q̄ leue. Item granum grossum plus habet de medulla. Ad hoc dico ꝙ subtile plus nutrit naturaliter: q: cito in substantiam aliti conuertitur: ⁊ dissoluitur cito a membris: grossum vo triticum plus nutrit ⁊ melius accidentaliter: q: tarde cōuertitur: et tarde a membris dissoluitᷣ: ⁊ istā distinctionē innuit auctor in littera. Unde caro bouina plus valet ad cōfortādū virtutē ⁊ sustenandū: sed caro pulli plus in regimine sanitatis ⁊ naturaliter. ¶ Queritur vtrū triticū subtile plus valeat in regimine sanitatis q̄ grossuꝫ: vt dicit ysaac in littera: sꝫ grossum plus in confortatione virtutis. Probatur ꝙ sic: quia ysaac inferius ⁊ in dietis vniuersalibus dicit ꝙ pisces squamosi plus valēt in regimine sanitatis q̄ nō squamosi: quia per squamas mundificantᷣ a supfluitatib⁹: igitᷣ. similiter ⁊ triticū subtile ⁊ leue plus habet de cortice: ⁊ minus de medulla: ⁊ magis depuratū est: q: in cortice cedit tota supfluitas: non sic est grossum. ¶ Et nota ꝙ triticū grossum min⁹ habet de superfluitate: vt de cortice: sꝫ illa superfluitas nō cedit in nutrimentum: ⁊ q: medulla grossi tritici magis est impura q̄ medulla subtilis: ideo minus valet in regimine sanitatis. ¶ Nota vlteri⁹ ꝙ aliqḋ resistit causis egritudinis dupliciter. Uno modo membra confortando: ⁊ sic grossum triticū plus resistit subtili: ⁊ hoc per accidēs. Alio modo cōfortādo calorē naturalē ⁊ spiritū qui sunt delatores virtutū: ⁊ virtus est illa que curat morbos: ⁊ hoc modo subtile plus resistit: q: cito conuertitur in substantiam mēbrorꝫ. ¶ Nota vlterius ꝙ animalia meliora sunt in illo tēpore in quo abūdat plus suū nutrimentū si illud sit bonū: vnde si in hyeme nutriantur bono nutrimento vt grano: meliora erunt q̄ in estate si nutriantur herbis: similiter licet grossum triticum plus in medulla abundet q̄ subtile: tamen medulla subtilis sanior est grossi. ¶ Nota ꝙ duplex est humiditas. quedā naturalis in terra: ⁊ talis est mater plantarꝫ. Alia est accidētalis ⁊ superflua sicut ex abundātia aquarū: ⁊ talis impedit plāte multiplicationē ⁊ de tali loquitᷣ palladi⁹. ¶ Nota ꝙ aīalia digerūt a calore naturali intrinseco: ⁊ talis fortis est in hyeme pp̄ter clausionē pororꝫ: sꝫ nutrimētū plāte digeritᷣ a calore extrinseco: vt a calore solis ⁊ celesti q̄ fortior est in estate. Dicit phs in de aīalibus: ꝙ aīalia rare cōpositiōis: vt homines in regiōe calida male degunt: vñ parui sunt ⁊ parū viuūt: sed aīalia dure cōpositiōis: vtpote melācholica vt asini: ⁊ mule magna sunt ⁊ diu viuunt. ¶ Queritᷣ quare segetes sunt ita breuis vite: q: nō durāt nisi p vnicū annū in vita sua supra terrā. Causa hui⁹ sm pbm: q: segetes inter ceteras plātas maxime fructificāt. vnde vnica palma bene defert centū grana ⁊c. ideo multū expendunt in sua fructificatione de humido radicali: ⁊ vita cōsumitᷣ per cōsumptionē hūidi radicalis. Item cōfirmatᷣ hoc per pbm in de aīalibus dicentē: ꝙ mulier multū generās vel pturiēs est breuioris vite q̄ nō generās: ⁊ similiter gallina multū ouās. Scḋa cā est q: seges est parue virtutis: vnde habet stipitē longum ⁊ gracilē: ⁊ hoc debilitati virtutis attestatur. vnde dicit phs in de aīalibus: ꝙ aīalia extremitates longas ⁊ graciles habētia semper habēt fluxū vētris: vt ardee ⁊ grues. Tertia cā est raritas ꝯpositiōis: vñ dicit phs ꝙ est lōgioris vite q̄ alia aīalia: q: est durioris ⁊ solidioris cōpositionis. Hoc idē vult giraudus: q̄ dicit ꝙ rustici diutius viuunt magnatibus: q: fabis glandibus ⁊ castaneis ⁊ carne bouina nutriuntur que sunt tardioris dissolutionis q̄ carnes faciles nutritionis quibus milites nutriuntᷣ. ¶ Queritur cui⁹ cōplexionis sit triticū: ptꝫ ꝙ frigide ⁊ sicce complexionis: q: vt dicit phs in de plantis. Oīs plāta generatᷣ ex humido aquoso et sicco terreo: sed ista sunt frigida: igitᷣ. Itē phs dicit. iiij. metheororꝫ: ꝙ in omni mixto generato citra mediū dominantᷣ elementa grauia: sed triticū est hmōi: igitᷣ. Sꝫ elemēta grauia sunt aqua ⁊ terra q̄ sunt frigida: igitᷣ. Et oē mixtū seq̄tur naturā dominātis in eo. In cōtrariū est ysaac ī littera. Itē oē maturatiuū est calidū: vt dicit Auicē. sed triticū valet in maturatiōe apostematū: vt vult Auicē. igitᷣ est calidū. Itē dicit ysaac in littera: ꝙ triticū habet similitudinē cū natura humana q̄ est calida: igitᷣ. Itē Gal. in de simplici medicina dicit: ꝙ oē oleaginosum est calidū: sꝫ frumētū est oleaginosum: q: in infra determinat de oleo facto ex tritico. igitur. Ad hoc dico ꝙ vno modo est calidū: ⁊ alio mō est frigidū. vñ de cōplexiōe distinguo. Q: q̄dā ē cōplexio rei materialis mixte q̄ ꝯsequitᷣ rē rōne suorꝫ ꝯponētiū materialiū: ⁊ sic quodlibet terrenascēs est frigide cōplexiōis: ⁊ pip qḋ est calidū in q̄rto quātū ad hᷣ ē frigidū. Itē ē alia ꝯplexio formalᷣ: q: q̄dā est cōplexio formalis q̄ debetᷣ mixto inquātū viuēs: ⁊ sic oē mixtū est cal. ⁊ hu. cū vita stet in cal. ⁊ hu. ⁊ de istis nō loq̄tᷣ medicus: sꝫ phs. Itē ē alia cōplexio formalᷣ q̄ debetᷣ mixto nō inquātū est viuēs: sꝫ inquātū est mixtū: ⁊ de tali loq̄tur medicus. ⁊ loquēdo de tali triticū est cal. ⁊ hu. q: sua medulla rōne cui⁹ nutrit: est ca. ⁊ hu. ⁊ vnūquodq; denoīatᷣ ab eo qḋ hꝫ in cētro: vñ a cētrali ꝯplexiōe dᷣ tale vel tale. Ad scḋm argumētū: q: obijcis de humido materiali: ⁊ tale hūidum nō ponit cōplexionē in mixto: sꝫ solūmō illud qḋ formaliter dñatur in eo inquātū est mixtū: ⁊ inquātū nutrit: ⁊ q: rōne medulle nutrit: igitᷣ. Et ista distinctio cōplexionū locū hꝫ in multis: igitur bonū est retinere eam.

¶ De diuersitate panis.

Diuersitatuꝫ panis ex artificio sui duo sunt modi: aut ex forma: aut ex artificio. forma aūt triplex est: aut magna: aut parua: aut media. Magna medulle plus habet corti

cē subtilioꝛē ⁊ durioꝛē: coꝛtex ꝓpterea parū nutrit: q: ad digerendū durus: humiditatē egestionis exiccat: vnde ⁊ vētrē constipat. Medulla grossa est viscosa ⁊ humida. vnde est inflatiua phlegma viscosū generās. Panis parui ⁊ subtilis interioꝛa ignis ꝑfoꝛat ⁊ humiditatē medulle exiccat: vnde parū nutrit ⁊ tarde egeritur: ⁊ ventrē ꝯstipat: pꝛecipue si frigidus sit ⁊ ex vno vel duobus diebus a coctiōe lōginquus. vnde Hippocrates: panis magnꝰ ⁊ grossus medulle est multe ⁊ nutrimenti pluris ventrē soluit. Panis paruus ⁊ tenuis medulle est pauce: nutrimēti pauci egestio eius tarda: ventrem constipat. Qui vo mensure medie: in foꝛma medie est potestatis.

De artificio panis.

Artificiū panis in quattuoꝛ diuiditur modos. Est panis quantū expedit fermēti habens ⁊ salis: ⁊ bene cōfectus: ⁊ sicut opoꝛtet coctus. Est parū fermentatus atqꜫ confectus: ⁊ in ceteris a necessaria temperātia imminutus. Est fermētū ⁊ sal vltraqꜫ satis est habēs. Est azymus panis ⁊ sale carens. Qui moderatus fit in omnibus supꝛadictis in stomacho ꝑfecte digeritur: ⁊ sanguinē in coꝛpoꝛe clarissimū generat: vnde nature cōfoꝛtat actionē: ꝓpterea cōmodus est eis: qui in quiete sunt ⁊ delitiarū delectatione: ⁊ eis quoꝝ digestio defectū patit: vt senioꝝ ⁊ egritudinē exeuntiū. Ars ei exhibita exterius sufficit nature interius laboꝛanti. Exercitantibus aūt ⁊ laboꝛātibus incōueniēs est pꝛopter suā subtilitatē ⁊ facilitatem dissolutionis ex membꝛis eoꝝ. Panis fermentatus ⁊ salis parū habens nec bene coctus: viscositatē creat ⁊ grossitiem: vnde durioꝛ est tardioꝛqꜫ pꝛioꝛe: propter hoc aptus est exercitantibus: abundātie caloꝛis eoꝝ est cū foꝛtitudinis digestiōisqꜫ. Qui fermēti supfluū salisqꜫ habuit: parū nutrit ⁊ nō cōfoꝛtat: virtus em̄ salis humiditatē eius exiccat: fermentū cōiunctionē eius rarificat. Azymꝰ minime nutrit ⁊ durissime digerit: pꝛopꝛietatē habet oppilationē ⁊ vētositatē generādi: id circo oībus naturis incōueniēs est: nisi raro eis qui maximis laboꝛibus exercentes sunt vt messoꝛes.

De diuersitate foci.

Focus duobꝰ modis ē diuersus. Aut ex natura sui: aut ex artificio cocti panis. Ex sui natura tripliciter: aut em̄ magnus est ⁊ foꝛtis: aut debilis ⁊ leuis: aut mediocris. Magnus ⁊ foꝛtis desiccat ⁊ indurat exterioꝛa panis. mica vo non bene cocta remanet: q: coꝛtex velociter induratus nō permittit focum penetrare ad interioꝛa. Inde duabus de causis est illaudādus: vel q: coꝛtex est durus ⁊ inde nō nutriēs interioꝛa: vt feruoꝛe incēsus: vel q: viscosa est ⁊ grossa mica: ⁊ ita vtrūqꜫ indigestum diuersoꝝ humoꝝ est generatiuū. Durities coꝛticis ex incēsiōe sui siccissimū sanguinē parit: ⁊ cōstipat vētrē. viscositas ⁊ grossities mice hūoꝛes crudos ⁊ phlegmaticos faciunt: ⁊ solutiones vētris adiuuant. Debilitas foci ex defectione sui penetrare interioꝛa pigrescit: vnde diutius habet immoꝛari. Si em̄ anteqꜫ coctus sit extraxeris: viscosus erit: foꝛtiter digerentibus ⁊ exercitantibus tantū necessarius: si vsqꜫ coquatur dimiseris: siccus ⁊ durus erit digestioni ⁊ stipticus. Mediocris temperatus focus: q: totum coꝛpus panis equaliter perfoꝛat: laudabilis est: vnde perfecte ⁊ fm̄ ꝙ opoꝛtet coquitur: hic autem vtilis est quietis ⁊ delicatis: ⁊ quoꝛum virtus deficit sicut in senibus ⁊ ex egritudine resurgentibus.

De artificio panis iterum.

Ex artificio duo modi sunt. Aut in furno: aut sub testis. In furno si sit ⁊ fm̄ ꝙ opoꝛtet decoctus: bene digeritur ⁊ penetrat: focus totū panis coꝛpus ⁊ mica cū coꝛtice excoquitur. Sub testis peioꝛ est: quia focus tantum in vna parte operatur: altera vo grossa ⁊ viscosa permanet: ⁊ ideo ad digerendū durus est. Si ergo sepe cōedatur: post multum tempus inflationem ⁊ doloꝛem lateris generat. Similiter aūt subtus carbones vel cineres coctus: velociter desiccatur extrinsecus. Intrinsecus vo grossus remanet ⁊ viscosus: ⁊ multum cineris ⁊ terre ei admiscetur: maxime autem si ligna mollia fuerint ⁊ cito incendantur: vnde inflationes membꝛoꝛum ⁊ grauitates ⁊ visus obscuritates faciunt.

De diuersitate panis ex qualitate ⁊c.

Diuersitates panis ex qualitate accipienda quattuoꝛ sunt. Alius calidus accipitur fm̄ ꝙ a foco egreditur. Alius frigidus si tamē eadem die comeditur. Alius post vnum vel duos dies. Alius postqꜫ siccissimus est. Calidus aūt magis nutritiuus digestiuus ventris penetratiuus: q: mollis est ⁊ cito dissoluitur: sed a stomacho ⁊ intestinis eijci durus accidentaliter: nō naturaliter a stomacho: q: nō descēdit inferius propter leuitatē suā. ab intestinis: quia tātum venas inde penetrat vt ad intestina parum transeat ⁊ grauet ea. Accidentaliter autem dico: quia naturaliter ventrem humectat: feces dissoluit. Qui autem eadem die comeditur: minꝰ est nutritiuus: velociter digeritur: tarde descēdit: q: intrinsecus infrigidat: ⁊ poꝛis clausis ⁊ caloꝛe reclusō: interius remanet fumus: ⁊ inde exire non potest poꝛoꝝ oppilatione: ⁊ reuertēs inuenit aliam fumositatem: quibus grossities vētositatis ⁊ inflatiōis conficitur: ⁊ inde durus ⁊ indigestus ⁊ inflatiuus stomacho reddit. Qui post pꝛimū diē vel secundū accipit intus ⁊ exterius frigiditas dominat: hic laudabilis est nutrimēti: ad cōparationem tamē calidi minoꝛis ⁊ velocius a stomacho dissoluitur: ⁊ intestinis cito eijcit a stomacho: q: neqꜫ grossus neqꜫ viscosus ab intestinis qm̄ dure penetrat venas: vnde adunatꝰ grauat intestina ⁊ eijcit. Siccissimus rarus est ⁊ leuis cū ablate hūiditatis: vñ humiditatē desiccat: dure a stomacho eijcit: cū diu opoꝛteat imoꝛari: vt infundatur cū sue siccitatis: ⁊ inde generatur sitis ꝓpter desiccationē stomachi: ⁊ multa humiditas vt infundat est necessaria: egestionem desiccat: vētrem cōstipat.

De fermento.

Fermentum diuersis compositum vtribꝰ existit: caloꝛē habet paruū ⁊ frigiditatem vnde subtilē habet virtutē humoꝛes coꝛpoꝛis ex interioꝛibus extrahendi: ⁊ si cum

sale τ oleo temperatū carbunculis apponatur: maturat τ aperit.

¶ De tri.

Tri grossuz est τ viscosuz: ad digerēdū durum: vētris cōstipatiuū: viā epatis τ splenis oppilat: lapidē in renibus generat et in vesica: qm̄ factum est ex massa azyma nec sal habēte nec cocta. Quādo tm̄ digerit: in corpe grossum sanguinē generat: sed ex aqua nisi coquat hūiditas adipiscit: vnde humi. τ cali. plus autē hu. Inde pectus humectat: τ valet ad tussim τ ad dolorem pulmonis qui ex paruo calore τ siccitate natus est: si cū portulaca coquatur: aut bleta: aut crisolocāna: aut cucurbita: emoptoicis valet: sanis aliquādo cū oleo comestū: aut cū amygdalis: aut cū carne galline: vel alia pecorina siue porcina multū nutrit: hūores tamen viscosos generat τ oppilationē facit. Qui vero ne sibi modo aliquo noceat: curā gerit: mentā origanū aut calamentū τ merū vinū bibat aut mellicratum: cum aromatibus vel zinzibere conditum.

¶ De zipulis.

Zipule grossus est cibus ex causis duabus: epati nocent splenīq ac renibus: vna propter viscositatē olei: altera propter viscositatem farine. Ideo phlegma grossum generāt τ viscosuz: τ venarū viam oppilāt: τ epatis. Qui aūt hec nocumenta pauent: eas cū melle māducent. Epatici autē τ splenetici ab eis se caueāt precipue.

¶ De grano fracto.

Granū fractū τ simila si cū lacte coquant: sāguinē laudabilē generāt τ nutrimentū multū: si tamē sepe sumant oppilationē epatis faciūt: τ duritiē splenis: lapidē i renib⁹ τ vesica: maxime si renes calidi inueniātur naturaliter siue accidentaliter.

¶ De amido.

Amidū siccū est τ frigidū: durū ad digerendū: digestū tamen nō malū generat sanguinē: sed viscositatē quandā habet ppterea asperitatē lenit pectoris τ pulmonis: τ solidatiuū est vulneris corꝫ. Et si cū aqua coquat τ zuccara τ amygdaleo: multū valet ad tussim siccam: τ ad humores qui tenues sunt: τ a capite in pulmonē pectusq descendunt. Aliquando coctuz cū simila bū nutrit: τ sanguinē gn̄at tēperatū: sepe tamen acceptum lapidem in renibus τ vesica creat pcipue si calidos inueniat renes naturaliter siue accidentaliter: valet autē ad reprimendos humores in oculos descendentes et ad vulnera in eis nascētia si oculorum mixtum sit medicine.

¶ Superius diuersificauit panem quantū ad suā substantiam: in ista a parte sui artificij. ¶ Queritur quod est calidius: aut triticum natum in regione calida aut frigida. Dico ꝙ triticū simpliciter natuz in frigida regione calidius est nato in calida: q: in calida regione aeris caliditas consumit humiditatē naturalē in qua radicatur calor naturalis ipsi⁹. Sed in tritico nato in frigida non ita cōsumitur humi. naturalis: immo pori clauduntur ratione frigiditatis regionis: τ per cōsequens fortificatur calor naturalis interius. Et p solutione argumentorū que possent fieri: nota ꝙ simile adueniens suo simili in puncto auget illud: sed si sit dissimile destruit τ corrūpit: τ sic intelligit Hippo. Et etiā cōfirmat p Aristotelem in lib. de generatione dicentem ꝙ maior flamma offuscat minorē. Idē Hippo. Duoꝝ dolorū maior denigrat alterū ꝛc. Similiter dico licet calor celestis sit similis calori naturali ipsius tritici: tn̄ q: est excedens diminuit humidū radicale ipsius tritici: τ per cōsequens calorē innatuꝫ. Aut aliter nota: ꝙ oē simile augmentat suū simile de p se nō tamen de per accidēs: immo destruit cōsumēdo humidū radicale. ¶ Nota vlterius ꝙ cortex tritici est calidior in calida regione ꝙ in frigida: q: cōtinens immutat contentū a suam crasim: τ cortex immediate exponit calori solis: vnde cortex in calida regione est magis absterfiuus: q: magis calidus τ siccus: sed nō est sic de medulla: q: nō exponitur aeri. ¶ Nota vlterius ꝙ calor celestis confortat naturalem si ille calor naturalis sit debilis: sed si sit fortis, nō. vnde agēs inueniens resistens fortius imprimit: τ hoc est qd̄ dicit phs in quarto metheororꝫ. ꝙ aqua calida citius cōgelat a frigiditate aeris. Et vltra nota ꝙ aliquid fortificat aliud dupliciter. Uno modo cōfortādo illud. Alio modo debilitādo eius cōtrariū. Isto secūdo mō cōfortat calor naturalis in hydrope a calore celesti: q: calor celestis diminuit hūiditatē aquosaꝫ ipsi⁹ hydropisis: cōtra quā pugnat calor naturalis. Aut aliter nota ꝙ calor naturalis confortatur a celesti quādo calor naturalis agit supra materiā morbi hydropisis: ſꝫ nō supra nutrimēti materiā: immo debilitatur citius. Et quia in tritico calor naturalis agit in materiā nutrimenti: propter hoc debilitat celesti: ſꝫ in hydrope calor naturalis agit i materiā morbi idō iuuatur a celesti. Et ratio huius est: q: cū digestio nihil aliud sit ꝙ preparatio male materie ad expulsionē: τ calor naturalis supra materiā morbi operās intendat ipsam digerere τ diuidere: τ postea eā expellere: cū calor celestis subtiliet eā τ habilitet eā ad expulsionē: propter hoc dico ꝙ confortat τ adiuuat naturalē supra materiā morbi: ſꝫ supra materiam nutrimenti impedit: q: aperit poros et facit calorem naturalem petere exteriora: vnde debilitatur interius τ remanet locus decoctiōis depauperatus calore naturali τ ita impedit digestio. ¶ Querit vtrum triticū antiquum sit calidius nouo. videt ꝙ antiquū: q: dicit Auicē. ꝙ siccitas est lima caloris: ſꝫ cū triticū sit cali. in pmo gradu vt ipse dicit: τ pcessu in tempore desiccetur: videt ꝛc. Idē dicit Gal. in de simplici medicina: ꝙ vinū τ oleū quāto antiquiora tanto calidiora. vnde probat ꝙ vinum vetustū est calidissimū: τ hoc de seruo notarij qui quando domin⁹ suus iuit ad balnea: bibit vnū haustū vini vetusti: τ statim incurrit instātias vigiliaꝝ τ per cōsequēs mortē. Sed calor celestis vniformiter agit supra vinū τ triticū τ alia terrenascentia: igit. In zrīū est auctor in littera. preterea pueritia τ iuuēt⁹ sunt etas cali. sed senectus est frigida: igit. Ad hoc dicūt quidā distinguēdo ꝙ triticū nouū calidius est quātitatiue: q: pl⁹ habet de humido radicali in quo radicatur calor naturalis τ circa quod expanditur: sed antiquū calidius est qualitatiue idest intēsiue: q: siccū est: τ in siccitate acuit calor: τ hoc est qd̄ dicit phs ꝙ cign⁹ quantitatiue albior est margarita: ſꝫ tamen qualitatiue magarita est albior. Possumus tamen concedere ꝙ triticū nouū calidius est simpliciter ꝙ antiquū τ hoc fm auctorē: q: in nouo humidū nō cōsumit: ſꝫ in antiquo cōsumitur. Ad primum patet solutio: quia licet in antiquo sit calor acutior: nō tamen maior quātitatiue. Ad secundū dico ꝙ nō est simile de tritico τ vino: q: in vino sunt plures partes aquose τ hūide: τ illa humiditas nō potest subito cōsumi: sed paulatine vsq ad septē annos consumitur: τ loquor de vino forti: τ tunc in fine remanent partes vinose ratione quarū vinū est cali. τ propter hoc quanto vetustius tanto calidius: sed in tritico est pauca humiditas accidentalis que cito consumitur: τ in pauco tempore: qua cōsumpta calor naturalis agit in humidum radicale ipsum cōsumendo: quo cōsumpto debilitatur calor naturalis: τ q: in nouo cito cōsumitur illa humiditas aquosa: τ remanet humiduꝫ radicale: propter hoc est calidius antiquo in quo cōsumitur accidentalis τ radicalis humiditas. ¶ Queritur de tritico a parte sue medicationis vtrū triticum masticatum habeat

apostemata maturare. Arguit̄ ꝙ nō: q: Gal. in de cōplexiōi
bus dicit ꝙ oē maturatiuū est simile cōplexioni humane: sꝫ
triticū est calidū in primo: ⁊ complexio humana in scdo: igi-
tur est nō simile. Igit̄ iuxta hoc querit̄ quare triticum ma-
sticatū maturat apostemata. Ad istud vltimū dico primo:
q: ratione saliue acquirit aliquod acumen: ⁊ omne acutum
incisiuū est ⁊ penetratiuū: ⁊ sic cū sua cōplexio sit cali. ⁊ hu.
maturat. Alij dicūt ꝙ saliua hoīs ieiuni est venenosa: q: in-
terficit bufonē vel araneā: vnde videmus sagittarios in bel
lo semper sagittas suas aspergere saliua sua. reddit igitur
cū tritico masticato materiā apostematis venenosam q̄ tūc
est sarcina nature: ⁊ sic natura expellere eā statim nitit̄: vn
de eā maturat ⁊ post expellit. Ad primū dico ꝙ Gal. non lo
quitur de simili in puncto: immo sufficit ꝙ sit in qualitate:
Vel dicendū ꝙ triticū masticatū est simile cōplexioni huma
ne: q: acqrit aliquā caliditatē vltra suū gradum a saliua seu
masticatione: ⁊ sic erit calidum in secundo sicut cōplexio hu
mana. Iuxta litterā nota ꝙ iusquiamꝰ cū farina tritici com
petit in dolore neruoꝝ: q̄uis iusquiamꝰ de se mortificet ner
uos cū sit narcoticū: q: iusquiamus ratione frigiditatis re-
percutit materiā ne fluat ad neruos: ⁊ triticū ratione sue ca
liditatis eos cōfortat: igitur. ¶ Postea dubitat̄ p hoc qđ
dicit postea ꝙ oleum tritici valet ad serpiginē ⁊ impetiginē
auferendā. Respondet̄ ꝙ valet: q: ratione sue humiditatis
remollit: ⁊ ratione sue caliditatis dissoluit. Ad argumento-
rū solutionē dicitur ꝙ vbi timeretur in apostematibus in-
flammatio nō cōpeteret tale oleum: nec etiā frigidū: sꝫ in im
petigine ⁊ serpigine nō timetur inflāmatio. ¶ Dubitat̄: q:
innuit littera ꝙ cortex tritici missus in aqua calida ⁊ perfrica
tus purgat pectus a viscosis humoribꝰ: vnde valet in apo-
stematibus pectoris ⁊ pulmonis si bibatur. Contra in tali-
bus apostematibus est febris: igit̄ cum triticū sit calidū nō
cōpetit eius cortex. Respondetur ꝙ in ratione alteratiōis
⁊ via non cōpetit: sed bene in via abstersionis ⁊ mundifica-
tionis materie viscose existētis in hmōi apostematibus: et
sic loquit̄ in littera. Sꝫ tu obijcies ꝙ cortex tritici nō est ab-
stersiuus cū sit frigidus ⁊ siccus naturaliter: ⁊ omne abster-
siuum est calidū ⁊ siccū. Dico ꝙ verū est: ꝙ omnis cortex na
turaliter est frigidus ⁊ siccus: sed q: est propinqua medulle
calide eius: ⁊ etiā ratione caloris celestis est calidus: qui ma
gis acquiritur in cortice ratione sue subtilitatis: ⁊ ideo ca-
lor magis ⁊ citius penetrat per eum. ¶ Queritur vtrū pa-
nis melius nutriat: aut caro. Dicendū ꝙ panis magis vel
melius nutrit accidentaliter: q: tarde conuertitur ⁊ multuꝫ
immoratur: vnde tarde dissoluit̄ a mēbris: sed caro magis
nutrit naturaliter: q: citius digeritur ⁊ citius dissoluitur a
membris: ⁊ istā solutionē innuit ysaac prius in prima pagi
na: ⁊ per hoc possunt solui multa argumenta. Vel dicendū
ꝙ caro magis nutrit naturaliter ⁊ accidentaliter: q: magis
⁊ citius cōuertitur in substātiā membroꝝ: ⁊ accidentaliter
quia tardius separatur a mēbris: ⁊ hoc patet q: natura ma
gis allicit nutrimētū carnis q̄ panis: ⁊ sicut plus allicit etiā
tardius sinit abire: ⁊ ita plus moratur in mēbris ⁊ sic plus
nutrit accidētaliter. Et si dicatur ꝙ in pane est cibus ⁊ po-
tus: vt aqua ⁊ farina. Dicēdū ꝙ verū est: sed illa humiditas
est aquosa vnde nō nutrit: sed in carne est humiditas aerea
calida ⁊ humida ratiōe cuius nutrit. Vel dicēdū ꝙ istud ar-
gumētū magis valet ad oppositū: q: panis artificialiter pre
paratur ꝓpter hoc priꝰ nutrit q̄ caro que habet cibū ⁊ po-
tū de sua cōplexione seu compositione naturali: omnia eīm
animalia viuentia accipiunt cibum: sed nō omnia mingunt
vel vrināt: vtpote volatilia. Vlterius nota ꝙ caro habet di-
gestionē in aīali: vnde qđ facit artificiuꝫ in pane: illud facit
natura in carne. Itē caro habet exteriorē digestionē: quia
vlterius decoquitur. Item decoquitur interiori digestione
scꝫ in stomacho ideo nutrit. ¶ Queritur que repletio plus
noceat aut panis aut carnis. videt̄ ꝙ panis: quia dicit Hip
po. ꝙ facilius est repleri potu q̄ cibo. Arguo igit̄ sic: quāto
aliquid minꝰ nutrit tanto eius repletio est minus timenda:
sed panis minus nutrit quia tardius ꝯuertitur in substātiā
mēbroꝝ respectu carnis: igitur. Itē in egris est virtus debi-
lis ⁊ ibi timetur repletio ad minus quo ad virtutem: ⁊ ta-
men egris conceditur panis ⁊ non caro: igitur repletio pa-
nis minus nocet. In cōtrariū est Ras. ⁊ Auicen. dicentes ꝙ
repletio panis est magis timenda: ⁊ plus nocet q̄ repletio
carnis. Item in febribus dicit ysaac ꝙ cum sanguis sit na-
ture amicus: citius corrigitur eius defectus q̄ alius humo
ris peccatū: ergo similiter cum caro assimiletur nature hūa
ne: ⁊ magis alliciatur a natura: minus nocebit repletio eiꝰ
q̄ panis. qđ cōcedo: ⁊ pono istud argumentū vltimum pro
causa. Ad primū argumentū dico ꝙ minꝰ nutrire intelligit̄
dupliciter: aut ratiōe substātie subtilitatis: aut ratione fecu
lentie ⁊ impuritatis substātie. Dico ergo ꝙ quāto aliquid
minꝰ nutrit ratione subtilitatis substātie: tanto eius reple
tio est minus timenda: ⁊ sic obijcis: sed quanto aliquid mi-
nus nutrit ratiōe sue feculentie ⁊ impuritatis subē tāto eiꝰ
repletio est magis timenda: ⁊ hoc modo repletio panis est
magis timēda: quia ratione sue impuritatis ⁊ viscositatis
minus nutrit q̄ caro. Ad secundū dico ꝙ non negatur caro
in febribus acutis propter timorem repletionis: sed ꝓpter
timorem inflammatiōis: quia in carne est quedam humidi-
tas aerea ⁊ vnctuosa parata inflammatiōi: sed panis habet
humiditatem aquosam illi inflāmationi oppositā ⁊ oīno
resistentem. ¶ Queritur quare conceditur panis in omni
morbo vbi conceditur caro: sed nō econtra. Respondeo ꝙ
q̄dā sunt egritudines frigide ⁊ lōge in qbꝰ timet̄ casus vir
tutis: vt in quartana: ⁊ in hmōi cōceditur ⁊ panis ⁊ caro ne
virtꝰ deficiat: quedā vō sunt breues acute ⁊ calide in quibꝰ
maxima est inflammatio: ⁊ in talibus nō cōceditur caro cuꝫ
sit vnctuosa ⁊ parata inflāmationi: ⁊ tamen conceditur pa-
nis qui habet humiditatē aquosam illi inflammationi con-
trariā. Secunda causa est cōsuetudo: etsi panis sit deterior:
tamen quia consuetus est comedi omni tempore: non sic ve
ro caro: igitur. vnde Hippo. in aphorismis: ⁊ in regimen-
to acutoꝝ. Parū detestabilior potꝰ ⁊ cibus: melior est me
lioribus: si sit consuetus. Tertia causa est: q: in egris time-
mus de repletione quoad virtutē. vñ in egris: vt dicit Ga.
est virtꝰ dimissiua: ⁊ q: caro magis allicit appetitū: ⁊ in ma
iori quantitate attrahitur q̄ panis ⁊ per consequēs magis
addit in virtutē: ⁊ virtus debet diminui: igitur. ¶ Queri-
tur vtrū in morbis acutis magis cōpetat panis lotus in aq̄
q̄ siccus. Ad hoc dicendū ꝙ abluitur panis: q: est cali. ⁊ sic.
Itē ratione decoctiōis acqrit caliditatē. Item ratione salis
vel fermenti ibi positi acquirit aliā caliditatem. vnde si ad-
ministretur siccus addit in discrasiam calidam febrilem: et
propter hoc abluit̄: q: eius caliditas per aquā reprimitur.
Secunda causa est: q: per decoctionem acquirit aliā calidi-
tatem que per aquā remouetur. Tertia causa est: quia talis
panis lotus administratur in via diete ⁊ in via medicine. in
via diete ratione mice ad sustentandum. in via medicine ra-
tione aque: in qua abluitur ad alterandū. Et dicit Gal. ꝙ il
la medicina est melior que fit per dietam q̄ per medicinam.
¶ Queritur quare homo citius inebriatur ex comestione
vipe posite in vino: q̄ per potum solum vini. Vna causa est
sm̄ phm̄: quia cum in vino sunt partes aquose: ⁊ quedam
vinose simul mixte: vipa ibi intincta attrahit partes vinosas
ratione quaruꝫ vinum habet inebriare: ⁊ dimittit aquosas
⁊ vinose in vipa penetrant vsq3 ad profundum mice: ideo
per hoc cognoscit̄ vinum forte a debili: q: quando vipa po
nitur in vino forti statim penetrant partes vinose que sunt
calide vsq3 ad profundū: non sic vero in debili ⁊ prauo. Alia
causa est: quia panis est calidus ratione decoctiōis ⁊ ratiōe
tritici: ⁊ attractio fit a simili ⁊ a calido. In vini vō residuita
te relicti: est quasi nullus valor: ideo ⁊c. Sed nō ita inebriat
vinum per se ratione partium aquosarum que sunt obtuse
non permittentium ita cito partes vinosas resolui: nec ca-
put petere: ⁊ per consequens nec ita ebrietatem inducere.
Sed alia causa potest esse maior mora vipe in stomacho q̄
vini: quare diutius effumat ad cerebrum vipa q̄ vinum
quia cito digeritur. ¶ Dubitatur quis magis nutrit aut
panis niger immundus et furfureus: vel panis mundus et
albus. videtur ꝙ niger ⁊ furfureus: quia quanto cibus est
grossior: tanto magis nutrit: vt caro bouina melius nutrit q̄
pullina ⁊ plus. Item dicit Hippo. in fine regimenti acuto-

rum ꝙ hydromel magis nutrit ꝙ̄ vinū dulce. ⁊ reddit cau- sam q: plures habet feces: sed panis niger magis habet fe ces: nā videmus stercorizare plus panem nigrū comedētes ꝙ̄ album: igitur. Ad cōtrariū arguitur: panis nutrit ratione medulle ⁊ non ratione furfuris ⁊ corticis: sed in albo est plꝰ de medulla ⁊ minus de cortice: igitur. vnde quasi conuer- titur totus in naturā membrorum ⁊ non niger. quod conce- do pro causa prima. Secunda causa quia magis attrahitur ad membra: quia est magis cōformis nature humane ratio ne caliditatis; non sic vero niger ratione furfuris qui est sic cus ⁊ frigidus. Tertia causa est: q: albus magis immoraẗ in membris: cum natura sit magis auida in eius retentione ꝙ̄ panis nigri. Ad primum argumentū dicitur ꝙ illud solū tenet in rebus eiusdem generis ⁊ eisdem cōditionibus ob- seruatis: nā si nutriret ratione furfuris bene obijceres: sed nō quia ratione medulle. Ad secundū respōdeẗ ꝙ Hippo. ibidem intelligit de nutritiōe naturali: hic autem intēdimꝰ de accidētali. Uel dicēdū ꝙ intelligit de hydromelle: vbi est plus de melle ꝙ̄ de aqua: ⁊ tale hȝ plꝰ de fecibꝰ ꝙ̄ hydromel in quo plus est de aqua ꝙ̄ de melle: sȝ non sic est de pane iō non est simile. ¶ Quarto queritur vtrum magis cōpetat panis niger ⁊ furfureus in regimine sanitatis: aut albus et mundus. videtur quia furfureus: quia citius digeritur: vt dicit littera: ⁊ omne tale magis competit. Itē dicit Auicen. ꝙ conseruator sanitatis studeat habere semper ventrem la xum: vnde dicit ꝙ est impossibile aliquem mori cū fluxu ven tris naturali; sed panis furfureus optime laxat vētrem: vt dicit littera: q: maiores habet feces respectu panis albi. tū quia plus habet de superfluo: tum quia plus habet de cor- tice ratione cuiꝰ est abstersiuus ⁊ mūdificatiuus. In cōtra rium est iste auctor ⁊ Rufus qui dicit ꝙ panis albus ⁊ mun dus plus valet in regimine sanitatis: ⁊ quāto purior ⁊ mun dior: tanto melior. qͦd cōcedo: q: minus habet de superfluo ⁊ magis amicatur membris: ⁊ natura eum magis appetit ⁊ eum auidius retinet ꝙ̄ nigrum. ¶ Ad primum dicitur ꝙ li cet quantum ad hoc ꝙ citius digeritur melius nutriat: ta- men quia plus habet de superfluo vnde nō bene obijcitur quia omnes conditiones non sunt eedē vtrobiqȝ. Ad secun- duȝ dico ꝙ panis albus naturaliter plus restringit: quia cō glutinatiuus ⁊ magis retineẗ a natura: sȝ furfureus minꝰ q: cito expellitur cū non ita retineatur cum multum habeat de superfluo. ¶ Quinto dubitatur quis magis competat in regimine sanitatis: aut panis lotus in aq̄: aut aliquo bro dio: aut panis siccus: videtur ꝙ lotus in aliquo liquore vel brodio; q: prima digestio ⁊ scd̄a requirūt rem mollē cū pro- cedant subtiliando: vn̄ qͦd citius digeriẗ ⁊ meliꝰ magis cōpe tit in regimine sanitatis: sȝ panis lotꝰ est hmōi: igiẗ. q: lotꝰ melior est sicco: igiẗ: quia qͦd melius in prima et secūda dige stiōe etiā ⁊ in tertia: cum due prime sint preparatorie ad ter tiam. Itē panis recedit a temperamento per siccitatē cū sit calidus ⁊ siccus: sed per loturam reducitur ad temperamē- tum: ⁊ omne tale est melius in regimine sanitatis ⁊c. In cō trariū est Raſ. dicens ꝙ conseruator sanitatis studeat vita- re prolongationem mense ne sumat panem lotum in aliquo liquore. ¶ Ad hoc dicunt quidā ꝙ panis lotus nō compe- tit in sanis: quia viscositatem acquirit ratione loture. vnde in magna quātitate sumitur in sanis: ⁊ attrahitur: vnde fa- cit oppilatiōes splenis ⁊ epatis. Sed in egris cōpetit cū in pauca quātitate deẗ: etsi parū ille panis moreẗ ī liquore: ita ꝙ non habeat multam viscositatem. Uel dicēdum ꝙ panis lotus cōpetit sanis in regimine sanitatis si sumatur in pau- ca quantitate: etsi non multū moreẗ in liquore ratiōe cuius non possit multam acquirere viscositatē. Et si queras qua- re competit medico ꝙ per loturam acquirit paucam viscosi tatem. Respōdeo q: abstergit et mūdificat superfluitates stomachi: ⁊ concedo duo prima argumenta. Ad secundum in contrarium dico ꝙ Raſ. intelligit in magna quantitate: vnde tunc sine dubio non cōpetit. ¶ Queriẗ vtrum fermē- tum sit calidius ꝙ̄ pasta: ⁊ videtur ꝙ nō: quia minus habet de humido radicali: ⁊ per consequens de calore. patet quia fermentum est pasta antiquata: ⁊ in processu temporis con sumitur humiditas radicalis: igitur. Itē eadē est compara

tio grani noui ad vetus ⁊ paste ad fermētū: sed granuȝ no- uum calidius est veteri: igitur. In contrarium est ratio: quia caliditas mouet a centro ad circunferentiam ebulliem do: ⁊ frigiditas ecōtrario: sed fermentū mouet a centro ad circunferētiam ebulliendo: igitur est calidius. Ad hoc dico ꝙ fermentum est calidius calore accidentali acquisito ab ae re extrinseco. Sed pasta calidior est calore naturali: q: plus habet de hūido radicali in quo radicatur calor naturalis: ⁊ hac via procedunt duo prima argumenta: ⁊ prima via vlti- mum argumentum. que simpliciter duo prima argumenta concedo. ¶ Queritur quare cooperitur pasta quando fer- mētatur. Causa est ne frigiditas aeris possit penetrare ad centrum ipsius paste: ⁊ eam extinguere: ⁊ per consequens eius calorem naturalem. ¶ Queritur de hoc qͦd dicit in lit tera ꝙ fermentum habet calorem paruum ⁊ frigiditatē: vn de videtur dicere ꝙ habeat simul duo contraria. Solutio ꝙ fermentum paruum habet calorem. i. accidētaliter acqui- situm ⁊ frigiditatē. i. calorē naturalem remissum: ⁊ hoc intē dit dicere. ¶ Queritur de tri qui est cibus iudeorum. Et primo vtrū cōpetat emopthoicis: ⁊ contra tussim cum hoc dicat littera. videtur ꝙ nō: quia in emopthoica passione est debilis digestiua: ⁊ tri: vt dicit littera difficulter digeritur: igitur. Itē emopthoica passio via est in ptysim: sed in ptysi nō cōpetit illud quod difficulter digeriẗ: igitur. In contra riuȝ est auctor in littera. Propterea oīe illud quod abscin dit causam emopthoice passionis competit in eius cura: sed tri est hmōi: igitur cū sit conglutinatiuū ⁊ abstersiuū: q: sanguinē subtilē inducētē emopthoicā passionē ingrossat: etiā grossum sanguinē generat. Itē aptionē viarū ⁊ venaꝝ solidat cū sit glutinatiuum: ergo cōpetit in passione emop- thoica qͦd concedo ⁊ hoc pono pro cā. Ad primum argumen tū dico ꝙ non datur in via diete: vt tu obijcis: sed in via me dicine: ⁊ medicina nō respicit digestionem citā vel tardam cū medicina nō patiatur: sed agat: ⁊ propter hoc patet solu- tio ad secundū argumentum. ¶ Queritur super hoc qͦd di cit in littera ꝙ tri comestū cū oleo valet sanis. Contra tri vi- tuperatur propter viscositatem quam habet: cū ergo oleuȝ addat in maiorē viscositatem adhuc minus competit. Ad hoc dico ꝙ cum oleo comestū allicit appetitū: vnde quantū ad hoc plus facit boni ꝙ̄ mali propter viscositatē suam. Et Haly dicit in tegni: ꝙ quādo aliquid ꝓdest ⁊ nocet: si plus valeat ꝙ̄ noceat deȝ admitti. ¶ Dubitaẗ de zipulis ꝙ gene rāt grossos humores ⁊ phlegmaticos vt dicit: ⁊ tamē dicit ꝙ qui vult cauere se ab hmōi grossis humoribus: comedat eas cum melle. Contra: mel addit in maiorem oppilationē igitur cum melle nō debent comedi. Dico ꝙ cū melle cōpe- tunt nō ratione substātie mellis cum sit oppilatiua: sed ra- tione acuminis eius acquisiti: ratione cuius subtiliat ⁊ diui dit: igitur dicit ꝙ cōpetunt sic contra oppilationē. ¶ Du- bitaẗ vtruȝ granū fractū generet sanguinē laudabilē: tamē dicit ꝙ si multū ⁊ assidue comedatur generat oppilationem ⁊ lapidē in renibus ⁊ vesica. Cōtra: Hippo. in apho. ⁊ in re gimēto acutoꝝ: dicit ꝙ parū detestabilior cibus si sit cōsue tus: melior est optimo cibo incōsueto: ergo propter assuetu dinē ⁊ assiduitatē nō generabit granū fractū oppilationem nec lapidē. Ad hoc dico ꝙ immo: q: sicut dicit Ysaac ī dietis vniuersalibus: ꝙ ex bouina carne quātūcūqȝ digeratur im possibile est bonū sanguinē generari. Sic dico de grano fra cto. vnde si vna vice sumatur licet sit grossus cibus: non ta men ꝓpter hoc generat lapidem: nisi frequēteẗ ⁊ assidueẗ. Et tu obijcis assiduus cibus minus nocet ⁊c. Dico ꝙ hoc verū est respectu alterius cibi non consueti: sic non est ibi. ¶ Dubitatur cuius complexionis sit amidum: videtur ꝙ calide: quia decisum ab aliquo attestatur ei a quo deciditur siue descinditur: sed amidū descinditur a tritico: igitur erit cali. sicut triticū. Itē panis q̄ ex farina seu medulla ⁊ cortice cōficiẗ diciẗ calidus: ergo magis amiduȝ cū ex sola medulla cōficiatur tritici. In cōtrarium est auctor in littera dicēs ꝙ est frigi. ⁊ sic. qͦd concedo. Et nota super hoc ꝙ illa que subi to ⁊ in pauco ⁊ breui tempore fiunt ex tritico: illa retinēt cō plexionē tritici: vt panis: quia subito fit: ⁊ in breui tempore de tritico sine eius corruptione substātie: sed illa que fiunt

ex tritico nō subito: sed paulatine ⁊ in longo tempore ⁊ eius corruptione substantie ⁊ putrefactione: illa nō retinet complexionem ipsius: immo magis contrariam. Et q: amidum fit ex tritico posito ⁊ putrefacto in aqua ⁊ corrupto ibi diu igitur acquirit frigi. ⁊ sic. Igitur soluit argumentū secūdū quia non est simile de pane ⁊ amido: quia panis fit subito ⁊ nō amidum. ¶ Queritur quare amidū oppilat mēbra nutritiua ⁊ adiuuat mēbra spiritualia. Una causa est: q: vene spiritualiū in principio sunt stricte: in fine vō late: vñ viscositas amidi subtiliatur ⁊ digeritur anteq̄ ad spūalia perueniat ⁊ cū amidū tunc habeat humiditatem lenit ea: econuerso est de membrorū nutritiuorum venis. Uel dicēdum q̄ immediatius venit ad membra nutritiua: ideo oppilat ea.

¶ De zizania.

Izania nascitur inter triticum siccis corruptisq̄ temporibus: vnde vim habet acutā ⁊ venenosam: aliquando mentem turbans ⁊ inebriat. si farine ordei misceatur myrrhe croco ⁊ thuri: ⁊ mulieribus exinde fumigetur vulua: aperit eam concipiendiq̄ fit causa. Mixta etiam sulphure vino ⁊ aceto ad impetiginē ⁊ serpiginem valet. cum vino cocta ⁊ stercore asinino ⁊ lini semine cataplasmate facto apostema soluit: ⁊ scrophulas: cocta aūt cū radice ⁊ cortice vrtice vulnerib⁹ iam putrefactis apposita sanat ⁊ mundificat.

¶ De ordeo.

Ordeū frigidum ⁊ siccum est in primo gradu: virtutē mundificatiuam habet ⁊ excolatiuam: ⁊ fabe similiter: pl⁹ tñ q̄ faba exiccat: ⁊ propterea nutrimentum eius ab inflatione est liberū: fabarū vō non similiter: plus tamen ordeo nutriunt accidentaliter non naturaliter. vnde Gal. ordeū ceteris granis nutribili⁹ est. Rufus vō triticum inquit ⁊ ordeum sunt nutribiliora ceteris ⁊ laudabiliora: nutribilius tamen est triticum. Nec arbitreris horum disputationes sibi esse cōtrarias. Galienus dixit accidentaliter: Rufus vō intellexit substātialiter ac naturaliter. verbi gratia: si nutrimentū risi ⁊ ordei pponam⁹: vñ est substātialiter ordeū nutribili⁹ inuenit: pl⁹ eīm substātie ⁊ medulle habet: si vero preponamus risi: vnde accidentaliter inuenimus vel reperimus risi maioris esse nutrimenti propter grossitudinem suam ⁊ morā in stomacho longiorem: ordeum accidētaliter minus nutribile videtur propter digestionē citam ⁊ facilē membri dissolutionem. Item Gal. de ordeo ⁊ faba f̄m medicinam dixit: ordeum ⁊ faba quoniam temperamentis membrorum vicina sunt: in multis locis f̄m medicinam in vsu habentur. Sed cum cera ⁊ oleo in vnguētis ⁊ cataplasmatibus fit de ordeo cōfectio talis: elixatur enim ordeum primum in aqua: deinde assatur: inde farina facta cum zuccaro conficitur sic: hoc in estiuo tempore ad stomachi refrigerium ⁊ epatis valet: ⁊ sitim aufert cum aqua temperatum siue coctum: et cum cocleario edatur: siue aliquantulum liquidum: vt si cum mulsa bibatur. Inde fit ptisanum hoc modo. Confligatur ordeum: vt cortex possit auferri: ⁊ mensura sumatur ordei vna et aque decem: ⁊ tamdiu coquatur donec redigatur ad vnam: deinde coletur ⁊ potui detur. hoc valet ad sanitatē custodiendam corpusq̄ humectanduz: si etiam refrigeriū et eo plus appetatur: aceti pars vel paruz admisceatur: ⁊ si calide nature fuerit: parum addatur seminis papaueris albi: ptisanum sanum cerebro visum clarificat: ⁊ perfectissimum in eorum corpore sanguinem generat: nec minus q̄ panis nutrit: hoc ptisanum sanis est dādum. Infirmis vero diuersis modis est dādum prout vnicuiq̄ expedit infirmitati: si vero statim velis epatis calorem extinguere: bibe vt supra diximus. Si etiam excolatiuum ⁊ mundificatiuum: et ptisanum esse volueris: cum cortice illud coque: si laxatiuum ⁊ refrigeratiuum cocto ptisano manna supponatur ⁊ mel violatum. si propter epatis constipationē illud velis accipere: coque simul radices feniculi et apij: et accipe illud cū orizaccara plurimum propter ventris solutionem. Galie. dicit. Risi accipe non tamen quantum ordeum opinatur valere. Non tamen stipticum est nisi eius cortex rubeus sit: propterea stipticum magis est albo risi rubeum. Natura risi calida est in primo gradu: sic. in secūdo. diuersis tamen modis homines accipiunt illud: ⁊ f̄m vnū quēq̄ modum actio eius in plus minusve mutatur. Aliquando nāq̄ illud mola terit: ⁊ farinam eius velut tritici coquunt: valet autem eis qui torsionem patiuntur in stomacho: ⁊ in testinis. sunt et qui integrum coquunt cum aqua: hoc valet ad cholericam diarriam. Idem alij cū lacte coquūt ⁊ amygdaleo: hoc modo amittit constipationem suam: ⁊ bene nutrit: ⁊ bonum sanguinem generat: sperma auget: habet etiam risi proprietatem q̄ si cum ipso: vel cum aqua ipsius lentiginē laues: aufert ipsam: ⁊ cutem mundificat.

¶ De milio.

Milium frigidum est in primo gradu: sic. in secundo. testatur hoc leuitas eius ⁊ concauitas viscositatis vnctuositatisq̄ absentia nutrit min⁹ q̄ grana cetera ex quib⁹ panis fit: sanguinem minimum nec laudabilem generat: tamen siccitatis sue gratia confortatiuū stomachi est aliorūq̄ membrorū corporis: proinde et ventrem cōstipat. Diascorides milium diureticū esse dixit. Assatum ad torsionem doloremq̄ ventris calidum superpositum valet: causa autem nutrimēti minimi est siccitas eius. Non ab eis accipiendum est qui carnes suas augmentari ⁊ pinguescere volunt: nec eis qui laudabilem sanguinem suo corpori cupiunt generari: sed eis solūmodo quibus stomachi refrigeratio ac cōfortatio: humorumq̄ eius superfluorum desiccatio appetitur.

¶ De panico.

Panicum in forma ⁊ natura est simile milio: minus tamen nutrit eo: ventrem magis constipat. Accipitur diuersis modis ⁊ pro eorum diuersitate immutat actionem suam. Quocunq̄ tamen modo preparato omni panico miliū melius est: coquitur autem sepe: aut cū pinguedine: aut cū oleo: sepe in lacte: aliquādo vō cum apozimate tritici corticis ⁊ amygdaleo. Cū pin

guedine coctũ: aut cum oleo laudabile est: quoniam
siccitatem suam amittit: saporitatem ab eis: et bonũ
nutrimẽtũ acquirit: cõstipatione autem sua priuatur
propter lubricitatẽ et mollitiẽ pinguedinis olei. Cuz
lacte simul vel apozimate supradicto coctuz laudabi
lius est eo qđ cum aqua coquitur sola. Coctionis au
tem cum aqua duo sunt modi: coquitur autem aut sa
nũ: aut mola confractum. Sanũ autem ablato corti
ce: et ad vnam milij vel panici mensuram: quinde-
cim apponantur ex aqua. ita coctũ grossum est et du
rum ad digerẽdum: nec est ventris constipatiuũ: gra
uat etiã stomachum: et ex eo integrum eijcitur ad in-
testina. Hoc etiã grauat: ideoq3 cito egredit̃ ab eis
hac ergo ratiõe stipticũ non est. Mola tritũ coquat̃
ita: farine mundate decies tantũ aque adiungatur:
et postq̃ bis vel ter bullierit: fricatum digitis excole
tur: colamẽtũ susceptũ donec durescat excoquat̃: sic
q3 comedere vtile est: et ceteris subtilius est digeriq3
facilius: minus v̾o stipticũ et durum est propter sub-
stantie absentiam.

De fabis.

Fabe in natura sua frigide: ĩ siccitate sunt
diuerse. Comedũtur autem sicce ac perfe
cte temporibus suis. Comedũtur virides
nondum messionis sue completo tempo
re. Virides frigide sunt et hũide in primo gradu: nu
trimentũ earum minus: quia humores generãt gros
sos et crudos. inflatiue: et vẽtositatem faciũt in supe
rioribus ventris: propterea valde nociue sunt. Sic-
ce v̾o suisq3 temporibus perfecte sunt frigide et sicce
in primo gradu: non laudabilẽ sanguinẽ creãt: ordeo
magis nutriũt accidẽtaliter: nõ naturaliter duabus
de causis. Vna propter substãtie grossitudinẽ et tar-
ditatem dissolutionis ex membris: subtilitatem v̾o
substantie ordei et dissolutionem ex membris citã su
perius diximus: vnde minus nutrit. Secunda pro-
pter sue multitudinis grossitatem et viscositatem ei⁹
vnde carnem inflãt et dilatant: et operantur in ea qđ
fermentum in farina vel pasta: propterea in superio
ribus ventris ventositatem plurimam grossam gene
rant et inflationem ex qua fumus incipit ascẽdere ce
rebro nocẽs: et somnia multa et corrupta inducit. Cũ
hoc ergo naturaliter hñt fabe: nõ eis aliquo coctio
nis modo possant auferri. vnde. Gal'. fabe si nimiuz
coquantur: ventositatem et inflationem suã sicut or-
deo auferre nequimus: minuere tamẽ possumus. Ex
perimento autem hoc probatur in eis qui fabis vtẽ
tes assidue thetinationẽ. i. indigestionem patiuntur
et inflationem: etsi sanissimi fuerint. Itẽ Gal'. fabe
fm cibum inflationem faciunt: et dure sunt ad dige-
rendum: et fm medicinã adiuuãt humores extreare
de pectore et pulmone: quoniam colamentum habẽt:
et ideo nõ morantur in stomacho: sicut alij grossi cibi.
Manifestat hoc colamentum earumq3 mundifica-
tio: qua cutem exterius mundificari cernimus: cũ ea
rum farina abluitur: idcirco ad lentiginẽ valet. Qui
ergo cutẽ corporis sui mundificari voluerit: ex farina
fabarum lauari assuescat. Apostemati in mamillis
vel in testiculis apposite ex farina cocta in aceto ca-
thaplasmate facto dissoluunt. Omĩa autem que dixi
mus earum insunt medulle tantũmodo: cortici autẽ
nihil: est enim stipticus et colamentuz nullũ habens:
vnde aliquãdo fabas decoquimus cũ cortice in ace-
to damusq3 diarriã patientibus propter defectionẽ
cõtẽtiue virtutis in stomacho et intestinis. Eligẽda
autem est magna alba nõ vetus: diuersisq3 coquitur
modis: vnde diuerse sunt eius in corpore actiones:
sunt nãq3 cocte in aqua: sunt autẽ assate igne. Aqua
cocte laudabiliores sunt: quoniam aqua eis plurimũ
aufert vẽtositatis et grossitatis: maxie si eiecta aqua
priori et altera adiũgat̃: hec q3 decoctio duob⁹ fit mo
dis: aliqñ cũ cortice: aliqñ sine. Cũ cortice cocte dure
sunt ad digerendũ et inflatiue: stipticitas cũ corticis
fabarũ egestionem prohibet vẽtris: mora eius diu-
turna in ventre necesse est vt inflationem et vento-
sitatem generet. Sine cortice minus sunt inflatiue
cito digeruntur. Et si ius fiat calefactiuis rebus ap
positis: vt pipere longo et zinziberee: et oleo amygda-
leo: pfecta est medicina ad coitus operationẽ. Sunt
qui eis vescantur elixis aliquando cũ cortice: aliquã
do sine. De elixis: idẽ qđ supradixim⁹ iudicam⁹. Cõ
este tamen aliquãdo cum menta origano et cymino et
similibus suã ventositatẽ et inflationem minuũt. As-
sate tamen ventositatis minus habent et inflationis
ad digerendum sunt autem durissime: veruntamen
si aqua infundãtur post assationem: et cuz cymino mẽ
ta et origano comedãtur partẽ duritici amittũt. Dia
scorides fabe inquit noue veteribus magis stoma-
cho nociue sũt. Fabe mixte farine fenugreci cataplas
mate facto apostemati retro auriculas valent. Ad li
uorem sub oculis similiter cum rosa myrrha et thure
ouiq3 albugine valent. Ad exiccationem lippitudi-
nis oculorũ cataplasmate facto valẽt. Masticate et
tonse temporib⁹ apposite humoribus a capite in ocu
los descendentibus resistunt. Cum vino cocte si ca-
taplasmata fiãt ex eis testiculorũ apostema dissoluũt:
Farina earuz puerorum apposita inguinibus libidi
nem constringit. Locis in quibus pili nascuntur su-
perposite: subtilẽ ac defectũ pilum faciunt. Scisse
quoq3 in duas partes: cataplasmate super hirundi-
num morsibus facto: sanguinem stringit. Mamillis
lactis coagulatione induratis apposite dissoluunt et
lactis adiuuant exitum: si cum alumine et oleo vete-
ri misceas scrophulas dissoluunt. Aqua earũ lanam
tingit.

Superi⁹ determinauit auctor de tritico vero: hic de nõ
vero: vt de zizania vel lolio qđ idem est: et diuiditur: q: pri-
mo ponit zizanie generationem: scđo eius iuuamenta: se-
cũda ibi: Si farine ordei admisceat̃. Tũc sequit̃ illud capl'm
in quo determinat de ordeo ibi: Ordeũ frigidũ et siccũ. Et
in isto primo determinat de ordeo absolute. Secũdo per cõ
parationem ad risi. secũda ibi versus finem capl'i. Gal'. di-
cit rizi. Queritur vtrum zizania possit generari ex triti-
co: videtur q͂ non: quia in elementis est generatio conuer-
siua et reciproca: vnde ex aere fit ignis &c. non vero sic de
aĩalibus: illa ergo que magis vicinant̃ elemẽtis magis ha-
bebunt generationem conuersiuã q͂ terre nascentia et q͂ ve
getabilia: s3 mineralia nõ hñt generationẽ reciprocã: nec
conuersiuam: q: dicit phs quarto metheororũ. sciant oẽs

artifices alkimie species metallorum transmutari non posse: ergo multomagis terrenascentia: vel vegetabilia nō habēt generationem conuersiuam. Sed ex tritico non pōt generari zizania nisi generatione conuersiua: igitur cū ista generatio non fit in vegetabilibus: non fiet in tritico et zizania. Itē dicit phūs in de aīalibus: q̄ si species ordinetur ad aliam: decēs est q̄ ad nobiliorem siue ad minus vilem: vnde musca generatur mediāte verme que est nobilior: ideo potius dz generari triticū ex zizania q̄ econtra. In contrarium est iste auctor. ¶ Ulterius queritur quare ex tritico magis generatur lolium q̄ ex alio grano. Ad istud vltimum dico: q̄ triticum est quasi granum existens in centro respectu aliorum granorum: et in medio bonitatis eorum. Et sicut dicit phūs in ethicis: difficile est inuenire medium: facile vero est diuerti a medio: vnde plura contrariantur tritico cum sit in medio bonitatis q̄ alijs granis cum sint in circunferentia: vel versus circūferentiam: propter quod etc. Scđa cā est: q: triticum est nobilissimū inter cetera grana vt dicit superius: et quanto aliquid est nobilius: tanto plura requiruntur ad eius generationem: et quanto plura requiruntur ad eius generationē: tanto magis accidit error in eius generatione: vt pz in homine in quo propter hanc causam potius accidit error: q̄ in generatiōe aliorum aīalium: vnde videmus plures hoīes cecos naturalr: et alios claudos: et etiā multa mōstra in natura humana cōtingunt: vt mola et aliorum multe figure et varie. Ad istud pōt adduci phūs in topicis: dicens q̄ facilius est destruere q̄ cōstruere diffinitionem. ratio q: plura requiruntur ad eius constructionem q̄ destructionem. Ad primam questionem dico q̄ possibilis est generatio zizanie ex tritico. Ad primum dico q̄ vnum minerale potest cōparari ad aliud eiusdem speciei vt istud aurum ad istud vel illud: aut possunt comparari metalla diuersarum specierum: et hoc dupliciter aut hec sunt eque nobilia: et sic est impossibile q̄ vnum in aliud mutetur: aut comparatur vnum ad aliud alterius speciei magis nobile et sic potest vnum mutari in aliud. Sed ego distinguo de potentia: aut de potentia nature aut artis: de potentia nature intelligo et non de potentia artis de qua loquitur philosophus in metheo. allegatus. Ad secundum dico q̄ quedam generantur a natura cum intentione nature et sic concedo. aut preter intentionem eius: et sic ex nobili fit vile. vt de tritico loliū: et ista via generantur vermes et apostemata ī corpore humano ex superfluo nutrimento. Uel dicendum q̄ zizania fit ex tritico citius per viam corruptiōis q̄ generationis: et sic non est transmutatio speciei in speciem: immo potius corruptio nobilis scz tritici. ¶ Queritur in qua regione plus generetur lolium ex tritico: an in humida vel sicca. Palladius dicit q̄ ī humida: dicēs in agricultura q̄ humiditas facit degenerare plantas: sed per degenerationem generat lolium ex tritico: igitur. Item dicit philosophus in libro de plantis: q̄ sol est pater plantarum: terra vo mr. In illa q̄ regiōe in q̄ sol influit recte: sunt radij solares vel calor solis sup plātas: in illa minus plāte degenerāt: sed h est in ca. et sic. igit. In ꝯriū est auctor in littera: q̄ plus fit ista generatio in siccis et corruptis temporibus. Item continens immutat contentum ad suam crasim: vt vult philaretus in libro pulsuum: ergo cum medulla lolij sit calida et sicca: generabitur in ca. et sic. similiter et medulla tritici erit cal. et sic ca: quod cōcedo. Unde dico q̄ plus fit generatio lolij ex tritico in regione ca. et sic. q̄ in hu. quia caliditas et siccitas consumunt humiditatē aeream que erat ca. et hu. in tritico: et cum hoc trahit calorem naturalem ipsius tritici ad exteriora. et facit ipsum exhalare. Item ipsam resoluit: et per consequens inducit ibi complexionem frigidam et siccam: et cōplexio via est in speciem: vt dicit philosophus: et per istam viam in ca. et sic. regione generatur lolium ex tritico. Ad primum argumentum dico q̄ duplex est humiditas: quedā accidētalis et supflua expāsa supra terram. et talis facit plātas degenerare: et de tali loqtur palladius. Est alia hūiditas essentialis q̄ est calida et humida aerea. et talis non facit degenerare plantas: et de ista loquitur auctor iste: et non palladius. Uel dicendum q̄ licet humiditas faciat degenerare triticū non tamen adeo vt faciat generare lolium. Ad secundum dico q̄ sol de perse facit ad generationem plantarum: tamē de per accidens facit ad degenerationem: scz humidū radicale consumendo: et calorem naturalem ipsius plante resoluendo: et hoc modo fit degeneratio in tritico a calore. ¶ Queritur vtrū zizania habeat somnum inducere et ebrietatem: videtur q̄ non inducat somnū: scz citius instantias vigiliarū quia dicit constantinus q̄ quidam est fumus suauis et mulcebris: et talis causat somnum: quidam vero est fumus caprinosus maliciosus pungitiuus causans vigilias: et non somnum: cum ergo ex zizania generetur fumus caprinus et pūgitiuus: igitur etc. Item narcotica que sunt frigida in quarto vt opium mandagora iusquiamus etc. inducunt somnum vt dicunt auctores: sed zizania non est sic frigida: igitur. In contrarium est auctor in littera: dicens q̄ mentem turbat et inebriat. Solutio q̄ questio est affirmatiua vera. Sz duplex est somnus: quidam naturalis qui fit ex fumo mulcebri: et talem non inducat zizania. Quidam vero est innaturalis: et fit duobus modis: quia aut fit per viā infrigidatiōis et mortificationis sensuum et spirituum: et istum facit narcoticum. Alio modo fit virtutem animalem retrahendo: et primo modo non: sed isto modo zizania inducit somnum innaturalē: q: ab ea resoluitur fumus maliciosus venenosus et pungitiuus: qui statim petit cerebrū: et puenit ad virtutem aīalem: et tunc virtus aīalis sentiens illū fumū venenosum retrahit se: et cū hac retrahunt spūs et influentia spirituum ad sensus pticulares: et tunc organa immobilitant: et h mō zizania inducit somnum et ebrietatē. Per ista pz solutio ad argumenta. ¶ Queritur vtrū panis calidus aut frigidus factus ex zizania inebriet plus: videtur q̄ calidus: q: magis vaporosus et euaporatiuus q̄ frigidus: igitur. Cōtrariū videmus ad sensum: q: narcotica frigida plus inebriant: et somnum inducunt q̄ calida: igitur. Ad hoc rñdet q̄ inebriare h est duplr: aut plus. i. citius: et sic dico q̄ plus ca. q̄ frigi. aut plus. i. tardius dissoluitur et plus durat eius inebriatio: et sic econtra: et p hoc pz solutio ad alia argumenta. ¶ Queritur cuius complexiōis sit ordeum. Et videtur q̄ calide et hu. q: dicit ysaac in dietis vniuersalibus q̄ duplex est dulcedo: q̄dam desiccans et talis subtilis est in actione: et talis est ī mel le. Est alia humectans vt dulcedo ordei: sed dulcedo humectans fundatur in calida substātia: ergo cum fm ysaac dul. humectans fundetur in substantia ca. et humida: igitur ca. et hu. erit ordeum. Item ptisana que est ca. et hu. decidit ab ordeo: sed omne decisum attestatur ei a quo deciditur: igit. In cōtrarium est auctor dicēs q̄ est fri. et sic. in primo gradu qđ concedo. Ad primū argumentū dicit quidā q̄ est cal. et hu. quantū ad medullā: sed quantū ad corticē et medullā simul est fri. et sic. Sed ista solutio non valet: q: iste auctor nō loquitur de ordeo nisi inquantū nutrit: et q: non nutrit nisi ratione medulle et non corticis: igitur. Dicas igit aliter q̄ medulla hz duplicē substantiā: quandā scz fri. et sic. in centro eius: et talis est ibi a dnio: et quātū ad istā ponitur in gradu Et aliam quandam aereā ca. et hu. et ista est subiectum dulcedinis: et quantū ad istā non ponit in gra. et de tali loquit ysaac in vniuersalibus. Ad scđm dico q̄ fm q̄ dicit auctor superius sicca p elixationem acquirunt humiditatem: et humida p assationē siccitatē. Silr dico de ptisana q̄ p elixatiōnē acqrit humiditatē: vñ nō est hu. p se: sz p artificiū: sz ordeū est siccū de se. ¶ Querit qđ magis nutrit aut triticū: aut ordeū. vr q̄ triticū: q: maiorē hz ꝯuenientiā cū natura hūana sz supius dicit ysaac in dietis vlibus: q̄ nutritio fit p ꝯueniētiā ad naturā humanā: igit. Itē granū nutrit rōne medulle: sz triticū plus hz de medulla: igit. In ꝯriuz est auctor ī lra dicēs auctoritate Ha. q̄ ordeū ceteris granis nutribilius est et laudabilius: et iō videt esse ꝯrietas inter Ha. et ruf. q: rufus dicit q̄ triticū nutribilius est ordeo. Et ysaac soluit in lra dicēs q̄ nō est ꝯrietas: q: Ha. intelligit accidētalr: q: tardius ꝯuertit et plus morat: et tardius a mēbris dissoluit. Sed rufus intelligit naturalr: q: citius ꝯuertit: et citius a mēbris dissoluit: et ita nulla ē ꝯrietas. Sz ista solutio ysaac videt pati calūniā: q: dicit q̄ fabe magis nutriūt accidētalr q̄ ordeū et nō naturalr: ppter hoc aliter dicendum q̄ Ha. intelligit respectu granorum determinandorum: vnde ordeum nutri-

bilius est granis determinãdis: ⁊ q: de tritico superius de-
terminatum est: igitur non comparat ordeum nisi ad triticũ
cum superius ea comparauerit: immo solum comparat or-
deum ad alia grana inferius determinanda: vt ad miliuꝫ ⁊
risum ⁊ panicum: quibus nutribilius est. ¶ Queritur qd̄ sit
meliꝰ in regimĩe sanitatis triticũ aut ordeũ: videt̄ ꝙ ordeuꝫ
q: illud qd̄ citius digeritur plus valet: hoc est ordeuꝫ: vt di-
cit in littera: igitur. Itẽ dicit hippo. in regimẽto acutoꝝ: qd̄
ledit sanos: ledit egros: ⁊ quod iuuat sanos iuuat egros: sꝫ
ptisana ordei plus iuuat egros ꝙ̃ facta ex tritico: igitur et
sanos: igitur cum decisum attestatur illi a quo decidit. In
contrarium est auctor superius vt patuit: q: plus habet de
medulla ⁊ maiorem conuenientiam cum natura humana.
quod concedo. Ad argumentum dico ꝙ illud solum tenet
quando fit comparatio vnius indiuidui ad aliud indiuiduũ
⁊ nõ speciei ad speciem: ⁊ q: ordeum ⁊ triticum sunt diuer-
sarum specierum: igitur non tenet. Ad secundum dico ꝙ se-
cus est de ptisana ⁊ de ordeo: quia ptisana melior est egris
in via medicine: quia datur ad alterandum: et alteratio fit
ꝑ cõtraria: sed panis ordei noceret illis: quia est fri. ⁊ siccus
⁊ nutritio fit per calida: ⁊ panis datur ad nutriendum. Sꝫ
ptisana tritici non potest alterare malam complexionẽ cal.
⁊ siccam: cuꝫ sit calida: igitur ⁊c. non est simile. ¶ Queritur
vtrum rizi sit stipticum: vt dicit ysaac. Contra dicit ysaac in
dietis vniuersalibus: q: sapor stipticus frig. est ⁊ siccus: sed
rizi est ca. ⁊ sic. igitur. Item rizum valet in dissinteria chole-
rica vt dicit. Contra: contraria contrarijs curantur: sed rizi
est ca. ⁊ sic. igitur. Item dicit in littera ꝙ rizi rubeum plus
valet in dissinteria cholerica ꝙ̃ albũ. Contra: quanto est ma-
gis rubeum: tanto est calidius: et ita magis augmentabit
dissinteriã cholericã. Ad primum dico ꝙ rizi est stipticũ. Sꝫ
duplex est stipticitas. Una est que est velut saporis species
⁊ ista fundatur in frigida ⁊ sicca substantia: ⁊ sic loquitur in
dietis vniuersalibus ⁊ non hic. Alio modo accipitur stipti-
citas: prout nominat speciem compositionis: ⁊ ista potest
esse in substantia calida ⁊ sicca: ⁊ sic sumitur hic: vnde rizuꝫ
stipticum est. i. viscosum conglutinatiuum: ⁊ constipatiuuꝫ
Ad secundum dico ꝙ non valet in dissinteria cholerica: ra-
tione sue complexionis cum sit ca. ⁊ sic. ⁊ ratione sue substã-
tie conglutinose: viscose ⁊ consolidatiue. Ad tertiuꝫ dico ꝙ
quia rubeum est grossius in substantia: ideo magis valꝫ in
dissinteria cho. nõ ratione sue cõplexionis. ¶ Querit̄ vtrũ
miliũ sit calide ⁊ humide complexionis: q: ꝼm ysaac ⁊ Aui-
cẽ. cortex cuiuslibet grani ⁊ cuiuslibet seminis est frigidus ⁊
siccus: ⁊ medulla calida ⁊ humida: ⁊ a complexione centra-
li denominatur vnũquodqꝫ: igitur cum medulla milij sit ca-
lida ⁊ humida sic ⁊ milium. Item omne euaporatiuum est
cali. ⁊ hu. sed milium est euaporatiuum: vnde hippo. in re-
gimine acutoꝝ docet in pleuresi facere euaporationem de
milio ⁊ sale: vnde dicit ꝙ tale euaporatiuũ est fortius: igit̄.
In contrariuꝫ est auctor in littera dicens ꝙ est fri. in primo
⁊ sic. in secundo. Ulterius dubitatur de hoc qd̄ dicit ysaac
ipsum esse diureticum ⁊ vrine prouocatiuum. Contra: om̄e
diureticum calidum est ⁊ siccum: sed milium est fri. ⁊ siccuꝫ:
igitur. Item omne diureticum est subtilis substantie: sꝫ mi-
lium est grosse substantie: vt dicit in lr̃a: igitur. Itẽ dubita-
tur de hoc qd̄ dicit in littera: ꝙ milium valet contra torsio-
nes ⁊ dolores ventris. Contra: torsio ventris generatur a
ventositate: ergo omne illud qd̄ ventositatem consumit cõ-
petit: sed milium est fri. ⁊ sic. igitur. Ad primum argumẽtũ
dico ꝙ comparando corticẽ cuiuslibet grani ad medullam
cuiuslibet: sic oĩs cortex est fri. ⁊ sic. ⁊ omnis medulla cal. et
hu. ⁊ isto modo non ponuntur in gra. Alio mõ fit cõparatio
medulle ad medullam: ⁊ hoc modo ponitur in gra. ⁊ sic ista
cõparatione medulla milij est fri. ⁊ sic. respectu medulle tri-
tici: ⁊ hoc modo loquitur auctor in littera: ⁊ alio modo Aui-
cẽ. ⁊ ysaac. Ad secundum dico ꝙ miliũ de se nõ est euapora-
tiuum: sed rõne torrefactionis ⁊ mixtionis cũ sale etiam ef-
ficitur plus. Uel dicendũ ꝙ hoc est ratione cuiusdam substã-
tie calide ⁊ humide existentis in superficie acquisite ab aere
extrinseco: ⁊ ratione istius non ponitur in gradu: ⁊ est pau-
ca talis substantia calida ⁊ humida: ⁊ nõ est ratione sue sub-
stantie centralis que est frigida ⁊ sicca: ⁊ ista distinctio ha-
bet locum in multis terrenascentibus: vt in caule ⁊ endiuia
ideo bonũ est eam habere pre manibus: quia per istud sol-
uitur aliud quesitum scꝫ ꝙ est diureticum ratione substãtie
superficialis ⁊ non ratione centralis. Uel dicendum ꝙ que-
dam sunt prouocantia vrinam per se: vtpote diuretica: alia
vero per accidens scꝫ retinendo feces in intestinis ratione
sue grossitiei: quia dicit ysaac in vrinis: ꝙ diminutio vnius
superfluitatis est causa augmentationis alterius vt patet.
Ad aliud dicit ꝙ valet ad torsiones ratione sue substantie
superficialis ⁊ nõ centralis: ⁊ etiam ratione sue torrefactio-
nis. ¶ Dubitat̄ de panico: dicit ysaac superius ꝙ milium
minus nutrit ꝙ̃ cetera grana: ergo minus nutrit ꝙ̃ panicũ.
Postea dicit in caplõ de panico: ꝙ panicum minus nutrit
eo. Dicendum ꝙ non est cõtrarietas: vnde credo ꝙ panicũ
simpliciter minus nutrit ꝙ̃ milium ⁊ ꝙ̃ cetera grana. Et di-
co ꝙ auctor comparat miliũ ad alia grana diuersa in specie:
⁊ panicum non est diuersum ab ipso milio: ideo non compa-
rat tunc ipsum milium ad panicum. ¶ Queritur de fabis in
via nutrimenti respectu ordei: videtur ꝙ ordeuꝫ magis nu-
triat ꝙ̃ faba: quia dicit superiꝰ ꝙ ordeuꝫ ceteris granis ma-
gis nutrit: sed faba est granum: igitur. Item ordeũ minus
habet de cortice ⁊ plus de medulla ꝙ̃ faba que habet corti-
cem duraꝫ magis ⁊ grossiorem: ⁊ in maiori quantitate. In
contrarium est auctor in littera. Preterea scd̄o ꝼm Aristo.
quale vero alterat: nutritio ergo fit ratione quantitatis: sꝫ
faba est maior ordeo: igitur. Ad hoc dicitur ꝙ duplex est nu-
tritio: quedam est phantastica: ⁊ ꝼm sensum: ⁊ de tali loquẽ-
do faba magis nutrit ordeo: vnde fabe magis ĩpinguãt ꝼm
apparentiam: quia ratione ventositatis fabarum cutis ex-
tenditur qua distensa videtur esse pinguis ꝼm sensum. Alia
est nutritio ꝼm veritatem: ⁊ tunc ordeum magis nutrit: q:
citius conuertitur in substantiam membrorum: et ponit
exemplum de furfure qd̄ magis impinguat equos: ⁊ in bre-
uiori tempore ꝙ̃ granum: ⁊ hoc phantastice ⁊ ꝼm sensuꝫ: q:
eos magis inflat: ⁊ cuteꝫ distendit. Uel dicendum meliꝰ cũ
isto auctore: ꝙ fabe magis nutriunt accidentaliter: sꝫ ordeũ
magis naturaliter. Sed contra istam solutionem: fabe sunt
lubricatiue vt dicit littera: non ergo plus nutriunt acciden-
taliter. Respondeo ꝙ intelligit littera de excorticatis: ⁊ si-
ue dubio fabe excorticate non magis nutriunt accidentali-
ter. sed non excorticate magis. Uel dicendum ꝙ licet fabe
sint lubricatiue in prima ⁊ secunda digestione: non tamen
in tertia: immo multum immorantur membris: ⁊ de ista ter-
tia digestione loquitur auctor in littera cum dicit: ꝙ magis
morantur in membris: ⁊ ita adhuc magis nutriunt fabe ac-
cidentaliter. his visis patet solutio. ¶ Queritur quod ma-
gis competit in regimine sani. aut faba vel ordeũ. Arguitur
ꝙ ordeum: q: magis assimilatur tritico: vt superius dicit au-
ctor: igitur. Iteꝫ illud qd̄ citius digeritur in stomacho ⁊ epa-
te magis in regimine sanitatis competit: cum natura tunc
minus laboret: sed ordeum est huiusmodi vt dicit superius
igitur. Contra: dicit auctor inferius hic: idem in dietis vni-
uersalibꝰ: ꝙ pisces squamosi meliores sunt nõ sq̃mosis cuꝫ
tota superfluitas cedat in squamas: ⁊ caro remanet pura.
sed illud quod facit squama in piscibus: facit cortex in gra-
nis ⁊ terrenascentibus: igitur que grana maiorem habent
corticeꝫ: erunt meliora in regimine sanitatis sicut fabe. Itẽ
dicit philosophus in topicis ꝙ idem est sanum simpliciter
⁊ sanum homini bene disposito. sanum ergo homini egro
est sanum ꝼm quid ⁊ non simpliciter: sed sanum ꝼm quid est
egrum simpliciter: ergo cum ordeũ sit sanum homini egro
erit ordeum egrum ⁊ malum simpliciter: sed nullum tale
competit in regimine sanitatis: igitur. Duo prima argumẽ-
ta teneo pro conclusione. Ad primum argumentum in con-
trarium dicendum ꝙ duplex est abundantia superfluitatis
Una que fit ab opere nature: vt in piscibus fiunt squame:
⁊ talis depurat nutrimentum. Alia est que non fit opere na-
ture: sed ex abundantia materie impure: ⁊ talis nõ facit ad
bonitatẽ nutrimẽti sicut in faba. Ad scd̄m dico ꝙ aliq̃ sana
sunt egra dupl̃r: aut rõne egritudis: ⁊ talia sũt sana ꝼm qd̄
et egra simpl̃r: q̃dã vͦo cõpetũt nõ rõne egritudis: sꝫ rõne

virtutis: ⁊ talia sunt sana simpliciter. ⁊ hoc modo competit ordeum egris scilicet ad sustentandum virtutem. ¶ Queritur vtrum omnes fabe tam sicce ꝙ̄ virides sint eiusdē complexionis. Arguitur ꝙ sic: q: dicit philosophus ꝙ cōplexio est via in spēm: sed sunt oēs fabe eiusdē spēi: igitur. Item que est comparatio corticis ad corticē: ita medulle ad medullam sed cortex fabarū tam viridium ꝙ̄ siccarū est vnius complexionis: scʒ fri. ⁊ sic. ergo ⁊ medulla tam viri. ꝙ̄ sic. erit ca. ⁊ humida. In contrarium est auctor in littera dicens ꝙ virides sunt frigide ⁊ humide in primo gradu: ⁊ sicce fri. ⁊ sic. in primo. Ad hoc dicendum ꝙ in fabis est duplex complexio: q̄dam est radicalis ⁊ fixa: ⁊ ista est eadem in viridibus ⁊ siccis ⁊ ista est via in speciem. Alia est complexio fluens q̄ diuersificatur fm̄ nutrimentum: ⁊ ista diuersa in viridibus ⁊ siccis reperitur. Ad hoc dicitur scōm argumentum ꝙ non est sic de cortice ⁊ medulla: q: cortex semꝑ in vtrisq; nutritur ex nutrimēto terreo ⁊ sicco: idō est semꝑ fri. ⁊ sic. sʒ medulla in viridibus nutritur ex humido aquoso: ideo frigi. ⁊ hu. est: sed cū in processu temporis illa humiditas aquosa digeratur ⁊ desiccetur: nutritur ex humiditate sicca: ideo est in siccis sicca ⁊ a medulla que est centrum denominatur cōplexio. ¶ Queritur que magis nutrit aut viridis: aut sicca: videtur ꝙ viridis: quia quāto aliquid est temperatius tāto melius nutrit ⁊ citius digeritur: sed faba a temperamento declinat ꝑ siccitatem: humiditas igitur eam reducat: igitur ⁊c. Itē dicit ysaac inferius, ꝙ omnis fetus sicce matris: quanto propinquior partui tanto melior: vnde vitulus melior est boue antiquo: ergo cum faba viridis sit quasi fetus sicce matris: sequitur ꝙ quāto vicinior terre: tāto melior: sed viridis est hmōi igitur. In contrarium est auctor in littera dicens ꝙ fabe sicce sanguinem generant laudabiliorē: ⁊ ita magis nutriunt viridibus. Item vnūquodq; digestum meliꝰ est indigesto: sed faba sicca digesta est: q: processu temporis sua humiditas aquosa digeritur. Ad hoc dicunt quidam: ꝙ in via diete sicce sunt meliores propter rationes statim dictas: sʒ in via medicine virides sunt meliores: q: magis alterant malam complexionem siccam ⁊ calidam. Uel dicēdū ꝙ comparando ipsas vniuersaliter respectu cuiuslibet tēporis sicce sunt meliores: sed comparando particulariter respectu estiui tēporis: virides sunt meliores: q: in estate calor est acutus: qui per humiditatem ⁊ fri. fabarum viridiū temperatur: sed sicce fabe adderent tunc in discrasiā: si comederentur. Uel dicendum ꝙ sicce meliores sunt absolute: q: sanguinem laudabiliorem generant respectu viridium. Ad primum dico ꝙ humiditas aerea meliorat nutrimentum: ⁊ talis reperitur in siccis. sed humiditas aquosa indigesta peiorat nutrimentum: que in viridibus reperitur. Ad secūdum dico ꝙ non est simile: q: bos in prima etate nutritur ex nutrimento meliori ⁊ magis digesto ꝙ̄ in vetustate: sed sic non est de fabis: q̄ idem hn̄t nutrimentum tam virides ꝙ̄ sicce. Secunda causa est: q: fabe digeruntur a calore naturali interiori: et exteriori: sed in animalibus solum digeritur nutrimentum a calore interiori: et q: in animalibus calor est acutior et fortior in iuuentute: igitur. ¶ Queritur vtrum fabe assate sint meliores elixatis: ⁊ videtur ꝙ elixate: q: dixit superius ꝙ necesse est calidum ex niue frigescat: ⁊ ꝙ frig. ex igne calescat: vnde oportet ꝙ siccum ꝑ humiditatem acquirat humiditatem: ⁊ econuerso: cum ergo fabe recedant a temperamento per siccitatem: ergo ⁊c. q: in elixatione acquirent humiditatem ab aqua: et in assatione maiorem siccitatē. Itē dicit phs in quarto metheororum ꝙ illa que elixantur vniformiter decoquuntur: sed vniformiter decoctū melius dissoluitur decocto: igitur. In contrarium est littera. Preterea fabe peccant per ventositatem: sed assatio eam remouet: igitur. Ad hoc dico ꝙ fabe diuersa inducunt nocumenta: sʒ illa debēt apparari. Dico ergo ꝙ fabe a parte sue complexiōis cum sint fri. ⁊ sic. inducunt constipationem ventris: que remouentur per elixationem: ⁊ sic procedunt prime rationes. Item fabe quādoq; inducunt nocumentum a parte sue cōpositionis cum sint ventose: ⁊ ventositatem generāt: ⁊ quātum ad istud nocumentum remouendum seu diminuendum debent assari: q: per hoc qd̄ dicit in littera remouetur ventositas: ⁊ procedunt vltima argumenta. Si igitur plus nocet torsio ꝙ̄ constipatio: assentur ⁊ econtra. Et si ille qui debet comedere fabas: nec sit constipatus: nec ventosus: cū ventositas plus noceat assentur. ¶ Secundo queritur de fabis a parte medicine: quare cortex fabarum est magis stipticus ꝙ̄ eius medulla: cum cortices aliorum granorum nō sint stiptici immo laxatiui: velut cortex tritici qui laxat ventrem. Ratio est quia cortex fabe inter cetera grana est durior: ⁊ spissior: ideo calor celestis non potest imprimere in eum caliditatem ⁊ humiditatem: ratione cuius haberet laxare: sed cortices aliorū granorum sunt rari: ratione cuius facile recipiunt impressionem: igitur. ¶ Queritur quātum ad textum: vtrum faba sit optima medicina ad coitus operationem. Arguitur ꝙ non: quia sunt fri. ⁊ sic. fabe igitur habent diminuere coitum. Item multi sunt audaces vel edaces: vnde multum appetunt: vt dicit Auic. sed augmētatio appetitus cibi diminuit appetitum coitus: ergo cū fabe sint melancholice nocent coitui. Item dicit phs in de animalibus ꝙ galline comedentes fabas non ouant: ergo a simili non augmentant coitum. Ad hoc dico ꝙ fabe prouocāt coitum ratione ventositatis sue erigentis virgam: ⁊ sic intelligit auctor: sed non ratione imaginatiōis que inductiua est coitus: vt dicit phs in de animalibꝰ: nec ratione materie calide ⁊ humide ꝑfundantis: nec ratiōe caliditatis ⁊ siccitatis stimulantis: q: dicit Ga. in tegni. ꝙ cōplexio cholerica est maxime venerea q: stimulatiua. ¶ Queritur sup hoc qd̄ in littera dicitur ꝙ fabe maturant apostemata mamillarum. Contra: omne maturatiuū est ca. ⁊ hu. sed fabe sunt fri. ⁊ sic. igitur. Dicendum ꝙ hoc faciunt ratione viui: ⁊ non rōne ipsarum: sed hoc nihil valet: q: ita bene faceret lignum vel lapis ideo melius dicendum ꝙ maturant: q: ratione sue frigiditatis oppilant meatus ⁊ poros: ratione cuius calor naturalis fortificatur interius qui digerit ⁊ maturat. Item cum mamille sint spongiose attrahunt humiditates ad seipsas ab omnibus membris: ⁊ fabe repercutiunt tales humiditatem: ideo maturant hac via. Et per hanc viam stringunt libidinē in pueris quando emplastrantur supra inguina: quia stringunt poros ⁊ meatus: nec permittunt materiam spermatis descendere ad membra generatiua. ¶ Item queritur de hoc qd̄ dicit littera ꝙ fabe emplastrate supra locum pilorum subtiliant ipsos. Contra: pilus nascitur ex fumo calido ⁊ sicco: sed fabe sunt fri. ⁊ sic. igitur habebunt citius ingrossare ꝙ̄ subtiliare. Dico ꝙ pilos subtiliant per accidens ratione oppilationis quam in poris inducunt: ⁊ non per se subtiliāt. Itē faba est abstersiua: ⁊ oē tale est depilatiuum. Uidetur ꝯtrouersia inter Auic. Ga. ⁊ ysaac: q: ysaac dicit auctoritate galeni. ꝙ fabe si ꝑ triduū decoquantur: nūq̄ amittunt ventositatem. Sed Auic. dicit ꝙ possunt eam amittere Ad hoc dico ꝙ ventositas fabarum potest impediri: non tamen ex toto auferri: et sic intelligit Gale. et ysaac: ⁊ Auicē. quando dicit ꝙ potest auferri intelligitur. i. impediri.

¶ De lenticula.

Lenticula frigida est in primo gradu: sicca in tertio. Inuestigata tamen eius natura ex duobus contrarijs composita inuenitur vno i medulla: altero in cortice. Cortex eiꝰ acuitatem habet: vnde ventrem ad solutionem mouet. Medulla stiptice est virtutis ⁊ confortatiue stomachi ⁊ intestinorum: vnde ad cholericam diarriam valet. Lenticule simul cocte cum cortice aquam tolle ⁊ cola: et oleum cum sale ⁊ aqua commisce: potū ꝙ stipticis dabis: ⁊ si aqua prior eiecta sit dum coquitur alteram adiungas: solutionem minuit: et si cum cortice ablato coquatur: et prima aqua abiecta: secunda addatur: melior fit ad digerendum: et ad egestionem cholericam refrigerandam fortis. Uniuersaliter dico: nutrimentum lentis grossum est: et ad digerēdum durum: melācholicū sanguinem gn̄at

maxime si cũ cortice comedatur: cerebrũ fumo gros
so implet ⁊ melãcholico: vñ cã est doloris ⁊ fallaciũ
formidolosorũ sõniorũ. Stomachũ ⁊ intestia vẽtosita
te iplet: ⁊ inflãmationẽ ⁊ constipationẽ facit: ꝑpter
ea ceteris granis stomacho plus nocet: ⁊ pulmoni
ac diafragmati ⁊ pelliculis cerebri: ceterisqꝫ nervis
pellicularũ: ꝑcipue nervis oculorũ: qm̃ hũiditatẽ eorũ
desiccat ⁊ distẽpat: sanis officit oculis: quãto magis
infirmis sue desiccationis cã: ventrẽ ⁊ mẽstrua costi
pat: ⁊ ingrossat vt exire nõ possint ex venis matricis.
Lens itaqꝫ cũ cortice cocta sicce est noxia cõplexio-
ni: ⁊ passionem melãcholicã in ea creat sicut nigram
morpheã ⁊ impetiginẽ: serpiginẽ cancrũ elephãtiã:
his tñ q̃ humide sunt cõplexionis aliqñ ꝓsunt: ideo
si sine cortice edantur hydropicis valet: cũ cortice ve
ro nocẽt: aut ꝑpter ventositatẽ ⁊ inflationem quam
creat. Lenticula laudabilis est grãdis ⁊ noua ⁊ co-
quibilis: accipitur ſm cibũ ⁊ medicinã. si ſm medici
nã ꝑpter cõtẽtiue virtutis cõfortationẽ ⁊ calefactio
nem: aut ꝑpter vẽtris solutionẽ. Qui ad cõfortandã
virtutẽ ꝯtẽtiuã accipiũt: ⁊ restringẽde cholerice ege
stiõis cã: a cortice eã mundẽt priorẽ: dũ coquitur eie
cta aqua: scdã addat: cocteqꝫ acetũ immisceat: ⁊ ar-
noglosse frõdes: ⁊ eius semina: ⁊ mala citonia: ⁊ ma-
la acria ⁊ mespila ⁊ sitia. Qui ꝑpter ꝯfortãdũ ⁊ cale
faciendũ stomachũ illã volũt accipere: aceti vice vinũ
rufum vel nigrũ: odoriferũqꝫ cõmisceãt. Propter vẽ
tris solutionẽ accipienda cum sicla: aut crisolocãna
aut cucurbita: siue molachia. Item ſm cibũ diuerse
accipitur: aliqñ solũ cũ oleo ⁊ aceto: aliqñ cũ carne
recẽti: aliqñ cũ sicca ⁊ salsa. Cũ aceto ⁊ oleo minoris
est nutrimẽti: cũ carne recẽti maioris. Que vero cũ
sicca ⁊ salsa pessim⁹ ac nociu⁹ est cibus. Natura nãqꝫ
carnis sicce: in se grossa est ad digerendũ dura. Mix
ta cum lente maliciã duplicat: vñ cã est calefactionis
incentionisqꝫ sanguis: cũ etiã in melãcholicos ꝯuer-
tit humores: iõ pessima est maxime si cum cortice fue
rit cocta. Item vt nõ noceat si aptare volueris: emẽ
da a cortice ⁊ in aqua elixa: prioreqꝫ eijciẽs aquã: se-
cundã aũt misce: ⁊ cũ aceto eã cõdi ⁊ origano: mẽta
pipere cymino ⁊ oleo vel amygdaleo: aut sisameleon
Diascorides: cũ melliloto ⁊ celidonia: oleo rosato ex
lente cataplasmate facto in oculis calidũ patiẽtibus
apostema dissoluit. Cũ malo granato cocta: et rosis
siccis: pustulis vel apostematibus in cruribus appo
sita valet. Valet itẽ ad cripisilas ⁊ fissurã in pedibus
ꝑpter frigus cũ aqua marina: si coq̃tur ⁊ mamillis
apponatur: lac coagulatũ valet habentibus.

De robellijs.

Robellie frigide sunt i primo gradu: medie
inter siccũ ⁊ hu. cortex earum stipticus est.
Cortice ergo mũdate laudabiles gñant ci
bos: nec inflationẽ aut ventositatẽ faciunt
sicut fabe. Ad vsum edẽdi bone sunt in estate. ⁊ in ca
lida regione. Cataplasma factũ ex eis mẽbris fract̃
appositũ solidat: ⁊ dolorẽ aufert maxime si cũ sapa
fuerit temperate. Itẽ ius ex illis velut ex faba factũ
valet ad corizã: ⁊ ad tussim doloreqꝫ in pectore. Co
cteqꝫ cũ ordeo ⁊ crisolocãna: aut bletis febrẽ patien
tibus ꝓsunt: q̃ ex sanguine nascũt ⁊ cholera ru. Qui
ꝑpter diarrie refrenationẽ illas volunt accipe: cocta
vna aqua eiecta ⁊ alia addita: admixtis portulace
ramis ⁊ succo malorũ punicorũ: acidosorum: ⁊ oleo ro
sarum sumant.

De cicere.

Cicer est plur̃ nutrimẽti: ventrẽ humectat:
vrinã mouet: mẽstrua ꝓuocat: ventositatẽ
tñ creat ⁊ inflationem. Idcirco sperma au
get: coitũqꝫ ꝯfortat. Est cicer viride nec cõ
pletũ: est siccũ ⁊ cõpletũ. viride ad fabarũ potes mẽ
surare cõparationẽ: eadẽ eñ q̃ fabarũ est siccarum ⁊
viridiũ: ciceris est viridis ⁊ sicci. Siccũ duob⁹ diui-
ditur modis. est eñ cicer albũ ⁊ nigrũ. Albũ calidũ
est in primo gradu hu. in medio: ꝑpterea nutrimẽtũ
eius q̃ fabarũ maius est: nõ tñ bonũ: sed ad digerẽ-
dũ durũ ventositatẽ ⁊ inflationẽ faciens: intantũ vt
carnẽ inflet ⁊ dilatet: ⁊ in ea idẽ faciet qđ acetum in
sicco luto: aut fermẽtũ in pasta: vñ q̃ eo vtũt pulchre
cutis fiũt: delatata eñ ⁊ extẽsa caro lucescit ⁊ clarifi
catur. Idẽ coitum adiuuat: q: tres hꝫ causas ad coi-
tũ ptinẽtes. i. calorẽ: nutrimentũ ⁊ inflationẽ. Unde
hippocrates: cicer̃ sunt potestates due diuerse atqꝫ
cõtrarie: cũ coq̃tur eas amittit: ⁊ in aq̃ vbi coq̃tur re
deũt. vnã dulcedinis: aliã salsuginis. altera cũ dulce
dine sua mundificat: ⁊ excolat: ⁊ nutrit nutrimento
bono: lac augmẽtat: humectat vẽtrẽ: apostemata dis
soluit ac minuit: ⁊ maxime q̃ in testiculis ⁊ retro au-
riculas sunt. Cũ salsugine sua grossos humores dis
soluit ac minuit: ⁊ vrinã ⁊ mẽstrua ꝓuocat: ventrem
humectat: valet ytericis: hydropicis. valet vlterius
ad totius corporis capitisqꝫ pruriginẽ. Si eius iure
lauẽtur: impetiginẽ: serpiginemqꝫ mundificat. Ga.
inquit. Cicer hꝫ quasdã amaritudines q̃bus aperi
tiuum est: mẽstrua ꝓuocat: facilitatẽ faciẽs ex vtero
pueri exeũdi: cucurbitinos lũbricosqꝫ educit: vẽtrẽ
humectat: ad ytericos de oppilatiõe epat̃ ⁊ fell̃ va
let: lapides eñ frãgit in renib⁹ ⁊ vesica: nociuũ est re
nũ ⁊ vesice vulnerib⁹. Nigrũ albo est calidi⁹: humi
dũ min⁹: ꝑpterea amaritudo ei⁹ dulcedĩe mãifestior
est: iõ plus albo in operatione epatis ⁊ splenis atqꝫ
lapidum fractura. cucurbitinis lũbricisqꝫ valet: ad
epatis oppilationẽ: ꝑcipue si cum apio coquatur et
radice eius: iusqꝫ bibatur ipsius. In augmentatiõe
eñ lactis: ⁊ spmatis ⁊ ꝓuocatione vrine albũ est me
lius sue dulcedinis saporitatisqꝫ causa.

Superius ysaac determinauit de granis ex quibus con
ficitur panis: hic autem de illis ex quibus non conficitur.
Dubitatur de complexiõe lenticule: nã auctor dicit q̃ est
frigi. ⁊ sicca. ⁊ Auic. q̃ est temperata in actiuis: tamen ma-
gis declinat ad calidum: vt dicit. iste auctor intelligit de
complexione centrali: sed Auicẽ. de superficiali. Que-
ritur quare auctores magis contrariantur in complexione
istorum leguminum q̃ in eorum compositione ⁊ operatio-
ne. Solutio est: quia ciborum quidam sunt compositi ex di
uersis substantijs: vtpote caulis ⁊ lenticula: ⁊ quidam po-
nunt quantum ad centralem: ⁊ quidam quantum ad supfi
cialem. Item ista legumina diuersificantur ratione regiõis
quantum ad complexionẽ: q: qñqꝫ nascunt in calida regio
ne: qñqꝫ in frigida. Item etiam diuersificantur rõne etatis
⁊ qñqꝫ a parte temporis sue collectionis: q: q̃dã colligũtur
in hyeme: quedam in estate ⁊c: sed sic non diuersificatur co

rum compositio ⁊ operatio: igitur. ¶ Queritur vtrum lenticula sit ventris solutiua. Solutio: est: nam ratione corticis habentis quoddaꝫ acumen est laxatiua: sed ratione medulle est constipatiua. Contra: cortex lenticule grossior est: medulla vero subtilis: igit. Dicendum ꝙ in cortice lenticule sunt due substantie: quedam superficialis calida ⁊ sicca et acuta: alia est centralis grossa constipatiua. ratione pme vero laxat. Sed videtur impossibile aliquid habere diuersas substantias: q: simile nutritur ex simili: sꝫ ius caulis nutrit substantiam eius: igitur si substantia sit stiptica ⁊ ius stipticum. Item omne decisum attestatur ei a quo deciditur: sed ius decidit a substantia: igitur. Antecedens patet p Gale. in tegni. Item qd est sanguis in animali est succus in planta: sed sanguis est eiusdem complexionis cum animali: igit ⁊ succus cum planta. In contrarium est auctor. ¶ Iuxta hoc queritur quare non reperitur in omnibus plantis: ꝙ succus laxet ⁊ substantia stringat. ¶ Item queritur quare nō est econuerso reperire ꝙ substantia laxet ⁊ succ⁹ stringat. Ad primum istorum dicendum ꝙ est possibile in aliquibus plantis reperire istas duas substantias diuersas ⁊ contrarias: ita ꝙ succus laxet ⁊ substantia stringat. ¶ Ad primum d: ꝙ illud est verum de simili in actu idest nutrimento in actu: sed antea non est verum: vnde dicit phs in libro de anima: ꝙ nutrimentuꝫ extra non est simile rei quā dꝫ nutrire. Et si arguitur contra nutrimentuꝫ attrahitur ⁊ attractio est a simili: ergo illud simile nutrit. Dico ꝙ ibi mutatur qd in quale: vnde verum ꝙ quicquid nutrit attrahitur: ⁊ attractio fit a simili: ergo illud simile nutrit fm illud quid quod attrahitur immo quale. Vel dicenduꝫ ꝙ in succo nutriente plantam est duplex substantia: quedam superficialis cal. et sicca: ⁊ ratione istius non nutrit sed laxat: est etiam alia substantia centralis: ratione cuius nutrit: ⁊ ista est frigida ⁊ sicca ⁊ constipat: ⁊ de ista vltima pcedit tuū argumētū. Ad secunduꝫ dico ꝙ aliquid deciditur dupliciter. Uno modo per viam contrarietatis ⁊ difformitatis: vt est medulla ab ossibus: q: ossa attrahunt nutrimentum melācholicum cuꝫ sint melācholica: ⁊ tunc remanet puritas nutrimenti que cōuertitur in medullā: ⁊ tale decisum non attestatur ei a quo deciditur: ⁊ sic succus deciditur a planta: ⁊ similiter aquositas in epate a quattuor humoribus: ⁊ hec proprie non est decisio: sed potius sequestratio. Alia est decisio per viam continuitatis vt cholera iuuatiua deciditur a necessaria cholera ⁊ tale decisum attestatur ei a quo deciditur: ⁊ sic tu obijcis Ad scōm argumentū pꝫ solutio. Ad quesitum scōm d: ꝙ in quibusdam plantis est fortior attractiua ꝙ̄ digestiua. partē igitur illius nutrimenti digerit planta talis: aliam vero repudiat seu respuit cū nō possit digerere: ⁊ tūc illa pars a calore celesti digeritur ⁊ subtiliatur: ⁊ concipit calorē ⁊ siccitatem: respectu illius partis laxat: hmōi est caulis et lenticula. Quedam vero sunt plante que equalem habent attractiuam ⁊ digestiuam: ⁊ sic totum illud quod attrahitur digeritur: vnde conuertitur totum in stipticam ⁊ fri. substantiam: ⁊ sic patet solutio ad argumēta. Item alia causa: quia cum ille plante que magis attrahunt ꝙ̄ digerant repudiāt aliquam partem: ⁊ repudiatio fiat per viam contrarietatis oportet ꝙ illud qd repudiatur: conuertatur in oppositas q̄litates: cum ergo illud qd digeritur in planta sit fri. illud qd repudiatur erit calidum ⁊ siccum ratione cuius fit laxatio. Ad tertium quesitum dico ꝙ digestio fit ingrossando ⁊ procedit ingrossando: cum ergo ex succo fit suba plante: ꝯstat ꝙ suba plante erit grossior succo: sꝫ oīs laxatio de pse fit p subtilitateꝫ: vñ subtile laxat. grossum vo comprimit et ingrossat: ⁊ quia omnis succus subtilior est suba seu planta: igitur ⁊c. ¶ Queritur vtrum lenticula confortet stomachum: videtur ꝙ sic: q: omne frigidum ⁊ siccum ꝯfortat stomachuꝫ: ⁊ hac de causa melācholia trāsmittit ad stomachi os: sed lenticula est fri. ⁊ sic. igitur. In contrariuꝫ est auctor ⁊ alij doctores. Respondeo in lēticula sunt duo: complexio ⁊ compositio: ratione vero complexionis confortat stomachum: sed non ratione compositionis cum sit inflatiua ⁊ vētris distensiua ⁊ rugituꝫ causans: ⁊ hoc modo loquunt auctores. ¶ Queritur vtrum robellia generet bonum nutrimentum. videtur ꝙ sic: q: hoc dicit auctor. Item dicit Ras ꝙ robellie cocte cū carne bonū pstant nutrimentū. Contra generant grossum nutrimentum cum sint melācholice: ergo nutrimentum earum peccat in substantia. Item frigide sunt: ergo peccāt in complexiōe: ⁊ sic generant nutrimētum pessimū. ¶ Item queritur super hoc qd dicit ꝙ valent in dolore pectoris. Contra: oīs cura fit per contrarium: pectus est frigiduꝫ: q: neruosum ⁊ ossuosum: ⁊ similiter robellie sunt frigide ⁊c. Iuxta hoc queritur quare omnia legumina nocent oculis. Iteꝫ queritur quare intus exhibita nocent neruis: ⁊ extra emplastrata prosunt ⁊ confortant. Ad primaꝫ questionem dico ꝙ robellie generant malum nutrimentum vt probat vltima ratio quā concedo. Ad auctoreꝫ ⁊ ad ras dico ꝙ intelligunt de robellia sine cortice cū medulla. Vel dicendū ꝙ nutrimentū d: bonum dupl'r: aut simpl'r ⁊ sic non generant bonū. aut respectu alioꝝ leguminū et sic intelligunt auctores. Vel dicenduꝫ ꝙ robellie quoad cōpositionem ⁊ substantiam generant malum nutrimentuꝫ: sed quoad complexionem ⁊ maxime in estate ⁊ cōplexione cholerica bonum q: frigide: quia acumen nutrimenti tūc temperatur quoad homineꝫ. Ad scdam questionē dico: ꝙ rōne membroꝝ adiacentium sepius membra pectoralia incurrūt morbum calidū. Ad tertiam questionem dico ꝙ oīa legumina generant grossum ⁊ melācholicū nutrimentum: ratione cuius fumus niger ⁊ offuscus tendit ad caput spirituꝫ visibilem ingrossando qui est clarus: igitur. Ad vltimam questioneꝫ dico ꝙ hoc est: q: vt dicit constantinus: phlegma cōtinue delegatur ad mēbra iuncturalia que sunt in continuo motu: irrorando ea ne per continuum motum desiccentur sicut videmus ꝙ aqua ꝯtinue delegatur ad rotam molendini ne per motum ꝯtinuū inflāmetur: ideo cum generant nutrimētū siccū ⁊ melācholicū desiccāt ea. Sed ista legumina extra ēplastrata ꝯfortant ratione desiccationis moderate: sed dicit Ga. ꝙ nerui quanto sicciores tanto meliores: nisi ad tantā siccitateꝫ perueniāt ꝙ rumpantur pre nimia siccitate. ¶ Queritur cicera cuius complexionis sunt: cuꝫ sint q̄dam maneries pisoꝝ. videtur ꝙ frig. ⁊ sic. q: sunt ventosa vt dicit littera: ⁊ ventositas in substātia grossa fundatur: vt dicit Aristoteles: sed grossities melācholie appropriatur: igitur erunt frigide ⁊ sicce complexionis. Item ex eis generatur nutrimentuꝫ melācholicū: igitur. In contrarium est auctor dicens ꝙ sunt ca. ⁊ hu. Sed Auice. dicit ꝙ sunt ca. ⁊ sic. Ad hoc dicendum ꝙ Auic. intelligit quoad substantiam superficialem que est cal. ⁊ sic. ⁊ iste auctor quoad centralem substantiam in qua fundatur dulcedo: ⁊ sic non est contrarietas. Ad argumentū dico ꝙ rōne sue cōpositionis gnant nutrimentum melācholicum: ⁊ non ratione sue complexionis: igitur non tenet argumentum. ¶ Nota vlterius ꝙ auctor dicit in littera ꝙ prima decoctio ciceꝝ laxat: ⁊ scda cōstipat: q: suba ciceꝝ supficialis q̄ est calida ⁊ sicca: subtilior est pter qd de faciliori dissoluitur ⁊ ratione istius laxat: sꝫ in secūda decoctione oīno dissoluitur ⁊ consumitur: ⁊ ideo non laxat: q: in scda decoctione cōmendatur aque substantia ciceris centralis calida ⁊ humida ratione cuius cōstipat Item secunda digestio procedit ingrossando: prima vero subtiliādo: vñ prima decoctio subtilior est scda: ⁊ q: liqdū laxat ⁊ grossum constipat: igitur. Et si arguit ꝙ quāto aliqd magis morat i aliquo: plus i illo imprimit ⁊ forti⁹. Respōdet ꝙ verū est si virtus laxandi remaneret: sed dissoluitur ⁊ resoluit ⁊ euaporat: igitur. ¶ Queritur vtrū pureta siue decoctio pisoꝝ vel ciceꝝ: q̄ idē sunt: cōpetat in febribus. Raꝫ sub ciceribus cōphēdit oīa gña pisoꝝ: videt ꝙ nō: q: oē pharmacū est ca. ⁊ sic. vt dicit Ga. i. oē laxatiuū: igit cū pureta laxet nō cōpetit. Itē dicit Ga. in tegni. ꝙ medic⁹ dꝫ hrē oculū dextrū ad vtutē: ⁊ sinistrū ad morbū. in cura vero egritudīs nō solū dꝫ hrē oculū ad virtutē: sed ad diminuēdū morbuꝫ: igit cū talis pureta sustētet virtutē ⁊ nō diminuat morbū nō valꝫ in fe. acut⁹. In ꝯtriū est auctor. Itē dicit hipo. in aphorismis ꝙ humide diete oīb⁹ febricitātib⁹ cōferūt: sꝫ pureta pisoꝝ est hūida: igit. Itē oē qd laxat cōpetit in fe. sꝫ pureta laxat vt dicunt auctores: igitur cōpetit cū venter vt plurimū sit ꝯstipat⁹ in febrib⁹. Ad hoc dicēdū ꝙ quātū ad febrē

formalem non competit: sed quantū ad materiale febris di stiguo: quia aut illa materia febris plus affligit suo acumine ꝙ̄ sua quantitate: vt in tertianis veris: ⁊ sic nō competit q: hmōi pureta magis subtiliat ⁊ addit in fluxū: ⁊ facit materiam hmōi magis furiosam ⁊ mobilem: quod est malum Si plus sua quātitate: tūc cōpetit sicut in quartanis ⁊ tertianis nothis ⁊ quotidianis: quia illā materiā grossam subtiliat ⁊ reddit habilem expulsioni: ⁊ incidit ⁊ cū hoc nutrit ⁊ est optima medicina: vt dicit Ga. q̄ fit cū cibis ⁊ potibus ꝑ hoc pꝫ soluno ad argu. q: tu obijcis de fe. formali. Uel dicēdū ꝙ Ga. itelligit de fortib⁹ pharmacis ⁊ nō de debilib⁹ vt est pureta. Ad scōm dico ꝙ lꝫ rōne sue cōplexionis pureta aliqd faciat mali in fe. tñ rōne sue cōpositionis ⁊ substantie plus facit boni: vt dixi: q: incidit diuidit materiā grossaꝫ ⁊ cōpactā. ❡ Queritꝰ vtrū cicer debeat admistrari cū suo iure sanis: videtꝰ ꝙ nō: q: dixit inferius ꝙ qñ aliqd est duplicis subē: ita ꝙ ꝑ vnā laxat ⁊ ꝑ aliā ꝯstipat vt caulis: nō dꝫ dari: sed cicer cū suo iure est hmōi. In cōtrariū est littera. ⁊ rōne pꝫ q: cicer ꝑ suā siccitatē recedit a tēperamento: ⁊ ꝑ humiditatē reducitꝰ ad tēperamētū: ⁊ dē tale cōpetit: igitur. qd concedo. Ad argumentū dico ꝙ valeret si virtus laxatiua ⁊ cōstipatiua essent equalis virtutis: q: tūc sine dubio operationes diuersas induceret in corpore: sed q: virtus diuersa in cicere vna dñatur alteri: iō virtus ꝯstipatiua reducitꝰ ad tēperamētū ꝑ humiditatē sui iuris. ❡ Queritꝰ vtrum caro magis coitum ꝓuocet: aut vinum: aut cicer: videtur ꝙ cicer q: tria q̄ reqruntꝰ ad coitū in ciceribꝰ reperiuntꝰ: vtpote materia cal. ⁊ hu. cōplexio naturam stimulās: ⁊ ventositas mēbrū eleuās: ⁊ nō sic in carne vel vino: igitꝰ. Dicēdū ꝙ cicerres magis ꝓuocāt coitū in via medicine: ⁊ sic loqtur auctor ⁊ oēs alij qui possent allegari. Sed nō in via diete: immo vinū ⁊ caro: q: pl⁹ de materia gñant. Et dico simplr ꝙ caro ⁊ vinū plus ꝓuocāt: ꝙ̄uis dici pōt ꝙ quātum ad plures cōditiones plus cicera ꝓuocāt: sed tñ quantū ad vni⁹ intēsioneꝫ ⁊ extensionē: scꝫ materie spmatice: caro ⁊ vinū plus prouocant: ⁊ etiā auctor cōparat cicera ad alia legumina ⁊ non ad carnē ⁊ vinū. Et nota vlterius ꝙ in egris vbi caret appetit⁹ coitus plus ꝓuocat cicer: sꝫ nō in sanis ⁊ via diete: ⁊ sic quātum ad plura: lꝫ ciceres ꝓuocent coitū: tñ illud solū in quo ꝓuocat caro vel vinum preponderat oībus alijs pluribus ❡ Queritur vtrū in ycticeria cōpetat cicer. Respondetꝰ ꝙ duplex est yteria. Quedā est q̄ causatꝰ ex calefactiōe epatis qd qñ est supcalefactū gñat plus de cholera ꝙ̄ deberet: q̄ delegata ad cutē gñat ytericiā ⁊ ꝯ istā nō valet cicer. Alia est q̄ generatꝰ ex oppilatione meatus illius q̄ delegatꝰ ab epate ad cistī fellis q̄ oppilatio non pōt cholerā delegare ad cistim fellis: immo ad oēs ptes cutis causans ytericiam: ⁊ cōtra istam ytericiam valet cicer: quia ratione sue ca. ⁊ sic aperit illos meatus.

❡ De fasceolis.

FAseoli calidi sunt in medio secundi gradu: humidi in fine. Testatur hoc ꝙ vt plurimū nō perfecte vt cetera grana pñt desiccari: ⁊ si desiccentur non multum tēporis seruari valent: ideoqꝫ humores gignunt grossos inflatiuāqꝫ ventositatem: fumūqꝫ plurimū caput implentem. somnia pessima ⁊ terribilia faciunt ⁊ corrupta. Tñ in duas diuidūtur partes: sunt eñ albi ⁊ subrufi. Albi minus calidi: humidi magis: vnde eorum grossius est nutrimentum: ⁊ ad digerenduꝫ duruꝫ: humores phlegmaticos faciūt ⁊ grossos. Attenuare volentes grossitudinem eorum eos elixent: et elixatos corticibus mundent: mundatos cum obsomogaro ⁊ oleo cymino ⁊ pipere comedāt. Uirides albi ablatis corticibus cum sale sunt assumendi: ⁊ sinapi origano ⁊ pipere: merum vinum ⁊ forte cum illis accipies. Rufi ca. plus ⁊ humiditatis ab albo minus habent: ideo ⁊ in suis fortiores sunt operibus. Ius eius ad mēstrua prouocanda volentes: tres accipiāt vncias: olei nardini. ℥. ij. galbani. ℈. j. ⁊ fm illud calidum bibāt.

❡ De orobo.

ORobum calidum est in primo gradu: siccuꝫ in secundo: vnde mundificatiuum est: excolatiuum ⁊ aperitiuum. Mundatuꝫ a corticibus: iureqꝫ de eius farina facto: ventrem humectat: vrinā ⁊ menstrua prouocat: cutēqꝫ clarificat: non tñ illo plurimum assuescāt ne forte sanguinē mingere faciat: ⁊ aliqñ ꝑ nares sanguinis efficit fluxum. Farina orobi cocta cum cepotis qd est species thuris hydropicis ytericisqꝫ valet: quib⁹ vtrisqꝫ ex epatis oppilatione infirmitas contingit. Temperata vero cum vino super rabiosi canis morsum valet apposita: Temperata cum melle lentiginem mundificat. Uulnerib⁹ ⁊ apostematibus similiter valet regenerando carnem.

❡ In ista parte determinat auctor de faseolis et orobo.
❡ Queritur quare faseoli comeduntur cum ficubus ⁊ castaneis: quia ficus sunt viscose: ⁊ castanee ventose: ⁊ similiter faseoli: ⁊ ita eoruꝫ malicia augetꝰ per ficus ⁊ castaneas. Responsio est quia sunt magis appetibiles ꝙ̄ per se cuꝫ sint insipidi: ⁊ castanea ⁊ ficus dulces: ⁊ quia melius sic appetuntur: ideo melius nutriunt. ❡ Queritur super hoc qd dicit in lra: ꝙ faseoli prouocant mēstrua. ꝯ prouocantia mēstrua sunt calida ⁊ sicca: vtpote diuretica: sed faseoli sunt frigidi ⁊ sicci: igitur. Item faseoli non prouocant vrinam: ergo nec mēstrua. Dicendū ꝙ q̄dam ꝓuocant mēstrua rōne subtilitatis subē: quedā vero ratione complexionis calide ⁊ sicce: ⁊ sicut diuretica: q̄dā vero lubricando ⁊ remolliendo sanguinē ⁊ subtiliādo: ⁊ hoc mō faseoli prouocāt mēstrua. ❡ Nota ꝙ in orobo est duplex substātia. Una superficialis calida ⁊ sicca: ⁊ sic cōpetit in via medicīe ⁊ nō diete: ⁊ sic loquitꝰ ysaac in littera. Alia est centralis frigida ⁊ sicca ratione cuius nutrit boues ⁊ pecudes: q: non est cibus hominis. Et si obijcis ꝙ hic debet poni in gradu ratione substantie centralis per quam nutrit cum hic loquitur de dietis. Respondetur ꝙ quia est cibus non congruus homini: ideo posuit hic solum graduationem ex parte: qua est medicina hominis.
❡ Nota ꝙ quedam regenerant carnem materialiter vt extremitates animalium ⁊ cibaria laudabilia: quia generant materiam carnis: ⁊ hoc modo orobum non regenerat carnē: quia non est cibus hominis: sed boū ⁊ equorꝫ: quedam vero regenerant carnem effectiue vt medicīe: ⁊ istorū quedam hoc faciūt abstergendo ⁊ mundificando: vt stupe ⁊ spōgie: vnde dicit halv. ꝙ vulnera non sanantur donec prius mundificentur. ⁊ hoc modo cum orobum sit abstersiuum ⁊ mundificatiū regenerat carnem: ⁊ sic loquitur auctor in littera: quedam vero regenerant carnem conglutinando ⁊ inuiscādo vt gumme: quedaꝫ vero desiccando vt caries lignorum ⁊ puluis stanni: quia consumunt humiditatem ⁊ desiccant: quedam vero vulneris labra coniungendo ⁊ restringendo: vt tela aranee.

❡ De lupinis.

LUpini in secundo gradu cal. sunt ⁊ sicci. Farina eorum cum melle temperata ⁊ potata lumbricos extinguit: ⁊ viscera putredine expurgat: si cum ruta bibatur ⁊ pipere valet spleneticis: aqua in qua cocti fuerint lote pustule auferuntur: si cū myrrha ⁊ melle cōficias ⁊ pessarium facias menstrua prouocat. Dulcorati: ū aqua nutrimentuꝫ grossum est: ⁊ ad digerendū duꝫ humores grossos generant: propterea nec vim hñt digestiuam sicut excolatiue: nec stipticam sicut con-

fortatiue: stiptice q̄ nature cibaria. Antiqui quidem inquiunt: farina lupini si pilorum nascentium locis apponatur eis euellendi cā: ⁊ natos adimit ⁊ exurgere illos non permittit: aqua vbi dulcorantur si loca cimicum abluas morientur.

De fenugreco.

Fenugrecū cal. est in scdo gra. sic. in primo. Farina in melle tēperata si potetur mobilitatem. desit fluxum ventris: facit a grossis intestina ⁊ viscosis humoribus purgat In aqua cocta ⁊ melle mixta idem facit: ⁊ cum ficubus ⁊ dactylis si coquantur donec spissetur: a ieiunis sumptū ad dolorē pectoris valet: ⁊ ad tussim diuturnam. Illam grossorum ac viscosorū: phlegmaticorumqꝫ humorum nocumento valet: ⁊ pectus expurgat. farine nigelle: ruteqꝫ. ʒ. quinqꝫ cum melle temperate: si cū fenugreci bibauꝛ apozimate matricis oppilationem aufert: a viscosis illam grossisqꝫ humoribus purgat: ⁊ eiꝰ apostema dissoluit.

De sisamo.

Sisamum cal. in primo gradu: in scdo hu. Aliud sisamum cum cortice: aliud sine cortice: qd̄ sine cortice vnctuosiꝰ est: iō grossius duriusqꝫ ad digerendum. Quaobrē officit stomacho: pśertiꝫ neruis eiusqꝫ villis. sua nāqꝫ viscositate emollit ac deficere cogit: virtutem item contētiuā digestiuāqꝫ defectat: in fumositates humoresqꝫ cholericos ꝯuertitur: cito sitiꝫ generat ⁊ fastidium: odorē oris bonū in fetorē cōmutat maxime si remaneat inter dentes: cū melle sumptuꝫ minus nocet: pcipue si assum comedatur. Qd̄ cū cortice est: quocūqꝫ modo acceptū minus nocet. Aqua vbi sisami coquuntur frondes: caput si ablueris crines elongantur: furfuresqꝫ mundificat. Apozima sisami menstrua prouocat. Antiq̄ quidā dicunt sisamū cōtra veneuꝫ esse: idqꝫ nō impossibile ego dico: sua eñ viscositate atqꝫ vnctuositate ⁊ ventositate: poros corporis oēs oppilat: nec ad cor venenum penetrare pmittit. Diascorides nullā inter sisameleon ⁊ misceleon differentiā facit: ⁊ sicut miseleon illud valere testatur: Galienus vero illud non affirmat.

De papauere.

Papaueris due sunt spēs. Una siluestris alia domestica. Domesticū duobus modis diuidiꝛ: est eñ albū ⁊ nigrū: vñ opiū fit. albū laudabilius ac nutribilius fit: nigrum vero minus est frigidum: frigiditas est in scdo gradu. Diascorides de papaueribꝰ ait: quidā papauere vescuntur: parū vero nutrit: ⁊ durius est digeri sed assuetis dormitionē obliuionēqꝫ gñat. Si aqua in qua coq̄tur caput abluas: tēperatum somnū in febribꝰ prestat. Faciūt de papauere electuariū ⁊ syropū: valent ad tussim q̄ ex calidis subtilibusqꝫ pcedit humoribus q̄ ex capite in pulmonē pectusqꝫ descendunt. Itē ad cholericā ⁊ diuturnā egestionē. Nigri virtus ecōuerso in potione est: nō cibo. frigiditas eiꝰ ⁊ siccitas in quarto gradu: ppterea vis eius in oībꝰ actionibus maior est albo: pśertim in somno. ventrisqꝫ cōstipationem maxime si syropum illius aque pluuiali cōmisceatur: ideoqꝫ cauendū ne sepe vtanꝛ: q̄m si sit assuefactuꝫ maxime cerebro stuporem infert: naturalis calor in eis extinguitur: succus aūt papaueris nigri ⁊ lac eius opium dr̄. Ex lacte tñ factū eo melius est qd̄ fit ex succo. Papauer siluaticū domestico in oībus fortius est.

De agnocasto.

Agnus castus ca. est ⁊ sic. in tertio gradu. pprietas eius est desectare ⁊ eneruare libidinem ⁊ concupiscentiā mortificare: inflationem aufert: spma desiccat: non solū si cibo assumatur vel potu: sed etiā si iacēti alicui supponaꝛ vñ Gal. athenięses suarum tempore festiuitatuꝫ agnū castū ante deos in suis oraculis pijciebant: vt omnē libidinem ab eis excluderent. hanc herbā greci pentafoliū appellant: nomen aūt supadictū: id est agnꝰ sirum est; ⁊ castitatem mundiciam ve significat.

De semine lini.

Lini semen ca. in primo gradu: sicci ꝟo humidiqꝫ est medium. paruꝫ nutrit: digeri est durū: inflatiuū ⁊ nociuū stomacho: tñ diureticum est: assum ⁊ cum melle acceptum est meliꝰ: ad tussiꝫ valet: pectusqꝫ phlegmatica collectione purificat: cum melle manducatum ⁊ pipere libidinem auget: ⁊ ex apozimate eius cū oleo rosarum clystere factū ad tenasmō morsionēqꝫ valet intestinorum: si apozimati eius calido mulieres insedeant apostemata vulue earum dissoluuntur.

Nota q̄ lupini multū nutriūt accidētaliter: vñ grossum gñant nutrimentū: quare multū moranꝛ in mēbris: ⁊ tarde ab eis dissoluunꝛ. Et q: vt dicit phs dulce solū nutrit: ideo lupini debent multū imorari in aqua: donec eorum amaritudo seu suba eorum amara q̄ est supficialis totaliꝛ remoueatur ⁊ ita dulcoranꝛ ⁊ tunc nutriunt: ⁊ sic intelligit ysaac in littera. Et nota q̄ cōparando medullā ad corticē eorum parum nutriūt: q: multū hn̄t de cortice respectu medulle. Sed cōparādo amaris multū nutriūt qñ sunt dulcorati. Nota vlteriꝰ q̄ lupini ⁊ oīa amara interficiūt a pprietate vermes ⁊ serpentes: q: vita stat p cal. ⁊ hu. ⁊ iō vita stat p dulcedinē: iō vita maxime impediꝛ pcipue in aīalibꝰ exanguibus: et in q̄bus vita est debilis: vt in vermibꝰ ⁊ serpentibus: vñ quāto plus est de sanguine tāto plus est de calore: spū ⁊ vita. Secunda cā est q: oīa amara fundanꝛ in subtili suba. vt dicit Gal. incisiua ⁊ diuisiua: ⁊ q: vermes sunt debilis coagulationis: cū nō habeant ossa neqꝫ sanguinē: iō oīa amara diuidūt: incidūt eos ⁊ p ꝯñs interimūt. Ulteriꝰ no. q̄ materia pilorum est vapor ca. ⁊ hu. vnctuosus s̄m serapionē: ⁊ quādiu durat hmōi vapor: tādiu ⁊ pili durant: ⁊ qñ consumiꝛ hmōi vapor ex toto nō pōt amplius reparari: vt in caluitio naturali: ⁊ q: lupini sunt amari ca. ⁊ sic. ⁊ consumptiui ꝯsumunt hmōi vaporē q̄ est materia pilorum. Item rōne sue calid. aperiūt poros ⁊ faciūt hmōi vaporē exhalare: iō euellunt capillos ⁊ pilos. Queriꝛ vtrū fenugrecū valeat ꝯ dolorem pectoris: vt in pleuresi. Rñdeꝛ q̄ valet in apostematibus pectoris: q: incidit ⁊ diuidit materiā apostematis: ⁊ eā pparat ad expulsionē ⁊ sic itelligit auctor. Et si obijciaꝛ q̄ oīs cura fit p ꝯriū: verum p ꝯriū in effectu: iō lꝫ nō sit ꝯriū fenugrecum in forma: q: ca. ⁊ sic. tñ cōpetit in effectu diuisiuo ⁊ incisiuo materie pleureś q̄uis sit ca. ⁊ sic. cholerica. Et si arguaꝛ q̄ febris ē accidēs insepabile pleuresis: tñ pleuresis ē morbꝰ principalis: iō lꝫ non cōpetat ꝯ febrē: tñ cōpetit ꝯ materiaꝫ apostematis: ⁊ principalr debemꝰ insistere ꝯ materiam apostematis. Et alr dicēdū q̄ nō daꝛ fenugrecū in pleuresi ad alterādū febrē: sꝫ ad incidēdū ⁊ diuidēdū materiā pleuresis vt plateariꝰ ordinat farinā fenugreci i sacello positā ⁊ decoctam in aceto cum succo malue; suppositam loco dolenti.

¶ Querit de sisamo: et primo de hoc: quod dicit in littera quod sisamum in fumositatem humorum cholericorum conuertit virtutem digestiuam. vnde innuit quod generat sisamus humorem cholericum. Contra videtur quod generet sanguinem: quia dicit aristoteles in topicis. quod habentium symbolum facilior est transitus: sed sisamum est calidum et humidum: vt dicit auctor in littera: igitur. Arguitur quod generet phlegma et non cholericos humores: quia Auic. dicit quod ex quolibet cibo phlegma per indigestionem generatur: sed sisamus eneruat et defectat digestiuam virtutem: vt dicit auctor in littera: igitur. ¶ Nota quod talis humor ex tali cibo quandoque generatur propter similitudinem vt ex carne caro: et ex osse os propter similitudinem in complexione: et sic vera est auctoritas phi allegata. Aliquando vero humor generatur ex cibo ratione sue quantitatis et non similitudinis: vt vinum si in nimia quantitate sumatur: generat humores phlegmaticos: et per consequens egritudines frigidas: quamuis vinum sit calidum et siccum. Aliquando vero generatur humor ex cibo ratione sue compositionis: et sic anser cum sit calidus et humidus non generat humores sanguineos: immo potius melancholicos ratione sue dure compositionis et solide et melancholice: et isto tertio modo dico quod sisamus generat humores cholericos: non ratione complexionis aut quantitatis: sed ratione sue compositionis rare et subtilis. vnde sicut cito extra in ignem conuertitur: et ita in choleram intra. Ad secundum argumentum dico quod verum est quod quedam peccant contra digestionem per defectum digestionis: et generant phlegma. vt loquitur Auic. et sic obijcis: quedam vero per excessum: et talia generant cholericos humores vt sisamum. ¶ Queritur super littera vtrum sisamum cum cortice melius digeratur quam sine cortice: cum cortex sit frigidus et siccus: et medulla calida et humida non digestioni repugnans sicut cortex. Respondetur quod sic: quia quamuis cortex sit fri. et sic. repugnans digestioni: tamen quia sisamum quantum ad medullam est maxime vnctuosum et supernatans: vnde subterfugit digestioni propter hoc cum cortex eius ipsam medullam vnctuosam deprimat ad fundum stomachi: in quo digestio celebratur: igitur Et hec causa est quare post carnes caseus comeditur: et post pisces nuces: scilicet ad deprimendum huiusmodi carnes et pisces ad fundum stomachi. Nota vlterius quod sisamum sua prima obuiatione sitim sedat: cum sit calidum et humidum: sed in fine sitim generat cum in choleram conuertatur et humores cholericos: et sic loquitur auctor in littera. ¶ Queritur quare sisamum appetitum eneruat et nocet officio stomachi. Causa vna est quia appetitus qui est in ore stomachi viget per irrigidationem villorum: vnde stiptica confortant appetitum irrigando villos stomachi: sed sisamum remollit villos ratione vnctuositatis et humiditatis sue. Secunda causa est: quia supnatat orificio stomachi: vnde os stomachi phantastice repletur: igitur. ¶ Nota vlterius quod ipsum sisamum dulcedinem in ore generat cum sit calidum et humidum: tamen generat oris fetorem non materialiter quidem: sed effectiue hoc modo: quia quando administratur stomacho repleto corruptis humoribus cito conuertitur in fumum cholericum: qui fumus cholericus cito petit os stomachi: et secum defert aliquem humorem fetidum a stomacho: igitur. Vel dicendum quod non datur in via cibi seu nutrimenti: cum sit vnctuosum inuiscatur supra gingiuas: et postea putrescit cum sit calidum et humidum. et caliditas et humiditas sunt principia putrefactionis: vnde cum ibi inuiscetur et retineatur preter naturam: putrescit et ita generat fetorem oris. ¶ Queritur vtrum sisamum addat seu habeat proprietatem in prolongatione capillorum: vt dicit auctor in littera. Respondetur quod materia capillorum est vapor aereus calidus et humidus et sisamum addit in huiusmodi vaporem. Item viscosum est cuius partes vt catene adherent: vt dicit phus in quarto metheororum. Nota iuxta textum quod sisamum valet contra venenum meatus oppilando ne venenum cito penetret ad cor: et hoc modo etiam nuces sicut sisamum valent. Item retinet cibum in stomacho donec digeratur: valet ergo contra venenum oppilando. Et de hoc dicit Ga. quod opium cum vino citius interficit quam sine vino: quia vinum est fortis penetratiui: et facit opium cito penetrare ad cor: et ita mortem inducere. ¶ Queritur cuius complexionis sit papauer: videtur quod calide et humide: quia omne viuens est cali. et humid. cum vita stet in cali. et humido: sed papauer viuit cum sit vegetatiuum: igitur. Item omne abstersiuum calidum est: sed succus papaueris est abstersiuus: quia delet in oculo maculam vt dicit in littera: igitur. In contrarium est auctor in littera dicens quod est fri. in secundo gradu. hoc idem volunt alij auctores. Item opium fit ex papauere: sed opium est fri. sic. ergo et papauer: quia omne quod decidit ab alio etc. Respondeo quod duplex est complexio: quedam est materialis: et de tali loquendo papauer est fri. quedam vero formalis: et ista est duplex: quia quedam est que debetur papaueri inquantum viuens: et sic est ca. et hu. Alia est que debetur ei non inquantum viuens: sed inquantum mixtum et sequitur ista nutrimentum: et hoc modo est fri. et sic. et de tali loquitur auctor in littera: et sic quando datur in nutrimentum cadit illa complexio que debetur ei inquantum viuens: et de hac non loquitur medicus: et per hoc patet solutio ad primum argumentum Ad alia duo argumenta: nota quod in papauere est quedam substantia superficialis que calida est: et ista est amara: et quantum ad istam non ponitur in gradu: est alia autem centralis frig. et sic. et ista est a dominio in papauere: et quantum ad istam ponitur in gradu. ¶ Queritur quod est melius: aut opium factum ex succo papaueris: aut eius lacte: videtur quod ex succo: quia opium quanto frigidius tanto melius: et quanto magis habet naturam veneni tanto melius: sed opium non habet venenum nisi a planta: sed succus magis vicinatur plante quam lac: vnde ex succo nutritur planta: igitur. Item quanto res plus habet de calore minus habet de frigiditate: sed lac plus habet de calore quam succus: quia dicit phus quarto metheororum quod digesta calidiora sunt indigestis: sed lac papaueris magis est digestum quam succus: cum per vlteriorem digestionem generetur: igitur. ¶ In contrarium sunt omnes auctores dicentes quod opium factum ex lacte melius est quam de succo et frigidius. Item dicit ysaac in dietis vniuersalibus quod psilium plus infrigidat quam aqua: et hoc quia quamuis frigiditas sit minor in psilio quam in aqua: tamen subiectatur in grossiori subiecto et fundatur in psilio quam in aqua. A simili dico quod lac papaueris grossius est succo eius: cum digestio procedat ingrossando. Ad hoc dico quod factum ex lacte melius est facto ex succo: et magis contrariatur nature humane: Sed tamen quidam dicunt quod quedam contrariantur nature humane ratione complexionis: quedam vero ratione aspectus: et dicunt quod venena non solum contrariantur nature humane ratione complexionis: sed etiam ratione aspectus: que contrarietas in aspectu maior est in opio lacteo quam succoso. Et dicit Auic. quod illa que contrariantur aspectu in eis non queratur ratio: sed soli experimento credatur: si autem venena ratione complexionis contrariantur nature humane: sic et elementa cum habeant qualitates vltimatas etc. Alij dicunt quod opium factum ex lacte est frigidius: quia eius frigiditas in grossiori subiecto: sed in succoso est frigiditas magis intensa. Vel dicendum quod actuali frigiditate opium factum ex succo est frigidius: non tamen essentiali et potentiali: quia factum ex lacte habet calorem acquisitum: ratione cuius cito penetrat et cito interficit. ¶ Nota vlterius quod factum ex papauere nigro: melius est facto ex papauere albo: et non administratur nisi via medicine. Et pro solutione multorum argumentorum: licet album plus habeat de substantia: et secundum phm in de celo et mundo: virtus a substantia egrediatur: et a virtute operatio: tamen minus habet de virtute: et propter hoc vituperabilius. Vnde dicit Gal. in tegni: quod capitis magnitudo cum gracili collo et debili virtute pessima est et vituperanda sed licet papauer sit nigrum: tamen habet plus de virtute: igitur laudabilius. ¶ Et nota quod est quedam nigredo que generatur per adustionem: et de ista dicit Gale. quod est filia caliditatis: et istam precedit viriditas. Est alia nigredo que generatur a frigiditate mortificante sicut in opio: et ista est filia frigiditatis et non caliditatis: Eodem modo est distinguendum de albedine. ¶ Nota de agnocasto quod reprimit coitum et eneruat illum vt dicit littera duobus modis: scilicet materiam spermaticam diminuendo: et desiccando cum sit ca. et sic. Alio modo ventositatem consumendo. ¶ Nota vlterius quod calor temperatus abscindit coitum et non calor excedens. Et nota quod agnuscastus sperma diminuit: quia sperma est ca. et humi. et omne tale maxime est passibile et consumptioni obediens: et

quia agnuscastus est cali. ꝛ humi. igitur consumit sperma ꝛ desiccat: ꝫ non lac cū sit frigi. ꝛ humi. ꝛ maxime cōsumptioni repugnans: et hec est ratio quare agnuscastus non augmentat sperma: imo diminuit: ꝛ tamen non diminuit lac imo potius augmentat. Alia causa potest esse: q: lac est in magna quātitate respectu spermatis. Vn̄ dicit phs in quarto metheoroꝝ ꝙ totū mare nō putrefit ꝑpter sui multitudinē: sed bene pars maris. Tertia cā pōt esse: q: gn̄atio lactis fit per penetrationē sanguinis mēstrui in mamillas: sed vt dicit phs: gn̄atio spmatis est quieta in qualibet pte corporis: ꝛ cū agnuscastus sit penetratiuus: igit̄ iuuat generationem lactis ꝛ nō spermatis. Nota concordantiā Auicē. et ysaac: q: Auicē. loquit̄ de agnocasto viridi ī quo est magna humiditas aquea reprimens caliditatem solis: ideo dicit ꝙ est frigi. in quarto: sed ysaac loquitur de antiquo in quo est cōsumpta humiditas aquea: ideo dicit ꝙ est cali. ī tertio. ¶ Querit̄ de se. lini de quo dicit littera ꝙ dat malum nutrimentū. cōtra est cali. ꝛ humi. ꝛ oīe tale dat bonū nutrimentum. Solutio ꝙ ad bonū nutrimētū non sufficit solū cōplexio: q: anser est calidus ꝛ humidus q̄ tn̄ generat malū sanguinē ꝛ melancholicū: ꝫ requirit̄ bona cōpositio: ꝛ q: se. lini est grosse cōpositionis sicut anser: ꝛ dure ꝛ solide: igitur.

¶ Inchoatur secunda particula de fructibus.

¶ De ficubus.

Ficus ceteris fructib⁹ laudabilior ē ac nutribilior: humiditatē tn̄ sue causa: grossos creat humores: natura ei⁹ calida ꝛ sicca est: quātitates in caliditate vel siccitate diuerse sunt ſm ipsius diuersitates. Est aūt ficus domestica ꝛ silvestris. Domestica in viridē bipartit̄ ꝛ siccā. Itē viridis duplex est modus: qm̄ perfecte maturata ꝛ non cruda: ꝛ nō perfecte maturata ꝛ cruda. Cruda nec perfecte matura est minus calida: magis grossa ꝑpter dn̄ationē terrestris partis in ea: hꝫ tn̄ humores latētes qui acuitatē ei prestant ꝛ siccitatē in scdo gradu: ideoqꝫ laudabilis est. vnde Hippo. ficus quāto lōginquior est a maturitate: tāto minus calida ē ꝛ grossa mag⁹. Valet hmōi ſm medicinā cocta ꝛ cataplasmate facto: scrophulas glādesqꝫ dissoluit. Nitro ꝛ aceto commixta pustulis ī capite valet. mixta cū melle: ad morsum canis rabidi: ꝛ pustulis que viscosos habent humores. papaueris agrestis frondibus mixta: ossa fracta ex vulneribus ejicit. Item cera adhibita apostema dissoluit: si pistata fornice vulneribus apponat̄: sanat. Perfecte maturata viridis ficus: sicca minus est calida. Calor ēm ī medio primi gra. hūiditas ꝛ siccitas ī eis tēperate sunt. Ex tribus itēqꝫ rebus cōpositio existit: corticibus videlicet semine ꝛ carne. seminis nutrimentum est nullum: natura vt arene vel lapidis: cortex siccus est vt cutis ꝑpterea durissim⁹ ad digerendū: caro nutribilior solubiliorqꝫ existit. Sup hoc diascorides: calorē inquit extinguit: sitim aufert: sudorē ꝓuocat. Sicca vero ficus calida est in secūdo gradu: sicca in medio primi: quāobrem calefacit ꝛ sitim creat: ꝛ in cholericos mutatur humores: ceteris tamen fructibus nutribilior est: minus inflatiōis habet: si superfluos humores in stomacho inueniat: dura fit ad digerēdum ad corruptionem mutatur ꝛ inflationem ventositatēqꝫ generat ꝛ pessimū sanguinem: in superficie aūt corporis pediculos creat: si aūt humores mundificatos inueniat: bene digeritur: ac sanguinem laudabilem facit: corpusqꝫ mundificat ab humoribus malis: vrinā ꝓuocat: pectusqꝫ purificat: ꝛ pulmones: renes atqꝫ vesicā humoribus grossis: non tamen inflatiōis ventositatisqꝫ libera est. Qui vero noxietates eius omnino vitat ieiunus accipiat: ꝛ post illam calamentum manducet aut ameos: siue isopum: vel piper: siue zinziber ꝛ similia. Cholericus post illam oxizaccaram accipiat. Qui maioris causa nutrimenti etiam velit accipere: vel ideo vt sanguinem laudabiliorem generet: nuces simul aut amygdalas manducet. Item ſm medicinam valet: si cum isopo coquatur pectus: pulmonēqꝫ mūdificat: ꝛ tussim diuturnā eneruat. Gargarisma cum apozimate eius in canalibus pulmonis apostema dissoluit: ꝛ ī lacertis q̄ sunt in latere lingue: cocta in vino si clystere fiat: valet ad dolorem vētris qui ex grossis humoribus. Rursus cocta cū ordeo ꝛ fenugreco cataplasmate facto apostema dissoluit: pistata ac sinapi commixta apozima ad tinnitum aurium valet.

¶ Superius auctor determauit de granis: hic aūt de fructib⁹. Et in isto primo determinat de mollib⁹ in toto. scdo de mollibus pro parte: vt de nucleos habētibus. ¶ Querit̄ vtrū sit possibile aliquā plātā bis fructificare in anno: vtpote ficus: vites: ꝛ roserra: videt̄ ꝙ nō: q: vniformis est gn̄atio fructus in ficu ꝛ alijs plantis: cū fructus ex residuo nutrimēti generētur vt dicit phus in libro de plantis: sed multe alie plante non sunt hmōi fructificātes bis: igitur nec ficus. Itē dicit phus in libro de plantis: ꝙ planta ad fructus ꝓductionem quattuor tēporibus indiget: que non possunt esse bis in anno. Item folia que ordinantur ad fructuum tuitionē non ꝓducuntur nisi semel in anno: ergo neqꝫ ꝛ fructus similiter. In contrarium est ysaac ꝛ phs in lib. de plantis: ꝛ palladius in agricultura. ¶ Iuxta hoc quero quare quedam plante bis in anno fructificant ꝛ quedā nō. Ad istud vltimū dico ꝙ quedā plante vt ficus bis in anno fructificant rōne fortis attractiue earum: vnde ex eodē nutrimento generantur hmōi plante ꝛ nutriuntur vt ex succo terreo: humido: aqueo: ꝛ sic multū attrahunt de nutrimēto: nec possunt totum illud conuertere in sui naturam: cōuertit̄ igit̄ in naturam seminatiuā: quia quod relinquit̄ nutritiue mandat̄ generatiue: vt dicit phus: igitur. Scda cā est a parte sue cōpositionis ꝛ subtilitatis: q: cito peruenit nutrimentū attractū vsqꝫ ad summitatē ipsius plante vnde fruct⁹ generat̄: ꝛ ibi nutrimētum subtiliat̄ ꝛ paratur generatiōi: igit̄. nō sic vō alie plante: quia sunt dure cōpositionis ꝛ solide: ꝛ non cito peruenit nutrimētum ad summitatem plante: in qua gn̄at̄ fructus: imo tempus longum exigit ad hoc sicut in quercu: igitur. Tertia causa est q: ſm Aristo. fruct⁹ ex subtiliori nutrimento respectu radicis vel plante generat̄: ꝛ quia quedam plante: vt quercus attrahunt nutrimentum grossum cū sint grosse et solide compositionis: multo tempore indigent ad hmōi subtiliationē ꝛ digestionē nutrimenti: ꝛ ita nō pn̄t nisi semel fructificare in anno. Et per hoc patet solutio ad duo prima argu. Ad tertiū dico ꝙ Arist. loquit̄ de gn̄atione fructus vniuersali ꝛ regulari: ꝛ nō particulari q̄ fit ex materie abūdantia. Ad quartū dico ꝙ finis imponit necessitatem eis que sunt ad finē: vnde fruct⁹ imponūt necessitatē folijs ꝛ non econuerso: vnde nō sequit̄. Vel dicēdū ꝑ interemptionem: q: ſm phm in de plantis: quedam plante ꝓducunt folia bis in anno. ¶ Querit̄ quare ista fructificatio bis in anno est in paruis plantis vt in ficubus: ꝛ non in magnis vt in quercub⁹. Causa ſm phm in libro de aīalib⁹ est: q: in aīalib⁹ magnis sunt magna mēbra: ad quorū sustētationem reqrit̄ magnū ꝛ multū nutrimētū: ꝛ in ꝑuis sufficit paruū nutrimētum: igitur plus est de residuo in paruis aīalibus quod mādatur gn̄atiue ꝙ in magnis: sic pariter est de arboribus. Et ista fructificatio in aīalibus est vnius fetus in anno: vt in vac

ca ⁊ equa vnus fetus: sed in paruis aīalibus est pluralitas fetuū sicut in cato ⁊ canicula ⁊c̄. Et nota ꝙ in regiōe calida plus fit gñatio bina fructuum in anno ꝙ̄ in frigida: quia sol est pater plantarū humiditas vō mater: ideo ī calida regione est calor celestis fortis: ⁊ fortius influit radios suos sup plantas: igit̄. ¶ Querit̄ quare ista fructificatio bis in anno plus fit in plātis iuuenibus ꝙ̄ antiquis. Una causa est fortitudo caloris ⁊ attractiue. Scđa causa est a parte cōpositionis: quia est rarior ⁊ subtilior compositio ꝙ̄ in antiquis. Itē quia ista fructificatio bis in anno maxime fit per decisionem vt patet in vite ⁊ rosario: videm⁹ eñ ꝙ qñ volumus ꝙ vites bñ fuctificent: tunc facimus decisionē in eis ī martio: ⁊ sitr in rosario: quia per decisionem quātitas eoꝝ minorat̄: vnde parū de nutrimēto attracto cedit in subam eoꝝ: multum vō in fructificationē. ¶ Queritur cuius complexionis sit lac plantarū vt ficus titimalli ⁊c̄. Dicūt oēs auctores ꝙ lac ficuū ē calidū ⁊ siccū. Iuxta hoc q̄ro quare lac aīaliū est fri. ⁊ hu. ⁊ plantarū calidū ⁊ siccū. Ad primū istoꝝ dico ꝙ nos possumus cōparare lac plantarū ad lac aīalium: ⁊ sic lac plātarū est calidū ⁊ siccū. Itē ad lac alicui⁹ plāte: ⁊ sic quoddā est calidū ⁊ quoddā frigidū. Distinguit tñ: q: q̄dā cōplexio materialis est in lacte plante: que debet̄ ei rōne cōponētiū materialiū: ⁊ talis est fri. quia ex humore frigido gñat̄. quedam vero est formalis que datur ei a calore agente: ⁊ sic est cali. ⁊ sic. ⁊ per hoc patet solutio ad multa argumēta. Scilꝫ si arguat̄ ꝙ decisum ab aliquo ei attestatur vt dicit Gal. in tegni: sed lac decidit̄ a planta: ergo cū quedam est ca. ⁊ q̄dā frigi. sic est pariter ⁊ lac quoddā ca. ⁊ quoddā frigi. Itē simile gñatur ex simili: sed dicit pħus quarto metheoroꝝ ꝙ humores in plantis sunt fri. igit̄ ⁊ lac quod ex eis gñatur. Itē dicit Gal. ꝙ calidum agens in materiā humidā denigrat: ⁊ in materiā siccam dealbat: ergo cuꝫ calor celestis generet lac ⁊ agat in materiā humidā denigrabit: sꝫ lac nō est nigrū ḡ nō gñat̄ a calore: ⁊ sic erit frigidū. Solutio patuit. Ad secūdum quesitū patet solutio: quia lac plantarū gñatur a calore agente scꝫ solis: sꝫ in aīalibus gñatur in mamillis q̄ sunt fri. ⁊ humide: ⁊ continens īmutat contentū ad suam crasim vt dicit philaretus. Uel ideo q: aīalia sunt humidiora plantis ⁊ maxime hō cū simus creati in fine limositatis: vt dicit Gal. ⁊ ita humidiora nutrimēta requirūt aīalia ꝙ̄ plante q̄ sunt sicce. Scđa causa: q: lac in aīalibus soluꝫ generatur in mamillis: in plantis vero in qualibet parte earum: ⁊ virtus vnita est fortior seipsa dispersa: igitur facilius desiccatur in plantis ꝙ̄ in animalibus. ¶ Queritur quare quercus ⁊ cetere plante nō habent lac sicut ficus. Ratio est: q: ꝫm pħm quedā aīalia que habent abundantiam nutrimenti habēt lac vt interius ⁊ exterius nutriāt fetus: vt femine: ⁊ quedā q̄ nō hñt abūdātiā nutrimēti nō hñt lac sicut aues. Scđa cā est: q: lac gñat̄ ex subtili nutrimēto: sꝫ q̄rc⁹ ⁊ mlte alie plāte attrahūt grossum nutrimētū et impurū ad lactis gñationē. Et per hoc posset questio solui: quare herbe plus abundāt in lacte ꝙ̄ arbores. ¶ Queritur cuius saporis sunt ficus immatura ⁊ noua ⁊ viridis: videt̄ ꝙ pōtici: q: dicit Gal. ꝙ oēs fructus in principio sunt pōtici saporis: ergo ficus immatura noua cum sit in principio sui erit pontici saporis. Itē dicit ysaac in dietꝭ vniuersalib⁹ ꝙ oēs fructus in sui pn̄cipio sunt similes suis plantis: ḡ cū planta ficus sit stiptica: sic ⁊ fructus. In ɔ̄trium est auctor in littera. Solutio ꝙ in ficu noua est duplex suba. quedā lactea subtilis in supficie expāsa: q̄ defert amaritudinē ⁊ quātū ad istā ē amara. Est aūt alia cētralis a dñio que est pōtica: qui sapor nō manifestat̄ in ficu immatura: imo occultatur ꝑ saporem amarum supficialem qui sicut fermētū totā massam paste corrūpit pōticū saporē. Uel dicēdū ꝙ est quidā sapor occultus: ⁊ talis est pōticus: quidā est detectus ⁊ est amarus. ¶ Queritur cuius saporis sit fic⁹ matura. Rñdeo ꝙ dulcis. Arguit̄: idē nō est causa ⁊ effectus respectu eiusdē: sed ex dulci sapore generatur amar⁹ vt pꝫ ī melle vlterius ī decoctiōe decocto. Itē dicit Cōstāti. ꝙ crudū pōt decoqui: sed coctū nō pōt incrudari: cum ḡ amara sint magis calida ꝙ̄ dulcia: videt̄ ꝙ amara nō possint fieri dulcia. In ɔ̄triū est auctor ī littera. Solutio ꝙ sapor amarus siue suba supficialis amara expirat adueniēte maturitate sube centralis pōtice: ideo ex amaro nūꝙ̄ fit dulce: sed bene ex pontico per digestionē. ¶ Queritur que ficus sit calidior: vtrū fic⁹ matura vel īmatura: videt̄ ꝙ matura q: est digesta: ⁊ digesta calidiora sunt indigestis: sed fic⁹ matura est digesta respectu īmature: igit̄. Itē dicit ysaac ī dietis vniuersalib⁹ ꝙ psiliū pl⁹ infrigidat ꝙ̄ aqua ꝓpter grossitiē in psilio ī qua fundat̄ frigi. cū ḡ digestio ꝓcedat ingrossando sequit̄ ⁊c̄. In ɔ̄trium est ysaac ī littera qui dicit ꝙ fic⁹ pfecte matura est minus calida. Preterea sapor amarus in calida suba fundat̄: vt dicit Gal. ⁊ ysaac: cū ḡ sapor amar⁹ sit in ficu īmatura ⁊ nō ī matura sic ꝓcedūt duo vltia argu. Sed loquēdo de calore formali acq̄sito a calore digerēte: sic matura calidior est īmatura: ⁊ sic ꝓcedūt duo prima argumēta. ¶ Querit̄ vtrū ficus cōpetūt in regimine sanitatis videt̄ ꝙ nō: q: cito in putredinē cōuertūtur: igit̄. Item cibi grossi peccantes ꝑ excessuꝫ in grossitie nō ɔ̄petūt ī regimīe sanitat⁹: vt caro bouina ⁊ vrsina: ḡ nec etiā peccātes ꝑ excessum in subtilitate quēadmodū sunt ficus: igit̄. Item ficus nō cōpetunt in stomacho imūdo: vt dicit lr̄a: sed ois stomachus est īmundus: q: dicit Gal. supra ꝓnostica: ꝙ vomitus dꝫ esse cōposit⁹ ex phlegmate ⁊ cholera: ⁊ ita ois stomach⁹ est replet⁹ humoribus. In ɔ̄trium est auctor in lr̄a dicēs ꝙ ficus inter ceteros fructus laudabilior ⁊ nutribilior ⁊ laudabilior ē sanguinē gñat: ⁊ oīe tale cōpetit ī regimine sanitatis: igit̄. Rñ. ꝙ duplex est regimē sanitatis: qddā formale: ⁊ qddā finale. Regit̄ igit̄ sanitas qñꝙ formalr: ⁊ sic choleric⁹ ꝑ cholerica regit̄ formalr ī eo statu in q̄ est ⁊ sic de alijs ⁊ quātū ad istud nō cōpetūt ficus. Sed qñ regit̄ finalr: vt scꝫ reducat̄ ad sanitatē ⁊ bonū statū: ⁊ sic ꝑ ɔ̄tria: ⁊ hoc mō cōpetūt ficus: q: alterant. Ad primū dico ꝙ ficus non sunt suspecte de putredine ī stomacho mūdo: sꝫ ī imūdo: ⁊ talis nō indiget regimīe cōseruatiuo: sꝫ potius curatiuo. Ad secūdū dico ꝙ nō est simile de cibo grosso ⁊ subtili: q: cib⁹ grossus est cibus tm̄: sed cibus subtilis est cibus ⁊ medicina. Ualet igit̄ ficus in via diete ⁊ medicine: ⁊ ꝑ ɔ̄sequēs in sanitatis regimine. Ad tertiū dico ꝙ licet in stomacho sint plures humores: nō tñ ꝓpter hoc dr̄ imūdus nisi illi humores a regimine nature destituant̄ ⁊ putrefiāt: imo dicit̄ replet⁹: ⁊ ꝓpter hoc nō valet argumētū. ¶ Querit̄ vtrū ficus debeāt administrari ante prandiū vel post: videt̄ ꝙ post: q: in oīni digestiōe dꝫ esse ꝓportio agentis ad passum: ergo cū in fundo stomachi maior fit calor ꝙ̄ in eius orificio: igit̄ in fundo debēt poni cibaria grossa ⁊ non subtilia: q: statim adurerēt̄ igit̄ cū ficus sint subtiles nō debent poni in fundo vbi viget digestio. In ɔ̄trium est auctor in lr̄a: qui dicit ꝙ debēt accipi ieiuno stomacho: ⁊ qui nocietatē eius oīno vitat: ieiun⁹ accipiat. Ad hoc dicēdū ꝙ quidā sunt fructus molles ⁊ rare cōpositiōis: vt cerasa: pruna ⁊ ficus: ⁊ tales ɔ̄petūt in pn̄cipio mense: q: cito digerunt̄ ⁊ cito expellūtur. Itē abstergūt et mūdificāt stomachū a suis supfluitatib⁹. Quidā vero sunt duri grossi ⁊ solidi vt mespila: pira: nuces. ⁊ tales debent sumi post prādiū. Una causa ē: q: rōe sue pōderositatis faciūt descēdere cibaria ad fundū stōachi vbi viget digestio. Scđa cā est: q: isti fruct⁹ duri sunt frigi. ⁊ sicci cōfortātes stomachi appetitum. Tertia cā est: q: rōne frigi. ⁊ sicci. vnctuositates supnatātes abstergūt in ore stomachi defectantes appetitū. Ad argumētū dico ꝙ ꝓcedit in illis q̄ administrātur in via diete ⁊ nō in via medicine. Uel dicēdū ꝙ bene obijceret si ficus remanerēt diu ī fundo stōachi: q: sine dubio adurerent̄ sed cito digerūtur ⁊ cito expellūtur cū sint mollis cōpōnis. ¶ Querit̄ vtrū cōpetat potus post ficus. videt̄ ꝙ nō: quia potus administrat̄ post cibū receptū ꝓpter tria. aut vt nutrimētū remolliat: aut vt sit vehiculū nutrimenti: ⁊ vt refrigeret mēbra tertie digestiue: sed ista tria est reperire in ficu remollit nutrimētū: q: cali. ⁊ hu. ⁊ ē vehiculū: q: hu. ⁊ refrigerat mēbra tertie digestiue: igit̄. Itē dicit Gal. ꝙ habentes v̄tutes innatas meli⁹ opant̄ habētib⁹ acquisitas: sed ficus de se hꝫ cibū: q: siccū terreū: ⁊ potū q: humidū aqueum ergo. In ɔ̄triū est vsus. semꝑ eñ potamus post comestionē ficus. Rñ. ꝙ cōsiderādo cōditionē cibi accepti non cōpetit potus: sꝫ cōsiderādo cōditionē accipiētis qui forte est cholericus hñs orificiū stomachi siccū: cōpetit pot⁹ post ficus: q:

remollit potus cibum in stomacho ⁊ os stomachi. Vel dicēdū ꝙ si melius appetātur ficus cū vino tūc pot⁹ est dādus q꞉ qđ melius appetit̃ meli⁹ digerit̃. Et ideo ptꝫ solutio alterius dubij scꝫ vtrum magis cōpetāt cū aqua aut cū vino: q꞉ si in via cibi plus ꝙ medicine dent̃: melius valēt cū vino: cū plus appetant̃: sꝫ si dent̃ magis ĩ via medicine ꝙ nutrimēti ad alterādū: tūc valēt cū aqua melius: q꞉ aq̄ reducit ad tēperamētū caliditatē eaꝝ quā vinū augmētat. ¶ Querit̃ vtrū ficus cōpetāt ĩ febrib⁹: videt̃ ꝙ nō: q꞉ cito cōuertūtur in putredinē vt dicit lr̃a. In ꝯtrium arguit̃: dicit lr̃a ꝙ ficus sicca calorē extinguit: sitim aufert: ⁊ sudorē ꝓuocat: ⁊ omē tale ꝯpetit in febrib⁹: igit̃. Rn̄. ꝙ qn̄ materia putrida feb. est in stomacho aut epate: nō ꝯpetūt ficus: quia cito ĩ putredinē cōuerterent̃: sꝫ si materia putrida ꝯtineat̃ in intestinis aut pectoralibus mēbris: tunc cōpetūt: q꞉ alterāt: abstergunt: ⁊ mundificant. ¶ Queritur vtrū ficus generēt pediculos: vt dicit littera. Cōtra: generāt sanguinem laudabilem: igit̃. Rn̄. ꝙ sanguinē subtilē laudabilē generāt in corpore mūdo qui cito prorūpit ad exteriora ⁊ secum defert humorē putridum qui est cā generationis pediculoꝝ: ⁊ per istā viā ficus impinguāt: q꞉ subtilis ei⁹ sanguis cito ad exteriora ꝓrūpit. Alr̃ etiā gn̄ant̃ pediculi: q꞉ in corpe nō mūdo cito ĩ putredinē cōuertūtur: ex qua pediculi gn̄ant̃. Et ꝑ istā viā nō valēt ꝯtra defedationem cutis: sed bene ꝑ primā viā: qn̄ scꝫ cutis est maculata a grossis hu. quos ficus subtiliant. Nota vlteri⁹ ꝙ ficus sicut alia dulcia nocēt nutritiuis: q꞉ oppilant ea cū habeant in ꝓncipio venas latas ⁊ in fine strictas: ⁊ hoc si capiant̃ in quātitate magna: sꝫ ĩ sp̄ualibus mēbris iuuant: q꞉ habent venas in principio strictas ⁊ in fine latas: ⁊ ita ficus subtiliantur anteꝙ veniant ad membra spiritualia: et ip̄a abstergunt.

¶ De vuis in genere.

Vua in duo diuidit̃. Est quippe acerba nec matura: ⁊ est matura in sua completa dulcedine. hec digna ē appellatiōe vue. Acerba frigida est in tertio gra. sicca in secūdo. substantias in se tres habet diuersas: granoꝝ vnam: corticum alterā: humoris tertiā. Granoꝝ natura sicca est ⁊ dura cōuersiōis nullius in digestione: sed ex stomacho integra egrediūtur cū sua forma: pistata ⁊ farina ex eis facta stomachū si bibat̃ ꝯfortat: cholericā stringit egestionē maxime si assetur. Cortex grossus est ⁊ neruosus nec cōuertit̃: ꝓpterea non nutrit. Humor ꝓpter suā stipticitatē ⁊ ponticitatē durus est digeri: confortatiuus tamē stomachi ⁊ epatis calorem extinguit: sitim aufert: cholerā rubeā mitigat: vomitū: egestionēqꝫ cholericā stomachi vel epatis ꝓpter ꝟtutis cōtentiue defectionē stringit: oculis appositus palpebrarum: grossos humores attenuat ⁊ desiccat. Valet itaqꝫ ad pruriginē oculoꝝ ⁊ asperitatem: Diascorides acerbe ꝑcepit: vue succū ante dies caniculares ad solem poni donec spissetur vt mel: hoc valet vulneribus et humoribus in gulam descendentibus: in gingiuas atqꝫ auriculas: si clystere facias valet vulneribus in intestinis diuturnisqꝫ humorib⁹ ex vulua descendētibus. ¶ Vua maturata sanguinē laudabilem facit: ceteris fructibus quēadmodū fic⁹ melior cibus est: plus tn̄ ficus ꝙ vua nutrit. Itē hec quattuor cōposita substātijs existit: ossa sunt frigida ⁊ stiptica: granis acerbe vue in duricie vicina: habēt aūt acumē quoddā ob qđ cito ex stomacho an̄ cōuersionē exit. Itē cortex est frigidus ⁊ sicc⁹ ad digestionē durus. Gal. cortices inq̄t vue ⁊ ficus sic̄cs sunt ad digestionē duri: ꝓpterea vua si cū cortice simul edat̃ ⁊ ossibus indurat egestionē ⁊ inflationem: ventositatēqꝫ generat ⁊ humores grossos a sanguine longinquos laudabili. Rursus Gal. ficus ⁊ vuas ceteris fructib⁹ asserit laudabiliores: nec em̄ dure sunt egestionis: sed potius cōuersionis facilis: maxime si in sua arbore perfecte sunt maturate. Testātur hoc hortolani: qm̄ ficus ⁊ vue tēporibus suis habētes penitus eis vtunt̃: vnde pingues ⁊ clare fiunt cutis: facilitate aūt earū digestionis: illarū desistētes ab vsu facile macrescunt. Caro quidem ficus ⁊ vue inflatiua est in sui substātia: ⁊ ideo comedētium carnes inflant. Accipitur aūt diuersis modis vua: vnde nutrimēta eius ⁊ actiones in corpore sunt diuersa: accipit̃ a quibusdā hora ipsa qua ex vite carpit̃: sunt qui eas suspēdunt donec humoris plurimū ex eis aer diciat: sunt q̄ eas in musto vel sapa reponāt. Hora sue carptionis accepte si stomachū malis ĩueniāt humorib⁹ vacuū ⁊ cibis: ⁊ fortis ē digestio: digerūt̃ bene ac bonū cōuertūtur in sanguinē: ⁊ ventris adiuuant solutionē corporaqꝫ malis purgāt humorib⁹. Ecōtra si stomachū humoꝝ aut escarum repererint plenū et digerere imbecillē: in eo morantur ⁊ inflationem generant ⁊ rugitū: in humores malos cōuertūtur: ⁊ fumū noxiū plurimū creāt. Appense ab aere humorū superfluū desiccante ceteris vuis sunt laudabiliores ⁊ subtilib⁹ dietis cōueniētes: ab inflatiōe longe sunt ⁊ vētositate ⁊ fumositate: nec stiptice tn̄ sunt nec solubiles. In musto vl' sapa grosse diete sunt ⁊ stomacho minus cōueniētes: ⁊ a tenui dieta longinqua: ventositatē inflationēqꝫ ꝓducūt: ꝓpter extraneos humores ex musto vel sapa prestitos

¶ De vuis sine carne.

Vue sine carne humores laudabiliores faciunt: minus tn̄ ꝙ he cum carne nutriunt ⁊ cito digerūt̃: idcirco vue q̄ carnis pluris sunt ꝙ humoris: nutribiliores durioresqꝫ existentes eis q̄ humoris ꝙ carnis plus habent. Itē vue modis alijs sunt diuerse: aut sapore: aut calore: aut subtilitate: aut grossitudine. Sapor alius est acetosus vicinus acerbitati: alius grossus ⁊ dulcis melliqꝫ vicinus: alius medius vinei qꝫ saporis. Grossus ac dulcis calidior ⁊ sitim generat: grossioris est nutrimēti: ad digerendum durior: inflationē faciens ac rugitū: oppilationē splenis ac epatis. Subtilis aquosusqꝫ frigidior ⁊ digeri leuior: cōfortatiu⁹ stomachi ⁊ mūdificatiu⁹ a cholericis humorib⁹: sitis mitigatiu⁹ ⁊ cōueniēs cōplexiōibus tēperatis. Melior est qui videlicet vinei est saporis: q̄ medi⁹ est inter grossum ⁊ subtilē: sicut em̄ medi⁹ est saporis: ita ⁊ potestatum Diuersitatū vue ex colore quadrifariā diuidunt̃. In albū q̄ clarus est ⁊ aquosus modicū carnis habens cortices subtiles: ossa exigua. In nigrū grosse carnis ⁊ corticis ⁊ humoris pauci ossiū ingētiū. In citrinū ⁊ rufum predictoꝝ medios. Vua alba leuiter nutrit facile digerit̃: venas cito perforat: ⁊ vrinam ꝓuocat. Nigra dura est digeri: sed cōfortatiua stomachi: vrinā nō ꝓuocat: tn̄ si bn̄ digerat̃: nutrimētū multū prestat. Rufa vel citrina media superioꝝ. vn̄ Arist. alba vua subtilis: min⁹ nutrit: ⁊ cito digerit̃: quāobrē vini

eius ebrietas cito venit ⁊ cito transit. Nigra grossa nutrimenti pluris: sed digestionis tarde: idcirco vini eius ebrietas sero discedit. Rufa vel citrina harū medie sunt: cuiuscūqꝫ vini ebrietas cito venit: cito trāsit. Rursus cuiuscūqꝫ tarde: diu ꝑmanet ⁊ tarde transit. Passa ad vue cōparationē: vt ficus est sic. ad cōparationē viridiū: leuior aūt est ficus. Passa diuersa est tribus modis: quē est dulce perfecte in dulcedine: est acerbitatē habēs: est ponticitatē continens ⁊ asperitatē: hoc ex duabꝰ ꝟtutibꝰ cōpositū existit. Una maturādi ⁊ dissoluēdi. altera cōstringēdi ⁊ cōfortādi Cōfortatio ꝓcedit ex ossibꝰ. Dulce calidiꝰ ē: ⁊ humidius: maxime si nigrū sit: ideo mediū inter constipatiuū ⁊ mollificatiuū. Si malos inuenerit humores in stomacho: temperat ⁊ mitigat morsionē stomachi presertim si carnosum sit ⁊ corticis tenuis. Exiguorū aūt ossiū hmōi valet ad dolorē pectoris ⁊ pulmonis ⁊ tussim mitigat: ⁊ renes mundificat ⁊ vesicā. Incōmodum est spleni ⁊ epati precipue si duriciē habent ⁊ grossitudinē. Passum aūt acerbitatē habēs minꝰ nutrit ⁊ dulci frigidius est: humidū aūt minus: maxime si albū sit: ideo stomachū confortat: calorē extinguit: vētrē cōstipat. Passuꝫ diuerse accipit̄: cū ossibꝰ videlicet suis ⁊ sine ossibꝰ. Sine ossibꝰ itaqꝫ acceptū cōmodū est tussientibus: ⁊ ad pectoris dolorē pulmonis renū ac vesice: vētrem dissoluit: sed epati nocet ⁊ spleni presertim si duriciem habeāt. Cū ossibus acceptū stomachū confortat: splenem ⁊ epar: maxime si acumen habēt ⁊ carnē paruā: ⁊ ossa magna.

¶ De moris celsi.

Mora celsi duobus modis sunt: aut cruda ⁊ acria nō matura frigida: aut matura ꝑfecte dulcia. Acria nec matura fri. sūt ⁊ sicca: vim habēt stipticā cōfortatiuā stōachi ⁊ intestinorū: ⁊ ventrē cōstipāt: ꝓpterea hmōi multū siccata valent ad diarriā ⁊ dissinteriam: maxime si cholerice sint. Itē corū succus ad gutturis dolorē vel faucium vel vue valet multū: maxime si coctus sit cū sapa et modico zuccari. Matura ⁊ dulcia ad calorē ꝑtinent ⁊ humiditatē: plus aūt ad humiditatem: quare ex stomacho eijciunt̄ cito: vētrē humectāt: vrinā ꝓuocāt: si tñ cibos in stomacho aū se acceptos inuenerint: ⁊ eis obsistētibus cōmorātur: ⁊ in corruptionē cōuertunt̄ ⁊ stomacho nocent ac capiti. Si aūt stomachū vacātē inuenerint: bene digerūtur: sꝫ modicū nutriūt. Ieiunis accepta refrigerata in aqua frigida: aut ī niue refrigeratiua sunt valde: sitim auferunt: ⁊ incēsionē caloris extinguūt. Radix mori cocta cū aqua ⁊ potata lumbricos necat ⁊ cucurbitinos. Si frōdes simul coquātur ⁊ radix: ⁊ aqua corū retineat̄ ī ore: ad dolorem dentiū valet. Si cum vino coquat̄ ⁊ gargarisma fiat: valet humoribus ad gulā descēdētibꝰ ⁊ guttur. Pistata mori radix ponat̄ ī aceto ⁊ ad solē quattuordecim diebꝰ relinquat̄: ⁊ desiccata ī puluerē redigat̄ hic dentes perforatos ⁊ putridos appositus euellit.

¶ Dubitat̄ vtrū vua acerba plus infrigidet aut acetū. Et videt̄ ꝙ agresta: q: dicit Gal. in megategni ꝙ res subtiles frigidas īuenire nō potuit. Et si tu obijcias de aceto: ipse dicit ꝙ tu nō obijcias: q: hꝫ quandā caliditatē: cū ḡ acetū sit in subtiliori suba ꝙ̄ agresta minus infrigidabit. Itē dicit ysaac in dietis vniuersalibꝰ: ꝙ psiliū plus infrigidat ꝙ̄ aqua: sicut ignis plus calefacit in ferro ꝙ̄ in stipula rōe grosse substātie igit̄. In ꝯrium sunt auctores. Itē dicit Hippo. in aphoris. ꝙ acetū inimicat̄ neruis: q: frigidū: ⁊ nō loquit̄ de agresta: igit̄. Rñ. ꝙ aliquid dicit̄ esse frigidius altero dupl'r. Uno modo formal'r: ⁊ sic agresta est frigidior: ⁊ rōne illius frigiditatis ponit̄ res ī gra. Siue effectiue: ⁊ hoc dupl'r. Aut q: effectū frigiditatis citius inducit: ⁊ sic acetū est frigidius agresta cū sit penetratiuū ⁊ subtilis sube. Aut q: suū effectum inducit in plures partes: ⁊ sic acetum est frigidius agresta: q: acetū ꝑtes remotas infrigidat cū ad eas penetret. Aut ꝙ infrigidet plus. i. fortius ⁊ tardius tñ: ⁊ tūc agresta plus infrigidat: q: tardius remanet eiꝰ frigiditas cū in suba grossiori fundet̄ eiꝰ frigiditas. Unde dicit Aristo. quarto metheo. ꝙ aq̄ calida citiꝰ ꝯgelat̄: ⁊ frigida tardiꝰ ꝓpter raritatē vniꝰ ⁊ grossiciē frigide. ¶ Nota ꝙ agresta confortat stomachū ⁊ nō acetū: q: nō infrigidat nisi partes exteriores stomachi recludēs calorē interius ⁊ vniens: sꝫ acetū ad partes interiores penetrat eas desiccans. Nā frigiditas circundās corpꝰ ꝟtutes naturales cōfortat: sed fri. ꝓfundās desiccat. vnde Hippo. dicit ꝙ cholerici iuuenes melius digerūt in hyeme ꝙ̄ in estate ꝓpter hāc rōnem. ¶ Querit̄ quare vna gutta agreste in oculo posita clarificat oculū ⁊ preseruat ipm a variolis. Causa est ſm Gal. ꝙ habētes ꝟtutes innatas meliꝰ opant̄. vñ dicit ꝙ melior ē illa medicina q̄ fit cū cibis ⁊ potibus. Et q: in agresta rōne caloris exterioris sunt partes subtiles: rōne quarū abstergit. Item in ea sunt partes grosse cētrales ⁊ pontice: rōne quarū repercutit materiā fluētē ad oculū: igit̄ preseruat a variolis que erant parate generari a tali materia repercussa. ¶ Querit̄ quare oīa pōtica stiptica frigida ⁊ acetosa cōfortāt stomachū. Rñ. ꝙ quedā cōfortāt stomachū deperditū restaurando vt nutrimētū cōfortat mēbra: q: in eis deperditū restaurat. Quedā vero refocillādo: ⁊ sic vipa in vino odorifero facta ⁊ naribus sincopizātis apposita releuat a sincopi: q: spūs refocillat. Quedā cōfortāt materiā malā euacuādo: vt medicina laxatiua. Quedā ꝟo malā discrasiā alterādo vt medicīa alteratiua: q̄dā ꝟo humores ⁊ spūs in corpore purificādo: vt aurū in lepra. Quedā vero mēbra desiccata quasi in vnū redigendo: ⁊ hoc mō aqua frigida cōpetit in estate: q: mēbra nutritiua desiccata ꝓpter calorē nimiū rōne sue frigiditatis: q̄si in vnū redigit. ⁊ isto vltio mō quasi oīa pōtica ⁊ acetosa cōfortāt stomachū relaxatū redigentia partes eius desiccatas ⁊ relaxatas in idipm. vnde infrigidāt villos stomachi ⁊ cōfortant appetitū qui appetitus viget per infrigidationē villorum. ¶ Nota ꝙ sunt maiores vue ī calida regione ꝙ̄ frigida: q: attractio fit a calido: ⁊ etiā digestio: ideo attractiua plante est fortior in calida regione ⁊c. Et non est simile de tritico: q: hꝫ subam subtilē rarā: q: a calore cōsumit̄ extrinseco ⁊ sic ⁊c. nō autē est sic de vua q̄ hꝫ grossam ⁊ durā subam ⁊ maiorē humiditatē resolutioni a calore resistētē. Exēplum ponit̄ de asinis equis ⁊ mulis: qui maiores sunt in calidis regionibus ꝙ̄ in frigidis: ⁊ hoc ꝓpter eorū duram cōpositionē. Et si dicas ꝙ mihiipsi cōtradico: q: dixerā prius vites esse rare cōpositionis. Rñ. ꝙ sunt rare respectu quercꝰ ⁊ aliarū arborū magnarum: sꝫ respectu tritici herbe sunt dure cōpositionis ⁊ respectu herbarū. vnde dicit Aristo. ꝙ vitis neqꝫ est planta neqꝫ herba: sed mediū inter vtrāqꝫ: ⁊ vocat̄ frutex. Nota ꝙ vue sunt dulciores in frigida regiōe: q: in frigida regiōe est moderata attractio nutrimēti in vite: vnde tātū attrahit vitis quātū digerere pōt: ⁊ illud nutrimētū optime digerit: ⁊ dulcedo ex bona digestione gñatur: sed in calida regione plus attrahit ꝙ̄ possit digerere. ¶ Queritur quare quidam fructus maturant̄ in arbore vt ficus pruna vua ⁊c. ⁊ quidā nō: vt poma castanee ⁊c. Ratio est quia primi fructus gñantur ex humido aquoso cito digestibili qd̄ est cito passibile ⁊ obediēs digestioni: sed castanee: mespila ⁊ pira gñant̄ ex sicco terreo qd̄ repugnat digestioni cite ⁊ veloci: igit̄. ¶ Querit̄ quare plante alte magis dulcorāt suos fructꝰ ꝙ̄ curte. Soluit ysaac in dietis vniuersalibus: q: in illo longo trāsitu per longum stipitē digerit̄ fructꝰ ⁊ subtiliat̄: ⁊ ꝓpter hoc dul

Pirorum frondes ⁊ rami stiptici sunt solũ modo: pomorũ vo stipticitas cum aquosa dulcedine cõmixta est. Pira diuiduntur in duo. Domesticum ⁊ siluestre. Siluestre quidem est crudum: ponticũ: et durum ⁊ grossum: nec prodest: nec boni saporis est: maturatum pirum domesticum in primo gradu frigi. in secundo sic. generat in stomacho humorẽ laudabiliorem ꝙ mala coctana propter temperamentũ suum. Est tamen diuersum fm saporem ⁊ fm complexiones suas: quoniã est ponticum terrestre ⁊ grossum: ⁊ est stipticũ compositũ ex aerea substantia ⁊ terrestri parua: et est dulce temperatũ ad calorem quendam pertinens: ⁊ est aquosum ⁊ insaporosum. Ponticum autem minus ceteris nutrit: sed plus egestionem facit: vomitũqꝫ cholericum stringit: magis stomachum ⁊ intestina confortat: pro sua tamen asperitate ⁊ grossitudine vel duricia nocet neruis stomachi: vnde oportet nos ingeniari vt mollescat ⁊ amittat asperitateꝫ: vt videlicet aut elixet: aut supra aque calide fumum suspendat vt maturatũ asperitatẽ suã duriciẽqꝫ deserat: aut opertum pasta asseratur: aut cuꝫ melle condiatur in frusta concisum fm complexionẽ accipiẽtis. Diascorides ait: diximus pira ieiunis nociua esse. nec quare nec quomodo exposuit: neqꝫ qd eorum genus. Nos autẽ dicimus: ꝙ diascorides vituperauit pira ieiunis accepta: si non fm necessitatẽ ⁊ medicinam accipiantur: sed fm gule appetitum ad saturitatem vsqꝫ sumantur: precipue si pontica sint: quorum proprietas: si multum a ieiunis accipiantur: colicam generat passionem duram incurabileꝫ: maxime si crebro assuescant. Sed fm medicinam ieiunis melius ꝙ saturis comedunt. Saturis enim solubiliora sunt: ⁊ stomachum debilitant: propter superiorum stomachi compressionem ⁊ contentiue virtutis inferiorũ debilitatem. Stiptica vero q: ex terrea ⁊ aquosa ⁊ aerea substantia composita sunt: subtiliora ⁊ tẽperatiora sunt: magisqꝫ nutriunt: ideoqꝫ stomacho minus nocent: neqꝫ his ingeniari necesse est sicut ponticis. ¶ Muzum vo quod ad aciditateꝫ pertinet: subtilius ac lenius: stomachoqꝫ ad digerendũ facilius: acumen etiam cholere rubee extinguit: ⁊ sitim aufert: proinde tam ad vomitũ ꝙ ad egestionem cohibendam laudabilius est. põticum plus illo stipticum est. Ex hoc sophiste argumentantur. cur põtica sitim nõ extinguũt cũ frigidiora sunt muzis: ⁊ natura sit frigoris sitim extinguere. Quibus respondemus tribus ex causis oriri sitim: aut ex siccitate in quibusdam membris a stomacho remotis ꝓpter multitudines caloris ignei in illis insertam: aut ex calore nimio in ipso stomacho: aut ex salso vitreo phlegmate. Ex quacũqꝫ causa hoꝝ exorta sit: muzũ vtilius est ⁊ laudabilius: quia liquor eius tenuis est ⁊ aereus: in sapore gratus. Si autẽ in membris procul a stomacho ex nimio calore nascatur sitis: liquor acidi tenuis aperit ⁊ perforat concaua membrorꝫ: et ad eum vsqꝫ locum subtilis liquor penetrat vbi calor latet vnde vim incendij extinguit: ⁊ sitiꝫ mitigat. Rursus si ex calore stomachi sitis inardescat: mouetur ⁊ dispertitur liquor acidi atqꝫ calorem vbicũqꝫ fuerit mitigat. Itẽ si ex salso phlegmate oriatur: per tenuitatem suam liquor acidi phlegma diuidit: eiqꝫ cõmixtus salsuginẽ diuidit: et sic fit causa sitis extinguende: qm̃ aciditas salsugini opposita est. Oppositorũ aũt interimẽtia sunt semp opposita sibi. sicut in prima huius libri particula ostẽdimus. põticũ vo nõ similiter: liquor cũ eius grauis est ⁊ dur⁹ digeri.

vnde perforare nequit ꝛ penetrare ad loci sitis: propterea si ex calore procul a stomacho in mēbris oriatur sitis: ꝛ eo liquor pontici nequeat peruenire: auget calorē ꝛ sitim: si autem in stomacho ex calore generetur: ponticitas fumū desiccat ꝛ cogit in vnū: vñ fit causa augēde sitis. Rursus si ex salso sit phlegmate: cogit pōticitas partē phlegmatis ꝛ solui ꝓhibet: et fit cā augēde phlegmatice actiōis. Pira dulcia tēperate complexionis sunt: q: minus ceteris frigida sunt: quapropter calefaciunt ꝛ augent digestionem: valentq; in his qui stomacho frigidi sunt ꝛ sicci. proprietas eis est hmōi: qm̄ si cum fungis coquantur omnē auferunt lesionē: precipue si siluestria sint propter ponticitatē suam: arboris eorum agrestis cinis bibitus in his qui fungorum comestione suffocati fiunt: valet multū. Insapora pira pessima sunt: qm̄ propter insaporitatē abhorrētur a natura: idcirco laboriosa ꝛ ꝯfusiua sunt stomacho.

¶ De malisgranatis.

Malagranata vtilia sunt esui: sꝫ vtiliora medicine: nutrimentū quippe eoꝝ etsi laudabile sit ꝛ bonū: tm̄ paruū est propter subtilitatem eorum facilemq; digestionē. Ex quattuor partibus cōposita sunt: que tamē oēs sunt stiptice: prima cortex est eius: secunda est caro: tertia est liquor: quarta grana. Liquor frigidus est: sed diuersis modis ꝑm suos sapores ꝛ liquiditates. Sūt nāq; pōtica: acida: muza: dulcia: ꝛ isapora. Similiter liquor tenuissimus ac aquosus: grossus: paruus ꝛ mediocris. Pontica aut stiptica impossibile est accipi ꝑm cibū: q: propter asperitatē ꝛ duriciam ea natura abhorret: nec recipit nisi ꝑm medicinā. Proinde huiusmodi granata si parūp in superficie excorticētur: ꝛ tritorū succus aut cum vino aut siropo potētur laxatiuo: inferiora stomachi exprimūt: ꝛ expellūt humiditatem putrefactā de inferioribus: precipue si calida causa sit: actio enī eorū in stomacho sicut myrobalanorum citrinorū: ꝛ post mundificationē stomachū confortant absq; lesione eius neruorū: idcirco valent ad febrem diuturnaꝫ que ex putrefactis humoribus procreatur. Pruriginē quoq; ꝛ scabiē de putredine salsi phlegmatis natam: extirpat. Acidorū etsi minꝰ ceteris sit nutrimentuꝫ: videlicet malis ꝛ piris ꝛ coctanis: propter tenuitatē tamē liquoris ꝛ aquositatis acceptabilis liquoris ꝛ tēperationis sunt nutrimēti: atq; facilia sunt esui: hmōi autem potestatis sunt propter paruitatē terrestris substantie: vnde in multis rebus melioris q̄ cetera sunt actionis: ꝛ sicut alijs cōmunis est potestas cho. ru. extinguende sitis egestionis ꝛ vomitus: proprietatē tamen habent extenuandi humores eosq; cum vrina eijciendi: caloreꝫ epatis extinguendi: membra confortāt ꝛ presertim os stomachi: epar ꝛ cor. vnde valent ad cholericā cardiacā: ꝛ ad dolorē qui nascit̄ in ore stomachi ex choleribus rubeis. vnde Hip. in secunda particula epidimiarum de muliere patiente in precordijs: veteres enī os stomachi precordia nuncupabant: patiebatur autem morsum ex cholera continuū ex acutis humoribus natum inherentibus villis stomachi: ꝛ nil repertū est qd ei quodlibet cōferret remediū: nisi farina ordei cū succo granati acetosi: ꝛ iure est id quidē: farine enī ꝓpriū est humores superfluos exiccare: mali ꝟo granati acetosi: humoris acumē extinguere: et stomachū cōfortare. Habet etiam propriū q in oculis ictericorū stillatus citrinum abijcit ab eis colorē: propterea ablato cortice maligranati omnia acetosa pistentur: ꝛ succus extractus cum melle coquatur: et quandā vnguenti similitudinē habeat. valet ad vnguium oculorū expulsionem: purificatq; aciē a grossis viscosisq; humoribus. q si naribus infundatur carnem superfluam corrodit: ꝛ si ex eo gingiue inungantur rosuram ꝛ omnē fetorem expellit. Maligranati ꝟo dulcis liquor grossior est ꝛ calidior ꝛ digestibilior: ꝛ ꝓpterea caloris aliquantulū stomacho ingerit: citoq; in cholerā rubeam mutatur: ꝛ hac de causa natura calidis inconueniens est: ꝛ maxime febricitantibus: humectat autem ventrem: pectoris lenit asperitatem: tussim mitigat. maxime si fuerit assatum cum oleo violarum. ꝛ sic agatur foramen in summitate maligranati: in similitudine latioris denarij et impleatur oleo violarum: ꝛ super prunas ponatur: quantum fuerit oleum in coctione minutum: tantum aliud semꝑ adhibeatur quousq; videatur nihil vltra posse suscipere: deinde ab igne tollatur: ꝛ ablato cortice: interior pars conterat̄: eiusq; succus tussientibus adhibendus est. Ista autem confectio ventrem humectat: vrinam prouocat: tussimq; ex calore mitigat. Et si dulcis succus cuꝫ acetoso succo misceatur: bibentibus ventrem humectat: ꝛ cholerā rubeā prohibet: calorē febris extinguit: sed etsi dulcia ꝛ acetosa malagranata insimul cū eoꝝ pulpis pistētur: ac succus bibat̄: fit ad stomachi cōfortationeꝫ vtilis: et cholericos humores atq; putrefactos expellit: tertianis febribus atq; hemitriteis succurrit. Muzū quod est inter dulce ꝛ acetosum medium: ad epatis calorem ꝛ stomachi non minus valet q̄ acetosuꝫ: sed vim vomitum cōpescendi: ꝛ ventrem constringendi non habet: pars enī sue acetositatis ventris solutionem aufert: dulcedinis quidē pars stipticum ventrē soluit: vnde fit q inter stipticum ꝛ solubilem constat medium. Insipidū quod est quasi aque sapor pro sui liquoris aquositatis copia ad frigiditatem pertinet: vnde inconueniēs est ꝑm cibum ꝛ ꝑm medicinaꝫ. ꝑm cibum: quia saporē cibi non habet: vt a membris corporis attrahatur. ꝑm medicinā: quia propter aquositatem nec stomachū confortat: nec solutionem inhibet: idcirco fastidiū facit: stomachum mollem reddit: cibum in stomacho digeri nō permittit: vnde fit causa rugitus ꝛ inflationis. Sed tamē malorū granatorum nuclei si a succo expressi sunt: vtiles sunt ad extinguendū cholericū vomitum ꝛ egestionem: precipue si assentur coriūq; puluis bibatur: calorem etiam stomachi atq; cholere rubee acumen extinguit. Eorꝟo cortices frigidi ac sicci sunt ꝛ terrestres: qui si cū aqua coquātur rizo ꝛ ordeo prius assatis: ꝛ ex oībus clystere fiat: dissintericis ꝛ diarricis commoda erunt. Similiter ꝛ ex corticibus eisdem apozima factū gingiuas ꝯfortat. Ano q̄ ex oleo loto emorroidarū san

guinē stringit: ⁊ sanguinis fluxū menstruoꝝ in mu
lieribus arctat. Cortex aūt maligranati cū radice in
vino coctus lūbricos ascarides ⁊ cucurbitinos edu-
cit de ventre mortuos. Nuclei quidem maligranati
stipticiores sunt succo; cortex ṽo stipticior ē nucleis:
flos autē oībus est stipticior: ⁊ siccior. Diascorides
flos inquit malorūgranatoꝝ aliquantulū ad solē de-
siccatus: ⁊ in vitreo vase cōditus: ⁊ vase ex oleo om-
phacino impleto: tribus diebus ad solem posito: va
let quantum oleum rosatum.

¶ Nunc auctor determinat de piris: ⁊ primo de istis que cō
petunt via nutrimenti plus ꝙ̄ via medicine. Scdo de illis q̄
plus via medicine ꝙ̄ nutrimenti, secūda ibi: Malagranata.
¶ Queritur vtrū pira competant ieiuno stomacho aut re-
pleto. i. ante cibum vel post. Et videtur ꝙ ante: q: Auicē. di
cit ꝙ isti fructus sunt cibi medicinales: igitur. In cōtrariū
est auctor iste dicens auctoritate Diascoridis: ꝙ pira ieiu-
no stomacho maxime ledunt stomachū. idem vult ras. Ad
hoc dico ſm auctorē istum ꝙ si pira dentur in via cibi vl' me-
dicine ad saturitatē: tunc non cōpetūt ieiuno stomacho: q:
multū replent stomachū ⁊ aggrauant. Itē ratione sue fri-
giditatis ⁊ hu. ledūt stomachū: vt dicit Diascori. Aut dant̄
ratione officij vētris denegādi: ⁊ ratiōe appetitus suscitan
di: ⁊ sic cōpetunt ante cibū: aut ratiōe appetitus cōseruādi
⁊ officij vētris procurādi: ⁊ sic competūt post cibū: q: repri
munt vnctuositates oris ad fundū: ⁊ faciūt cibum etiā descē
dere illuc. ¶ Querit̄ vtrū post pira cōpetat vinū aut aqua:
Arguit̄ ꝙ vinū iuxta illa metra: post pira presbyterū quere:
vel adde merū. Etiā hoc idē ꝓbat̄ auctoritate auctoris. Itē
dicit littera ꝙ pira in stomacho recepta causant colicam: q:
retinent in intestinis feces: sed vinum eas euacuat incisiue
aqua ṽo retinet obtuse: igitur. Ad hoc dicūt quidā ꝙ si pira
dentur ieiuno stomacho: tunc vinū non cōpetit sed aqua: q:
cum vinū sit essentialr ca. ⁊ sic, maxime ledit stomachū cū sit
neruosus. Si ṽo dent̄ pira stomacho repleto magis compe
tit vinū post pira: q: adiuuat ad digestionē eorū: ⁊ ea redu-
cit ad temperamentū cum sint frigida: ⁊ q: etiā dantur ad
appetitū confortandū: ⁊ vinū ad hoc adiuuat ⁊ aqua appe-
titū defeccat. Nota ꝓ solutione argumētoꝝ: ꝙ qn̄ pira dant̄
ad alterandū magis cōpetunt cū aqua: ⁊ sic intelligit Con-
stantin⁹: sed si dentur ad restringendū: aut ad appetitū ma
gis competūt cum vino. Et si arguit̄ ꝙ vinū est maxim⁹ pe-
netrator: igitur faciet penetrare pira cruda anteꝙ̄ digerant̄
⁊ causabūt oppilationes: igit̄. Rn̄. ꝙ sicut citat ad penetra-
tionem: ita etiā ad digestionē cum sit calidū. Nota ꝙ ꝙ̄uis
de natura frigidi sit mouere a circūferentia ad centrū: ⁊ sic
pira cum sint frigida per se habeāt restringere: siue sumant̄
ante cibū siue post: tñ de ꝑ accidēs laxant calorē naturalē cō
fortando per antiparistasim: q: vt dicit Aristote. quarto me-
theoroꝝ: licet fri. semꝑ infrigidet de per se: tñ de per accidēs
qnq̄ adurit: vt pꝫ in tonitruo. hoc ideꝫ vult Hippo. dicens
Vētres hyeme ⁊ vere calidissimi sunt natura. Nota ꝙ Aui
cenna dicit ꝙ si pira post cibū sumant̄ in magna quantitate
laxant: ⁊ si in modica constipāt. et hoc intellige sane: qm̄ di-
co ꝙ si in magna quātitate sumant̄ post pastum laxāt: dum
tñ non destituant̄ a regimine nature: q: si destituerentur re
stringerēt: etiā si sumātur in parua quātitate: ita ꝙ nō sint
sub regimine nature restringūt post cibū: q: remanēt seu re
uertantur ad naturā propriā: ⁊ sic indigesta remanēt in sto-
macho. Nota ꝙ pira fiūt lapidosa ratiōe siccitatis terre la-
pidose a qua nutrimentū suscipiūt. Et dicit palladi⁹ ꝙ si ter
ra mollis addat̄ radici: aut ꝙ arbor transplantet̄ ad terram
mollē efficient̄ mollia pira ⁊ non lapidosa. Nota ꝙ fex vini
apposita plante sterili faciet eā fructificare: hoc intelligēdo
si sit sterilis ꝓpter humiditatē grossam terreā frigidaꝫ non
potentē penetrare per minimas partes illius plāte: ⁊ fex vi
ni cum sit penetratiua facit penetrare: sed non esset verum
in sterili planta ꝓpter locum siccuꝫ ⁊ aridum. ¶ Queritur
que sint saniora aut pira aut poma. Solutio patuit in cōpa-
ratione pomorū ⁊ coctanorū. Vltra tamen nota ꝙ poma ci-
tius digeruntur in prima ⁊ secunda digestiua: ⁊ similiter ci-
bi molles respectu solidorū: sed in tertia digestiua est econ-
tra: q: tertia digestiua procedit ingrossando ⁊ liquidum est
tarde coagulationis: ideo poma tardius digeruntur in ter-
tia digestione ꝙ̄ pira. ¶ Queritur vtrum malagranata cō-
petant in fe. Solutio ꝙ fe. aut est ardentissima de materia
cholerica ⁊ in corpore iuuene ⁊ stomacho carnoso: ⁊ tūc cō-
petit succus malorūgrana. acidorū: q: tunc malā cōplexionē
alterat ⁊ cholerā euacuat vt dicit littera. Si autem in con-
ditionib⁹ contrarijs: contrariū fiat. Et nota ꝙ si timeamus
plus de inflāmatione feb. ꝙ dulcia minus competunt cum
non ita alterent. Sed si plus de difficultate anhelitus: tunc
acida seu acetosa minus competūt: cum causent difficulta-
tem anhelitus ⁊ offendant illuꝫ: ⁊ in omnibus febribus spi
ritus offendens malum vt dicit Hippocra. Et ꝙ̄uis adhuc
offendant anhelitū: tamē illa offensio non est ratione debili
tationis virtutis de qua intelligit Hippocra. Et ꝙ̄uis etiaꝫ
malagranata denigrent linguā: tamen talis denigratio cuꝫ
fit a natura cibi nō est mala: sed si esset a materia cholerica
ardente esset mala: ⁊ sit discretio istarum nigredinū: quia a
materia cholerica facta lingua ē aspera ⁊ sicca: ⁊ a succo ma-
ligranati est mollis ⁊ humida. ¶ Queritur quare succus
iste habet linguam denigrare ⁊ oculos clarificare. Solutio:
q: lingua est spongiosa ⁊ rara ratione cuius subtilitatis et
penetratiōis succi cito suum effectū demōstrat: sed oculus
est solidus ⁊ non spongiosus: ideo non potest substantiam
oculi penetrare: immo bene partes circundātes oculuꝫ ab-
stergere: igitur clarificat visum. ¶ Queritur an succus ma
lorūgranato. cōpetat ante cibū vl' post. Probat̄ ꝙ ante: q:
dicit Galie. ꝙ anteꝙ̄ medicus det aliquid egro: debet respi
cere presentialiter materiā morbi. Itē reprimere debet acu-
men siue ardorē illius materie siue ardorē stomachi: igitur.
In cōtrariū est Ras. dicens ꝙ fructus molles debent exhi
beri ante cibum: solidi ṽo post. Solutio ꝙ ras. intelligat de
solidis interius ⁊ exterius vt nuces ⁊ non de duris extra et
mollibus intra vt malagranata. ¶ Queritur vtrū malagra
na. dulcia cōpetant in febribus cuꝫ dulcedo fundet̄ in gros-
sa substantia: ⁊ omne dulce oppilet ⁊ calefaciat. Respō. ꝙ
licet sint calida: tamen habēt humiditatē ratione cui⁹ plus
prosunt ꝙ̄ nocent ratiōe sui caloris: igitur. ¶ Queritur de
hoc qd̄ dicit Auicen. ꝙ dulcia plus confortant stomachum ꝙ̄
acetosa. Concedo cum Auicen. et causa est q: cuꝫ dulcia sint
in grossa substantia: non ita penetrāt partes stomachi sicut
acetosa que sunt in subtili substantia. ⁊ etiam acetosa ratio-
ne sue frigiditatis nocent. Et si arguitur ꝙ magis vicinan-
tur acetosa ponticis ⁊ stipticis que habent stomachū confor
tare ꝙ̄ dulcia. Respondet̄ ꝙ q: sunt in subtiliori substantia
respectu dulciuꝫ magis confortant. ¶ Queritur quod est
magis restrictiuum ⁊ stipticuꝫ: aut flos granati: aut cortex
mali: aut fructus: aut planta. Respondet̄ ꝙ flos: ꝙ̄ fruct⁹.
Nota ꝙ quedam arbores sunt que ordinantur ad homineꝫ
mediante suo flore: vnde non habent alium fructum sicut
rosarij: quedam ṽo mediante suo fructu: quedam median-
te flore ⁊ fructu: et isti tales vltimi simul dāt florē ⁊ fruct⁹: ⁊
q: flos cadit ⁊ fructus maturatur: igitur fructus est minus
stipticus vt in malisgranatis: sed in illis qui prius florent ⁊
deinde fructificāt sicut pira: flores sunt minus stiptici ꝙ̄ fru
ctus sicut posset argui auctoritate philosophi in li. de plātis
dicentis ꝙ flos ex nutrimenti subtiliori parte nutrit̄: cum
igitur stipticum in grossa substantia fundetur: videtur flos
minime esse stipticus ⁊c.

¶ De mespilis.

MEspila frigida ⁊ sicca in primo gradu. pro-
prietatē habent stomachū confortādi: cho-
lericam egestionē ac vomitū auferūt: vrinā
prouocant: magis pertinēt ad medicinā ꝙ̄
ad cibum: parū eñ nutriunt ⁊ grossos faciūt chimos
meliora sunt ante cibū ꝙ̄ post cibum sumpta stoma-
cho: q: sunt confortatiua eiusq̄ neruis non nocētia.

¶ De xilocaractis.

Xilocaracta modicum habent dulcedinis multūq; stipticitatis: quorum substantia grossa ⁊ lignea: digestioniq; inobediens sed viridia meliora sunt atq; solubiliora: stomacho nociua. Sicca vero sunt stiptica ⁊ minꝰ nocētia hac de re: q: liquores eorū parū habēt acuminis: vñ viridia sunt vētris solutiua. Cū autē desiccātur: ⁊ liquorē cum acumine amittunt: fitq; eorū substantia terrestris ⁊ lignea: proinde fit constipationis causa ⁊ vrine prouocationis: est tamen eorum pessimitas: q: tardissime descendūt a stomacho: ꝓpterea sunt causa generāde colice passionis si assidue comedantur. vnde Galie. vtinam xilocaracta nō venissent in partes nostras a sirie regiōibꝰ: ibi eīm sunt solubiliora: ⁊ vt ad nos venīūt: sunt stiptica corpiq; nociua.

¶ De glandibus.

Glandes frigide sunt in primo gradu sicce in secundo: ideoq; sunt difficiles digestioniq; inobediētes: vētris constipatiue sunt: tamē vrinā prouocantes: ⁊ corporis nutritiue quasi quedā grana: tarde quoq; de stomacho descendūt: capitis dolorem faciunt: propter caz fumuz in stomacho atq; diafragmate clausum. Porro earum superficies multum est stiptica: vnde valet ad fluxum sanguinis: maxime mulieribus: apozima quidem eius valet intestinorū vulneribus: est etiam contra venenum. Glādes etiam si terantur ⁊ earum puluis in mulierum vulua mittatur: humores putridos de vulua fluentes exiccat.

¶ De castaneis.

Castanee calide sunt in medio primi gradus sicce in secundo. Significatio earū caloris est dulcedo: earumq; saporitas ⁊ pōticitas siccitatem innuit: sed tamen ad glandium comparationē sunt ad digerendum faciles ⁊ nutribiles: tussientibus ex phlegmate non multum nociue: nec multum stiptice: nec multū diuretice. Que tamē plerūq; non comedantur: q: cerebro esui date inflationem ⁊ capitis faciunt dolorē propter digestionis duriciem ⁊ fumum in stomacho clausum. Sed vt ab eis nocumentū auferatur ⁊ stipticiores fiant: assari eas oportet: vt earum corpus rarificetur: que siccitatem temperāt pectoris: ⁊ vrine difficultatē dissoluūt: ꝙ si aqua tepida infundātur: q: earum cōplexio temperatur ex aque mollicie ⁊ humiditate: proinde sunt boni chimi in corpore generatiue. Cholerici tamen cum zuccaro eas comedant: phlegmatici cum melle. Sm medicinam vero virtutem habent laudabilē: quia abominationis ⁊ vomitus sunt constrictiue: ieiuni quoq; stomachi cōfortatiue. Rursus si cum modico sale terantur: ⁊ melle temperentur: ad rabidi canis morsum seu humanuz prosunt: necnon cum vino aut sapa tēperate in magdalionis forma mulieribus supposite sanguinem stringunt. Cataplasma quoq; ex eis cum ordei farina ⁊ aceto sine vino factum: ⁊ super mamillas tumentes positum: potenter auxiliatur. Earū corticibus vstis ⁊ puluerizatis ⁊ cum sapa temperatis capiti adolescētis in modū cataplasmatis impositis eius capillos confortat ⁊ augmentat: ⁊ contra allopiciam valet.

¶ Queritur vtrum mespila sint frigida ⁊ sicca: arguitur ꝙ non: q: dicit philosophus in quarto physicorum: ꝙ omnis motus a contrario in contrarium est: ⁊ si fiat motus a medio ad extremum vtitur medio tanꝙ contrario: ergo cum mespila in principio sint frigi. ⁊ sicca: cum mouentur ad maturationem erunt calida ⁊ humida. Item dicit philosophꝰ ꝙ mater putredinis est hu. ⁊ pater calī. in q̄rto metheo. sed mespila cito putrefiunt: igitur. Item sunt diuretica: igitur ca. Solutio patuit in p̄cedentibꝰ a simili: vbi dictum est ꝙ quadruplex est cōplexio. Et ad argumenta dicendum ꝙ ratione cuiusdā substantie ca. supficialis prouocāt vrinā: et q: est pauca igitur non reponūtur in gra. mespila quantum ad hoc. Ad primū argumentū dico ꝙ quidā est motus qui fit a natura tm̄: ⁊ iste fit a contrario in contrariū: ⁊ de tali loquit̄ philosophus. Alius est qui fit a natura ⁊ ab anima simul vt in mespilis cum fit motus augmenti: ⁊ talis non fit a cōtrario in contrariū. Vel dicendum ꝙ quantū ad hoc ꝙ est esse maturū ⁊ immaturū contrariantur: non tamē quoad cōplexionem. Ad secundū dico ꝙ putrefiunt cito ratione sue rare cōpositionis ⁊ non ratione cōplexionis. ¶ Queritur vtruz mespila augeant appetitum: arguitur ꝙ non: quia duplex est appetitus scilicet coitus qui fit vt repletum inaniatur: ⁊ appetitus cibi qui fit vt inanitum repleatur: sed mespila cū sint grosse substātie replent stomachū: igit̄ destruunt appetitum. Item Galienus in de mor. ⁊ acci. dicit ꝙ appetitus nihil aliud est ꝙ̄ sensus inanitionis: omne igitur qd̄ destruit sensum: ⁊ appetitum: sed omne fri. est hmōi: ⁊ mespila sunt frigida: igitur. Itez philosophus dicit scd̄o de anima ꝙ esuries est respectu calidi ⁊ sicci: sed fri. cōtrariat̄ calido ⁊ sicco: igitur. In contrariū est iste auctor: ⁊ alij auctores. Ad primū dicitur ꝙ mespila principalius cōpetunt via medicine: ⁊ q: tunc sumunt̄ in pauca quantitate: igitur non replent stomachum. Ad secundū dico ꝙ mespila non sunt frigi. frigiditate narcotizante vt arguit̄. Ad tertiū dico ꝙ Aristoteles loquit̄ cōparatiue scilicet respectu appetitus potꝰ qui est respectu fri. ⁊ humidi: ⁊ nō simpliciter: q: simpliciter est respectu ca. ⁊ humidi. Alij dicunt ꝙ esuries est respectu calidi ⁊ sicci obiectiue ⁊ tanꝙ obiectuz: non tamē tanꝙ dispositiōis ⁊ principij motiui. Et q: mespila cum sint frigi. ⁊ sicca disponūt os stomachi ad appetēdū irrigidādo os stomachi. Vel dicēdū ꝙ aristoteles intelligit de appetitu naturali omniū mēbroz ⁊ talē non ꝯfortant mespila: ⁊ nō de appetitu aīali qui viget per fri. ⁊ sic. vt appetitus stomachi. Igitur nota ꝙ mespila confortāt appetitū tribꝰ modis. Uno modo stomachū relaxatū ꝓpter longā viā ⁊ longū exercitiū. Scd̄o modo ꝓpter remollitionē oris stomachi. Tertio modo ꝓpter phātasticā repletionē in ore stomachi: q: relaxatū ⁊ remollitū irrigidāt ratione sue fri. ⁊ sic. ⁊ corrugāt: ⁊ ratiōe sue grosse substātie phātasticā repletionē a fumis factā remouēdo appetitū confortāt. Sed sunt alie multe debilitatiōes appetitus in qbꝰ non valent mespila: sicut in debilitatiōe facta a nimia caliditate desiccante: q: tunc aqua frigida in panno super orificiū applicata valet: ⁊ in debilitatiōe inanitiua sicut post longas egritudines: sz ad h̄ valēt cibaria laudabilia: ⁊ sicut in facta ꝓpter paralysiz: q: tūc crocus ⁊ aromata: ⁊ sicut ī facta propter hu. grossos ⁊ viscosos: q: tunc cōpetūt incisiua ⁊ postea expulsiua. ¶ Querit̄ quare appetitus nō augmentat̄ in autūno cum dicat Hippo. ⁊ Gal. ꝙ simile est de etate: tēpore ⁊ cōplexione: ⁊ regione: vn̄ de melancholici sunt edaces: vt dicit Galienus: sed autūnus defectat appetitū. Causa est: q: non solum appetitus intenditur ratione cōplexionis fri. ⁊ sic. sed ratione etiam fortitudinis virtutis: ⁊ q: in autūno est virtus debilis quia tempus est inequale: igitur. ¶ Queritur quare cōplexio melancholica maxime excitat appetitū in homine: vnde videmus melāncholicos hoīes edaciores ꝙ̄ phlegmaticos ⁊ sanguineos vt dicit G. E cōuerso est in aīalibus brutis: q: videmꝰ animalia rapaciora vt leones: lupi: ⁊ canes edaciores boue ⁊ vacca ⁊c. Ratio huius est: q: licet

homo distinguit̃ phlegmaticus melãcholicus ⁊ sanguine⁹
⁊ cholericus: tñ respectu alioꝝ aĩaliũ est tẽperatio: vt dicit
Constã. ⁊ q: tẽperatio: igit̃ virtus est in hoĩe fortior: q: tẽpe
ramẽtũ cõplexionis sequit̃ fortitudo virtutis vt dicit Ga. ⁊
q: appetit⁹ excitat̃ a cõplexiõe fri. ⁊ sic. ⁊ de forti ṽtute: pro
pter ḋ cũ in hoĩe melancholico ↄcurrãt ista duo: nõ sic ṽo in
phlegmatico aut sanguineo: igit̃ magis excitat̃ ⁊c. Sꝫ alia
aĩalia bruta recedũt a tẽperamento respectu hoĩs: vñ debi
lior virt⁹ est in ipsis: iõ aĩalia rapacia cũ habeãt virtutẽ for
tiorem plus appetũt ratione virtutis: non tñ ratiõe comple
xionis. Sed in alijs q: virt⁹ est debilis: igitur ꝙuis sint me
lancholica tñ debiliter appetũt. ¶ Querit̃ vtrũ mespila cõ
petant ante cibum vel post. Rñ. ꝙ non cõpetunt principali
ter in via diete sed medicine: et ideo debẽt capi ante cibum.
Et si visus capiat post: hoc est q: plures conquerunt̃ de con
stipatione ventris ꝙ̃ laxatione: igitur. Et si obijcias de rasi
dicẽte ꝙ q: sunt dura cõpetũt post. Solutio ꝙ rasis loquit̃
de illis fructibus qui principaliter cõpetũt in via diete: sed
mespila principaliter cõpetunt in via medicine. Vel dicẽdũ
ꝙ qñ rasis dicit ꝙ solidi debent capi post pastũ: intel. igit de
remanentib⁹ solidis: sed mespila comedunt̃ mollia: igitur.
Nam si dentur parũ ante cibũ restringũt ⁊ confortant sto
machuꝫ: ⁊ sic ĩtelligit iste auctor. Si ṽo dent̃ in via diete tũc
magis cõpetunt post: q: faciunt cibum descẽdere. Vlterius
nota ꝙ in via diete matura ⁊ mollia sunt in via diete melio
ra: in via autẽ medicine econtra est de viridibus. ¶ Queri
tur quare mespila mollescunt extra arborẽ: nõ sic ṽo alij fru
ctus. Rñ. ꝙ est ratione finis: q: finaliter ordinant̃ ad visum
hominis: ⁊ aliquid est dandũ fini: ⁊ aliquid materie. Secũ
da causa: q: sunt plura ossa. i. nuclei. et caro circa ossa cito pu
trefit ⁊ mollescit vt dicit ysaac. Nota ꝙ mespila abundant
multũ in nucleis respectu alioꝝ propter terrestreitatẽ ⁊ du
riciem arboris ⁊ siccitatẽ: nam est arbor durior ceteris. Iteꝫ
aliq̃ nuclei ceteroꝝ fructuũ sunt in medio: q: mediãte nu
cleo fructificant ⁊ non in mespilis sunt in medio ꝓpter cau
sam contrariã: et plures nucleos habẽt: q: abundat planta
multũ in materia sicca dura: et generantur distincti: q: sicci
tas est causa distinctionis ⁊ separationis: ⁊ humiditas con
tinuitatis vt dicit ysaac in dietis vniuersalibus. ¶ Querit̃
que sunt meliora aut pilocarata viridia aut mollia. Recitat
ysaac in littera ꝙ Galienus vituperat sicca: cõmendat vero
viridia: ysaac vero vituperat viridia ⁊ cõmendat sicca: igit̃
contradicunt. Ad primum dico ꝙ pilocaratorum triplex est
status. Vnus qñ complete maturant̃ in arbore sua: ⁊ tũc vi
ridia sunt meliora siccis. Secundus est quãdo colligunt̃ ab
arbore sua: ⁊ sic sicca sunt meliora. Tertius est qñ diu reser
uantur: ⁊ sic adhuc sicca sunt meliora. Et ideo dico ꝙ ysaac
cõmendat pilocarata sicca in scđo statu: q: tunc non ita no
cent stomacho sicut dicit in littera: ⁊ Gal. ṽo vituperat sic
ca in tertio statu: q: per processum tẽporis fiũt stiptica ⁊ sto
macho nociua: vnde nota ꝙ sunt mespilis vicina. ¶ Queri
tur vtrum stomachũ confortẽt. contra: frigidũ non apponit
manũ in operibus nature: igitur. Item virtus naturalis vi
get per calidum ⁊ humidũ: igitur non confortãt digestiuaꝫ.
Ad primũ dico ꝙ frigidũ quoad primũ actũ quod est infrigi
dare non apponit manũ: sed bene quoad scđm actuꝫ qui est
restringere. Aut distingue ꝑ se aut per accidẽs. Aut distin
gue de frigido excellẽti aut de remisso: q: Auicen. intelligit
de excellenti. Ad scđm dico ꝙ hoc intelligit̃ de virtute regiti
ua naturali toti⁹ corporis: ⁊ non de virtute retentiua. Vel
dic ꝙ omnis virtus naturalis finaliter ordinat̃ ad digestio
nem ⁊ digestio viget per ca. ⁊ hu. sed formaliter ⁊ primo nõ
est sic. ¶ Queritur cuius cõplexionis sint glandes. Rñ. ꝙ
sunt fri. in primo ⁊ sicce in scđo. Nota ꝙ ꝙuis fructus atte
stetur sue plante in principio: nõ tamẽ in fine: ideo ꝙuis plã
ta sit ca. ⁊ sic. non tamẽ glans. Et nota ꝙ ignis factus ex li
gnis quercus non est calidior ratione cõplexionis: sed rõne
cõpositionis dure quercus. Et ꝙuis impinguẽt porcos ſm
apparentiã: non tamẽ ſm veritatẽ: imo inflãt eos quare vi
dentur pingues: ⁊ sic non impinguãt ratione cõplexionis:
sed ratione cõpositionis. Nota ꝙ cortex quercus cõbustus
remouet allopiciã: q: ratione sue stipticitatis poros claudit:
⁊ ratione sui acuminis acquisiti per adustionẽ amouet ma
lam materiã corrodentẽ materiã capilloꝝ. ¶ Dubitat̃ de
hoc qđ Aui. dicit ꝙ interior cortex glãdis est stipticior: ⁊ ta
men exterior est grossior in qua magis fundatur stipticitas.
Solutio ꝙ exterior est magis stipticus formaliter: interior
ṽo effectiue: ⁊ sic intelligit Auicenna. ¶ Queritur vtrum
castanee sint calide in primo gradu ⁊ sicce in secũdo. Cõtra
planta est fri. ⁊ sic. igitur. Item Auicẽ. simul determinat de
castaneis ⁊ glandib⁹ propter similitudinẽ seu cõuenientiã:
sed glandes sunt fri. ⁊ sic. igitur. Solutio ꝙ q: castanea ha
bet multa preputia et coria: nutrimentum solidum frigiduꝫ
et siccum cedit in coria illa: ⁊ purior pars illius nutrimen
ti cali. ⁊ hu. cedit in medullã: sed siccitas de difficili remouet̃
cum sit nobilior passiua: ꝓpter hoc denominant̃ a medulla
ca. ⁊ sic. Et ad argumenta que possent fieri: nota ꝙ fructus
sequitur cõplexionẽ plante materialẽ: sed ratione istius nõ
ponitur in gradu: sed nõ cõsequitur formalẽ que est a domi
nio que datur ab agente ratiõe cuius ponitur in gradu. Et
nota ꝙ Auicen. determinat sil' de eis q: sunt ventose: non ta
men q: sint eiusdẽ cõplexionis. Nota ꝙ castanee non dant
bonum nutrimentũ simpliciter: sed leue cõparatione ad glã
des: et sic loquitur ysaac. Item alliciũt appetitũ: ⁊ qđ bene
sapit bene nutrit sicut dicit ysaac. Et ꝙuis sint ventose de se
tamen per artificiũ ⁊ decoctionẽ coruꝫ ventositas remoue
tur: ⁊ sic adhuc dant bonum nutrimentũ absolute loquẽdo.
Nota vlterius ꝙ assate simpliciter sunt meliores elixatis:
q: assatio remouet maius nocumentũ scꝫ ventositatẽ: ꝙ̃ eli
xatio que remouet aut tẽperat siccitateꝫ. Nota ꝙ castanee
generant sonitũ in igne: q: quando ponunt̃ in igne medio
cri: tunc calor ille mediocris dissoluit ventositatẽ tantam ꝙ
oportet vt rumpat̃ cortex: ⁊ tunc illa ventositas subito cum
sonitu exit: sꝫ si in calore ignis debili aut fortissimo ponerẽt̃
nõ fieret illud: q: ſm Aristotelẽ quarto metheoroꝝ calor for
tis non generat ventũ: nec etiam debilis: q: fortis consumit
plusꝙ̃ resoluat: ⁊ debilis non est potens resoluere: sed non
rũpit̃ sic cortex in aqua: q: illa vẽtositas ↄsumit̃ paulatine.

¶ De oliuis.

OLiue duobus modis diuiduntur: sunt eñ
domestice ⁊ siluestres. Domestice ṽo trifa
riam diuidunt̃: vno cum sint põtice virides
⁊ nondũ mature: scđo cũ sint nigre ꝑfectaꝫ
habẽtes maturitatẽ: tertio cũ sint inter maturitateꝫ
⁊ ĩmaturitatẽ mediocres rubeũ habentes colorẽ q̃s
diascori. appellauit hyacinthinas. Virides q̃ sunt põ
tice ⁊ ĩmature ĩ duo diuidunt̃. in aquaticas: hoc noĩe
ꝓpterea funguntur: qm̃ nil vnctuositatis in eis repe
ritur nisi paruissimũ: qđ nullo modo ab eis põt ma
nare ꝓpter sui liquoris ⁊ aquositatis subtilitatem.
sunt ⁊ alie que abusiue vocant̃ aquatice de quib⁹ fit
oleum omphacinũ. Oliue ṽo que recte aquatice vo
cãtur: sunt terrestres: qđ põticitas sueqꝫ vnctuosita
tis testatur inopia: ⁊ ob hoc ad frigiditatẽ ⁊ siccita
tem pertinent: vnde stomachi sunt confortatiue ma
gis ceteris oliuis: ventris tamẽ cõstipatiue: ⁊ minus
omniũ corporum nutritiue: ⁊ ad digerenduꝫ tardio
res. Paruitas nutrimẽti fit ꝑ sue vnctuositatis ino
pia: ⁊ ob digestionis tarditatẽ ⁊ frigiditatẽ ⁊ duri
ciam: quas multi preparant cum sale ⁊ aceto: quidaꝫ
vero cum sale ⁊ aqua: nõnulli ṽo cum aceto: sed que
sunt cum sale ⁊ aqua condite: a sale accipiũt quandã
acuminis ⁊ siccitatis partem: vnde sanguini incen
dium prestãt: stomachi neruos mordẽt: sunt etiã diffi
ciles ad digerendũ ꝓpter grossitudinẽ ⁊ duriciẽ: eaꝝ
tñ acumẽ pũgit intestina: vñ citi⁹ egerunt̃. Que aũt
cũ aceto ꝑparate: sunt tenuiores: ꝑinde cho. ru. acu

men extinguūt: appetitum excitant: maxime si in me
dio prandij accipiantur: que si digestioni obediētes
sunt: optime stomachū confortant ⁊ ventrē stringūt.
Alie vero que abusiue dicūtur aquatice: prioribus sunt
nutribiliores: minusq̄ȝ stomachū confortant propter
eorum vnctuositates: vnde a stomacho facile descen
dunt. Nigre que ad maturitateȝ peruenerint: calide
sunt ⁊ mediocres inter siccum ⁊ humidū: quas tamē
diascorides dicit siccitati pertinere. Gal. vero testatur
eas habere hūiditatē. Possibile est enī qd dicit: earȝ
enī saporitas ac vnctuositas innuit illā humiditateȝ
habere. hac de causa: cibus earum multū nutribilis
⁊ grossus ⁊ mollificās stomachū: tardus ad digeren
dum: facilis ad egerendum. tarditas digestionis fit
propter vnctuositatē cibum facientē natare in sum-
mitate stomachi: ⁊ cohibentē ad locum decoctionis
descendere. facilitas egestionis fit ꝓpter vnctuosita
tem in stomacho lubricantem: vnde prius ꝙ digerat̄
descendit a stomacho: idcirco ad priorū ⁊ terrestriū
comparationeȝ sunt illaudabiles: que incōuenientē
⁊ illaudabilē generant chimū: presertim si sunt cū sa-
le condite: nonnunq̄ȝ enī in choleram conuertuntur.
Hyacinthine minus nigris sunt nocibiles ꝓpter vn-
ctuositatis sue pōticitatisq̄ȝ inopiā: proinde aliquan
tulum stomachū cōfortāt: chimus tamē quē iste siue
rubee generāt oliue: est sm̄ earum colores: de nigris
videlicet niger: de rubeis rubeus generatur cibus:
Rubee inquit Ga. oliue colorē faciunt quasi vitellū
oui. Itē idem. rubee oliue: nec nigredini nec maturi-
tati accedentes: stomachū confortāt ⁊ ventrē consti-
pant: sed nigre perfecte maturate cito in humorū cor
ruptioneȝ transducunt̄: stomachū molliunt ⁊ ventrē
humectant. De tn̄ sm̄ medicinā sunt vtiles: q: si terā
tur ⁊ super loca igne vel aqua calida vsta ponantur:
vesicam ibidem nasciturā reprimunt.

De oleis.

Oleum bifarie diuiditur: est enim recens de
oliuarū quideȝ fructib⁹ nouiter expressum:
est ⁊ vetus tarde de eisdē fructib⁹ manās.
Recēs vero si sit de oliuis ponticis ⁊ imma-
turis: vocatur oleum omphacinuȝ. Uniuersaliter tn̄
oleum cognoscitur laudabilius in odore si sit odorife
rum. in sapore si sit optimi saporis .s. cuius pōticitas
in lingua sentitur: acuminis indigēs. qualitate quia
quantū ponticitatis hȝ: tantuȝ frigiditati ⁊ siccitati
pertinet: ⁊ ob hoc stomachū confortat. proinde anti-
qui illud assimilauere oleo rosato: illudq̄ȝ in multis
passionibus vice rosati dederūt. Oleū quod recens
nouiter ab oliuis manatū nigris ⁊ maturis; caliduȝ
⁊ humidū mediocriter: stomachi mollificatiuū: ven-
trem humefaciens cito in cholerā ru. transformatur.
Oleū vero qd ab oliuis exijt diu residentibus: si ex oli
uis fiat immaturis; omni carebit malicia: nisi ꝙ ali-
quid retinebit ponticitatis: ⁊ ablata ponticitate pe-
nitus fit nocibile: citoq̄ȝ in malos humores conuerti
bile: atq̄ȝ mollē faciens stomachū: digestiuam tn̄ vim
non impedit. ꝙ si multomagis inueterauerit vt sapo
ris fiat asperioris ac horribilioris: inconueniens erit
esui: medicine tamen vtile.

Oliue sunt fri. ⁊ sic. sm̄ Auicen. q: restringūt fluxum vē
tris. Item oliue in sui principio sunt pontice: ergo fri. ⁊ sic.
quod concedo. Et q̄uis in regione calida generent̄: tamen
non immutant̄ ad crasim continētis aeris: q: continēs non
complete dominatur desuper: q: oliua non est obediens. Et
q̄uis sapor amarus attestetur caliditati: vt dicit ysaac in vni
uersalibus dietis ⁊c. tamē q̄uis oliue sunt amare non sunt
calide gradualiter: quia illa substātia cali. in qua fundatur
amaritudo est pauca superficialis: sed quantū ad substantiā
centralem reponunt̄ in gra. Et nota quoad istud ꝙ duplex
est amaritudo: quedā que fit a calore agentis vt pȝ in mel-
le qn̄ decoquitur ad ignem: ⁊ talis attestatur caliditati. Alia
est amaritudo que fit per admixtionem partium terrestriū
cum siccis sicut patet in mari quod est amarum. Et nota ꝙ
siccitas inducitur in oliuis a calore agētis ⁊ extraneo: ⁊ ta-
lis nō ponit i speciē nec cōplexionē. Querit̄ quare buxus
abies ⁊ laurus longo tēpore retinent folia sua ⁊ non sic alie
plante. Solutio ꝙ in buxo retinent̄ folia ratione dure cōpo
sitionis difficilis resolubilis. Et in abiete ratione viscosita-
tis ⁊ vnctuositatis. Et in lauro rōne materie nutrimētalis
cali. ⁊ humi. ⁊ per viam primā melācholici homines diuti⁹
viuunt: p scdam phlegmatici: ⁊ p tertiā sanguinei. Queri
tur quare folia sunt acuta in buxo lauro oliua ⁊c. in populo
⁊ alijs sunt lata. Causa est q: nutrimentū populi ⁊ similiuȝ
est humidū: fluidū: aquosum: ⁊ meatus sunt lati per quos
attrahitur: igitur expāditur in latum. Sed in alijs nutrimē-
tum est viscosum ⁊ vnctuosum transiēs per angustos mea-
tus. Querit̄ quare oliue tarde nutriunt̄ cum sint in cali-
da regione. Una causa est ꝓpter abūdantiā materie. Scda
causa est distantia fructus a sua planta. Tertia cā est ei⁹ no-
bilitas. nam homines tardius veniunt ad cōplementum q̄
animalia alia minus nobilia. Nota hic ꝙ omnis fructus in
principio attestat̄ sue plante excepta oliua que est amara: ⁊
fructus eius in principio dulcis: ⁊ amaritudo introducitur
tractu tēporis longo: ideo tardius maturatur. Nota ꝙ ista
planta maxime degit in calida regione. Primo ratione sue
magne attractionis in virtute attractiua nutritiua. Secun-
do ratione sue nobilitatis. Tertio q: nutritur ex nutrimēto
nobili scȝ ca. ⁊ humi. ⁊ omnia talia reperiunt̄ in calida regio
ne. Querit̄ vtrū oliua habeat stomachū cōfortare vt di-
cit littera: ⁊ intelligit de medie etatis ⁊ non viridi ⁊ prime
nec vltime etatis seu maturitatis; q: tales mediocres habēt
quandā vnctuositatē naturalē nō nimis aquosam sicut ha
bent virides: nec nimis desiccatā sicut habēt cōplete matu
re. ysaac dicit ꝙ debent sumi in medio prandij: quāuis ra-
tione molliciei deberēt sumi ante cibum ⁊ ratione siccitatis
post: vnde si ante sumerent̄ facerent abominationē ⁊ defe-
ctarent appetitū sicut faciūt brodia nimis pinguia: tamē in
principio sumunt̄ prandij: et si post sumerent̄ supernatarēt
stomacho ratione sue vnctuositatis: igitur debent capi in
medio vt ratione vnctuositatis mediocris faciant priora ci-
baria descendere ⁊ sequētia: ⁊ ista vnctuositas earū non re-
maneat in orificio faciens phantasticā repletionē. Que-
ritur cuius cōplexionis sit oleū a parte actiuarū. Gal. enim
multū diffuse determinat de eius cōplexione in lib. de sim-
plici medicina: videt̄ ꝙ sit cali. ⁊ sicce cōplexionis: ⁊ hoc per
rationem Ga. q: vt dicit omne vnctuosum est calidū ⁊ siccū.
Idē dicit phs in lib. de animalibus: sed oleū est vnctuosuȝ:
igitur. Iteȝ in habentibus symbolū facilior est transit⁹: sed
oleum cito inflāmatur: ergo habet cōuenientiam cum igne
qui est ca. ⁊ sic. Item dicit Auicen. ꝙ oleū supernatat omni
bus alijs liquoribus: cum ergo calidi ⁊ sicci sit supernatare
igitur. In cōtrariū est Gal. in de simplici medicina: probās
ꝙ est tēperatū hoc modo. Omne illud quod applicatū cor-
pori tēperato non distrahit illud ad aliquā qualitatē est tē-
peratum: oleū est hmōi: igitur. Item dicit phs scdo de aīa:
ꝙ susceptiuū coloris est noncolor: ⁊ soni absonuȝ. Item di-
cit ysaac in dietis vniuersalib⁹ ꝙ susceptiuū saporū est insa
poratum: ergo cum oleū omnes qualitates suscipiat erit de
se nullius qualitatis: ⁊ sic erit temperatū. Item dicit Gal.
in de simplici medicina: ꝙ omne illud quod corpora frigida
calefacit ⁊ calida refrigerat est temperatū: sed oleū est hmōi
igitur.

igitur. Ad hoc dico ꝙ Auicen. dicit ꝙ oleū est temperatum in caliditate tamen declinat ad humiditatē. Quidam distinguūt ꝙ aliquid dicitur esse tale vel tale per id quod habet in actu: ⁊ hoc mō aqua calida dicitˀ esse calida: licet sit essentialiter frigida: ⁊ zinziber calidū ⁊ siccum: licet essentialiter sit calidū ⁊ humidū. Item aliquid dicitur esse tale ab eo qđ habet in essentia: sicut aqua dicitur esse frigida: ⁊ ab ista cōplexione essentiali denominatˀ vnūquodqꝫ sicut dicit Gal. in tegni. Aut aliquid đr esse tale finaliter: vt lac dicitˀ esse calidū ⁊ humidū respectu nutrimenti: cuꝫ ad nutriendū ordinetur: ⁊ nutritio vigeat ꝑ calidum ⁊ humidū: licet lac essentialiter sit frigidū ⁊ hūidū. Uel đr esse tale formaliter: sicut caro est calida ⁊ humida formaliter cū assimiletur cōplexioni que calida est ⁊ sicca: ⁊ hoc modo dicitˀ ꝙ oleū est formaliter calidū ⁊ humidū. Aut effectiue dicitur esse aliquid tale: ⁊ hoc modo oleū est temperatū: q: nō distrahit corpus humanū ad aliquā qualitatē. istā solutionē videtur velle Gal. in de simplici medicina. Alij dicunt ꝙ oleuꝫ cōsideratum in se est calidū ⁊ humidū: ⁊ in cōparatione ad naturā humanā est temperatū. Sed dicamus ꝺm primā solutionē ⁊ melius ꝙ auctores qui dicunt oleum calidum ⁊ humidū loquūtur formaliter: illi vero qui dicūt esse temperatū loquuntˀ effectiue. Ad primū argumentū dicitur ꝙ vnctuositas a calido generatur: sicut patet in ficubus maturis: ⁊ talis attestatur caliditati. Alia est que non generatur a caliditate: sed a materie radice: ⁊ talis nō attestatur caliditati: ⁊ ista est in oleo. Ad secundum dico ꝙ quedam inflāmantur ratiōe sue complexionis ignite: ⁊ talia caliditati attestātur: quedam vo ratione sue substātie passibilis: sicut oleum cū sit temperatuꝫ patitur cito: ⁊ homo cū sit tēperatior: citius patitur lapsum ꝙ alia animalia. Ad tertium dico ꝙ oleum non supernatat alijs liquoribus ratione sue cōplexionis: sed ratione sue viscositatis. Ad aliud dico ꝙ aer nō est in oleo seu oleum non est plenum aere per viā cōpositionis ⁊ cōmixtionis partiuꝫ aerearū naturaliter: q: tunc talis plenitudo argueret calidū: sed est plenum aere per interceptionem: sicut patet de niue in qua intercipitur aer: ⁊ tamen non dicitur calida: igitur in oleo similiter intercipitur aer inter partes olei cū sint viscose. Alia argumenta que probant oleum esse temperatū: concedo cū Auicen. Sed ad alia argumēta sequētia probantia ipsum esse frigidū: dico ad primū ꝙ species vno modo sumitur prout supponitur generi: ⁊ sic obijcis. Alio modo sumitˀ ꝓut idē est qđ maneries ⁊ sic capit pħs: vñ nō loquitur quoad complexionem: sed quantum ad proprietatē scꝫ fluere. Uel dicēdū ꝙ in oleo est q̄dā pars aquosa: ⁊ quātum ad istam est sensus aque. Est alia vnctuosa: ⁊ talis non est sensus aque: ⁊ quantū ad istā reponitur in gradu. Sequitur argumentum solutum probans oleum esse frigidū. Arguitˀ sic: dicꝫ Aristo. ꝙ omnis aqua ⁊ eiꝰ sensus est frigidus: sed ꝺm Aristote. oleum est species aque: igitur solutum est. Aliud sequitur argumentum: de natura frigidi est condensare, ⁊ constringere ⁊ cōserere cū moueat a circūferentia ad centrum constringendo: sed partes olei cōserte sunt et condēsate: vnde nō possunt separari abinuicē: igitˀ. Itē Auicē. dicit ꝙ oleum refrigerat calida apostemata: igitur. Ad primum istorum duorum respondetˀ ꝙ talis insertio nō fit ratione frigiditatis: sed viscositatis ⁊ vnctuositatis materie quare non potest cū alijs rebus misceri. Ad aliud dicitur ꝙ nō refrigerat per contrarietatē: sicut aqua frigida: sed ꝑ remissionem: sicut aqua tepida refrigerat calidissimā: igitur cū oleum sit temperatū remissiue refrigerat. ¶ Queritˀ vtrū oleum sit siccum: patet ꝙ sic: q: dicit Auicen. ꝙ oleum cutē hominis desiccat: igitur. Item dicit ysaac inferiꝰ: ꝙ pisces qui peccant per humiditatem debent frixari in oleo: q: per oleum humiditas consumitur: igitur cū desiccet erit siccuꝫ. In oppositū ē ysaac q̄ dicit ꝙ est lubricatiuū ⁊ remollitiuū sed omne tale est humidū: vt dicit Hippo. in regimine sanitatis. Item Gal. super apho. dicit omne maturatiuum esse cali. ⁊ hu. sed oleum est hmōi: igitur. Item ibidem dicit ꝙ illud qđ ꝓcurat sanitē est simile nature humane: sed oleū vt dicit Auicē. ꝓcurat sanitē: igitˀ est ca. ⁊ hu. sicut natura hūana. Ad primū dicitˀ ꝙ hoc est ratione caloris naturalis acuti sub cute existentis: q̄ statim distrahit oleū cū sit temperatū a suo tēperamento: ⁊ nō ratione olei. Similiter ad scđm dico ꝙ hoc est ratione caloris ignis: qui distrahit oleū a suo tēperamento. Ad alia dico ꝙ licet oleū sit humi. in substātia nō tamē in cōplexiōe. Ad alia duo dico ꝙ hoc nō facit ratione sue cōplexionis: sed dūtaxat calorē naturalē cōfortando ⁊ digestionē materie morbi ꝓcurādo. ¶ Queritˀ qđ oleū sit melius aut factū ex vuis immaturis aut ex maturis: videtˀ ꝙ primū: q: dicit Auicē. ꝙ omphacinū est melius. Item primū vinū qđ exit ab vua spōte est melius illo qđ exit ꝑ torcular: igitur a simili prima gutta q̄ cadit ab oliuis erit melior: scđa: ⁊ sic primū oleū erit meliꝰ. In cōtrariū est ysaac dicēs: ꝙ oēs fructꝰ sunt meliores in sui cōplemēto. Ad argumētū primū dico ꝙ primū oleū est meliꝰ via medicine: q: magis ponticū: ⁊ minꝰ vnctuosum: ⁊ sic loquitur Auicē. Sed secūdū oleū est melius via nutrimēti: q: fit ex oliuis cōpletis. Ad secundū dico ꝙ nō est simile de vino: vt videbitˀ statim. ¶ Queritˀ qđ melius est oleū aut de oliuis maturis diu reseruatuꝫ aut nouiter factū. Dicūt oēs auctores ⁊ maxime Auicē. ꝙ oleū antiquū est multū cali. ⁊ si nouū vo tēperatū: vt dicit Gal. sed omne tēperatum est melius nō tēperato: igitˀ. Et causa huiꝰ est: q: oīs res tēperata ꝑ ꝓcessum tēporis peioratˀ: sed res nōdū existēs in tēperamēto: sicut vinū nouuꝫ nō peioratur ꝓcessu temporis: ſꝫ melioratˀ: ideo dicit ysaac ꝙ vinū antiquū est meliꝰ: q: in vino nouo sunt plures ptes aquose q̄ indigēt ꝓcessu temporis ad earū cōsumptionem: sed in oleo sunt pauce que in breui tēpore ↄsumuntˀ: igitur. Nota ꝙ oleū nūꝙ putrescit: q: eius substātia est viscosa ⁊ vnctuosa: ⁊ viscosuꝫ ē cuiꝰ ptes adherērēt catene: vt dicit pħs q̄rto metheo. igitˀ nō ꝑmiscetˀ cū alijs rebꝰ: ⁊ quia putrefactio est permixtio puri cū impuro: ideo maxime putrefactioni resistit ꝙuis sit cali. ⁊ hu. Itē est grosse substātie q̄ maxime repugnat calori extraneo. Uel dicēdū ꝙ cali. ⁊ hu. remanentia in statu naturali nō sunt principia putrefactiōis: igitˀ cum sint in oleo in statu naturali nō generāt putrefactionē. Nota vlterius ꝙ oleū supernatat alijs liquoribus ꝙuis sit ponderosum respectu aque: ⁊ tamē aqua nō supernatat: et etiā ꝙuis digestio ꝓcedat ingrossando: vt dicit Arist. ⁊ in de aīalibus dicat ꝙ sperma bñ digestū petit fundū: ⁊ ysaac in vrinis ꝙ ypostasis laudabilis bñ digesta petit fundū. Una cā est: q: est plenū aere ⁊ aer supernatet aq. Scđa cā est eiꝰ materie viscositas rōne cuius refugit cōmixtionē cū alia re. ⁊ differūt graue ⁊ pōderosuꝫ: q: pōderosuꝫ dicit diuiꝫ materiale: sed graue dicit molā: vñ ponderosum nō opponitˀ leui: sed graue: ideo si oleū sit pōderosum tamē nō est graue. Nā videmus ꝙ. xx. libre ligni supernatāt aque: ⁊ vna libra plūbi petit statim fundū. Et nota ꝙ q̄dā est digestio q̄ procedit ingrossando: vt in spermate ⁊ ypostasi: est aūt alia q̄ fit rarefiendo: sicut in oleo. Nota vlterius ꝙ oleum nō cōpetit in herisipila aut alijs apostematibus magne caliditatis: q: cū sit oleū cito passibile: distraheretˀ a suo tēperamento: et inflāmaretˀ: sed in alijs apostematibus calidis vbi nō est calor fortis: oleū confortat calorē illū per modū remissionis: sicut aqua tepida calidissimā refrigerat.

¶ De iuiubis.

Iiube calide sunt ⁊ hu. in primo gradu. parū nutriūt: ⁊ difficiles ad digerēdum sunt stomachoqꝫ nociue: ⁊ sanguis phlegmatici generatiue. Que tamē cū sunt pontice ⁊ immature: sanguinis acumen extinguūt: ⁊ si ad maturatiōis tempus peruenerint: pectoris ac pulmonis asperitatē humectāt. vnde Gal. Iuiube nec sanos custodiūt nec sanitatem egris restituunt.

¶ De myrtillis.

Mirtilli diuersis cōponuntur virtutibus: ſꝫ tñ eos frigiditati ⁊ siccitati ptinere dicimꝰ habent enim ponticitatē ⁊ modicū amaritudinis tenueqꝫ dulcedinē. Ideoqꝫ ꝑpter sue dulcedinis tenuitatem valēt ad tussim de calore ortā

absq; pectoris τ pulmonis nocumēto: τ propter suā ponticitatē cōtra sanguinis fluxum τ cholericā egestionē. stomachi τ vesice τ intestinorum sunt cōfortatiue. Rursus propter eorū pōticitatis τ dulcedinis cōmixtionē vrinā prouocāt: ventris dolorē mitigant: eorum succus nō minus fructibus valet. Myrtillorū tamē qui sunt nigri: ceteris sunt meliores.

¶ De pomis citrinis.

nocent stomacho ratione sue frigiditatis et neruis. Si vero dentur via nutrimenti: cum dentur in multa quantitate: et multum est timendum de nausea: tunc competunt ante cibum: quia tunc ponuntur in fundo: et sic loquitur iste auctor. ¶ Queritur vtrum cucumeres competant in fe. Respondeo sicut de melo. Dicas tamen quod competunt ratione sincopis sinthomatis febris: quia Auic. dicit quod releuant a sincopi: saltem in fe. acuta: quia in fe. chronica plus timendum est de fe. quam de sinthomate vt est quartana: sed in acuta plus timetur de sinthomate quam de febre vt de sincopi. Non tamen competunt ratione materialis feb. cum sint putrefactibiles et passibiles nec etiam propter rationem formalis: quia possumus dare aquam frigidam in sincopi febris: vbi non erit timendum de eius putrefactione sicut de putredine cucume. Et si arguitur quod secundum Ga. in tegni. naturalis discrasia appetit similia: innaturalis vero contraria: igitur cum cucume. sint frigid. et humi. et natura appetat talia in fe. competent. Respondeo quod tu obijcis de natura non coacta: sed natura coacta quandoque appetit contraria per morbum tamen: quia de facili patiuntur cucu. ideo melius est dare alia fri. et humi. non ita passibilia ratione sue substantie sicut aqua. ¶ Queritur qui sint meliores aut cucu. rugosi aut lenes. Respondeo quod asperi et rugosi sunt meliores: quia minus habent de mollicie: ratione cuius lenes vituperantur. Nota quod immaturi sunt meliores propter istam causam quia sunt minus molles. Et quamuis dicat ysaac: quod vnumquodque melius est: dum est in suo complemento: hoc intelligitur vt in pluribus et in non peccantibus in mollicie. Item natura non generat nec digerit melones propter nutritionem: aut propter carnem: sed propter pepaua vt magis sint apta ad multiplicationem sue speciei. Alterius nota quod bonitas istorum fructuum potest attendi in via medicine: et tunc virides meliores sunt: aut in via nutrimenti et perfectionis sui seminis: et sic maturi sunt meliores. Nota quod cucumeres confortant cor: et valent contra sincopim quia est in superficie quedam substantia subtilis aromatica. item ratione complexionis sue fri. et humi. alterat membrorum spiritualium sicci. et ca. ¶ Queritur vtrum citruli valeant in febribus. videtur quod sic: quia dicit Auicen. quod maxime ardores reprimunt: igitur. Solutio: Auicen. intelligit de extra applicatis et non intra. Nota quod non competunt in feb. cum apostemate: quia incrudarent materiam apostematis: et sic fe. cum sint accidens quamuis curarent: tamen apostema non. Nota quod Auicen. dicit quod cucurbita valet in passione colica: quia vt plurimum generatur a duricie fecum: quam cucu. habent remollire ratione sue humiditatis.

¶ De lactucis.

Lactuce duo genera sunt: domestica et siluestris. Domestica: licet frigida sit et humida: non tamen ei vltime dominatur: si he enim qualitates secundum quantitatem dominarentur: lactuca natura cibi careret: sed actio eius soli medicine conueniret: magis in fine sui temporis cum induratur. Ideoque antiqui dixerunt eam esse frigidam in secundo gradu: et aquis lacuum assimilauerunt: quarum complexio minus aquis fluminum frigida est: propter solis calorem: eam vsque ad profundum penetrantem: et terre vicinitatem: et commixtionem sui cum luto. Lactuca vero cum sit mediocriter frigida et humida: melior est ceteris herbis ad generandum bonum sanguinem in qualitate et quantitate: que si non lauetur aqua: melior est: aqua enim sue humiditati et frigiditati prebet augmentum. Lactuca cito digeritur: vrinam prouocat: morsionem stomachi de cholera ru. ortam extinguit: vnde tussim placans: sanguinis ebullitionem refrigerat: somnum vigilias habentibus prestat laudabilem: capitis dolorem de chol. vel sanguine factum amputat: cataplasma in temporibus ad supradicta valet: et cocta plus quam cruda esui est conueniens: quia eius lac calore ignis minuitur: propter quod somnum erat inducens: propter hoc ergo lactuca in suo exordio cum lacte indiget: fit vtilior stomacho: et ad augmentandum lac in mulieribus: et viris semen conuenientior. Causa stomachum iuuans est paruitas sui acuminis propter sui frigiditatis humiditatisque temperiem: sperma et lac augmentat: propter bonitatem sanguinis quem generat in qualitate et quantitatis perfectione. Rursus eius actio nec ventris est solutiua nec constipatiua: indiget etiam acumine et salsedine et dulcedine vnde fiat solubilis: et stipticitatem: et ponticitatem non habet: per quam constipatiua iudicetur: sed tamen cum induratur et lactis copiam habuerit eius humi. minuitur et fit amari saporis: vnde fit aperitiua: sanguinem tamen generat pessimum: idcirco eam assuescentibus fit nocitiua: quia tenebrositatem in corum oculis facit: spermatis materiam corrumpit. Causa visum obscurans est mortificatio sensus: vnde visibilis spiritus extinguitur: cum sua etiam ponticitate calorem extinguit naturalem: ideoque sperma coagulatur hac de causa semen lactuce pollutionem habentibus potui datum summa celeritate succurrit: cataplasma frondium earum erisipilam habentibus subuenit: calida etiam apostemata destruit. ¶ Lactuca siluestris in forma similis est domestice: rami tamen siluestris longiores sunt: frondes subtiliores et asperiores minusque virides propter humiditatis sue paruitatem: quod testatur sue amaritudinis et ponticitatis multitudo. Idcirco minoris est frigiditatis domestica: est enim quasi mediocris inter calidum et frigidum in primo gradu: cuius actio iuuatiua quasi eupatorium: lac eius est quasi papaueris nigri: minus tamen frigidum. vnde diascorides: lactis siluestris lactuce. 3. semis cum succo domestice et aceto mixto: et potui data: hu. crudos expellit. solum etiam lac bibitum somnum inducit: alij dicunt menstrua prouocare propter suam amaritudinem.

¶ De endiuia.

Endiuia duplex est: domestica et siluestris Domestica vero diuerse est virtutis: habet enim amaritudinem: ponticitatem et insipiditatem: que iterum in duas partes diuiditur. Est enim hyemalis et estiualis. Hyemalis autem insipida est propter sue amaritudinis paucitatem: et insipiditas eius propter temporis frigiditatem et hu. vnde frigida est in fine primi gradus: alij dicunt in principio secundi gradus: quidam autem dicunt eam esse hu. quod sensui non patet. eius enim siccitas palam est propter amaritudinem: suique ponticitatem. secundum medicinam vero vtilis est: quia cataplasma ex ea factum super stomachum positum mire confortat: in potu valet quam cholericis et cardiacis. Estiue autem amaritudo est maior: sed minoris frigiditatis: frigida enim in primo

gradu:sic.in medio eiusdem:proinde peiorem gene-
rat sanguinem Ga.endiuia siue lactuca que maioris
est amaritudinis:ipsa deteriorem sanguinem gene-
rat.Estiua vero ſm medicinā est mediocris: quoniā
plus est aperitiua maxime constipationis epatis: q̄
si elixa detur cum obsomogaro:⁊ oleo ad comedēdū
erit nocibilis:si vero cum aceto:stomachū confortat
⁊ vētrem constipat:succusq̄ꝫ eius coctus ⁊ despuma
tus cum orizaccara bibitus constipationem aperit:
⁊ humores putrefactos mundificat:fitq̄ꝫ conueniēs
diu febricitantib⁹.Siluestris frigida est in initio pri
mi gradus:sic.in fine eiusdem:ideoq̄ꝫ habet pontici
tatem stomachum confortantem. que si comedatur
aut succus eius potetur:morsui scorpionis subuenit
cataplasma eius idem operatur. Radix eius cōtra
venenum est:que cum myrrha mixta:⁊ in vuluā mis-
sa:menstrua proculdubio prouocat.

¶ Nota ꝙ lactuca si frequentetur generat caniciē:vt dicit
Auic.intelligendo in stomacho phlegmatico.Et nota ꝙ q̄-
uis ratione sue complexionis fri.⁊ hu.non generet bonum
sanguinem nec bonum nutrimentum:tn̄ ratione sui acumi
nis occulti in sapore:qua de re hꝫ caliditatem:⁊ ratiōe cen-
tralis substantie fri.ratione cuius hꝫ insipidum saporem:⁊ ꝑ
istis duobus temperatur ⁊ facit bonum nutrimentum ; nō
tamen bonum simpliciter:sed respectu alioꝝ olerū:⁊ sic in
telligit littera:⁊ etiā si detur stomacho temperato aut phle
gmatico non generat bonum sanguinem:sed bene si in sto-
macho cholerico ratione sue complexionis ⁊ etiam substan
tie. Nota vlterius ꝙ formaliter lactuca melius nutrit q̄ bo
rago:q: magis obedit digestiōi:sed effectiue borago cū pu
rificet sanguinē melius nutrit:nō tn̄ ratiōe cōplexionis sue
ca.⁊ hu. Nota ꝙ simpl'r lactuca non lota melior est lota : q:
ablutio inducit molliciē que est via in putrefactionē:⁊ sic in
via nutrimenti est melior:⁊ etiā in via medicine : q: lactuca
de se est fri.⁊ hu.quā virtuteꝫ fri.⁊ hu.faciūt penetrare par
tes superficiales calide ⁊ sicce vsq̄ꝫ ad centrū:⁊ sic effectiue
non lota magis infrigidat:formal'r tn̄ lota. ¶ Querit' vtrū
omnis cibus ⁊ maxime frigidus vt lactuca habeat corpus
calefacere.Solutio:calefacere est dupl'r:aut quātitatiue:et
sic questio est affirmatiua:q: addit in sanguineꝫ:aut forma
liter ⁊ qualitatiue:⁊ sic calidi cibi calefaciunt ⁊ frigidi non.
Et si arguitur sic.Omne qd̄ reducitur ab aliquo de poten-
tia in actuꝫ conuertitur in naturā illius:sed omnis cibus re
ceptus in corpore reducitur de potentia in actū ꝑ calorē na
turalem nostri corporis:ergo conuertitur in calorem natu-
ralem.Item quecūq̄ꝫ reducuntur ab eodem agente de po-
tentia ad actum:⁊ in idē conuertuntur: eundem effectū ha
bent inducere:sed oīs cibus in corpore receptus reducitur
de potentia ad actum a calore naturali:⁊ in eundē calorem
naturalem conuertitur : ergo eundem effectum inducet
cum calore naturali:sed calor naturalis calefacit corpus:er-
go ⁊c.aut eundeꝫ effectum inducent oēs cibi:sed quidā est
cibus scꝫ calidus qui calefacit:igitur ⁊ omnes cibi calefa-
cient.Item dicit ysaac in fe.ꝙ tantum potest debile agens
in magno tēpore quātū forte in pauco.hoc idē dicit philoso
phus in de celo ⁊ mūdo:ergo cum calor febri. sit forte agēs
in quemlibet humorem:⁊ potest in suam naturam conuer-
tere:⁊ ipsum calorem febrilem fortificare:videtur ꝙ simili-
ter calor naturalis cum sit debile agens.hoc ideꝫ dicit Ga.
in tertio de cōplexionibus ꝙ omnis cibus tam calidus q̄ fri
gidus addit in sanguinem:⁊ ita in cal'.q: dicit Aristotel'.in
de animalibus.ꝙ omnia animalia sanguine carentia frigi-
da sunt ⁊ venenosa:igitur.Contra: oē contrarium obuiās
suo contrario reprimit illud:igitur cibi frigidi alterabūt re-
primendo calorem naturalem ⁊ obuiando.Item dicit Ga.
ꝙ vnūquodq̄ꝫ tale vel tale dicitur ab eo qd̄ habet in poten-
tia ⁊ non ab eo quod habet in actu:quia aqua ca.diceretur
cal'.cum sit frigida:ergo cum cibi frigidi in corpore recepti
sint frigidi in potentia:⁊ in corpore reducantur in actum ꝑ
calorem naturalem infrigidabunt:⁊ si calefacerent corpus
iam haberent duos effectus contrarios quod est inconue-
niens:igitur.Ad primum dicitur ꝙ illa auctoritas habet in
stantiam:saltem in illis que reducunt excitando calorem so-
pitum in actum:sicut aqua frigida supra calcem proiecta: ⁊
tamen calor non conuertitur in naturam aque.Vel dicēdū
ꝙ est vera quando reducens complete dominatur supra il-
lud quod reducitur:sed non sic est in proposito:non eniꝫ ca-
lor naturalis complete dominatur supra cibum frigidum:
immo cibus frigidus agit quodammodo ratione sue mate
rie in calorem ipsum remittendo:⁊ hoc innuit Auicē. cap'lo
de eo qd̄ comeditur ⁊ bibitur.Ad secundum dico ꝙ verum
est si ab eodem agente:⁊ eodem modo se habente:⁊ si cōuer
terentur in idem eodem modo se habens: sed non sic est in
proposito:quia cibus calidus reducitur a calore naturali:
non eodem modo sicut cibus frigidus:nec econuerso.Iteꝫ
non conuertuntur eodem modo in calorem naturalem ci-
bus ca.⁊ fri.vt dictum est.Ad tertium dico ꝙ non est simile
de calore febrili ⁊ calore naturali:quia calor feb.semper do-
minatur:sed non sic naturalis.Ad contrarium de Gal'.dico
ꝙ ipse intelligit quantitatiue ⁊ non qualitatiue ⁊ formali-
ter.¶ Queritur vtrum omnis cibus tam ca.q̄ frigidus ha-
beat in fine corpus alterare.i.in tertia digestiua:videtur ꝙ
non:quia complexio via est in speciem : vt dicit ysaac:ergo
omnis cibus in secunda:aut saltem in tertia digestiua spo-
liatur sua complexione ergo ⁊ sua specie:igitur . Item hoc
faceret maxime cibus frigidus:quia ca.non alterat cum assi
miletur nature humane:sed hoc non:quia Ga.dicit ꝙ om-
nis cibus in fine calefacit:ergo faceret duo contraria : igi-
tur. Item dicit philosophus secūdo de anima.ꝙ omnis ci
bus in principio dissimilis est corpori: in fine vero similis:
igitur.Iteꝫ dicit Ga.ꝙ nutritio est perfecta assimilatio nu-
trimenti cum nutrito:igitur cum cibus fri.⁊ etiam cali.nu-
triat:igitur.Sed contra:que est comparatio prime digestio
nis ad secundam:eadem est secunde ad tertiam: sed prima
digestio non immutat cibum:ita quim alteret in secunda:
ita similiter non ita secunda immutabit quin in tertia alte-
ret.Item vt volunt auctores continuus vsus frigidorum
facit de cholerico phlegmaticum:⁊ econtra de cal'. respectu
phlegmatici:sed hoc nō fieret nisi cibus in tertia digestiua
alteraret:igitur.Ad hoc quidam dicunt ꝙ triplex est cibus:
quidam est cibus extra:⁊ quidam in via vt in scd̄a digestiōe
⁊ quidā cibus cibās effectu.Dicim⁹ ergo ꝙ cib⁹ extra et in
via alterat:sed non in effectu cibans : sed ista solutio non
valet:quia complexio est de cibante in effectu. Alij dicūt
ꝙ sine dubio cib⁹ cibans in effectu:in tertia digestiua cor-
pus alterat:sed ipsa alteratio vt ipsi dicunt nō debet' cibo ci
banti in effectu:immo potius calori naturali ⁊ spiritualib⁹
⁊ per hanc viam.dicunt enim ꝙ ex subtiliori parte nutrimē-
ti:siue cibi cibantis in effectu generatur calor naturalis e
spiritus qui calefaciunt membra:⁊ ita corpus alteratur:vn
de humiditas illius grossi cibi:in tertia digestiua non alte-
rat:sed solum pars aerea ⁊ subtilis que conuertitur in calo
rem naturalem ⁊ spiritus.Sed contra istam solutionem sic
possumus arguere:quia cum illa humiditas cibi in tertia di
gestiua grossa sit respectu illius que conuertitur in calore
naturalem ⁊ spiritus: videtur ꝙ illa humiditas grossa ma-
gis habeat corpus alterare q̄ subtilis:quia oīs qualitas
fundata in grossiori subiecto fortius operatur.vt patet de
caliditate ferri ⁊ stipule.Item cum illa pars subtilis que cō
uertitur in naturalem calorem:⁊ spiritus sit valde subtilis:
⁊ membra sint solida:nō posset membra alterare.Alij dicūt
ꝙ omnis cibus in fine alterat:distinguendo tamen ꝙ humi
ditas cibi in tertia digestiua potest considerari ratione ter
tie digestiue:⁊ sic non alterat:aut ratione vestigij:⁊ adhuc
retinet' a secunda digestiua:⁊ hoc modo habet alterare. Ta
men dicendum est simpliciter ꝙ omnis cibus maxime me-
dicinalis: vt lactuca ⁊ huiusmodi:in tertia digestiua corpus
alterat:q: aliter phlegmaticus nō fieret cholericus aut ecō
tra. Item tertio physi.dicit phs ꝙ oē agēs physice dū agit
patitur.hoc idem dicit Gal'.ponens exemplum de cultello

qui scindit rem mollem: ꝛ tamen aliqñ hebetatur. Silr di-
co ꝙ calor naturalis agens in cibum: in tertia digestiua pa-
titur ab ipso cibo. Ad primum argumentum dico ꝙ duplex
est species. quedã que inest rei inquantũ est res: ꝛ ista nõ est
via in speciez: est alia sensus q̃ debetur rei inquantũ est mix
tuz: ꝛ ista remanet in cibo in tertia digestiua: ꝛ ratione isti⁹
alterat. Ad scðm dico ꝙ frigidus cibus calefacit quantita-
tiue: ꝛ hoc modo loquitur Ga. sed tñ infrigidat qualitatiue
q: hu. gñat phlegmaticũ: vel saltẽ reprimit calorem natura
lem: ꝛ hoc non est incõueniẽs. Ad tertium ꝛ quartum dico
simul ꝙ cõplexio humana hz latitudinẽ vltra quã si pcedat
non erit naturalis: ꝛ silr si infra subsistat. Sed tñ in sua lati
tudine põt intẽdi ꝛ remitti: iõ oĩs cibus in fine est silis cõ-
plexioni humane existenti in latitudine sua. sed nõ existẽti
in puncto: q: cõplexio humana est ca. in scðo: ꝛ cibus erit ca.
forte in primo. Nota ꝙ lac in herbis est amarũ ꝛ nõ in aĩali
bus: q: in herbis gñatur ex humiditate terrestri q̃ est ama-
ra: ꝛ in aĩalibus ex sanguine q̃ est dulcis. Et est album sicut
in aĩalibus: q: vtrobiqꝫ gñatur a tertia digestiua que proce
dit dealbando. Nota vlterius ꝙ lac lactu. applicatũ exteri⁹
alterat repercutiendo materiã ca. venientẽ ad oculos: ꝛ visuz
turbantem ideo visum clarificat: sed administratum interi⁹
ledit: q: est maxime euaporatiuum: vnde dicit hippo. in am
pho. Lac dare caput dolentibus maluz. Nota ꝙ in endiuia
est duplex substantia: quedam subtilis in superficie expãsa
ca. ꝛ sic. impressa ab agente: ꝛ quãtum ad istam est ca. ꝛ sicca
Alia est cẽtralis frigida ꝛ sicca a dominio: ꝛ quantũ ad istaz
reponitur in gra. ꝛ sic loquitur ysaac. Uel nota ꝙ quedã est
amaritudo ab agente impressa: ꝛ quedam a radice materie
ꝛ eius dñio: ꝛ ista caliditati non attinet sicut in endiuia in q̃
generatur ab humido aquoso: aut sicco terreo. Et sic hac
de causa cum epar sit quasi sanguis coagulatus: habet en-
diuia ratione sue substantie centralis ipsum vnire ꝛ confor-
tare: ꝛ nõ permittit illud dissolui a sua diureticitate superfi
ciali: nec ab alijs medicinis diureticis cal.

De apio.

Apium duplicis est modi: domesticuz et
siluestre. Domesticũ in duas particulas
diuiditur: est enĩ quoddã in aqua nascẽs
ꝛ aliud in hortis. Aquatile aũt minus ce
teris ca. est ꝛ sic. pinde degestibile est et
minus stipticum: vnde cali. natura cõuenit. Ualet
ẜm medicinam: quia cataplasmatum cũ panis mica
super stomachum eius ardorem mitigat. Quod ve-
ro in hortis nascitur: ca. est in initio tertij gra. sic. in
medio: hoc testatur amaritudo eiusqꝫ actio. Jdqꝫ
coctum seu crudum esui datum oppilationem aperit
vrinam puocat: ventrem stringit: pprietatem etiam
hz constipationem soluendi: ꝛ viaz humoribus faciẽ
di: eosqꝫ ad stomachum vuluam ꝛ caput attrahendi:
vnde fit epilepticis nocumentum: maxime fetui i vul
ua existenti: vñ Ga. pregnantes inquit assidue apiũ
comedẽtes: fit cã generandi in corpore fetus aposte
mata ꝛ putridas pustulas. Rufus. Non debem⁹ ẜm
cibum apium laudare: q: humores totius corporis
ad stomachum coadunat: vnde generat vomitum.
Semen magis frondibus est diureticuz. Radix au
tem magis omnibus duretica: q̃ si cum lactuca com
edatur: non adeo corporibus nocet: quia de lactu-
carum humiditate temperiem aliquãtulam suscipit.
Nonnunqꝫ in medicinam mittitur semen: ꝛ doloris
prestat mitigationẽ: atqꝫ tussientibus remediũ: fitqꝫ
contra venenum. Sed tamen epileptie apiũ vniuer-
saliter nocet. Succus apij valet contra amphimeri-
nam febrem: si solus aut cum succo maratri mitt⁹ po
tetur. Est ꝛ aliud genus apij: quod vulgus cerfo
lium vocat. ca. in tertio gradu: sic. in secundo. Quod
potui datum cum mellicrato: vrinam ꝛ menstrua p-
uocat: laterum dolorem renum ac vesice placat. ven
tris dolorem de grossa ventositate mitigat: stomachi
ꝛ omnium viscerum ventositatem et oppilationem
dissoluit.

De petrosilino.

Petrosilinũ ẽ ca. ꝛ sic. i fine tertij gradus
ideoqꝫ diureticum est ꝛ incidens: vrinaz
ꝛ menstrua prouocat: ventositatem ꝛ in
flationem dissoluit: precipue hoc eius se
mẽ facit. vnde Ga. petrosilinum inquit cataplasma-
tum super pustulas scabiem ꝛ morpheam mire mun
dificat: vnde fit hydropicis iuuatiuum ꝛ periodicaz
febrem patientibus: renum ac vesice dolorem placat
quia corporis poros aperit ꝛ vias rarificat: ꝛ hu. ex
tenuando cum vrina ꝛ sudore proijcit: epar ꝛ vuluaz
mundificat: eorum oppilationem aperit: ꝛ apostema
ta eorum curat: maxime que sunt in renibus: ventosi
tatem colice passionis dissoluit. Quod pistatum et
in vuluam missum: secundinam ꝛ fetum mortuum ex
pellit: quo etiam potui dato: mundificat fetuz ab hu
moribus grossis ꝛ viscosis.

De eruca.

Eruca ẽ ca. in secũdo gradu: hũ. in primo:
sola comesta capitis dolorem generat: vẽ
tositatem ꝛ inflationem facit: que si man-
ducetur cocta spermati tribuit augmẽtuz
ꝛ veretruz erigit. Augmentatio spermatis fit ppter
calorem cum humiditate eius. veretri inflatio fit p-
pter calidaz ventositatẽ. Sed tamen quia capiti do
lorem facit: cholerici ꝛ sanguinei illam caueant. Dili
gentibus illam comedere detur cum endiuia: lactu-
ca: portulaca: sola enim accepta calorem generat: di-
gestionez corrũpit: ventrem constipat: spermatis de
siccat humiditatem in calidis: frigidis vero coitum
augmẽtat: ꝛ iõ naturalr frigidꝫ cõuenit: q: eor idige
stionẽ adiuuat: ventrem humectat: coitum ꝛ sperma
augmentat. Dias. vrinam prouocat. qð hippo. nega
uit: dixit enim ventrem eam humectare: vnde vrinaz
non prouocat: ꝛ bene dixit: non enim vim habet ape
riẽtẽ: sperma võ eius non inflationis generatiuum:
q: eget humiditate: sed cum calore suo coitũ augmẽ-
tat: sperma non facit crescere.

De porris.

Porrus ẽ ca. i medio tertij gra. sic. in fine
eiusdem: qð certum facit sua ponticitas:
vnde sanguinem manantem a naribus
stringit: sed ẜm cibum inutilis est: nocet
enim stomacho faciens inflationem ac ventositatem
ꝛ cum sui acumine neruos eius mordet: habet etiam
proprietatem faciendi fumum nigrum melancholie
pertinentem: qui ad caput saliens: visui tenebrosita
tem facit: atqꝫ somnia terribilia ac timorosa inducit.
vnde cauendum est ab omnibus naturas habenti-
bus aptas sue lesioni: maxime cholericis: maniacis
oppilationem in capite habentibus. Quem come-

dere diligẽtes: accipiant post cũ portula. lactu. endi-
uiã et similia: vt eius calor ab istis tẽperet̃: aut elire-
tur: deinde bis aut ter lauetur et esui priori mõ det̃.
qui tñ ẜm medicinã valet. crudus enim comest⁹ ꝛ arte-
rias a grossis hũorib⁹ mũdificat: ꝛ epatis oppilatio-
nẽ apit. hñtib⁹ oximeliã tribuit medelã. Succ⁹ ei⁹ cũ
aceto et oleo ros. et thure narib⁹ immissus: sanguinẽ
ab eis manãtẽ stringit. s. eis q̃ sũt frigide nature. In
aurẽ distillatus dolorẽ placat de frigiditate ꝛ hũidi-
tate. Crud⁹ cataplat⁹ sup morsuꝫ serpẽtis bñ ꝓdest
Elirus quoqꝫ si pistetur ꝛ sup emorrodas catapl'et̃
tumorẽ de hũiditate factũ dissoluit. Caput ei⁹ coctũ
et cũ sisameleo vel amygdaleo cõditũ venerẽ susci-
tat ꝛ ventrẽ hũectat: ꝛ valet ꝯ colicã passionẽ q̃ fit ex
grossis viscosisqꝫ hũorib⁹. Semẽ porri sicci⁹ est ꝛ for-
tioris actionis. de quo due. ʒ. potui date cũ totidẽ se-
minis myrte sanguinẽ ex pectore excreãtibus opitu-
latur: gule tñ et dẽtib⁹ nocet. Qd si asset̃ et cum na-
sturcij semie misceat̃: emorroides patiẽtib⁹ ꝓdest: vẽ-
tositatẽ intestinorũ dissoluit: ventrẽ tñ cõstipat. Sil-
uestris vero cal. est in. iiij. gra. ꝛ sic. in. iij. ꝓinde gros-
sos dissoluit hu. oppilationẽ apit: vrinã et mẽstrua ꝓ-
uocat. Succ⁹ eius in modũ pessarij vulue iposit⁹ mẽ-
strua educit.

¶ De feniculo.

FEniculus bifariã diuidit̃. est. n. siluestris
et domesticus. Domestic⁹ ca. est in medio
ij. gra. siccus in medio primi. inobediẽs ẽ
digestioni: ſꝫ tñ ẜm medicinã valet. Suc-
cus ei⁹ coctus et despumatus atqꝫ cũ oximelle potui
datus: valet cõtra diuturnas febres: et vrinã ꝓuocat
Qui desiccat⁹ et cũ collyrio mitt⁹ fit vtilis oculorꝫ lu-
mini. Semẽ eius calidum est in. ij. gra. sic. in fine pri-
mi: lactis est augmẽtatiuũ. oppilatiõis epatis: renũ:
vesice apitiuũ: lapidẽ frãgit: mẽstrua ꝓuocat: valetqꝫ
cõtra diuturnas febres. Siluestris aũt strãguriosos
iuuat: lapidẽ: vrinã: et menstrua pl⁹ domestico curat
Diasco. Radix feniculi cuꝫ suo semine potata cõtra
ytericiã valet ꝛ cõtra venenũ.

¶ De menta.

MEnta ca. ẽ ꝛ sic. in. ij. gra. hꝫ põticitatẽ et
aromaticũ odorẽ: vñ stomachũ ꝯfortat: ap-
petitũ irritat: abominationeꝫ de putridis
hu. amputat. Succus eius cũ malorũ gra-
natorũ succo cõmixtus: ꝛ cũ aceto pomi citrini: sin-
gultũ et vomitũ cholericũ sedat. liguã lenit asperã si
ex eo fricet̃. Cataplasmat⁹ sup mamillas lacte tumi-
das tumorẽ oẽꝫ dissoluit. Esui assueta coitũ suscitat.

¶ Querit̃ vtrũ apiũ sit ca. et sic. vt dicit auctor ꝛ etiã Auic.
Et videtur ꝙ nõ: q: dicit philaretus ꝙ cõtinẽs immutat cõ-
tentũ ad suã crasim: igitur cũ qdã cõtineat̃ in aq̃ vt aquati-
cũ: et quoddã in terra vt hortẽse: igitur vnũ erit fri. et humi-
dũ. et scdm frigidũ et siccũ. Itẽ dicit phũs in de aĩalibus ꝙ
oĩa habitantia in aq̃s sunt frigi. et humi. vt pisces rane ꝛc.
igit̃ et apiũ. Ad pmũ dico ꝙ philaret⁹ intelligit de immuta-
tione quãtũ ad cõplexionẽ fluentẽ ꝛ nõ radicalẽ: sed non po-
nitur in gra. quoad fluentẽ. Aut loquit̃ de immutatiõe ẜm
modũ ꝛ nõ ẜm veritatẽ: q: ẜm vnũ põt imutari a ꝯtinẽte q:
intẽdi ꝛ remitti: nõ tñ alterari in cõtrariũ toti⁹ latitudinis
sue. Ad scdm dico ꝙ phs itelligit de illis q̃ nutriunt̃ in aq̃s
sed apiũ nutritur in terra: q: ꝙuis sit in aqua: tñ radices ei⁹
sunt in terra. Et nota ꝙ apium viride est frigi. ꝛ humi. vt di-
cit rufus ꝛ macer: ſꝫ siccũ est cali. ꝛ siccũ: et sic intelligit au-
ctor. Aut dico ꝙ rufus ꝛ macer intelligũt quãtũ ad ei⁹ radi-
cẽ: et auctor iste ꝛ auic. quãtũ ad semẽ: sed quãtũ ad eius
folia est cali. ꝛ humi. Nota ꝙ apiũ qñqꝫ datur in via medici-
ne: ꝛ sic cõpetit añ cibũ: aut i vsu nutrimẽti et diete ꝛ sic post
et hoc mõ intelligit auic. Uel dic ꝙ qñqꝫ datur ꝑse ad incidẽ-
dũ et diuidẽdũ humo. phlegmaticos ꝛ tunc cõpetit añ cibũ
Aut datur cũ alio aliquo temꝑante suã cali. ꝛ sicci. vt cũ la-
ctu. et sic datur post ad ardorẽ stomachi reprimẽdũ ꝛ appe-
titũ cõfortandũ et sic loqtur Aui. ¶ Querit̃ vtrũ apiũ inci-
tet epileptiã vt dicit Auic. ꝛ iste auctor: rñdetur ꝙ sic. Pro
quo nota ꝙ a qbusdã dicit̃ epileptia minor appoplexia: q: i
appoplexia replent̃ oẽs ventriculi cerebri hũiditate melan-
colicã vel phlegmatica: i epileptia vero replet̃ ventricul⁹ an-
terior: ideo dicit̃ minor appoplexia. ꝛ q: apiũ ratione sue ca-
liditatis apit ꝛ facit fluere humores ad cerebrũ ꝓpter hoc
inducit epileptiã. Etiã q: sola abũdantia humorum non ge-
nerat epileptiã: ſꝫ etiã venenositas illi⁹. et q: ex apio resolui-
tur fum⁹ venenosus qui petens cerebrũ inficit materiã exi-
stentẽ i cerebro agit̃. ꝛ sic q: inducit venenositatẽ causat epi-
leptiã. Et etiã q: dissoluit causat effectiue ꝛ nõ materialiter
epilepsiã. Et ꝙuisquãtũ ad materiã añcedentẽ ꝓseruet ab
epilepsia q: vomitũ inducit: tamen quãtũ ad materiã cõiun-
ctam rõne sue aptionis aut venenositatis eã inducit. Et no-
ta ꝙ ꝙuis iuuet cerebrum quantum ad eius primũ actum:
qui est calescere: tamẽ nocet quantum ad secundum actuꝫ
qui est dissoluere. Et nota ꝙ ꝙuis nõ cõfortet stomachum
quoad stipticitatẽ et alios modos ꝯfortationis: tamẽ quã-
tũ ad abstersionẽ sorditierũ stomachi et incisionẽ confortat
stomachũ. Et licet inducat vomitũ qñ datur corpori immũ-
do: non tamẽ qñ datur mũdo. imo calefaciẽdo stomachũ cõ-
fortat. Et nota ꝙ apiũ generat bonũ colorem: quia effecti-
ue mouet hũorẽ a cẽtro corpis ad supficiẽ sicut stuphe: nõ
tñ hoc facit bonum sanguinẽ et clarũ gñando materialiter.
Nota causaꝫ quare semẽ apij in prima digestiua restringit ꝛ
in secũda laxat: q: vrinã ꝓuocat: et radix laxat i vtraqꝫ. Nõ
est q: semẽ apij diureticũ est: q̃re facit trãsire totã hũidita-
tem chili ad epar. et ratione etiam sue substantie grosse re-
manentia in stomacho indurat: sed in radice est diuretici-
tas quare vrinam prouocat et est humitas lubricans intesti-
na. Nota ꝙ generat apostemata aut pustulas in fetu quan-
do mulieres pregnantes comedunt: apium ratione dissolu-
tionis humorum quos facit fluere ad stomachum et ma-
tricẽ vbi est fet⁹. vnde dicit oribasi⁹ ꝙ stomachus et matrix
est quasi cloaca et sentina totius corporis: ideo fetus interfi-
ciuntur aut pustulantur. Ulterius nota ꝙ ratione sue diure-
ticitatis et dissolutionis humorũ quaꝫ facit: augmentat lac
ꝛ coitũ excitat: iõ facit delegationẽ materie spmatice ad te-
sticulos et sanguinee ad mamillas. Nota ꝙ quãdo vomit⁹
causatur ex humiditate villos stomachi remolliente: et vir-
tutẽ retentiuã ex frigiditate mortificante apiũ: tũc vomitũ
refugit: cuꝫ sit calidũ et siccũ: et sic intelligit macer. Sed qñ
causatur ex abundantia humoris existentis in ore stoma-
chi: tũc vomitũ procurat: quia tunc attrahit humores ad sto-
machũ et sic itelligit iste auctor. ¶ Querit̃ de tertio genere
apij scꝫ de cerfolio qualiter valet cõtra apostemata vt con-
tra cãcrum sicut dicunt auctores: et tamẽ cancer generat̃ ex
materia sicca: ꝛ apium est siccũ. Nota ꝙ quedã valent i apo-
stematib⁹ alterãdo vt succ⁹ plantaginis et herba roberti: cũ
in apostematib⁹ sint tria genera morborꝫ: quedã vero va-
lent corruptum illud quod est de materia remouẽdo vt suc-
cus chelidonie et alumẽ: quedã abstergẽdo et mundificãdo
et hoc modo valet apiũ contra cãcrum. Et nota ꝙ ꝙuis ge-
nus eius noceat capiti: tamen cerfoliũ iuuat cum sit aroma-
ticũ valde. Nota ꝙ petrosilinũ aut datur respectu phlegma-
tis solũ et quoad suã diureticitatẽ: et tunc semẽ est melius
aut respectu hũoris ꝯpositi ex phlegmate et cholera: et tũc
folia sũt meliora: q: rõe sui ꝯplexiõis valẽt ad phlegma ꝛ rõe
hũiditatꝭ actualis ad cholerã. Nota etiã ꝙ duplex ẽ calor. s.
naturalis ꝛ intrinsec⁹ ꝛ talis est maior in radice petrosilini
Ali⁹ est extrinsecus datus ab agẽte vt a calore celesti: et hoc
modo est maior in eius spermate seu semine. Uel dicas ꝙ

est maioꝛ caloꝛ vitalis in se. ⁊ maioꝛ naturalis in radice: sicut in vitello ꝙ̄ i albumie est maioꝛ caloꝛ vitalis. ¶ Queritur de eruca cuius sit complexionis. Nota ꝙ eruca quantū ad eius cōplexionem accidentalē est ca. ⁊ hu. ⁊ sic loquitur iste auctoꝛ: sed quantū ad eius cōplexionem radicalē est ca. et sic. ⁊ sic loquitur Auic. vnde sicut senes sicci sunt cali. radicali ⁊ humidi humiditate accidentali: iuuenes vero econtrario: q: sicci sunt humiditate accidentali: ⁊ humidi humiditate radicali: adeo sit in eruca. Vno modo loquitur iste: ⁊ alio modo Auicē. ¶ Nota ꝙ eruca augmentat coitū erigēdo virgā ꝑ ventositatē: ⁊ nō materialiter: ⁊ ꝙ̄uis pūgat linguam ⁊ nares: ⁊ per hoc videatur calida maxime: non tamē pungit linguam ratione acuminis: sicut poꝛri ⁊ allia: sed ratiōe multitudinis fumi ab ipsis eleuati: ⁊ ideo nō est multum calida. ¶ Queritur quare eruca poꝛrus ⁊ cepe generant fletum. Solo ꝙ fletus qñq̧ generatur ex dilatatiōe cerebꝛi vt in gaudio: q: tunc regitiua totius coꝛpoꝛis pꝛe nimia delectatione quā habet in gaudio: cerebꝛum dimittit abire: ⁊ tunc elinquant humiditates cerebꝛi ad oculos: ⁊ inde generatur flet⁹. sicut videmus ꝙ aliquis pꝛe nimio gaudio dimittit abire illud qđ tenet. Aliqñ causatur fletus per viam restrictionis ⁊ constrictiōis: ⁊ hoc multipliciter: ⁊ q̄dam constringunt virtualiter impꝛimendo: vt tristicia: angustia. ⁊ tunc humiditates eliquant sicut pꝫ in spongia madefacta ꝙ qñ compꝛimitur ⁊ constringitur aqua cadit. Quedam vero constringunt cerebꝛum extrinsecus impꝛimendo vt ventus boꝛealis: Quedam vero maluꝫ fumum ad caput mittendo vt eruca poꝛrus cepe ⁊ lignum qđ comburitur cū fumo: q: ab ipsis resoluitur fumus maliciosus ⁊ pungitiu⁹ qui statim petit caput cum caput sit caminū totius coꝛpoꝛis: ⁊ tunc virtus animalis existens in cerebꝛo: sentiēs illuꝫ fumum tanq̄ nociuum retrahit se ⁊ restringit cerebꝛum: ex qua restrictione hūoꝛes fluūt: ⁊ inde generat̄ flet⁹. ¶ Queritur vtrum poꝛrus sanguinem restringit. Solutio: ꝙ quādo applicatur abintra restringit in phlegmaticis ⁊ augmētat in cholericis: sed si abextra restringit cauterizando: aut ſm aliq̄s stipticādo: q: hꝫ vnā substantiā grossam frigidā ⁊ siccaꝫ per quam ⁊c. Vlterius nota ꝙ doloꝛem capitis sedat extra applicat⁹: q: rōne ca. ⁊ hu. sue humoꝛes subtiliat ⁊ exhalat: ⁊ sic intelligit Auic. sed intra applicatus doloꝛem augmentat. Et nota ꝙ valet contra ebꝛietatē fumos consumēdo ⁊ subtiliando. ¶ Queritur vtrum feniculus valeat in omni passione oculoꝛum. Respondeo ꝙ sic. Nam ratione sue complexionis valet in calida: ⁊ etiam in colerica subtiliando aperiendo ⁊ exhalando eam. Item valet a tota specie: etsi nō semper respectu complexiōis omni materie moꝛbi oculoꝛum: vnde sicut dicit Auicē. ꝙ cantarides competunt a tota specie passionibus vesice: sic feniculus passionibus oculoꝛum. ¶ Queritur quare serpens habet cautelā circa feniculum ipsum querendo ad acuendum eius visum ⁊ alia animalia circa plures herbas: vt canis ad herbam similem blado et non homo. Ratio est quia vna virtus retrahit aliā a sua operatione. vnde qui bonus est in foꝛo nō est bonus in theatro nec econuerso: ⁊ q: virtus regitiua hominis maxime impedita est circa plures res extrinsecas: iō minime solicita est circa regimen pꝛopꝛium: econuerso vero est de alijs animalibus. Vel aliter ⁊ melius dic ꝙ sicut dicit philosophus in libꝛo de animalibus: aīalia alia ab hoīe habent vnū genus armature: vt canis dentes: ceruus coꝛnua ⁊c. sed homo non hꝫ aliqđ sibi appꝛopꝛiatum. Et soluit pħs q: hō pōt sibi qđlibet genus armature attribuere ratione sue nobilitatis: nō aūt sic alia aīalia: iō non habēt aliquam medicinam innatā. Nota ꝙ feniculus valet ꝯtra venenum fri. alterādo ⁊ ꝯ calidū exhalando. ¶ Queritur vtrū feniculꝰ ⁊ alia diuretica valeant in cura lapidis: videtur ꝙ non: q: dicit pħs quarto metheo. ꝙ q̄ coagulantur a calido dissoluuntur a frigido: ⁊ econtrario: ergo cum lapis coaguletur a calido in coꝛpoꝛe humano: q: caloꝛ partes subtiles exhalat: et grosse remanent: igitur. In contrariū est auctoꝛ. Solutio ꝙ valēt in cura lapidis cum aliq̄bus remollitiuis mixta. Ad pħi auctoꝛitatē dico ꝙ habet calūniā in multis: quidam dicunt ꝙ pħs loquit̄ de generatis in maioꝛi mundo: ⁊ nō i minoꝛe. Vel dico ꝙ coagulantur a calido: nō tñ eodē modo se habente: nec ab eodem calido. vnde dico ꝙ caloꝛ generans lapidē est debilis: ⁊ diureticoꝝ istoꝝ est foꝛtis. Vel dicendū ꝙ hꝫ calūniam auctoꝛitas: q: lateres coagulant̄ a calido: et tñ non dissoluuntur a frigido: vnde tu bene obijceres si ista humiditas non consumatur: q: eñ in lateribus tota humiditas consumitur a caloꝛe: ꝑpter hoc nō possunt dissolui a frigido. Nota ꝙ menta q̄ est ca. ⁊ sicca confoꝛtat stomachuꝫ a tota natura. ⁊ etiam calefaciendo stomachum frigidū: cuꝫ sit neruosus: ⁊ frig. est inimicum neruis. Item ratione sue aromaticitatis. Nota lenit linguā non asperatam a humoꝛe choleríco: aut mala complexione ca. ⁊ sic. sed asperaꝫ ratione humiditatis viscose inuiscate in lingua quam habet dissoluere ⁊ consumere. ⁊ sic intelligit auctoꝛ. Nota ꝙ menta quantum est de complexione fluente est ca. ⁊ hu. ⁊ sic loquitur Auic. sed de complexione radicali: ratione cuius reponitur in gra. est ca. ⁊ sicca. ⁊ sic auctoꝛ loquitur. ¶ Queritur quare menta posita in lacte non sinit ipsum coagulari. Ratio: quia cū sit calida ⁊ sicca: icisiua: subtiliatiua: non ꝑmittit ipsum coagulari: quia lac coagulatur a frigido constringente.

¶ De boꝛagine.

Boꝛago ca. est ⁊ hu. in pꝛīo gra. hꝫ ꝓpꝛietatem leticiā generādi: si in vino missa potetur. coꝛ etiā confoꝛtat: ꝓinde antiq̄ miscebant eam medicinis cardiace passioni valentibus. Que quoq̧ cum aqua cocta ⁊ melle ac zuccaro potui data: canales pulmōis ⁊ gutturis optime curat.

¶ De poꝛtulaca.

Poꝛtulaca frigida est in tertio gra. hu. in scđo. Rami eius habēt aliquātulum pōticitatis: vñ ꝑpter frigiditatē frondium valet ad incesionem stomachi: matricis: renū: ⁊ vesice moꝛsionē: caloꝛē ⁊ febꝛium acumē extinguit: ꝑpter pōticitatē quā rami hñt stomachū ⁊ intestina ꝯfoꝛtat: ꝯ vulnera vel in eis vel in vesica nascētia valet. Sanguis fluxū vñ cunq̧ fuerit ꝯstringit. Succus eius bibitus cucurbitinos de vētre excludit. Qui si capiti: frōti: tēpoꝛibq̧ inūgat̄: doloreꝫ caloꝛēq̧ aufert. Ramoꝝ aūt eius comestio dissinteriā ⁊ cholericaꝫ egestionem habentibus sublenit. Preterea poꝛtulaca dentibus congelatis masticata occurrit. lenit eñ eos coꝛūq̧ asperitatē de acetosis natam humoꝛibus: Cataplasmata super emoꝛoidas earum sanguinem stringit.

¶ De atriplicibus.

Atriplex frigida ē i pꝛimo gra. hu. i scđo. parū nutrit: eius liquoꝛ est aquosus: cito eijcit̄: cōuenit medicine ꝑpter suā viscositatē cataplasmata super calidum apostema illud refrigerat: maxime si sit erispila: Semē eius mūdificatiuū est ⁊ colatiuū: ꝓinde vtilis est yctericiaꝫ: que de epatis est oppilatione hñtibus. de qua. ij. ʒ. cū melle ⁊ aqua potui datis: cholerico vomitus pꝛouocabitur.

¶ De spinachijs.

Spinachia fri. ē ⁊ hu. i scđo gra. vētrē humectat: ⁊ gule de sanguine ⁊ cholera ru. dolēti valet: ⁊ melioꝛ est stomacho ꝙ̄ atriplices.

¶ De blitis.

Blitus fri. ē ⁊ hu. in scđo gradu. laudabilem gñat chimū: vētrē humectat: ⁊ nature calide ꝯuenit: sitim extinguit: tussim calidā humectat.

¶ De maluis.

MAlua fri. ē in primo gradu: hu. in scdo. Ga. Malua inqt inter fri. ⁊ hu. est mediocris: qd testat᷑ ei⁹ actio q̄ phlegmonē dissoluit: ⁊ apostematis saniē digerit: cuius radix ⁊ semē hoc agit: apozima eius sanguinis fluxui valet: q̄d dam enī ponticitatis habet: que si cum vino potui detur: grossos soluit humores: renūq₃ lapides frangit: cataplasmata cum anserino adipe vulue apostemata dissoluit: ⁊ ad maturitatē saniem perducit.

De sicla.

SIcla quā vulgus blitam appellat: cal. et sic. in primo gradu. illaudabile p̄stat stomacho nutrimentum ꝑpter quandā sui acuminis ⁊ sue humiditatis multitudinē que tn̄ si in aqua coquatur: ⁊ condiatur cu₃ aceto et obsomagaro: carui: vel oleo omphacino: vel amygdaleo fit digestioni facilis: parū tamen nutrit: ⁊ ventrem humectat: epatis oppilationem aperit: maxime si sit de grossis humoribus ⁊ viscosis: cocta in aq̄ ⁊ sine aqua comesta fit stiptica: vnde hippo. apozima blitis laxatiuum est: corpus eius stipticum vel cōstipatiuum.

De caulibus.

CAulis frigidus ⁊ sicc⁹ in primo gradu: turbidū ⁊ melancholicum sanguinem generat horribilem odorem dātē₃. Qui duplex est. est q̄dā similis blitis: ⁊ est qui vocat᷑ canabit. Veri quide₃ caules duobus sunt modis: hyemales ⁊ estiuales. Estiuales vstiorem generant sanguinem cholere vste vicinum: qd eorum acumē mōstrat proinde sunt colatiui ⁊ mundificatiui. Hyemales vero nec tanti acuminis sunt: sed vis eorum ventre₃ humectat: ⁊ vrinam prouocat: eorum vero corpus siccum: vnde constipatiuum: Quorū ergo ius bibitum ventrē soluit: ⁊ sine iure comesti eundem constipat. Ideoq₃ vt ab eo₂ nocumento temperentur: elixent᷑: et aqua proiecta in alia coquātur cum pinguissima carne pecudis vel suis: ⁊ ꝯdiantur coriandro: pipere: cymino: ⁊ allio: ⁊ esui donentur. Similiter canabit eiusde₃ actionis sunt cuius ceteri caules: plus tamen duri ⁊ indigesti. Est etiam inconueniens oculis: dentibus: gule. et omnibus vulue doloribus s̄m medicinam non conuenit.

¶ Nota ꝙ borago generat leticiam: quia sanguinem clarificat ⁊ mundificat: ⁊ sic leticiam generat effectiue: ⁊ non materialiter. Etiam generat leticiā: quia cor confortat vt dicit littera: ⁊ cor confortatum confortat epar. et epar confortatum generat bonum sanguinem et laudabilem ex quo generat᷑ leticia. Et q̄uis borago per se data generet humid. phlegmaticum sanguinem: vt posset argui per Auic. dicētē ꝙ bleta generat sanguinem malum sicut alia olera: et cum borago sit de genere olerum: igitur. Tamen sumpta cum alijs herbis: aut cibarijs mundificat sanguinem. Nota ꝙ in via medicine flores sunt meliores folijs: sed in via nutrimenti ecōtra. flores inquam sunt meliores in virtute debili: quia subtiliores ⁊ digestibiliores. ⁊ sunt aromatici ratione cuius confortant. Sed in virtute forti folia p̄ualēt: quia plus accidētalr̄ nutriūt. Nota vlterius ꝙ si plus timemus de putrefactione debemus ponere folia in syrupis: q₂ plus resistunt putrefactioni. Sed si plus timemus de violentia sinthomatū: vt de sincopi: tunc est ecōtra: q₂ flores sunt aromatici. Vel nota ꝙ flores plus competunt in syrup̄: q₂ plus appetitum alliciunt ⁊ folia deijciunt: ⁊ non cito putrefiunt ratione zuccari aut aliorum mixtorum. ¶ Queritur de portulaca: ⁊ de istis huiusmodi oleribꝰ frigidis: vtrū ꝓsint emplastrata. Probat᷑ ꝙ sic: q₂ fe. acuta ⁊ frenesis ex eadē materia fiunt in spē sc₃ ex materia cholerica: sed in frenesi competunt huiusmodi emplastra frigida: saltē in principio: igitur ⁊ in paroxismis febrium. Solutio non est simile de frenesi: q₂ est morbus particularis ⁊ fe. vniuersalis ꝑ occupatione₃ in omni membro: ⁊ non indiget repercussiuis: immo resolutiuis: q₂ al's resolutio materie impediretur. Sed in frenesi particulari solum occupatio fit in parte anteriori cerebri: ideo in principio sine dubio competunt repercussiua: sed in confirmata frenesi competūt resolutiua ⁊ dissolutiua: sicut pulmo veruecis: vel gallus fissus per mediu₃ capiti appositus. Nota ꝙ portulaca h₃ ammouere verrucas: vt dicit Auicē. Uno modo ratione sue humiditatis radicē verruce remolliendo: ⁊ ratione sue frigiditatis cōstringentis poros: sic ꝙ non potest deferre nutrimentum ad radicē verruce: ⁊ sic cadit. Nota ꝙ ei⁹ succus bibitus eijcit a ventre cucurbitinos potius q̄ ascarides: quia ratione sue humiditatis lubricat intestina: que sic linita ⁊ lubricata expellūt cito feces: ⁊ per consequens cucurbitinos cū sint curti: sic per accidēs expellit: non tn̄ sic ascarides: q₂ sunt longi magis intestinis adherentes. Nota ꝙ portulaca occurrit dentibus congelatis et stupidis: quia est saporis insipidi: ⁊ stupor causatur ex sapore acetoso qui confunditur a sapore insipido. Item acetum inimicatur neruis: quia neruos restringit: qui restricti exasperant dentem: ⁊ portulaca lenit asperitatem: igitur. Item caseus ratione sue viscositatis valet hac via. Nota ꝙ in principio cure lapidis competunt remollitiua: ⁊ sic semē portulace competit: sed postea ꝯpetūt dissolutiua: ⁊ sic diuretica competunt: ⁊ q̄uis centraliter sit fri. ⁊ hu. tamen superficialiter est ca. ⁊ sic. ab agente. ¶ Queritur vtru₃ atriplex siue crisolocanna qd idem est: parum nutriat: q₂ eius nutrimentum est aquosum: vt dicit littera. et tamen rasis dicit ꝙ bonum dat nutrimētum. Solutio: quedam bene nutriūt quia in bonum sanguine₃ conuertuntur: ⁊ sic non bene nutrit. Alio modo bene nutriunt: quia cito conuertuntur ⁊ nō aggrauant naturam: ⁊ sic intelligit ras. Et nota ꝙ valet in euulsione vnguium radicem remolliendo. Alio modo radicem corrodēdo: ⁊ sic alliū pistatū valet ⁊ emplastratū: ⁊ sic loquitur Auicē. Nota vlterius ꝙ non valet contra causam ycteritie: sed bene contra sinthoma: nam ratione sue substātie centralis fri. ⁊ hu. est oppilatiuus: semen tamen ratiōe complexionis calide ⁊ sicce acquisite ab agente est deoppilatiuū. Et nota ꝙ spinargia min⁹ noc₃ stomacho q̄ atriplex: quia minus est humida: ⁊ minus vnctuosa: ⁊ nimia humiditas ⁊ vnctuositas stomachum defectant. Nota ꝙ blit⁹ generat laudabilem chimum ratione compositionis: sed non ratione complexionis: q₂ fri. ⁊ hu. compositio tamen ei⁹ nō est min⁹ subtilis nec min⁹ grossa. ¶ Querit᷑ de malua cuius complexionis: videt᷑ ꝙ cal. ⁊ sic. q₂ laxat: ⁊ omne pharmacū est ca. ⁊ sic. s̄m Gal. supra apho. Item omne dissolutiuum est ca. cū dissolutio fiat a calido: malua est hmōi: igit᷑. Itē₃ dicit Gale. ꝙ oē maturatiuū ē ꝯforme nature humane: s₃ malua est maturatiua: igit᷑ erit ca. ⁊ hu. In ꝯriū ē auctor in lr̄a dicēs ꝙ est fri. ⁊ hu. Qd ꝯcedo: tā rōne supficialis cōplexionis q̄ centralis. Ad primum dico ꝙ quedā laxāt ratione acuminis: ⁊ talia sunt ca. ⁊ sic. q̄dā v̄o rōne lubricitatis ⁊ humiditatis sicut malua. ⁊ talia nō oportet eē ca. Vel dicēdu₃ ꝙ Ga. intelligit de pharmaco forti ⁊ nō de debili sicut ē malua. Ad tertiū dicēdum ꝙ malua per se nō dissoluit. neq₃ maturat: s₃ rōne axūgie ca. ⁊ hu. ¶ Queritur de blito seu de sicla: dicit in lr̄a ꝙ vētrē humectat: ⁊ alibi dicit ꝙ ꝯstipat. Rñdeo ꝙ quātū ad succum laxat: ⁊ quātum ad sub̄am ꝯstipat. Nota ꝙ in caule est duplex sub̄a: q̄dā supficialis ca. ⁊ sic. et ista cito resoluitur in prima aqua: ⁊ etiam per ablutionem: vñ lotus nō maturat apostemata: ⁊ per istam viam est calida ⁊ sicca. et principalius competit in via medicine: quedam est complexio cētralis frigida ⁊ sicca: et per istā p̄ncipalius cōpetit in via cibi et diete. Et nota ꝙ h₃ amicabilē saporē rōne sui iur̄: ⁊ nō rōne grosse sue sub̄e. Vel dicēdū

ꝙ ratione sue caliditatis attrahit sapo:ositatem a pinguedi ne in qua decoquitur. Et nota ꝙ caulis silvestris est ca. ⁊ sic cus: ⁊ plus valet in via medicine ꝙ̄ domesticus. Nota vlte rius ꝙ quis macrobius seu macer inter omnia olera com mendet caulem in via diete: tn̄ non est ei credendum: q: san guinem melancholicum ⁊ turbidū generat. Uel dic ꝙ intel ligit quantum ad nutritionem: ⁊ nō quantum ad modū nu tritionis: immo sic vituperatur: q: sanguinem melancholi cum ⁊ turbidum generat. Nota vlterius ꝙ caules hyema les sunt meliores estiualibus: primo q: sunt completiores. Item ratione frigiditatis temporis pori constringuntur: ⁊ parū attrahūt de nutrimēto: ⁊ illud parū bene digerit a ca lore intrīseco qui maior est in hyeme ꝙ̄ in estate: in qua ca lor ab extrinsecus acquisitus maior est intrinseco: ꝫ iste nō meliorat nutrimentum. ¶ Ulterius nota ꝙ caules antiq sunt meliores in via nutrimenti iuuenibus: q: succus anti quorum est magis digestus: ⁊ etiam caules antiqui sunt perfectiores. ⁊ non est simile de fetu bouis: aut capre q̄ me lior est in iuuentute ꝙ̄ in senectute: q: non nutriuntur isti fe tus ex eodem nutrimento toto suo tempore durationis si cut caules: immo in iuuentute nutriūtur tales fetus ex pu riori nutrimento ⁊ magis digesto: in senectute vero nō. No ta vlterius ꝙ caules sunt meliores post gelu ꝙ̄ ante: q: ge lu ratione sue frigiditatis substantiam eoꝝ dilatat ⁊ remol lit ⁊ eos magis reddit aptos digestioni. Secūda causa est q: frigus debilitat eoꝝ attractiuam: ⁊ calor intus naturalis fortificatur: ⁊ sic completius digerit. Et nota ꝙ si frigus pe netraret vsqꝫ ad interiora caulis caulem mortificaret: ⁊ eius calorem naturalem: sed sic non est: immo poros claudit solū ⁊ circūdat caules: ⁊ sic p antiparistrasim calor intrinsecus di gerens fortificatur. Nota ꝙ auctor dicit ꝙ prima aqua cau lium debet abijci intelligendo via non medicine: sed nutri menti. Uel dicendum ꝙ simpliciter melius valent cum suo primo iure. ⁊ ysaac qn̄ dicit ꝙ debet remoueri: intelligit ad maiorem nutritionem. Nota ꝙ valēt contra ebrietatem fu mum ſcꝫ ingrossando. Et valent ad clarificandum visuꝫ: qn̄ succus eius applicatur ratione sue substantie superficialis ca. ⁊ sicce visum abstergendo: sed abintra visum obnubilāt ob scurando spiritum visibilem qui clarus est. Et hac de via va let in raucedine vocis causata ab humiditate inuiscata in spiritualibus: q: illaꝫ remouet ⁊ sic clarificat deperacidēs non tamen valet in raucedine causata a siccitate: ⁊ hac via maturat apostemata non lotus ratione sue ca. ⁊ sic. superfi cialis: ⁊ nō ratiōe centralis. ¶ Queritur quare caulis plus retinet sua folia ꝙ̄ cetera olera. Prima causa est rōne finis q: ordinatur ad hominem respectu aliorum olerum: ⁊ hoc respectu suorum foliorū. Secunda causa est a parte sue ma terie: quia fortem habet attractiuaꝫ: vnde plus attrahit de nutrimento ꝙ̄ alia olera: ⁊ propter hoc quidam dicunt ꝙ vi derunt caulem altiorem domo. Tertia causa est: quia agri cole maxime sunt intenti circa caulem apponendo terram vnctuosam: ⁊ vnctuositas est causa retentionis foliorum.

¶ De rapis.

Rapa calida ē in secūdo gradu: humida in primo: multum plus ceteris nutrit: dure tamen digeritur: mollem ⁊ inflatiuā facit carnē propter sui ventositatem ⁊ inflatio nem: coitum suscitat: que si in aqua coquatur: et illa eiecta in alia recoquatur: duricia sue substantie tem peratur: et mediocriter inter bonum ⁊ maluꝫ nutrit: que non bene cocta digeritur difficile: ventositatem generat: ⁊ in venis ⁊ poris oppilationem facit. Id circo vtilis est bis cocta ⁊ vtraqꝫ aqua proiecta: si co quatur cum pinguissima carne. Preterea ſm medi cinam est cōgrua: quia eius iure si pedes podagrico rum ⁊ artheticorum loti fuerint: dolori mitigamētuꝫ prestabit.

¶ De radice.

Radix ca. ē in tertio gradu: sic. ī ſcdo. min⁹ ꝙ̄ rapa nutrit ꝑpter suum acumen quod est fortius acumine rape. Nutrimentum eius grossum est ⁊ durum digestioni: sto macho est nociuū: est etiam inconueniēs oculis: dentibus: gule: et omnibus vulue doloribus: ſm medicinam vero cōuenit: est enim lauatiua renū vesice de grossis humoribus: vrinam prouocat: lapi dem frangit: ⁊ si cocta comedatur: tussi de humori bus facte conuenit. ſm cibum manducata: torsioneꝫ ⁊ inflationem generat: et stomacho fit illaudabilis: quod ructus eius putridus testatur: qui maxime fit ante cibum. Ieiunis esui data cibum eleuat: ⁊ descē dere prohibet ad locum decoctionis: vnde fit causa indurande digestionis: ⁊ naturalem virtutem inhi bet cibum in interiorem partem expellere: quare fit vomitus maxime eis qui ventositatem habēt in sto macho: que tamen post cibū accepta minorem agit ventositatem superius ascendentem: ⁊ cum sua gra uitate descendit inferius: ⁊ deponit cibuꝫ in loco de coctionis ⁊ digeritur vt oportet: vnde fit causa secū daꝫ digestionē cōfortandi: hec enim gratia sue actio nis: que non habentibus ventositatem impedit post cibum accepta. Proinde volentes eam propter vo mitum accipere: ante cibuꝫ sumant: sed propter sup plementum secunde tertieqꝫ digestionis post cibuꝫ manducent.

¶ De sparagis.

Sparagus ca. ⁊ hu. est in primo gradu: q̄ domesticus ⁊ silvestris est. Domesticus temperatior ē ⁊ ceteris nutribilior: proin de sperma augmentat: stomacho ꝯuenit vrinam prouocat. Silvestris vero calidior ⁊ siccior: ideoqꝫ plus est colatiuus: aperit epatis oppilatio nem ⁊ renum: ⁊ vrinam prouocat: atqꝫ ycteritiis va let: cuius radix ⁊ semen nimium valet: q: eorum apo ꝫima bibitum aranearum morsibus occurrit. Elixus autem datus ventrem humectat: valet enim contra dolorem dorsi de humida ventositate ortum: colico dolori prestat mitigationem. Bucca quoqꝫ eodem apoꝫimate lota dolorem dentium amputat. Quidā autem nouicij dicunt sparagum coitus esse augmen tatiuum: qđ Ha. ⁊ Dias. negant. Ego quoqꝫ dico ꝙ si coitum augmentaret: non esset nisi ex copia sui nu trimenti: nimium enim calorem non habet: nec vēto sitatem: vnde venerem suscitet.

¶ De baucis.

Baucia ca. est in medio ſcdi gradus: humi da in medio primi. Que duobus modis est. Est enim domestica et silvestris. duri grossiqꝫ nutrimenti est: minus ꝙ̄ rapa nu trit: ⁊ hꝫ quiddaꝫ acuminis: vnde est extenuās ⁊ dia foresim faciēs: atqꝫ vrinam ⁊ menstrua prouocat: ha bet etiam aliquantulum inflationis: vnde coitus est iuuatiua: q̄ assuefacta illaudabilē generat sanguinē: q̄ vt tēperetur: oportet eam elixari: ⁊ eiecta aqua ter tio coquatur cum lactuca coriando cepa: ⁊ condiat cum oleo omphacino: aceto: pipere ⁊ carui.

¶ De cucurbita.

Calcasia est radix plurimum in parte egypti nascens: aliquantulum ponticitatis habet cum acumine: vnde monstratur esse ca. ⁊ sic. Que si elixetur: acumen penit⁹ amittit: ⁊ viscositas quam prius habuerat latenter in ea patefiet. Ideoqꝫ duri grossiqꝫ nutrimẽti est generatiua: sed cum sui ponticitate stomachum confortat: ⁊ ventrem constipat: ⁊ tamen si ꝑmoderate comedatur: bonum generat sanguinem vel nutrimentum: valet dissintericis cuꝫ viscositate quam hꝫ ⁊ põticitate.

¶ De melongianis.

Melongiana ca. ⁊ sic. est in fi. secũdi gra. qḋ testificatur eius acumen ⁊ amaritudo et morsus quo lingua inficitur: idcirco conuertibilis in cholericam naturam. hec est ei⁹ ꝓprietas: vñ cutẽ corporis corrũpit: lentigines: ⁊ impetigines: cancrum: elephantiaꝫ: duritiẽqꝫ ad dissoluendum apostema generat ⁊ oppilationes: et similia facit. Que vt minoris fiat nocumenti: temperetur ⁊ findatur ⁊ sale impleatur: deinde diu post in aqua calida dimittatur: postea in aliã mittatur: ⁊ bis aut ter lauetur: vt aqua qua lauatur careat omni nigredine: deinde elixetur: ⁊ aqua eiecta cum pingui carne boũ seu pecuduꝫ: porcorũqꝫ: ⁊ similiũ recoquat̃. Illã aũt absqꝫ carne comedere volẽtes coquãt cuꝫ aceto: oleo omphacino: ⁊ obsomogaro ⁊ silibus.

¶ De fungis.

Fungi fri. sunt ⁊ humidi in tertio gradu. quod mollicie suiqꝫ humiditate testificant̃. Qui duplices sunt: mortiferi. s. ⁊ immortiferi. Immortiferi grossam habent ventositatem ⁊ humiditatem viscosam actioni nature ⁊ digestioni inobediẽtes: vnde illaudabiles sunt: vtpote tumorosi: ideoqꝫ bonũ est vt omnino caueãtur. Quos comedere volẽtes: eorũqꝫ nocumentũ nõ timentes: elixent atqꝫ piris aut calamento misceantur: quorꝫ primo iure expresso: in alia aq̃ recoquãtur: ⁊ cum pipere carui zinzibere calamẽto origano ⁊ similibus condiantur: ⁊ esui tribuantur: ⁊ in fine merum vetus potetur. Frigidi autẽ natura accipiant in fine eoruꝫ zinziber ꝯditũ: diaciminum: diatrionpipereon: socrugene: tyriacam magnam: vel aliud huiusmodi nature. Mortiferi vero sunt diuerse actionis ſm eorum diuersitates: sunt enim quidam mortẽ inferentes cum sui frigiditate ⁊ humiditate velut cum sint in quarto gradu: sunt etiam quidam occidentes cum nimia viscositate ⁊ oppilatione: quam in poris ⁊ venis faciunt: ⁊ propter humores eorum ad dissoluendum inobedientes: sunt etiam quidam cum mala occidentes qualitate quam de loco habent vbi nascuntur: sicut illi qui sunt iuxta eruginosum ferrũ aut pannos putridos: aut foramen reptilium: vel arbores grossos viscososqꝫ humores habentes. Mortiferorum signa hec sunt: mollicies. s. viscositas: humiditas ⁊ grossitudo. Qui si per mediuꝫ diuidant̃ ⁊ aliquantulum in aere dimittantur: putridi ꝓculdubio inueniuntur. Ignoranter eos comedentes: ita curentur: pira eis esui dentur: aut cinis cum aceto: et nitrum cum oleo potui detur: vel sal cum aceto: stercus galli siue galline cum aceto ⁊ melle. apozima etiam calamenti origani isopi ⁊ silium iuuat.

¶ Rapa calida est in secundo gradu: humida in primo. quod concedo: ⁊ causa est: quia mediante radice rapa ordinatur ad hoiem: sicut quedã plante mediante suo fructu vnde debet esse magna ⁊ multum attrahere de nutrimento: ⁊ q: attractio fit a calido: igitur est ca. ⁊ est humida: q: multum attrahit de humido aquoso. Et si arguitur ꝙ Aristoteles dicit: ꝙ ventositas in grossa substantia fundat̃: sed grossa substantia: vel est phlegmatica vel melancholica et vtraqꝫ frigida: igitur ⁊ rapa. Respondeo ꝙ conceditur de materia grossa absolute. Si autem comparatiue. i. respectu caloris degerentis materia grossa potest esse ca. Et si vlterius arguitur: dicit Ma. ꝙ calor debilis potens est resoluere ⁊ non consumere: calor vero fortis potens est resoluere ⁊ consumere: sed in rapa est calor resoluẽs ⁊ non consumens vñ ventosa est. Et dicit phs in quarto metheo. ꝙ calor debilis in viuentibus idem est qḋ frigiditas: vt pꝫ in reptilibus igit̃ cũ in rapa sit calor debilis: ⁊ frigiditas. Solo: ꝙ phs intelligit de calore debili nihil imprimente: ⁊ nihil resoluente sicut in reptilibus calor debilis nihil resoluit: sed in rapa calor debilis aliquid imprimit: q: resoluit ⁊ sic non valet. Vel dic ꝙ duplex ẽ calor: quidam qui debetur rei in genere viuẽtiũ: ⁊ sic loquitur phs: ⁊ quidam in genere mixti debitus: ⁊ sic loquitur auctor qui agit de ea inquantũ nutrit: ⁊ nutrit inquantum est mixtum iḋ est ca. Nota rapa loquendo materialiter minus nutrit borragine ⁊ lactuca: sed accidentaliter plus: quia plus tarde conuertitur in substantiam mẽbrorũ ⁊ plus immoratur in membris: ⁊ sic non est contrarietas apparens in diuersis passibus huius: ⁊ etiam auctor hic comparat ad sequendas herbas que cõpetunt ratione radicũ ⁊ non ratiõe foliorꝫ. Et nota ꝙ q̃uis dicat phs ꝙ radices sunt ori similes: ⁊ in ore est nutrimentum indigestum: ergo ⁊ in radice herbe: sed nutrimentum indigestum non nutrit: igit̃ neqꝫ rapa. Solutio: ꝙ q̃uis radices sint ori similes quãtuꝫ ad initium digestionis: ⁊ quantum ad hoc ꝙ sicut per os attrahitur nutrimentũ ita ꝑ radicem: tñ quantũ ad cõplementum digestionis non est simile: q: in ore non complete digeritur nutrimentum. Sed in radice q̃nqꝫ complete digeritur ⁊ propter hoc arguitur ab insufficienti diuisione. ¶ Queritur vtrũ rapa sit melior in hyeme q̃ in estate: videtur ꝙ nõ: q: dicit Aristo. ꝙ bonitas in planta sequitur bonitatem et irrorationem pluuie: vnde dicit ꝙ aqua pluuialis est cali. ⁊ hu. ⁊ plena vite: ⁊ valet ad multiplicationem ⁊ conseruationem plante: ergo cum illa irroratio plus sit in estate q̃ hyeme: sequitur oppositum vnde ros cadit in estate. In cõtrarium est vulgus: q: maxime in hyeme comeditur ⁊ post gelu. Et ratio est sicut de caule fuit dictum. Ad argumentum dico ꝙ tu bene obijcies eisdem conditionibus vtrobiqꝫ manentibus: sed non sic est: non eñ tantuꝫ attrahit in hyeme sicut in estate: ideo melius digeritur in hyeme. Nota ꝙ rapa excitat coitum: primo q: armat membrum ad coitũ ipm erigendo: scḋo q: quasdam partes habet ca. ⁊ sic. rõne quarum stimulat naturam ad coitum. Item est cal. ⁊ hu. ⁊ ita materiã spermatis augmẽtat. ¶ Queritur quare rape ⁊ huiusmodi radices sunt ventose. Vna causa est: q: latitãt sub terra ⁊ initiatur ibi digestio: ⁊ nunq̃ initiũ ⁊ cõplementum digestionis sunt simul: iḋ sunt vẽtose q: incõplete digeste. Scḋa cã est humiditatis abundantia ⁊ caloris naturalis debilitas impotentis supra tantã materiam: ideo remanẽt indigeste ⁊ per ꝯsequens ventose. Tertia cã est: q: nimis sunt in ꝓfundo terre ⁊ non possunt recipere digestionẽ a calore solis: ideo remanẽt indigeste ⁊ ventose. ¶ Querit̃ quare rapa ⁊ huiusmodi radices habent magnas et folia parua supra terram. Causa est attractiue multitudo siue fortitudo. Et dicit Aui. ꝙ fortitudo attractiue diminuit expulsiuã. Secunda causa est gratia finis: q: ordinãtur ad hominem mediante radice. Tertia causa est: q: dicit philosophus: natura quod addit in vna dimẽsiõe diminuit in altera: vnde qḋ addit in longitudinẽ diminuit in grossitiem: vnde videm⁹ nobiles: ⁊ maxime de sabaudia habentes tibias longas ⁊ graciles et

ciles et rusticos tibias grossas et breues. ¶ Queritur qualiter rapa valeat in podagra et artetica: cum hoc dicat littera. Dico quod ratione superficialis substantie cali. et sic. penetret ad membra remota: et ratione sue humiditatis lenit illa: et ratione sue caliditatis materiam podagre cõsumit et chiragre. ¶ Queritur de radice que gallice dicitur rabiz: cuius complexionis sit: videtur quod frigide: quia dicit Auicen. quod radix digerit et non digeritur: sed calida cito digeruntur: frigida vero digestioni repugnant: igitur erit frigida. Item dicit philaretus quod calidum cito mobile: frigidum vero de difficili mobile: ergo cum radix tarde descendat a stomacho erit frigida. In contrarium est auctor dicens eam esse calidam in tertio et siccam in secundo. Ad argumentum Auicen. dicitur quod Auicen. intelligit quantum ad corticem qui est calidus et siccus: et non quantum ad medullam que est frigi. et hu. Uel dic quod Auicen. intelligit ratione sue compositionis quod non digeritur: et non ratione sue complexionis. Nota vlterius quod ratione sui corticis confortat stomachum: sed non detur ante pastum: quia stomachum defectaret: sed detur post: quia tunc confortat retinendo cibaria in stomacho donec digerantur ratione sue caliditatis et rõne sue compositionis. Nota vlterius quod radix plus valet in via diete medicinalis et respectu partium propinquarum: tamen respectu longinquarum et in via medicine solum semen plus cõpetit: et sic loquitur Auicen. de semine. ¶ Queritur de spago cuius sit complexionis. Solutio: quod quantum ad suum semen est diureticum: et quantum ad radicem dupliciter potest considerari: aut prout nouiter extracta est a terra: et sic est ca. et hu. et sic loquitur auctor: aut prout aliquantulum reseruata est et desiccat et sic est temperata: et hoc modo loquitur Gal. Et nota quod quando dicit auctor quod plus nutrit ceteris herbis: intelligit naturaliter: quia subtilioris substantie quam rapa. Sed rapa accidentaliter plus nutrit: et sic superius intelligit auctor. Nota vlterius quod addendo in materiam spermatis spagus auget coitum. et sic loquitur iste auctor: sed ventositatem generando non augmentat: et hoc modo loquitur Gal. et Diascorides: et sic materialiter augmentat et non effectiue Arguitur: vrinam augmentat: ergo materiam spermatis diminuit: quia vt dicit ysaac in de vrinis: quod addit in vna superfluitatum diminuit in alia. Hoc soluitur: quia non est simile: quia sperma est superfluum residuitatis et vrina impuritatis. Et in hoc non valet ysaac auctoritas. Nota quod sparagus siluestris est melior domestico: sicut capreolus siluestris domestico plus exercitatur: et per motum sue carnes attenerantur: sic siluestris spagus minus attrahit de nutrimento quam domesticus et per consequens melius digerit. Et quando auctor iste dicit quod siluestris melior est domestico: quidam dicunt quod intelligit in via medicine et non nutrimenti. ¶ Queritur de baucia seu pastinaca quod idem est: vtrum sit grossi nutrimenti et dure digestionis: quod videtur contrarium cum sit ca. et hu. Solutio quod a parte cõplexionis est facilis digestionis et non a parte cõpositionis ¶ Queritur quid plus prouocat coitum aut cruda aut cocta. Responsio quod in via diete medicinalis et materialiter cocta plus prouocat coitum. Effectiue tamen et in via medicine cruda plus prouocat: quia magis ventosa cum minus digesta. ¶ Queritur cuius cõplexionis sit culcasia. Solutio est sicut de radice scilicet quod rõne corticis est ca. et sic. sed ratione medulle est frigi. et sic. et hoc attestatur ponticitati. Et si arguatur quod littera dicit quod aliquantulum habet ponticitatis cum acumine: vnde mirantur esse ca. et sic. et videtur quod male dicat: immo fri. quia ponticitas attestatur frigiditati. Responsio quod ly vnde non refertur ad ponticitatem sed ad acumen: ideo sic debet legi: quia habet acumen: ideo mirantur esse ca. et sic. ¶ Queritur quem humorem habeant generare melõgiana: vtrum melancholicum sicut dicit littera. Responsio quod sic: quamuis sint ca. et sicca: et viderentur potius choleram generare: tamen quia stomachum inflamant: quo inflammato hu. aduruntur: et sic in chol. nigram adustam conuertuntur: et sic loquitur iste auctor. Et si detur in magna quantitate vt in via diete: oppilant: sicut dicit auctor: tamen si in via medicine dentur: cum paucum de eis sumatur: oppilationem aperiunt quia ca. et sicca. ¶ Queritur de fungis vtrum sint plante aut medium inter terram et plantam. Et videtur quod plante: quia omne viuens est animal aut planta: sed fungi viuunt: et non sunt aialia: igitur. Item omne est quod allicit gustum et nutrit est animal vel planta: igitur. Item in principio huius auctor determinare promisit de vnoquoque quod nutrit hominem vel animal: sed terra non nutrit hominem: igitur erit animal vel planta. In contrarium est Auicen. dicens quod sunt medium inter terram et plantam. Nota quod duplex est medium. Unum secundum veritatem et sic non sunt medium. Aliud secundum proprietatem et sic sunt media: sicut dicit Aristo. quod puer non est vir: immo medium inter animal et brutum: non secundum veritatem: sed secundum proprietatem: quia magis proprietatem habet cum brutis: cum sit magis siue solum intentus circa comestionem et huiusmodi est brutum. Et vltra potes dicere quod sunt plante vilissime: quia nec faciunt fructum: nec florem: neque radicem: sicut cetere plante. vnde sunt sicut quedam vilissima animalia in rupibus adherentia: que non mouentur motu locali vel progressiuo et huiusmodi non merentur dici animalia: immo sunt media inter plantam et aial: sic et isti fungi sunt. ¶ Queritur quare fungi sunt venenosi. Una causa est distantia fungorum ad hominem qui est animal nobilissimum: et fungi sunt planta vilissima. Alia causa est: quia sicut melancholia generatur ex fece aliorum humorum et est venenosa et perniciosa: similiter fungi generantur ex fece terre que venenosa est. Et ideo illi qui crescunt in locis mineralibus a quibus attrahitur ferrum quod ex impuriori parte ipsius terre generatur: quia ex illa fece et impuritate: quoniam eorum nutrimentum transit per rubiginem que maxime est venenosa: ideo maxime sunt venenosi. Et etiam quia nutriuntur aliqui iuxta nucem: et oliuam attrahentes residuum nutrimenti vnctuosi quod est melancholicum: ideo tales sunt pessimi. ¶ Queritur quare fungi maxime crescunt post aquam tonitrui. Ratio est: quia illa aqua est subtilis substantie cali. et hu. vnde cito putrescit: et isti fungi ex putrefactiõe generantur: et ideo maxime de nocte crescunt: quia ros de nocte cadit qui cum sit cali. et humi. cito putrescit. Item quia sunt vilissime nature subito generantur: quia pauca requiruntur ad eorum generationem. ¶ Queritur quare fungi parui qui vocantur tubera sunt meliores quam magni. Causa est quia magni abundant in humiditate: que non potest in eis cito digeri: sed in paruis bene potest digeri: quia non tantum abundat. ¶ Queritur quare poma valent cõtra comestionem eorum: cum poma sint frigida: et ita non cõfortabunt digestiuam. Dico quod rõne sue frigiditatis confortant stomachum et appetitum alliciunt: qui stomachus cõfortatus potest supra digestionem seu maliciam illorum fungorum.

¶ De capparis.

Cappari sunt triplicis modi: scilicet radix: frondes fructus. omnes ca. sunt et sic. in secundo gradu: quod eorum testatur amaritudo: ponticitas et acumen: idcirco incidunt: dissoluunt et mundificant stomachum a superfluis: et menstrua prouocant: qui vtiliores sunt secundum medicinam quam secundum cibum quia illaudabilis sunt nutrimenti: vtpote cholerici: nigrique sanguinis generatiui: neruos stomachi percutiunt: vnde eliros oportet manducari ablata eis aqua et cõditos cum aceto et oleo. Qui si cum carne aut alia re comedi ab aliquo optantur: absque coriandro non manducentur: quia coriandri natura prestat tepe riem nocumento capparorum.

¶ De cepis allijs et porris.

Porum trium virtus acumen habet: quia de substantia acuta mixta cum grossa et terrestri: humida et aquosa: subtili et aerea cõponuntur. Que sic possunt intelligi. Si enim vnum horum pistetur et coletur: et aliquantulum in quodam vase dimittatur: in fundo calicis fex ter

restris acumen hũs inuenit: ⁊ succus liquorē hꝫ cũ paruo calore aereo. Que inter se differũt: quia cepe ca. est in. iiij. gradu hu. in. iij. Alliũ ca. ⁊ sic. in. iiij. gra. Porrus ca. in. iij. sic. in. ij. Proinde cepe comestũ cũ sui acumine ⁊ humiditate: malos in stomacho generat humores: sitim: inflationem: vētositatem: capitis dolorem: atq; insaniã facit fumo eius caput ascendē te: ⁊ cerebrũ percutiente. vnde assuescentes illud in maniã cadunt: ⁊ somnia terribilia ac melancholica cernunt: presertim si egritudinem exeuntes illud mā ducent. Si aũt sm medicinam moderate sm ꝙ oportet māducetur: calorem inducit: ⁊ extenuat: ⁊ incidit humores grossos ⁊ viscosos; ora venarũ apit: vrinã ⁊ menstrua ꝓuocat: oxiremiam mitigat: appetitum augmentat: superficiem rarefacit. Idcirco sudorem ⁊ egestionem ꝓuocat: vētrē cũ suo calore ⁊ siccitate irritat: sperma cũ sua humiditate augmentat: malũ tñ facit nutrimentum. Crudũ tñ comestũ: nihil nutrimenti corpori tribuit. Si elixetur: ⁊ aqua proiecta: in alia recoquatur: dat nutrimentũ bonũ ⁊ plurimũ: maxime si cum pinguissima comedat carne: ⁊ cũ bono condimēto ⁊ odorifero condiat. ¶ Allia vero parum nutriũt: sunt nociua cholericis: ⁊ calorē naturalem habentibus. Que comesta: frigidis ⁊ humidis naturaliter vrinã ꝓuocant: ventrēq; humectãt: econtrario siccis natura faciunt. Sed vt eoꝝ calor nihil comedentibus inferat nocumēti: bis elixentur: deinde condiantur cum aceto ⁊ obsomogaro. Sunt etiã sm medicinã: quia morsibus canis rabiosi remediũ prestant. Comesta quoq; forti vino superbibito: contra serpētinũ morsum valent: ⁊ veneno infectis: ⁊ fridas passiões habētibus: sicut tyriaca magna. Multi putant alliũ maiorem sitim ꝙ̃ cepe generare. vnde peccant: qm̃ non solum sitim minorem ꝙ̃ cepe generat: sed etiam nullã sitim comestũ impendit: proinde a quibusdã tyriaca rusticorum vocatur.

¶ De coriandro.

Coriandrũ diuerse virtutis est: qd̃ testantur varietates sui saporis: habet eñi amaritudinem ⁊ pōticitatem: ideoq; Hippo. dixit ipm habere calorem ꝓ sua amaritudine ⁊ pōticitate sua: dixit esse stipticũ: vnde dixit: coriandrum viride calidum est ⁊ constipans ventrem oxiremiã mitigãs: qd̃ post cibũ acceptũ somnũ ꝑstat Sꝫ diascorides intēdit illd̃ frigidũ esse dixitq; illud scrophulas dissoluere: qd̃ Gal. negauit dicēs impossibile esse scrophulas frigiditate curari: q̃ grossi sunt ⁊ duri humoris. Dixit iterũ Gal. intētione dias. intelligere nō valeo scrophulas frigiditate curari: ⁊ coriãdrũ frigidũ esse dicētis. sapor cuiꝰ amarus est: amaritudo aũt significat calorē extenuantem: sed sm cibum durus digestioniq; inobediens. Quod si miscetur cum aceto ⁊ maligranati agrestis succo: tēperiē sumit: vnde calorem extinguit stomachi: sm medicinam vero congruit: q: succus eius mixtus cum cerusa aceto: lithargyro ⁊ oleo ro. fit ꝯ cal. apostemata ⁊ cholericas pustulas. Qd̃ si misceatur cum mica panis ⁊ farina lentis: cōtra erisipilam de grossis humoribus ortã. vnde Diascorides qd̃ ⁊ Gal. affirmauit

Oportet huiusmodi inquit cataplasmatis confectionem in statu apostematis non in initio poni: quia in initio necessaria est res infrigidans ⁊ dolorem mitigans non dissoluens ⁊ vulnera aperiens.

¶ De ruta.

Ruta duplex est: domestica et siluestris. Siluestris ca. est ⁊ sic. in quarto gradu. domestica in tertio. vñ domestica melior est ad digerendum: q: ꝟtutē incidendi habet: et grossos viscososq; humores extenuandi: vētositatem ⁊ inflationem dissoluere: ventrē humectat; proinde iuuat inferiora intestina. Quod si coquat eiusq; apozima potui detur: torsionem tollit: ⁊ ventris dolorem de ventositate viscosisq; humoribus factum. Rursus si coquatur in oleo ⁊ clystere ex eo factum fuerit: grossam dissoluit ventositatem: grossisq; et globosis intestinis suspensam. In vino cocta potuiq; data; fit contra hyposarcam.

¶ Queritur cuius complexionis sunt cappares. Rñdeo: in cappare est duplex substantia. Quedam calida ⁊ sicca superficialis expansa per totum: ⁊ in cappare dñatur: ⁊ ideo quoad hanc ponitur in gradu ca. ⁊ sic. Est alia substantia centralis pauca ⁊ occulta frigi. ⁊ sic. ⁊ quoad hãc nō ponit i gra. Et ad hoc qd̃ dicit Auicē. ꝙ cappares fructificãt sicut cucu. sed idētitas fructifications sequitur illam naturam cōplexionis ⁊c. Rñdeo ꝙ duplex est similitudo. Quedam materialis ⁊ essentialis. Et quedam accidentalis ⁊ formalis. Dico ergo ꝙ cappares fructificãt sicut cucumer quãtũ ad formam exteriorem: quia habent fructus similes in forma ⁊ sic loquitur Auicē. nō tamen quãtum ad materiam nutrimentalem que est cali. ⁊ sic. respectu capparum. Nota ꝙ si capparis sumatur via cibi in magna quantitate tunc oppilat: quia operatur tunc ratione sue substantie: sed si sumatur in pauca quantitate: deoppilat: quia tunc operatur per suam complexionem calidã ⁊ siccam: ⁊ tunc datur via medicine: et non generat sanguinem melancholicum grossum. ¶ Queritur quare capparis habet ꝓprietatem in egritudinibus splenis: ⁊ ipsum proprie respicit: non sic vero alia membra sicut epar: vt dicunt isti versus. Gaudet epar spodio: mace cor: cerebrum quoq; musco. Pulmo liquiritia splen cappare: stomachusq; galanga. Membra quoq; veneris congaudent satirione. Ego dico ꝙ a tota specie respicit splenē: ⁊ in istis nō queratur ratio: vt dicit Auicē. sed soli experimento credatur. Secũda causa est: q: splen est frigidus ⁊ siccus: ⁊ capparis ca. ⁊ sic. ⁊ ideo splenē confortat: quia discrasia innaturalis appetit contraria: quia illis iuuatur ⁊ reducitur ad temperamentum. Item in splene est melancholia: vnde receptaculum est melancholie ipsum oppilantis: ⁊ capparis sua ca. ⁊ sic. deoppilat: ⁊ cum hoc alterat suam malã discrasiã fri. ⁊ sic. Sed non sic epar respicit: quia eius substantiam cito passibilem dissolueret ratione sue caliditatis ⁊ siccitatis. Tertia causa est: q: q̃dã sunt diuretica fundata in subtili substantia: vt flos geneste: ⁊ semen raphani: ⁊ ista respiciũt membra remota ⁊ deoppilant ea: quedã vero i grossa substantia vt radix raphani: ⁊ huiusmodi deoppilant mēbra propinqua ⁊ ipa respiciunt. Quedam vero in mediocri substantia vt cappares ⁊ ista respiciunt ⁊ deoppilãt mēbra media sicut est splen. Nota ꝙ radix capparis quantum ad partes ꝓpinquas est magis diuretica: sed quãtum ad longinquas semē est magis diureticũ: ⁊ sic nō capit Auicē. sed ꝑmo modo: ⁊ ideo radix est magis diuretica capiendo ꝓ fortius: sed non pro longius: imo semen. ¶ Queritur cuius complexionis sit cepe. Solutio: quantum ad complexionem essentialem ⁊ radicalem est ca. ⁊ sic. Sed quoad accidētalem ⁊ fluentem est cali. ⁊ humi. quia in cepa abundat humiditas nitrosa ⁊ salsa accidētaliter: sicut patet de senibus qui radicaliter sunt frigidi ⁊ sicci: tamen accidentaliter sunt humidi. ¶ Querit vtrum cepa generet hu. phlegmaticũ

sicut dicit Ras. Rñ. per se ⁊ materialiter generat cholerã effectiue tamen ⁊ accidentaliter generat phlegma hac via q: vt dicit lr̃a: cepa h3 acumen rõne cuius pũgit ⁊ mordicat intestina ⁊ stomachum: ⁊ facit cibaria cito exire ⁊ phlegma est pamũ humidũ a cibo indigestũ: vt dicit phus in topicis. ⁊ hoc modo loquit̃ Ras. Vel dic ꝙ materialr̃ h3 phlegma generare: quia vt dicit littera: cepa maxime est euaporabilis vnde per viam reumatismi fumi ab ea resoluti petunt caput Sed dicit Haly. ꝙ quando ascendũt reumata calida descẽdunt reumata frigida: ⁊ ita descendẽdo conuertũtur hmõi fumi in phlegma. Nota ꝙ cepa nocet cerebro. Vna cã est: q: vt dicit Gal. cepa habet proprietatem inficiendi cerebrum ⁊ ita nocendi. Secũda causa est quam tãgit littera: quia est maxime euoporatiua: ⁊ ita caput replet ⁊ eius miringas distendit. Item habet acumem ratione cuius ipm mordicat ⁊ pungit: sed ab extra administratũ non est ita euaporatiuũ ⁊ sic rõne complexionis non nocet: sed ratione sue substantie cito euaporabilis: ⁊ quando ab extra applicatur nõ euaporat: sed dissoluit. Et si arguas ꝙ Gal. dicit ꝙ illa que valent extra valent intra: vñ que cito putrefiunt extra ⁊ intra igitur si succus cepe exterius applicatus capiti dolorem eiꝰ mitigat: vt dicit Auicẽ. sequitur ꝙ ⁊ intra sumptꝰ. Solutio Gal. intelligit de illis que principaliter agunt: vt de medicinis: ⁊ non de illis que agunt ⁊ patiũtur vt cepa. ¶ Querit̃ q̃re cepa ⁊ alia hmõi acumĩa hñtia vt allia: exteriꝰ emplastrata faciunt rupturam: non autem interius quãdo comeduntur: cum tamen membra interiora sint passibiliora exterioribus. Vna causa est: quia sicut vult Auicẽ. medicine est agere: cibi vero pati. cũ ergo extra emplastrata administrant̃ in via medicine: igit̃. s3 intra administrant̃ via cibi ⁊ ꝓpter hoc non agunt: imo patiunt̃ ⁊ nutriũt. Item intus recepta multiplici digestione degerũtur: ⁊ a sua ꝓpria natura spoliantur ⁊ maxime alterantur. Secunda causa est quã tãgit Gal. sc3 abũdãtia phlegmatis ĩ stomacho que eis occurrit ipsa reprimendo: non autem sic quando extra applicantur. Tertia causa est: quia in stomacho vadunt per concauitatẽ eius: non tangẽdo substantiam eius: sicut tangunt cutem: quãdo extra emplastrant̃. ⁊ omnis actio fit per contactum vt dicit Arist. Quarta causa est quam tangit Gal. quia: diu ⁊ per magnum tempus morantur supra cutem: non autem in stomacho: ⁊ omne agens requirit tempus debitum ad suam operationẽ: igitur. Quinta causa est admixtio humorum cum eis in stomacho ⁊c. Nota ꝙ cepa valet in passionibus oculorum: quia est abstersiua: quia calida ⁊ sicca. Secũda causa est: quia sm Aristo. in de celo ⁊ mundo: in anteriori parte cerebri omnes sensus sunt situati: quia ergo cepa extra applicata ratione sui acuminis mundificat cerebri partẽ anteriorem per lachrymas iuuat oculos: sed abintra dicta euaporat: ⁊ ideo nocet. ¶ Queritur quare cepa valet in fetore oris. Rñdeo ꝙ fetor oris quandoq3 causat̃ vicio spũalium: vt in ptysicis ⁊ leprosis: ⁊ iste non potest curari. Aliqñ causatur ex mala complexione stomachi siue humoꝝ vicio: ⁊ iste fetor manifestatur ante cibum: ⁊ per potum vini odoriferi sedat̃. Tertio modo causatur vicio cerebri vt ꝓpter hu. corruptum existentem in cerebro: vnde quando aer attrahitur per nares vna portio currit ad cerebrum: ⁊ secũ defert aliquid de odore illius humoris putridi: quãdo expiratur alia vero pars aeris currit ad cor: ⁊ talis fetor curatur p medicinas ad hoc valentes: ⁊ per aromaticas species. Quarto modo causatur vicio gingiuarum putridarum: ⁊ hic sedat̃ per abstersiua odorifera vt per galangã. hoc modo causatur ꝓpter humores putridos existentes in stomacho: ⁊ hunc fetorem remouet cepa: quia incidit ⁊ diuidit rõne sue caliditatis ⁊ siccitatis illos humores: ⁊ pungit stomachum ad illos expellendum. Nota ꝙ cepa lubricat ventrem ratione sui acuminis: quo pungit ⁊ mordicat stomachum ⁊ stimulat: ⁊ ista de causa transmittit̃ cholera iuuatiua ad intestina ad excitandum expulsiuam: vt volunt auctores. Secunda causa est quia habet cepa humiditate3 nitrosam lubricatiuam: q: omne humidum lubricatiuum. Nota vlterius ꝙ cepa cruda plus imprimit via medicine ⁊ cocta via cibi. ¶ Querit̃ que allia sint calidiora: aut nata in regione calida aut frigida. Solutio ꝙ in frigida ratione constrictionis pororum et reclusionis ⁊ vnionis caloris naturalis: sed in calida regione fit exhalatio ⁊ tractio caloris naturalis ad exteriora. Et si arguatur ꝙ Serapion dicit ꝙ calor naturalis iuuatur a celesti: igitur. Distinguendũ est: quia intelligit quando calor naturalis est debilis: quia quando est fortis destruitur a calore celesti qui pius est non destruens debilem: sed fortem sibi resistẽtem calorem. Et causa huius est: quia quanto aliquid imprimens inuenit materiam magis resistentẽ tanto fortius imprimit: ⁊ ꝓpter hoc aqua calida citius cõgelatur q̃ frigida: igitur cum calor sit fortis in alliis: igitur eum debilitat: nõ sic vero in hydrope: quia est calor naturalis debilis. Vel dic ꝙ Serapiõ intelligit quãdo calor naturalis agit in materiem morbi ⁊ non cibi. Vel dic ꝙ deperacodẽs adiuuat debilitando suum cõtrarium: vt in hydrope: ⁊ nõ addendo in calorem naturalem de per se. ¶ Queritur vtrum allia valeant contra sitim: vt dicit Gal. in de simplici medicina. Respondeo ꝙ sitis causatur quandoq3 ex inanitione membrorum: vt patet in ieiunantibus: ⁊ ita sedatur per potum vini. Secũdo modo per calefactionem remotorum mẽbrorum: sicut renum: ⁊ ita non potest sedari nisi per potum aque frigide mixte cum aceto: quia acetum facit aquam penetrare vsq3 ad renes: que est obtuse substantie. Tertio modo causatur sitis ex mala complexione stomachi sine vicio humoꝝ: ⁊ ista per potum aque frigide curatur. Alio modo causatur sitis ꝓpter supercalefactionem aeris frigidi spũalium sine hu. vicio: ⁊ ista sedatur per attractionem aeris frigidi: vt dicit Constantinus. Quinto modo causatur ꝓpter abundantiam male materie in stomacho vel spiritualibus existentis: ⁊ sic causatur per alliũ: quia ratione sue caliditatis ⁊ siccitatis abstergit ⁊ mundificat ⁊ incidit huiusmodi malam materiam sitim causantem: ⁊ sic loquitur Gal. loco allegato: ⁊ sic non est incõueneins ꝙ allia causent sitim vno modo ⁊ sedent alio modo. Et sic allia magis habent sedare sitim q̃ cepa: quia magis abstersiua. ¶ Queritur vtrum valent contra venenum: cum Platearius dicat ꝙ sunt tyriaca rusticorum: ⁊ innuit ꝙ valet contra omnia venena. Respondeo ꝙ valent effectiue contra omnia venena: quia incidunt ⁊ consumunt: sed formaliter nõ: q: nõ valet hoc modo contra venena calida. ¶ Queritur cuius complexionis sint coriandra. Rñdeo ꝙ quãtum ad duplicem substantiam superficialem sunt calida ⁊ sicca: ⁊ in ista fundat̃ amaritudo quã habẽt: ⁊ ratione istius dissoluũt apostemata: sed quantum ad substantiam centralem sunt frigida et sicca. et quantum ad istam loquitur diascorides qui dicit ꝙ sunt stiptica. ¶ Nota ꝙ ruta valet contra fluxũ sanguinis ipm desiccando ⁊ consumendo: ⁊ etiam cauterizando cum sit calida et sicca: non autem valet condensando infrigidando ⁊c. Nota vlterius ꝙ valet contra sacrum ignem abstergendo ⁊ mundificãdo ratione ca. ⁊ sic. sue: ⁊ non valet alterando. Nota ꝙ domesticum eiusdem speciei est cali. siluestri: sed non est verum de illis que sunt diuerse speciei sicut ruta siluestris et domestica. ¶ Querit̃ q̃re: mustela querit rutam: ⁊ fricat se cum ruta quando vult pugnare cõtra serpentem. ⁊ quidã lupi inquirunt eam ad acuendum dentes: ⁊ bufo feniculũ ad recuperandum visum: vt dicit phus in libro de animalibus. Respondeo ꝙ sicut saliua hominis ieiuni est venenũ contra bufones: quia eis contrariatur a tota specie. Similiter ⁊ ruta est venenum contra serpentem: ⁊ ista animalia bruta habent cautelas innatas: ⁊ hoc ratione sue vilitatis respectu hominis qui non habet illas innatas: imo acquisitas. Vel dicendum quia ruta est dissolutiua: ⁊ serpens est debilis coagulationis quare serpẽtem interficit ratione sui horribilis odoris etiam quem serpentes fugiunt. ¶ Queritur quare dicitur: Ruta viris venerem minuit: mulieribꝰ auget. Ratio est quia coitus consistit in temperamento: ⁊ mulierũ frigiditatem ⁊ humiditatem distemperatam ruta reducit ad temperamentum: igitur. Vnde dicit phus ꝙ mulieres plus appetunt coitum in estate q̃ in hyeme: quia in estate tẽperantur per caliditatem ⁊ siccitatem estatis: sed viri sunt minime distemperati isto distemperamẽto.

De cymino.

Cyminū calidū est in tertio gradu: siccū in secūdo: vētositatem dissoluit: dolorem ventris et torsionem placat. coctum cum cibariis ventositatem generantibus eam tēperat. Simili modo hoc faciunt nigelle. habent autem nigelle aliam proprietatē: quia occidunt lumbricos si potentur.

De aneto.

Anetū cali. est in fi. secūdi gra. sic. in medio. ventositatem et inflationem et tumorem dissoluit. cuius rami si in oleo cocti fuerint: diureticevirtutis sunt: et inflationē dissoluūt: laboriosos mitigant: somnum prestant: humida apostemata ad sanitatem pducunt. Semen eius bibitū vrinam pvocat et lac augmentat: ventrem de humorum putredine mūdificat: dolorem et tumorem laborēq dissoluit: habet etiā pprietatē extinguēdi singultum de plenitudine. Quod si vratur fit cali. et sic. in tertio gradu. valet contra vulnera putrefacta et diuturna in veretro nata.

De carui.

Carui cali. est et sic. in tertio gra. hꝫ aliquantulum acuminis. vnde congruit frigidos humores habentibus: ventositatem expellit: digestiuam vim confortat: vrinam prouocat: lumbricos et cucurbitinos expellit.

De pipere.

Piper calidū est et siccū in quarto gra. valet frigidos et humidos habentib⁹ stomachos. adiuuat digestiuā virtutē: et est fm medicinā: quia si immiscet in electuario optimum fit cōtra diuturnam tussim: que de grossis humorib⁹ est. et pectus: pulmonē: et stomachum de viscoso phlegmate mundificat: ventris inflationem et ventositatem aufert: vrinam pvocat.

De zinzibere.

Zinziber ca. est in tertio gradu: humiditatem habet: licet sensui non appareat: quod testificatur: quia putredini apparatum est: vtile est frigidis: ventrem soluit: humiditatē desiccat: digestiuam virtutem adiuuat: ventrem humectat.

De cinamomo

Cinamomum calidum est in tertio gradu: stomachum confortat: quia aromaticum est: oppilationem epatis aperit: et mēstrua: et vrinam prouocat.

De croco.

Crocus ca. est et sic. in primo gradu: stomachum confortat: epatis oppilationem aperit: anhelosos iuuat: vrinam et menstrua pvocat: et membra debilia oīa confortat.

De mastice.

Mastix ca. est et sic. ī secūdo gradu: stomachū confortat: vrinam pvocat: et indigestionem adiuuat.

De sinapi.

Sinapis ca. ē et sic. ī medio quarti gradus humiditatē capitis et stomachi desiccat. Qr si cum blitis cibui detur: stomachum de grossis humoribus mundificat villis eius se adnectentibus.

Queritur cuius cōplexionis sit cyminum. Nota q quedam ponunt in gradu ratione sue compositionis formalis: et hoc mō aqua in altiori gradu ponit frigida q psiliū: q: frigidior est. Quedā ponūtur in gradu effectiue: idest per effectum quem inducunt: et hoc modo in altiori gradu ponitur psiluum q aqua: et istis modis nō ponit hic cyminū in gradu. Quedā ponūtur in gradu ratiōe etatis: et sic cū cyminū in sua prima etate sit humidū que humiditas reprimit caliditatem: sic est calidum inter tertium et secundum: et siccum inter primū et secūdum: et sic loquitur Auicē. aut ponitur in gradu ratione etatis complete: in qua abundans humiditas consumitur: nec suum calorem reprimit. et hoc modo ab isto auctore ponitur in gradu: et si in excedenti quātitate daretur lederet sensum: vt posset obijci: sed cyminum non datur in magna quantitate: qn permiscetur cum cibariis.

Queritur vtrū emplastratum super percussionem et liuorem habeat turpem et fedum colorem et sanguinem congelatum et mortificatū remouere: interius vero administratū ecōtra vt dicit platear⁹: q: hꝫ colorē fedū gnare. Nota q abstergēdo imūdicias et superfluitates cutis: vt breuiter oīa acuta calida et sicca valet ī maculis cutꝭ: et sanguinē mortuū consumendo et abstergendo. Item quia habet aliquam ponticitatem prohibet fluxum hu. et sic emplastratū valet cōtra liuorem: et sic loquitur Johānitius de bono colore quando dicit q cutis coloratur fm exigētiam humoris existētis sub cute. Et nota q cyminū comestū in parua quātitate et raro bonū colorē facit: in magna tamen quātitate et sepe non: q: cum sit ca. in tertio et sic. ī secundo cholerizat nimis sanguinē: qui cholerizatus penetrās ad cutem fedum colorem generat: et sic loquitur Auicē. et platearius.

Queritur vtrū anetum somnū prestet. Respondeo cum littera q sic qn scꝫ datur corpori distēperato patiente torsiones a ventositate in vētre cum ventositates cōsumat: in corpore tamen tēperato impediret somnū. Nota q anetum maturat apostemata remouendo: abstergendo: et consumendo humiditatem aquosam abundantem in apostemate: et sic intelligit auctor non tamen maturat: naturalem calorem qui in calido et humido fundatur confortando: sed lana succida et oleum et breuiter res calide et humide. Nec fluxum materie crude ad locum repercutiendo et constringendo poros membri apostemati: q: hoc modo repercussiua maturāt.

Queritur vtrū anetum augmentet lac. Solutio q quedā augmentant lac: et generant materialiter: sicut bona cibaria: quedam vero excitatiue: vt continua attractio mamille. Unde dicit phus: q per cōtinuam tractionem potest vir etiam puella habere lac: quia in illa cōtinua attractione fit dolor: et sicut fortis dolor prouocat reuma: vnde humores fluunt ad mamillas et ibi per naturam mamillarum in lac conuertuntur. Quedā generāt lac pungēdo mamillā: vt dicit Aristo. q fricatio mamillarum cū vrtica generat lac in mamillis. Quedam vero faciendo penetrare sanguinem ad mamillas: et sic ca. et sic. et omnia diuretica: sicut anetum augmentant lac. Item aliqn impedit trāsit⁹ sanguinis menstrui ad mamillas ppter ventositatem grossam existentem inter mamillas et matricem et illos meatus oppilantem: et hoc modo adhuc anetum generat siue augmentat lac: nō tamen sperma: imo diminuit quia est in pauca quantitate respectu lactis et magis passibilis: rōne cuius citius consumitur et desiccatur ab aneto.

Queritur quare anetum sedat singultum et tamen vomitū pcurat. Cā āhui⁹ est: q: singult⁹ causatur ex vētositate intercisa inter partes siue parietes stomachi quā natura intendit expellere: et sic curat singultū anetum consumēdo: et etiā potus. vnde dicit phus q pluuia abscindit magnū ventum per eandem viam: q: ventus est ex ventositate magna et pluuia ratione sue humiditatis habet illam abscindere. Sed vomitum habet anetum pcurare: quia datur stoma-

cho plectorico resoluit: et non potest cōsumere: cū nō sit tāte caliditatis ꝙ cōsumat: q: non est cali. nisi in secundo gradu: facit ergo qḋ pōt. dissoluit fumos qui resoluti faciūt phātasticā repletionē in ore stomachi: et stomachus tunc sentiens nocumētum euomit. Sed ventositatē consumit in singultu q: illa ventositas erat iam generata: et facilius est consumere tantūmodo ꝙ resoluere et consumere simul. Nota ꝙ vomitus prouocatur multis modis. Uno modo phantastice replendo os stomachi sicut anetum. Quedā vō retinendo in stomacho vt raphan⁹. Quedā faciendo supnatare in ore stomachi: vt omnia vnctuosa. Quedā rōne sue quantitatis. et sic docent practici doctores in stomacho forti et difficile vomenti, puocare vomitum post multa cibaria: quia tunc non est stomachus ita auidus in retinēdo cibum sicut ante cibū vnde post cibum facilius euomit. Quedā vero vomitū puocant attrahēdo humores siue superfluitates ad stomachū sicut sunt medicine vomice: et iste sunt fortes: q: tā a partib⁹ ppinqs ꝙ remotis attrahūt. Nota ꝙ ameos vt dicit auctor vētositatē expellit in corpore iam gñatā: nō tamen in corpore nōdum generatā: quia non est potens resoluere et consumere simul ppter suam debilem caliditatem: sed bene cōsumere iam generatā. ¶ Queritur vtrū piper cōpetat in regimine sanitatis. Itē queritur quare omnia frigida in quarto gradu sunt venena vt iusquiamus opiū: sed calida in quarto gradu non sicut piper. Solutio istius manifestabit solutionē alteri⁹: quare dico ꝙ vna causa est: q: calidū est amicū nature: frigidū vero nō. Secūda causa est: quia vt dicit Aristo. viuere est motus spūalis a centro ad circūferētiam: mori vero ecōtra. vnde dicit ꝙ vita est primo in corde: et postea diffunditur a corde ad alia mēbra. Item vltimo est vita in corde: q: vltimū qḋ moritur est cor: q: calor naturalis ī vltimo refugit ad cor tāꝙ ad suā minerā ꝑm qḋ recitat Gal. q: ipe posuit manū suā in aīali mortuo iuxta cor interius: et inuenit tantum calorem ꝙ mirū fuit: q: igitur calidum mouet motu vite: et frigidū econtra: igitur. Tertia causa est melior et subtilior: q: quedā est complexio humana radicalis: et ista est interuenū temperamētū et primū gradū. Quedā est complexio fluēs que est eleuata vsq; ad secūdū gradum. vñ est ca. et hu. in secūdo gradu. Unde dico ꝙ calida in quarto gradu non distant a cōplexione humana fluente nisi per duos gra. et ppter hoc non sunt venena. Sed frigida in quarto distāt a cōplexione humana fluēte ꝑ sex gra. quia ꝑ quattuor prima distant a cōplexione fluente. Itē a vero tēperamēto siue radicali: qui est inter tēperamentū et primū gra. distāt ꝑ vnū gra. et ecōuerso radicalis distat a fluente per vnū: et ita frigida in quarto maxime distant a cōplexione humana ppter quā maximam contrarietatem sunt venena respectu cōplexiōis humane. Et sic ad argumētū dicitur ꝙ piper et calida in quarto gra. sanis competūt in parua quātitate. et tu obiicis de magna quantitate qñ arguis ꝙ ca. in quarto destruūt sensum. Uel dic ꝙ ca. in quarto cōpetūt cū aliis cibariis et non per se. Et nō sic de euforbio: q: ē venenum a tota specie et non piper: sed solū rōne cōplexionis. Sed ista solutio nihil valet: q: litharg⁹rū et sulphur sunt venena a cōplexione et nō tamen a ꝓprietate: ergo et similiter piper. Ideo dicas ꝙ litharg⁹rū et sulphur sunt venena rōe sue substātie grosse que nō potest a natura corrigi sicut substātia piperis que est subtilis: et per cōsequens passibilis. Et de euforbio dic ꝙ ꝗuis fundetur in substantia subtili: dic tamen q: gñatur ex supfluitate arboris cū sit eius gūmi: ideo est venenū: nō aūt piper: q: nō gñatur ex supfluitate arboris cū sit fruct⁹ nutritus ex puriori parte nutrimenti arboris. Uel dic ꝙ euforbiū receptum in corpore cito penetrat: et non potest expectare actionē nature: sed piper multū moratur: igitur. ¶ Queritur vtrum oēs species piperis sicut leucopiper: macropiper: melanopiper sint cōplexionis eiusdē. videtur ꝙ sic: cū sint eiusdē arboris ꝑm Platearīū: ꝫ cōplexio est via ad speciē: igitur. In ɔ̈rium est Auicē. dicēs ꝙ piper albū et longū ca. et hu. est in secūdo gradu et nigrum in quarto. Rñdeo ꝙ quātum ad complexionē radicalē sunt eiusdē cōplexionis: et ista cōplexio radicalis est via in speciē. Sed quātum ad fluentē que quotidie diuersificatur non sunt eiusdē cōplexionis: q: album piper et longum colligunt viridia ab arbore: et ideo humiditatē hñt reprimētē caliditatē. Sed piper nigrū colligitur siccum et cōplete maturatū: non habet tantā humiditatem: imo nullā: ideo est calidū et siccū in quarto. est eñ rugosum quod attestatur defectui humiditatis vt patet ī senio. ¶ Queritur quare piper valet in tenebrositate oculorꝫ. Rñ. q: rōne sue ca. et sic. abstergit sordicies oculi: et oculus debet esse tersus et politus. Secunda causa est: q: ꝑm Aristo. cerebrū et oculus sunt eiusdē nature: cuius signū est: q: vtrunq; maxime debilitatur in coitu et patitur: vnde oculus cōpatitur cerebro: et dicit ꝙ cerebrū diues est in virtute aīali pauper vero in naturali. vnde est fri. et hu. q: ergo piper habet calorem siue virtutē naturalē confortare vt digestionē: q: ca. et sic. ideo digestionē cerebri cōfortat et ipm reducit ad tēperamentū: et per ɔ̄sequēs oculū cum sit eiusdem nature cum cerebro. vnde dicit phs ꝙ oculus est nature aquee: cui⁹ signū est quia si pungatur acu: cōuertitur in aqueā subām et in eam dissoluitur. et hoc dicit Aristo. in de sensu et sensato. Tertia causa est: quia cerebrum directe superponitur stomacho: et ideo cum piper confortet digestionē stomachi: similiter et cerebri: et per consequēs oculi. ¶ Queritur cuius cōplexionis sit zinziber: videtur ꝙ calide et sicce: q: Auicē. dicit ꝙ caliditas intensa et perseuerans associat sibi siccitatē: ergo cum in zinzibere sit caliditas excellēs: q: ca. in tertio vt dicit littera: videtur ꝙ sit siccū. Item dicit Auicē. ꝙ zinziber magis calefacit ꝙ piper: sed piper associat sibi siccitatē: ergo multomagis et zinziber. In ɔ̈rium est auctor dicens ꝙ est ca. et hu. Item cito putrescit. vt dicit lrā: ꝫ mater putredinis est humiditas: igitur. Solutio: q: radicaliter est ca. et sic. et sic intelligit Auicē. fluenter tamen est humidū: q: multū abundat in humiditate: cum sit radix latitans sub terra: nec possit ad plenū calor celestis digerens imprimere nec illā humiditatē cōsumere sicut facit in pipere quod exponitur aeri. Ad argumētū igitur dicitur ꝙ zinziber plus calefacit. i. tardius et forti⁹: sed zinziber plus calefacit. i. citius. Et possemus dicere ad argumentum in ɔ̈rium ꝙ illa humiditas non est naturalis: ideo cito putrescit. Nota ꝙ zinziber cōstipat si detur in magna quātitate: et sic intelligit Auicē. loquēs auctoritate Alcāne. et etiā si detur ventri constipato a fecibus duris. Sed cōstipato ab humoribus viscosis laxat eos incidendo et dissoluēdo. etiā rōne sue humiditatis lubricat: et rōne sui acuminis pungendo intestina etiā laxat et sic intelligit lrā. ¶ Queritur de hoc qḋ dicit Auicē. ꝙ piper laxat ecōtrario mō ꝙ scamonea: qḋ est hoc dictu. Rñdeo ꝙ scamonea in modica quantitate sumpta restringit: sicut narrat Gal. de quodā iuuene q̄ erat cōstipatus: et sumpsit parū de scamonea q̄ feces desiccauit: sed in senectute habuit ꝑpetuū et immoderatū fluxū. econuerso est de zinzibere: q: in modica quātitate sumptū laxat: quia tunc per humiditatē tēperatur: sed in magna quātitate sumptū desiccat et constipat rōne sue magne caliditatis Nota ꝙ zinziber rōne sue humiditatis remollit maculā oculorum: et rōne sue caliditatis abstergit: incidit et diuidit maculam. et dicit Gal. ꝙ q̄ habent ṽtutes innatas melius operātur: et zinziber habet istas duas innatas: igitur. ¶ Queritur quare cynamomū bonū odorē facit: gariofili vero generant fetorē in ore. Causa est: q: cynamomū boni odoris est: imprimit odorē in humido saliuali: vnde tantum consumit quantum resoluit: sed gariofili licet bonū odorē imprimāt in humido saliuali: cum tamen non tantū cōsumāt quātum resoluūt: illud quod resoluitur inuiscatur inter dentes et gingiuas: et ideo putrescit: et sic fetorē generāt. ¶ Itē queritur quare frequēs vsus et continuus istarum specierū aromaticarū generat fetorem anhelitus et tamen paucus et nō frequens generat bonū. Ratio est: q: que nimis frequētātur plus resoluunt ꝙ consumant: igitur. ¶ Queritur quare cortex subtilis cynamomi melior est grosso. Cā est: q: cynamomū est cortex arboris gñatus ex superfluitate nutrimēti arboris: et ita quāto grossior tantomagis attestatur impuritati et econtra. Secunda causa: q: cortex subtilis attestatur plante iuueni: grossus vero antique: ꝫ in iuuene plāta est maior calor: et ita subtilior et magis digeritur ꝙ grossus. ¶ Queritur quare cynamomū cito frangibile vituperatur. Ratio est: q:

significat priuationem humiditatis: rõne cuius laudabat.
¶ De croco quero vnicũ: quare desiccat stomachũ: tamẽ maxime confortat cor. Ad hoc dico sm Auicẽ. ꝙ crocus dirècte opponitur acetositati: ⁊ q: acetosa habẽt stomachũ confortare: igit. sed q: est aromaticus: ⁊ oĩa aromatica habẽt cor confortare: igit. Item penetratiuus est ⁊ diuisiuus per minima: ⁊ ꝑpter hoc recreando spũs confortat virtutem vitalem cuius domiciliũ est cor. ¶ Queritur quare mastix est frenũ scamonee. Causa est: q: sm Gal. sup ꝑnosticas: oĩs medicina scamoneata nocet stomacho: ⁊ mastix inter oĩa gũma stomachum confortat: ideo interponit se inter stomachũ ⁊ scamoneã ne ei noceat: ⁊ ideo scamonea debet grosso modo puluerizari: ⁊ mastix subtilissime hac de causa: ⁊ etiã q: meliꝰ attrahet a longinquis sic: nec ita poterit adherere villis stomachi: vt excoriet ipm. ¶ Nota ꝙ sinapis stringit vrinã ⁊ egestionẽ ꝓuocat: q: rõne caliditatis sue ⁊ acuminis pungit intestina: ⁊ cõsumit materiã vrine. Et nota ꝙ nocet cerebro: ⁊ scdo naribus rõne subẽ sue euaporabilis maxime ideo fumi acuti ab eo resoluti petũt caput mordicãdo: ⁊ cerebrũ sentiens suũ nocumentũ repellit eos ad nares: igitur caruncule enĩ nariũ maxime sunt sensibiles. ¶ Querit quare sinapis cerebrum iuuat: spũalia vero ledit: ecõtrario est de alliis ⁊ eruca: iuxta illũ vsum. Allia pectoribus prosunt: cerebroqꝫ sinapis. Causa est: q: sinapis est subtilis substantie ⁊ euaporabilis: vnde fumi ab eo resoluũtur calidi ⁊ sicci qui alterant malam discrasiam cerebri fri. ⁊ hu. ⁊ postea tũc põt caput cito se exonerare ab illis fumis: transmittẽdo ad nares: cũ sint subtiles. Sꝫ in stomacho nõ morant rõne sue subtilitatis: ⁊ ꝑpter hoc nõ possunt imprimere in spũalibꝰ ⁊ ꝑpter hoc iuuant cerebrũ: sinapis tñ nocet spũalibꝰ: sed ecõuerso est de alliis eruca ⁊ aliis acuminibus: q: dure sunt substãtie ⁊ grosse: ⁊ nõ cito euaporant: vnde diu morant in stomacho: ⁊ tunc imprimũt in spũalibus si tarde euaporant ad cerebrũ: ⁊ qñ ad ipm euaporãt: non potest se cito exonerare ab illis: ideo ledunt cerebrũ ⁊ iuuant spũalia.

¶ De aceto.

Acetum moderate infrigidat ⁊ fortiter desiccat causa desiccationis sue frigiditatis: q: de duabus componitur naturis. frigiditate videlicet essentiali que ꝑ sui acetositate est. et accidentali humiditate acquisita de ebullitione ⁊ putredine. omne enim acetum est in initio dulce: sed cum coquitur calore solis ⁊ aeris ⁊ ebulliens non habuerit vim qua custodiat: putrescit: ⁊ excoquitur eius liquor: ⁊ in acetositatem vertitur. ideoqꝫ acetũ infrigidat in primo gradu: et desiccat in tertio: vnde ꝑpter sue humiditatis ⁊ frigiditatis debilitatẽ perforat velociter corpus vsqꝫ ad loca remota: ⁊ facit ibi illũ qđ i vino iam fecerat. Cã subtilitatꝫ est calor quẽ acqsierat ab ebullitione. Ceteri vero liquores nõ habent illam subtilitatem simili modo: sicut vue agrestis liquor et maligranati: pomiqꝫ citrini ⁊ similium. horum actio plus in vicinis ꝙ̃ in longinquis operat locis. vnde Gal. volens stomachi refrigerare calorẽ aut membra sibi vicina: malorumgranatorum sucum: aut vue amare: aut pomi citrini accipiebat: vtile enim est: quia in stomacho morantur ꝑpter simplicitatem frigiditatis eorum. Volenti quidem refrigerare membra a stomacho remota: conueniens est acetum: habet enim vim viam facientem: qua ad loca longinqua dirigitur: idcirco est dissolutiuum ⁊ extenuatiuũ: quod calefactiuũ potui datũ: orthomiã habentibus subuenit: ⁊ sanguinem ⁊ lac coagulatum in stomacho dissoluit: fit contra venenosa ⁊ mortem inferentia: sicut est opium: iusquiamus: euforbium ⁊ similia: diuturne tussientibus et phlegmate occurrit: nocet tñ nouiter tussientibus: tussi maxime sicca exagitatis: ꝙ si coquatur cum cibis: vel aliqua re manducetur: erit stomachi confortatiuum: appetibilem vim excitat ⁊ augmentat: malisqꝫ repugnat humoribus ad stomachum venientibus.

¶ De obsomogaro.

Obsomogarus ca. est in primo gradu. virtutem habet mundantem ⁊ colantem: pectus enim purificat: pulmonẽ atqꝫ stomachum de grossis humoribus ⁊ putridis: saporem cibis prestat: ventrem humectat: in femore dolorem seu sciaticã habentibus mitigationem tribuit: siue manducetur: siue clysterizetur: ⁊ vulnera sordida de eo loto mundificant neqꝫ per sanas partes dilatant. Garus etiam de piscibus minoris est caloris ꝙ̃ obsomogarus: pisces enim frigidi sunt ⁊ humidi: ⁊ ideo garus eorum temperatus est.

¶ De sale.

Sal calefacit moderate multũqꝫ desiccat: q: cõpositum est ex duabus qualitatibus vna est colatiua et incisiua: altera vero est coadunatiua ⁊ cõstipatiua: queutreqꝫ desiccantes sunt. Ideoqꝫ sal desiccat in tertio gra. calefacit in secũdo. qđ tamen duobus modis est. Metallinũ videlicet ⁊ marinum. Marinũ autem fit in lacubus: quas salinas vulgus vocat: vel fit de aqua maris estiuo calore cocta. Metallinum laudabilius est maxime qđ caret lapidibꝰ: ⁊ ẽ clarum obtusum et equale. Marinum vero bonum est si sit candidũ: nõ tñ quale metallinũ. vñ Dia. Sal metallinũ fortiꝰ est marino. qđ Gal. negauit. dixit enĩ actionẽ illorꝫ fore equalẽ. In initio dissoluunt ⁊ mũdificant grossorꝫ superfluitatẽ ⁊ putridorꝫ humorum. deinde que ex eis remanent desiccant ⁊ consumunt: quibus finitis naturalem corporis coadunãt humiditatem: ⁊ constrictã conseruant: ⁊ poros cutis claudunt: vt illa humiditas putredini non appareat. sm medicinam non conferũt. dãt enĩ cibis condimentum: saporitatem atqꝫ acceptabilitatẽ digestiuã vim adiuuantem.

¶ Superius determinauit auctor de condimentis solidis siue de illis que habent suum esse a natura: hic autem de liquidis que habent suum esse ab arte vt aceto. ¶ Querit vtrum sapor in aqua salsa sit a ꝓpria natura ipsius: videt ꝙ non: q: dicit phus in libro de sensu ⁊ sensato: ꝙ aqua est materiale principium ad omnes sapores: sed nullum tale habet saporem a ꝓpria natura: quia indifferenter se habet ad omnes sapores: neqꝫ saporem habet sm phm: igitur. Secunda ratio: sapor est passio nutrimenti: vt dicit phus: ergo quod caret nutrimẽto caret sapore: quia propria passio nõ separatur a subiecto: sed aqua non nutrit cum sit simplex: vt dicit ysaac in dietis vniuersalibus circa principiũ: ergo aqua non habet saporem. Tertia causa est: quia omnia elementa carent sapore vt dicit phus. Quarta causa est: quia qualitates priores sunt in elementis: ⁊ in illis qualitatibus solum quibus elemẽta sunt contenta: posteriores vero qualitates sunt in mixtis et has sequitur sapor sicut effectus propriam causam: igitur. Quinta causa: aqua est materia ⁊ principium omniũ saporum: ergo habet saporem qui est principium omnium saporum: huiusmodi autem est sapor insipidus sm ysaac: ergo aqua salsa est insipida essentialiter ad minus: sed sapor insipidus non est sapor nisi abusiue ⁊ priuatiue cũ sit materia ad omnes sapores: ⁊ hic sapor

est in omni aqua: igitur. Ad oppositum: sapor est sequela cõplexionis et firmat suam speciem ẜm ysaac. vnde non derelinquit complexionem: sꝫ semper eam sequitur: aliter enim non cõfirmaret complexionis speciem: sed cõplexio frigida et humida materialiter est in aqua salsa: ergo in eadem erit sapor. Item color plus distat a complexione ꝙ̄ sapor vel ab elemẽtis: quia sapor firmat complexionem: nõ aũt color: sꝫ color ⁊ cõplexio est in elementis: ergo ⁊ sapor: igiẜ sapor est in aqua: ꝙ color fit in elemẽtis pꝫ: q: plato distinguebat elementa per sapores: ergo ẜm complexionem color est in elementis. Respondeo ꝙ aqua salsa non est alicuius saporis ẜm suam naturã. vnde dicit p̄hus ꝙ omnes aque in principio sui fuerunt dulces vel insalse. Ad primũ in contrarium dico ꝙ cõplexio est duplex. Una que est combinatio duarũ qualitatum: ⁊ hec in elemẽtis. Alia est que resultat ex commixtiõe qualitatum elementoꝝ in mixto: ⁊ hec est in mixtis ⁊ hanc complexionem sequitur sapor ⁊ non primam de qua arguit. Ad secundum dico ꝙ color vno modo dicitur extremitas perspicui cuiuslibet corporis sicut luminis: et hoc modo color est in elementis ⁊ in corporib⁹ supercelestib⁹. Alio modo dicitur extremitas perspicui in corpore terminato: ⁊ hoc modo est in mixtis: ⁊ hic color sequitur complexionem mixti: non autem elementorum. ¶ Queritur quomodo generetur salsedo in mari seu in aqua. Et videtur ꝙ non a calore solis: quia dicit p̄hus in libro de sensu ⁊ sensato: ꝙ nullus sapor potest generari ex actiõe caloris solis in aqua maris: ⁊ a nullo alio generatur salsedo in mari: sicut dicunt philosophi: ergo salsedo in mari a natura ꝓpria ⁊ non a calore solis causatur. Secundo: sapores fiunt per viam digestionis: sed aqua maris nullo modo digeritur a calore solis igitur. Tertio: dicit p̄hs in libro de sensu ⁊ sensato: ⁊ in libro vegetabilium: ꝙ corpora saporosa pinguia sunt ⁊ nutriunt sed aqua maris nec nutrit nec impinguat ẜm p̄hm: ergo non est saporosa: ergo non recipit salsedinem a calore solis. Contrarium dicit p̄hs: ⁊ Haly in cõmento: ꝙ salsedo est in mari ꝓpter adustionem factam in ipsa a calore solis. Solutio ẜm p̄hm ex actione caloris solis ⁊ reuerberatione radiorum ipsius supra mare resoluuntur partes subtiles maris ⁊ remanent terrestres que permixte cum aqua maris efficiunt ipsum salsum. Ad rationem in contrarium dico ꝙ non sufficit substãtia aque maris ad habendam salsedinem: sed adhuc requiriẜ ꝙ partes terrestres et aduste per calorem solis cõmisceantur cum ipsa aqua: ⁊ reducant ipãm salsedinem: sicut patet in cinere: qui cum misceẜ aque reducit eã ad naturam salsedinis: ⁊ hoc solũmodo non soluit rationes quia in nullo tangit eas. quare aliter dicendum ꝙ sapores dupliciter generantur. Uno modo per viam generationis ⁊ hoc modo actio caloris solis nullum saporem generat in aqua: ⁊ sic intelligit p̄hus. Alio modo per viam resolutiõis subtilis a grosso: ⁊ hoc modo actio solis efficit mare salsum. ¶ Queritur quare aqua maris non minuitur. Ratio est: quia sicut fit continua resolutio a calore solis: ita etiam continua restauratio per pluuias ⁊ continuum fluuiorum fluxum. Nota ꝙ aqua dulcis simpliciter et absolute subtilior est salsã: sicut vinũ aceto. Et scias ꝙ subtile diciẜ dupliciter Uno modo in complexione: et sic aqua salsa subtilior dulci Alio modo in substãtia ⁊ hoc dupliciter. Uno modo ꝓpter tenuitatem partium sicut crystallus et vitrum. Alio modo ꝓpter fortem penetrationem partium: ⁊ isto modo vltimo acetum est subtilius vino: ⁊ aqua salsa dulci: sed non simpliciter quoad compositionem: quia videmus pondus supernatare in mari ⁊ non in aqua dulci: igitur partes maris sunt grossiores. Nota ꝙ aqua salsa est magis calida ꝙ̄ frigida: q: ẜm Gal. partes aduste vincũt aquosas: igitur quia corpus calefacit ⁊ desiccat poniẜ calida ⁊ sicca. Nota ꝙ duplex est actio solis. Una est resoluere: et per hanc separat subtile a grosso. Alia est ingrossare ⁊ coagulare residuum: ⁊ sic sal generatur a calore solis. Nota ⁊ melius pro solutione quorũdam obiectoꝝ ꝙ aqua cõsiderata a parte sue cõplexionis et nature: per quã agit dissoluit sal: ⁊ ab ea non generatur hoc modo: sꝫ ꝯsiderata a parte sue substãtie siue nature materialis: ⁊ priuata frigiditate per actionem solis sal non dissoluit immo illud generat materialiter. Nota vlterius ꝙ ex aqua dulci potest fieri sal sicut ex salsa: ⁊ per calorem ignis sicut solis. Nota vlterius ꝙ calor solis vel ignis agens in humidum adurendo non tamen complete causat colorem nigrũ sicut patet in carbone: sed complete adurendo causat albũ vt patet in sale ⁊ ossibus combustis. ¶ Queritur quare sal prepõderat omnibus metallis dempto auro. Ratio est: q: ex partibus terrestribus valde generatur: ⁊ grauitas est de ꝓprietate terre. Nota ꝙ Constantinus considerat salis cõplexionẽ absolute: ⁊ ideo ponit ipm̃ in tertio gradu. ysaac autem per comparationem ad corpus humanum: quod vehementer desiccat ⁊ calefacit: ideo ponit ipsuꝫ in quarto gradu. Nota vlterius ꝙ sicut dicit Constantinus in libro gra. sal conseruat humiditates in carnibus: nec sinit putrescere ipsas. qđ cõcedimus. Et si arguatur ꝙ est cõsumptiuum humiditatum: ergo non conseruat. Respõdetur ꝙ dissolutio ⁊ consumptio vno modo fit per resolutionem humiditatis a rebus calidis ⁊ siccis: ⁊ hanc non cõseruat sal: sed dissoluit ⁊ consumit. Alio modo procedit per viam corruptionis humiditatis ⁊ putredinis: ⁊ hanc corruptionem humiditatis conseruat sal: ⁊ prohibet a putredine. Et per hanc prohibet dilatationem vulnerum: que dilatarentur ꝓpter corruptionem putredinis: quam sal consumit. etiam sal est stipticum ⁊ sic constrictiuum ⁊ vnitiuum: quod nõ habet per suam caliditatem: sed siccitatem. Nota ꝙ hac via ratione sue abstersionis conseruat colorem in auro ⁊ argento: sed si ponatur gladius ferruginosus etiam sal mundificat: sed nõ ferruginosi ingrossareẜ eius humiditas in superficie gladij: ⁊ ipm̃ redderet ferruginosum. ¶ Queritur quare sal conseruat carnes a putrefactione ⁊ non piper ẜm Constantinum: cum piper sit magis calidum: ⁊ calidi sit cõseruare. Solutio: quedam sunt calida habẽtia magnã virtutem resoluendi ⁊ cõsumendi humiditatem corporis sicut piper. Quedam que virtutem habent resoluendi ⁊ non consumẽdi sicut allia. Quedam calida que consumunt humiditates: non tamen penitus: ⁊ talia habent conseruandi carnes virtutem: sicut myrrha ratione sue caliditatis dissoluit humiditates: ⁊ ratiõe siccitatis cõsumit eas: ⁊ ratione stipticitatis consolidat corpus myrrhatum: piper aũt nõ ita se habet: ideo ⁊c̃. ¶ Queritur a quo causetur acetum: videtur ꝙ a frigido: quia dicit ysaac in dietis vniuersalibus ꝙ sapor acetosus attestaẜ frigiditati: igitur. Item ẜm Aristotelem simile generatur ex suo simili: igitur cum acetum sit frigidum a frigido generabitur. In contrarium est Gal. in de simplici medicina dicẽs ⁊c̃. Item omnis putrefactio a calido fit: sed acetum per putrefactionem generatur: igitur. Item vina in tempore calido cito conuertuntur in acetum: igitur a calido fit. Solutio: ꝙ prima causa generationis aceti innaturalis est debilitas caloris in vino: et defectus virtutis retentiue et regitiue illius. Sed secunda causa complens et perficiens est exterior calor istum calorem extra trahens: ⁊ quia calor nõ est nisi in humido extrahitur cum suo humido: ⁊ sic inducitur frigiditas ⁊ siccitas: ideo acetum est frigidũ ⁊ siccũ. Ad primum dico ꝙ attestatur frigido tanꝙ̄ pmo sufficienti: ⁊ nõ efficienti. Ad secundum ꝙ in generatione vniuoca verũ est sed in equiuoca nõ. Uel ꝑ se frigidũ est nõ ꝑ accidẽs: vel calor per accidens seipm̃ consumit consumendo suum humidum ⁊ intendens se multiplicare: sic est de calore in aceto. Sed vltra sic arguitur: sapor acetosus sequitur complexionem frigidam effectiue ⁊ conseruatiue vt dicit ysaac in vni. die. sed acetum est saporis acetosi: igitur generatur a frigido: ⁊ non a calido. Item Gal. de simplici medicina dicit ꝙ acetum generaẜ redeundo ad priorem statũ: vt ad statũ agreste: sed status primus agreste est frigidus: igitur acetum est a frigido ⁊ nõ calido. ¶ Queriẜ vlterius quare acetositas in stomacho fit a frigido: vnde humores acescunt propter phlegma: ⁊ similiter in lacte fit acetositas a frigido: sꝫ extra nõ sed a calido vt patet in vino. ¶ Postea queriẜ vtrũ generetẜ acetum per putrefactionem: videẜ ꝙ non: q: putrefactio fit per ca. ⁊ hu. sed resoluunẜ in generatione aceti. vnde remanet fri. ⁊ sic. igiẜ. Ad oppositũ est Gal. ꝙ acetũ nihil aliud est ꝙ̄ vinum mortuum. Ad primũ dicendũ ꝙ in gene

ratione aceti multa cōcurrūt. gñatur eñ acetū ꝑ cōsumptionem partium ca. ⁊ hu. ⁊ he partes sunt vinose: ⁊ remanent partes terrestres vna cum aquosis: ⁊ ex vtrisqꝫ hꝫ acetum qualitatē: actiuā ab aquosis: sed a terrestrib⁹ passiuā. Dico ḡ ꝙ illud qđ primo opaꝛ ad gñationē aceti est debilitas caloris naturalis ⁊ ꝑ ꝯsequēs vṫutis regitiue cōseruātis vitā in vino: ⁊ hoc modo corruptio vini naturalis est: q: a principio intra. ⁊ defect⁹ caloris nihil aliud est ꝙ̄ frigiditas: ideo prima causa gñationis aceti est frigiditas. Secunda causa est caliditas cōtinentis extra sicut in qualibet alia re: ⁊ ista caliditas dicit Gal. extrahit caliditatē interiorē ad exteriora quando calor intra debilis est: sed qñ est fortis non extrahit vt in vino forti: q: subiectum ei⁹ cal. est humidū: ideo calidū hauriēdo secū trahit humidū: ⁊ sic cā potestatiua gñationis aceti ē calor exterior. Ad argumētū dico ꝙ duplex est ꝑncipiū. Formale ⁊ hoc est frigidū: ⁊ huic ꝑncipio attestaꝛ sapor. Aliđ est principiū effectiuū vt caliditas exterior: q̄ nō imprimit ꝑ se: sꝫ ꝑ accidens extrahēdo calorē naturalē: ⁊ sic putrefactio facit ipm esse fri. ⁊ sic. Ad aliud dicēdū ꝙ acetositas agreste est naturalis: ⁊ ſm ordinē nature: sed in aceto est contra nature ordinē ⁊ ꝑ viā corruptionis. Item acetositas agreste est in substātia grossa ⁊ confortat stomachū: sed in aceto est in subtili substantia ⁊ penetrat neruos ⁊ nocet stomacho: licet gñatio agreste fit ꝑ caloris defectū: tñ non preter intentionē nature: sed natura ibi facit acetositatē vt ex hac fiat transitus in dulcedinē: sed in aceto est acetositas cōtra ordinē nature: ideo requirit illud qđ est contra naturā hoc aūt est putrefactio: igiꝛ. Ad aliud dico ꝙ eoꝝ que generāt. quedā per se generāt: ⁊ sic cali. a calore gñatur. Alia aūt generāt per accidēs sicut in omni putrefactione: ⁊ sic ꝑmo calefacit: secundo infrigidat: sed infrigidatio diutius durat ⁊ sapor sequiꝛ cōplexionē manentē nō fluentē: ideo dicitur sapor acetosus fri. ⁊ siccus. Ad aliđ q̄sitū dico ꝙ acetositas qñqꝫ generatur in lacte: q: calor naturalis extinguiꝛ: ⁊ partes frigide manifestātur. Secunda causa est: q: partes cali. ⁊ hu. sunt superius: ideo cito separanꝛ vt partes q̄ faciunt butyrū: ⁊ tūc remanēt partes caseate ⁊ serose. Scđo modo gñatur acetositas a calore digerente ⁊ tendēte ad dulcedinē: sicut sunt primo fructus pontici: secūdo acescunt: tertio dulcescunt. Tertio modo gñatur acetositas ꝑ defectū digestionis ⁊ regiminis vṫutis: sic gñaꝛ in stomacho: quia calor nō potest cibū digerere: ⁊ ideo sicut in fructibus debilis calor nō facit dulcedinē: sꝫ acetositaē: sic est in stomacho respectu cibi ⁊ caloris debilis. Itē sic seq̄reꝛ ꝙ agēs intēderet generare dulcedinē: quare esset dul. qđ non pōt esse ꝓpter defectū caloris nature primo modo: q: aliquātulū trāsmutaꝛ ab agēte: quare relinquiꝛ in dispositiōe media vt in acetositate. Et nota ꝙ sunt hydropisis vel fit a frigiditate excedēte ⁊ calorē naturalē mortificāte: vel a caliditate resoluente ⁊ frequētius fit primo modo: sic ⁊ acetositas dupliciter fit sed a caliditate frequētius. ¶ Queriꝛ q̄ partes in gñatione aceti infrigidanꝛ: vtrū partes vinose vel aquose aut terrestres. Et arguiꝛ sic: respectu eiusdē ē gñatio ⁊ corruptio: sꝫ corruptio caliditatis est in partibus vinosis: ḡ in illis est introductio frigiditatis. Itē dicit Gal. illud qđ putrefit in generatiōe aceti fit frigidū: hmōi sunt partes vinose: putrefiūt eñ: ergo sunt fri. Cōtra: dicit Gal. ꝙ ꝑtes vinose exhalātur ergo nō remanēt in aceto: igiꝛ nō sunt frigide. Solutio: ꝙ partes vinose putrefiūt: sed terrestres infrigidanꝛ: ⁊ huius vna cā est: q: partes aquose sunt ibi simplices ⁊ recipiūt elementa alteratione. Ad ħ dicēdū ꝙ vṫus vini remoueꝛ: sꝫ materia remanet: vñ partes vinose quātū ad materiā remanēt q: tātū implet doliū acetū sicut vinū. Sꝫ corruptio attribuiꝛ ꝑtib⁹ vinosis: q: vṫus eoꝝ corrūpiꝛ: frigiditas vō terrestrib⁹ q: ꝑmo infrigidātur: q: intra se habēt cām frigiditatis.

¶ Quarta particula de aīalibus.

IN prima licet particula competenter de animalium naturis diximus: ⁊ de complexionib⁹: iuuamento ⁊ nocumēto eoꝝ vniuersaliter scripserimus: Oportet tamen in hac particula specialiter de singulis aperte tractare: vt huius particule intentio cordibus legentium tenaciter infigaꝛ. Fit ergo nobis necesse quidam superioris particule repetere: idest de omnibus que sub elementis constāt disputare. Que videlicet aut sunt nascentia: aut animalia: vtraqꝫ scilicet humane nature repugnantia vtpote mortifera: veluti de animalibus sunt serpentes. de nascentibus terre lolium. Aut sunt humane nature competentia ⁊ nutritiua: sicut de animalibus caro pecudum et suum: de terrenascentibus grana. Aut sunt humane nature incongrua: nullam tamen lesionem inferentia: vt ericius ⁊ lepus. de nascentibus autem orobus ⁊ lupinus. Que autem sunt humane nature inutilia, eiqꝫ nocentia: aut non sunt bene nutribilia: sicut hec que diximus: aut nullum nutrimentum ministrantia: veluti coloquintida: scamonea: elleborus: anacardus: et similia: quoniam nostra est intentio de nutribilibus scribere: non oportet vt de alio dicatur.

¶ De diuisione animalium.

DIcimus ergo ꝙ omne animal generaliter bifarie diuiditur. Aut enim siluestre: aut domesticū. Siluestria vero animalia sunt calidiora ⁊ sicciora ⁊ digestibiliora: sed illaudabile nutrimentum generantia ꝓpter multitudinem motus ⁊ laboris eorū: ⁊ ꝓpter calorem ⁊ siccitatem sui inhabitati aeris: quod fit ꝓpter calorē solis ⁊ ꝓpter indigentiam vmbre ea a sole operientis Unde siluestria animalia minus boni sunt nutrimēti in quantitate ⁊ qualitate: nisi sola siluestria caprina: q: superfluitate caloris motus ⁊ laboris quē asseuerūt: eoꝝ naturalis temperaꝛ frigitudo. Ideoqꝫ nimio eorꝫ exercitio saporis carnium ⁊ odoris grauitas amputatur. adiutorium etiam digestiue virtuti datur vt facillime optimeqꝫ caro digeratur. Cetera vero animalia domestica ad siluestrium cōparationē calorem ⁊ siccitatē habent temperatiorem ꝓpter sue quietis et aeris tēperiē. proinde sunt nutribiliora et laudabiliora: grossiora tñ ⁊ duriora ad digerēdum. Rursus oīa siluestria vel domestica aīalia tripliciter diuiduꝛ. Aut eñ sunt masculina: aut feminina: aut castrata. Masculina vō oīa: feminis sunt calidiora ⁊ minoris humiditatis: sunt etiā laudabiliora ⁊ digestioni faciliora. Feminina vō q: minorē hñt calorē ⁊ humiditatē maiorē: ad digerendū sunt tardiora. Castrata vō ꝙ̄uis ꝓpter humiditatē feminis sunt vicina: in calore tñ est discordātia: q: calor eoꝝ inter vnūquēqꝫ sexū est mediocris. Castrata vō aīalia maiorē ꝙ̄ femina hñt calorē ⁊ minorem masculinis: idcirco digestibiliora feminis sunt. Rursus vnūquodqꝫ horū femininoꝝ simulqꝫ ac masculinoꝝ: aut est lactēs: aut adolescens: aut in iuuētute perfectū: aut decrepitū. Lactēs vō calidius ⁊ humidius aīalibus oībus: atqꝫ teneriorē hꝫ carnē ꝓpter sanguinē naturalr sue cōplexioni dñantē. ꝓpter hoc igiꝛ sunt q̄dā aīaliū in suo genere humida sicut porci ⁊ pecudes: q̄ necessario de duabus partibus habent humiditatē. ex etate scilicet ⁊ complexione: quare quod ab eis genera

tur est viscosum: digestioni difficile: facile tamen de stomacho descendit: sed difficillime a membris dissol uitur: viscosuз generās phlegma: maxime si nō sit ex masculinis aīalibꝰ. Qꝫ si fuerit aīalia ī suo gn̄e sicca: sicut caprina ⁊ bouina: suaruз complexionū siccitas cum humiditate etatis temperaꝛ: vnde sunt leuiora ⁊ digestioni competentia: maxime si masculina sunt. Ideoqꝫ lactentiū corpora caprina ⁊ bouina sunt laudabiliora porcinis ⁊ pecorinis: que quidē omnia penitus laude indigent. Animalia in iuuentute manentia calidiora sunt lactentibus in qualitate: in quantitate vero minime: est enī eorum caro siccior pro sue natiuitatis remotione: vnde animalia si sunt sicca: sicut boues ⁊ capre habent siccitatē ex duabus partibus: scꝫ etate ⁊ cōplexione: sunt ergo dura ac indigestibiliora: ad dissoluendū tarda: illaudabile quoqꝫ nutrimentum donātia. Qꝫ si sunt animalia genere suo humida: sicut pecudes: porci: naturalis eorum humiditas cum sua siccitate temperaꝛ: idcirco iuuenes porci ⁊ pecudes meliores sunt iuuenibus bobus: ⁊ capris. Animalia vero annualia inter lactentiū humiditatem ⁊ iuuētutis siccitatē temperata sunt: ideoqꝫ oīa ista vnum annū habentia sunt laudabiliora propter eorum humiditatis ⁊ siccitatis temperiē. Meliora tamen sunt animalia que naturaliter sunt calida: calor enī eoruз adiumentū sue digestioni dat: vnde laudabile nutrimentū generant. Propter hoc ergo animalia porcina: caprina: bouina: ceteris sunt meliora vel vtiliora: quoniā naturalis calor eorum vehementior est ⁊ dominātior. Decrepita quidem aīalia sunt sicciora ⁊ duriora: qꝛ naturalis calor eorum defectissimus est: extinctioniqꝫ ꝓpinquus: ⁊ eorum vicinitus humiditas finienda: ⁊ qꝛ virtus eorum digestiua est defecta: accidentaliter acquisiuerūt humiditatē crudam ⁊ innutribilē: ideoqꝫ ad digerendū difficilia: ⁊ ad dissoluendū tardissima: illaudabilē chimū: vtpote viscosum phlegma generātia: sed tamen si naturaliter fuerint calida minus nociua erunt. Econuerso si fuerint frigida pessimā inferunt lesionē. Hac de causa decrepite pecudes minus capris sunt nociue. Cōstat ergo sanguineз ꝙ de vetulis hircis: capris: agnis lactentibꝰ vel similibus ouibus vetulis generatur: pessimū esse: causa eius pessimitatis non est vna: sed diuersa. Hircorū vero ⁊ caprarum pessimitas: fit propter duriciem suarum carnium sueqꝫ tarditatē digestionis: ⁊ propter acutum sanguineз quem generāt. Hirci autem peioris sanguinis sunt generatiui ꝙ capre. Pessimitas agnorum lactentiū vel ouium vetularum fit propter humiditatis ⁊ viscositatis copiam ⁊ superfluitatem phlegmatis quam generant: vnde comesta priusꝙ sint digesta stomachū egrediuntur. Adolescentes quidez pecudes licet malignitati pertineant etatis: tamen siccitas humidā eorum temperat complexionē: vnde sunt laudabiles digestioniqꝫ faciles: ⁊ bonum chimū generant. Vitulorū non lactentes: ⁊ qui in augmento sunt: iuuentuti videlicet vicini sunt meliores ⁊ digestibiliores adolescentibꝰ pecudibus ⁊ lactentibus. Castrata vero bouina sunt meliora istis propter saporitatē ⁊ molliciem suarum carnium vnde facillime digeruntur. Boues autez ⁊ capre in ea qualitate sunt dure carnis ⁊ sicce: in qua porci ⁊ pecudes sunt viscosi ⁊ humidi: ⁊ propter hoc iuuenes porci ⁊ pecudes sunt meliores bobus ⁊ capris in iuuenture existentibus; licet boues ⁊ capre sunt deteriores. Idcirco lactentia hedulina sunt conuenientia multimodas habentibus complexiones propter temperiem quam habent. Sunt etiam commoda egritudinem exeuntibus. Simili modo caprina ⁊ pecorina bouinis ⁊ porcinis animalibus meliora esse fatentur. Sufficit illis disputatio de nutrimētis animaliū: oportet ergo nos particulariter quod restat subsequamur: ⁊ congruā deo fauente vniuscuiusqꝫ animalis naturam ⁊ nutrimentū dicamus.

¶ Superius determinauit ysaac de dieta sumpta a terre nascentibus sicut a granis: fructibus: herbis. Hic autem de sumpta ab aīalibus: ⁊ primo determinat de sumpta a gressibilibus: scđo a volatilibus: ibi. Volatilia. ¶ Primo querit de nutrientibus quantū ad potentiā nutritiuā: ⁊ primo vtrū quodlibet mixtum habeat hominem nutrire: videtur ꝙ sic: quia dicit Aristoteles secundo de generatione: ꝙ ex eisdem sumus ⁊ nutrimur. Itē ysa. in dietis vniuersalibꝰ dicit ꝙ nō agunt simplicia in cōposita: queadmodū composita in cōposita: ista ergo duo tangūt simplex non esse causam nutritionis: ergo cum quodlibet mixtū maxime recedat a simplicitate omne mixtū nutrit. Item dicit philosophus in de generatione ꝙ in elemētis qualitates sunt vltimate: in mixtis vero fracte: ergo est maior repugnantia elementi ad elementum ꝙ mixti ad mixtum: ⁊ tamen vnum elementum potest conuerti in aliud: vnde dicit philosophus ꝙ omnia elementa sunt materia igni: vnde omnia possunt conuerti in igneз: ergo multomagis mixtum quodlibet poterit nutrire hominem. In contrariū est auctor in littera dicens ꝙ sunt quedā terrenascentia que repugnant nature humane: nec habent nutrire hominē vt lolium: ⁊ quedam animalia: vt serpētes ⁊c. Ad hoc dicunt quidā ꝙ quodlibet mixtum non nutrit: qꝛ ad hoc ꝙ aliquid nutriat aliud: oportet ꝙ habeat aliquaз similitudineз potentialē cum illo quod nutrit: sed multa sunt non habentia cōuenientiā cum natura humana sicut metalla ⁊ similiter venena ⁊ huiusmodi: igitur. Ad primum argumentum soluūt per fallaciam consequētis: qꝛ non sequitur ꝙ si simplex non nutriat ꝙ propter hoc compositū non nutriat. Ad scđm dicunt ꝙ non est simile de elemētis ⁊ mixtis: quia elementa sunt propinqua materie: vnde ꝙcito vna forma remouetur ab vno elemento: tamcito ibi introducitur alia forma noua: sed non est sic in mixtis: qꝛ plura requiruntur ad gn̄ationē mixti ꝙ elemēti. Alij dicūt cōtrariū sustinentes ꝙ quodlibet mixtū hꝫ potentiā nutriēdi: ⁊ si nō nutriat defectus non prouenit a parte mixti: sed a parte caloris digerentis: ⁊ concedunt rationes hoc probantes. Ad rationē in contrarium quod obijcis ꝙ auctor dicit ꝙ multa ⁊c. ꝙ nō nutrire est dupliciter: aut nullo modo: ⁊ sic nō intelligit auctor: aut prauo nullo modo nutriunt: ⁊ sic intelligit auctor: ⁊ propter hoc talia dicit non nutrire: ⁊ hoc habetis a philosopho dicente ꝙ non geometricum hoc potest esse: aut nullo modo: aut prauo modo: vnde illa negatio potest esse in genere: ⁊ sic loquitur iste: aut extra genus: ⁊ sic tu obijcis.

¶ Queritur vtrum venenū habeat hominem nutrire: videtur ꝙ nō: qꝛ dicit Auicē. ⁊ Ga. ꝙ medicine est agere: cibi vero pati: sed venenū est medicina: igiꝛ. Itē magis repugnat venenuз nature humane ꝙ elementuз: cum elementum vt aerem quotidie respiremus: ⁊ aquā potemus: ⁊ tn̄ elementum vt volunt auctores nō nutrit: igiꝛ multomagis nec venenum. In cōtrariū est Auicē. auctoritate Rufi qui dicit ꝙ napellus nutrit: vnde dicit ꝙ quedam puella nutrita fuit ex napello qui est venenum: ⁊ est napellus radix cuiusdam plante in transmarinis partibus: in qua radice habitant plures mures maxime venenose: vnde est venenum. Et dicit Galienus ⁊ Auicen. ꝙ si datur aliqua medicina corpori

humano in tam parua quātitate ꝙ non agat in corpus conuertetur: ⁊ tamen omnis medicina est nature humane contraria ⁊ venenosa: igitur. Sed nota ꝙ si venenū def in magna quantitate non nutrit: sed interficit: sed in pauca bene nutrit. vnde dicit Galie. ꝙ anteꝙ̄ aliquod agens imprimat suum effectū in aliquid oportet ꝙ detur in decenti quantitate: ⁊ ꝙ habeat tempus debitū: ⁊ ponit exemplum de scintilla ignis: q: licet sit ignis: tamē non inflāmat q: est in nimis parua quantitate. Item q: statim extinguitur nō remanet sufficiēti tpe. Similiter dico ꝙ de napello ex quo fuit puella nutrita parum accepit nec ei nocuit: sed tamen ille multe vices in fine adunate fuerunt venenum. Primū est solutuꝫ per hoc. Ad primū dico ꝙ licet medicine sit agere: non tamē ita quinetiam eius sit pati: ⁊ similiter cibi non est ita pati quin sit etiam agere: q: omne agens physicuꝫ dum agit patitur: ⁊ dū mouet mouef: vt dicit philosophus: ꝙ̄uis principaliter eius sit agere. Ad secundū dico ꝙ non est simile de elemento ⁊ mixto: quia ex elemento non potest fieri mixtū: ⁊ q: venenum est mixtum: igitur potest nutrire vt dictū est.

¶ Queritur vtrum venenum spolietur sua propria forma quando nutrit hominē: videtur ꝙ non: quia dicit iste auctor inferius ꝙ lac recipit diuersitatē fm herbas ex quibus animal nutritur: ergo multomagis venenuꝫ spoliabitur a sua forma in tertia digestiua: nunc quando comedit animal herbas acetosas lac est acetosum: et quando dulces dulce. Item dicit Auicen. ꝙ impossibile est quin calidior sanguis generetur ex allio ꝙ̄ lactuca: ergo cum constat ꝙ alliū in tertia digestiua non omino spoliatur a sua forma: ergo nec venenum. Item dicit Auicēna ꝙ puella que fuit nutrita ex napello interficiebat milites solo oculo: ⁊ galline comedentes eius sputum statim moriebantur: ⁊ constat cum ꝙ hoc non esset si venenum spoliaref penitus a sua forma in tertia digestiua. In cōtrarium videmus: q: dicit Galie. ꝙ nutritio est perfecta assimilatio nutrimenti cum nutrito: igitur cum venenum assimiletur perfecte nature humane que non est venenosa: non erit plus venenosum. Item vnūquodqꝫ fortius agit in illud in quod imediate agit ⁊ continue ꝙ̄ in illud in qꝺ interrupte ⁊ mediate: ergo cum napellus ex quo nutrita fuit puella: immediate egerit in puellaꝫ et continue ⁊ tamen non eam interfecit: videtur ꝙ non interficiet alios respicientes: sed constat ꝙ ipām puellam interficeret si non spoliaref a sua forma ⁊ malicia: igitur cum nō interficiat est expoliatū a sua forma quādo nutrit. Ad hoc dicunt quidaꝫ ꝙ napellꝰ ex quo nutrita fuit illa puella: nō spoliabaf a sua forma nec malicia: cuius signum est interfectio militūꝫ solo oculo. Ad primū argumētū in cōtrariū ꝙ nutritio est perfecta assimilatio: responsūꝫ fuit superius capitu. de lactuca de siccitudine in pūcto, ⁊ latitudine: ⁊ ꝙ̄uis in fine ille minime partes fuerint in venenū conuerse: tñ nō interfecerūt puellam propter assuefactionē. Ad secundū patet solutio p̄ assuefactionem ⁊ insuefactionē: q: erat identicus cum puella: et contrarius maxime militibꝰ propter insuetudinē. Alij sustinent contrariū dicētes ꝙ spoliatur sua forma quādo nutrit. Ad duo prima argumenta iā patet solutio: q: licet lac ex herbis acutis sit aliquātulū acutū: ⁊ sanguis ex allijs calidior ex lactuca: tamen in secūda digestiua spoliati fuerunt a sua specie ⁊ forma: tamen possunt intēdi ⁊ remitti. Ad argumētum de puella dicitur ꝙ hoc erat quando napellus recipiebatur in stomacho puelle multo tempore remanebat in stomacho crudus ⁊ indigestus: ⁊ tunc ab illo crudo fumo resoluebaf fumus per os cum sit cōtinuū stomacho ⁊ interficiebat milites ⁊ non per oculos: vnde hoc non erat q: illud venenum esset conuersum.

¶ Queritur quare animalia reptilia carentia pedibus ⁊ super terram repētia sunt venena respectu hominis. Causa est multiplex. Vna est distātia a natura humana ⁊ habitāt in terra frigida ⁊ sicca: quod est elementum vile ⁊c. Secūda causa est contrarietas quam habent cū natura humana in cōplexiōe: q: huiusmodi sunt frigida ⁊ sanguine carentia vt dicit philosophus. Itē in essentia: quia homo est animal nobilissimū vnde comparatur ad alia animalia sicut aurum monetatū ad alia metalla: vt dicit philosophus: ⁊ ista animalia sunt vilissima. Item a parte cōpositionis: q: hmōi reptilia sunt vilia: mollia: ⁊ vniformia indistincta: homo vō non: ⁊ istam diuersitatē sequif diuersitas in aspectu: ⁊ propter hoc sunt venena respectu hominis.

¶ Queritur quare animalia pedibus carentia ⁊ in terris habitantia sunt venena homini: ⁊ non habitantia in aquis vt pisces. Vna causa est repugnātia cum natura humana: q: pisces ꝯueniūt in hu. ⁊ reptilia in vtraqꝫ qualitate cum sint fri. ⁊ sic. repugnāt. Secūda causa est: q: pisces per squamas ⁊ salsedinē maris purificanf: tamē tortuca habet conchā ⁊ nutrit sicut aliqui pisces cōchosi.

¶ Querif quare serpentes ⁊ huiusmodi animalia sunt venenosa respectu hominis ⁊ non respectu anserū: gallinarū ⁊c. Vna causa distātia est a natura humana. Scōa causa est: q: homo meatꝰ ad cor habet latiores ꝙ̄ anser: ⁊ ideo citius venenum petit cor ⁊ ledit. Item anser hꝫ calorem digestiuū fortioreꝫ quare spoliat venenosa animalia a veneno ⁊ nō homo.

¶ Queritur quare conficif tyriaca ex tyro cum sit animal maxime venenosum. Causa est fm Aristotelē: q: quidā sunt serpentes intra ouantes: ⁊ extra deponunt oua sua: ⁊ extra similiter generant vt tyrus: ⁊ isti fortiorem calorem habent: ideo eius venenum est magis penetratiuū: ideo citius penetrat cor ⁊ citius interficit: ideo fit tyriaca citius ex tyro ꝙ̄ ex alijs serpentibus.

¶ Queritur quare huiusmodi animalia curāt lepram. Causa est: q: in lepra caro remanet salua fm speciē: inficiatur tamen fm materiā: quādo ergo huiusmodi venena recipiuntur in corpore leprosi magis inficiunt carneꝫ fm materiā: ⁊ tūc redditur odiosa illa caro fm materiā nature: ⁊ expellitur cum destituaf a regimine eius. Item huiusmodi venena distendūt carnem fm materiaꝫ ⁊ inflant ⁊ ibi faciunt solutionē continui: ⁊ ita illa caro infecta ⁊ destituta a regimine nature expellif ⁊ cadit fm Serapionē et caro noua loco eius regeneraf: ⁊ per hanc viam curant lepram. Et fm Serapionē sicut membrū in naturalitate sua existēs attrahit nutrimentū vt per illud nutriatur: ita membrū lesum attrahit medicinā vt a morbo per hmōi medicinā aut venenum liberetur. Vnde dicit Serapio ꝙ carnes tyri maxime prouocant fluxum ventris: ⁊ in illo fluxu caro fm materiam que erat infecta expellitur: ⁊ alia noua regeneraf: ⁊ ita per huiusmodi venena lepra curatur. Sed nota ꝙ intelligif de lepra causata ex calefactione ⁊ errore epatis: q: ista frequēter curatur. Non tamen illa que venit a primis parentibus que est naturalis quoniā nunꝙ̄ curatur. Et ista via renouāt suam iuuentutē aquila ⁊ ceruus: ⁊ quedam alia animalia comedentia huiusmodi serpentes ex instinctu nature. Et quando ista animalia ceperūt ista venena currunt ad aquā: ⁊ bibunt tantū de illa aqua ꝙ caro illorum inflatur ⁊ extenditur ⁊ fit solutio cōtinui: ⁊ tunc cadit caro vetus ⁊ noua regeneratur.

¶ Queritur quare equus: mulus: asinus ⁊ ista hmōi aīalia non nutriūt hominem: nec ei nocēt si comedantur. Ratio est: q: natura ea ordinauit ad hominis seruitiū ⁊ nō ad nutrimentū: ⁊ non nocent q: nō sunt venenosa animalia.

¶ Querif vtrum animal siluestre sit melius via nutrimenti domestico: videtur ꝙ siluaticū: q: simile est de tēpore: loco ⁊ etate ⁊ hmōi: vt dicit Hippo. sed Hipp. dicit ꝙ cōstitutiōes anni sicciores saniores sunt pluuialibꝰ: igif cū locus siluestris sit siccior domestico sequif ꝙ ⁊c. Itē dicit ysaac in vniuersalibꝰ dicens: qꝺ bñ sapit bñ nutrit: ⁊ qꝺ meliꝰ melius: sꝫ aīalia siluatica meliꝰ sapiūt domesticis: igif. Itē dicit iste auctor ꝙ meliꝰ est aīal qñ abundat suo nutrimento naturali: sed aīalia siluestria sunt hmōi: q: suū nutrimētum naturale est in cāpis: igif. Itē dicit inferius auctor ꝙ ale in auibꝰ: ⁊ pedes in porcis meliores sunt: ⁊ cā est q: p̄ motum suū depuranf a suis sup̄fluitatibꝰ: ergo cū siluestria sint in maiori motu ꝙ̄ domestica magis depuranf: ergo meliora. In ꝯtrariū est iste auctor dicēs ꝙ aīalia siluestria minime sunt boni nutrimēti ⁊ in q̄litate ⁊ in quātitate. Itē nutrit p̄ dulcedinē: sꝫ domestica sunt ca. ⁊ hu. igif. Itē Arist. i li. de plāꝫ dicit ꝙ fructꝰ domestici meliores sunt siluestribꝰ: igitur sic ⁊ aīalia. Ad hoc dicunt quidaꝫ ꝙ bonitas nutrimēti pōt esse a parte cōplexiōis: ⁊ sic domestica meliora sunt: q: ca. ⁊ hu. et siluatica sunt sicca: vł a parte cōpositiōis ⁊ sic adhuc meliora sunt domestica: q: magis mollia in cōpositiōe ⁊ dige-

fibilio:a. Aut a parte puritatis nutrimenti ꝛ mundiciei: ꝛ sic siluestria melio:a sunt. Uel dic simpliciter ꝙ domestica sunt melio:a vt dicit aucto:: quia siluatica sunt in motu continuo et excedenti: quare sue carnes indurantur ꝛ peio:antur. Item continue sunt sub aere et sole: vt dicit littera. Item siluestria quandoq₃ nimis patiuntur famem: ꝛ sic impeio:atur caro eo:um: sed non sic de domesticis cum abundant in suo nutrimento. Ad primū dico ꝙ non est simile: q: siccitas aeris ꝛc. depurat co:pus a suis supfluitatibus: sed humiditas aeris non: immo facit eas abundare: sed siccitas nutrimenti facit ipsum inobediens digestioni. Ad scōm dic ꝙ non melius sapiunt absolute: sed q: omne rarum p:eciosum: ideo q: tardius ꝛ rarius habenṫ: igitur melius sapiūt: non tamē si ita vsitarentur sicut domestica. Ad tertiū dic ꝙ electio nutrimenti non facit bonitatē tm̄: sed cum hoc abundantia qua sepe carent siluatica respectu domestico:ū. Itē habent cum labo:e ꝛ pena: igitur sunt peio:a. Itē tu bene obijcis quantū est a parte nutrimenti: sed domestica melio:a quantū ad compositionē ꝛ cōplexionē. Itē domestica nutriunṫ ex nutrimento molli: siluestria vͦo non. imo ex sicco vt ex herbis siccis. Ad quartū dic ꝙ nō est simile: quia hmōi sunt in motu tēperato: non autē animalia siluestria: imo in excedēti desiccante nimis. Alij dicūt ꝙ ale ꝛ pedes porci melius nutriūt quātū ad modū nutriēdi: q: citiꝰ digerunṫ: nō tamen quantū ad quantitatē nutriendi: ꝛ sic ale melius nutriunt qualitatiue: ꝛ alie partes meliꝰ quantitatiue. Nota vlteriꝰ cū₃ aucto:e ꝙ cap:eolus siluaticus excipiṫ: q: melio: est domestico. Causa est: q: cap:a h₃ maxime co:iū solidum cū nutriatur nutrimēto valde melācholico: idō eius supfluitates interius retinenṫ nec possunt exhalare propter soliditatem cutis ꝛ clausionē po:o:ū. cuius signum est: q: valde fetet: q: ergo cap:eolus siluaticus est ī maio:i motu ꝙ̄ domesticus: aperiunṫ po:i cutis ꝛ supfluitates exhalanṫ: ꝛ sic magis depuratur. Et nota ꝙ plus facit boni ille excedens motus in depuratione carnis ꝙ̄ locus domesticus in humectādo eius siccitatē boni. Item plus facit boni motus excedēs in aperiendo ꝙ̄ locus siluestris mali in desiccādo. Et sic nō est melio: in etate lactenti ratione sue etatis humide solū₃: sed q: tunc nutritur ex nutrimēto puro digesto: vt ex lacte cap:e: sed in iuuentute ex herbis puris: ꝛ p:opter hoc tunc est peio:: sed siluaticus melio: domestico est: p:opter hoc ꝙ sue carnes melius depurantur ꝑpter motū excedente₃ qui in bonitate p:eponderat omnibus alijs.

De pecudibus.

PEcudes calidio:es sunt bobus: cap:is: ꝛ po:cis: humidio:es etiā bobus ꝛ cap:is: minus tamen po:cis humide: caro enim po:cina ceteris oībus aīalibus frigidio: est ꝛ humidio:: maxime domestica: q: siluestris po:cina ad domestice cōparationē calida est ꝛ sicca: vnde mino:is est nutrimēti. Domesticā po:cinā carne₃ non opo:tet accipi nisi raro: ꝛ solūmodo eius extremitates comedātur: sicut pedes: aures: ꝛ nares: hec eīn memb:a semper in motu sunt: decet enim p:iusꝙ̄ comedanṫ exercitari. Quiete vͦo viuentes caueāt siluestria: multomagis domestica. Item cauende sunt cap:e ꝛ boues: exceptis vitulis ꝛ hedulis cū fuerint lactentes. Causa cauēdi cap:as: po:cos: ꝛ boues nō est vna sed diuersa. Quiete eīn viuentibus ꝛ delectationem assuescentibus: modicus est calo: ꝛ copia humo:um frigido:ū ꝛ viscoso:ū: ꝛ caro po:cina frigi. est ꝛ hu. similiter ꝛ viscosa: vnde fit causa augmentādi in eis phlegma humidum ꝛ viscosum: calo: ergo co:ꝑ necessario fit defectus. Cap:e vͦo ꝛ boues cū habeāt carnes grossas digestioniq₃ inobedientes: ꝛ calo: quiete viuētibꝰ sicut dixīmꝰ sit imbecillis: necessario ab eis non digeruntur nisi cum sint lactentes: tunc eīn digestioni obediunt propter suarum carniū teneritatē ꝛ etatis paruitatem. Caro pecoꝛina calidio: ē ꝛ siccio: po:cina: bobus etiā ꝛ cap:is: calidio: humidio:: vnde tenerio: ꝛ ad digerendū facilio:: facillime de stomacho descendit: ventrem magis cap:ina ꝛ bouina humefacit: minus tamen ꝙ̄ po:cina humida est: non eīn habet humiditatē digestioni repugnatiuam sicut po:cina: neq₃ humiditatē lub:ifactiuam vt anteꝙ̄ coquatur stomachū egrediatur. Sed tamen nutrimentū eius diuersum est in bonitate et malignitate: digestiōis velocitate vł tarditate vł ꝺm etatis eiusdem cōplexionis diuersitate₃. Diuersitas nutrimenti ex etate quadruplex est: est enim lactens et sue natiuitati vicina: vel remota adhuc crescens: vel iuuencula iam cōpleta: ꝛ decrepita. Lactēs viscositate vicina est po:cis siluestribus. causa duobꝰ modis est: vnus vicinitas vulue: alter lactis est humiditas qua nutritur: p:oinde caro eius illaudabilis: q: indigestibilis: ꝛ sui lub:icitate de stomacho descendit indigesta: p:ecipue si comedētes stomachum humidum ꝛ defectiuū habuerint. Ideoq₃ Ga. vituperauit lactentes agnos ꝛ oues: q: viscosum generant phlegma: nisi manducātes sicce fuerint cōplexiōis.

De arietibus.

ARietes aūt in iuuentute manētes mino:is humiditatis ꝛ viscositatis sunt ꝑpter etatis siccitatē eo:ū cōplexioni dominātē: idcirco eo:um caro melio: est agnis ꝛ ouibus: que si bene digeratur bonu₃ multū q₃ sanguinē generat: maxime si sint castrati: q: caliditas eo:um ꝛ humiditas tēperata est: vnde boni sunt sapo:is nisi cū₃ sunt decrepiti: qui proculdubio sunt pessimi: qui vero nō castrati sunt eis melio:es: omnes eīn decrepiti in calo:e naturaliter sunt defecti. Quo:um calo:is defectio duobus modis est: ex etate sc₃: ꝛ testiculo:ū indigentia. Annualis autē mediocrē habet complexionē inter lactentiū humiditatē ꝛ iuuenū siccitatē: idcirco ceteris arietibus sunt melio:es: ꝛ ad digerendum facilio:es: sanguine₃ eīn mediocrē generant ꝛ iuuenes maxime iuuant calidas ꝛ siccas cōplexiones habentes: ꝛ habitantes in regione calida ꝛ sicca. Decrepiti vͦo sunt ceteris deterio:es. Oīa eīn decrepita sunt ꝺm generationem frigidio:a ꝛ siccio:a: sunt ergo lignea ꝛ insipida: sed tamen licet propter senectutem sunt illaudabilia: q: cum calida ꝛ humi. fuerint: naturaliter erunt ceteris decrepitis melio:a ꝛ laudabilio:a.

De carne hircina.

HIrci ad comparationē pecudū sunt frigidio:es ꝛ siccio:es: licet sanguinē generēt acutum: qui quanto pecudibus sunt frigidio:es ꝛ siccio:es: tanto sunt calidio:es ꝛ siccio:es omnibus temperatam complexionem habentibus: maxime si hirci sunt iuuenes: ideoq₃ non cito putredini sunt apparati. Castrati vero sunt melio:es: quia non sunt tanti acuminis: siccitas enim co:um est temperata. Sunt ergo

saporosiores: et ad digerendū faciliores: sed tñ nō vno modo sunt nutrientes: quidā autē bñ: quidam male nutriunt: quod fit propter etatis eorūq̧ cōplexionis diuersitatē. Sūt eīm lactētes: sunt et vicini sue natiuitati: sunt quoq̧ iuuenes et decrepiti. Lactentes vero sunt ceteris animalibꝰ laudabiliores in sapore et nutrimento: ac in digestione ad generandū bonum sanguinē. lac eīm naturalē eis prestat humiditatē: vnde carent omni acumine: eorum cōplexio tēperata est in calore et humiditate absq̧ sui corruptione: facilē ergo et subtilē dant dietā: vtiles ergo sunt calidis et siccis et egritudines exeuntibus: et quanto diutius lac sunt accepturi: tāto meliores ac teneriores sunt. Hi autē qui sue natiuitati sunt vicini: nutrimentū dant subtile: et laudabilē generant sanguinē: minus tamē lactētibꝰ vtiles sunt. Iuuenes vō sunt grossi: et ad digerendum duri: pessimū dant nutrimentū: sanguinē vero generant melancholicū. Idcirco Ga. vituperauit hircos et iuuenes capras: q: generant sanguinem melancholicū: hirci tamen capris sunt deteriores: q: femine minus masculis habent acumen et siccitatē: propter hoc ergo femine capre et hirci castrati sunt meliores non castratis: q: humidiorē et saporosiorem habent carnem: et laudabiliorē generant sanguinē. Sed videmur reprehendi a quibusdā: cur inquiunt hircos castratos non vituperasti: cum non castratis frigidiores sunt castrati. Quibus respondemus: superius audistis nos dixisse hircos non castratos acumen habere et intēperatos esse ad cōparationē temperate humane cōplexionis. Qui ergo cum fuerint castrati: priori carebūt acumine: fiūtq̧ temperati tēperatas complexiones habentibus: maxime si hirci sunt iuuenes: sed si sunt decrepiti pessimi erunt: quia propter frigiditatē etatis fiunt frigidissimi: eorumq̧ calor fere est defectus: humiditatē quoq̧ quā causa castrationis acquisierunt: propter siccitatem senectutis amiserunt.

De carne bouina.

Bouina caro ad comparationē carnis pecudum et porcorum siccissima est: siccior enim est caprina carne: ideo sanguinem generat grossum: turbidū et melancholicū: multūq̧ dat nutrimentū: inobediēs digestiōi: tardeq̧ de stomacho eijcitur: et a mēbris difficulter dissoluit: et ventrem constipat. q̄ si ea vescētes sunt melācholice cōplexionis: splenetici erunt: quartanā patiētur: cōplexiones eorum corrūpentur: et in hyposarcā incident: nōnunq̄ nascetur in eis scabies et impetigo: elephātia: lepra: cancer: serpigo: sm complexionē quam preparatā his morbis inuenit. Sed tamē diuersi est nutrimenti ꝓpter suarum etatū varietatē. Est enim lactens: adolescens: iuuenis: et decrepitus. Lactēs vō laudabile generat nutrimentū: facilis est digestioni: q: calor et humiditas eius in quātitate multa est propter vulue vicinitatē et lactis bibitionē. Idcirco bonum generat sanguinē: choleram etiam rubeā a stomacho expellit: maxime si comedentibus naturalis calor dominetur. Egritudinē exeuntibus licet nō noceat: ad digerendum tamen grauis est propter defectionem virtutis eorum. Adolescentes vō minus q̄ lactentes sunt humidi: duriusq̧ digerūtur. Sed qui ab eis generatur sanguis: non est illaudabilis ꝓpter fortitudinē sui caloris naturalis: et propter sui vicinitatem ad lactentē: sueq̧ carnis teneritatē: ideoq̧ si cum aceto ius eius condiatur et bibatur: stomachum confortat et intestina: est et vtilis cholericas egritudines habentibus. Iuuenis autē pro sue natiuitatis remotione calore et humiditate caret: quā de lactis et vulue vicinitate habuerat: quare sicce cōplexionis est et dure ad digerendū difficilis: humorē gñat melācholicū: maxime si comedētiū naturas apparatas melancholie inuenerit. Decrepitus quidē pessimus est propter nimiam sui caloris siccitatem et siccitatis augmentū in eo ex etate suiq̧ cōplexione generatā: vnde caro eius durissima ac lignea coctioni repugnatiua: nullum dat nutrimentū: nullūq̧ saporē. Sunt igitur omnibus saporiores et laudabiliores lactētes: secundo adolescentes precipue si fuerint iussellati et cum aceto conditi: menta: petrosil. coriandro: croco: et similibus: sicut cum pipere et cinamomo.

¶ Queritur super hoc qd̄ dicit in littera precedēti vtrū sit verū q̄ omnia aīalia sint calidiora masculina q̄ feminina: videtur q̄ nō: q: dicit Haly in cōmento super tegni. q̄ ad mēbrum simile ꝓperant egritudines similes: et ad cōplexiones siles pariter egritudines similes: ergo cū quedā mulieres incurrāt egritudines calidas: et quidā viri egritudines frigidas: igitur. Itē hippo. in aphorismis. Qui crescūt plurimū habent innatū calorē: vnde innuit: et hoc vult Gal. in cōmēto: q̄ nutrimētū fit a forti calore: g̃ cū quedā sunt mulieres quibusdā viris maiores: erunt calidiores. Itē dicit Gal. q̄ audacia et ira proueniūt a calore forti: ergo cum quedā mulieres sint iracundiores quibusdā viris: sequit̃ propositū. In contrarium est auctor in littera. Item dicit Haly: et hoc innuit etiā Aristote. q̄ mas in dextra parte generat̃: femina vō in sinistra: sed dextra est calidior sinistra: igitur cum continens immutet contentū ad suam crasim vt dicit philaretus: igitur. Ad hoc dicunt quidā q̄ triplex est comparatio. Quedā in genere: quedā in specie: et quedā in indiuiduo. et sic dicunt q̄ iste auctor intelligit in genere tm̄: et potest pati bene instātiam in particulari. Alij dicūt q̄ duplex est caliditas. Quedā respiciens totum: et de ista quedā mulieres sunt calidiores quibusdā viris: sed loquēdo de respiciente partē: ratione cuius reponit̃ animal in specie vtpote respectu testiculorum: sic omnes masculi sunt calidiores feminis: q: dicit phs q̄ habent suos testiculos intra: q: si essent extra non essent sufficiēter calidi ad digerendū suum sperma: et ꝓpter hoc reponuntur intra carnē testiculi. Alij dicunt q̄ ysaac intelligit omnibus cōditionibus remanentibꝰ eisdē vtrobiq̧ et q: sunt diuerse: igit̃. Alij dicūt q̄ q̄dā est caliditas causata ab influētia anime presentialiter supra membra: et sic intelligit ysaac: et hoc modo etiam cor est calidius ceteris mēbris. Aliā est causata a corpore elementari: et tali modo quedam mulier potest esse calidior viro: et cor fri. respectu aliorū mēbrorum: et sic pz solutio ad argumēta diuersa sm diuersas resolutiones. ¶ Querit̃ vtrum masculus sit digestibilior femella cum hoc innuat littera: videtur q̄ non: quia dictum est superius q̄ omne animal siluaticum est peius domestico propter peccatū in siccitate: sed omnis mas est siccior femella: igitur. Item dicit philosophus secundo de plantis: q̄ femine est pati: vnde debet esse mollis: patiēs et fertilis: masculi vō est agere: vnde debet esse durus: cum igitur cibi sit pati sm Galienū sequitur &c. Solutio q̄ bonitas nutrimenti attenditur quādoq̧ ex parte virtutis: et sic mas est melioris nutrimenti: quia virtuosior: aut a parte mundiciei et puritatis: et adhuc est melius nutrimentum maris: aut a parte compositionis: et sic femina est melioris nu-

trimenti. Ad argumentũ dico ꝙ non est simile q: animal do
mesticũ ca. est ⁊ humi. ⁊ siluaticũ ca. ⁊ siccũ. Et masculus est
ca. ⁊ siccus: ⁊ femella frigida ⁊ hu. igitur. Ad secũdũ dico ꝙ
equiuocat̃ de pati: q: phs intelligit respectu sui viri ⁊ nõ re
spectu alteri⁹: aut in via nutrimenti: aut dic respectu cõple
xionis ⁊ impuritatis: aut respectu cõpositionis. Sed tamẽ
dicamus cum auctore ꝙ mas simpliciter est melior: q: in bo
nitate prepõderat. Et pari passu soluitur questio que fit de
aĩalibus castratis respectu non castratorũ: q: nõ castrata cõ
parantur mari ⁊ castrata femine: tamen non castrata sunt
peiora tẽpore coitus: ideo q: certo tẽpore coeunt: debẽt tũc
vitari: sed in alio tẽpore sunt meliora: ⁊ quoad virtutem ⁊
quoad puritatẽ: sed castrata quoad cõpositionẽ: quia sunt
molliora ⁊c. ¶ Queritur quare castratio bruta meliorat in
moribus ⁊ homines peiorat quantum ad motus naturales:
⁊ etiam acquisitos. Una causa est: q: ſm Aristotelẽ homo est
animal nobilissimũ: ⁊ ideo maxime ordinatur ad generatio
nem: ⁊ quanto aliquid nobilius est ⁊ melius: tanto suipsi⁹
est diffusiuũ ⁊ multiplicatiuũ: ⁊ ideo maxime ad generatio
nem ordinatur ⁊ non ad nutritionem: cum non ordinetur ad
aliquod aliud animal: igitur. Secunda causa est: q: sicut di
cit Haly: a testiculis reuerberatur calor naturalis super oĩa
membra: qui calor totum corpus mũdificat a suis superflui
tatibus: nõ autem in castrato sed humorũ superfluitates re
manent: ⁊ dicit viaticus ꝙ anima insequitur corpus in suis
operationibus: igitur. Tertia causa est: q: castratio reducit
hominẽ ad naturam femine: sed dicit phs in principio octa
ui de animalibus: femina debilis est ⁊ tristis: inuida: iracun
da: ⁊ ponit ibi multas pessimitates: igitur. sed nõ sic anima
lia bruta cum ordinent̃ ad nutritionẽ ⁊ non principaliter ad
generationẽ. ¶ Queritur vtrum omne animal ruminans
sit melius in prima etate vt in lactenti q̃ in alijs etatibus se
quentibus excepto ariete: et animalia non ruminantia vt
porcus peiora q̃ in alijs. Rñ. est affirmatiua: q: virtus gene
ratiua viget per calidũ ⁊ humidũ: ⁊ maxime per humidum
tum q: hu. est pabulũ caloris: tum q: hu. est figurabile ⁊ di
stensibile ſm omnem figuram. Et quia animalia ruminan
tia sunt frigida ⁊ sicca: ⁊ maxime peccant per siccitatẽ: pro
pter hoc cum in etate lactẽti sua siccitas reducat̃ ad tempe
ramentum per etatem: ideo tunc meliora. Sed aries est ca.
⁊ hu. ⁊ peccat per humiditatẽ: ideo cum in prima etate au
getur sua humiditas: in adolescentia vero temperat̃: igitur.
Similiter dico de animalibus non ruminantib⁹ vt de por
co cum peccent per fri. ⁊ humi. ideo sunt meliora in iuuen
tutis etate. Secũda causa est: q: animalia ruminãtia in eta
te iuuentutis multũ comedunt herbas siccas: vnde ibi est
multum de superfluo: patet per multitudinẽ stercorũ eorum
sicut boues ⁊ vacce: ⁊ in etate lactenti habent nutrimentũ
purum sc3 lac: igitur. Sed animalia non ruminantia vt por
cus non nutriunt̃ in iuuentute sua ex herbis: sed ex granis:
ideo in iuuentute carnes sue meliores sunt. Tertia causa est
a parte digestionis: q: animalia ruminantia male digerunt
cum careant dentibus in superiori mandibula: cuius materia
dentiũ conuertatur in cornua: ⁊ cum hoc comedunt herbas
multas in iuuentute de difficili digestibiles: igitur nutrimẽ
tum eorum est melius in lactenti etate. Et si arguat̃ ꝙ ysa.
dicit ꝙ vnũquodq3 est meli⁹ in suo cõplemẽto. Respõdet̃
ꝙ intelligit in genere: tamen eius sermo potest pati instan
tiam in particulari. Et si arguat̃ ꝙ pisces sunt meliores in
sui cõplemento. non est simile: q: pisces peccant per hu. que
tractu tẽporis cõsumitur: ⁊ ruminãtia animalia per siccita
tem q̃ in etate lactenti temperat̃. ¶ Querit̃ que caro meli⁹
nutriat vtrum pecorina. i. arietina: aut porcina. Rñ. ꝙ aliqd
dr nutrire ratione cõplexionis ⁊ cõpositionis: aut ratione
aspectus ⁊ ꝓprietatis. Ratiõe vero cõplexionis ⁊ cõpositiõis
sicut pullina caro optime nutrit hominẽ: cum sit ca. ⁊ humi.
⁊ ratione cõpositionis est bñ digestibilis. Ratione vero aspe
ctus ⁊ ꝓprietatis sicut glans optime nutrit porcũ propter
aspectũ ⁊ proprietatẽ quem habet ad porcum: et ordeũ bo
uem: ⁊ porcus hominẽ: ⁊ sic intelligit Auicen. ⁊ alij arabes.
Uel dic ꝙ in genere ꝯseruatiuo pecorina melior est: sed in
genere ꝑseruatiuo porcina quia preseruat hominẽ a mor
bis calidis: ⁊ sic intelligit Auicen. ⁊ omnes arabes. Itẽ ca
ro porcina laxat ventrem. Et dicit Auicen. ꝙ in oĩm genere
preseruatiuo debemus tenere ventrem laxũ. Uel dic ꝙ por
cus est similior homini quoad figuram membrorũ: q: simi
lem habet anatomiã: non tamen in cõplexione ⁊ substantia
sicut aries: igitur dic ꝙ simpliciter aries est similior ⁊ me
lior: q: similitudo porci predicta talis non facit ad bonitatem
nutrimẽti. ¶ Querit̃ vtrũ caro pecorina laxet cũ sit ca. ⁊ hu.
Rñ. ꝙ per se laxat cum sit hu. tamen de peraccidens consti
pat: q: natura est auida in eius retentione cum alliciat mul
tum naturã plus q̃ porcina. Et propter hoc Ras. cõmen
dat pellem ouinã in regimine sanitatis: ⁊ vituperat pelles
varias in regimine sanitatis: q: ca. est ⁊ hu. cõformis nature
humane: ⁊ etiam q: habet pilorũ multitudinẽ vnde ordina
tur a natura ad cooperiendũ hominẽ: nõ sic vero pellis varia
abundat in pilis: nec est ita conformis nature humane. No
ta ꝙ pelles animaliũ ruminantiũ nõ ita comedunt̃ sicut nõ
ruminãtiũ ratione sue duriciei: ⁊ pellis porci est tenerior: q:
nutrit̃ ex meliori nutrimẽto q̃ pecus etatis ꝑfecte. ¶ Que
ritur quare pelles extremitatũ comedunt̃ vt pelles pedum:
non sic vero pelles dorsi. Causa est q: sunt tenues: qđ manife
stat pilorũ paucitas. Nam dicit phs ꝙ multitudo pilorum
indurat sicut videtis in dorso vbi pellis est durissima: ⁊ sunt
etiam ibi plures pili q̃ alibi ⁊ maiores. Secũda causa est: q:
extremitates sunt neruose ⁊ melãcholice: vnde attrahũt de
nutrimento qđ est melãcholicũ ⁊ in corio remanet ĩpuritas
nutrimẽti: igitur. ¶ Querit̃ quare pellis ouina maxime ge
nerat pediculos inter ceteras pelles. Causa est q: dicit ysa.
in febrib⁹: ⁊ Aristoteles in de animalibus: ꝙ duplex est ca
lor. Quidã est celestis ⁊ viuificus: ⁊ talis assimilat̃ calori na
turali: vnde talis calor est plenus vite. Est autem alius ca
lor elementalis ca. ⁊ siccus ⁊ corrũpens. ⁊ iste assimilat̃ calo
ri febrili: cum igitur pellis ouina sit ca. ⁊ humida similis ca
lori naturali: ideo est maxime viuificus: igit̃ generat pedicu
los. Nota ꝙ pulmo vervecis valet in frenesi ꝯfirmata q: est
attractiuus ratione sue spongiositatis ⁊ euaporatiuus: ⁊
etiam ratione actualis caliditatis. Nota ꝙ hircus peius nu
trit q̃ capra loquendo in etate vituperabili sc3 senectute: q:
habet tres siccitates. Unam ratione sexus: q: oĩs mas est
siccus respectu femine: vnã ratiõe etatis: ⁊ vnam ratiõe cõ
plexionis: sed femella sc3 capra non habet nisi duas. Et si ar
guatur ꝙ auctor dicit ꝙ oĩs masculus melior est femina:
ipse loquit̃ in parabola generali: ⁊ ꝓpter hoc nõ est ponẽda
instãtia in particulari. Et si arguat̃ ꝙ ratiõe mot⁹ ei⁹ ⁊ ma
ioris caloris pl⁹ depurat̃ hircus. Rñ. ꝙ nõ vituperat̃ ꝓpter
immũdiciẽ sed ꝓpter duriciẽ. Nota ꝙ q̃uis de decisum ab
alio ei attestet̃: ⁊ hircus sit fri. ⁊ sic. tñ sanguis ei⁹ ẽ ca. diure
ticus ꝑ accidẽs ratiõe sc3 adustionis facte a reuerberatione
corij sui duri ⁊ spissi: vñ habet coriũ ꝓ armatura cũ careat pi
lis multis. ¶ Querit̃ qualiter valeat sepum hirci contra
dissinteriã: cũ zirbus gñet̃ ex sanguine hircino: qui acut⁹ est
⁊ diureticus: ⁊ sic maxie vel magis haberet fluxũ cholericũ
augmẽtare. Ualet aũt q: zirbus finalr̃ coagulat⁹ est vt fiat
mẽbrũ vel pars mẽbri ⁊ nõ est liqdus: ⁊ q: oẽ coagulatum ⁊
crassum h3 constipare: igit̃. Itẽ scđa cã est: q: gñat̃ a calore
debili: vt dicit phs in de aĩalib⁹: ⁊ calor debilis gñat põtici
tatem: ⁊ oĩa põtica restringũt ſm ysaac: igit̃. Itẽ tertia cau
sa est: q: maxime coagulat̃ de facili vt pt3 qñ recipit̃ infra cly
stere: igit̃ cadẽs supra intestina cito coagulabit̃ ⁊ ꝑ ꝯñs ci
to restriget. Not. ꝙ bos domestic⁹ simplr̃ melior est q̃ silue
stris: q̃uis eñ siluestris magis sit depurat⁹ a supfluitatib⁹
q̃ domesticus: tñ q: domesticus est magis mollis ⁊ min⁹ sic
cus: igit̃ quoad cõplexionẽ ⁊ cõpositionẽ est melior. Et non
est sil̃e de hirco domestico ⁊ siluestri: q: bos arat quare sup
fluitas cõsumit̃: etiã est maioris v̇tutis quare forti⁹ digerit:
etiã h3 quasi ꝯtinue fluxũ vẽtris q̃re a supfluitatib⁹ mũdat̃
nõ aũt sic hircus laborat aut arat: nec h3 ventrẽ ita laxũ: nec
est tãte v̇tutis. ¶ Querit̃ vtrũ brodiũ carniũ bouinarum cõ
petat in regimine sani. videt̃ ꝙ nõ: q: brodiũ decidit̃ a carni
bus q̃ sunt pessime vt dicit lr̃a: ⁊ omne decisum est eiusdẽ na
ture ei a quo decidit̃ vt vult Haly: igitur. In ꝯriũ sunt pra
ctici. Item Aristoteles commendat anguiam anatis ⁊ bro

dium bouis. Item sicut videmus in herbis ꝙ quanto folia sunt magis melācholica: tāto earū succus est magis diureti cus: ergo similiter erit in carnib⁹ melācholicis ꝙ brodium ear erit magis diureticū ⁊ magis solutiuū. Item est optimum in regimine sanitatis tenere ventrē laxatiuū: vt dicit Auicē. cum igitur huiusmodi brodiū laxet: sequitur ⁊c. Item dicit ysaac qđ sapit bene nutrit bene: sed huiusmodi brodiū opti me sapit: igitur optime nutrit: quod concedo. Una causa est q: bene sapit. Scđa causa q: laxat ventrē. Tertia causa quia bos est melancholicus: ⁊ mēbra sua sunt melancholica: ⁊ at trahunt de nutrimēto illud qđ est melancholicū conuerten do in eorum substantiā: ⁊ illud quod est aereum respuunt: ⁊ illud transmittitur in spongiositatibus membrorū: qđ in brodio cōmēdatur: igitur est bonum in regimine sanitatis. Ad argumentū dico ꝙ verū est si decidatur per viam conti nuitatis ⁊ similitudinis sicut cholera iuuatiua a necessaria. Et non si decidatᷣ per viam contrarietatis ⁊ sequestrationis ⁊ repudij vt medulla ab ossibus: q: medulla est ca. ⁊ humi. ⁊ ossa sunt fri. ⁊ sic. ¶ Queritur vtrum bos sit melior aut vacca. Nam in dictis vniuersalibus ysaac mouet questionē: quare vacca nō est melior boue sicut capra hirco: ⁊ ibi diffu se soluit. Ad hoc dico ꝙ licet hircus peccet per fri. ⁊ siccum: tamen plus peccat per siccū: ⁊ lꝫ sexus femineus faciat ad siccitatē: tamē temperat eius siccitateꝫ: quare capra melior est hirco. Sed licet bos peccet per fri. ⁊ siccū: plus tamē per frigidū: ⁊ q: sexus femineus addit in frigi. ideo vacca peior boue: q: omnis femina frigidior est masculo. Et hac de cau sa vacca melior est in regionib⁹ calidis ꝙ̄ bos: q: eius frigi ditas remittitᷣ ⁊ in mare siccitas augetᷣ: sꝫ regio frigida ad dit in humiditatē: ideo meliorat bouē qui peccabat per sicci tatem magis. Alia causa: quare vacca est melior in regione calida: est q: vacce nō ordinantur ad laborē sicut ibi boues qui desiccātur amplius ratione laboris cū calore regionis: non autem vacce: q: non sunt fortes ad arandum.

¶ De carne ceruina.

Ceruina caro melancholica est ⁊ dura ad digerendū: sed tamē sicut supra diximus diuersa est fm̄ etates ⁊ cōplexiōes eius: sunt em̄ lactētes ceteris laudabiliores ⁊ vtiliores: scđo adolescētes. Iuuenes vo sunt his du riores: decrepiti vo omnium pessimi. Iuuenes vo si fuerint castrati: meliores erūt: qm̄ calor eorum ⁊ sic citas temperatur.

¶ De carne leporina.

Lepus lꝫ sit siccus ⁊ grossum ⁊ siccū sangui nem generās: est tn̄ melior iuuenib⁹ hircis ⁊ capris: proinde cōuenit siccas volētib⁹ hr̄e cōplexiones: hūi⁹ vo tenuē seruātib⁹ dietā.

¶ De carne ericina.

Ericius vim habet dissoluentē ⁊ desiccātē propric stomachū cōfortat: ventreꝫ soluit: ⁊ vrinam prouocat: vtilis quoq3 fit eis qui elephantico morbo sunt apparati.

¶ De carne porcina.

Porcina caro multū est nutribilis: bonū chimum generat: ventreꝫ humectat pro pter hūiditatis sucq3 viscositatis copiā: vrinā prouocat: ⁊ tenue dietantib⁹ est in conueniens: diuerse tn̄ quātitatis ⁊ qua litatis est, ꝓpter etatis sucq3 cōplexionis varietatē. Sunt em̄ quidā lactētes: quidā adolescentes: quidā iuuenes: quidā decrepiti. Lactentes sunt ceteris hu midiores: proinde sunt cōuertibiles in malos humo res ⁊ in putredinē: precipue si inuenerint stomachuꝫ preoccupatuꝫ malis humoribus. Sed stomachū for tem habētibus: ⁊ siccis calidisq3 cōplexionibus fiūt vtiles: bene em̄ digeruntur ⁊ perfectū multumq3 ge nerant nutrimentū. humidis vo naturis sunt pessi mi: precipue si stomachus eorum plenus sit putre dis ⁊ malis humoribus: phlegma em̄ generant visco sum. vnde sunt causa generās podagrā: ylij dolorē: sciaticū morbum: lapidem in renibus: paralysim: ⁊ si milia fm̄ cōplexiōes ⁊ naturas quas inueniūt. Ado lescentes sunt meliores ⁊ bene nutribiles: laudabilē em̄ generant sanguinē. Iuuenes autem ceteris sunt meliores: maxie castrati. Decrepiti vo pessimi sunt: sunt em̄ frigidi: ⁊ duram habent carnem ⁊ ligneam ⁊ insipidam. Quibus assuescentes cadunt in melācho liam ⁊ diuturnas febres sicut quartanā ⁊ hmōi.

¶ De asino: equo: camelo: ⁊ mulo.

Licet hec animalia vniuersaliter non man ducentur: eorꝫ tamen naturā dicamus. Omnia autem hec malum dant nutrimē tum: generātq3 pessimū sanguinē. Asin⁹ em̄ difficile digeritur: stomacho nocet: vomitū facit. Cetera etiam animalia similiter hec agunt asinus tn̄ subtilioris est nutrimenti ⁊ carnis ꝙ̄ equ⁹: equ⁹ autē subtilior est camelo: mulus aūt est ceteris deterior.

¶ De carne vrsina.

Ursina caro est viscosissima: digestiōi ino bediens: pessimūq3 dat nutrimētū: vnde plus pertinet medicine ꝙ̄ cibo.

¶ De carne leonina.

Leonina caro ceteris calidior est: grossa gra uis ⁊ difficilis ad digerendū: dolorē ⁊ tor sionem in ventre generat: et in ventosita tem conuertitur.

¶ Nota simpliciter ceruum domesticū esse meliorē in via diete siluestri sicut de boue dictū est. Et ꝙuis intestina cer ui feteāt vt dicit phs: cuius signū est q: canes nolunt come dere: imo respuunt vt dicit: ⁊ fetor debeat augeri in domes stico cū non tantū depuretᷣ quoad exercitiū sicut siluestris: tamē ille fetor maximus nō arguit pessimitatē in ceruo: im mo potius bonitatē: q: signū est ꝙ carnes sunt depurate a superfluitate melancholica transmissa ad intestina ratione cuius fetēt. Et vlterius nota ꝙ animalis bonitas potest at tēdi respectu suipsius scꝫ nature: ⁊ sic siluaticus melior est: q: melius degit in loco siluestri ⁊ longius ibi viuit: ⁊ sic in telligit Cōstātinus: tamen quoad bonitatis fineꝫ ad quā ordinatur scꝫ ad nutriendū hominē domesticus melior est. ¶ Queritur quare ceruus renouat iuuentutē inter cetera animalia gressibilia: comestibilia. Ratio est: q: est aīal val de solidum ⁊ durum: ⁊ quantomagis procedit in senectute tanto carnes magis indurantur: ⁊ tunc redduntᷣ odiose na ture: ⁊ ideo natura ingeniauit vt tūc deponeret: ⁊ ideo di cit philosophus ꝙ tūc querit serpentē ⁊c. vt supra de lepo ris. Et dicit philosophus ꝙ est simile ꝙ sunt quedam anima lia que habent membra ex radice nutrimēti generata: sicut sunt cornua: plumas: ⁊ spolia serpētū: ⁊ talia natura restau rare potest: q: habet materiam ex qua: non est autem sic de membris spermaticalibus. ¶ Queritᷣ quare ceruus depo nit cornua. Causa est q: est aīal valde melācholicū abundās in materia melancholica ex qua cornua generātur: ideo effi ciuntur ita magna ⁊ grauia ꝙ natura ingeniauit deponere vt melius fugeret: quia est animal valde timidum: ⁊ impe diunt ipsum ad fugam: igitur cum natura habeat satis de materia ex qua ad alia regenerandum: ideo deponit anti qua: et dicit philosophus in de animalibus: ꝙ quando de ponit cornua abscondit ea: et maxime dextrum ne possint

inueniri ⁊ eius impotentia percipiat ⁊ defectus: vñ est aīal
valde ingeniosuʒ. Et rōne abūdātie nutrimēti melācolici
generatur os seu cartilago in medio cordis ipsorū ex super
fluo nutrimento melancholico: ⁊ ibi ratiōe fortitudinis seu
fortioris virtutis existētis in corde. ¶ Querit quare os de
corde cerui valet in passionibꝰ cordis. Una causa est ſm Ari
stotelē: q: ceruus est valde ingeniosus ⁊ astutus: vñ come
dit herbas valentes ⁊ habentes aspectū ad cor: vt pulegiū
origanū ⁊c. ⁊ in hmōi imprimit nutrimentū: vnde dicit Ga.
ꝙ cibus dat propriam naturaʒ stomacho: q: ergo hmōi os
generatur ex herbis habētibus aspectū ad cor: propter hoc
valet in passionibus cordis. Scđa est causa auicēne: quia vt
dicit qñ aliqua medicina cōposita recipitur in corpore: natu
ra diuidit eam ⁊ aromatica transmittit ad cor: ⁊ ad membra
que eis indigent: ⁊ alia simplicia ad mēbra que talibus indi
gent. Similiter in medicinis cardiacis natura diuidit illas
⁊ transmittit ad cor os de corde cerui: vt illud cōfortet. Ter
tia causa est: q: ducit illas medicinas ad cor valentes: q: ha
bet aspectuʒ ad cor: sicut in fractura tibiarū dantur tibie ad
comedenduʒ: ita ⁊ in passionibus cordis os de corde cerui.
Nota ꝙ lepus generat sanguinē melancholicū: ⁊ ideo pessi
mum dat nutrimentum vt dicit littera. Et ꝗuis carnes sa
piāt bene ratione substantie aeree incluse in porositatibus
carnis eius ⁊ membrorū: tamen carnes ratione sue substan
tie non bene sapiūt: ideo non bene nutriunt. Nota vltra ꝙ
lepus domesticus peior est siluestri. Nam dicit phs ꝙ que
dam sunt animalia que non possunt domari vt aper: lepus:
⁊ vulpes: ideo non bene capiūt suum nutrimentū in domo:
nec audacter: imo cum timore ⁊ displicētia: ⁊ sic carnes eorū
desiccātur plus in domo ꝗ̄ si essent libere in cāpis. Nota ꝙ
ceruꝰ ⁊ lepus sunt valde mobiles: ꝗuis sint aīalia melācho
lica ⁊ nata in loco sicco terreo inepto ad motū: ⁊ hoc iō nō
habēt ratione sue cōplexionis radicalis: aut substātie gros
se melancholice: sed ratione fluentis cali. ⁊ hu. Aut hoc est
a natura: q: sicut videmus ꝙ natura dat genus armature
multipliciter aīalibus: vt apes habēt aculeū ⁊ equus pedes
posteriores ad recalcitrandū: aries ⁊ taurus cornua ⁊ canis
dentes: ⁊ sic de alijs. vt dicit Aristo. in de animalibus. Ita
cum lepus sit animal pauperrimū in virtute ⁊ maxime timi
dum: natura noluit ipsuʒ priuare omi bono: sed fecit pedes
ei veloces vt per hoc possit fugere ⁊ euadere. ¶ Queritur
cuius cōplexionis sit ericius. Rñ. ꝙ ca. ⁊ sic. vt dicit auctor.
nam vrinam prouocat: ⁊ omne diureticū est calidū ⁊ siccuʒ.
In contrariū est phs dicens ꝙ omne animal carens sangui
ne est frigidū. Solutio ꝙ quantū ad complexionē que debe
tur ei inquantū est mixtum est cali. ⁊ sic. ⁊ sic prouocat vri
nam: ⁊ sic loquit auctor: sed quoad cōplexionē que debet ei
inquantū est viuens. i. ex influentia anime supra membra sic
frigidus est cum careat sanguine: ⁊ sic loquit phs: ⁊ istā di
stinctioneʒ habetis a Gal. in de complexionibus: dicit ꝙ in
iusquiamo est frigida cōplexio quantū ad hoc qđ est mixtū:
⁊ ratione istius repercutit ⁊ narcotizat: sed quantū ad hoc
ꝙ est viuens est calidū: nam multū crescit ⁊ sit lōgus stipes
eius ⁊ loquitur respectiue. E conuerso est de saxifraga: quia
quantū ad cōplexionē que debetur ei inquantū mixtum est
multū ca. ⁊ sicca diuretica: ⁊ ratione istius frangit lapidem:
sed quantū ad cōplexionē que debet ei inquantū est viuēs
est frigida: vnde videtis ꝙ non multū crescit supra terram:
nec multū elongat stipitē: nec folia eius a terra. Et ponitur
exēplū de apibꝰ: q: inquantū apes sunt aīalia viuētia: sunt
multū frigida cū careāt sanguine: sed inquantū mixta sunt
ca. cum generēt ⁊ faciāt mel qđ est valde ca. ⁊ siccum. Nota
ꝙ caro ericij valet cōtra leprā epar confortādo: cū lepra pro
ueniat ex mala cōplexione epatis antiquata: item mūdificā
do splenē. ¶ Querit cuius cōplexiōis sit porcus: videt ꝙ
calide: q: pinguedo est cali. ⁊ humi. vt dicit auctor iste: sed
porcus maxime in pinguedine abundat: igitur. Item dicit
Auicen. ꝙ caro porcina inter ceteras maxime assimilat natu
re humane: igitur. nam dicit ꝙ quidā vendiderūt carneʒ hu
manā ꝑ carne porcina: igit. Itē dicit phs ī lib. de aīalibꝰ: ꝙ
porcꝰ ⁊ taurꝰ sunt aīalia fortis pugne ⁊ audacie magne. Sʒ
Ga. ⁊ Haly dicūt ꝙ ista attestant caliditati: igit. In cōriuʒ
est auctor dicens ꝙ porcus inter cetera aīalia est frigi. ⁊ hu.
Item dicit Gal. ꝙ stomachus fri. est bonꝰ appetere: malus
aūt digerere. Et Aristo. dicit ꝙ melācholici sunt edaces cuʒ
sint fri. ergo cū porcus maxime sit edax: vnde semper inten
dit comestioni: igit. Itē pinguedo in frigidis partibꝰ gñat:
vt dicit littera inferiꝰ: vt ī locis remotis a fonte caloris vt in
renibꝰ: igit cū porcus abundet in pinguedine erit maxime
frigidus: qđ cōcedo cū auctoribus. Ad primū dico ꝙ duplex
est pinguedo. Quedā aerea vnctuosa citrina ex sicco terreo
magis generata: ⁊ ista est in aīalibus ruminātibus ⁊ etiā in
volatilibꝰ: ⁊ ista est valde saporosa ⁊ attestat caliditati vt tu
obijcis. Est autē alia alba ex humido aquoso gñata: ⁊ sicut
humidū aquosum est insipidū: ita ⁊ ista pinguedo ⁊ nō atte
statur caliditati imo frigiditati: ⁊ talis reperit in porco. Ad
scđm dico ꝙ equiuocat de sititudine q: nō intelligit quoad
cōplexionē: sed quoad figurā de similitudine ⁊ cōpositione
q: mollis est sicut caro humana. Itē est organizata sicut hu
mana. Ad tertiū dico ꝙ quidā est calor elementaris qui de
betur aīali inquantū est mixtum: ⁊ talis facit ad bonitatem
nutrimēti: ⁊ de tali loquēdo porcus est frigidus: ⁊ de ista lo
quitur auctor. Alius est calor ab influentia aīe supra mēbra
⁊ talis non facit ad bonitatē nutrimenti: ⁊ de tali loquitur
Aristo. cū dicat ꝙ porcus est fortis pugne. ¶ Si querat ꝗs
est melior: aut porcus siluestris: aut domesticus. Rñ. ꝑ oīa
sicut de capreolo siluestri ⁊ domestico: aut de boue siluestri
et domestico. Et si dicas ꝙ porcus domesticus peccat per
hu. dicas ꝙ illud peccatū est minus ꝗ̄ peccatū per siccitateʒ
siluestris. Nota vlteriꝰ ꝙ porcus nutritus ex grano melior
est simpliciter loquēdo ꝗ̄ ex glande: et ꝗuis porcus peccet
per humidū ⁊ glans desiccet: tñ q: porcus siluestris nimio
motu laborat desiccante ⁊ multotiēs esurit: ideo plus pec
cat siccitate sua ꝗ̄ domesticus sua humiditate. Itē glās ha
bet maiorē impuritatē ꝗ̄ triticū: quare porcus siluestris nu
tritus ex eo est minus depuratus ꝗ̄ porcus domesticus nu
tritus ex tritico. Et si arguat ꝙ glans est ꝓpriū nutrimen
tum porcorū. Rñ. per interemptionē: cū dicat phs ꝙ diuersi
tas ciborū maxime impinguat porcos: ⁊ hoc bene sciunt illi
qui porcos impinguant. Et si arguat ꝙ glans impinguet
porcū plus ꝗ̄ granū. Rñ. ꝙ hoc est phātastice inflādo carnē
eiꝰ: ⁊ non realiter sicut triticū seu granū. Nota ꝙ porci sunt
meliores simpliciter loquendo in estate ꝗ̄ in hyeme cū pec
cent in humiditate que desiccat siue depuratur in estate:
et ꝗuis in hyeme sint calidiores ꝓpter caloris ad interiora
vnionē ⁊ pororū clausionē: tamen ille superfluitates detinē
tur interius: ⁊ in estate exhalant magis. Et ꝗuis porci in re
gione frigida sint maiores ⁊ ita de se meliores: tamē via nu
trimenti sunt peiores: q: plus superfluitatibus abundant.
¶ Querit quare porci ⁊ similia animalia phlegmatica sunt
ita pingues. Rñ. q: est ratione stricture meatuū vnde resu
dat sanguis extra venas: ⁊ a debili calore ibidem coagulat
eiꝰ vnctuositas ⁊ in pinguedinē cōuertitur: sed ista solutio
nihil valet: q: per istam viam melācholici essent pinguiores
cum habeant stricturā meatuū: ideo dicendū est ꝙ hoc non
sufficit: sed cum hoc abundantia humiditatū ⁊ calor debilis
⁊ ista tria sunt in porco qui est phlegmaticus: ⁊ non in ani
malibus melancholicis. ¶ Queritur quare in istis anima
libus vt in porco abundat maxime pinguedo exteriꝰ vt pro
pe cutem. Causa est strictura meatuū: ⁊ extra venas exit san
guis per resudationē ⁊ cadit in extremitatibus membrorū:
⁊ ibi a debili calore adunatur ⁊ in naturam pinguedinis cō
uertit. Scđa causa est: q: a calore debili ista pinguedo coa
gulatur: ⁊ talis calor debilis plus abundat extra.

¶ Quinta particula.

¶ De diuersitate membrorum animalium.

IN superiori particula diximus membra
animalium esse diuersa in compositione:
commixtione: loco: motu: quiete. Mem
brorum autem compositio triplex est.
Aut enim est pinguissima vijs vicina per

quas superfluitates humorũ excludunt: aut parum habet pinguedinis: et est remota a vijs humorũ fecẽ expellentibus: vel est inter hec duo mediocris sicut animaliũ sunt latera et similia. Pinguissima vero cõpositio est indigestibilis: cito de stomacho descẽdẽs: ventrẽ humectat: velociter in corruptionẽ conuertitur: phlegmatis viscosi est generatiua: magis si sit de humidis animalibus: vt sunt porci et pecudes. Mẽbra autem modicũ pinguedinis habẽtia: sunt digestibilia: et stomacho competẽtia: et bonũ sanguinẽ generantia. Mẽbra autẽ mediocria inter maciẽ et crassitiem habent qualitatẽ fm vicinitatẽ extremitatũ mẽbrorum sibi coadherẽtiũ. Diuersitas vo complexionum triplex est: aut eñ cõplexio est sicca naturaliter sicut neruus: cutis: et intestina: venter: vulua: et similia. Aut naturaliter humida: velut cerebrũ: spõdilia: ossium medulla: pinguedo et similia. Aut inter vtrũqz mediocris sicut est caro pinguedine nuda que est in ceruice: cordis et similib⁹. Mẽbra vo que naturaliter sicca sunt: dure digeruntur: tardeqz de stomacho eijciũtur: et minus ceteris sunt nutritiua: maxime si fuerint de animalibus naturaliter siccis sicut bobus: capris: que q̃uis bene sint masticata: in stomacho et epate bene digesta: siccum tamẽ generãt sanguinẽ et pessimum: sed tñ oĩbus membris siccitati naturaliter ptinentibus cutis et nerui sunt meliora: psertim si de lactentib⁹ et humidis naturaliter fuerint. Mẽbra vo naturaliter humida sicut cerebrũ: piguedo et similia sunt viscosa et lubricatiua: stomachi villos sua humiditate defectãt et corrũpunt: sunt etiam in malos humores conuertibilia: si materiã inuenerit. Membra mediocritatẽ habẽtia sicut caro piguedine nuda vel vacua sunt tẽperatiora et saporiora: et digestioni faciliora: et laudabilẽ sanguinẽ generãtia. maxime si fuerint de aĩalibus tẽpatas cõplexiões habentib⁹ sicut sunt hedulí: vituli lactentes et iuuenes porci: et pecudes iuuentutẽ habẽtes. Rursus inter vnãquãqz istarum extremitatũ habet aliud mediocre sicut cetera membra tenera inter pinguissimã carnem et pinguedine nudam mediocria veluti sunt mamille: testiculi: costarũ extremitates: fundamenta lingue et ceruicis teneritates: hec sunt inter pinguedinẽ et carnem mediocria. testatur hoc eorũ color qui est inter pinguedinis albedinẽ et carniũ ruborem: et eorũ teneritas q̃ est carne tenerior: pinguedine vo durior vel siccior: proinde sunt boni saporis: et si bene digerantur: nutrimentũ dabunt velut pinguis caro: si autem male digesta fuerint: liquidissimũ et viscosum phlegma generabunt p qualitate sue substantie suorũqz animaliũ. Diuersitas vo membrorũ fm locum vbi sunt multiplex est. Sunt eñ quedã a cute et ossibus lõginqua: sicut vẽter: stomachus et viscera: sunt quedã cerebro vicina: alia fundamento naturalis caloris vicina: alia vo ab eis remota. Sunt etiam quedã mediocria que cuti et ossibus vicinantur: et sunt tenerioris carnis minorisqz pinguedinis. sunt etiam sapidiora et digestibiliora duobus modis. Unus propter multã substantie eius dissolutionẽ: que egreditur per poros cutis cũ sudore. Alius propter collisionẽ que fit ex ossibus ea confricantib⁹. Mẽbra a cute et ossib⁹ remota grossiorẽ habẽt carnem: multeqz sunt pinguedinis: idcirco sunt indigestibilia et insipida et copiã malorũ chimorum gñantia, pter duas res. Una q vijs sunt vicina per quas humorum feces expelluntur: et pter longinquitatẽ pororũ cutis p quos sue humiditatis supfluitas nequit egredi. Alia pter ossiũ absentiã: vnde tenera fieri neqz collidi possunt: ideoqz venter et intestina et similia sunt grossiora et male nutribilia. Mẽbra quoqz inter cor et cerebrũ existẽtia calori vicina naturali: sunt boni saporis digestioniqz facilia et bonũ nutrimentũ generãtia pter duas res. Una pro vicinitate caloris naturalis supfluitates sui nutrimenti purificãtis. Secunda q: bene bonoqz sanguine cordis et epatis sunt nutrita. Membra vo q̃ caude sunt vicina et a calore naturali lõginqua: duriora sunt indigestibiliora minusqz sapora: quod fit duobus modis. Primo pter calorem naturalẽ ab eis remotũ. Secũdo q: fuerũt nutrita sanguine male in epate cocto. Membra vo inter hec mediocria sunt fm vtrasqz extremitates sibi vicinãtes: de eis eñ qualitates accipiunt. Mẽbra eñ dextre partis meliora sunt his que a sinistra sunt, pter vicinitatẽ epatis qd est naturalis caloris fundamentũ: fortiorẽ eñ actionẽ habet circa loca vicina q̃ circa remota. Mẽbrorum autem diuersitas fm motũ et quietẽ est multimoda: aut sunt mobilia et modicũ humiditatis habent: quare saporosiora facileqz sunt digestibilia: aut contraria et contrarie se habentia. Multum aũt mẽbra mobilia sunt lacerti: ideoqz parum humoris habent: sunt etiam digestibiles.

¶ Superius determinauit auctor de nutrimento siue de dieta sumpta a toto animali: hic autẽ a partibus animaliũ: et primo gñaliter: scdo autem specialiter: parũ post ibi. Membrorum triplex est causa. ¶ Queritur que membra sint melioris nutrimenti respectu corporis humani: vtrum pinguia vel media in pinguedine vel macilenta: videtur q pinguia: q: nutrimentũ stat per naturam dulcedinis: vnde solũ dulce nutrit. sed maxime pinguedo est dulcis et saporosa: igit. Item auctor dicit q pinguedo est ca. et hu. ergo maxime nutritiua: igitur. In contrariũ est iste auctor dicẽs q pinguissima cõpositio est indigestibilis etc. Sz membra mediũ pinguedinis habẽtia vt macilenta sunt digestibilia: ergo melioris nutrimenti: quod cõcedo. Una causa est: q: pinguia membra sunt viscosa: et in ore stomachi supernatãtia: et pter hoc indigestibilia et crudum humorẽ generãtia vt hu. phlegmaticum. Itẽ pinguia sunt mollia ratione cuius remolliunt villos stomachi: et ita defectant appetitũ et generãt abominationem: cum stomachi appetitus vigeat per irrigidationem villorũ. Ad argumenta dico q tu obijcis a parte cõplexiõis: tamen a parte cõpositionis: q: viscosa sunt et mollia: sunt magis indigestibilia. ¶ Queritur quare pinguedo maxime in renibus et non sic in alijs partibus generatur. Una causa est: q: a calore debili generatur: et renes habent debilẽ calorẽ cum sint remoti a fonte caloris. Scda causa est q: vrina continue defertur ad renes et secũ aliquã vnctuositatẽ sanguinis deportat. Tertia causa est: q: renes sunt membra mollia et tenera: situata supra os durũ: ne ergo ledãtur ab osse: natura ibi gñauit pinguedinẽ vt supra eam requiescant sicut supra culcitrã. Quarta causa est: q: vrina est vrens et semper secum defert aliquid hu. acuti: ne ergo renes ab acumine ledãtur natura gñauit pinguedinẽ illic. ¶ Queritur quare piguedo in animalib⁹ ruminantibus est inflãmabilis vt in boue et saporosa: et non in non ruminantib⁹ sicut in porco et insipida: Ratio est: q: in aĩalibus ruminãtibus gñatur pinguedo ex sicco terreo

sicco terreo: ⁊ per actionē caloris fit saporositas: ⁊ siccū terreum est inflāmabile. Sed in non ruminantibus generatur ex humido aquoso qđ est insipidū ⁊ albū ⁊ nō inflāmabile: sed potius extinctiuū. Et hac de causa pinguedo porci redditur sapida per appositionē salis cali. ⁊ sic. temperātis hūiditatē aquosam. ¶ Queritur que membra citius digerantur vtrū naturaliter humida vel sicca. Respōdeo ꝙ triplex est digestio: scʒ prima secūda ⁊ tertia. Respectu prime ⁊ secū de humida citius digeruntur: quia tales procedunt liquefaciendo: ⁊ eis magis assimilantur liquida siue humida. Sed quia tertia digestio procedit ingrossando: q: assimilat nutrimentum membris que sunt grossa ⁊ sicca: citius digerūtur: id est citius membris assimilantur. ¶ Queritur vtrum cutis siue corium sit boni nutrimēti. videtur ꝙ sic: q: dicit Cōstanti. ⁊ Aristo. ꝙ cutis maxime est tēperata: ⁊ maxime hominis: ⁊ maxime in pulpis digitorū sentimus pulsus cū cutis sit ibi maxime temperata: ergo cū bonitas nutrimenti ꝑ temperamentum consistat: ⁊ cutis sit maxime temperata: tunc erit boni nutrimenti. In cōtrariū est auctor in littera. innuens ꝙ cutis nerui ⁊ breuiter membra sicca pessimi sunt nutrimenti. Respon. ꝙ quedam sunt boni nutrimenti ratione cōplexionis ⁊ cōpositionis simul: sicut caro arietina: q: est rare cōpositionis ⁊ cali. ⁊ humi. cōplexionis: quedam vo ratione cōpositionis solū: sicut perdix qui est rare cōpositionis: ⁊ in cōplexione frigi. ⁊ sic. quedā vo econtrario: scʒ rōne cōplexiōis solū sicut anser: qui licet sit melancholicus in substantia: q: dure cōpositionis: tamen q: cali. ⁊ humi. cōplexionis nō bñ digeritur: ⁊ ideo cū nutrimētum magis respiciat cōpositionē ꝙ̄ cōplexionē: ideo cutis nō est boni nutrimenti cū sit dure substātie in cōpositione: ꝙ̄uis sit cali. ⁊ hu. cōplexione. ¶ Queritur quare cutis humana maxime est tēperata. Una causa est: q: est ibi vniuersalis cōcursus mēbrorum frigi. cali. humi. ⁊ sic. q: caro est cali. ⁊ humi. nerui vo frigi. ⁊ sic. ⁊ cutis ambit ossa ⁊ carnes ⁊ neruos: ideo ex ipsis resultat complexio temperata in cute. Secunda cā est equalis distantia membrorum fri. sic. humi. cali. q: cerebrū est frigi. ⁊ hu. ⁊ cor est cali. ⁊ sic. ⁊ cutis equaliter distat ab istis. Tertia causa est finalis: q: tactus ſm Arist. per temperamētum viget: vnde bonitatē intellectus sequitur bonitas tactus: vt dicit phs: ⁊ quia bonitas intellectus est in homine: ideo ⁊ in ipso est temperamentum cutis in qua viget tactus ⁊ sic illi versus sunt falsi. Nos ap auditu linx visu simia gustu: Uultur odoratu p̄cellit aranea tactu. cū tactus sit optimus in homine. ¶ Queritur vtrum caro glādulosa mollis: vt mamille ⁊ hmōi sint boni nutrimenti: videtur ꝙ sic: q: mollia membra sunt bene digestibilia: sed caro glandulosa est mollis: vt mamille: igitur. Item lac est optimi nutrimenti ⁊ puri: vñ dicit Gal. ꝙ aīalia in pueritia pulchriora sunt ꝙ̄ in alijs etatibus preter simiā: q: in pueritia nutriunt̄ ex lacte: sed omne decisum attestatur illi vnde decinditur: igitur mamille erūt ⁊c. In contrarium est auctor in littera dicens ꝙ sunt pessimi nutrimenti. Ad argumentū dico ꝙ duplex est mollities: quedam ratiōe cōpositionis ⁊ debilis coagulatiōis ⁊ talis est in mulierib⁹ viraginosis ⁊ nō facit ad bonitatem nutrimēti: ⁊ talis est in carne glandulosa: ⁊ sic obijcis. Est alia generata a calore quod idē est ꝙ teneritas ⁊ raritas: ⁊ talis est in viris. ⁊ arguit supra bonitatē nutrimēti: igit̄. Ad scđm dr ꝙ nō valet: q: lac decindit̄ a māmillis tāꝙ̄ a causa efficiente ⁊ nō tanꝙ̄ pars māmillaꝝ: igit̄. ¶ Queritur que mēbra sint meliora: vtrū interiora aut exteriora. videt̄ ꝙ interiora: q: dicit ysaac ꝙ sanguinea mēbra sunt meliora q: meliori nutrimento nutriunt̄. vñ sicut dicit ysaac in principio vrinaꝝ: sanguis nō nutrit nisi prius ab vtrisqʒ cholleribus mūdificetur ⁊ phlegmate: sed mēbra interiora sunt sanguinea respectu exterioꝝ: vt dicit phus: igit̄. Iteʒ dicit phus ꝙ illa aīalia meliora que meliori ex nutrimēto nutriūtur: ğ mēbra interiora cū sint hmōi ſm Aristotelē dicentē ꝙ cor ex meliori nutrimēto nutrit̄ sicut rex respectu sue familie: ergo interiora sunt meliora. Itē bonitas nutrimenti penes mūdiciem ⁊ puritatem attenditur sed: dicit Auicen. ꝙ mēbra interiora trāsmittūt suas supfluitates ad exteriora: ⁊ sic ab illis depurāt̄: igit̄. In ꝯtrariū ē auct. dicēs ꝙ exteriora

sunt meliora. Una causa est: q: exteriora ꝓpriе sunt ꝓpter hoiem: interiora aūt ꝓpter indiuiduū. vñ sicut sperma ⁊ germē vitelli sunt pessimi nutrimēti: similiter ⁊ membra interiora. Secunda causa est: q: interiora nō habent vias liberas ad expulsionē suaruʒ superfluitatū: sicut habēt exteriora. Tertia cā est: q: sunt ossuosa respectu interiorū vnde per collisionē suaꝝ carniū in ossibus depurantur ⁊ attenerant̄ sicut patet de piscib⁹ petrosis q̇ sunt meliores nō petrosis. Item ossa attrahunt nutrimentū melācholicū ⁊ couertunt in sui naturā: ⁊ respuūt nutrimētū bonū aereū cali. ⁊ hu. qđ cedit in naturā carniū. Ad primū dico ꝙ aliquod mēbrū pōt dici sanguineū: vel q: sit sanguineum de natura sua: ⁊ talia sunt meliora: aut q: ibi sanguis abundat sicut cor dicit̄ sanguineū: q: ibi abūdat sanguis plusꝙ̄ in alijs mēbris: ⁊ similiter in venis ⁊ arterijs: ⁊ tñ sunt frigi. ⁊ sic. ⁊ talis sanguis abundantia non facit ad bonitatē. Ad secundum dico ꝙ sicut dicit ysaac in vni. dietis. nō est aliq̇s cibus q̇ sit silis ex toto nature humane: immo omnis cibus quantuncunqʒ sit purus aliquid habet de superfluo: ⁊ illud nō potest exhalari nec mundificari. Dicēdū ğ ꝙ licet mēbra interiora nutriātur ex puriori nutrimēto: tamen aliq̇d habent de superfluo ⁊ illud nō pōt exhalari nec mūdificari: sicut in mēbris exterioribus: ⁊ propter hoc adhuc interiora sunt peiora. Ad tertium dico ꝙ mēbra interiora non mittunt suas superfluitates ad exteriora: vt ibi remaneāt: sʒ vt expellāt̄ extra corp⁹. Ad questionē vltimā dico ꝙ mēbra exteriora dantur cōualescentibus: q: magis sunt depurata ⁊ attenerata. ¶ Queritur que sint meliora: aut anteriora: aut posteriora: videt̄ ꝙ posteriora: q: virt⁹ naturalis pascit mēbrū: aīalis vo viuificat: sed posteriora sunt epati viciniora qđ est mēbrū nutriēs mēbra: igit̄. Itē dicit ysaac in vni. die. et etiā innuit Arist. ꝙ cali. ⁊ humi. ⁊ maxime dulcia nutriūt: sed pinguedo est cali. ⁊ humi. que generaliter plus generat̄ ī posterioribus: igit̄. In cōtrariū est auctor dicēs ꝙ mēbra caude vicina sunt deteriora. Ad h̄ dicēdū ꝙ verū est excepto porco: vt dicit ysaac. Una cā est: q: cor situatū ē in anteriori pte cuiuslibet aīalis rōne cui⁹ adiuuat̄ digestio ⁊ melioꝛat̄: ⁊ etiā rōne sui caloꝛ anteriora melius depurant̄. Scđa cā est a parte mot⁹: q: oē aīal est magis mobile a parte anteriori. vñ dicit Arist. ꝙ ale in auibus: ⁊ pedes anteriores in aīalibus: ⁊ manus in hoīe equipollēt in motu: vñ magis depurant̄ a suis supfluitatibus. Tertia cā ē: q: cū mēbra āteriora sint altiora posterioribus delegāt suas supfluitates ad posteriora: sicut videm⁹ in podagra. Quarta cā est: q: mēbra anteriora nutriunt̄ nutrimento magis puro ⁊ magis digesto: q: qñ sanguis generat̄ ī epate: q̄dā portio delegat̄ ad mēbra posteriora cū sint vilia: q̄dā vo ad cor: ⁊ ibi digerit̄ ⁊ depurat̄: postea a corde delegat̄ ad mēbra anteriora ex quo nutriunt̄. Ad primū dicit̄ ꝙ nō valet: q: ꝙ̄uis epar sit magis eis viciniū: tñ adiuuat̄ in sua digestiōe a calore cordis qđ est magis vicinū anterioribus membris. Ad scđm dico ꝙ pinguedo citrina ca. ⁊ hu. saporosa mag̃ generat̄ in añriorib⁹ ⁊ alba insipida fri. ⁊ hu. in posteriorib⁹: iō argumētū ctr⁹ ꝯcludit oppositū. ¶ Nota ꝙ ysaac excipit porcū a q̄stiōe: q: porcus superior est ⁊ altior in pte posteriori ꝙ̄ in anteriori: vt asinus: ideo supfluitates ad inferiora membra delegant̄. Nam porcus respiciat terrā glandem ⁊ nō quercū. Scđa cā: q: porcus in posteriori parte est fortior: sicut asinus: et in anteriori parte debilior: ⁊ membra fortia transmittunt suas superfluitates ad debiliora: igit̄. Tertia cā est: q: porcus maxime abūdat ī cerebro qđ est fri. ⁊ hu. vñ est aīal valde phlegmaticū ⁊ sic fri. cerebri propinq̇ anteriorib⁹ partib⁹: remittit calorē cordis in ipsis plusꝙ̄ in posteriorib⁹: ⁊ sic nō depurant̄ partes anteriores sicut posteriores. Aristo. etiā excipit posteriora feminarum. Una cā est: q: depurant̄ ꝑ mēstrua. Scđa cā est: q: maxime posteriora feminaꝝ mouentur in coitu: ⁊ sic magis depurātur. Et si arguit̄ ꝙ similiter et masculoꝝ. Respon. ꝙ nō est simile: q: ī feminis eleuant̄ ⁊ in masculis deprimunt̄. ¶ Queritur que sint meliora: aut dextra aut sinistra mēbra: videt̄ ꝙ sinistre ptis: q: ibi sanguis arterialis abūdat q̇ clarior est ⁊ purior: ⁊ sic ex puriori sanguine nutriunt̄: in dextra vo parte sanguis venalis abūdat q̇ nō ē ita clarus. Itē dicit Arist.

ꝙ sinistra pars proportionatur phlegmati: dextra vo chole rere: sed phlegma melius nutrit ꝙ cholera: q: tempore neces sitatis cōuertit̄ in sanguinē: igit̄ similiter sinistra melior erit. In contrariū est auctor in littera. Solutio ꝙ mēbra dextre partis sunt meliora. Una cā est: fm Arist. eni dextrū est for tius sinistro: vnde melius digerit suū nutrimentū: ⁊ melius a superfluitatibus depuratur. Secunda causa est: q: epar ⁊ fel in dextra situant̄ mediantibus quibus viget digestio et depuratio. Tertia causa est: q: licet cor in hoīe situet̄ in sini stra: magis tamen virtualiter influit in dextra: ⁊ similiter in aīalibꝰ. Ad p̄mū dico ꝙ talis sanguis nō ordinat̄ ad nutriē dū. Itē alia reformāt peccatū: vt dictū est. Ad scd̄z dicēdū ꝙ phlegma nō assimilat̄ cholere quātū ad saporē cū phlegma sit insipidū ⁊ ipsa amara: nec quātū ad substātiā: s3 quantū ad cōplexionē ⁊ virtutē: q: sicut cholera rōne sue cali. ⁊ sic. fortificat digestiuā: similiter ⁊ dextra pars: q: ibi est fortior digestio. Alij dicunt ꝙ nō tantum in sinistra parte abundat phlegma: immo ⁊ melācholia ⁊ tāto deterius est. ¶ Queri tur que sint meliora: aut mobilia mēbra aut qeta. Respon. cū auctore ꝙ mobilia. Et nota ꝙ duplex ē motꝰ. qdā ē q est cū abūdātia nutrimēti: ⁊ talis meliorat nutrimētū ⁊ aīalia. Est aūt alius cū indigentia sicut in siluestribus aīalibꝰ: ⁊ ta lis impeiorat: q: nō tātū depurat sicut primꝰ: sed nimis de siccat. Alij dicūt ꝙ motus temperatus meliorat sicut est mo tus partiū respectu totius: nō tamen excedēs sicut in silue stribus. Ad scd̄m dico ꝙ motꝰ in toto aīali impeiorat dige stionē siue impedit: q: retrahit calorē ab interioribus: ⁊ tūc nutrimentum existēs in cōcauitate aīalis: sicut in stomacho nō potest digeri. Sed motus in parte aīalis nō impedit di gestionē: q: pars nō habet nutrimētū in cōcauitate queād modū aīal. Uel dic ꝙ motꝰ impedit digestiuā primā ⁊ secū dā: ⁊ ꝑpter hoc impedit in toto aīali quātū ad primā ⁊ secū dā: sed tertiā nō impedit: immo adiuuat: q: in tertia digesti ua fit motus ad oēs partes: ⁊ hmōi motus adiuuat.

¶ De extremitatibus aīaliu3.

Quoniā absolute ⁊ vniuersaliter mēbrorū di spositio est cōpleta: eorūq3 diuersitas: cōse quenter particulariter eorū naturas ⁊ pro prietates dicamus. Extremitates aīalium: q: omnino carēt pinguedine: tarde digeruntur: sunt eni de substātia cutis ⁊ neruorū: sed qm̄ semp sunt in motu ⁊ labore: sunt digestibiliores neruosis mēbris immobilibus ⁊ nō laboriosis: q: neruosa nec motum nec laborē habentia: viscosum dāt nutrimentū lubri catiuū a stomacho ⁊ intestinis cito descendens. Ne cesse ergo vt extremitates simile generent nutrimen tū: sed tamē nō tantū: quod sic probat̄: cū eni coquū tur per suas partes dilatātur: qd̄ significat leuitatē ⁊ subtilitatē: paruū tamen eorū est nutrimentū. Pe des aūt fm medicinam sunt vtiliores: pectoris ⁊ pul monis asperitatē leniūt: atq3 contra siccā tussim va lent: adiuuant etiā patiētes vulnera vel excoriatio nes in vesica: ꝙ si manducauerint eos q̄ dissinteriam patiūtur: vulnera intestinorū solidāt ⁊ solutionē acci dentaliter constringunt: natura eni eorū lubricatiua est ꝑpter viscositatē quā habēt. Pedes tamen ante riores posterioribus sunt meliores propter fundamē tū naturalis caloris eis vicinantis. Labra aūt auri bus sunt laudabiliora: quia auricule de cute ⁊ carti lagine sunt composite. Cartilagines vo etsi de ani malibus iuuenibꝰ fuerint: etsi bene coquātur: erūt indigestibiles: si vo de lactētibus ⁊ bene sint cocte di gestibiles erūt: sed omnibꝰ extremitatibus animaliū pedes sunt meliores.

¶ De cerebro.

Diximus in prima particula qualiter anti qui discordati sunt de natura cerebri: qui dā enim sunt arbitrati illud accidētaliter calidū esse: sed Aristo. in lib. de animali bus dicit calidū esse naturaliter: ⁊ frigidū accidenta liter: cuiꝰ disputationē nō oportet hic nos repetere. Dicimus ergo cerebrū naturaliter calidū: ⁊ frigidu3 accidentaliter: proinde humidū ⁊ viscosum: abomina bile: appetitū corrumpit in stomacho: citoq3 in putre dinē conuertitur: maxime si in fine cibi māducetur. vnde Gal. Uolentes inquit vomere: cerebrū in fine cibi cū multo oleo comedāt: ideoq3 oportet añ cibū ⁊ post cibū cerebrū cauere hūidas cōplexiōes hn̄tibꝰ ac debilē appetitū in stomacho: verūtamē habentes stomachū purū: si illud comedāt: beneq3 in stomacho digestū sit: eis dabit multū nutrimentū: añ tamen ꝙ comedant cū aceto: pipere zinzibere obsomogaro ⁊ menta et similibus illud condiant.

¶ Superius determinatū est de dieta sumpta a partibus aīaliū generaliter: hic aūt specialiter: ⁊ p̄mo ponit ꝓhemiū ad hāc partē. scd̄o exequitur: scd̄a ibi: Extremitates aīaliū. ¶ Querit̄ vtrū extremitates aīaliū: ⁊ maxime pedes sint boni nutrimēti. videt̄ ꝙ nō: immo pessimi: q: abūdāt in ossi bus neruis ⁊ pelliculis q̄ sunt frigida ⁊ sicca melācholica et oīa talia sunt pessima. Item superius vituperauit partes posteriores: q: maxime a fonte caloris distāt: s3 pedes sunt remotissimi: igit̄. ¶ Itē dicit Cōstā. ꝙ locus hūilis ⁊ demis sus aptus est ad recipiendū superfluitates membrorū supe riorū: sed quāto plus recipiūt de superfluitatibus tanto pe iores: s3 pedes sunt inferiorissimi siue infimi: igit̄. In ꝯriu3 est auct. dicēs ꝙ extremitates aīaliū sunt meliores ⁊ maxi me pedes. Item practici docent administrare eas conuale scētibus. Respō. ꝙ pedes sunt optimi nutrimenti. Una cā est: q: sunt in cōtinuo motu: ratiōe cuius depurant̄ a super fluitatibus. Secūda causa: q: maxime sunt ossosi siue ossuo si ⁊ marie porcini iuxta versu3. In pede porcino sunt. triij. ossa. vnde p collisionē cū ossibus sue carnes attenerātur et depurātur. Itē illa ossa attrahunt nutrimētū melācholicū: ⁊ illud cōuertūt in suā subam respuūtq3 nutrimentū aereū calidū ⁊ hūidū: ⁊ illud cedit in carnē. Tertia cā est: q: paruū dant nutrimentū: ⁊ natura est auida supra paucū ⁊ nauseat seu fastidit supra multū. Quarta cā est: q: fm Aristo. oē mē brū delectat̄ in sua operatione: vt oculus in vidēdo: auris in audiēdo: ⁊ dentes ordinant̄ a natura ad incidendū ⁊ masti candū: ⁊ q: in comestione pedū aīaliū plus operant̄ ꝙ circa animalium membra alia: igitur. Patet igitur ad oīa argu menta solutio: q: licet pedes aīalium sint neruosi ossuosi et sint remoti a fonte caloris: ⁊ sint in infimo loco: verūtamē il la bona q̄ modo dicta sunt preponderant istis malis. Et no ta ꝙ dātur cōualescētibꝰ: q: alliciunt gustū ⁊ incitant appe titū. Itē etiam ossa nō comedunt̄: ⁊ licet pelles ⁊ nerui sint duri: tamen optime digeruntur: q: sunt a suis superflui tatibus mūdati. ¶ Queritur vtrū pedes anteriores sint me liores: vt dicit littera. videt̄ ꝙ nō: q: posteriores ad eos mit tunt suas sup̄fluitates cū sint altiores: igit̄. Solutio ꝙ qui dā dicūt ꝙ duplex est pes sicut dicit phs in principio libri de aīalibus: sc3 maior q̄ cōtinet totā hancā vsq3 ad genu: ⁊ lo quēdo de tali posterior pes est melior: q: magis eleuatꝰ. Est etiā pes minor a genu inferius: ⁊ anterior tūc est melior: q: magis mouet̄ ⁊ depurat̄. Itē propinquior est cordi. Itē pe des anteriores suppositi sunt respectu mēbrorū anteriorū que sunt nobilia ⁊ ex nobiliori nutrimento nutrita: non sic vo posteriores qui supponūtur posterioribus mēbris que sunt vilia. Et si obijcias ꝙ posterior est eleuatior. Respō. ꝙ verū est loquendo de maiori pede ⁊ nō de minori: immo an terior ⁊ posterior equaliter sunt demissi. ¶ Querit̄ de cere bro de quo maxia est cōtrarietas inter aucto. vt inter ysaac ⁊ Aristo. q: iste dicit ꝙ est cali. ⁊ hu: sed videtur ꝙ sit frigi.

⁊ humi. q: dicit Haly in cōmento sup̄ tegni: ꝙ sola cōple-
xio tēperata gaudet sibi similibus: lapsa vo cōtrarijs ⁊ illis
iuuatur. cū ergo cerebri cōplexio sit lapsa iuuabitur a cōtra
rijs: s; cerebrū ledit cito a frigido: vt pz in capitib⁹ discoop
tis: iuuat aūt a calido: igit cerebrū ē fri. Itē dicit pħs in .xj.
libro de aīalib⁹ ꝙ cerebrū directe superponit cordi vt rōne
sue frigiditatis mitiget calorē cordis: s; oē mitigatiuū calo-
ris est frigidū. Itē dicit in de sensu ⁊ sensato ꝙ cerebrū ⁊ ocu
lus eiusdē sunt nature: s; oculus est aquee nature: qḋ pz q:
si acu pungat exit aqua: ⁊ in aquā resoluit: igit ⁊ cerebrū.
Itē dicit Gal. ꝙ illa que extinguūt ignē sunt aquosa: s; ꝑm
ysaac ⁊ Arist. cerebrū et spinalis medulla sunt hmōi: igit.
sed aqua est fri. ⁊ hu. Itē dicit iste ysaac ꝙ cerebrū ⁊ spina-
lis medulla sunt eiusdē nature: ⁊ postea dicit ꝙ spinalis me
dulla est fri. ⁊ humi. igit. Itē dicit pħs ꝙ oīa aīalia carentia
cerebro sunt ca. vt apes ⁊ vespe: qḋ pz: q: dicit ꝙ qñ pungūt
inflammāt: ergo a ꝯrio sensu presentia cerebri causabit fri.
Itē dicit pħs scḋo de aīalibus ꝙ simile est de toto ⁊ de par-
te: sed sicut dicit pħs aīalia carētia sanguine sunt frigi. ḡ silr
pars corꝝ cuiusmodi ē cerebrū. Itē dicit Auicē. ꝙ vnūquodq;
mēbrū nutrit ex sibi simili nutrimento: vt phlegmatica ex
phlegmate: ⁊ cholerica ex cholera: ⁊ īter mēbra phlegmati
ca dicit ꝙ cerebrū nutrit phlegmate: ḡ ⁊ phlegma est silr ce
rebro: igit. Itē dicit pħs ꝙ sentire est pati: mouere vo age-
re: ḡ cū cerebrū sit principiū sensus maxime habebit quali-
tates passiuas: ⁊ mouere actiuas: s; frigiditas debilior acti-
ua: ⁊ hūiditas fortior passiua: ḡ istas habebit: igit. In cōtra
riū est ysaac dicēs ꝙ est naturaliter cali. ⁊ accidentaliter fri-
gi. Itē dicit pħs tertio de aīalibus: ꝙ oē vnctuosum calidu;
est ⁊ humi. cerebrū est hmōi: igit. Itē in .xij. dicit ꝙ cerebrū
est eternū. ⁊ glosat vno modo sic: q: opatio rei eterne est in
cerebro: vtpote intellectus: aut ex materia eternāte est cere
brū: q: mediāte spermate sensus eternātur ⁊ perpetuant: s;
sperma est cali. ⁊ humi. igit ⁊ cerebrū. Itē cerebrū eneruat
appetitū: sed frigi. nō sunt hmōi: immo potius incitāt: igit.
Itē motus calefacit: sed cerebrū est in cōtinuo motu: igit.
Ad hoc dicūt quidā ꝙ inquantū est mixtū sic est frigi. ⁊ hu.
⁊ sic loqtur Arist. q: dicit ꝙ supponit cordi ad mitigādū ei⁹
calorē: vel inquātū est viuens: ⁊ sic est cali. ⁊ humi. ⁊ sic loq
tur ysaac. Sed ista solutio nō valet: q: ysaac loquit de cere
bro ea pte qua cadit in nutrimētū: ⁊ sic est mortuū: ⁊ Arist.
capit prout viuit. Alij dicūt ꝙ cōsequitur quantū ad naturā
suā propriā quā habet a natura cōponentiū: ⁊ hoc modo cū
materia eius sit aquosa fri. ⁊ hu. sic est fri. ⁊ hu. ⁊ hoc modo
loquit Aristo. aut quātū ad influentiā aliunde venientē: et
sic cū cōtinue a corde ad ipsum delegentur spūs q̄ sunt ca.
⁊ sic. est cal. ⁊ hu. ⁊ sic loquit auctor iste. Sed ista solutio ni
hil valet: q: ysaac dicit ꝙ est cali. naturaliter: frigi. vo accidē
taliter: ⁊ solutio ponit ecōtra. Alij dicūt ꝙ cerebrū pōt con-
sidera: vno modo rōne cōponentiū: ⁊ sic cū cerebrū sit mē
brū nobile cōponitur ex elementis nobilibus: vt ex leuibus
que sunt ignis ⁊ aer: ⁊ sic est cali. ⁊ hu. ⁊ hoc modo loquitur
ysaac. Vel potest ꝯsiderari inquātū est principiū excitās ad
operationes aīe peragendas: ⁊ sic adhuc est cali. ⁊ hu. q: fri
gi. vt dicit Auicē. nō apponit manū in operib⁹ nature. Vel
pōt cōsiderari respectu aliorꝝ mēbrorꝝ principaliū: vt cordis
⁊ testiculorū que valde sunt cali. ⁊ hoc modo respectiue est
fri. ⁊ humi. ⁊ sic loquitur pħs. Alio modo dicendū est: et me
lius ꝙ cerebrū potest cōsiderari vno modo quantū ad mate
riā suā primā ⁊ remotissimā: ⁊ sic est frigi. ⁊ humi. q: sua ma
teria prima est aquea: ⁊ sic loquit pħs. Vel quātū ad mate
riā proximā q̄ est sperma qḋ est cali. ⁊ hu. cu; ex spermate im
mediate generet: cuius signū ꝙ multū ledit cerebrū in coi
tu in quo fit maxima emissio spermatis. vnde dicit Auicen.
ꝙ in generatiōe fetus ex spermate primo generantur tres
ampulle: ex prima cor: ex alia cerebrū: ⁊ ex alia epar: et sic
loquitur iste auctor. Vel pōt etiā cōsiderari cerebrū ratiōe
vaporū ascendentiū ad eū: ⁊ dicit Gal. ꝙ ascendūt reumata
cali. descendunt aūt frigi. sed hoc nō est nisi propter hoc q:
illa reumata calida in cerebro infrigidātur per naturā cere-
bri: ⁊ hoc mō est fri. ⁊ hu. ⁊ sic loquit auc. iste dicēs ꝙ est acci
dentaliter frigi. ⁊ naturaliter cali. vt declaratū est. vñ ysaac
quādo arguit auctoritate Arist. ꝙ sit cali. ⁊ humi. dicit ꝙ est
propter hoc ꝙ est de genere medullarꝝ ⁊ pinguedinū: ⁊ pin
guedo est cali. ⁊ humi. Sed distinguēdū de pinguedine: q:
quedā est pinguedo siue vnctuositas terrea: ⁊ ista est cali. ⁊
humi. est aūt alia aquea: ⁊ ista est frigi. ⁊ humi. ⁊ talis est in
cerebro. Alij dicūt ꝙ est frig. ⁊ humi. rōne substātie medulla
rū: ⁊ sic loquit pħs: sed rōne substātie annexe vnctuose ca.
⁊ humi. est cali. ⁊ humi. q̄ maxime est sensibilis: ⁊ de ista in-
telligit ysaac q̄ est artifex sensualis. ¶ Querit quare in aui-
bus ⁊ maxime rapacibus ⁊ mōtanis: vt falcone ⁊ aquila ce
rebrū est melius via nutrimēti. Vna cā est: q: cerebrū rece-
dit a tēperamēto p fri. ⁊ hu. ⁊ q: hmōi aues sunt in motu ra
tione cui⁹ sua frigiditas tēperat. Scḋa cā est: q: aues paruū
habēt caput: ⁊ ideo paruū cerebrū: sed homo habet magnū
caput: igitur ⁊ multū cerebrū quare est fri. ⁊ humi. ¶ Que
ritur quare cerebrū est melius in ariete. Ratio est: q: aries
est bonus quātū ad quālibet sui partē: sc; quātū ad lanā et
pellē ⁊ ossa ⁊c. igitur ⁊ quātū ad cerebrū. Scḋa cā ē: q: aries
est eleuatus in anteriori parte: ideo nō inficit a sup̄fluitati
bus mēbrorꝝ aliorꝝ per viā descensus ad eū. ¶ Itē q̄rit qua
re est meli⁹ in vitulo. Ratio est: q: nutritur ex lacte vaccino
quod est melius in nutritione: vnde fumi eleuati ⁊ euapo-
rantes ab hmōi lacte cōtemperant fri. ⁊ humi. cerebri vitu-
li: ⁊ ideo meliorat cū lac sit maxime euaporatiuū. vnde lac ca
put dolentibus dare malum: vt dicit Hippo.

¶ De medulla.

Medulla spondiliū ad cōparationē medulle
ossiū frigidissima est ⁊ humidissima: est enī
sicut cerebrū: durior tamē est ⁊ minoris hu
miditatis: q̄ si bene digerat grossius ⁊ plus
cerebro dabit nutrimētū: medulla tamē ossiū saporo
sior est: s; fastidiū facit: bñ tñ digesta multū nutrit.

¶ De pinguedine.

Pinguedo est mixta cum carne ⁊ ossibus:
sicut que in costis ⁊ lateralib⁹ ⁊ cauda ac
in similibus locis reperitur. Adeps vo a
carne est separatus: sicut axungia que est
in renibus. Adeps vo grossior est pinguedine: cū car
ne mixta fastidiosior ⁊ solubilior: ābo enī sunt fasti-
diū inducētia: cibiq; instrumētū molliētia ⁊ humefa
cientia maxime villos stomachi: habēt quoq; ꝓprie-
tatē sup oēs cibos natandi: ⁊ cibum viscosum gros-
sum digestioniq; inobedientē faciendi: ⁊ falsam satu
ritatem generandi: maxime si cū dulcibus comedan
tur. vnde Rufus. quecunq; inquit mēbra pinguedi
nis habuerint abundantiā: parū nutrimenti corpori
suggerūt: pars enim pinguosa pro sui lubricitate sto
machum ⁊ intestina nō cocta egreditur. vnde solum
modo ex carnosa corpori datur nutrimentū. Sed ta
men carnosa melior est nō carnosa pinguedine: quia
grossioris viscositatis ⁊ digestionis durioris: ⁊ faci-
le putredini apparata: propterea non oportet eā da-
ri pro nutrimēto: nisi eam cui caro mixta est: que etiā
pro solo condimēto donetur: vt cibis laudabilem sa-
porem faciat: nam carnosa et non carnosa pinguedo
pro nutrimēto data: pessima est: oppilationem gene-
rat: et humores phlegmaticos adiuuat: sed tamen
phlegmata ab eis generata inter se differunt: carno-
se enī pinguedinis phlegma subtili⁹ est ⁊ nutribili⁹.

¶ De oculis.

Oculi sunt ex diuersis substantijs cōpositi:
habent enim lacertos: pinguedinem: pelli
culas: humores. Quod autē est ex pte pin

guosa: ptinet calori et humiditati: et qd est a parte pelliculari: attinet frigiditati et siccitati: idcirco de pinguibus aialibus frigidi sunt et humidi. Si vo de macilentis: frigidi et sicci. Et licet oculi facilius ceteris membris digerantur: tamen ob pinguedinem sibi admixtam habet grauedinis viscositatis et indigestionis quiddã: propter hoc nõ accipiantur nisi cũ aceto et obsomogaro: apio: pipere: calamento: zinzibere: et similibus condiantur.

De naribus.

ciose factus: cuius longitudo erat. ccl. brachior: lati-
tudo vero. cc. eiusq; sordicies semper spacio decem
dierum purificabatur: nōnūꝙ. xx. qua purgatione fa
cta ꝑ duos ānos: dimiserūt multo tēporis interuallo
illotū. vnde multis ranis fuit replet⁹: sordicie etiā: ni
miaq; putredine: tādem per solitum foramen eo mū
dificato: inuenerūt multa genera ibi pisciū: qui adeo
erant crassi et viscosi et lubricatiui vt manibus nul-
latenus possent teneri. mox etiam vt a lacu exierant
moriebant̄: quor viscositas ⁊ lubricatio fuerāt ex pu
tredine ⁊ sordicie ipsius lacus. vnde postꝙ coque-
bantur: nullo modo poterant manducari ꝓpter pu-
tredinem ⁊ horribilitatem odoris ⁊ saporis eorum.
Quibus itaq; piscibus meliores sunt: qui habitant
in lacubus a mari remotis: quos semper flumina in-
trant: quia partim lauātur fluminis aqua. Itē melio
res sunt lacus mare ingredientes et fluminibus eos
ingrediētib⁹. sunt em̄ pisces eor vicini piscib⁹ parua
flumina inhabitantibus ciuitati vicinātia. vñ Hip.
pisces inquit marini vniuersaliter minorem habent
viscositatem ⁊ humiditatem ceteris. Post hos sunt
pisces magni fluminis fortiter fluētis: ⁊ pisces lacuū
mare introeuntiū. Deteriores ceteris sunt q̄ in lacu-
bus habitant a mari ⁊ a flumine remotis: sunt enim
viscosiores ⁊ omnibus indigestibiliores. Rursus est
vnū genus piscium mare ⁊ flumina atq; lacus inha-
bitātiū: sȝ marini meliores ⁊ laudabiliores: vtriq; tñ
illaudabiles. ¶ Alia aūt piscium est diuersitas que
quinq; modis est. Prima eor videlicet generis va-
rietas: eorūq; cōplexionis inequalitas: secunda cibo
rum est differentia: tertia ventor distātia: quarta re-
rum naturaliter a ventis ductarum est impuritas:
quinta artificij sui māducandi est dissimilitudo. Di-
uersitas ergo generis pisciū eorūq; cōplexionis est
biformis. Sunt enim quidā habentes squamas: alij
minime. Squama aut est grossa dura ⁊ multa: vel est
subtilis ⁊ mollis ⁊ pauca. Sed pisces squamas ha-
bentes sunt meliores: squama em̄ significat humor
paruitatem ⁊ aquositatis indigentiā: q: natura sup-
fluitates humor ab interioribus ad exteriora expel-
lit ad nutriendas squamas: sicut animalium natura
tertiā finiens digestionē exteriorib⁹ mandat mēbris
quecunq; sunt conuenientia ad nutrimentū lane pi-
lorūq; ⁊ similium. Vnde pisces squamas habentes
duras ⁊ grossas meliores sunt habentibus molles ⁊
subtiles. Squamarum enim grossicies paruitatem
innuit humorum. Econtrario habentes copiam ha-
bent humorum. Et per hoc testatur: quia grossicies
squamarum piscium marinorum maior est squamis
piscium fluminum. Squama iterum dorsi maior est
squamis ventrium. dorsum enim siccius est vētre.
¶ Diuersitas vero ciborum pisces nutriētium: est
multiformis. Sunt enim quidam olera pascentes.
vel radices aut grana: que omnia sunt bona: vnde

bonum dant nutrimẽtum. fitq3 illorum genus piscium
ad comedendum vtile. E cõtrario sunt contraria pa-
scentes. Sunt iterum pisces lutum ⁊ immundiciam
edentes: ideo corruptibiles sunt: malum habentes
saporem: ⁊ horribilem odorem: digestioni male obe-
dientes. ¶ Diuersitas vero piscium ꝓpter ventos
multimoda est. Pisces enim in plaga septemtriona
li habitãtes: si insufflati fuerint septẽtrionali vento-
erunt meliores ab occidentali ⁊ meridionali insuffla
tis: qm̃ oriẽtales ⁊ septẽtrionales sicciores sunt: vn-
de sunt causa grossam expellens ⁊ dissoluens fumosi
tatem a terra ascendentem. Meridionales ⁊ occidẽ
tales humidiores sunt: idcirco sunt causa fumose gra
uitatis a terra salientis: ⁊ claudunt poros corporis
animalium. Similiter ⁊ pisces fluminũ a ventis per
flatorum meliores sunt piscibus fluminũ a ventis co
opertorum: quia fortitudine ⁊ impetu ventorum mo
uentiũ fluminũ vacillat aqua. quocirca q: aqua mo
uetur: ⁊ pisces necessario mouentur inuicẽ se alliden
tes ⁊ perfricãtes: quare superfluitas humorũ ab eis
expellitur: fiuntq3 teneriores: ⁊ viscositatis ⁊ odoris
saporisq3 horribilitas quã habuerũt: ab eis excludiť
Nã si vẽti puluerem vel aerem clarissimũ ⁊ siccissimũ
portauerint: melius est q̃ si turbidus sit ⁊ humidus.
¶ Diuersitas ergo piscium pro artificio coctionis
multifariam diuidiť: aut enim assi comeduntur: aut
cum oleo friti: aut cocti cum oleo ⁊ aqua ⁊ cõdimen
tis: aut sola aqua elixi. Assi quidẽ et cum oleo friti mi
noris sunt humiditatis ⁊ viscositatis: vnde non sunt
vẽtrium humectatiui: quia duriores ad digerendum
vtpote stomachum grauantes: assi tamen fritis sunt
laudabiliores: quia friti quiddam habent viscosita-
tis ꝓpter oleum. Pisces autem cum aqua oleo por-
ris aneto ⁊ similibus preparati: sunt ceteris digesti
biliores ⁊ ventrium solutiui. Cum aceto cocti erunt
refrigeratiui: minus tamen humectatiui. Qui vero
cum aqua sola elixãtur: sunt omnibus laudabiliores
quoniam eorum viscositatem aqua: in qua fuerant
cocti abstulit: precipue si manducentur cum oleo ob-
mogaro: menta: apio: ruta: carui: pipere: zinzibere: et
silibus. ¶ Cancros ⁊ omnes pisces habentes con-
chas: testatur Gal. solubiles esse ꝓpter salsitatem:
eorumq3 acumen: proinde stomacho sunt nociui: ma
xime sue neruositati.

¶ Superi⁹ determĩauit ysaac de nutrimẽto sumpto a ter
renascentib⁹ gressibilib⁹ volatilib⁹ ⁊ eorũ superfluitatibus
hic aũt ab animalibus aquaticis: ⁊ diuidiť in ꝓhemiũ ⁊ tra
ctatũ. Tractatus hic incipit: Dicam⁹ ergo naturã. ¶ Que
ritur primo de situ huius capituli. Superius in prima parti
cula huius libri diuisit aĩalia: q: quedã ambulantia: quedã
volatilia: quedã reptilia. Cũ ergo determinauit de ambu-
lantibus ⁊ volatilibus: hic deberet determinare post illa de
reptilibus. Si dicať ꝙ solũ determinat de illis aĩalibus que
cadunt in via nutrimenti respectu nature humane: ideo de
his nõ determinat. Sed videť ꝙ reptilia cadãt in via nutri
menti hoĩs. Gal. dicit ꝙ nutritio est perfecta assimilatio nu
trimẽti cum nutrito: sed hmõi aĩalia hñt maiorẽ similitudi-
nem cum homine q̃ herbe ⁊ terrenascentia quia viuũt: sed
terrenascẽtia cadunt in via nutrimenti: igiť a fortiori rõne
et reptilia. Item fortior est digestio in hoĩe q̃ in volatilib⁹
aquaticis: sicut anatibus: anseribus: gruib⁹ ⁊ hmõi: s3 repti
lia sunt nutrimentum respectu illorũ: igiť. Rñdeo ꝙ non ca
dunt in via nutrimenti respectu hoĩs. Causa prima est: q: a
tota specie ⁊ per aspectũ directũ sunt nature humane vene
na: igiť. Sed nota ꝙ sunt venena ꝓpter distantiã nimiã co-
rum a natura humana: venenũ aũt fit per distãtiã: igiť sunt
venena. Sunt aũt multũ distantia ⁊ rõne cõplexionis ⁊ cõ-
positionis ⁊ elemẽti in quo habitant: vita em̃ humana stat
per ca. ⁊ hu. hmõi aũt aĩalia sunt frigidissima ⁊ sicca: ⁊ sic na
ture humane cõtraria. Itẽ sunt ex vilissimo elemento cõpo
sita: sc3 a terra q̃ vtraq3 qualitate nature humane repugnat
igiť. Item q: in terra habitant: ⁊ continẽs ĩmutat contẽtũ
ad suam crasim. Item hmõi aĩalia sunt vilissima: ⁊ homo
est animal nobilissimũ. Ad argumentũ dicendũ ꝙ etsi plus
cõueniãt in forma: quia in vita: hoc tñ nõ sufficit ad nutriẽ-
dum: sed exigiť cõplexio debita ⁊ cõpositio ⁊ debita distan
tia. Sed terrenascentia non sunt ita distantia in cõplexione
nec in cõpositione: igiť. Itẽ p naturam sunt ad hoĩem ordi
nata. Ad aliud dicendũ ꝙ ꝓpter hoc nõ oportet ꝙ sint nutri
mentum respectu hoĩs: quia plus distant ab hoĩe q̃ ab aĩa-
libus aquaticis: cum sint quodãmodo vilia respectu nature
humane. Itẽ alia cã: q: venenũ statim inuenit cor: ⁊ inua-
dit in hoĩe rõne largitatis meatuũ: ⁊ sic anteq̃ spoliet a sua
malicia cor interficit inuadendo: nõ autem sic in aquaticis
ꝓpter stricturã meatuũ eorũ. ¶ Queritur in quo elemento
debeãt pisces habitare: videť ꝙ in aere: q: vita stat per cali-
dũ ⁊ humidũ: igiť vita melius cõseruať in elemẽto calido ⁊
humido: ergo in aere debẽt habitare. Itẽ sicut vult Gal. in
tegni ⁊ Haly supra locũ illũ. Discrasia innaturalis meli⁹ de
git in tẽpore sibi ꝯtrario ⁊ loco ⁊ regione sicut p3: cholerici
em̃ melius se habent in hyeme: ⁊ phlegmatici in estate pro
pter ꝯrietatem: sed pisces sunt distemperati in frigiditate ⁊
humiditate: ergo in elemento his qualitatibus opposito: s3
hoc est aer: igiť. In ꝯrium est Aristo. dicẽs pisces in aquis
habitare eo ꝙ in eis generanť. Nã dicit vnũquodq3 habet
cõseruari in loco vbi h3 generari. Et porphirius ad hoc secũ
ꝯcordat ponẽs locũ esse pncipiũ gñatiõis eo ꝙ facit ad gña
tionẽ in ꝯseruãdo gñatũ. Secunda causa est: q: pisces aquã
per branchos inspirant ⁊ respirãt: sicut alia animalia aerem
idõ loc⁹ fuit eis necessari⁹ aqua: q: si essent in aere nõ possent
aquam inspirare ⁊ respirare. Tertia causa est: quia eorum
nutrimentũ est in aqua. Quarta causa est: q: ſm Aristo. aĩal
moratur in elemento magis in eo dñante: sed aqua magis
dominatur in piscibus. Quinta causa est: quia pisces habẽt
instrumenta habilia ad motũ factũ in aqua: ⁊ non habẽt pe
des vt moueantur supra terrã: neq3 alas vt in aere mouean
tur: igitur. Ad argumẽtũ dicendum ꝙ vita stat per ca. ⁊ hu.
intra ⁊ non extra. Aer aũt calidus ⁊ humidus est: sed extra
nec facit ĩmediate ad vitam tanq̃ primum principium vite:
s3 prim⁹ calor intra ⁊ humidus est ĩ piscib⁹. Ad aliũ dicẽdũ
ꝙ duplex est discrasia: sc3 naturalis ⁊ innaturalis. Discrasia
lapsa naturalis nõ melius degit in loco opposito nec regio-
ne nec cõplexione sicut obijcitur. Sed lapsa innaturalis me
lius se habet in opposito. Vel dicendum ꝙ quantum est ex
parte complexionis melius degerent in loco opposito: tñ
ex parte aliarũ cõditionum que dicte sunt: sicut sue compo
sitionis ⁊ aliarum melius se habẽt pisces in aqua. ¶ Que
ritur cuius complexionis sint pisces: videtur ꝙ sint calidi:
q: dicit philaretus ꝙ cõtinens ĩmutat contentum ad suam
crasim: sed aqua est dulcis aut salsa in qua continẽtur: igiť
sunt calidi. Nã dicit ysaac in dietis vniuersalibus: ꝙ sapor
firmat complexionẽ ⁊ complexio speciem: sed hi sapores at-
testanť caliditati: igiť. Itẽ dicit philaretus ꝙ calidũ ẽ faci-
le mobile: sed pisces sunt facile mobiles: igiť sunt calidi. Di
cit etiã Aristo. ꝙ pisces dum dormiũt mouent caudas: igiť.
Item vt dicit Aristo. natura est sagax: cuius sagacitatis nõ
est finis: que in nullo deficit: nec errare ꝯtingit: vnũquodq3
in loco ꝓprio ordinauit: vt melius regereť eius cõplexio: si-
cut pat3. posuit em̃ cerebrũ directe supra cor: vt cordis calidi
tas per frigiditatẽ cerebri temperareť: ⁊ eius frigiditas p
caliditatẽ cordis: sed natura pisces ordinauit esse in aqua q̃
est elementum frigidum: vt eorum caliditas temperaretur
ergo sunt calidi. In ꝯrium est auctor ⁊ ceteri auctores dicẽ
tes esse frigi. ⁊ humi. Item Aristo. xviij. de aĩalibus dicit ꝙ

habere sanguinem est causa caloris: sed pisces parum ha-
bent de sanguine: ergo parum de calore: igitur in eis est ca-
lor paucus. Sed dicit p̄hus quarto metheororū ꝙ paruus
calor frigiditati attestatur: igitur. Item sicut dicit Gal. et
ysaac in dietis vniuersalibus: sapor firmat suam speciem et
cōplexionē: sed pisces sunt insipidi: sunt em̄ aquosi saporis
vt dicit p̄hus: sed insipiditas attestatur frigiditati: igitur.
Ad hoc dicendum ꝙ sunt frigidi ⁊ humidi: vt dicit Rasis ⁊
ysaac et alij. Et causa est: quia sunt in elemento frigido: et
in eorum compositione dominantur elementa frigida: ⁊ ex
nutrimento frigido nutriuntur: ⁊ habent paucitatem san-
guinis: ⁊ sunt virtutis debilis. Ad argumentum dicendum
ꝙ aqua dulcis est calida ⁊ salsa similiter: sed hoc non pro-
uenit ratione sue essentie ⁊ substantie: sed ex parte partium
aerearum in dulci: ⁊ terrestrium adustarū in salsa admixta-
rum cum partibus aqueis: sed ex parte talium partium
admixtarum non fit nutritio: quia sunt in pauca quantita-
te respectu aquearum: ideo pisces pro maiori parte a substā-
tia aque nutriuntur que est frigida ⁊ humida: ⁊ sunt conti-
nens: igit̄ pisces sunt frigidi ⁊ humidi: ideo continens dul-
cedi. aut salſ. ratione sue paucitatis non potest imprimere
suam crasim contento. Ad aliud dicendum ꝙ pisces sunt fa-
cile mobiles per naturam alienam: scilicet aque: ⁊ non per
naturam propriam. Uel dicendum ꝙ illud quod est facile
mobile ratione complexionis est calidum: sed ratione cōpo-
sitionis ⁊ membrorum ordinationis non oportet ꝙ sit cali-
da. Ad aliud nota ꝙ p̄hus quādo dixit illam propositionem
loquitur in minori mundo ⁊ non in maiori: et pisces conti-
nētur in maiori. ¶ Queritur qui pisces sint calidiores aut
marini aut fluuiales: videtur ꝙ marini: quia aqua marina
est calidior fluuiali: igitur. Item s̄m Aristotelem: habere
sanguinem est causa caliditatis: sed marini plus habent de
sanguine q̄ fluuiales: igit̄. Ad oppositum: sicut dicit ysaac
animalia calidiori nutrimento nutrita sunt calidiora: sed
fluuiales sunt huiusmodi: quia herbis ⁊ floribus quarum
quedam sunt calide. Sed pisces marini nutriuntur paruis
piscibus: qui sunt omnes phlegmatici. Item s̄m philaretū
calidū ē facile mobile: sꝫ fluuiales sunt mobiliores marinis
igitur. Dicēdum ꝙ marini sunt calidiores quantum est ex
parte continentis ⁊ sanguinis: ⁊ hac via procedunt duo pri-
ma argumenta. Sed quantum est ex parte motus ⁊ nutri-
menti fluuiales sunt calidiores. Sed dicendum simplici-
ter marinos esse calidiores fluuialibus: he enim conditio-
nes scilicet locus ⁊ sanguinis multitudo plus faciunt ad ca-
lorem q̄ motus ⁊ nutrimentum. Uel dicendum ꝙ ex parte
complexionis radicalis marini sunt calidiores: sed ex parte
fluentis fluuiales: quoniam complexio variatur s̄m varia-
tionem nutrimenti: et quia fluuiales calidiori nutrimento
nutriuntur: igitur. Uel dicendum ꝙ fluuiales: quia facilius
mouentur ratione subtilitatis aque: ⁊ marini tardius: quia
aqua maris plus resistit motui eorꝫ q̄ aqua dulcis. ¶ Que-
rit̄ vtrum pisces sint boni nutrimenti: videtur ꝙ sic: quia
dicit auctor iste ꝙ compositio plus attenditur in nutrimen-
to q̄ aliquid aliud: sed quod est bone compositionis et
rare: et quod cito digeritur: boni est nutrimenti: sed pisces
sunt huiusmodi: igitur. Item dicit auctor iste masculum me-
liorem esse femella: eo ꝙ est mundior ea: sed pisces inter ce-
tera animalia sunt mundiora: quia sunt in elemento magis
mundo ⁊ abstersiuo: ⁊ hoc significauit Aristoteles dicens:
ꝙ piscibus natura non dedit epidimiam: sicut alijs anima-
libus in aere ⁊ terra habitantibus: quia aqua mundior est
igitur. In contrarium est rasis dicēs ꝙ pisces parū nutriūt
Etiam iste auctor dicit ꝙ parum nutriunt: ⁊ cito conuertun-
tur in putredinem: ⁊ omne tale non est boni nutrimenti: igi-
tur. ¶ Tūc q̄rit̄ qui meliores aut fluuiales aut marini: ⁊ vi-
detur ꝙ fluuiales: quoniam nutrimentum quanto dulcius
tanto melius s̄m Constantinum: omne tale quod nutrit
inquantum dulce nutrit: sed fluuiales sunt dulciores s̄m
Philaretum: quia cōtinens immutat contentum ad suam
crasim: igitur. Itē sicut dicit philosophus: idem tēpus est
cōueniens hominibus ⁊ piscibus: sed tēpus pluuiosum est
conueniens hominibus: quia pluuia est calida ⁊ humida:
ergo et piscibus: quia dulcis: cum sit calida et humida:
igitur. In contrarium est iste auctor dicēs ꝙ rapaces pisces
sunt meliores: sed marini sunt huiusmodi respectu fluuia-
lium: igit̄. Itē auctor iste cōmendat pisces squamosos: sed
marini sunt magis squamosi q̄ fluuiales: igit̄. ¶ Ad primū
quesitum dicendum ꝙ in nutritione duo attenduntur: sci-
licet nutriens ⁊ nutritū. A parte nutrientis ad hoc ꝙ bene
nutriat requirit̄ ꝙ sit in cōplexione temperatum ⁊ compo-
sitionis mediocris: dicit enim Aristoteles ꝙ metalla nō nu-
triunt: quia sunt nimis dure compositionis: nec quod est
nimis molle nutrit. Item requiritur mundicies: quia igi-
tur ista tria in piscibus se habent per oppositum: quia non
sunt temperati in complexione cum sint frigidi ⁊ humidi.
Item non sunt compositionis mediocris: sed sunt mollis
cito in putredinem conuertibilis. Item sunt immundi. Di-
cit enim Gal. ꝙ frigiditas est causa immundiciei: quia fri-
giditas claudit poros: ⁊ sic superfluitates intra corpus reti-
nentur: propter quod corpora immundiora reddūtur. Sed
ex parte nutriti videamus si competant: quia quandoqꝫ cō-
plexio humana calidior est solito ⁊ debito: ⁊ refrigeratur ꝑ
assumptionem piscium. Item quandoqꝫ virtus est debilis:
⁊ indiget cibis leuibus digeri: ⁊ mollibus: huiusmodi sunt
pisces: sic ex parte nutriti quandoqꝫ possent competere in
nutritiōe. Aliter dicendum: quod in idem redit: q: humana
complexio cito ⁊ de facili causa vergit se ad caliditatem: ⁊
ideo pisces ad preseruationem illius versionis competunt.
Uel dicendum s̄m Rasim: ꝙ pisces non sunt boni nutri-
menti: quia sicut dicit: habent sanguinem aquosum genera-
re: talis autem sanguis non bene nutrit: igitur. Ad primum
dicitur ꝙ aliud requiritur q̄ substantie subtilitas: scilicet
mundicies suarum carnium: ⁊ temperamentum in comple-
xione: hoc non est in piscibus. Uel dicēdum ꝙ quelibet rari-
tas non facit ad bonam nutritionem. Est enim quedam cau-
sata a calore ⁊ forti virtute saluis alijs conditionibus: ⁊ hec
bene nutrit. Est autem alia que idem est ꝙ mollicies sicut
in piscibus: ⁊ talis non bene nutrit. Ad aliud dicendum ꝙ
quia cito in substantiam cōuertitur: ideo timetur de putre-
factione. Ad aliud dicendum ꝙ non sunt mundi intra: licet
extra: sed ex parte partium exteriorum non cedunt nutri-
mento. Et ad Aristotelem dicendum ꝙ aqua est mundifi-
catiua extra: sed non intra: immo augmentatiua sordiciei
propter pororum clausionem: et sic per accidens. Ad aliud
patet solutio. ¶ Ad aliud quesitū dicitur ꝙ marini sunt
meliores: tum quia mundiores: tum quia magis in san-
guine abundant: tum quia durioris carnis: quoniam per
collisionem suarum carniū: cum suis squamis duris melio-
rantur: sicut fluuiales: cum lapidibus collidentes. et sic
simpliciter marini sunt meliores: sed per accidens fluuiales
sunt meliores: quia in flumine se delectant: marini autem
propter aque salsedinem tristantur: et sic ex parte acciden-
tium anime fluuiales sunt meliores. Ad aliud ꝙ habitan-
tes in aqua salsa non nutriūtur ea: sed dulci. vnde vtrorūqꝫ
est idem nutrimentum: scilicet fluuialium et marinorum.
¶ Queritur vtrum pisces habitantes in aqua salsa sint sal-
si: videtur ꝙ sic: quia continens immutat contentum ad
suam crasim: igitur. Item Aristoteles in libro de plantis di-
cit ꝙ si plante fuerint nate in terra salsa erunt salse: et hoc
innuit ysaac dicens quasdā herbas dulces ⁊ quasdam ama-
ras. et hoc propter naturam terre in qua crescunt: igitur
a simili pisces ⁊c. Item ysaac ponit in animalibus diuersi-
tatem penes diuersitatem loci: sicut in siluaticis ⁊ domesti-
cis dicēs illa calidiora vel alterius saporis q̄ alia: igitur a si-
mili de piscibus. Item dicit auctor iste ꝙ pisces lutosi acqui-
runt saporem a luto: ergo marini a mari: ⁊ sic erunt salsi.
¶ Queritur vtrum pisces competant febricitantibus: vi-
detur ꝙ sic: q: dicit Hippo. ꝙ humide diete ⁊c. Item dicit
Gal. in tegni. ꝙ omnis cura fit per contrarium: igit̄. Item
dicit auctor in estate ⁊ etate iuuene ⁊ complexione choleri-
ca pisces cōpetere vt refrigerent cōplexionē calidā: igitur.
Sed in cōtrariū arguit̄: qd̄ magis timetur in febribꝰ est pu-

trefactio: sed pisces cito putrefiunt: igitur non competunt in feb. putridis. Item vt dicit Rasis: pisces non competunt vbi stomachus est immundus: sed in fe. stomachus est immundus: igitur. Ad primum quesitum dicendum secundum Aristotelem quod non: immo dulces: quia non nutriuntur ex partibus illis per quarum naturam est in mari salsedo: sed ex partibus aquosis nutriuntur: que dulces vel adminus insipide dicuntur: attrahunt enim dulcedinem ab ipsa aqua ex qua nutriuntur. Dulcedinem .i. partes dulces aque: sicut calor celestis agens in aquam salsam attrahit partes dulces subtiles: et ex residuo fit sal. sic calor naturalis piscium attrahit partes dulces: ex quibus nutriuntur. Ad primum dicendum quod licet continens contentum immutet ad suam crasim: non propter hoc ad suum saporem: non enim est idem complexio et sapor. Sed hoc nihil est quia sapor firmat speciem et complexionem: sicut dicit ysaac in dietis vniuersalibus. Unde dicendum quod pisces continentur a salsedine quantum ad partes exteriores: et non interiores: sed interiores ab aqua dulci continentur: et tales partes interiores cadunt in nutrimentum. Uel dicendum quod continens agit in contentum secundum quod agit in illud: et quia aqua maris agit in pisces nutriendo quoad suas partes aquosas dulces: igitur. Ad aliud dicendum quod non est simile de plantis que attrahunt nutrimentum sine discretione: et de piscibus qui cum discretione. Item nutrimentum piscium est aqua dulcis: et plantarum est mixtum. Ad aliud dicendum quod non est simile: quia pisces lutosi habent luti saporem per conquinationem: et non per incorporationem. Item dicendum quod eorum nutrimentum est fetidum: et non sic de marinis. Uel dicendum quod lutosi aliud nutrimentum non habent: ideo non possunt vti electione sicut marini. Ad aliud quesitum dicendum quod pisces simpliciter non competunt in feb. quando timetur de putrefactione: si autem plus de mala complexione calida: et sicca timeretur: tunc possent competere. Ad aliud dicendum quod humide diete etc. verum est dummodo non sint timorose de putrefactione: sic loquitur Hippo. Ad aliud verum est dum non inducat timorem sicut pisces: nam possunt alia contraria administrari non timorosa. Ad aliud dicendum est quod non est simile de estate: regione: et complexione: quoniam in illis non timetur putredo: sed in feb. timetur nimium: ideo

¶ Queritur qui pisces sint meliores: aut a mari exeuntes et aquas dulces ingredientes: aut econuerso: sed videtur quod econuerso: quia motus denominatur a termino ad quem et non a quo: sed marini sunt fluuialibus meliores: igitur ad mare transeuntes erunt meliores. In contrarium est auctor dicens quod a mari in aquas dulces transeuntes sunt meliores.

¶ Queritur quare pisces non habent ossa. Item queritur quare pisces aque dulcis habent multas squamas et molles: marini paucas et duras. Item sicut vult ysaac: pisces habent sitim inducere: queritur per quam viam: videtur quod non: quia sitis est appetitus calidi et sicci: pisces sunt frigidi et humidi: ergo valent contra sitim et eam non inducunt. Item dicit quod caueant itinerantes ne pisces comedant: queritur causa. ¶ Queritur cum dicat Rasis quod aqua piscium valet contra sitim: queritur quomodo. Et videtur quod non: quia pisces a quibus deciditur non valent contra sitim: igitur. ¶ Queritur qualiter aqua piscium valet contra scabiem sicut ponit ras. et ceteri practici. ¶ Queritur quare pisces squamosi boni sunt: aues vero plumose non. ¶ Queritur cum arbores rare compositionis deficiant folijs et dure compositionis abundent: quare est: et econuerso de piscibus respectu squamarum. ¶ Queritur quare pili et squame plus abundant in dorso quam in ventre. ¶ Queritur per quam viam caput sit saporosum secundum illum versum. Cauda regit: medium nutrit: caput est saporosum. ¶ Ad primum dicendum quod marini ad dulces transeuntes aquas sunt meliores. Una causa est: quia vnumquodque sequitur bonitatem radicalis complexionis: et quia nati in mari radicaliter sunt complexionis et compositionis melioris: et sic fluuiales similiter suam radicalem complexionem retinent. Alia causa est: quia tales ad dulces transeuntes delectantur: et ad mare transeuntes tristantur. Alia causa: quia marini viuunt melius in aquis dulcibus cum dominentur supra pisces fluuiales: et econtra est de fluuialibus dum mare intrant: quia comeduntur etc. Ad aliud de termino ad quem hoc est verum quantum ad complementum motus: et quantum est ex parte eius: sed non propter hoc res a motu denominatur talis vel talis. Uel dicendum quod si seruarent vel haberent easdem conditiones: sicut marini quod non vituperarentur aliunde: et quod equalis esset bonitas in vtrisque: sed non sunt eedem conditiones in vtrisque vt visum est. Ad aliud dicendum quod pisces non indigent ossibus ad sustentandum: quia ab aqua sustentantur: et quia vnumquodque membrum creatum est propter finem: igitur. Alia causa: quia ossa sunt ex materia melancholica que non abundat in piscibus. Alia causa est quod habent aliquid loco ossium: vel dicendum quod habent ossa. Ad aliud dubium dicendum quod causa est: quia squama oritur ex superfluitate: et in illis multe sunt superfluitates humide: viscose: marini vero habent paucas: quia minores: et habent duras: quia ab aqua salita indurantur. Item quia habent carnes duras: ideo illa superfluitas que per carnem transit est subtilior et siccior: igitur. Ad aliud dicendum quod sitim inducunt: quia cito conuertuntur in humores calidos qui habent sitim inducere: et sic per accidens sitim inducunt. Et si arguatur quod sunt frigidi et humidi: ideo etc. Responsio quod quantum est ex parte complexionis sitim non inducunt: sed ex parte compositionis et substantie cito in humores cholericos conuertuntur. Sed aqua eorum est mundificatiua: et humorum euacuatiua: quoniam stomachi et intestinorum pungitiua: et sic expellit humores sitim inducentes: igitur patet ad aliud sequens dubium solutio. Et hoc fit ratione salsedinis quam habet aqua: et ratione cuiusdam humiditatis existentis in porositatibus carnium piscium: que humiditas acuta ibi manens per modum repudij: que ratione sui acuminis cum aqua in qua decoquuntur pisces deriuata euacuat et fluere facit humores. Ad aliud dicendum quod valet contra scabiem abstergendo et mundificando: si ex ea lauentur scabiosi. Ad aliud iam patuit solutio: quia superfluitates ad squamas delegantur et inde redduntur carnes mundiores. Sed aues sunt plumose: quia natura ordinauit ad volandum: et quia aues peccant per siccitatem et per eorum volatum magis desiccantur: ideo deteriorantur. Ad aliud respon. quia nutrimentum eorum in aliud conuertitur: sicut in fructus. Sed quia compositionis dure nutrimentum non transit in fructus: quia non abundant in fructibus sicut rare arbores: ideo transit in multitudinem foliorum. Sed pisces rare compositionis: quia abundant in superfluitatibus: nec est aliud in quod possint transire nisi in squamas: ideo habent multitudinem squamarum. Sed pisces dure compositionis non tantum abundant in superfluitatibus: ideo nec tot habent squamas. Ad aliud dicendum quod pilus generatur ex materia subtili: idest ex fumo superascendente: et quia dorsum est pars superior: ideo. Sed in ventre non quoniam ibi viget digestio que per calidum et humidum viget: vnde pars illa in qua digestio viget: est multum carnosa et humida: et quia in loco humido nimis: non bene crescunt pili: nec squame: sicut nec grana in terra nimis molli: ideo etc. Ad aliud: causa est quoniam in ossibus multa abundant que repudiant: illud quod est subtile aereum remanens in concauitatibus capitis: conuertitur in substantiam pinguem que sapida est. Cauda sana est: quia munda ratione motus continui. Medium autem nutrit: eo quod abundat in substantia et substantia nutrit.

¶ De aqua.

Physici videntur esse concordati: maxime Hippo. et Galie. quod aqua sit composita in prima compositione: de duabus qualitatibus simplicibus: idest frigiditate et humiditate: proinde nullum dat nutrimentum corporibus humanis: nec augmentum: nisi composita cum varijs cibarijs fuerit compositis secundo

de cōpositione quattuor elementorū. Aqua eñ quia frigida est z humida naturaliter z essentialiter: z nō ad aliaꝫ rerū cōparationē: necessario nullū dat nutrimentū calide z sicce cōplexiōi: q2 cōtraria est z repugnat oībus calidis z siccis naturaliter: qđ cū ita sit: necesse est in eis operetur nihil: nisi ſm qđ operatur contrariū contrario: z actio cuiuslibet cōtrarij nō est rei sibi cōtrarie augmētatiua vel nutritiua: sed repugnatiua z destructiua: sicut videmus aquā igni resistere: albedinē nigredini. aqua eñ ignem extinguit: ignis vō aquā calefacit. similiter albedo vult albam reddere nigredinē: z nigredo nigrescere albedinem: nō q2 cōmiscentur: sed potius inimicādo vnū minuit alterū. Palā est ergo aquā nullum dare nutrimentū corporibus. Preterea dicimus aquā esse simplicem: z corpora nostra cōposita: z simplex non operatur in cōposito sicut compositū in compositū. simplex eñ cōposito dissimile: compositū cōposito simile: cōpositum suū simile crescere facit: simplex autem ecōuerso facit illud decrescere. Nutrimentū nihil aliud est q̄ cibi assimilatio in corporibus edentiū: q2 simile est potestate: sed aqua non est nutribilis: q2 neq3 potestatiue: neq3 accidentaliter est similis calori z siccitati nostri corpis. Qđ si rephenderint nos sophiste dicētes: Si aqua est sicut dixisti: q̄ necessitas fuit vt aqua daretur nature humane: cum nos videm9 alia aīalia nullo mō posse regi nisi rarissime absq3 aqua. Quib9 respondendū est: aque necessitas duobus modis fit. Uno q2 portat cibum per totum corpus cū sui subtilitate z liquore: dissoluit autem z attenuat cibum vt possit venas penetrare z ceteras vias corporis. Alio modo: q2 cum frigiditate z sui humectatione refrigerat z extinguit caloris extranei naturalis acumen: z sitim ab eo generatā mitigat ꝓpter contrarietatem quam vtraq3 habent: z dissoluit fumū circa cor accumulatum: qm̄ confortat naturā in actione sua: sed tñ si inuenerit fortē caloris qualitatē adeo vt nequeat ei repugnare: mutatur in ipsum patiendo: sicut videmus in exterioribus aquā in ignē transire: mutatur eñ in igneam naturā ꝓ sui subtilitate: vnde ignis cōfortatur z augmentatur. Ūn nos oportet: si ꝓuideamus vt hec infirmo tribuat: ingeniare illā: admiscēdo ei videlz rem grossam: z eā grauantē: que sit in secunda cōplexione cōposita: sicut psiliū: panis lotus: z similia: vt fiat grossior z grauior: neq3 calori obediat extraneo: sed ꝑ eam extinguatur sitis ab eo generata: z calor mitiget. ¶ Laudabilis aqua duo in se continet: vnū est ex sui essentia: aliud est ex sui cursus origine. Ex sui essentia: claritas z humiditas nullum habens colorē nec saporē nec odorē nec fetorez: q2 color: sapor: z odor significāt quattuor cōpositiones qualitatū ab actione nature cōpositas in corporibus. In secunda cōpositione de humiditate z frigiditate. Non ergo debet habere saporē: colorem: neq3 odorem: q2 si hec habeat significat aliaꝫ rem in ea esse adunatā. Si vō habuerit colorem: necesse est vt sit albus: clarissimus: z nitidus: hic eñ demōstrat aquam esse clarissimo z tenuissimo aere cōmixtam. Si vero habeat saporē: necesse est vt sit acceptabilis: cōmunis z facilis sensui. Qđ si odorem habeat: necesse est vt sit odorifera: omni carēs putredine z grauitate. Quecunq3 aqua talis est: bonum habet saporem: venarum erit penetratiua: z ciborū portatiua: z nullam auget ventositatē: rugitum vel grauitatē. Origo sui cursus necesse vt sit, contra orientem aliquantulū septemtrionali pertinens plage vt septētrionalis z orientalis ventus eam perflet. Fluxus eius necesse est vt sit fixus et velox currens super lapidem paruum: z arenas clarissimas: nullam habēs immundiciā: aut cursus super cretam sapidā nimisq3 mundā: colorq3 rube9 aut niger: huiusmodi eñ aqua subtilis est z leuis: que posita ad ignem seu solem citissime calefit: calefacta vō si ad aerē ponatur: velociter refrigeratur: q2 citissima eius mutatio de qualitate in qualitatē sui est significans leuitatē: nec ostēdens illam quippiā terrestre habere. Sed omnibus autē aquis pluuialis est electior: que vicine ab aeris summitate cecidit: munda tamen si fuerit ab omī putredine: z ponatur in cisterna optime lota: talis eniz aqua minus ceteris humida: z quiddā stipticitatis habet: vnde non nocet stomacho: sed potius eum cōfortat. Post hāc cōmendamus aquam fluminis magni longe a ciuitate remoti: cuius liquor est clarissimus: super arenas nitidas vel lapides currens: tamen melius si fluit super lapides q̄ super arenas: lapides eñ illidunt aquam: eiusq3 grossiciē attenuant. Que vō super arenas fluit nitidas: melior q̄ pluuialis in cisterna longo morans tēpore: Morans aqua in cisterna: malam suscipit qualitatē a fumositate terre. Preterea est fontina in quadam bonitate: q̄ fluit ex parte orientis vel septētrionis: melior etiam si ex oriente q̄ septemtrione fluat: sicut Hip. z Gal. attestantur. Plaga inquit orientalis ca. z sic. z oī mane ibi oritur sol: q̄ est cā aerē extenuandi: z fumū mudificandi: atq3 grossiciē in modico tēporis subtiliandi. Sed volentes aquā ꝓbare q̄ sit grauis aut leuis lineos tenues accipiant pannos z veteres eosq3 medios diuidant equaliter z madefaciant eos duabus aquis diuersis: deinde vtriq3 panni equaliter aquis expressis: vno loco suspendantur z eodem tempore: qui vō primus erit siccus: aquam in qua idez missus fuerat: sciant esse leuiorem z tenuiorem. Sed tamen si volunt clarificare aquam z mundificare propter cholericos z iuuenes ceterosq3 calidas naturas habentes: accipiant eam cum puluere boli z chimolee: spodij z similiū. sic decet purificari. Humidas vō naturas habentibus donetur cū amygdalis amaris et ossibus crisomillorū z alumine mixta. Temperatam vero naturam habentibus donetur cum amygdalis dulcibus z tritici farina. Qđ si necesse est vt aqua potetur frigidissima aut turbida: oportet eam misceri vino albo: sincero: acerbo z clarissimo: quod si neglectum fuerit in stomacho conuertetur: stomachoq3 defectionem tribuit: z cum stomachus deficit: malos humores recipit ad eos fluentes: sicut videmus assidue ieiunium ferentes in virtute deficere: stomacho per ieiunium calefacto. Quod si hec aqua misceatur cum supradicto vino: fiet tenuis et dige-

stiua: τ malos humores dissoluit ad stomachū venturos: stomachū eñ confortat τ adiuuat ad expellendum malos humores cum egestiõe. Porro aqua frigidissima plurimū est neruorū pectoris intestinorum percussiua: generatq; dolorē in ventre τ stricturā in pectore τ omnibus instrumentis spiritus: τ crepaturam in suis venis. Quam qui assuete biberit: incidet spasmū: τ membrorū dormitationē patietur τ thetanum atq; epilepsiā: vnde oportet vt cum supradicto misceatur vino vt tēperetur. Necesse est ergo omnibus naturalr̄ vel accidētalr̄ humidas naturas habētibus cauere aquā. ꝙ si aliud non possunt: misceant eam cum aliquanto mastice: τ coquatur ea quousq; ad tertiam vel dimidiā partem redierit. Rursus decet omnes cauere aquam salsuginē vel nitrositatem habentē: talis eñ aqua corpora calefacit τ desiccat: ventremq; accidentaliter constipat: eius eñ actio in initio dissoluit humores grossos: τ pungit intestina: vnde fit solutio ventrium. In fine vo humectationē ventris constipat: eiq; resistit ne per secessum exeat: fit ergo causa constipandi ventris accidentaliter.

¶ De niue.

Nix frigidior est τ minus aqua humida: q; non est aliud: nisi aqua pre nimia frigiditate coagulata: vnde sua humiditas occultatur: siccitas autē palam est ꝑ sua intensa frigiditate. Proīde oībus corporis neruis nocet: τ dētibus: maxime senibus ꝑpter defectionē suorum neruorum: percutit eñ stomachū eorum: pectus τ oīa viscera: generat in spiritus instrumentis angustiam: spasmū paralysim. τ oīa hec in senib⁹ cito sunt apparentia. Pueris vo τ iuuenib⁹ non cito talia eueniūt pro naturali eorum calore frigiditati repugnāte: sed tamen si ea assuescant: nocet eis: ꝑcipue nerui eorꝫ in hanc incidunt passionē: de qua nullo modo possunt euadere. Idcirco assuescentibus ea oportet medicū succurrere cum balneo: τ postꝙ sudauerint: cum yreleon: sansuceleon: anetileon: τ similibus vngātur: bibant fortissimum vinum vetus τ clarissimū. Aqua vo super niuem refrigerata: melior est niue: minusq; nociua: est etiam melior ceteris que ad aerem refrigerātur: q; non est mēbris vel neruis nociua. Cum autē in aqua marina seu salsa exerceri mltos reperim⁹: necesse est ordinem huius aque teneamus: que lꝫ diuerse qualitates sint ab aquis dulcibus: tamen vnum et idem esse in essentia videntur. Dicimus eñ ꝙ aqua marina nimis est salsa: incidens τ pungens: proinde ventrem soluit: τ phlegmatica grossa τ viscosa mundificat. Nonunꝙ etiā eā potui damus: aut solā: aut cū oximelle mixtā: aut cū forti vino τ veteri: aut dulci: τ post vētris solutionē damus crasse galline ius: vt solidet puncturā τ asperitatē quam acumen cholere rubee fecerat. Et lꝫ gloriosissimus Hippo. in peri tonon oximaton absolute dixisset eam non esse laxatiuam: bene tamen eum dixisse fatemur: q; si quodam modo est laxatiua: τ alia ratione pōt esse constipatiua. Si enim in initio sue actionis naturaliter soluit τ diuidit humorem: pungit intestina vt expellat humores quos eliquauerat: postea vo quia non inuenit quod liquefaciat: desiccat corporis humiditatem: fitq; causa constipationis. Antiqui vo preceperunt dari ius galline crasse in fine egestionis: vt humectet τ solidet asperitatem quam acumē aque marine fecerat. Valet etiam ꝟm medicinā exterioribus corporis: quia balneati in ea pori aperiuntur: τ aqua perforans vsq; ad interiora: trahit intrinsecā superfluitatem ad exteriora: morsus scorpionum τ aranee curat: que etiam iuuat dolorem de phlegmate in capite patientes: τ grauitatem auditus: si fumū eius odorando sumāt: quod simili modo facit fum⁹ aque super ignem posite: τ si clystere faciamus: valet contra sciam de phlegmate grosso τ viscoso generatā: τ inferiora intestina lauat ab vlceribus.

¶ Superius determinauit ysaac de dieta sumpta a cibo: nunc autem de sumpta a potu: qui est res non naturalis sicut cibus: et diuiditur in duas partes: q; primo determinat de sumpta a potu qui est potus solus: secundo de sumpta a potu qui est potus τ cibus simul: ibi. Vinum bonū dat nutrimentū. ¶ Queritur vtrum aqua quam potamus sit elementum: videtur ꝙ non: q; sicut dicit Aristote. vnūquodq; elementū stat naturaliter in suo proprio vbi: sed aqua quā potamus non est in suo proprio vbi: q; fluit a mari ad mare: τ quod est in suo proprio vbi stat immobiliter: igitur. Item sicut dicit philosophus in lib. de generatione: τ quarto metheororum: elemēta sunt nature eiusdē in toto τ in partib⁹: ergo non est elementū. Item sicut dicit Gal. qualitates in elementis sunt vltimate: illud ergo in quo non sunt vltimate nō est elementū: sed in aqua quā potam⁹ nō sunt vltimate: igitur. Nam nix frigidior est aqua ꝟm philosophū: ergo in aqua non sunt vltimate τc. Itē sicut dicit Constantin⁹: elementū est simpla pars τ minima corporis humani: sed aqua quā potamus non est huiusmodi: igitur. Est eñ cōposita: si sit dulcis ex aereis partibus τ aquosis. In contrariū est Auicen. dicens ꝙ aqua est vnum elementorū solum habens proprietatē vt ingrediat̄ corpus humanū cū his que comeduntur: ergo aqua per Auicennā ꝟm ꝙ est in corpore humano vel ibi recipitur est elementū. Itē dicit iste auctor ꝙ aqua non nutrit: eo ꝙ est simplex: sed oē corpus simplex est elementū ꝟm ꝙ est sꝫ sub globo lune. Item Johannitius ponit aquā esse potum tm̄: eo ꝙ est simplex: nec ponit cibum: qm̄ omnis cibus inquantū talis mixtus est: igitur. Ad hoc dicendum ꝙ aqua est simplex corpus: τ est compositum: τ est elementum. Sed nota ꝙ cōpositio quadruplex est. Est eñ quedam cōpositio ex primis qualitatibus: τ sic quodlibet elementū est cōpositio. Alia est cōpositio ex quattuor elemētis simul adinuicē mixtis: τ in suis qualitatibus fractis: τ talis cōpositio est in quolibet mixto. Est autē alia cōpositio ex quattuor humorib⁹: τ talis est in quolibet aīali. Est alia cōpositio ex mēbris organicis τ cōsimilib⁹: τ talis est in aīalibus nobilib⁹: τ ꝑ excellentiā in hoīe cū sit animal nobilissimū. Aqua igit̄ est cōposita prima compositione: sed respectu aliaꝝ cōpositionū est simplex. Sꝫ ista distinctio nō attingit solutionē: q; de aqua fit questio vt cadit in via potus τ non cōsiderata in se. Ideo dicam⁹ ꝙ ista aqua prout eā potam⁹ non est corpus simplex nec cōpositū siue mixtū: sed est admixtū corpus. Vñ nota ꝟm Aristote. in q̄rto metheo. ꝙ quedā sunt corpa simplicia τ pura: quedā mixta: τ quedam media: nec simpliciter pura: nec simpliciter mixta: τ illa dicunt̄ admixta. Elemēta aūt existētia ī suis simplicitatib⁹ dicunt̄ pura τ simplicia simpliciter. Horū autem simplicissimum est ignis. Nullam autē admixtionē patit̄: q; si cum eo aliquid misceat̄: statim trahit illud oīno ad sui naturā: cum sint igni materia sicut vult phs. Alia aūt elemēta nō sic pñt quodlibet eis admixtū ad sui naturā trahere: et iō cōtingat ea pati a rebus sibi admixtis: τ aliquantulū a suis qualitatibus reprimi: et ideo alia elementa possunt esse admixta. Sunt autē alia corpora simplr̄ ex quattuor elemētis mixta:

⁊ alia non ſunt elementa: ſicut aqua: terra ⁊ aer: ⁊ ideo contingit illa ponere media cum ſint admixta. Sic igiẗ ꝙ aqua quā potamus nec eſt elementū nec mixtum ſed admixtum. Sed loquendo de aqua in ſe ratione eſſentie ſue ſeparate ab omni admixtione eſt elementū: ſed hoc modo vt eſt ſimplex non potatur: q: impoſſibile eſt talis haberi. Ad primuꝫ dicendū ꝙ proprium vbi ipſius aque eſt ipſius ſuperficies terre: ⁊ locus naturalis in quo debet eſſe: ſed natura vniuerſalis regens res in vniuerſo ⁊ ordinans videns neceſſitatem multā propter corporis humani conſeruationē propter qđ omnia ſunt. Et preuidit ꝙ terrenaſcentia erant neceſſaria: q: aliter natura humana conſeruari non poſſet per naturaꝫ niſi eſſet per diuinam voluntatem: poſuit ⁊ ordinauit terram in ſuperficie ſm eius partem nudam: q: ſi aqua ſupra totam terram expanderetur: perirēt animalia ⁊ terrenaſcētia: ideo natura alium locum ordinauit aque ſcꝫ in profundo terre: ⁊ in quibuſdā alijs partibus: ⁊ hic locus accidentalis propter finem ⁊ neceſſitatē: ideo non eſt defectus huius elementi aque: ſed hoc prouenit ex ordinatione vniuerſalis nature. Ad aliud dicendū eſt eſſe verū de elemento in ſe cōſtituto: ⁊ in ſui natura: ⁊ nō vt eſt admixtū corpus. Ad aliud dicendū ꝙ lꝫ nix ſit frigidior aqua actualiter ⁊ effectiue: non tamen eſſentialiter. Et Ga. intelligit de qualitatibus eſſentialiter. Ad aliud dicēdū eſt ſicut ad ſecundū ante iſtud: vel dicendū ꝙ elementū eſt pars ſimplex reſpectu partis compoſite ex quattuor elementis: ⁊ ſic aqua eſt ſimpla: quia nō compoſita: ⁊ quodlibet elementū eſt alia ſimplicitas q̄ opponitur prime cōpoſitioni: ſcꝫ ex qualitatib⁹: ⁊ illa nō eſt in elementis: ſed in corporibus celeſtibus. ¶ Queriẗ vtrum in aqua ſit frigiditas vltimata. Reſpon. ꝙ aqua vt eſt elementum purū: nulli alij rei admixtū: habet frigiditatē vltimatam: ⁊ ſm ꝙ eſt res naturalis veniens ad compoſitionē mixti cum alijs elementis. Aqua autē prout eſt corpus admixtum qualitatē non habet vltimatā: qm̄ illam contingit reprimi ꝑ naturā rei admixte. Nec eſt ſimile de igne ⁊ alijs elementis: quoniā dicit Ariſto. ꝙ elementū ignis eſt multū habens de forma ⁊ minime de materia: ⁊ ideo eſt multuꝫ actiuus: cum actio ſit a forma: nullam em̄ alterius rei patiẗ admixtionē: qm̄ ſi aliq̄d ei admiſcereẗ traheret illud ad ſuā naturam: Poſt ignē vo aer plus habet de forma: ſed non eſt actiuus intm̄ vt ſibi admixtum poſſit ad naturam ſuam trahere ⁊ conuertere: ⁊ ideo contingit quandoq ipſum pati. Alia autem duo elementa: ſcꝫ terra ⁊ aqua plus habēt de materia ⁊ minus de forma: ideo ſunt magis apta ad patiendum cum materia ſit paſſibilis: ideo illud quod ei admiſceẗ non poſſunt conuertere in ſuam naturā: ⁊ cum illud agat in illis neceſſe eſt vt patianẗ: ideo contingit huiuſmodi elemēta in ſuis qualitatibus reprimi ⁊ deprimi: ⁊ ideo non eſt ſimile de igne ⁊ de alijs elementis: ⁊ per hoc patet ſolutio ad multa argumenta. Nam ſupponēdo admixtionem fieri in alijs elementis: hoc modo contingit eſſe qualitates repreſſas ⁊ non vltimatas: ſed ſi ſumanẗ vt ſunt pura ⁊ non admixta habent qualitates ſuas vltimatas. ¶ Queriẗ cum in aqua ſint due qualitates: ſcꝫ frigiditas ⁊ humiditas: ⁊ frigiditas ſit aque eſſentialior: qm̄ aqua eſt frigida per ſe: quare eſt ꝙ frigiditas poteſt amoueri ⁊ non humiditas. Item queriẗ cum aqua poſſit calefieri quare ignis non poteſt frigefieri. ¶ Queritur per quam viam aqua habet ignē extinguere: ⁊ quodlibet humidū inquantū humidū. ¶ Queriẗ quare aque tēpore frigido ſunt calide: ⁊ tēpore calido ſunt frigide. ¶ Queritur quare aqua calida citius ⁊ fortius cōgeletur q̄ frigida: vt volūt Ariſto. ⁊ Auicen. ¶ Ad primū dicitur ꝙ fri. aque per cali. ignis poteſt amoueri: ſed non humiditas per ſiccitatem: quia caliditas eſt fortior actiua q̄ frigiditas: ⁊ humiditas fortior paſſiua q̄ ſiccitas: ideo fortior poteſt aliam deſtruere ⁊ fortior alteri reſiſtere. Nam ſicut dicit Ariſtoteles: actio ſit per contactū: et ideo iſte qualitates actiue in ſubſtantia aque agunt adinuiceꝫ ⁊ fortior aliā fugat ⁊ amouet ⁊ imprimiẗ caliditas in aqua: ⁊ ideo eſt calida. Sed humiditas aque non amoueẗ per ſiccitatē ignis: q: humiditas eſt fortior paſſiua potēs ſiccitati aque reſiſtere. Eſt alia cauſa: quia qualitates paſſiue ſunt materie magis adherentes q̄ actiue. Et huius ſignum eſt ꝙ dicit yſaac in vrinis: ꝙ actiue qualitates dant colorem in vrina: ⁊ paſſiue ſubſtantiam ⁊ materiaꝫ. Sed q: facilius eſt amouere formam ⁊ colorem q̄ ſubſtantiam: ideo facilius eſt amouere frigiditatē q̄ humiditatē. Adheret em̄ humiditas materie ita ꝙ ab illa ſeparari non poteſt: quia ſi ſeparareẗ materia nō maneret: quoniā materia paſſibilis dicitur: nec propter aliud materia dicitur. Patiẗ autēꝫ ſua qualitate paſſiua ratiō ⁊c. ¶ Ad aliud queſitū dicendū ꝙ ignis magis eſt formalis: ⁊ minime materialis eſt: aqua autem ecōuerſo: ideo ſuam formam alijs poteſt imprimere propter eius fortem actionē. hoc innuit Ariſtoteles quarto metheororū: cum dicit ꝙ omnia ſunt igni materia: ⁊ ſic in quodlibet poteſt ſuā formam inducere: ſed aqua: q: eſt minime actiua: nō poteſt ſuam formam igni imprimere: q: ignis eſt agens fortius et forte reſiſtēs. Alia cauſa eſt quia in igne qualitates ſunt vltimate: non ſic vo in aqua: igiẗ. ¶ Ad aliud dicēdū ꝙ cauſa eſt ſm Galie. quoniam ignis ⁊ aqua habent contrarietatem ſm ſpeciem: ⁊ q: vnum contrariū adueniens alteri in ſua fortificaẗ actione: ⁊ intendit vnum aliud in ſui naturam conuertere: ideo aqua cum ſit igni cōtraria: ſi in multa quātitate adueniat igni: ita ꝙ ei dominetur: q: nō poteſt ad ſui naturam cōuertere: facit qđ pōt: ⁊ ideo extinguit eū cū non poſſit in ſuam naturam conuertere. Sed ſi in parua quantitate ei aduenire t eum non extingueret: ſed potius fortificaret propter cauſam dictam: q: contrariū fortificatur per aduentum ſui contrarij ſicut dicit philoſophus. Et ſi obijciatur de aqua calida que ſimiliter ignem extinguit: dicenduꝫ ꝙ etſi ſit actualiter ⁊ manifeſte calida: eſt tamē frigida eſſentialiter ⁊ occulte: ratione cuius operatur per cōtrarietatē. Et ſi obijciaẗ de vino qđ eſſentialiter eſt calidū: tamē ignē extinguit: ergo ſolutio nulla: dicendū ꝙ vinū extinguit ignē licet ſit eſſentialiter calidum. Et ſic loquendo de caliditate eſſentiali: etiam argues ꝙ vinum caliduꝫ actualiter extinguit: hoc eſt quoniā in vino duplices ſunt partes vt ſciuiſtis ⁊ ratione partium aquoſarū habet ignē extinguere ⁊ nō vinoſarum. Et ſi obijciatur ꝙ vinum denominatur calidum a nobilioribus partibus: et ſic eis debetur operatio: ergo vinum ſemper agit ratione illarum: ⁊ ſic augmentabit ſemꝑ ignis caliditatem ⁊ ſiccitatē. Dicendū ꝙ vinū ponitur calidum ⁊ ſiccum reſpectu potus: ſiue q: potus. ⁊ reſpectu huius operationis que eſt potare ⁊ cibare: q: potus ⁊ cibus eſt: tamen reſpectu alterius operationis non dicitur calidum ⁊ ſiccum: ſed potius frigidū ⁊ humidum. ¶ Ad aliud qđ queriẗ quare aque ⁊c. Cauſa eſt q: Cōtrariū adueniens ſuo contrario fugat illud ⁊ remouet ſi potens ſit ſupra illud: et q: in eſtate calor fortis eſt: calor ſolis reuerberans ſuꝑ terram: terram in ſuperioribus partibus calefacit ⁊ poros aperit: ⁊ inde calor naturalis egreditur ⁊ interius debilitatur et frigiditas augmentatur: et in profundum fugatur: per quas partes profundas aqua tranſit que inueniens frigidam terram: a terra refrigeratur frigiditate ſupple actuali. Sed in tempore oppoſito oppoſito modo ſe habet: quoniam pori terre clauduntur: ⁊ calor naturalis terre in interioribus retineẗ: ⁊ ideo in interiorib⁹ terra calidior reddiẗ: propter quod aque tranſeūtes a calore terre immutantur: ⁊ ideo calefiunt: ideo in hyeme fontes ſunt calidi: ⁊ in eſtate frigidi. Alia cauſa poteſt aſſignari a parte corporis humani: quoniā lꝫ ſit equalis frigiditatis in eſtate ⁊ in hyeme: tamen q: corpus in eſtate eſt calidius q̄ in hyeme: ideo ſi tangatur ab aqua ſentiet eam magis frigidam q̄ ſi eſſet tēperatum vel frigidū: quoniā aqua prius penetrat in corpus in eſtate q̄ in hyeme: ſicut acetū plus infrigidat q̄ aqua effectiue: q: plus penetrat. ſic aqua: q: in eſtate melius ⁊ liberius penetrat: ideo corpus plus infrigidat. Et eſt ſimile ſi applicetur calidū in ſecundo gradu membro calido in quarto iudicabit illud frigidū: ſi eodē modo mēbro fri. in primo gradu iudicabit illud calidū: ⁊ ſic diuerſitas non eſt a parte illius calidi: ſed a parte membri ſentientis ⁊ iudicantis: ſic eſt de aqua. ¶ Ad aliud q̄ſitū dicendū ꝙ cauſa eſt ſm Ariſtote. q: vnum contrarium fortificatur iuxta ſuum contrarium ⁊ fortius operatur: ideo fortius cōgelatur. Alia cauſa

est sm Auicen. quoniã aqua calida porosa est et rara plus q̃ frigida: et quia frigiditas citius et fortius corpus raruz et porosum penetrat q̃ durum et solidum: ideo talis aqua sm Auicen. citius et fortius cõgelat: q: frigiditas penetrat vsq ad interiora. ¶ Queritur vtrum aqua nutriat: videtur q sic: q: dicit Aristote. q licz pisces habitent in aqua salsa: nutriuntur tamen aqua dulci: sed vniformis est nutritio in piscibus et in homine: igitur cum pisces nutriunt aqua dulci: vt dicit Aristote. ergo et homo. Item dicit ysaac in febribus q eadẽ est materia morbi et nutrimẽti: sed aqua potest esse materia morbi: sicut vult Hippo. in regimento acutorum: vbi dicit q aquam cõtingit conuerti in genus cholericũ: ergo per Hippo. est materia morbi: et sic materia nutrimenti: et sic aqua potest nutrire. Itẽ dicit ysaac in fe. qd potest agẽs forte in pauco tẽpore: pot debile in multo: sed calor ignis q est agens forte respectu caloris naturalis potest aquam in pauco tẽpore ad sui naturaz conuertere: ergo et calor nostri corporis poterit eam in multo tẽpore ad sui naturã conuertere: et sic nutrit: igitur. In contrariũ est omnis medicus: et Aristo. in scdo de generatione: vbi dicit ex eisdẽ sumus et nutrimur: sed sumus ex mixtis: ergo ex mixto nutrimur: sed aqua non est mixta: igitur. Item dicit auctor in vniuersalibus dietis q non agunt simplicia in cõpositis: quẽadmodũ cõposita in cõpositis: sed qd agant cõposita in cõpositis est nutritio: ergo simplicia non nutriũt. Item dicit Auicen. q nutrire est deperditũ restaurare: ergo qd nutrit deperditũ restaurat: cum ergo deperditũ sit mixtũ illud quod nutrit est mixtũ: sz aqua nõ est hmõi: igit. Ad hoc dicẽdũ q aqua nutrit effectiue: quia est principiũ adiuuãs et faciens ad nutritionem cum faciat penetrare et deportet cibum per membra: sed non nutrit materialiter et informatiue: ita q materia nutrientis cadat in materiã nutrimenti: et eius formam assumat. Ad argumẽtũ de piscibus, soluitur: q: hoc est verũ effectiue sed non materialiter. Ad aliud dicendũ q Hippo. non intelligit q materia aque transeat in cholerã: sed q sit eius causa effectiue: sic sez q: data in feb. acutis calorẽ acuit et intendit: q: contrariũ per aduentuz contrarij fortificatur: qui calor fortificatus acutus et intensus: humores in stomacho existentes calefacit et in cholerã ducit: et sic aqua in choleram conuertitur effectiue et non materialiter. Ad aliud dicendum q est loqui dupliciter de agente forti et debili: aut de vniformib9 aut difformibus. si de vniformib9 pot esse verum: si respectu eiusdẽ fuerint ordinati: sed calor ignis et naturalis non sunt agentes vniformes: q: vnum simplex et aliud compositũ: ideo non obijcitur. ¶ Querit que aqua sit melior: aut currens super arenam: aut lutum. Dr super arenaz: q: simile est de continẽte et contento: sed pisces habitantes super arenã sunt meliores q̃ super lutum: ergo et aqua similiter. Itez sicut dicit Auicen. aqua quanto rarior: tanto melior: sed currens super arenã est rarior: q: per collisionez illius arene rarificat: igitur. In cõtrariũ est auctor iste et ras. ¶ Querit que sit melior aut aqua stans aut currens. Dicit Constan. q motus turbidat aquas: sed currentes sunt mote: ergo et turbide: sed turbide sunt deteriores: igitur. In contrariũ est Auicen. ysaac et ceteri doctores. Ad primum dicitur q a parte raritatis et subtilitatis est melior currens super arenã. Sed quantuz a parte mundiciei currens super lutum est melior: qm lutum attrahit sordicies et aque impuritates qd non facit arena: et hoc intelligendo de luto puro mũdo argilloso nõ fetido corrupto: als secus esset. Nam aqua currens supra arenã et lapides trahit naturam arene et lapidũ: et gñat lapidẽ: vt vult Auicen. Item q: illa aqua dum est extra currens est apta ad generationez sanguissugarũ: et etiã in stomacho cum suam proprietatem retineat: est apta generatiõi sanguissugarũ ex pprietate qd pessimũ est. ¶ Ad aliud quesitũ dicendũ q non est sile de piscibus et aqua: qm illi pisces sunt mũdiores q̃ in aqua lutosa habitantes: et non est simile: q: illi pisces non nutriuntur illa aqua. Sz si ex illa nutrirent qd est impossibile: q: aqua non nutrit: deteriores essent: vnde malam qualitatez aque nõ accipiunt ideo boni et aqua remanet mala. Ad aliud patet solutio: quia quantum est ex parte raritatis melior est: sed alie cõditiões plus repugnãt ad hoc q sit bona q̃ q ista possit iuuare. Ad aliud quesitũ dicendũ q aqua currẽs simpliciter est melior: qm per motuz subtiliatur et clarificat et a suis superfluitatibus mundificat: nec acquirit putredinez: aqua autẽ stans propter sui immobilitatẽ acquirit putredinem. Item currens refugit impressionẽ caloris aeris sicut radiorũ solis qui sunt principiũ putrefactionis in humido. stans autem non refugit: sed recipit: propter qd deterioratur. Ad argumentũ dicendũ est q aut est cõsueta moueri p sui naturam et sic non turbat: aut non et sic turbat: et de ista non est dubiũ. Item currens aut est profunda aut non: si parua et profunda non turbat: si parua et terra sit pe aera potest turbari: et sine dubio ex tali turbatiõe deterioratur. ¶ Querit quare aqua reseruata in poto p noctẽ melior est q̃ statim bibita. Item melior q̃ reseruata in suo canali. Ratio est: q: potus attrahit feces aque: et sic clarificat et depuratur: dum tamen non ibi nimis moratur meliorat: q: als acquireret malas qualitates: et q nõ ponat sub diuo a quo possit eas habere: sed morans in suo canali: q: ibi diu moratur quasi sempiterne: ideo malas ibi qualitates concipit. ¶ Querit quare aque currentes versus orientem et septẽtrionem ortum habentes a parte meridionali et occidentali meliores sunt q̃ econuerso. Causa est: q: venti calidi et humidi pluuiales a plaga meridionali insufflant eas: et q: secum multas sordicies et immũdicies afferunt: et sunt putredines afferentes ideo etc. Sed a plaga meridionali et occidẽtali q: insufflantur a ventis mundis et puris frigidis et siccis nullam malam qualitatẽ secum deferentibus: ideo aquas mũdificant et purificant: ideo sunt meliores: quia illi venti illis in via obuiant.

¶ De vino.

Vinum bonũ dat nutrimentũ corpori: sanitatem reddit et custodit: si sic accipiatur sm qd oportet: et quãtũ natura valebit sufferre: digestibilẽ cõfortat virtutẽ nõ solũ in stomacho: verũetiã scdaz q est in epate. Quare pculdubio physici concordati sunt q impossibile sit actionẽ vtutis digestiue cõfortari absq caloris naturalis fortitudine: neq vllus cibus inuenit aut potus q adeo sit naturalis caloris cõfortatiuus et augmẽtatiuus put vinum propter familiaritatis consortiũ: qd cuz natura habet: et q: humanis est cõueniẽs corporib9: eius calor similis est calori naturali: atq cito cõuertit in naturalem et mũdissimũ sanguinẽ: qd hoc probat experimento. Verbi gratia. Si duos homines in natura frigida: et etate equales: et vno tempore equaliter phlebotoment: et vni detur vinũ ad potandũ: alteri aqua: aquã bibens in virtute et digestione debilitatur: alter vo confortat. vnde Rufus. Vinum non solum cõfortat calorẽ naturalẽ: verum et turbidũ clarificat sanguinẽ: et aditus totius corporis: maxime venarum aperit: tenebrosam fumositatẽ tristicie generatiuam a corde expellit: totiusq corporis membra corroborat: et non solum sua bonitas in corpore ostẽditur: sed etiam in anima operatur: facit eñ illã obliuisci tristiciã et angustiaz: datq sibi leticiam: confortat eam ad inuestigandã subtilem ac difficilem rem: eiq tribuit solicitudinẽ et audaciam: neq ei sentire dolorem neq laborẽ dimittit. Palam eñ est sensus et labores animeq motus non nature pertinere: q: actio nature non est aliud nisi preparatio instrumentorum vt operetur cum eis anima: quod testat: quod videtur in arboribus: nam videm9 eas naturaliter dare fruct9: et attrahere sibi nutrimẽtũ et augmẽ

tari absq; sensu z sensibili motu. Patet ergo iuua-
mentum vini animā z corpus vna cōprehēdere. Qđ
cum ita sit: necesse est vt sit cōueniens omnibus eta-
tibus: temporibus: z regionibus: tamē cum sumptū
fuerit ſm vim z consuetudinē bibētis: z qđ natura
ferre poterit: q: videmus adolescentulos z pueros
quandā vini quantitatem sustinere: iuuenes vo z vi
ros maiorē. Decrepitis autem licet eis optimū esse
videat ad confortanda corpora eorū: z ad augmētā-
dum eorum naturalē calorem: z excludendā suorum
humorū superfluitatē: multominus tamē q̄ iuuenes
tolerant vini quantitatē: propter defectionē eorum
capitis z suorū neruorū molliciē. Actio ergo vini nō
eodē modo operatur in senibus: sicut in iuuenibus
pueris z adolescētibus. In senib9 vo est ſm medici-
nam: q: calor vini repugnat eorum frigiditati. In iu
uenibus vo ſm cibum: q: vini natura iuuenum natu
ris similis est. Adolescētibus z pueris est ſm cibum
z medicinā: q: calor eorum naturalis: licz substantiali
ter sit fortis: nondū tñ est in perfectione ꝓpter abun
dantiam eorum humiditatis: proinde vinū natura-
li calori dat augmentum z nutrimentū: z eorum de-
siccat humiditatem: vnde est ſm cibum z medicinā.
Palā ergo est vinū esse bonū omnibus si ſm quod
oportet accipiatur: qđ nullus physicus in aliquibus
hominibus seu tēporibus laudat nec vituperat: nisi
ſm quātitatē quā bibunt: vel cōmixtionē aque cum
eo: q: si multū z purū fuerit: cōuenit in hyemali tēpo
re z frigida regione. In estate vo calidaq; regione
vini paucitas multūq; cōmixti necessario congruit:
corpora enim refrigerat z humectat propter aquam
que cū eo mixta est: repugnat em̄ aereo calori ne ca-
lida z sicca fiant corpora: z portat aquā vinum cum
sui subtilitate ad totius membra corporis velociter.
Ideoq; antiq assimilauere vinū tyriace magne natu
re: q: cōpererunt eam duarū contrariarū rerum esse
iuuatiuā: vnde vinū similiter repererūt esse duorum
proficuum. Calefacit em̄ frigida: z infrigidat calida:
humectat sicca: extenuat humida: eius tamen calefa
ctio z desiccatio est naturaliter: humectatio z infri-
gidatio accidentaliter: q: cum sui subtilitate z perfo
ratione portat aquam ad mēbra que necesse est refri
gerari z humectari: multotiēs enim sitis priusq̄ ab
aqua extinguit: presertim si causa sitis calor est: z sic-
citas in mēbris a stomacho remotis: qm̄ cum sui te-
nuitate ducit aquā ad eadē mēbra: vnde humectant
z refrigerant: sitisq; extinguitur. Sed tamen licz hec
diximus de actiōe vini: adhuc dicemus illud diuer
sum ſm sui generis diuersitatem.

¶ De distinctione vini.

Diuersitas em̄ vini generaliter est triplex:
aut em̄ recens vnius anni vel parū post: aut
vetus a quattuor vsq; ad septē transiens
annos: aut mediocre. i. a duobus vsq; ad
quattuor. Recēti vo est calor in primo gradu vn̄ per
tinet frigiditati et humiditati: idcirco ceteris est nu-
tribili9: malos generat humores: inordinata somnia
z ventositatē stomachi z intestinorū. vnde. Gal. Vi-
nū quodcūq; recēs fuerit: nō habet vim ducēdi cibū
per corpus: neq; vrinā ꝓuocādi: opz ergo frigidas z
humidas habētes naturas illud cauere: ventositatē
em̄ et inflationē fastidiūq; generat. Ideoq; si necessi
tas fuerit vinū eligat clarissimum: aquosum: subtile:
diu torculari expressum. Vetus autē vinū qđ transit
vsq; ad septē annos vel plus calidū est et siccū in. iij.
gradu: z habet quiddā amaritudinis. hmōi vinum
parū nutrit: citoq; caput ascēdit: z mētē percutit ꝓ
pter sue punctionis acumē: maxime si multū ex eo bi
bat: z parū aque ibi misceatur. ꝓpter hoc igit caue-
ant illud neruos debiles habētes: z qui sensus acu-
tos habuerint: magnū em̄ eis prestat nocumētū: nisi
tantā in suis corporibus habeāt humiditatē: q bene
resistat vini acumini. vn̄. G. multū inquit vinū vetus
cōueniēs his quorū vasis multitudo humorū crudorū
est accumulata. Vinū vo inter nouū z vetus medio
cre est bonū: vtpote tēperatū ſm qđ est ab vtraq; ex
tremitate noui. s. z veteris remotū. In hac mediocri
tate vinū cōsistēs dicit calidū: z siccū in scđo gradu
ꝓinde hmōi vinū eligat. Vetustissimū vo qđ ꝓp: iā
perdit saporē: z amaritudinē habet: spernat. Simili
ter vinum caueāt qđ vicine a torculari exierit: q: ad-
huc est indigestū: et a bullitione nō quieuit: neqz ter
restria ad suū locū descēderūt naturalem: nec etiā ae
rea ad suū locū saliuit: sed ad supiora: neqz liquor ei9
clarissimus: mediocriter stās mūdificatur: et lucidissi
mus apparet. Sed tñ debem9 intelligere q vinū ve
tustissimū augmētat calorem vltra tēperamētum: no
cetqz pelliculis cerebri: z mētem percutit: nōnū q̄ ex
tinguit naturalē calorē cum acumine suiqz siccitate.
Recēs vo vinū ꝓ sue humiditatis abūdātia et calo
ris paruitate: ꝓpt ebullitionē suiqz turbiditatē ma
los gn̄at humores: terribilia somnia inducit: vento-
sitatē et inflationē, stomacho nociuā: et oppilationē
in vrinalibus creat vijs. vnde. G. decet inquit vini di
uersitates intelligi: q: recēs qđ vicinum est torculari
calidū est in primo gradu. Vet9 vo septē annos trās-
iens: calidū est in tertio. Mediocre qđ est a duob9
vsqz quattuor: calidum in secundo. Quanto enim vi
num habet caloris paucitatem: tanto humidius ap-
probat: z quāto calidius: tāto siccius. Vini ergo lau
dabilis alia est diuersitas q est quītupla. Vna est co
lor: secunda sapor: tertia odor: quarta liquor: quinta
debilitas eiusqz fortitudo. Color generaliter diuidi-
tur quadrifariam. Duo enim colores sunt simplices:
id est albus et niger. et duo ex his cōpositi: id est au-
reus z rubeus. Sunt et alij colores: inter hos duos:
z inter extremitates suas: id est glaucus et roseus: q
sunt inter rubeum et album: et palmeus et subalbi-
dus: qui sunt inter aureū z citrinū: quod possumus
intelligere sensualiter et intellectualiter. Vinū enim
de albis vuis factum: in primordio est albū propter
aquositatem et cruditatem: et defectionem sui ca-
loris naturalis: sed cum aliquantisper inueterauerit
et vnum annum transierit: calor eius confortatur: et
ipsius humiditas minuitur: fitqz coloris subalbidi:
q si plus inueterauerit: vt duos transeat annos:
multoplus calor eius augmentatur: suiqz humidi-

ras minuit: fitq; suus color palmeus. Quod si iterum plus fuerit vetus: et quattuor annos transierit: suamq; digestionem compleuerit: et naturalis calor in statu venerit color eius fit citrinus. Similiter vinum de rubeis vuis in initio cum adhuc est crudum: eiusq; calor defectus: colorem habebit albedini vicinum. Cumq; vinum transierit annum: et confortatur calor eiusq; digestio et descendunt terrena ad suum locum naturalem: et incipit clarificari: fit mediocre inter rubeum et nigrum. Si autem duos annos transeat et calor eius fit confortatio: suamq; compleuerit digestionem: et descenderit terrestre ad inferiora: et clarificatur: fit rubei coloris. Palam ergo intelligimus vinum album et nigrum esse minus ceteris calidum: sed album magis quam nigrum humiditati pertinet pro sui subtilitate et aquositate sibi dominante: et grossitate atq; terrestreitate nigro dominantibus. Hoc testari videtur nigri videlicet ponticitas: albi insipiditas qui in sapore aque videtur vicinari. vnde Ga. nullum inquit vinum inuenitur ponticum et grossum nisi nigrum vel nigredini vicinum. Similiter non inuenimus vinum subtile et aquosum: nisi album et albedini vicinum: propter hoc album est subtilius: minusq; commixtionem suscipit: est et sensui facile: cito digestiuum: et velociter venarum perforatiuum et vrine prouocatiuum: parum tamen nutrit propter sui leuitatem: vnde cito in caput ascendit: debilemq; facit ebrietatem cito dissoluendam. Nigrum vero contrarium est isti: quia grossius est et durius ad digerendum: et difficile ad penetrandum vias venarum: et vrinam prouocandam: grossumq; dat nutrimentum: proinde ad caput ascendit: sed cum ascendit facit fortem ebrietatem ad dissoluendum tardam. Vina vero colores mediocriter inter vtramq; extremitatem habentia: quanto sint ab vtrisq; extremitatibus remota: albi videlicet et nigri: tanto sunt calidiora: et econuerso: quanto illis extremitatibus vicinantur: tanto frigidiora intelliguntur: propter hoc rufum quod est de vuis nigris: et aureum quod est de albis sunt calidiora: quia calor eorum est in tertio gradu: atq; sunt ab vtrisq; extremitatibus satis remota: statq; in media mediocritate. Rubeum vero est nigro in grossicie et duricie vicinum: idcirco nutribilius est omnibus excepto nigro: parum tamen prouocat vrinam: et tarde caput ascendit: et duram facit ebrietatem dissolutioni difficillimam. Roseum vero de rubeis vuis factum: et palmeum de albis sunt vicina vuis albis in leuitate et digestionis facilitate: sed album ceteris est leuius: quia nihil ab aqua differt nisi in aliquantula ponticitate: vnde non suffert aliquam commixtionem. Palmeum vero melioris est saporis et odoris quam cetera. Proinde vasorum est perforatiuum: pectoris et pulmonis cum screatibus mundificatiuum. Subalbidum non adeo laudandum in actione: album vero et aquosum nullam mundificationem facit: propter hoc securius datur febricitantibus: et facile cum vrina: fumo et sudore egreditur. Ideoq; Hippo. iussit volentibus mundificare pectora subalbidum dari vinum: et dulce vinum melius est in hac actione quam subalbidum: quoniam dulce ventrem humectat: vrinam tamen non prouocat: grossum enim est et durum ad aperiendos poros: sed subalbidum aperit poros: citoq; venarum vias aperit: et velociter ad vesicam veniens foras eijcitur: ceteris ergo ad prouocandam vrinam conuenientius est. Citrinum ergo et glaucum: quia sunt ab extremitatibus. i. albo et nigro quantum oportet remota: ceteris sunt calidiora et leuiora: faciliusq; caput ascendentia: et magis ceteris caput perentientia: implet enim caput pungitiuo fumo: facileq; commouet ad ebrietatem: sed tamen leuissime dissoluitur. Oppositio talis nobis fit a sophistis. Cur dixistis vinum citrinum et glaucum ceteris esse subtilius et leuius: cum album videatur subtilius et quasi aqua. Quibus sic respondemus: in multis locis huius libri dictum est subtile multis modis esse: aliquando enim aliquid dicitur subtile propter sue actionis velocitatem et fortitudinem sue penetrationis: sicut piper: cinamomum: zinziber et similia: hec enim in suis actionibus sunt fortissima: nam subtiliant humores: eorumq; feces mundificant. Est et alio modo subtile: sicut res facillime passiua ad obediendum nature et virtuti digestiue veluti sunt laudabiles pisces et oua mollia. Est et alia subtilitatis intentio: quemadmodum essentia et nutrimentum laudabilis cibi: ceu panis bene coctus et mundus: et starna: et pulli gallinacei. hec enim laudabilem generant sanguinem. Vinum ergo album licet sit subtile propter sui liquoris tenuitatem et sue facilitatem digestionis: Rufum vero et glaucum et citrinum subtilia sunt in suarum actionum fortitudine: feces humorum attenuantia et expellentia et mundificantia clarumq; facientia: quod planius in suo loco dicturi sumus.

¶ Superius determinauit ysaac de dieta a potu sumpta qui est potus tantum vt aqua: Hic vero a vino qui est cibus et potus. Et diuiditur in duas: quia primo determinat de potu communi et naturali. Secundo autem de speciali et artificiali versus finem libri vbi dicit. Sapa grossior. ¶ Queritur vtrum aqua pluuialis sit melior: videtur quod non: secundum Aristo. tertio topicorum: propter quod vnumquodq; tale et illud magis: sed secundum quod vult Auicen. et Ras. aque fontium per pluuiales deteriorantur: quia turbantur sicut dicunt: ergo illa erit deterior. Item sicut innuunt omnes auctores aqua pluuialis est calida et humida subtilis substantie: sed talis cito putrescit: sed nullum tale est laudabile: igitur. Item aqua secundum auctores quanto simplicior tanto melior: sed aqua pluuialis est composita ex eo quod ab aquis salsis et dulcibus resoluitur: igitur. In contrarium sunt omnes auctores. ¶ Queritur que pluuialis est melior: aut estiualis: aut hyemalis: videtur quod estiualis: quia secundum Ga. quod descinditur ab aliquo attestatur ei a quo descinditur: sed aque estiuales pluuiales ab aquis estatis quam meliores sunt in estate descinduntur: igitur. In contrarium est Auicen. cap. de eo quod comeditur et bibitur: dicens quod nulla est deterior illa que ex niue et glacie est generata: sed aqua pluuialis estatis est huiusmodi: igitur. ¶ Queritur quare aqua pluuialis veniens cum tonitruo melior est vt dicunt auctores et practici. ¶ Queritur vlterius vtrum sit stiptica: videtur quod non: dicit ysaac in dietis vniuersalibus quod stipticum est frigidum et siccum: sed aqua pluuialis secundum auctores est calida et humi. igitur. Item sicut dicit ysaac. stipticum est in grossa substantia: sed aqua est subtilis substantie: igitur. Ad primum questium dicendum quod de vere loquendum est dupliciter: aut respectu sui et hoc modo sanius est quam aliquod tempus: aut per comparationem ad corpora: et hoc dupliciter. Aut illud corpus est mundum omni carens occasione morbi: et sic est sanissimum: aut comparatur ad corpus habens in se causam egritudinis: et sic non est sanissimum quoniam huiusmodi egritudinem habet de potentia ad actum ducere: mouet enim humores ab interioribus ad exteriora: vnde morborum est generatiuum per accidens. Sic de aqua pluuiali est loquendum secundum se: et hoc modo melior est ceteris quoniam est cali. et humi. subtilis: clara: dulcis: et rara: et sic laudabilis a parte complexionis et compositionis. Si autem de

ea loquimur in comparatione ad corpus: hoc est dupliciter: aut ad corpus mundũ carens omni occasione morbi: et sic est sanissima: aut ad corpus immundũ habens humores paratos putredini: et sic est illaudabilis: quõ cito putrescit: et in humorũ putridorũ naturã vel putrefieri paratorũ cito conuertitur: et nullum tale cõpetit vbi timetur putrefactio. Ad aliud argumentũ dicendũ q hoc non puenit a parte substãtie aque pluuialis: sed a parte motꝰ et sue cadẽtie. Ad aliud dicendũ q verum est recepta in corpore immundo. Ad aliud dicendũ est q q̃uis sit resoluta ex diuersis aquis sicut dulcibus et salsis: hoc tamen fit per resolutionẽ partiũ subtilium que adinuicẽ miscentur que sunt homogenee nature: quia habent similitudinẽ fere eandẽ et omnimodam: et q: partes eius sunt vniformes non sic partes aliarũ aquarũ: ideo est simplicior et melior. Non enĩ componitur ex partibus salsis aque salse a qua resoluitur: sed a dulcibus sicut dictum est. Ad aliud quesitũ dico q estatis est melior: q: ab aqua subtiliori resoluitur et mũdiori. Et quõ aer in quo fit gñatio aque pluuialis est subtilior et mundior: et inde pluuia melioratur. Tertia causa est a parte solis qui est fortioris actiõis in estate cuꝫ habeat aspectũ directũ tunc super hec inferiora: ideo potentior est in eleuatione fumorꝫ ab aquis ex quibus materialiter generaẽ pluuia. Item potẽtior est in subtiliatiõe eius cum in aere moratur: et per aerem descendit qui dispositus est in caliditate et siccitate: que qualitates sunt ad subtiliationem facientes. In hyeme võ sunt oẽs opposite: ideo aqua pluuialis estatis est melior. Ad aliud argumentuꝫ de Auicen. dicendũ q aqua ex niue imediate generata nondũ per calorẽ solis subtiliata et depurata deterior est: et sic loquitur auicen. Sed tamen in estate: q: per actionẽ caloris solis aqua ex niue generata anteq̃ suum compleuerit descẽsum subtiliatur et mundificaẽ: nec remanet immunda anteq̃ ad nos peruenerit: ideo melior dicit: vnde in principio sue generationis non est laudabilis: sed in fine. Ad aliud quesituꝫ dicendũ q aqua pluuialis cum tonitruo generata est subtilior et purior: et hoc per actionẽ ignis in nube aquosa extincti: sicut est aqua in qua ferri candidissimi fit extinctio est subtilior et purior. Tonitruum enĩ est continuus sonus propter ignis extinctionẽ in nube vt dicit phus: igitur est melior talis: q: subtilior et purior simplici pluuiali. Ad aliud quesituꝫ dicitur q non est stiptica prout stipticitas est vna species saporis: sed dicit stiptica: q: ventris restrictiua. Et ideo duplex est stipticũ: quoddam est per se vt coctanus: et in grossa substãtia talis stipticitas fundatur. Aliud est stipticũ per accidens scꝫ q: diureticũ .i. vrine prouocatiuũ: et ipsius multiplicatiuũ. Et q: vt dicit Gal. in cõmento supra pronostica tria sunt que augmẽtata se diminuũt: et diminuta se augmẽtant: scilꝫ sudor: egestio: et vrina. vnde vrine augmẽtatio est causa diminutiõis egestionis: et sic constipat ventrẽ de paccidens: et hoc modo pluuialis aqua dicitur stiptica: ita dicũt quidã. Alij causam ponũt: q: ratione dulcedinis natura mẽbrorum est auida in attrahẽdo et retinẽdo: et sic eã multũ retinent: et ideo stiptica dicitur. Alij eam dicũt esse stipticã ratione cõplexionis: dicũt enĩ eam esse calidã et habere aliquãtulam siccitatẽ ratione eius agitatiõis in aere calido: quõ dicit Gal. si calidũ perseueret associat sibi siccũ: ideo ppter calorem hꝫ aliquã siccitatẽ: et sic acquirit diureticitatẽ ratione cuius per accidens penetratiua est ad mẽbra: et sic est stiptica. Alij dicũt q acquisiuit stipticitatẽ ratiõe illiꝰ q ab aquis salsis eleuatur. aqua enĩ salsa stiptica est: et qõ descendiẽ ab aliquo &c. Sed ista solutio nihil valet: q: dictũ est q resolutio nõ fit ab aq̃s salsis nisi partiũ subtiliũ et dulciũ: et p hoc patet solutio ad argumentũ. Nam aqua nõ est stiptica per se: sed per accidens: vt visum est. ¶ Queritur vtrum aqua cõpetit in febribꝰ. apparet q non: q: cito patiẽ a calido propter sui subtilitatẽ et propter similitudinẽ eiꝰ in cõplexione cum calido: sed nullum tale cõpetit in febribꝰ: q: in ipsis timetur de inflãmatione: igiẽ. Item dicit Hippo. in regimẽto acutorũ: q aqua cito conuertiẽ in genus cholericũ: igiẽ. In contrariũ est Raẽ. Auicen. et practici. Itẽ dicit Gal. in tegni. cura fit per contrariũ: sed febris est mala cõplexio ca. et sic. et aqua est fri. et hu. igitur. ¶ Queriẽ quem humorem aqua habeat generare. ¶ Queriẽ que aqua sit melior: aut cocta aut cruda. Et cocta sit deterior: videẽ: q: ignis agens in quãcũq materiã super illud qõ est in ea subtile consumit quantũ potest: ergo agens in aquã qõ est subtile in ea cõsumit: et in vaporem resoluit et grossum: et terrestre manet: sed aqua quanto subtilior: tanto melior: igitur. Sed contra dictum est q aqua pluuialis est melior: nec est melior nisi q: per actionẽ caloris celestis clarior subtilior et mũdior efficitur: sed aqua cocta similior est illi q̃ cruda: sꝫ dicit Aristo. q similius est melior: meliꝰ est: igiẽ. ¶ Queriẽ de niue vtrũ sit ceteris melior: et vtrũ sit ceteris frigidior: videẽ q melior: quia dicit auctor: aqua melioraẽ p cõmixtionẽ partiũ aerearũ cũ aqua: sed in niue est maior mixtio partium aerearũ et huius signũ est leuitas: igitur. Item q sit calidior: dicit Gal. in de simplici medicina q res frigidas subtiles inuenire non potuit nisi acetuꝫ: et reddit causam quare et quomodo sit acetũ subtile: sed aqua niuis vel nix est subtilis: ergo non est frigida sꝫ calida. Ad primũ q̃sitũ respõdeẽ q in feb. phlegmatica aut melancholica aut de cholera phlegmati admixta nullo modo cõpetit. Sed si sit de cholera pura quandoq cõpetit quandoq nõ: q: plura sunt considerãda: primo virtutis fortitudo: deinde etas iuuẽtutis. Item q sit bona habitudo. Item q nulla sit cõtrarietas a parte tẽporis: scꝫ q tempus sit calidũ. Itẽ q habeat viscera sana: pectus sanũ: q nullus sit timor de apostemate: breuiter q nõ timeatur de aliquo nisi solũ de mala cõplexiõe calida et sicca a materia cholerica pura veniẽte. sic cõpetit potus aque: et cõpetit solũ in quantitate magna: q: si in parua quantitate daretur cuꝫ calor febris potens esset super illam cõuerteret eam in genus cholericũ: et in cholerã mutareẽ effectiue et non materialiter vt dictum fuit superius. Sed si in magna quãtitate detur: erit potens supra materiã morbi eã digerendo: ingrossando scꝫ et ad exitum et expulsionẽ habilem faciendo et malã complexionem alterando: debet enĩ corã patiente presentari in vase claro et agitari corã eo vt ardentius appetat: et debet esse in maiori quantitate q̃ sustinere poterit. Et ideo patet solutio ad argumẽta: q: si aqua in pauca quãtitate deẽ et in via diete et nõ medicine: cõuertiẽ in genus cholericũ. Nã in via medicine datur cũ in magna quantitate potatur: et via diete qñ in parua. Ad aliud dubiũ dñ q in genꝰ cholericũ cõuertiẽ sñm q vult Hippo. et hoc ratione cõuenientie materie: quia aqua est subtilis substantie: et cito cõuertibilis sicut cholera. Item ratione agentis: et sic loquiẽ Hippo. quõ in febribus acutis fortior est calor et vehemẽs: et ideo est potens cõuertere aquã in sui naturã cholere: et hoc effectiue et non materialiter: per hoc patet solutio ad primũ: q: maior est similitudo aque ad cholerã q̃ ad phlegma fri. licet in qualitatibus non sic sit. Et si arguaẽ dicit Constanti. q humores sunt filij elementorũ et appropriat vnũquẽq humorẽ suo elemento: dicẽs q cholera pportionaẽ igni: sanguis aeri: aq̃ phlegma: et terre melancholia: igiẽ. Respõ. q ista proportio attenditur penes complexionẽ et non penes substãtiã: et cõuersio fit principalius ratione substãtie in qua aqua plus cõmunicat cum cholera. Ad aliud dicendũ q in via diete plus cõpetit cocta q̃ cruda: q: subtilior et rarior: et magis cũ cibo attrahiẽ ad mẽbra: et ipsum penetrare facit: sed in ratiõe medicine plus cõpetit cruda q: cholerã ingrossat: et ca. et fic. cõplexionẽ magis alterat. Aliter diciẽ q duplex ẽ aqua. Quedam pura: simplex et vniformis nature et homogenee ĩ toto: et in partibus: et hec est cocta melior q̃ cruda: q: ista per decoctionẽ subtiliatur et melioraẽ. Est autẽ alia aqua grossa non pura nature etherogenee: et talis deterior est cocta q̃ cruda: q: in decoctiõe partes subtiles exhalanẽ et grosse remanent: et sic patet solutio ad argumenta. Ad aliud dicendum q nix ceteris aquis deterior est: quõ frigidissima est et frigidum neruos percutit et nocet ossibus et neruis: et q: stomachus est neruosus: et maxime os eius: ideo ipꝫ ledit quare non est bona. Item humores ingrossat ratione frigiditatis. Item grossior est alijs: et aqua quanto grossior tãto peior. Item frigidior est. Ad argumentum dicendũ q aer est in niue per interceptionẽ et non per admixtionem. Ad aliud qõ dicit Galie. q res subtiles frigidas &c. dicendũ q aqua non est

non est subtilis si eleuetur in aere: q: hoc non est per naturam sue substantie sed per naturam aeris intercepti: idō nō valet. Ad aliud pȝ solutio per idem: q: si aer esset de substantia sua p admixtionē esset calidus: sed nō sic est: igitur.

¶ De diuersitate vini ,pter saporem.

[D]Iuersitas aūt vini ,pter saporem multiplex est: gñaliter aūt quattuor modis: est enī dulce: est ⁊ acerbū: ⁊ qd̄ abusiue dicit insipidum: est ⁊ forte in sapore et odore. Sunt etiam inter hoꝝ extremitates alia mediocria de eoꝝ saporibus cōposita: sunt ⁊ occulta ad cōprehendēdū eoꝝ noīa. Dulce calidū ē in scđo gradu: siccum in primo: aliquantulū humiditati pertinet: propterea est grossum ⁊ illaudabile in sua actione: nisi q: ventrem soluit: q: in oī re dulci vis laxatiua ⁊ colatiua inuenit. Qd̄ vinum si aliquid inuenerit in corpore qd̄ illius vini ɔtrarium sit actioni: ⁊ cohibetur ad exeūdum: calefit ⁊ bullit: ascenditqꝫ ad superiorē partem stomachi: ⁊ conuertitur in cholericos humores: sitimqꝫ gñat ⁊ vētositatē inflatiuā in supiori pte ⁊ latere: nociuāqꝫ oppilationē in epate ⁊ splene generat: lapidem in renibus creat: maxime si inuenerit hec mēbra talibus passionibus pparata: aut digestiuam virtutem debilē. Propter hoc caueant illud q̄bus grossa ⁊ hūida dn̄atur natura: q: si assueuerint eo ,pfecto in hydropicam incidūt passionem: q: cum sui viscositate ⁊ grossitate liquoris implet venas de grosso sanguine ⁊ turbido: ⁊ oīum carnium raritate grossam accumulat ventositatem: q̄ est cā generandi oppilationē. vnde Ga. dulce inquit vinū non solū est oppilatiuum: sed inflatiue ventositatis generatiuuȝ in epate videlȝ ⁊ splene: oībusqꝫ mēbris excepto pulmone: eiusqꝫ oppilationē apit. Cā: epar oppilās et pulmonis cōstipationē aperiēs fit ,pter vias coruȝ q: cū venit ad epar per largas vias: ⁊ magnā viā. i. venaȝ q̄ vocatur porta: stansqꝫ ibi digeritur: deinde ad subtilissimas veniēs vias q̄ sunt in sua ɔcauitate non pōt fex trāsire p angustas vias: q̄re ibi pmanēs oppilationē facit ⁊ apostemata creat fm sui naturā: pulmonē aūt nō silr cōtingit: q: primū venit p angustas ⁊ subtiles venas: cūqꝫ ibi digerat: venit in pulmonis canales q̄ sunt largi: ⁊ portat secū quantū fecis habuerit p vie largitatem: eā expellit cuȝ sputis ⁊ screatu: ppter hoc dulce vinum adiuuat ad mundificandam ⁊ expellendā ab eo fecem: eiusqꝫ dissoluit oppilationem. Illud tn̄ caueant q̄bus generatur sitis: eorū enī calorē augmētat: ⁊ hūiditatē saliue desiccat ⁊ ingrossat: fitqꝫ quasi creta ⁊ annectitur canalibus pulmonis: vnde induratur ad exeundū. Huiusmodi etiam vinum dulce diuersum est sapore: odore: atqꝫ liquore: sed tn̄ huic vino ,pprium est dulcedo cū nigredine grossitie ⁊ turbiditate. vnde Ga. Nūq̄ inuenitur vinum dulcissimū qd̄ non sit nigrū ⁊ grossuȝ ⁊ quanto a nigredine ⁊ grossitie remouetur: tāto minus est dulce: ⁊ vineum hȝ saporem. Ideoqꝫ qd̄cūqȝ vinum dulce rubori ⁊ claritati ptinet: ⁊ bibitū quantum oportet: ⁊ fm qd̄ nature sufficit: fit conueniens egritudinem exeuntibus: ⁊ quibus fuerat necessaria multitudo nutrimenti: sed tn̄ eoꝝ corpora q̄ sunt debilia non possunt ea sustinere: sicut hip. dixit: Facilꝰ est repleri potu q̄ cibo. iterū Ga. Non oportet cauere vinuȝ quibus grossitudo cibi conuenit: maxime si vinum pertineat rubori ⁊ claritati: sed tn̄ qui patiuntur in visceribus defectionē: epate videlȝ splene ⁊ renibus: ⁊ quoꝝ corpora hydropisi apparata sunt: ab omni genere dulcis vini sunt cohibendi. Ponticum uo vinū qd̄ acerbū dr̄: durius est ⁊ grauiꝰ: tardiusqȝ digerit: venasqȝ difficilius dulci pforat: q: dulce calidius est: acceptabiliorem saporē hȝ. Ponticū vero. i. acerbum videtur esse terrestre: asperum habens saporem: vnde difficile est ad pforandum venas: neqȝ vrinam: neqȝ egestionē: aut sudorē ,puocat: nō ergo bonū sanguinē generat: ventrē inde ⁊ intestina confortat: stringit ergo egestionē de stomachi defectiōe maxime si solutio cā caloris fiat: cuiꝰ signa sunt rasura intestinoꝝ. vn̄ Dias. vinū inquit acerbum diureticū est. Sed nescimus q̄ intentiōe hoc dixit: qd̄ tamē sic possumus intelligere: q: si parū fuerit ponticum: clarū ⁊ subtilissimū in liquore: multūqȝ cōmixtū non est nociuū pectori ⁊ capiti: stomachi calorem extinguit: ⁊ vrinā ,puocat. Vinū aūt insipiduȝ melius est pontico: q: temperatū ad cōparationem stiptici: vn̄ congruit calidas hn̄tibꝰ cōplexiones: maxime tn̄ stomacho: paꝝ tn̄ nutrit: citoqȝ p vrinam eijcitur. Vinū qd̄ fortissimū est: ceteris est calidius ⁊ fortioris actionis: citoqȝ caput ascendit ac bullire ⁊ feruere facit corporis humores: vnde fumus caput ascendens nocet cerebro: mentēqȝ pcutit. Necesse est ergo vt caueant illud quibus dn̄atur cōplexio calida: nisi multum fuerit cōmixtum: q: si cōmixtum fuerit quantuȝ oportet: ⁊ vt decet accipiatur. i. fm qd̄ cōuenit etatibus: tēpori: regionibus: consuetudini: est laudabile: q: grossos dissoluit humores: vias venaruȝ de putredine mundificat: atqȝ putredinem ⁊ sanguinē clarificat. Senibus aūt ⁊ qui eoꝝ etati vicinantur: propter coadunationem superfluitatis in eoꝝ corporibus fit hmōi optimum vinū: maxime si puritati fuerit vicinū: q: eoꝝ calorē confortat: crudorūqȝ abūdātiam dissoluit humorum. Proinde conuenit quibus collecti fuerint grossi ⁊ crudi humores.

¶ De diuersitate vini ,pter liquorem.

[D]Iuersitas aūt vini propter liquorem triplex est: aut enim subtile aquosum: aut terrestre grossum: aut mediocre. Vinū auteȝ subtile aquosum semper inuenitur cuȝ albedine ⁊ claritate: vnde facile est in stomacho: cito enim digeritur: ⁊ venas perforat: vrināqȝ prouocat. Ideo vtile febricitantibus: quia non fortiter calefacit: neqȝ mentem percutit: nullum etiam cerebro vel neruis infert nocumentum. Si vero fuerit mixtum erit melius: maxime ad extinguendam sitim. Vinum vero terrestre ⁊ grossum oppositū est subtili ⁊ aquoso: vnde q: grossum est: plus ceteris stomachum grauat: durum enim est ad digestionem faciendaȝ: ⁊ difficile ad perforandas venas: vrinam non prouocat: tardeqȝ ad caput ascendit propter sui fumi grauitatem atqȝ grossiciem: idcirco non facit ebrietatem: q̄ tamen si fuerit: cito dissoluitur.

¶ De diuersitate vini ,pter odorem.

Diuersitas vini ꝓpter odorem quadrifariã diuiditur. Aut enĩ est odoriferũ cito sensuz pforans odorabilem: ⁊ in pelliculis cerebri stantem: qđ fit ꝑ sui leuitate ⁊ q: aromaticũ est. Est ⁊ vinum nullius odoris ꝑ grossitate suiqȝ grauitate. Tertium est inter subtile ⁊ grossum leue ⁊ graue: mediocre. Quartum vero horribilem hȝ odorem: sensuiqȝ corruptionis illatiuum. Vinum odoriferũ suum liquorẽ significat esse subtilem: ⁊ tẽperatum: oĩqȝ sordicie mundificatum: penitusqȝ digestuȝ: vnde clarũ sanguinem gñat ⁊ laudabilem: ⁊ mundũ: cordis ergo cõfortatiuũ: aĩamqȝ letificat: et angustiã expellit: qm̃ mundificat sanguinem a sordicie in corpore existente: expulsaqȝ sanguinis sordicie fumus grossus: turbidus ⁊ obscurus: solitus naturalis caloris lumen obscurare expellitur: vnde fit cã leticie: ꝓpter hoc ergo hm̃oĩ vinũ oĩbus etatib⁹ ⁊ cõplexionibus cõueniẽs est si accipiatur vt oportet: et qđ a natura sustinetur. vnde hip. vinum inquit odoriferũ subtilius: leuius: digestibili⁹ ceteris est ac nutribilius: q: significat naturã suã cõpleuisse actionẽ: ⁊ oẽ cõtrariũ ab eo esse ablatum: ꝑinde vrinaȝ puocat: citoqȝ ad caput ascẽdit: ⁊ facillime ab eo inebriatur: sed tñ cito ab ea liberabitur. Vinũ ꝙ qđ nullius odoris est: innuit sue fumositatis grossitatem: grauitatem ⁊ indigestibilitateȝ: idcirco illaudabilis est nutrimenti: ꝓpter hoc ergo nec mundificat: nec sanguinem clarificat: neqȝ cõfortat cor: nec creat leticiam. grossos etiam augmentat humores: ⁊ fumum turbidum generat ⁊ obscuruȝ: quare fit cã tristicie: sed tñ ꝓpter suã grauitatem ⁊ grossitatẽ: nõ cito in caput ascendit: ⁊ ebrietatẽ generat: qđ si fecerit dure tarde qȝ dissoluitur. Vinum inter subtile ⁊ grossum est mediocre: cuius odoris mediocris fit actio ⁊ passio ei⁹: ſm ꝙ est ꝓpinquum vel remotũ ab eoꝝ extremitatibus: si enim remotum fuerit a bonitate maluȝ erit si vero a malignitate bonum erit: ꝙ si steterit in medio eoꝝ erit mediocre. Vinum qđ graueȝ ⁊ horribilem hȝ odorem est pessimum: ⁊ ſm sui odoris horribilitatem ⁊ grauitatem nocet cerebro: ⁊ grauat: ⁊ ꝑcutit mentem: pelliculisqȝ cerebri infert lesionem: et pessimum generat sanguinem: maxime si est ponticũ vnde Ga. oportet inquit caueri a vino horribilẽ naturam ⁊ grauitatẽ hñte: maxime si ponticũ est: q: durum est digestioni: digestum etiam generat sanguinem malum.

¶ De triplici vino.

Vinum tripl'r est: aut enĩ fortissimum: vel debilissimũ: aut mediocre. Sunt etiã iter horum extremitates: q̃dam q̃ sensus discernere nequit. Fortissimũ vero ceteris est calidius: citoqȝ ad caput ascẽdit: ⁊ mentẽ percutit: q: caput de multis ⁊ calidis implet fumis: qđ hip. vocauit inguenum vinum. Vinum qđ est debilissimũ: actionem hȝ supiori oppositam. Vinuȝ qđ hip. dixit aquosum vinũ: mediocrem hȝ actionem: ſm ꝙ est vicinuȝ vel remotũ a bonitate vel malignitate extremitatũ illorũ. Porro q: cõpleuim⁹ singulariter ⁊ simpl'r vini diuersitatem: ⁊ vniuscuiusqȝ ꝓprietatẽ: oportet nos totam finire vini cõpositi disputationem. Impossibile est enĩ vinum inueniri aliquo sapore: colore ⁊ odore carens.

¶ De vino albo ⁊ nigro.

Incipiendũ ergo est ab albo ⁊ nigro: que sunt oĩm extremitates: ⁊ oẽs colores quos inuenimus: sunt ex istis compositi. Albo vino ꝑtinet defectio odoris ⁊ saporis: nullaȝ suffert cõmixtionem: ⁊ raro inuenire possumus vt sit dulce vel põticũ ⁊ grossum. Vinum qđ est subtile: debile: insipidum: ⁊ nullã sustinens cõmixtioneȝ: min⁹ ceteris calidum est: faciliorisqȝ digestionis: ⁊ cito venas oẽsqȝ corporis penetrat poros: ⁊ velociter expellit̃: ꝑinde min⁹ est ceteris nutribile: ⁊ plus alijs infrigidat: ⁊ calorem ⁊ sitim extinguit: ⁊ vrinam prouocat. Q: si ponticum fuerit: necesse est vt sit grossuȝ impossibile enim est vinũ eẽ ponticũ: vt suus liquor non sit grossus: ꝙ vinuȝ taliter existens illaudabile dat nutrimentũ: durũ ad digerendum: vrinã nõ puocat: ventrem cõstipat: tarde ad caput ascendit: stomachum ⁊ cerebrũ confortat: ⁊ prodest malas bibentibus aquas figuram corporis disturbantes: eos etiã iuuat qui frigidissimam potauerint aquam vel niuẽ: q: si corruptibilis aqua bibatur: in malos cõuertet̃ humores: sicut superius in tractatu aque dixim⁹: vñ fit cã corrũpendi ⁊ debilitãdi stomachũ: cũqȝ stomachus defecerit: a totius corporis partibus currũt ad eũ mali humores cholerici: sicut in stomatichis videmus ieiunijs assuescẽtibus: calefit enĩ stomachus ꝓpter ciboꝝ indigentiã: stomachus ergo eoꝝ necessario deficit: q: humores ad stomachũ sunt venientes q̃dã etiã ab eis fumositas caput ascẽdit ⁊ dolorẽ ibi gñat. Sed si aquã cũ vino albo ⁊ põtico bibim⁹ mixtam: subtiliat: ⁊ attenuat illã: suũqȝ acumen mitigat sicut aqua vinũ merũ trãqllat: osqȝ stomachi confortat: ⁊ adiuuat ad deponendum oẽm suã lesionem inferius. Sed aqua frigidissima absqȝ omni cõmixtione bibita: maximũ dat nocumentũ sicut iam diximus. Neruis enĩ stomachi ⁊ pectoris ⁊ ilium nocet: que si cũ ꝑdicto misceatur vino: tẽperabit̃ aq̃ frigiditas stomachũqȝ cõfortabit. Sed cũ calidã habẽtib⁹ naturã nõ oportet cõmisceri: q: frigiditas aq̃ calorẽ eorũ tẽperat. vñ Ga. calidas hñtibus naturas naturaliter vel accidẽtal'r: plus fit cõueniẽs aqua frigidissima vino: ⁊ si in aliquo tꝑe necessariũ fuerit eis vinuȝ albũ ⁊ ponticũ potẽt. Qđ si vinum album dulcedinem hȝ: mediocre erit ad digerendũ inter albuȝ ⁊ tenue ⁊ ponticũ: durius enĩ ⁊ tardius erit ad digerendũ ꝙ subtile: facilius vero pontico: ꝑinde vtroqȝ est nutribilius: ventrẽ humectat: stomacho tñ nocet: vẽtositatem ac rugitũ creat: sed tñ oẽ nocumentum qđ facit est debile ⁊ leue: sui enĩ dulcedo nõ est magna. nam cum albo vino dulcedo non est conueniens: ⁊ si est: necessario est parua.

¶ De vino nigro.

Vino nigro ꝑtinet grossicies liquoris: grauitas odoris. vñ difficile est ad digerẽduȝ tarde ad caput ascendit: multũ nutrit: venas enĩ de grosso sanguine implet: ad dis-

soluendum tardum. vnde Ga. Vidi homines palle- stribus ludis vtentes: hoc vinum frequenter ⁊ ꝯsue te bibere: vt ingrossarentur ⁊ fortitudinē acciperēt: qḋ eos ingrossauit ⁊ magnam vim eis tribuit: et de- dit eis nutrimētum carni vicinum porcine. Proinde bonum est si iuuenibus ante cibum datū fuerit. Se nioribus est incōueniens: ⁊ ħ ante cibū et post cibū q꞉ ꝓpter defectionē caloris naturalis eoꝝ generat oppilationem: ⁊ in renibus lapides si illo assuescant Hoc ꝙ̄ vinū est multis modis: aliqn̄ est dulce: non- nunꝙ̄ ponticū: aliqn̄ vtraꝗ sunt in eo: ponticitas vi- delꝫ ⁊ dulcedo: sed nūꝙ̄ nigrū inueniē forte. vñ Ga. oē inqͭ dulce: lꝫ sit nigrū necessario: tñ nō oē nigrū necessario est dulce. Nigrū vero inuenimus dulce: ⁊ nigrū ponticū: ⁊ aliqn̄ dulce ⁊ ponticū. Nigrū vero solā hm̄ dulcedinē calidi⁹ est ⁊ nutribilius: ⁊ plus ce teris vētrē humectat: ⁊ vrinā nō ꝓuocat: ventositatē ⁊ inflationē creat: qḋ si ꝓpter medicinā paꝝ bibitur erit cōstipatiuū solutionis ex intestinoꝝ defectione gñat: sitꝗ nō adeo nocumētū capiti ⁊ neruis ꝓpter sue fumositatis grossitatē ⁊ grauitatē: vñ tardius ad caput ascēdit: ꝓpter hoc tardissime ab eo q̇ inebriatᷣ diu ab ebrietate nō liberatᷣ. vñ Ga. vinū inqͭ nigre- dini ptinens nō hꝫ tātū caloris quantū glaucū ⁊ citri nū: neꝗ tātā facit ebrietatē. Vinū vero qḋ dulce est ⁊ pōticū: grossi⁹ duriusꝗ ē digestioni ⁊ magis vēto sitatē ⁊ inflationē gñat: lapidē etiā in renibus: ⁊ op pilationē in splene ⁊ epate: magisꝗ ceteris vomitū ꝓuocat: ⁊ dolorem in capite ⁊ neruis facit.

¶ Superius auctor determinauit de vino a parte sue ope- rōnis etatis ⁊ qualitatis quātū est ex parte coloris: in par te vero ista ex parte saporis. ¶ Queritur vtrū vinum cōpe- tat cholericis: videtᷣ ꝙ non: q꞉ dicit Ga. ꝙ oē simile augmē tat suum simile ⁊ facit ipꝫ furere. ⁊ loquitur in complex. de lapsa: sed cholericus lapsus est in caliditate ⁊ siccitate: ergo faciet eum furere: ⁊ hoc non cōpetit: igitur. Item dicit Ga. super apho. ꝙ sola complexio temperata gaudet similibus ⁊ distemperata dissimilibus: sed complexio cholerica est dis temperata: igitur. Item sicut dicit Gale. supra apho. Si- mile est de etate complexione regione ⁊ tēpore: sed in tem- pore frigido nō competit potus frigidus: ergo nec in cōple xione ca. potus calidus: igitur. In cōtrariū est ysaac innuēs vinū administrari cholericis. Itē sicut dicit Gal. in tegni. Natura oīm operatrix: sed natura cholericis appetit vinū ergo medicus dꝫ illud administrare cum sit minister nature Itē dicit Ga. ī tegni. ꝙ gen⁹ ꝯseruatiuū fit ꝑ similia: sꝫ vinū est cholericum ca. ⁊ siccū: ergo conseruat cholericos: igitur. ¶ Queritur vtrū vinū cōpetit pueris: videtur ꝙ non: q꞉ si cut dicit phus. xviij. de aīalibus: spasmus ex vino: vt plu- rimum hꝫ generari: sed in pueris multū timendū est de spas- mo: q꞉ cito ⁊ de facili eū incurrunt spasmū sicut dicit Auicē. igitur. Item dicit Auicen. ꝙ dare vinum pueris est addere ignem igni: sed addere ignē igni in conseruatione sa. nō cō- petit: igitur. Item vinū virtutē aīalem debilitat: naturalē vero confortat: sed in pueris virtus aīalis est debilis: igitᷣ ⁊ naturalis fortis. Item sicut dicit Aui. epilepsia est morbus pueroꝝ: qḋ ergo hmōi morbū pueris hꝫ generare non com petit: sed vt dicit Auicē. vinum epilepsiam gñat: igitur. In contrariū est ysaac dicens ꝙ vinū cōpetit oī etati. ¶ Que- ritur vtrum vinū cōpetat senibus: videtur ꝙ sic: dicit Aris. ꝙ senes sunt tristes ⁊ auari: ⁊ hoc est q꞉ sunt melancholici: vnde in eis abundat melancholia: nec in eis sanguis clarifi catur ⁊ depuratur: sed vinū leticiā generat ⁊ largitatē: igi- tur. Item dicit ysaac ꝙ vinū est caloris ⁊ spirituū regene- ratiuū: q꞉ cito in ea ꝯuertitur: sed senes calore indigent et spiritibus: sed hec habent ꝑ vinū: igitur. In contrariū est Ga. dicēs ꝙ vinū virtutē aīalem debilitat: sed in senib⁹ est virtus aīalis debilis: igitur. habent eñ capita debilia. Itē sꝫ sm̄ ysaac vinum in frigido stomacho acescit ⁊ acetū infrigi- dat: sed stomachus senū est frigidus: igitᷣ. ¶ Ad primū re spondetur ꝙ sic. Sed nota ꝙ vinū administratᷣ in corpore tē perato aut distēperato. si in tēperato sic competit vinū me- diocre: nec nimis forte nec nimis debile sicut vinū bonum odoriferū: vinosum: vnius anni aut duoꝝ annoꝝ. Si in lap so ⁊ distemperato corpore: hoc est dupl'r: aut lapsus est ad caliditatē: hoc est dupl'r: aut accidētaliter aut natural'r. Si primo mō sicut in febricitantibus: tūc non cōpetit vinū. Si scd̄o modo sic competit vinum debile aquosum nouū: aut vnius anni: qm̄ tale vinum: etsi sit calidū: est tñ frigidum respectu cōplexiōis cholerice: qm̄ cōplexio cholerica est ca. in scd̄o gradu: ⁊ sic. vinum vero pretactum in primo: ⁊ sic in debita quantitate sumptū non intendit suam caliditatem. Si vero sit lapsus ad frigidū: tunc cōpetit bonū vinum for te clarū: odoriferū: antiquum quattuor aut quinꝗ annoꝝ. Ad argumētū pmū dicēdū est ꝙ illud est verū de sili ī pūcto sꝫ nō de sili in latitudie forme remisso sicut ca. ī primo ⁊ cal. in scd̄o ꝯueniūt in forma: sꝫ nō in pūcto: q꞉ tale sile in pūcto bene facit suū sile furere. Vel dicēdū ꝙ simile in effectu be- ne facit furere: ⁊ ꝑ hoc soluitur scd̄m: q꞉ ꝙuis cholericus sit lapsus: tñ iuuatur ꝑ ca. in primo gradu. Ad aliud dicendum ꝙ non est simile: qm̄ cōplexio cōnaturalis est ei cuius est cō plexio: non sic vero tempus calidū: ⁊ qḋ alicui est cōnatura le nō tātū grauat naturam: ideo cōplexio temporis plus cō trariatur humane nature ꝙ̄ cōplexio cōnaturalis existens in eo. Ad aliud dubium responsio aliquoꝝ est ꝙ vinū anti- quum forte ca. ⁊ sic. in quarto gradu quattuor annoꝝ: aut qnꝗ non competit pueris: q꞉ tale spasmum ⁊ epilepsiam in ducit. Sed vinū aquosum debile ca. in primo gradu cōpe- tit: ⁊ tale non inducit hmōi morbos. Alij dicūt ꝙ etas pue- ritie duo continet septēnia: vnde dicunt ꝙ in primo septen- nio non cōpetit vinum: q꞉ vinum neruos ꝑcurit ⁊ ad eos pe netrat eos ibibendo: qs cū debiles ⁊ molles reperit: plus remollit ⁊ debilitat: qm̄ in eis remanet indigestū cū virtus in talibus neruis debilis sit: ⁊ sic in tali etate non competit prohibet eñ augmētationē: ⁊ corporis inducit desiccationē q꞉ ꝓpter tale vinū mēbra nō nutriuntur vt deberent: et sic loquūtur Aristo. ⁊ Auic. ꝙ in pueris inducit ⁊ spasmū ⁊ epi lepsiā. Sꝫ in scd̄o septēnio pōt cōpetere: q꞉ virtus animalis est tunc fortior: ⁊ naturalis potēs vinū digerere: ⁊ sic loqui tur ysaac. vñ cū dicit ꝙ cōpetit oī etati: ibi fit distributio ꝓ gñibus singuloꝝ siue ꝓ speciebus ⁊ nō ꝓ singulis generū. Ad aliud dicendū ꝙ in senibus duo sunt ꝯsideranda. s. vir- tus aīalis ⁊ naturalis: ⁊ q꞉ a vino resoluuntur fumi multi indigesti caput ascēdentes: ⁊ in naturā aqueā se ꝯuertentes multas passiones inducere potentes: sicut reumatismū scotomiā vertiginē litargiā epilepsiam: paralysim: ⁊ plu- res alios morbos: ⁊ sic habēdo aspectū ad virtutē aīalē nō competit. Sed ad virtutem naturalem ꝯsiderando q̄ est de bilis: ⁊ hec est q̄ dꝫ totum corpus regere: ⁊ indiget fortifica tione: q꞉ vinum eam fortificat: spiritum ⁊ calorem naturalē augmentat ⁊ reparat: quātū ad hanc dicunt vinū cōpetere. Sed ista solutio lꝫ verū ꝑtendat tñ nō instruit: q꞉ tūc nescie mus qd debeamus facere: q꞉ docet administrare ⁊ non ad- ministrare: ideo dicendū est simpl'r: ꝙ vinū cōpetit senibus qm̄ magis est necessariū vitā conseruare ꝙ̄ aīalem sanā te nere. Vnde dicendū ꝙ cōpetit: q꞉ virtutē naturalē cōfortat Et si arguatᷣ ꝙ nocet virtuti aīali sua euaporatione: dicēdū ꝙ remedia bene possunt ꝯtra suā euaporationē fieri: sicut si post vinū bibatur modicum de aqua: aut comedantur ne bule: que morantes supra stomachum: aut in ore stomachi nubes non ꝑmittunt fumū ascendere. Sed sic nō pñt virtu ti aīali fieri remedia ipa deficiente: ideo maius bonū fit in confortando virtutem naturalem ꝙ̄ fiat malum aīalem de- bilitando. Ad argumentum dicendum ꝙ si vinum assuma- tur in quantitate debita non acescit. ideo cauere debent se nes a nimia vini potatione. ¶ Queritur vtrum vinum cō- petat in paralysi: videtur ꝙ sic: sm̄ Ga. in tegni. omnis cura

fit p contrariũ: sed paralysis est morbus fri. ꝛ hu. q: de materia phlegmatica fit: vt dicit Auic. sed vinũ est ca. ꝛ sic. igitur. Item dicit Ga. in de simplici medicina: ꝙ q̃ cõpetunt extra emplastrata cõpetunt intra administrata: sed vinũ extra supra neruos applicatũ ipsos desiccat: ꝛ a materia humida curat: igitur ꝛ intra. In cõtrarium est Aui. ras. ꝛ oẽs alij: ꝛ precipue Auic. q̃ phibet vinum administrari in paralysi ante. xx. dies: sed post decet administrari. ¶ Queritur ideo quare cõpetit post. xx. dies ꝛ non ante. ¶ Querit̃ etiã quare vinũ exterius administratum neruos confortat: ꝛ interius debilitat. ¶ Queritur p quã viam vinũ reuocat a sincopi. ¶ Querit̃ quas egritudines vinũ habeat gñare. Et videtur ꝙ cholericas: q: sicut dicit haly simile ex simili gñatur: igitur. Item sm oẽs doctores ex rebus frigidis generãtur egritudines frigide: ꝛ ex ca. calide: sicut ex pipe allijs q̃ cũ vinuꝫ sit ca. generabit ca. egri. In 9triũ est ysaac ꝛ Aui. ꝛ oẽs alij. ¶ Ad primũ dubiũ ꝙ vinum non cõpetit nisi post xx. diẽ. q: tunc materia est fixa ꝛ non est plus in fluxu: lꝫ iaꝫ illa materia q̃ morbũ facit ꝛ dꝫ facere est iam fixa in mẽbro ꝛ permanens: ꝛ q: vinum ca. est confortat virtutẽ ꝛ mẽbrũ ꝛ potenti9 redditur in expellendo materiã. Itẽ vinuꝫ penetrat ad neruos lingue: ꝛ sic poros aperit rõne cuius virtus est potentior: expellere. Item rõne sue cõplexionis materiã consumit ꝛ diuidit. Sꝫ nota ꝙ cõpetit vinũ paucũ grossuꝫ ꝛ aromaticũ. Grossum vero vt p sui grossicie in mẽbris possit imorari: ꝛ suũ effectũ inducere: q: si esset subtile stati penetraret ꝛ non tantũ ageret. ꝛ dꝫ esse paucũ: q: supra multũ non esset virtus potẽs illud debite regere: ꝛ ppter sui multitudinem membrum plus remolliret: ꝛ sic morbũ augmẽtaret. ꝛ debet esse aromaticum vt virtutem naturalem melius confortet. Sed in principio paralysis non competit: q: ratione sue apertionis faceret humores magis ad neruos lingue fluere: ꝛ sic morbũ augmentaret. ꝛ adhuc faceret ꝙ materia fluxa ad membra ibi plus imbiberetur: ideo nõ cõpetit añ. xx. diẽ: cum materia etiam sit adhuc in fluxu. Ad primum dicendũ ꝙ cura fit p contrariuꝫ. ꝛ loqmur principaliter de contrario in effectu: lꝫ fiat in forma quandoqꝫ: ꝛ q: vinum non est in principio morbi contrariũ in effectu lꝫ sit in forma: igitur non competit. Ad aliud argumentũ d: ꝙ illud est verũ: si operatio exterior: et interior fit vniformis: sed vinum exterius desiccat ꝛ non 9uertitur in substantiam: interius vero agit per cõplexionem ꝛ substantiam: q̃ quãdoqꝫ in phlegma conuertitur. Ad aliud dicendũ ꝙ cerebrum est ditissimum in virtute aĩali ꝛ pauprimũ in naturali siue debilissimum: vnde natura sagax sm ꝙ attribuit aliquid vni membro debilitat aliquid in alio: sicut habẽtes bonas alas aues non habent pedes bonos aut econuerso. Ideo virtus naturalis cerebri debilis est non potens expellere fumos vini nociuos ad aliud membrum: faciendo tñ quod põt expellit ad neruos colligatos cum cerebro q̃ sunt organũ virtutis aĩalis sensitiue ꝛ motiue: ꝛ sic nerui ppter illud debilitantur: ꝛ p istam viam virtutem aĩalem debilitat. Sed naturalem confortat: q: virtus naturalis operatur p calorem naturalem ꝛ spiritum: ꝛ q: vinum addit in ista duo debito modo datum virtutem naturalem confortat q: subtilis est substãtie: ideo cito digeritur ꝛ conuertitur in spiritum ꝛ calorem. Et per hoc patet solutio ad aliud dubium de sincopi que fit ex retractione spirituum: ꝛ caloris naturalis a membris remotis a corde ad cor: que membra remota: q: sunt depauperata spiritibus: ideo fit sincopis: sed q: vinum cito conuertitur in spiritus ꝛ calorem naturalem: ideo cito recreantur spiritus: ꝛ p membra mandantur: igitur fit releuatio a sincopi. Ad aliud dicendum ꝙ vt plurimum generat egritudines phlegmaticas sm omnes doctores: ꝛ hoc q: vinum multum allicit gustum: ꝛ propter gustum in magna quantitate attrahitur ꝛ assumitur: quod in multa quantitate receptum non potest digeri: ideo remanens indigestuꝫ in chimos crudos conuertitur ꝛ phlegmaticos: vnde quantũ est de natura sua ꝛ complexione haberet ca. egritudines generare. ¶ Queritur cuius complexionis sit vinum: videt̃ ꝙ frigide: q: dicit Ga. que cito in ignem conuertuntur ꝛ ignẽ inflammãt ca. sunt: sed vinum ignem extinguit: igitur est frigi. Item dicit Arist. in scđo de anima. ꝙ esuries est appetitus ca. ꝛ sicci: sitis aũt fri. ꝛ hu. sed sitis est respectu vini: et vinum est eius obiectum: ergo vinũ est fri. ꝛ hu. Item simile ex simili gñatur: sed ex vino generantur egritudies frigide: igitur est fri. Item Aristo. quarto metheoro. que coagulãtur a frigido dissoluuntur a calido ꝛ econtra: sed aque species coagulantur a frigido: ꝛ vinum a frigido coagulat̃ ergo est aqua vel aque species: lꝫ si sic est fri. ꝛ hu. igit̃. In contrarium est ysaac ꝛ omnes auctores ponentes vinũ ca. ꝛ sic. Item dicit Gal. in de simplici medicina. ꝙ aqua facillime attrahitur ad naturam cuiuslibet sibi admixti: sed in vino administrantur partes aquose cum vinosis: que vinose sunt ca. ꝛ aquose frigide: lꝫ caliditas est fortior actiua: ergo trahet aliam ad sui naturam: ꝛ sic vinose trahunt aquosas ad earum naturam: igitur. Item Aristot. in topicis dicit ꝙ vinum est aqua putrefacta in vite: ꝛ hoc sub auctoritate empedoclis: sed dicit Arist. quarto metheoro. ꝙ putrefactio fit a calido: ergo vinum fit a calido: igitur ꝛc. ¶ Queritur vtrum vinum album sit cali. Et videtur ꝙ sit frigiduꝫ dicit ysaac ꝙ vinum album est insipidum: sed sapor insipidus frigiditati attestatur: ergo vinum albũ est frigi. Item dicit Constantinus ꝙ vinum album in suis operationibus est fri. sed dicit Ga. ꝙ vnũquodqꝫ dicit̃ tale vel tale ab operatione quã habet inducere: igitur. In contrariũ est ysaac ꝛ alij doctores. Ad primum dicitur ꝙ vinum est ca. ꝛ sic. primo a pte sue originis: q: vitis ex qua oritur vinũ est ca. ꝛ sic. ex parte cõplexionis fluentis: q: lꝫ sit frigida ex parte cõplexionis radicalis: sed q: non fit vini generatio nisi a complexione fluente pro maiori parte: igitur. Et ꝙ vitis sit cali. et sic. patet: q: fortissime est attractiue: ꝛ hoc patet q: fructũ multum affert: attractio vero fit per ca. ꝛ sic. igitur. Secũda causa est ex parte aeris continentis humiditatem eius accidentalem: ꝛ partes aquosas consumentem ꝛ vinosas relinquentem: ꝛ eas acuẽtem ꝛ fortificãtem propter partiuꝫ aquarum consumptionem. Ad argumentum dicendum ꝙ vinum extinguit ignem per aspectum ꝛ a tota specie: ꝛ non p ca. ꝛ sic. Aut dic ꝙ sua actuali frigiditate cum extinguit. Ad aliud verũ fri. ꝛ hu. actu cuiusmodi est vinũ: iõ nõ valet: q: ponitur ca. ꝛ sic. essentialiter. Uel dicenduꝫ ꝙ appetitur ratione sue compositiõis siue substantie: que proprietateꝫ habet sitim extinguendi seu sedandi. ꝛ non ratione sue cõplexionis ca. ꝛ sic. Ad aliud dicendum ꝙ effectiue ꝛ ratione sue quantitatis hoc facit: ꝛ non ratione complexionis. Ad aliud dicendum ꝙ vinum debile aquosum coagulatur a frigido: q: in tali plures sunt partes aquose q̃ vinose: sed ratiõe tñ vinosarum partium non fit coagulatio: ꝛ sic totum d: calidum remissuꝫ. Ad aliud de vino albo dico ꝙ est ca. Ad argumentum dicendũ est ꝙ intelligit ysaac de vino debili aquoso: q: tale est insipidum. Ad argumentum Constantini dico ꝙ intelligit respectu vini rubei ꝛ non simpliciter: ꝛ sic dicit verum.

¶ De vino rubeo.

Vinum vero rubeum necesse est dulcẽ vel ponticum habere saporem: ꝛ liquoreꝫ inter grossum ꝛ subtilem mediocrem: odor enim eius sit inter odoriferum ꝛ grauem virtusqꝫ eius fortiuicina est vino: proinde mediocre est inter leuitatem rufi ꝛ grossitatem nigri: hac de cã ad nutriendum ceteris est temperatius: ꝛ mutatur in sanguinem facilius propter similitudinem quam hꝫ cũ eo in liquore: colore ꝛ sapore. Post hoc nigrũ dulcem habens saporẽ etiã conuertitur in sanguinẽ lꝫ tñ sanguis quẽ gñat turbidus est et grossus melãcholico ptinẽs humori: preterea 9uertit̃ i sanguineꝫ vinũ rubeũ subtile ꝛ clarũ: q: ppter sui liquoris subtilitatem: necesse est vt moretur ad coquenduꝫ: vt ingrossescat ꝛ in sanguinẽ mutetur: sed tamen sanguis ex eo generatus subtilior est ꝛ leuior: atqꝫ laudabi-

lio:vii Ga. Uinū inquit lucens clar̄ & rubeū medio cre est inter roseū & subtile: & nigrum grossum & dulce: ppter hoc non adeo grossos generat humores sicut nigrū: nec subtilat eos vt albū: quod cum fuerit forte & odoriferum: necesse est fumus eius sit subtilis citoq; ad caput ascendens: Caueant ergo illud quorum capita vel corpora sunt debilia. ¶ Dulce vero & rubeū multū iuuat infirma diu hn̄tes pectora & pulmonem: maxime quos necesse est mundificari cū sputis: & quibus sputū est durū & viscosum: hmōi enim sputū necesse est primo expelli cū re mediocriter calefaciēte: deīde humectatiua: postea subtiliatiua & mūdificatiua: ne humores duri & viscosi repugnādo virtuti nō obediant expulsiue: sed potius generēt grossam & durā tussim: & p eā venarū pectoris fiat crepatura: pinde si cum vino dulci & rubeo res fuerit mixta pectoris purgatiua: perfecta & optima medicina erit eidē passioni. ¶ Uinum vero roseum de vuis rubeis: & palmeum de citrinis: & hmōi sunt mediocria inter citrinū & glaucū: subtile & album: idcirco ad cōparationē eorū sunt nutribiliora & in sanguinem cōuertibiliora. Roseū tn̄ facilius palmeo in sanguinē mutatur: ppter suū calorem sanguini vicinantē: que q: nunq; inueniri possunt: nisi clara in colore & odorifera in odore: necessario caput leuiter petūt: cerebro tn̄ & suis pelliculis non sunt nocētia ppter eorū leuitatem: quare facile quis ex eis inebriatur: & leuissime exinde curatur. ¶ Uinū aūt aureū & rufum: q: mediocris sunt tēporis tēperata sunt: in scdo gradu calida: cū aūt sunt vetusta dn̄atur eis in tertio gra. calor. Suntq; eorū sapores acuti: & liquores clari & subtiles aromaticū hn̄tes odorē: citoq; caput petūt & implēt cerebrū de calido & pūgitiuo fumo: pellicul' etiā cerebri oībusq; neruis nocent; ideo si hmōi vina dētur eis qui naturaliter vel accidētaliter sunt choleri ci: aut tristibus vel laborantibus vel ieiunātib⁹: nō modicū inferunt nocumentū: q: corpora eorū calefaciūt: & ad febrem ea cōmouent: dolorē capitis gn̄ant ppter nocumentum: qd̄ cerebro neruisq; faciunt: maxime si estiuum fuerit tempus: regioq; calida. Sz tn̄ non debemus arbitrari vt nocumentū faciāt ex mali sanguinis generatione: sed ppter calorez: q: calefaciunt & desiccant eorū corpora q̄ necesse est infrigidari & humectari. Aliqn̄ tn̄ hec vina dolorez capitis de grossis humoribus in stomacho placant: q: dissoluūt & attenuant & expellunt humores qui sunt cā doloris. Propter hoc si donentur humidas habentibus cōplexiones naturaliter siue accidentaliter: vel q̄ delectationem & requiem amauerint: siue eis data fuerint: quorū corpora multitudine grossorū humorum sunt accumulata: tempus etiam sit hyemale: regioq; frigida: iuuamentum optimum erit: q: humores inaniunt: venas & vasa corporis ab omni mūdificāt putredine cum vrina & sudore. Ga. bonum est inq̄t venas plenas habentibus grossorum humorū calori ptinentium dari vinum subtile & album: aut subalbidum vel roseum: aut palmeum mediocre tempus habentia: verūtamen si humores sunt grossi & frigidi: bonum est vinum citrinum & rufum: que sunt mediocris temporis: necnon roseum & palmeum cum sunt vetusta.

¶ De vino temperate sumpto.

Uinum vniuersalr̄ tēperate bibitum fm̄ etatem: tempus: regionem: cōsuetudinē atq; naturā: & quantū natura ferre valebit: sanguinem laudabilem augmentabit propter sui naturam: liquorem & colorem sanguini similātem bonum saporem cibis & potibus prestat: cibiq; desiderium excitat: libidinem & coitum irritat: q: vitalis & animalis virtus per illud confortatur: & naturalis que est in toto corpore: temperat vigorem: & fortitudinem suscipit: stomachum adiuuat ad cibū appetēdum: retinendum: ad digerendū: & ad feces expellendas: cōpositiones etiam cōplexionum aīe & corporis cum sui odore & mundificatione regit & corroborat: qd̄ testatur eius actio: que palā videtur: nam cōspicimus illud tollere tristiciam anime: puocare leticiā & mutat vitium nature aīe in virtutem: vertit eīn eā ab impietate ad pietatem: ab auaricia in largitatem a superbia in humilitatem: a pigricia in solicitudinē de timore in audaciam: mentis etiam desidiam & taciturnitatem & ignauiam in astutiam facundiā & ingenium. Rufus testatur persas & helenos semp vino vti volentes disputare: vel cū alio ratiocinari: seu consilium dare ad regendam rēpublicam: & cognoscebant q: vinum est mentis confortatiuum: & rectitudinis & veritatis demonstratiuum: Heleni tamen eo vtebantur cum volebant versus cōponere: seu ludere cum instrumentis musice arti pertinentibus: q experimento inueniebant mentē eorū acui vino: & rōnem augmentari: eam etiā de potestate in actum puehi: hoc vero fit cum prout oportet: bibitur. Sed si vsq; ad ebrietatem bibitum fuerit: generabit predictis cōtraria: q: ebrietas rationalis aīe lumen extinguit: & bestialem & irrationabilem vim confortat. vn̄ pmanet corpus velut nauis stās i mari absq; gubernatoribus: & militia indigens ductore: ppter hoc fauet rei nō annuende: & laudat qd̄ illaudanduz est: immo qd̄ diximus sapientibus facit. Sed stultis & malignis cū ebrietas generatur: in primordio facit eos multa & irrationabilia loqui cuz furore: ira: atq; supbia: & mouet eos de loco ad locum: & tandē incidunt in adulteria: furta: homicidia: & cetera vitia. Ideoq; volentes familiā custodire: oportet vt se a vino custodiant: nisi fm̄ q expedit eorū nature. Sed tamē valet fm̄ medicinam: Est enim competens oībus sana habentibus corpora: sanitatem eniz custodit. De eo tamen vino dicimus qd̄ de vite est: & qd̄ mediocris tēporis est. i. a duobus annis vsq; ad quattuor: cuius color inter rubeum & citrinum mediocris est: odorq; aromaticus. ¶ Post hoc vinum coctum est bonuz calidi⁹ tn̄ & grossi⁹: multūq; nutriēs & difficile ad penetradū: tarde facit ebrietatē: q̄ si fuerit diu durabit

¶ De vino de sapa.

Sapa grossior ē & durior in stomacho inflatiua: q̄ si digeratur multū dat nutrimētuz & est congrua patientib⁹ in pectore & pulmone: & vulneratis in renibus: & vesica

est enim mundificatiua ⁊ consolidatiua. ¶ Sunt ⁊
alij potus non de vitibus: sicut de melle ⁊ vuis pas-
sis: vel ficubus: dactylis ⁊ sibibus. Uinuȝ de melle in
flatiuum est: ventositatis generatiuum: epatis ⁊ etiā
splenis oppilatiuum. Uinum de vuis passis cōfortat
stomachum sua ponticitate. Uinū de ficubus inflat:
ventrem dissoluit: et malos humores generat phle-
gmatico humori pertinentes. Uinuȝ de dactylis me
lancholicos creat humores: mentē ꝑcutit: dure dige
ritur: oppilat spleneȝ ⁊ epar. Uina de frumento ⁊ or
deo sunt inacceptabilia ⁊ īdigestibilia: malos humo
res ⁊ fumos generantia: constipant epar ⁊ splenem
⁊ lapidem in renibus creant.

¶ Finitur tertius.

¶ Superius auctor determinauit de virtute vini a pte co-
loris albi ⁊ nigri qui sunt colores extremi. In ista parte de-
terminat de virtute vini ex parte medioꝝ coloꝝ. Et primo
determinat de vino rubeo: deinde de roseo: ibi. Uinuȝ vero
roseū. ¶ Queritur qđ vinum sit calidius aut album aut ru-
beū. Uidetur ꝙ albuȝ: albedo attestatur fortiori ⁊ vlteriori
digestioni: sed quod magis digestuȝ est calidius est: igitur.
Nam digestio scđa ꝓcedit rubificādo: ⁊ tertia dealbando.
In contrariū est ysaac ⁊ oēs auctores. ¶ Queritur qđ vi-
nuȝ sit calidius: aut nouū: aut antiquū: videtur ꝙ antiquū
sit frigidius: q: tractu tpis fit acetosum: sed acetū est frigi.
igitur. Item oē viuens est frigidius in vltimis etatibus ꝙ̄
primis: igitur ⁊ vinū silr. Ad primū dico ꝙ rubeū est calidi⁹
Ad argumentum dico ꝙ duplex est albedo: q̄dam q̄ genera
tur ꝑ caloreȝ vlteriorē scȝ vltimatum: ⁊ talis attestatur calo
ri fortiori. Est alia albedo proueniens ex parte materie: ex
qua res est: ⁊ sic albedo est in chilo ⁊ in vino albo. Ad aliud
dicēdū ꝙ vinum posset ad tantā etatem ꝑuenire ꝙ tota vir
tus eius exhalaret. sed vinum etatis. vij. annoꝝ melius est
⁊ fortius nouo. Et cuȝ obijcis de aceto: dicēdū ꝙ est ꝓpter
excellentiam sue caliditatis: ⁊ nō ꝑ naturam frigiditatis vt
obijcis. Naȝ sicut aīal vsqȝ ad mediū iuuentutis acuitur in
caliditate: sic ⁊ vinum aquosarū partiū consumptione: sed
tñ ad tantā etatem scȝ vltra . viij . aūt plures annos posset
deuenire: ꝙ exhalaretur calor ei⁹ sicut in senib⁹ fit. ¶ Que-
ritur qđ est dulcius ⁊ qđ est grossius: aut vinum albuȝ: aut
rubeum. Et vtrū vinū album ꝓuocet vrinam. Uidetur ꝙ
alba sunt dulciora: qm̄ vina noua in sui nouitate manentia
sunt dulciora ꝙ̄ antiquata: sed in sui nouitate sunt alba re-
spectu suijpsius in alio tēpore: igitur. Item ꝺm Aristo. dige
stio ꝓcedit dulcorando: sed alba sunt magis digesta: q: al-
bedo attestatur maiori digestioni: igitur. In contrariuȝ est
auctor iste ponens vinū rubeū dulcius. Item sapor dulcis
cum sit ca. ⁊ hu. fundatur in substantia grossa: sed vinum ru
beum est grossioris substantie ꝙ̄ album: igitur. ¶ Queriť
igitur qđ est grossius vel album vel rubeum. Et videť ꝙ al
bum: q: generatur a frigido respectu rubei: sȝ fri. est ingros
sare ⁊ restringere: igitur album est rubeo grossius. Itē rei
subtilis est magis penetrare: sed vina rubea sunt penetra-
biliora: ergo subtiliora. ¶ Ad primū dubium dico ꝙ vina ru
bea sunt dulciora: q: oīa vina sunt ex ptibus aquosis ⁊ vino
sis cōposita: ⁊ q: in vino albo ꝓ pluribus partibus dn̄atur
aquositas respectu partiū vinosaruȝ: in rubeo ecōuerso: aq̄
aūt est insipida: ergo vinum albū cū sit magis aquosum mi
nus est dulce: q: partes vinose sunt dulces q̄ plus abūdant
in vino rubeo. Ad argumentū dicendū ꝙ ista ꝯparatio fit in
eadē specie: ⁊ dȝ fieri in diuersis speciebus: q: aliter est de
vinis diuersis in specie sicut de albo ⁊ rubeo: ⁊ obijcitur de
eodeȝ vino respectu suiīpsi⁹ in diuersis etatibus. Ad aliud
ꝙ albedo attestať digestiōi. dicēdū ꝙ albedo data ab agēte
qñqȝ dať a calido: qñqȝ a frigido. si a calido dulcior est ⁊ ma
gis: si a frigido non est vinum. Alio modo datur a materia.
Si aūt data fuerit a materia nō attestatur maiori digestiōi
⁊ q: sic dať vino albo scȝ a frigido: igiť. Ad aliud dubiū dr̄ ꝙ
rubeum est grossius: q: plus hȝ de cōmixtione partium vi-
nosarū: quarū est ingrossare ꝙ̄ aquosarū: ⁊ etiaȝ plus ⁊ me
lius sunt digesta. Ad argumentum dr̄ ꝙ grossicies ⁊ subtili
tas: vno modo sumuntur ꝺm ꝙ causantur a calido vel frigi
do ⁊ sic alba grossiora. Alio modo ꝓut resultant a cōmixtio
ne: ⁊ hoc modo vina alba sunt subtiliora: ⁊ sic loquitur au-
ctor. Ad aliud dicendū ꝙ subtile est duplex: vno mō in actio
ne: ⁊ sic vinum ru. Alio mō in substantia ⁊ passione: ⁊ sic ru
beum est grossioris substantie. ¶ Queritur vtrū vina dul-
cia deoppilant: videť ꝙ non: q: dulcedo fundatur in grossa
substantia: ⁊ oē dulce oppilat: ratione etiā cite attractionis
igitur. Iteȝ dicit iste auctor ꝙ deoppilant membra spūalia
⁊ oppilant nutritiua: ergo est ꝯtradictio. Item dicit auctor
ꝙ vinum album non est cū substātia grossa: alibi dicit ꝙ est
reperibile vinū album grossum: ⁊ sic est sibi ꝯtrarius. Ad p̄
mum dicendum ꝙ vina dulcia sunt spūalium mēbroꝝ deop
pilatiua ⁊ oppilatiua nutritiuoꝝ: q: hmōi vina sunt dulcia
in magna quantitate attrahuntur a membris nutritiuis: q̄
habent venas in principio amplas ⁊ in fine strictas: ideo cū
sint grosse substantie hmōi vina nō possunt exire: ⁊ sic oppi
lant. Item ad membra nutritiua veniunt anteꝙ̄ alterātur
multū: sed totū ecōuerso est de membris spiritualib⁹: ideo
⁊c. Ad illud dicēdum ꝙ duplex est albedo. vna peruia ⁊ cla-
ra interminata: ⁊ talis est in vino albo ⁊ non fundať in gros
sa substantia: ⁊ de tali loquitur hic auctor. Alia est non ꝑuia
⁊ terminata: ⁊ talis pōt eē in grossa substantia: ⁊ de tali ali
bi loquitur auctor. ¶ Queritur vtrum vinum albuȝ aquo
sum habeat vrinam prouocare ꝓut dicit auctor: videť ꝙ nō
q: ꝺm Ga. calida ꝓuocant vrinam: sed vina aquosa sunt fri
gida: igitur. Iteȝ ꝓuocantia vrinam habent vias vrinales
penetrare: sed vinum album est nō potens penetrare: q: est
obtuse substantie cum sit aquosum: igitur. ¶ Queritur vl
terius in qua regiōe citius corrumpunť vina: videtur ꝙ in
calida regione. ꝺm Ga. silr est de etate: tempore ⁊ comple
xione: sed vinum citius corrumpitur in tpe ca. igitur silr et
in regione ca. Itē ꝺm Arist. senium citius accidit hoībus in
ca. regione ꝙ̄ frigida: ⁊ sic mors: q: seniū est mors: ⁊ sic citi⁹
veniunt ad corruptionē. Contrariū ptȝ ad sensum: q: in re-
gione ca. de difficili acescunt: ⁊ sic non corrumpunť. Itē vi-
na debilia vbi sunt cito corrumpuntur: fortia vero non: sȝ in
regione calida sunt fortia vina: igitur. Ad primum dicť ꝙ
vina aquosa ꝓuocant vrinam: q: abundant in partibus aq-
sis: aqua autē non nutrit: ideo ille partes aquose omnes ce-
dunt in superfluitatem que est vrina: econuerso est de vino
vinoso qđ cedit in nutrimentū: ideo paucū in superfluitatē
conuertitur: vnde vinū aquosum non ꝓuocat vrinam rōne
sue cōplexionis: sed substātie sue multe. Ad aliud dr̄ ꝙ sine
dubio si vinum debile esset in calida regione: citius corrum
peretur ꝙ̄ in frigida: vnde vinū forte rōne cōplexionis pro
prie non cito corrūpitur: tñ rōne calide cōplexiōis regiōis
bñ citius corrumperetur. ¶ Queritur vtrum vinum per-
cutiat mentem vt dicit auctor: videtur ꝙ non: q: curat lesio
nem mentis: vt pȝ in amore hereos: igitur. Oppositū dicūt
auctores. Dicēduȝ ꝙ percutit mētem: q: est maxime euapo
rabile ad caput ⁊ turbat cerebrum: ⁊ sic inducit lesionem ⁊
virtutem ledit. Sed nota ꝙ virtus debilis est duplr. Uno
modo ꝓpter debilitatem sui membri. ⁊ hanc debilitatē au-
gmentat vinum. Alio mō est percussio ex defectu spirituū ⁊
eoꝝ debilitate: ⁊ sic vinum curat: q: spiritus recreat: cōfor-
tat ⁊ reformat. Ad aliud dicendum ꝙ nō curat simplr men-
tis lesioneȝ: sed curat hoc modo: scȝ q: facit in alio membro
maiorem lesionem: ⁊ tunc non sentitur minor dolor: q: ma
ior denigrat minorē dolorē ꝺm hipp. Ad contrarietatē Aui
cē. qui dicit ꝙ cōpetit: ⁊ ysaac q̄ dicit ꝙ non: dicēdū ꝙ ysaac
intelligit de vini administratione in pauca quantitate: ⁊ sic
non competit vinum: ⁊ Aui. loquitur in magna quantitate
⁊ sic nō est contrarietas. ¶ Queritur quare vinum plus no
cet lingue ꝙ̄ ceteris membris. Respōdeo q: lingua ꝯgruit
gustui ⁊ loquele. In gustu scȝ ꝑ humidū rōne humiditatis
in radice lingue existentis: In loquela vero ꝑ sui motum:
⁊ q: ad motum eius facit neruus qui cuȝ est remollitus nō
est motui ꝯueniens nec obediens debito modo: ad quā re-
mollitionem facit potus vini: igitur. ¶ Queritur qđ hȝ vitā

magis plongare τ conseruare: aut vinum aut aqua: videt ꝙ vinum nõ prolonget: q: abbreuiatio vite consistit in resolutione humidi naturalis a calore facta: sed vinum addit in hmõi resolutionem cum sit virtutis consumptiue: τ augmẽtat calorem resoluentem hu. radicale: qđ est pabulum eius igitur abbreuiat vitam. Itẽ illud qđ neruos peutit τ egritudines malas: vt epilepsiã τ paralysim inducit: est abbreuiãs vitam: vinum est hmõi: sicut dicit Ras. igitur. Item aqua plus retardat consumptionẽ humidi radicalis ꝙ vinum: ergo magis conseruat vitam: nam aqua est hmõi respectu vini: vt dicit Ras. igitur. Ad oppositum: prolongatio vite cõsistit in confortatione caloris naturalis quãtitatiue qualitatiue τ vtroqꝫ modo: sed vinũ vtroqꝫ modo calorem naturalem confortat: vt vult ysaac Ga. τ alij doctores: τ hoc non facit aq: igit. Scđo qđ facilꝰ in sanguinẽ τ calorẽ naturalẽ conuertitur: τ magis augmentat vtrũqꝫ prolongat vitã: ꝙ quod non est hmõi: sed vinũ illud facit τ non aqua: igitur Itẽ omne illud qđ suscitat hoĩem a morte subita temporali magis conseruat vitã τ plongat: ꝙ qđ non est hmõi: sed vinum est hmõi: vt pꝫ in sincopi que est quedã mors: igitur Quarto mors acceleratur dupliciter. Uno modo per ↄsumptionem humidi radicalis τ caloris naturalis extinctionem Scđo modo ꝑpter multitudinem superfluitatum aggregatarum calorem naturalem suffocantium: τ prima mors est naturalis: scđa vero accidẽtalis: sed illud qđ superfluitates nociuas consumit τ expellit a corpore: τ calorem naturalẽ conseruat τ augmentat: magis plongat vitam ꝙ qđ nõ est huiusmodi: sed vinum est hmõi sm Ras. igitur magis ꝙ aqua prolongat. Item p Rasim vinum retardat senectutem que est via in mortem: quod non fit per aquam: igitur Item sm Rasim. vinum confortat interiora membra que sunt radix conseruationis: eo ꝙ in ipsis consistit τ fundatur vita: ergo vinum prolongat vitam magis ꝙ aqua τc. quod concedimus: q: sanitatem conseruat τ humiditates: τ virtutes: τ fortitudinem corporis augmentat si moderate sumatur. Ad primum argumentum in contrarium: dicendum ꝙ mors vel abbreuiatio vite accidit in comparatione ad calorem naturalem dupliciter. Primo ꝑpter consumptionẽ humiditatis substantialis. Scđo propter extinctionem caloris naturalis: sed vinum semper augmentat: τ addit ĩ quãtitate hmõi substantialis humiditatis: τ qualitate caloris naturalis: per que cõseruatur τ prolongatur vita. Aqua vero extinguit calorem naturalem τ virtutes corporis τ operationes defectat: τ ideo per vinum vita conseruatur τ prolongatur in sanis: per aquam vero abbreuiatur τ destruit. Ad secundum dico ꝙ vinum dupliciter consideratur. Uno modo a parte sue virtutis: τ sic conseruat calorem naturalẽ τ fortitudinem virtutis corporis: τ vitam prolongat. Alio modo consideratur a parte modi exhibitionis. τ hoc dupliciter: vel quia non datur in quantitate debita: τ in horis competentibus et sic de alijs conditionibus: τ hoc modo inducit egritudines molestas vt obiectum est. Uel potest dari moderate τ competenter: τ tunc vitam plongat τ cõseruat. Ad tertium dicendũ ꝙ aliquid conseruat humiditatẽ substantialem dupliciter. Uno modo ꝑpter sui conuersionẽ in sanguinem τ calorem naturalem: τ sic vinum conseruat humiditatem substantialem que est fundamentũ vite. Alio modo q: membra irrorat τ humectat: τ caloris excessum reprimit: non tamen conuertitur in naturam sanguinis τ caloris naturalis: τ sic aqua sm Rasim conseruat humiditatem substantialem: ne consumatur a calore excedente tẽperamentum: τ sic obijcit.

¶ Finiuntur diete particulares ysaac cum commentarijs doctissimi viri Petri hispani.

¶ Sequitur liber vrinarum eiusdem: cum non modice frugis doctissimi viri Petri hispani commentarijs.

In latinis quidẽ libris nullũ auctorẽ inueni: q de vrinis certã τ autẽticam cognitionẽ dederit. Cũ ad arabicã linguã me diuerti: in qua quedã librũ in hmõi noticia admirãdũ repperi: quẽ ego Constantinus aphricanus mõtis cassinẽsis monachus: latine lĩgue ad trãsferendũ dare destinaui: vt de labore aĩe pmiũ adipiscerer: τ introducẽdis ad cognoscẽdũ vrinã ampliarem iter. ¶ Liber iste de antiquis collectꝰ τ excerptus est auctoribus: p quẽ cognoscẽde vrine patent aditus: τ etiã diuisiões ipsiꝰ τ significationes. Fecit aũt eũ filius adoptiuus salomonis: ysaac in arabica lingua: τ eũ diuisit in decẽ pticulas. Prima est de vrine essentia. Scđa quare vrina noctis aptiorem hꝫ significationẽ ꝙ diei. Tertia que quos morbos significat vrina. Quarta de iuuamento eius: τ nocumento. Quinta de ipsius diuersitate in liquore τ colore. Sexta: de liquore vrine. Septia: qualis vrina cũ subtilitate τ claritate ↄueniat: τ qualis cũ turbiditate τ grossitudie. Octaua: de vrine hypostasi ac sua diuisiõe atqꝫ significatione. Nona: que vrina cũ quali hypostasi cõueniat. Decima de vnaquaqꝫ vrina: τ de hypostasi quid significet.

Sicut dicit Gale. in lib. interiorum particula. v. dicimꝰ cor eẽ fundamẽtũ: τ qsi fontẽ naturalis caloris: tñ triplex ẽ pncipiũ a q̃ egrediunt tres vtutes corpoꝝ regitiue. Unaqꝫ em̃ actio ppa hꝫ mẽbra qbꝰ ipa pficit: pinde actiõe ipedimẽtũ qđlibꝫ hñte: necessario mẽbrũ cuiꝰ est infirmat: sicut dicit Ga. in prima pticula interioꝝ. Cor em̃ vitalis caloris est fundamẽtũ: cerebrũ a quo sensus τ motꝰ oriunt: epar qꝫ nutritiue vtutis est pncipiũ: sicut dicit Ga. in. v. interioꝝ. Sꝫ mors semp imitat cõplexionẽ cordis. nã eo patiẽte oĩa cõpatiunt mẽbra: vñ mẽbra corpis actionẽ suã faciũt ꝑpter moderatã ppriã cordis cõplexionẽ: ideoqꝫ actionẽ cerebri ablato suo moderamine: palã est auferri. idẽ τ de epate intelligimꝰ. Uez actionẽ cordis nõ necesse est auferri ablatis hoꝝ tẽperamẽtis: sicut ↄtingit aĩalibꝰ hyemis tpibus in foraminibꝰ accũbẽtibus: cũ sensus τ motꝰ actuali nõ inueniant in eis: cibum etiã nõ accipiẽtibus: nõ necesse est mori quousqꝫ cor patiat cuiqꝫ tẽperamẽtũ cõplexiõis cordis corrũpit: necessario perit aĩal. Et cũ ista mẽbra sint interiora: coꝝ cognitio est p intellectũ τ nõ p sensum. vñ dicit Ga. in lib. interioꝝ. Intẽtio nostra in hoc lib. est agere de passionibus mẽbroꝝ q̃ cognoscuntur intellectu τ nõ sensu. τ haly in cõmẽto supra tegni: vbi dicit illud met verbum. Medicinalis sciã sensum nõ trãscendit: mouet q̃stionẽ: sit medicinalis scia de mẽbris interioribus q̃ sensu apphẽdi nõ pñt: sꝫ solo intellectu. Et rñsio sua est ꝙ lꝫ mẽbra interiora nõ sint sensibilia: sua tñ signa sensibilia sunt. τ simılr lesiones. Sed in cognitionẽ cordis deuenimꝰ p pulsum: vñ dicit Aui. Pulsus est motꝰ receptaculoꝝ spũs ex diastole τ sistole cõpositꝰ ad regẽdũ spm̃ p aera attractũ. Receptacula eĩ spũs sunt cor: τ arterie sicut habetis ab haly in cõmẽto supra tegni: vbi dicit ꝙ in corde generant due subẽ. Una aerea calida τ humida. s. calor naturalis: alia ignea calida τ sicca subtilis sicut spiritꝰ: τ a corde p arterias delegant spũs ad oĩa mẽbra corporis viuificãda: spũs em̃ τ calor currũt cũ sanguine p arterias ad alia mẽbra corporis: sicut vult Aui. τ alij auctores. ysaac vo dicit in lib. de elemẽtis. Per vitã meã iuro ꝙ p aliã viã currit sanguis in arteria τ spũs: τ in hoc ↄdicit ysaac alijs auctoribꝰ. τ philaretus in lib. pulsuũ. Pulsus est motꝰ cordis τ arteriaꝝ: qui sm sistolẽ τ diastolẽ fit ad infrigidationẽ innati caloris τ egestionẽ vel eiectionẽ fumosaꝝ supfluitatũ. In cognitionẽ aũt cerebri deuenimꝰ p magnitudinẽ capitis τ figurã τ capilloꝝ colorẽ. Sicut dicit Ga. ĩ tegni: Paruũ em̃ caput

ꝓue diſpōnis cerebꝛi eſt ſignū. In cognitionē vō epatis ⁊ mēbꝛoꝝ ſcōe digeſtiue deuenimꝰ ꝑ vꝛinā. ſupfluitas ei ſcōe digeſtiue eſt vꝛina: ſicut ſupfluitas pme eſt egeſtio: ⁊ ſicut tertie: ſudoꝛ ⁊ hypoſtaſis. Uñ dicit Aui. in pꝛimo: ꝙ vꝛina atteſtaꝛ pꝛincipl'r paſſionibꝰ epatis ⁊ venarū: ⁊ per ꝯñs paſſionibꝰ alioꝝ mēbꝛoꝝ. Sed dicit Auic. ꝙ vie ſignificationis diſpōnū vꝛine nō opꝫ credere niſi poſtꝙ debite ꝯditiōes fuerint obſeruate. Opꝫ eñ ꝙ vꝛina q̄ ꝯſideraꝛ ſit pꝛima vꝛina q̄ in mane colligiꝛ: ⁊ nō ꝑmaneat lōgo tpe: ⁊ nō ſit in nocte reſeruata: neqꝫ ſit ille cuiꝰ eſt: q̄ aquā nō bibit: ⁊ cibū nō comedit: ⁊ nō ſit q̄ in cibo ⁊ potu rē tingentē accepit ſicut crocū aut caſiamfiſtulā: qm̄ vꝛinā tingēdo ad citrinitatē ⁊ rubedinē mutāt: ⁊ ſicut olera q̄ tīgēdo mutāt ad viriditatē: ⁊ almuri qō ad ingredinē: ⁊ vinum qō mutat vꝛinā ſm ſui coloꝛem neqꝫ ſit ille q̄ exterioꝛa ſui re tingēte infecerit ſicut alcanna: qm̄ cū aliqs ex ea tingiꝛ: foꝛtaſſis eiꝰ vꝛina inficiꝛ: neqꝫ ſit q̄ rē euacuantem humoꝛē accepit: ſicut cholerā aut phlegma neqꝫ ſe exercuit motibꝰ coꝛpoꝛeis: aut opatiōibꝰ: aut diſpōnibus q̄ ſunt extra curſuꝫ nature q̄ vꝛine coloꝛē mutāt: ſicut ieiuniū: aut vigilie: aut laboꝛ: aut ira: aut timoꝛ. Oīa eñ hec vꝛinā tingūt ſm citrinitatē aut rubedinē. Et coitꝰ vꝛinā valde impinguat. Urina pterea colligēda eſt in vꝛinali magno qm̄ cū ps eiꝰ colligiꝛ: iudiciū impediꝛ. Opoꝛtet etiā ꝙ vꝛina inſpiciaꝛ in vaſe claro ⁊ mūdo ſicut cryſtallino: aut vitreo: ⁊ in aere nō nimis obſcuro: nec nimis lūminoſo: ⁊ ſi nimis ſit luminoſus manꝰ medici ꝑponaꝛ. Scias aūt ꝙ vꝛina homīs quāto plus appꝛoximaꝛ: tāto eiꝰ ſpiſſitudo plus augmētaꝛ vñ verſus. Dexꝛe pe ſpiſſa magis homīs mictura videtur: Nec alius liquoꝛ eſt cui talis regula deꝛ. Dicit etiā Auic. ꝙ ſignificatiōes vꝛine ex. vij. rebꝰ ſunt accepte: ex coloꝛe ⁊ liquoꝛe: ex turbulētia ⁊ claritate: ex hypoſtaſi ⁊ quātitate: ex odoꝛe: ex ſpuma: ⁊ quidā addūt ſapoꝛē: Sed nos abijcimus Differt aūt vꝛina groſſa ⁊ turbida: ſicut dicit Auicen. ⁊ ſilr ſubtilis ⁊ clara: qm̄ plerūqꝫ eſt ſuba groſſa ⁊ clara: ſicut albumē oui ⁊ oleū: ⁊ plerūqꝫ eſt ſubtilis ⁊ turbida: ſicut aq̄ turbida. Iſte aūt ꝯditiōes ſunt q̄s ponit Aui. de iudicio vꝛine: q̄s egidius innuit ꝑ quattuoꝛ v̄ſus. Quale quid: aut q̄d in hoc quantā quotiēs vbi qñ. Etas: natura: ſexus: laboꝛ ira dieta Cura fames: motus: lauacrū: cibus: vnctio: potus. Debent artifici certa rōne notari. Per iā dicta ptꝫ: ꝙ cognitio oīum mēbꝛoꝝ eſt ꝑ ſenſum. Si eñ mēbꝛoꝝ interioꝝ ſigna ſūt ſenſibilia: vt dicit haly: multomagis exterioꝝ. q: dicit phs in li. de ſenſu ⁊ ſenſato: viſus inter oēs ſenſus plures nobis reꝝ differētias oñdit. ⁊ Cōſtātinꝰ in li. de oculis dicit. viſus iter oēs ſenſus eſt diſcretiſſimus: ꝓpter hoc medicinalis ꝯſideratio q̄ teſtante haly ſenſum nō tranſcēdit: pcipue dꝫ attendere obiectū certioꝛis ſenſus ⁊ diſcretiōis. ſ. viſibile: ⁊ maxime illud viſibile ad qō pōt viſus ſm qūlibet ptē penetrare cuiuſmodi eſt vꝛina. Et ꝓpter cās p̄dictas yſaac videns neceſſitatē ⁊ vtilitatē ſcīe vꝛinarū: cōpoſuit librū iſtū quem habemꝰ p̄ manibꝰ exponendū. Per hoc pꝫ q̄ ſit cā materialis huiꝰ libꝛi: qm̄ vꝛina. Cā finalis eſt duplex: finis ꝓpīquꝰ ⁊ remotus. finis ꝓpinquus eſt cognitio ſignificationū vꝛine. finis remotꝰ ē duplex: q̄dā finis remotꝰ: ⁊ remotiſſimus remotus vt cognitis ſignificationibꝰ vꝛine: cognoſcamꝰ ſanitatē: egritudinē ⁊ neutralitatē: ⁊ vt vult Aui. ſciamus cōſeruare ſanitatē: ⁊ curare egritudinē. Finis remotiſſimꝰ eſt vt ſanitate ſeruata: bonas faciamꝰ opationes: ꝑ quas felicitatē acq̄ramꝰ. Cā efficiēs eſt triplex: efficiēs cōplens ſicut yſaac filius ſalomonis adoptiuꝰ: vt gn̄aret ſibi ꝓlē ſpūalē ſ. febꝛes ⁊ viaticū: ⁊ alios libꝛos qui nōdū erāt apud ſalomonē. Cā efficiens declarās eſt Cōſtātinꝰ caſſinēſis monachꝰ q̄ trāſtulit iſtū libꝛū ab arabica lingua in latinā. Cauſa foꝛmalis ſicut alioꝝ eſt duplex: foꝛma tractādi ⁊ foꝛma tractatꝰ Foꝛma tractandi eſt modus agēdi q̄ eſt diffinitiuus: diuiſiuus. Foꝛma tractatus eſt diuiſio libꝛi in capl'a: ⁊ caploꝝ in partes. Supponitur aūt medicinali phie: ⁊ per ꝯſequēs naturali. Titulus talis eſt: Incipiūt vꝛine yſaac. vel ſm quoſdam. Incipit liber vꝛinarū yſaac. Iſte liber diuiditur in ꝓhemium ⁊ executionem ſiue tractatuꝫ: pꝛohemium aufert ignoꝛantiā negationis: tractatus vero ignoꝛantiaꝫ diſpoſitionis. Item ꝓhemiū tangit perſonam tranſlatoꝛis: tractatus vero ꝑſonam auctoꝛis. tractatus hic incipit. Urina eſt colamentū. Pꝛohemiū ſpectat ad p̄ſentem lectionē: ⁊ diuiditur in quattuoꝛ: q: ibi facit quattuoꝛ. Pꝛimo eniꝫ reddit cām quare iſtū libꝛū tranſtulit. Scōo tangit vtilitatē huius libꝛi. ibi. Liber iſte de antiquis. Tertio tāgit cauſam efficiētem ibi: Fecit aūt in arabica lingua. Quarto ⁊ vltimo tāgit diuiſionē huiꝰ libꝛi ibi. Et cū diuiſit in decē ꝑticulas. Hec eſt diuiſio ⁊ ſnīa lectionis in generali.

¶ Hic reſtāt duo pꝛincipl'r inq̄renda. Pꝛimū eſt de q̄buſdam ſuppoſitis in narratione pcedenti. Scōm eſt de ꝑtinētibus ad introitū huius libꝛi. De pꝛimo q̄runtur duo. Pꝛimū eſt vtrū ſine motu coꝛdis poſſit aliquātulum ſtare vita. Scōꝫ eſt vtrū ex paſſiōe epatis ⁊ cerebꝛi ꝯtīgat aliquē moꝛi

¶ Circa pꝛimū ſic pcedo: ⁊ videꝛ ꝙ ſine motu coꝛdis poſſit aliquantulū ſtare vita: q: dicit yſaac in viatico: opꝫ intelligi coꝛ nullatenus poſſe pati carentiam attrahēdi aera. Si eñ vno momēto quieſcat trahere aerē: extīguiꝛ a caloꝛe: vnde vult ꝙ ꝯtinue coꝛ attrahat aera: vel moꝛereꝛ ⁊ extinguereꝛ ſed nō pōt attrahere aera niſi ꝑ motū ſuū dilatatiōis ⁊ ꝯſtrictionis: ergo ſi nō pōt vita durante ceſſare ab attractiōe aeris: ſilr nec a motu ſuo: ergo ſine motu coꝛdis non poteſt vita aliquantulum ſtare: cum vita continuetur per cōtinuam attractionem aeris ad coꝛ: ⁊ per continuū motum. Itē Gale. in. v. particula interioꝛum dicit ꝙ quando temperamētuꝫ aīalis in complexione coꝛrumpitur: ſtatim animal moꝛitur: ſed temperamentū complexionis ipſius coꝛdis coꝛrumpiꝛ qñ coꝛ ceſſat ab attractione aeris: q̄ attractio ſit per motum ipſius coꝛdis: quia ſtatim caloꝛ in coꝛde extinguitur: ergo ſine motu coꝛdis non poteſt vita aliquantuluꝫ ſtare. ¶ In contrarium eſt Ga. ibidem in libꝛo interioꝛum. ꝙ in animalibus in cauernis terre in hyeme habitantibus non eſt motus neqꝫ ſenſus: ſed tamen viuunt. Item hoc videmus in apopletico: q: in ipſo non eſt motus neqꝫ ſenſus: ⁊ tamen viuit: ergo ſine motu coꝛdis bene poteſt vita ſtare. Ad hoc dicunt quidam ꝙ duplex eſt vita. Quedam eſt vita radicalis pꝛopter armoniam anime ad coꝛpus: de qua dicit phus ꝙ vita nihil aliud eſt q̄ꝫ armonia anime ad coꝛpus: et talis vita infunditur in ſpermatibus: ⁊ talis appellatur vita occulta: ⁊ huiuſmodi poteſt ſtare ſine motu coꝛdis. Alia eſt vita manifeſta que ſit per influentiam caloꝛis naturalis ⁊ ſpirituum de coꝛde ad omnia membꝛa mediantibus arterijs: ⁊ talis vita ſine dubio non pōt aliquantulū ſtare ſine motu coꝛdis: īmo ſtatim extinguiꝛ cū ceſſat in coꝛde caloꝛ naturalis: ⁊ per iſtam diſtinctionem facile eſt rūdere ad argumenta ad vtrāqꝫ partem. Uel dicendum aliter ad queſtioneꝫ: ꝙ ſine dubio nullo modo poteſt ſtare vita ſine motu coꝛdis: q: dicit philoſophus ꝙ viuere nihil aliud eſt q̄ꝫ ſeipſum mouere. Item auctoꝛ libꝛi de motu coꝛdis: dicit ꝙ vita ſtat ꝑ motum ſcaturiſationis: ⁊ pꝛopter hoc dicit yſaac in viatico: ꝙ ſi coꝛ vno momento quieſceret in attractione aeris: extīgueretur a caloꝛe. Unde cōcedo rationes pꝛobantes: ꝙ ſine motu coꝛdis nō poteſt vita ſtare aliquantulum. ¶ Ad aliud qō obijcitur: pꝛimo de Gale. in contrarium: dicendum ꝙ ipſe loquitur de motu cerebꝛi. vnde dicit ꝙ ablatis temperamētis ⁊c. adhuc eſt temperamentum in coꝛde. vnde loquiꝛ de temperamento cauſato a virtute aīali: ⁊ non a virtute vitali. Uel dicenduꝫ ꝙ nō vult dicere ꝙ in aīalibus: in cauernis non ſit motus: immo dicit ꝙ non eſt motus manifeſtus: vnde nō percipitur. Et ſi tu obijcias vltra ſi huiuſmodi aīalia in cauernis terre non habent ſenſum manifeſtuꝫ: ergo non ſunt aīalia: q: dicit phs ꝙ ꝑ habere ſenſum differt aīal a nō aīali. Dicendū ꝙ non valet: q: lꝫ hmōi animalia nō habeāt ſenſum cerebꝛi: cum multa ſint capita non habentia: verūtamē habent motum coꝛdis ⁊ ſenſum: tñ occulte quātū ad nos: ⁊ hoc ſufficit ad vitaꝫ. Ad aliud quod obijcitur de apopletico: dicendum ꝙ verum eſt ꝙ non habet motum neqꝫ ſenſum manifeſtum: tñ actualiter hꝫ ſenſum occultum: ⁊ ꝓpter hoc docet Aui. ⁊ alij auctoꝛes diſcernere apopleticum moꝛtuū: a non moꝛtuo: ponēdo ciphū plenū aqua ſupꝛa pectus: q: ſi aqua moueꝛ aliquantulū: ſignū eſt ꝙ viuit: ſi non ꝙ moꝛtuus eſt: vnde Aui. pꝛecipit differri ſepulturam apopleticoꝛum per tres dies.

¶ Circa scdm sic pcedo: videt q ppter passionē epatis et cerebri nō cōtingat aliquē mori: q: dicit Gal. in. v. pticula interior: q hoz tēperamētis ablatis (et loquit de cerebro et epate) nō est necesse actionē cordis auferri: vñ innuit q destructis tēperamētis et actiōibus cordis et epatis: adhuc poterit actio cordis remanere: sed vita non pōt perire donec actio cordis auferat: g videt q ppter passionē cerebri et epatis nō cōtingat vitā destrui. Itē dicit Gal. in prima particula interior: q vna qlibet actio hz ppria mebra quibus perficit: et ipsa actione patiente mēbrū cuius est infirmat: g habemus q actione ppria patiēte patit ppriū mēbrū: non patiente vō ppria actione nō patit ppriū mēbrū. Sed vita radicat in corde: vñ cor est ppriū mēbrū ipsius vite: sensus vō et motus in cerebro: vñ cerebrū est eoz ppriū mēbrū: patiēte g sensu et motu: nō ppter hoc patiet cor: cū nō sit ppriuz mēbrū sensus et motus. Cōstat g q neqꝫ actio sua infirmabit. i. vita ppter passionē sensus et motus: g videt q ppter passionē cerebri et epatis nō contingat aliquē mori: cū mors nō accidat nisi cor patiat: in quo radicat vita tanq in pprio membro. In cōtrariū est Gal. in. v. particula interior: qui dicit q aial perit ppter epatis passionē. Itē vita nō potest cōseruari sine restauratiōe deperditi: sed patiente epate patitur et destruit restauratio: cū humores ex quib9 fit restauratio in epate generant: g et p cōsequēs vita: g ppter passionē epatis contingit mori. Ad hoc dicendū q ista questio potest esse duplex: pōt em esse qstio: vtrū ppter passionē ipsi9 epatis et cerebri sine passione cordis possit aliquis mori: et ego dico q nō simpliciter: immo oportet ad hoc vt mors inducat: q cor aialis patiat: cū vita aialis in corde radicetur. Uel pōt esse qstio vtrū ppter passionē cerebri et epatis cōtingat aliquē mori: et ego dico q sic: si sit excedēs: ex pseq̄nti cor hz pati. Uñ dico q mors pōt habere duplex pncipiū. s. pncipiū inchoās: et sic cerebrū et epar possunt esse pncipia mortis ppter eoz passionē. Itē mors hz principiū cōplens et perficiēs: et sic cor est principiū cōplens et perficiēs mortē: et principiū cōplēs et perficiēs destructionē vite. Ad illud qd obijcit qd Gal. dicit q aial perit ppter passionē epatis: dicendū q illa passio epatis et cerebri similiter potest esse parua vel magna. Si parua: sic dico q nō perit aial ppter paruā passionē epatis et cerebri. Si magna et excedens: sic dico q p cōsequēs cor patit et ita perit. vñ Gal. loquit de epatis passiōe excedēte et magna. Per h pz solo ad scdz: q: epate leso excedēti lesiōe necessario destruit restauratio vt dictū ē et c.

¶ Postea possunt queri quedā pertinentia ad introitū huius libri. Et primo querit vtrū de vrina possit esse sciētia: videt q nō: qm scientia est de vniuersali qd hz percipi intellectu et nō sensu: sed vrina est sensu perceptilis: g de vrina non pōt esse scientia. Itē dicit Porphirius q infinita relinquenda sunt q nō cadūt in arte cū sint variabilia: sed vrina est variabilis: q: a rebus infinitis pōt variari vt dicūt auctores: g de vrina nō poterit esse scientia. In cōtrariū sunt auctores de vrinis tractantes vtpote Theophilus et ysaac in lib. isto determinans de vrinis. Preterea cognitio membroz interiorꝫ hominis est necessaria: sed talis cognitio habet per vrinā: q: vrina attestat dispositioni epatis et venaz: ergo de vrina erit scientia de necessitate. qd cōcedimus. Ad primum in cōtrariū dicendū q licet vrina inquātū est signū sit perceptibilis sensui: vt cū aliquid derelinquit in intellectu. vnde signum est qd se offert sensui: et sic aliquid derelinquit in intellectu: ratione ergo habitus derelicti in intellectu ab ipsa prout est signū: potest de ipsa vrina esse scientia. vnde huiusmodi habitus derelictus facit sciētiā. Ad scdm dicendum q licet vrina possit pluribus modis et a plurib9 rebus variari: verūtamen colores oēs in quibus vrina variatur: sunt determinati ab auctoribus: et propter hoc de ipa potest esse scientia. Uel dicendū q vrina consideratur prout attestatur dispositioni virtutis digestiue digerentis nutrimentū in sanis: et materiā morbi in egris: et quia semper vrina habet veſtigiū in se per qd representat digestionē bonā vel malam: et etiā proprias regulas prout representat huiusmodi: ppter hoc de ipsa potest esse sciētia. ¶ Secundo queritur ad quē ptineat determinare de vrina: vtrū ad medicū: vel ad phm: videt q non ad medicū: quia Cōstan. in pātegni dicit q medicina est ppter cōtemplationē rerū naturalium: nō naturaliū: et rerū extra naturā. vnde medicus solum habet considerare res naturales: nō naturales: et extra naturam: sed vrina non est res naturalis: vt patet inducendo: nec non naturalis vt patet inducendo: similiter nec res contra naturā vt patet similiter inducendo: ergo vrina nō est de considera tione medici immo potius phi. Itē quod determinatum est in priori scientia debet supponi in posteriori: sed phs determinat de vrina in phia: vt in lib. de animalibus: ergo medicus debet illam supponere a pho et non de vrina determinare. Si tu dicas q aliter determinat phs de vrina et medicus: quia phs determinat de eius substantia: medicus vero de eius significationibus. Cōtra: dicit in lectione hodierna ysaac: q prima particula est de essentia. i. de substantia vrine: ergo videt p hoc q etiā medicus determinaret de substantia vrine: ergo tua solutio nulla. Ad questionē dicenduz q proprie ad medicum pertinet determinare de vrina: quia medicus cōsiderat corpus humanū prout subijcitur sanitati egritudini et neutralitati: et quia ista omnia cognoscat medicus per vrinā: propter hoc ad ipsuz proprie pertinet determinare de vrina. Ad illud qd obijcit in cōtrariū: dicendum q vrina potest reduci ad rē cōtra naturā in egris. vnde dicit Auicē. q vrina est signū medico actionis: accidens vō inmūdo: vnde in egris potest reduci ad rem cōtra naturā: q: per cōparationē ad egrū est accidēs. Itē pōt reduci ad rē nō naturalē vtpote inanitionē: et ppter hoc pprie ptinet ad medicum. Ad scdm dicendū q aliter determinat phs et medicus de vrina: quia phs in lib. de aialibus determinat de virtute vrine: vtpote de aquositate nō considerando aliquas conditiones ipsius: sed medicus determinat de eius significatiōibus. Et tu obijcis: medicus determinat de eius essentia et c. dicendū q medicus hic appellat substātiā vel essentiā vrine prout cōditiones sunt ei adherētes: vt subtile spissum et hmōi. Sed phs determinat solūmodo de substantia vrine ēm rem et veritatē. ¶ Iuxta hoc querit cuz habeam9 scientiā separatā de signo sumpto a virtute vitali: vtpote librū pulsuū: et a virtute naturali vt sciētiā de vrinis: quare similiter nō habemus sciētiā separatā de signo sumpto a virtute aiali: cum sint certiora signa sumpta a virtute aiali q a vitali vel naturali. Ad hoc dicendū q nō habemus sciētiā separatā de signo sumpto a virtute aiali. Una cā est: q: medicus principaliter considerat illa signa q attestant sanitati: egritudini: et neutralitati: et q: signa sumpta a virtute naturali et vitali sunt hmōi: ppter hoc et c. sz signa sumpta ab aiali nō: vñ q: vt9 aialis est pncipiū cognoscēdi tm̄: et medicus non curat solū de cognitione: ppter hoc nō habemus sciētiam de signo sumpto ab aiali vtute. Scda cā est: q: lz signa sumpta ab aiali vtute sint certa: verūtñ q: vltro sensui se offerūt: vt pz de visu: vnde talia marie sunt manifesta: ppter hoc de ipsis nō potuit esse scia: cū scia sit de difficili: et non de re oīno manifesta. Et tu obijcis hmōi signa sunt certiora dicēdū q pl9 facit ad oppositū q ad ppositū: q: em sunt euidētissima et certissima: ppter h de ipsis nō potuit esse scia cū oīs sciētia sit de difficili sicut dictū est supra. ¶ Itē qrit qre nō habem9 sciam sepatā de signis sumptis a vtute gn̄atiua scz a testiculis: q: videt q deberem9 habere: q: Hyp. i. pnosticis docet pnosticari a testiculis: vñ dicit q in febre acuta si testiculi retrahant: signū est mortale. Ad qstionē dicēdū q gn̄atio est ppter cōseruationē speciei: et nō indiuidui: et q: medicus nō intēdit pncipaliter cōseruare spēm: imo indiuiduū: ppter hoc et c. Scda cā est: de re incorruptibili: et ptinua et q semp est: et q: opatio vtutis gn̄atiue nō est cōtinua: imo in quibusdā raro accidit vel nunq: et sciētia debet esse de eis que semp accidūt: ppter hoc nō potuit esse sciētia separata de signis sumptis a testiculis. Ad illud quod obijcis de hippocra. in pronosticis: dicendum q contractio testiculoz non est opus vtutis generatiue: immo poti9 virtutis naturalis vñ hmōi ptio fit ppter desiccationē et corrugationē factam in neruis a calore innaturali i acutis: et ppter h nō valet illa obiectio. ¶ Sz nūc qrit qre habem9 sciētiā sepatā de signo sumpto a superfluitate scde digestiue: vtpote sciētiā de vri-

na: ⁊ nō habemus sciētiā separatā de signo sumpto a super
fluitate p̄me: vt de egestionibus: neq̧ tertie: vt de sudore.
Ad hoc dicēdū ꝙ de egestiōibus nō potuit esse sciētia. Vna
cā est: q: sciētia sicut dictū est: est de eo qḋ cōtinue ⁊ etiā fre
quētissime accidit: ⁊ q: egestio nō semꝑ est: immo qn̄q̧ per
octo dies retinet̄: vel ꝑ q̇ndecim: nō sic v̇o vrina. vnde dicit
Auicē. ꝙ retētio vrine per tres dies in acutis est signū mor-
tale. ꝓpter hoc de egestionibus nō potuit esse sciētia: ꝫ pos
sit esse sciētia de vrina. Scḋa cā est: ꝙ egestio est corpus du-
rū solidū: ⁊ s̄m quālibet sui partē obscurū: vn̄ nō possumus
egestionē videre s̄m quālibet sui partē: ꝫ vrina liq̇da est et
peruia: ⁊ pōt s̄m quālibet sui partem videri: ⁊ ita egritudo
vel sanitas ꝓnosticari. Tertia cā est inhonestas: q: em̄ etsi
possumus ꝓnosticari: ⁊ habere signa egritudinis ꝑ egestio
nes sicut ꝑ vrinam: verūm̄ q: inhonestas esset deferre ege-
stionē corā medico ad scholas: ꝓpter hoc nō fuit sciētia se-
parata de egestionibus. Similiter de sudore nō fuit scientia
separata: q: sciētia est de eis q̄ semꝑ ⁊ cōtinue accidūt: ⁊ q:
sudor nō semꝑ nec cōtinue accidit: immo raro ꝓpter h̄ ⁊c.
Scḋa cā est: q: superfluitas sudoris exhalat̄ insensibiliter et
ꝑ poros qn̄q̧: nō sic v̇o sup̄fluitas vrine ꝓpter hoc ⁊c. ¶ Vl
timo q̄rit̄ qḋ sit verius signū in ꝓnosticando: vtrū pulsus
vel vrina ⁊ certius. Videt̄ ꝙ vrina: q: dicit ysaac in lib. isto
ꝙ vrina in morbis maximā hꝫ significationē: sed qḋ ꝑ super
abundātiā d̄r vni soli cōuenit: ꝗ vrina est signū certius. Itē
illud signū est certius ⁊ veri⁹: qḋ ꝑcipit̄ a veriori sensu ⁊ cer
tiori: sed vrina ꝑcipit̄ a sensu visus: q̇ est certior inter oēs. vn̄
dicit p̄hs ꝙ visus nō decipit̄ circa ꝓpriū obiectū: pulsus v̇o
percipit̄ a tactu q̇ nō est ita certus: ꝗ nec ita discretus: ꝗ vri
na est signū certius ⁊ verius. vn̄ dicit Cōstan. in lib. de ocu
lis: ꝙ visus est perfectior ⁊ discretior. Cōtra verius ⁊ certi⁹
cognoscimus aliq̇d ipso presente q̄ ipso absente: ꝫ per pul-
sum iudicamus de egro ipso presente: per vrinā v̇o egro ab
sente: ꝗ pulsus est signū verius ⁊ certius q̄ vrina. Itē illud
est signū certius qḋ attestat̄ radici: q̄ illud qḋ attestatur ra
mis: sed pulsus attestat̄ radici. i. cordi qḋ est radix vite: vri-
na v̇o epati ⁊ venis q̄ sunt sicut rami: ꝗ verius signū est pul
sus q̄ vrina. Itē pulsus ꝑcipit̄ siue accipit̄ ꝑ tactū q̇ est ve-
rior ⁊ certior ⁊ melior in hoīe q̄ in alijs. vn̄ dicit p̄hs: ꝙ licet
in hoīe sit prauus olfactus: tamē est ibi optimus tactus: ꝗ
videt̄ ꝙ pulsus sit signū veri⁹ ⁊ certius. Ad hoc dicendū est
ꝙ vrina ⁊ etiā pulsus aut sunt in sanis vel in egris. Si in sa-
nis: hoc est dupliciter: q: aut volumus iudicare de bonitate
digestionis: sic vrina certius signū erit: q: ꝓprie ⁊ immedia
te attestat̄ digestioni: si v̇o de tenore virtutis: sic pulsus ve
rius signū: cū immediate attestat̄ cordi ⁊ vite. Si v̇o hm̄oī
sint in egris: hoc est dupliciter: q: aut ille morbus est mate-
rialis vel immaterialis. Si īmaterialis hoc est dupliciter: q:
aut volumus accipere indiciū de specie morbi: ⁊ quantū ad
hoc vrina meli⁹ signū est ⁊ certi⁹: ⁊ pōt poni exēplū de spe-
cieb⁹ ethice. Aut accipim⁹ indiciū de termino morbi: ⁊ h̄ du
pliciter: q: aut de termino confuso: ⁊ sic vrina certi⁹ ē signū:
ci plurib⁹ modis ꝙ̄ iuuatiuus. Uel dicendū ꝙ si vnū opposi
torum dr̄ multiplr̄ z reliquum: verū est in gn̄e: z ꝑpter hoc
dicit supra in principio lectiōis: ꝙ nocitiuus dr̄ sicut iuuati-
uus: sed ista ꝑpositio nō tenet in oppositis ī specie: vñ feb.
z ophthalmie nihil est contrariū: vt dicit ph̄us in topi. verū
est in specie: sed in gn̄e cōtrariū habet: q: omi egritudini cō
trariaẗ sanitas in gn̄e: z sic est ibi. Nam lʒ iuuatiuus nō di-
catur nisi duplr̄: tn̄ nocitiu⁹ pōt dici triplr̄. ¶ Ad scđm q̄situ
dicēdū ꝙ ipse nō enumerat nisi humores illos q̄ faciūt arsu
ram z punctionē in exitu: z hoc per cōmixtionē sui cū vrina:
z q: sanguis cum sit calidus z humidus z amicus nature vt
dicit Constantinus z ysaac: non facit punctionem. Iterū
melācholia nō facit punctionē: q: est in pauca quantitate in
corpe. Iterū est grossa: z nō pōt ꝑpter grossiciē suā permi-
sceri cū vrina: z ꝑpter hoc nō dicit hoc de melancholia z san
guine cū non faciāt punctionē in exitu vrine. ¶ Ad tertiū
quesitū dicendū ꝙ phlegma acre z salsum habent inducere
punctionē per admixtionē sui cū vrina: z ꝑpter hoc tangit
istas duas species phlegmatis in exitu nocitiuo: z nō alias
species cū nō habeāt punctionē gn̄are. ¶ Ultimo queriẗ de
exitu neutro: z videẗ ꝙ non differat a iuuatiuo: q: exit⁹ neu
ter est qñ humores non peccāt in corpore: nec quātitatiue:
nec q̄litatiue: vt dicit: sʒ in exitu iuuatiuo humores nō pec-
cant: nec qualitatiue: nec quantitatiue: ḡ neuter non differt
a iuuatiuo: nec ecōuerso. Itē exit⁹ iuuatiu⁹ est ille qui dele
ctat: sed exit⁹ neuter vbi humores non peccāt sui qualitate
nec sui quātitate delectat: ergo nō est neuter: imo est iuua
tiuus. Ad hoc dicēdū ꝙ exit⁹ iuuatiuus z neuter differūt:
q: in iuuatiuo exitu est duplex delectatio. Una q: res nociti
ue expelluntẗ. Et alia q: res nocitiue expelluntẗ ita ꝙ nō in-
ducunt aliquā lesionē in exitu: sed in neutro exitu nō est nisi
vnica delectatio: q: materia expelliẗ q̄ non multū nocebat.
Itē adhuc differūt: q: lʒ in vtroq̄ fit delectatio: tn̄ est maior
delectatio ī exitu iuuatiuo ꝙ̄ in neutro. Et tu obijcies ꝯtra:
q: exit⁹ iuuatiu⁹ est naturaẗ: q: expelluntẗ materie corrupte
neuter ṽo est innaturalis: q: res naturales expelluntẗ: q̄ nec
peccant qualitate nec quātitate: ergo maior delectatio erit
in exitu neutro ꝙ̄ in iuuatiuo. Dicendū ꝙ exitus iuuatiuus
plus delectat ꝙ̄ neuter: q: maior delectatio est in exitu vel in
expulsione materie corrupte que exit sine aliqua lesiōe quā
inducūt ꝙ̄ in exitu materie non corrupte: z ꝑpter hoc ma-
ior est delectatio in exitu vrine iuuatiuo ꝙ̄ in neutro. Hec
sunt que querebantur.

¶ De diuersitate vrine.

Urina trib⁹ modis diuersificaẗ: in qualitate
z quātitate: siue tpe. In quātitate cū mul-
ta sit vel pauca: siue mediocris. Multa qt-
tuor significat: vel actionē nature sʒ crisim:
sicut in multitudine vrine in cretica die: ꝑ dissolutio-
nes superfluorū humorū cū vrina expellendorū: vel abū-
dantiā humorū in corpe: quos genuit quies z suaui-
tas z exercitiorū negligētia: vl' multitudo cibi z pot⁹:
siue q: cibus non in tpe suo: neq̄ ex ordine sumiẗ: vñ
puerorū vrina naturalis grossa est z multa. Tertiū si
gnificatū est vacuitas humorū corporis cū vrina: sicut
sepe fit in cōsumptiōe corporis: cū deficiat calor na-
turalis in custodiēda mēbrorū humectatiōe substan-
tiali. Unde hmōi vrina nimiū est pessima: q: timorē
nunciat. Quartū ex defectiōe virtutis cōtētiue in re
nibus habite: z appetitiue cōfortatione de extraneo
calore cōplexiōi renū dominātē. Calor eñ in renib⁹
si cōfortatur: humectatio aque desiccaẗ: z cito trahit
sibi qđ bibiẗ. Cū autē virtutē ꝯtētiuā inuenerit defi
cientē vel defectā in renib⁹: descēdit velociter: z non
diu ꝑmanet. Ideoq̄ hāc passionē habētes nō saturā
tur aqua: sicut videm⁹ ī dyabete: quā heleni diarriā
vrine vocāt: assīllantes actiōi circini actionē suā: ꝙ vñ
incipit eodem circulando cito redit: vnde intelligiẗ
q: aqua sicut intrīsecus intrat: similiter extra redeat
sine mora: sicut eñ bibunt: itidem z mingunt.

¶ De paucitate z eius significatiōe sm̄ quātitatē.

Paucitas vrine vniuersaliter pessimitatē
innuit morbi: qđ duobus fit modis: vel ex
defectiōe virtutis humiditatē sanguinis
portātis ad renes: vel ꝑpter igneū calorē
nimiū illam cōsumentē. Quia calor dn̄atur substan-
tiali sanguinis humectationi: desiccās z faciēs eam
deficere: sicut in peracutis febribus que molestissime
esse cōprobātur. Uñ hec species priori est molestior:
sicut Ga. testatur. Parua inq̄t vrina in peracutis fe
bribus est pessima: q: calorē febriū (vel febrilē) signi
ficat: qui humectationē sanguinis substantialē finit:
z vrine instrumentū portēdit quasi mortificatū. Ali-
quando vrina abūdat z minoraẗ ꝑpter duas cās su-
pradictas: z nō tātū malū significat: q: aliqñ augmē
tatur ꝑpter paruū sudorē: z egestionē corū q̄ a corpe
dissoluuntẗ: z aliqñ ex ipsorū abūdantia minoraẗ: sup-
fluitas eñ corpis trib⁹ locis exit: cū digestioe: sudo-
re: z vrina: quorū altero abundāte: alterū minuiẗ. Si
vrina crescat: egestio necesse est minuatur. Urina me
diocris inter paucitatē z multitudinē: tēperatā ostē-
dit corporis cōplexionē: z virtutis in calore naturali
temperantiā: z sm̄ cursum nature actionē.

¶ Finita particula de q̄litate vri. z ei⁹ significatiōib⁹.

In qualitate q̄ttuor sunt modi: vel eñ ex
odore: vel de sapore: vel de colore: vl' de li
quore. De odore: vl' exteriori: vel interiori.
Exteriori sicut de cibis fortē odorē habē-
tibus: z odorē vrine vicētib⁹: sicut caulib⁹: sparagis:
maratro: fenugreco: z similib⁹. De interiori: vel acu
to: quo humores incensiui z cholerici significanẗ: vel
ex fetentib⁹ humorib⁹: vel ex cholera mixta cū vrina:

nō tn̄ incēsa. De sapore: vl' amaro: quo cholere rubee
virt⁹ ꝛ descēsio ei⁹ cū vrina significat: vel acido acidi
phlegmatis significatio: cui frigiditas ꝛ humiditas
dn̄atur: vl' salso: quo salsi phlegmatis est designatio.

¶ Superi⁹ determinauit auctor significationē vrine in ge
nerali. In parte ista determinat auctor de ɔditionib⁹ vrinā
permutātib⁹. ꝛ diuidit̄ hec pars in duas. In prima diuidit.
In scđa ꝓsequit̄. scđa ibi: In quātitate cm̄ mixta. ꝛ ista scđa
diuidit̄ in duas. In pⁱma diuersificat vrinā penes quātitatē
In scđa penes q̄litatē vrine in vrinā multā: paucā ꝛ medio-
crem. In scđa de mēbris diuidētib⁹ agit: ibi: Multa q̄ttuor si
gnificat. ꝛ ista scđa diuidit̄ in tres. In pⁱma determiat de vri
na multa. In scđa de pauca: ibi: Paucitas vrine vir. In ter
tia de mediocri: ibi: Urina mediocris. Prima istarū triū in
q̄ttuor: diuidit̄ fm̄ q̄ttuor significata vri. multe. scđa ibi: Uel
abūdātia humoꝝ. tertia ibi: Tertiū significatū. quarta ibi:
Quartū ex defectiōe. Tūc sequit̄ illa pars in q̄ determiat de
pauca vrina: ꝛ illa diuidit̄ i duas. In pⁱma determiat de pau
ca vrina ꝓut est certū signū ad mortē. In scđa ꝓut est signū
nō certū ad mortē. scđa ibi: Aliq̄n vrina minorat̄. Pⁱa diui
ditur in duas: fm̄ duo significata pauce vrine: scđa ibi: Uel
propter nimiū calorē. ꝛ ista scđa diuidit̄ in duas. In pⁱa nar
rat. In scđa ɔfirmat: ibi: Sicut Ga. testat̄. Illa ps in q̄ de-
termiat de pauca vrina ꝓut est signū nō certū ad mortē: sit̄r
diuidit̄ in duas. In pⁱma narrat. In scđa auctoritate Hip.
cōfirmat. scđa ibi: Un̄ hip. in aphorismis. Tunc sequitur illa
pars in qua determinat de mediocri vrina: ꝛ illa ꝓpter sui
breuitatē nō diuidit̄: sed postea sequit̄ illa ps in qua diuer-
sificat vrinā penes q̄litatē: ꝛ illa diuidit̄ in duas. In pⁱma di
uidit. In scđa de mēbris diuidētib⁹ agit. scđa ibi: De odo-
re ꝛc. ꝛ ista scđa diuidit̄ in q̄ttuor. In pⁱa determiat de odo
re. In scđa de sapore: ibi: De sapore ꝛc. In tertia de colore:
ibi: Urine color ꝛc. In q̄rta de liquore: ibi: Liquor vrine ꝛc.
Due prime ptes istaꝝ q̄ttuor vltimaꝝ sunt de p̄nti lectiōe
cū alijs sup̄adictis. ꝛ sic pꝫ sn̄ia ꝛ diuisio lectiōis in ḡnali.

¶ Hic pⁱmo q̄rit̄ de q̄busdā questionib⁹ q̄s Gerardus pri
mo tāgit in glosis suis: ꝛ est prima q̄stio quare Auicē. tangit
septē cōditiōes vrinā diuersificātes: iste vo tn̄ tres. Item
quare iste nō facit capl'm de diuersitate a parte tpis cū prius
tetigerit tp̄s quare nō exequit̄ de tpe. Itē quare iste enu-
merat saporē inter ɔditiōes vrine: Auicē. vo eū abijcit ꝛ ta-
ctum sit̄r. ¶ Ad primū istoꝝ dicendū ꝙ auctor iste cōprehē
dit sub q̄litate colorē: liquorē: ꝛ hypostasim: ꝛ spumā: Auic.
vo nō: ꝛ ꝓpter hoc Auicē. ponit septē: iste nō. Ad scđm dicē
dum ꝙ diuersitas vrine a pte tpis satis appet p ea q̄ dicta
sunt in cap. de quātitate ꝛ q̄litate: ꝛ ꝓpter h' nō ꝓsequit̄ de
terminationē. Ad tertiū dicēdū ꝙ auicē. mag' curialis fuit q̄
ysaac: ꝛ ꝓpter hoc abiecit saporē ꝛ tactū: q: maxima incuria
litas est saporare vrinā ꝛ ipam tāgere. Uel dicēdū ꝙ ipe fa-
cit tractatū et lib. specialē de vrina: ꝛ ꝓpter hoc tāgit oēs cō
ditiōes ipsam diuersificātes: sed Auicē. non facit de vrina li-
brum separatum: ꝛ ꝓpter hoc nō tāgit: vel ipsas abijcit.

¶ Sed circa lectionē istā duo ḡnaliter dubitant̄. Primuꝫ
est de quātitate vrine. Scđm de q̄litate. ¶ De pⁱmo querū
tur tria. Primū est vtrū vrina plus multiplicat̄ in estate vel
in hyeme: ꝛ videt̄ ꝙ i estate: q: vrina r̄ndet potui: egestio vo
cibo: sed potus maior est in estate: ḡ ꝛ vrina. Iteꝫ dicit in lr̄a
ꝙ cā multitudinis vrine est sup̄calefactio renū: vn̄ p hoc in-
nuit ꝙ calor est cā multitudinis vrine: sed maior calor est in
estate: q: calor causat maiorē sitim: ꝛ p ɔn̄s maiorē potū exi
git q̄ in hyeme: ḡ vrina plus multiplicat̄ in estate q̄ in hye-
me. Contrariū dicit in lr̄a superi⁹: ꝙ vna sup̄fluitas augmē-
tata diminuit reliquā: sed sudor cum fit sup̄fluitas plus au-
getur in estate q̄ in hyeme: ḡ vrina diminuet̄ in estate ꝛ au-
gebit̄ in hyeme. Itē abundātia aquosarū superfluitatū in
corpore: vt dicit in lr̄a: est causa multitudinis vrine: sꝫ hm̄oi
abundātia plus est in hyeme q̄ in estate: q: in hyeme rōne
frigiditatis claudunt̄ pori: ꝛ hm̄oi superfluitates nō possunt
exhalare p poros: ḡ plus i hyeme multiplicat̄ vrina q̄ i esta
te: q: in estate pori aperiunt̄ rōne caliditatis. qđ cōcedo pro
pter istas duas causas. ¶ Ad primū argumentū dicēdum
ꝙ lꝫ maior sit potus in estate: verūtamē q: sudor plus abun
dat in estate ꝓpter hoc diminuit̄ tunc vrina: q: illud qđ de-
buit transmitti ad vesicam emittit̄ per sudores. Scđa causa
est: q: lꝫ in estate sit maior potus: verūtn̄ q: ibi est calor ma-
ximus qui ɔsumit vrinā. Ad secundū dicendū ꝙ nō est simi-
le de calore renū ꝛ de calore estatis: vnde nō solū a calore re
num multiplicat̄ vrina: immo ibi est defectio virtutis contē
tiue simul: vt dicit in lr̄a: sed lꝫ in estate sit maior calor: nō tn̄
ibi deficit virtus contētiua. Uel dicendū ꝙ sup̄calefactio re-
num facit ad multitudinē vrine: sꝫ sup̄calefactio i toto corpe
non: imo ad minorationē: vt patebit in subsequētib⁹ cuius-
modi est in estate: q: in estate supercalefit totū corpus. Uel
dicendū ꝙ calefactio mēbroꝝ interioꝝ facit ad multitudinē
vrine vt sup̄calefactio renū: ꝛ sic loquit̄ in lr̄a: ꝛ nō superca-
lefactio mēbroꝝ exteriorū que fit a calore solis in estate vel
tēporis. ¶ Scđo querit̄ vtrū vētus borealis facit ad multi
tudinē vrine: cum hoc innuat Auicē. ꝛ videt̄ ꝙ non: q: bo-
reas cū sit fri. ꝛ siccus mouet a circunferentia ad centrū: sed
virtus expulsiua vrine mouet motu cōtrario: vel a cētro ad
circūferētiā: ergo vt videt̄ boreas impedit exitū vrine: ꝛ ita
minorat vrinā ꝛ nō multiplicat. Item sicut vrina est sup̄flui
tas secūde digestiue: ita egestio prime: quā ḡ ratiōe boreas
impedit egestionē: ꝛ ita vrinā: sed boreas impedit exitū di-
gestionis: vt dicit Hippo. q: cōstipat ventrē: ergo sit̄r dimi-
nuet vrinā. Itē vt dicit in lr̄a: abundātia humiditatū est cau
sa multitudinis vrine: sed boreas desiccat humiditates ra-
tione sue siccitatis: ergo diminuet vrinā. In ɔ̄riū est Auicē.
qui dicit ꝙ boreas facit ad multitudinē vrine. Itē hoc vult
Hippo. in apho. q: dicit ꝙ boreas stringit ventrē ꝛ augmē
tat vrinā. Itē oē qđ claudit poros corporis ꝛ retinet sup̄-
fluitates in corpore ne possint per poros exhalari augmen-
tat vrinā: sed boreas est hm̄oi: q: ratiōe sue frigiditatis clau
dit poros: ꝛ retinet superfluitates ne exhalēt p poros. Ite-
rum cōprimit eas inferius: ḡ facit ad multitudinē vrine. Et
hoc cōcedo ꝓpter istas ratiōes. Una causa est: q: ratiōe sue
frigiditatis claudit poros vt dictū est. Scđa causa est: q: vri
na continet̄ in vesica ꝛ boreas ratiōe sue frigiditatis cōpri-
mit vesicā: ꝛ facit eliquare vrinā: sicut a spōgia submersa in
aqua: si exprimat̄ postea distillat aqua. ¶ Ad primū argu-
mentū in cōtrariū dicendū ꝙ verū est ꝙ boreas per se rēpu
gnat expulsioni vrine vt tu obijcis: sed tn̄ per accidēs iuuat:
q: claudit poros vt dictū est. Item cōprimit vesicā ratione
sue frigiditatis. Per hoc pōt patere solo eiusdē argumen-
ti qđ cōiter ibi solet fieri: qđ est tale: ꝓuocantia vrinā sunt
calida diuretica vt feniculus: semen apij: petrosili. ꝛc. sed
boreas est frigidus: ḡ nō ꝓuocabit. Et solutio huius est: ꝙ
diuretica calida ꝓuocāt vrinā aperiēdo meatus vrinales: sꝫ
boreas ꝓuocat vrinā ꝛ multiplicat eā claudēdo poros ꝛ cō-
primendo vesicā. Ad scđm argumentū dicēdū ꝙ non est sile
de egestiōe ꝛ de vrina: q: egestio est corpus durū ꝛ grossuꝫ:
vn̄ indiget largo meatu: cū ergo boreas rōne sue siccitatis
desiccet ꝛ ɔstringat meatū ani: ꝛ ita diminuit egestionē. Sꝫ
vrina est liq̄da: vn̄ cū p cōpressionē factā a frigiditate boree
in vesica statim eliq̄t vrinā: nō sic vo egestio: vt dictū est. Ad
tertiū dicēdū ꝙ lꝫ boreas ratiōe sue siccitatis ɔsumat humi
ditatē: tn̄ ratiōe sue frigiditatis claudit poros ꝛ cōprimit ve
sicam: vnde plus facit ad multitudinē vrine ratiōe sue frigi
ditatis: q̄ ad minorationē ratione sue siccitatis. ¶ Tertio
querit̄ vtrū vrina mltiplicet̄ ꝓpter calorē interiorē. Et vr ꝙ
sic: q: dicit in littera ꝙ calor renū est causa multitudinis vri-
ne. In ɔtrariū est in lr̄a parū postea: q: dicit ꝙ ꝓpter nimiū
calorem minoratur vrina: quomodo est ergo ꝙ calor vnus
interior est causa multitudinis ꝛ paucitatis vrine. Ad hoc di-
cendū ꝙ sup̄calefactio renū cū defectiōe vtut' ɔtētiue est cā
multitudinis vrine vt ipse dicit in lr̄a: q: ꝓpter nimiū calorē
renes attrahūt aquositatē: ꝛ statim illā emittūt p vesicā: q:
deficit virtus cōtentiua: vn̄ reddit cām de hoc manifeste in
lr̄a: sed sup̄calefactio fortis in toto corpore est causa minora
tionis vrine: q: illa aquositas p maxima parte ɔsumit̄ ab il
lo calore sup̄fluo ꝛ excedēti. Iteꝝ q̄n est sup̄calefactio i toto
corpore: nō est defectio ɔtentiue sicut est in sup̄calefactiōe
renū: ꝛ sic loquit̄ auctor postea: ꝛ ꝓpter hoc sup̄calefactio
renū est causa multitudinis vrine: sed supercalefactio in to
to corpore est causa paucitatis: ꝛ hoc est possibile.

¶ Scđo principaliter querit̄ de odore vrine: q: dicit in lr̄a ꝙ sparagus: maratrū ⁊ caules comesti dāt odorē vrine. Et ꝓpter hoc q̄rit̄ vtrū cibi comesti possint dare odorē vrine. et videt̄ ꝙ non: q: dicit Gerardus qñ destruit̄ spēs rei destruit̄ operatio ꝯsequēs rē: sed hmōi herbe q̄ sunt cibi ī scđa digestiōe amiserūt suā speciē: q: in humores ꝯuertunt̄: ergo ⁊ opationē ꝯsequentē eas: sed sua opatio est dare odorē ergo nō possunt dare odorē vrine in scđa digestiōe vbi cū vrina permiscentur. Item Gal. in de simplici medicina ponit drīaꝫ inter cibū ⁊ medicinā: ⁊ dicit ꝙ ꝓprietas cibi est pati ⁊ nō agere: nō ḡ dabūt hmōi odorē vrine cū nō possint agere: imo pati. In ꝯtrariū est auctor in lr̄a: vt dictū est. Ad hoc soluit Gerard⁹ ⁊ dicit ꝙ hmōi bn̄ possunt dare vrine odorē Et tu obijcias hmōi amittūt suā speciē in scđa digestiua: dicēdum ꝙ nō oīno: vñ forte aliqua pars illaꝝ herbarū remāsit in ꝓpria specie q̄ permiscet̄ cū vrina: ⁊ dat vrine odorē. Vel dicēdū ꝙ nō oīno amittunt suā speciē in scđa digestiua: imo remanet ibi aliqđ vestigiū earū per qđ pñt vrine dare odorē: vt patet de sanguine ex lactuca gñato: q: lꝫ ex lactuca gñet̄ sanguis in scđa digestiua ⁊ lactuca amiserit suā speciem: tñ adhuc in sanguine ex lactuca gñato remanet aliqđ vestigiuꝫ lactuce: q: frigidior est semꝑ sanguis ex lactuca generatus sanguine gñato ex alio: silr̄ est ibi. Vel dicendū ꝙ duplex est cōplexio in re: quedā formalis: ⁊ quedā magis materialis q̄ inest rei magis ab elemētis cōponētib⁹ eā. Dico ergo ꝙ cōplexio ista materialis nō cōsequit̄ cibū inquantū cibus: sed inquantū mixtū: vñ lꝫ in scđa digestiua amittat cib⁹ suā formam qua est cibus: tñ adhuc ibi remanet cōplexio siue forma materialis q̄ inest ei ratiōe mixti: ⁊ ꝑ talē formā ibi remanentē pōt cibus hmōi dare odorē vrine. ⁊ istā solutionē videtur Auicē. innuere in capitulo de eo qđ comedit̄ ⁊ bibit̄: vñ illud argumentū ꝓcedit de specie rei formali: vñ bene verū est ꝙ cibus amittit illā in scđa digestiua: lꝫ nō est verū de specie materiali. Vel dicendū ꝙ hmōi cibi in fieri digestionis. i. qñ nondū sunt ꝑfecte digesti: tūc nō amittūt suā speciē: ⁊ iō tunc possunt dare odorē vrine: sed quando sunt in facto esse digestionis: tūc amittūt suā speciē oīno: vñ tūc nō dāt. ⁊ primo mō loquit̄ auctor in lr̄a: ⁊ istam solutionē possum⁹ hr̄e a Ga. in de cōplexionib⁹ q̄ dicit ꝙ ex herbis: anetū: ruta: ⁊ calamentū sunt cibi ⁊ medicine. Per hoc ptꝫ solō ad scđm argumentū: q: Ga. loquit̄ de cibo tm̄: vñ verū est ꝙ ꝓprietas cibi qui est cibus tm̄ est pati: ⁊ non agere: sed cibi medicinales bn̄ possunt agere: hmōi sunt sparagus: caules de quib⁹ loquit̄ in lr̄a: ⁊ ꝓpter hoc bn̄ possunt hmōi dare odorē vrine. ¶ Scđo q̄rit̄ vtrū ī hoīe tēperato vrina debeat eē magꝭ fetida q̄ egestio: ⁊ videt̄ ꝙ sic: q: in hoīe est egestio magis fetida q̄ in alijs aīalib⁹: ⁊ hoc est q: ī stomacho hoīs fortior est calor segregās purū ab impuro: ergo a sil'r ⁊ in epate hominis erit fortior calor segregās vrinā ab humorib⁹ q̄ in stomacho. Videt̄ ꝙ vrina cū generet̄ ⁊ segreget̄ ī epate sit magis fetida q̄ egestio q̄ segregat̄ in stomacho. Itē vult ysa. in dietis vniuersalibus: ⁊ Ga. in de simplici medicina ꝙ ad odorē fortē facit caliditas: cuꝫ ergo fortior calor sit in epate vbi gñatur vrina q̄ in stomacho vbi gñatur egestio: videt̄ ꝙ vrina hoīs magis debeat esse fetida q̄ egestio. In ꝯtriuꝫ est Auicē. dicēs ꝙ in hoīe egestio dꝫ esse fetida ⁊ vrina grauis odoris. Itē vrina fetida in acutis morbis est malū signū: ḡ multomagis ī hoīe tēperato. Itē ex chilo gñat̄ egestio ī stomacho ex chimo vrina in epate: sed chilus magis est impur⁹ q̄ chim⁹: ḡ ⁊ egestio magis ē īpura ⁊ magis fetida q̄ vrina: qđ ꝯcedo. ¶ Ad primū argumentū dico ꝙ lꝫ maior calor segregās sit ī epate: verūtñ q: chim⁹ ex quo gñat̄ ⁊ segregat̄ vrina: est magis purus q̄ chilus ex quo gñat̄ egestio: ꝓpter hoc minus fetet vrina q̄ egestio. Ad scđm argumentū dicendum ꝙ verū est ꝙ caliditas facit ad fortē odorē: nō tñ ꝓpter hoc sequit̄ ꝙ faciat ad odorē fetidū: vnde illud argumentū nō cōcludit: vnde caliditas facit ad odorē aromaticum. Vel dicēdū ꝙ lꝫ in epate sit fortior calor: tamē nō est ibi materia impura sicut in stomacho: ⁊ ꝓpter hoc nō ita fetet vrina sicut egestio. ¶ Tertio q̄rit̄ suꝑ hoc qđ dicit Auicē. ꝙ ī acutis morbis sit fetor in vrina ⁊ postea remoueat̄: hmōi remotio est signū mortale. Sed ꝯdicit ysaac in lr̄a superi⁹ ꝙ ablatio fetoris ab vrina significat corpus esse mūdificatū a suꝑfluitatib⁹ corruptis: sed hoc est bonū: ḡ ablatio fetoris ab vrina est bonū. Itē dicit Auicē. ꝙ in acutis fetor vrine est prauū: g per locū ab oppositis remotio fetoris in acutis est bonū signum. Cōtrariū dicit Auicē. postea vt dictuꝫ est. Preterea qñ in acutis primo est fetor in vrina postea remouet̄: signi est casus ⁊ debilitatis nature nō potētis ampli⁹ cōmouere humores putridos: nec cū vrina ꝑmiscere: sed h' est pessim in acutis: ḡ ⁊c. qđ cōcedo. Tamē dicendū ꝙ illa remotio fetoris in acutis pōt esse ex vi nature q̄ expulit totā materiam corruptā a corꝑe: ⁊ redijt sanitas: ⁊ talis remotio est bon signū in acutis: ⁊ hoc mō ꝓcedit primū argumētū. Vel pōt remoueri fetor in acutis ab vrina ꝓpter casum virtutis non potētis amplius cōmouere humores: ⁊ tūc est pessimū: ⁊ sic loquit̄ Auicē. ⁊ ꝓpter hoc dicit Auicē. ꝙ est pessimū nisi pos redeat sanitas. Per iā dicta ptꝫ solutio ad scđꝫ argumētū qm̄ lꝫ fetor ī vrina sit prauū signū in acutis: q: significat ab dantiā humoꝝ corruptoꝝ in corꝑe: nō tñ ꝓpter hoc eius r motio est bona: q: pōt remoueri ꝓpter casum virtutis mor ficate vt dictū est. ¶ Vltimo querit̄ suꝑ hoc qđ dicit in fin lectiōis ꝙ in phlegmate accidit frigiditas ⁊ humiditas de minatur: sed ꝯ sapor acidus siue acetosus attestat̄ caliditat ti ⁊ siccitati: vt dicit in dietis vniuer. ḡ nō erit fri. ⁊ hu. Et d cendū ꝙ actualiter phlegma aciduꝫ est ca. ⁊ sic. tñ accidētal pōt esse fri. ⁊ hu. Vel dicēdū ꝙ quantū ad propriā cōplexio nem est cali. ⁊ sic. tamen ab acquisitione pōt esse fri. ⁊ hu. sic loquitur ysaac in littera. hec sunt que querebantur.

¶ De colore vrine et eius diuisione.

Vrine color gñaliter diuidit̄ in duo. vel en naturalis est: vel non naturalis. Naturali est tēperatus mediocris inter colores qua tuor humoꝝ: neq; sibi dñantur singulorum colorū qualitates: a suo tēperamēto eum eijcientes Iste color est mediocris inter citrinū ⁊ igneū. Citri nus enī color designat naturā in vrina cōpleuisse co ctionē suā: ⁊ de substātia cholere sibi miscuisse quā tatē tēperatā. Igne⁹ ostēdit vrinā commixtā aquo tati ⁊ sanguinis pulchritudini. Vñ ambo hi colore mediocritati sunt vicinātes. ⁊ tēꝑamēto ꝓpter acti nis caloris naturalis ꝯtutē: ⁊ eoꝝ iter vtrasq; extre mitates colorū. s. albi ⁊ nigri mediocritatē. Qđ cun sit: necesse est vt color inter hos duos: sit tēperatior: certior atq; dignior: ⁊ sane cōplexionis significātio Si parū has q̄litates exierit: bonū est vt rubeus s igneo vicin⁹: q: significat aquositatē sāguinis mixt cū vrina: sanguis laudabilior ē ceteris hūorib⁹: ⁊ na ture amicus. Vnde dicit Ga. Vrina rubea ⁊ citrina ignee vicina: mōstrat naturā cholere ru. in se gñass quātitatē tēperatā. Idē in lib. peri criseos. Color na turalis est citrin⁹ ⁊ clarus: q: virtutē actiōis natur significat esse in corpore.

¶ Superi⁹ determiāuit auctor de significatiōe vrine a pa te odoris ⁊ saporꝭ. In pte ista determiāt a pte coloris: ⁊ diui dit̄ pars ista in duas. In pma diuidit colorē vrine ī natural ⁊ innaturalē. In scđa ꝓsequit̄ de mēbris diuidētib⁹. scđ ibi: Naturalis tēperat⁹. ⁊ ista scđa diuidit̄ in duas. In pma determiāt de colore naturali. In scđa de innaturali: ibi: Co lor vrine extra naturā. Pria in duas. In pma determiāt d colore naturali tēperato. In scđa determinat ꝯditiōes vri nam naturalē variātes. scđa ibi: Cām diuersitatis coloris Prima pars cū p̄cedēti est pñtis lectiōis: ⁊ diuidit̄ ī duas In pma ꝓponit qđ intendit. In scđa ꝓseq̄t̄ de intēto. scđ ibi: Citrinus enī color. ⁊ ista scđa in duas. In prima deter minat de colore citrino ⁊ igneo. In scđa docet ex istis duo bus coloribus elicere colorē mediuꝫ: ibi: Qđ cum sit necess est. Prima in duas. In pma determat de colore citrino. In scđa de igneo: ibi: Igneus ostēdit vrinā. Tūc sequit̄ illa p in qua docet elicere colorē mediū: ⁊ illa in duas. In prim

facit quod dictum est. In secunda confirmat auctoritate Ga. secunda
ibi: Unde dicit Ga. vrina. hec est diuisio et sententia lectionis.
¶ Hic primo dubitatur: vtrum color vrine sit certum signum medi
co: et videtur quod non: quia nihil quod ducit in cognitionem rei per exte
riora est certum signum: sed color vrine ducit in cognitionem
vrine solummodo per exteriora. vnde color est in superficie: vnde
dicit phs: quod color est extremitas perspicui in corpore terminato.
ergo color vrine non pot esse certum signum medico. Item dicit ysa.
in dietis vniuersalibus quod sapor firmat suam speciem et non color.
vnde per saporem possumus arguere de complexione rei: vnde bene se
quitur: hoc est acutum: ergo est calidum: sed per colorem non deueni
mus in cognitionem rei: ergo color non pot esse certum signum me
dico. In contrarium est auctor in lra qui docet per colorem vrine
deuenire in cognitionem corporis temperati. Item Gal. in tegni.
omne decisum ab aliquo attestatur ei a quo descendit: sed color vri
ne descendit ab humoribus: ergo eis attestabitur: ergo poterit esse
certum signum medico: de dominio humoris in corpore: quod concedo.
Unde dico quod color certum signum medico est: et liquor magis cer
tum: et hypostasis maxime certum. ¶ Ad primum argumentum
in contrarium dico per interemptionem: quoniam non solum color vrine se te
net exterius: imo et in centro: et hoc propter peruietatem vrine: quia
est corpus liquidum: fluidum: et peruium: vnde sicut est color exterius
ita et interius: et possumus similiter accipere iudicium de colore inte
riori: sicut et de exteriori. Ad illud quod dicit phs iam patet solutio: quia
verum est quod color est extremitas corporis perspicui in corpore ter
minato. i. solido et grosso: et non peruio: vnde ipse loquitur de
corpore solido et non peruio. Per hoc patet solutio ad secundum: quoniam
ysaac in dietis vniuersalibus loquitur de colore per comparationem
ad cibos qui sunt corpora solida: dura et grossa: vnde verum est
quod in talibus color non firmat suam speciem: vt patet in rosa: quia licet ro
sa habeat rubedinem in superficie expansam caliditati attestantem:
veruntamen non pot arguere siue attestari supra caliditatem: quia
in centro est alia substantia grossa: terrestris: melancholica que non appa
ret: et hoc quia non est rosa corpus peruium: et de talibus loquitur
ysaac cum dicit quod color non firmat suam speciem: sed non sic est de vri
na: quia corpus vrine est peruium et clarum et liquidum: vnde suus co
lor pot videri in superficie et in centro: et in talibus pot color fir
mare suam speciem: licet non possit in corporibus solidis. ¶ Secundo
queritur vtrum color detur vrine per viam digestionis vel per viam com
mixtionis: videtur quod color non detur vrine per viam commixtionis: quoniam
dicit Ga. in tegni: quod optima natura tantum appetit quantum di
gerere pot: et hoc relinquitur quod nihil superfluit in corpore: sed si
nihil superfluit nihil expellitur nec commiscetur cum vrina in expulsio
ne: ergo videtur quod non coloretur vrina per viam commixtionis: ergo colo
rabitur per viam digestionis. Item digestiua et expulsiua operan
tur supra diuersa obiecta: vnde digestiua digerit purum: expulsi
ua vero expellit superfluum: sed omnes humores necessarij sunt in
corpore et non superfluunt: ergo non expelluntur: ergo nihil de eis pot
permisceri cum vrina in eius expulsione: sed si nihil permiscetur cum
vrina de humoribus non colorabitur per viam commixtionis: relinquitur ergo
quod per viam digestionis. Item dicit ysa. superius quod sicut serum est super
fluitas lactis: ita vrina sanguinis et aliorum humorum: sed serum in se
gregatione ipsius a lacte non retinet colorem lactis: quia lac est album:
serum vero non: ergo similiter vrina in segregatione ipsius ab humoribus
non retinebit colorem humorum: ergo non colorabitur per viam commi
xtionis: relinquitur ergo quod per viam digestionis. Contra: vrina est
quedam aquositas: sed aqua quantumcunque digeratur ad ignem
nunquam colorabitur: vt patet omnibus nisi aliquid cum ea permisceatur: ergo similiter
vrina nunquam colorabit per viam digestionis: imo per viam commixtio
nis. Item omnes auctores dicunt iudicare de dominio humoris in cor
pore per colorem vrine: vt si est alba significat dominium phlegmatis
etc. sed hoc non esset nisi coloraretur per viam commixtionis. i. nisi ali
quid de humoribus permisceretur cum vrina: ergo videtur quod coloretur per
viam commixtionis. Solutio dicendum quod controuersia est de ista que
stione inter magistros: tamen possumus sustinere quod color datur vri
ne per viam commixtionis: sed hoc dupliciter. vel sensibiliter. i. quando tan
ta portio humoris permiscetur cum vrina quod eam colorat colore pro
prio: vel insensibiliter. i. quando ita pauca portio humoris permi
scetur cum vrina quod vix potest percipi quod permisceatur vt in
morbis immaterialibus: et hoc appellatur per viam digestionis.
¶ Ad primum argumentum in contrarium dicendum quod in cibo est
illud per quo appetitur: et illud quod appetitur: vnde verum est quod opti
ma natura tantum appetit quantum digerere pot. s. purum. Sed tamen
illud quod appetitur. s. impurum superfluit: et pot cum vrina permisceri: et
vrina inde pot colorari. Ad secundum argumentum patet solutio per ysa.
in precedentibus: quoniam natura propter finem delegat aquositatem cum
aliqua portione humorum ad vesicam et ad renes: vt inde nu
triantur: et tunc quando exit vrina retinet aliquod vestigium ab huiusmodi hu
moribus cum ipsa delegatis ad renes: et inde coloratur. Ad ter
tium argumentum dicendum quod simile est quoad quid. s. quoad hoc:
quod sicut serum segregatur a lacte: sic vrina ab humoribus: sed dissi
mile est quoad hoc quod serum segregatur a lacte vel a caseo tanquam
pura superfluitas de qua non indiget postea caseus: sed de vri
na segregata ab humoribus indiget postea natura. s. ad transmit
tendum eam ad renes cum aliqua portione humorum: vt inde nutria
tur membra inferiora vt renes, et vesica: et tunc vrina in exitu pot
retinere aliquod vestigium ab illis humoribus et inde colorari. Uel
possumus sustinere si velimus alteram partem. s. quod per viam digestio
nis coloratur vrina. Et possumus respondere ad argumentum in con
trarium dicendo quod non est simile de calore ignis et de calore natu
rali: quia actio ignis est solum naturalis: vnde quantumcunque agat su
pra carnes nunquam generabit phlegma vel sanguinem: sed semper
consumet: sed actio caloris naturalis regulatur ab anima: et ita pot
tingere vrinam quia generat humores: et permisceri cum vrina. Per hoc
patet solutio ad secundum: nam verum est quod per vrinam docent iudicare au
ctores de dominio humoris in corpore quando est sensibilis commixtio
humoris: et hoc est per viam commixtionis: et quando non est ita sensibi
lis: et hoc appellatur per viam digestionis. ¶ Tertio dubitatur
cum hic determinet de vrina naturali: queritur vtrum omnis vrina sit
naturalis. Et videtur quod sic: quia de bonitate signi est quod representet
signatum suum eo modo quo est: ergo cum vrina sit signum de
bet hoc facere: sed sicut vrina media in colore inter citrinum
et igneum significat vrinam naturalem siue dispositionem corporis na
turalem: ita vrina nigra significat melancholiam in corpore abun
dantem: et vrina alba phlegma abundans et huiusmodi: ergo omnis vri
na erit naturalis: siue omnis color vrine erit naturalis. Ad hoc di
cendum quod vrina pot dici naturalis duobus modis. Uno modo dici
tur vrina naturalis que representat digestionem in corpore bene se ha
bente et non impeditam: et sic loquitur auctor in lra: vnde vrina me
dia inter citrinum et igneum colorem est vrina naturalis: et de tali
non obijcias tu. Est alio modo vrina naturalis que representat do
minium humoris: et hoc modo non loquitur in lra: et de tali obijcis
tu: quod omnis vrina put est signum medico est naturalis. ¶ Quar
to queritur quis color sit naturalis in vrina: vtrum color albus vel
citrinus vel rubeus. Et videtur quod color albus: quia dicit in lra quod
color naturalis et temperatus in vrina est ille qui attestatur alicui
colori humoris: sed talis est color albus et paruus: quia nulli co
lori attestatur: imo est materia ad omnes colores: ergo color na
turalis ipsius vrine est color albus. Item ex eadem materia genera
tur lachryma: sudor: saliua et vrina: sed lachryma: saliua: su
dor habent colorem naturalem album et paruum: ergo similiter et vrina
habebit colorem naturalem album. Quod autem color naturalis vrine
sit rubeus: videtur: quia dicit Hip. in pnosticis: quod color natura
lis egestionis est citrinus: sed vrina naturaliter debet esse ma
gis tincta quam egestio: vt videbitis in tertio sequenti phleuma
te: ergo color naturalis vrine est color rubeus cum sit magis tinctus
quam citrinus. Item color datur in vrina a forti digestione vel a forti
calore digerente et tingente: sed fortior calor est in epate vbi generatur
vrina quam in stomacho vbi generatur egestio: quia egestio est ci
trina: ergo color vrine magis erit incensus quam citrinus: ergo erit ru
beus. Item hoc innuit auctor in lra dicens quod color naturalis
vrine debet esse medius inter citrinum et igneum: et hic est rubeus
vel subrubeus. Contra: color rubeus in vrina significat morbum in
corpore existentem siue febrem. hoc videmus ad sensum: vnde si nobis
ostendatur vrina rubea: statim dicemus quod discrasiatus est patiens
siue ille cuius est vrina rubea. Item hoc vult egidius dicens: Cla
ra rubens triteum duplicem vel epar calefactum etc. Sed nullus color
significans febrem siue representans medico egritudinem est vrine na
turalis: sed rubeus est huiusmodi: vt visum est: ergo color naturalis vrine
non est color rubeus. Solutio ad hoc dicendum quod naturalis color vri
ne est color medius inter citrinum et igneum: vt dicit ysaac in
littera: et hic est color rubeus vel subrubeus: rufus vel subru
fus: vel citrina igneo colori vicina: et hoc etiam vult egidius
dicens. In rufum verges puri color emulus auri: Equalis

purus medius cui se liquor vnū: Corporis eucratici validos denūciat act⁹. ¶ Ad primum argumentū dicendū ꝙ nō dicit in lr̄a ꝙ color temperatus ⁊ naturalis vrine est ille qui nō attestatur alicui colori per priuationē cuiuslibet coloris: immo intelligit hic per priuationē coloris dominantis. i. color naturalis vrine est qui non attestat̄ dominio alicuius humoris in corpore abundantis. Uel dicendū ꝙ color medius per positionē inter citrinū ⁊ igneū est naturalis in vrina: et non color medius per priuationē: vt color peruius: ⁊ de tali obijcis tu. Ad scḋm dicendū ꝙ non est sile: q: lʒ lachryma: sudor ⁊ saliua: ⁊ vrina ex eadē materia generent̄: tamē natura non retinuit saliuā vel hmōi: sed retinuit vrinā cum ipsa indiget vt delegaret̄ cum sanguine ad oīa mēbra vt faceret penetrare sanguinē qui est grossus: ⁊ ita vrina ad epar rediens potest tingi ab humorib⁹ cū quibus deferebat̄: ⁊ ita color naturalis est rube⁹ ⁊c. nō sic vō color saliue vel lachryme vel sudoris. Alia duo argumēta probantia ꝙ debet esse color naturalis rubeus cōcedo. Ad illud qḋ obijcis in contrarium: ꝙ color rubeus in vrina significat febrē: dicendū ꝙ nō significat febrē in homine tēperato ⁊ debito modo se regente. Et tu obijcis ꝙ imo: q: qn̄ videmus talē ruborē in vrina statim iudicam⁹ de egritudine. Ad hoc soluit Gerardus in glosis dicēs auctoritate Ga. ꝙ filij huius temporis omnes sunt gulosi: ⁊ inordinate se regētes: ⁊ sua gulositas ⁊ inordinatio remittit vrinā: vnde vrina modernorū hominum tēperatorū debet esse subcitrina ⁊ non rubea propter inordinationē diete. Sed in tēporib⁹ preteritis vt in tēpore ysaac: ⁊ antiquorū medicorū vrine corporū tēperatorum erant rubei coloris: ⁊ hoc ꝓpter ordinationem diete: ⁊ regimen conueniēs ⁊ debitū. ¶ Quinto dato ꝙ color naturalis vrine debeat esse rubeus: querit̄ in quibus plus reperiatur talis vrina naturalis: vtrū in sanis vel in egris: constat ꝙ in sanis. In contrariū est sensus: q: talem vrinam rufam vel subrufam vel subrubeā ꝓprie videmus in conualescentibus: sed conualescētes non sunt sani: imo magis egri: ergo ⁊c. Preterea sicut dictū est: ⁊ etiā h̄ dicit Gerardus in glosis: ꝙ color naturalis vrine est tunc qn̄ digestio nō impeditur in crapula: nec a superfluitatib⁹ vel a regimine inordinato. Sed digestio in egris non impedit̄ a crapula nec a superfluitatib⁹: ⁊ loquor de conualescentib⁹: q: regunt se debite ⁊ s̄m preceptū medici: ⁊ accipiūt cibaria de facili digestibilia: tamē sibi timeant de recidiuo. Sani vō non sic: imo magis intendūt crapule ⁊ superfluitatib⁹ ⁊ regimini inordinato: ergo talis vrina coloris naturalis magis apparet in egris ꝗ̄ in sanis. et hoc concedo: ⁊ istam vltimā rationē pono pro causa. ¶ Ad primū argumentū dicendū ꝙ lʒ in sanis sit fortior calor absolute: tn̄ q: non debite se regunt vt dictū est: propter hoc talis vrina naturalis coloris non apparet in ipsis. Ad scḋm dicendū ꝙ lʒ egri habeant virtutē defectam per comparationē ad seipsos in sanitate existētes: tamē per comparationē ad digestionē materie digerēde que est aperta ⁊ obediens digestioni sua virtus est fortis: nō sic vō in sanis: q: sua materia non est obediens: imo maxime digestioni repugnans ꝓpter superfluitatē. ¶ Sexto querit̄ vtrum egestio debeat naturaliter magis esse tincta ꝗ̄ vrina: videt̄ ꝙ sic: q: dicit superius ꝙ vrina tincta est propter pmixtionē cholere cum vrina: ergo vbi plus permisceret̄ de cholera cū eo illud magis erit tinctū: sed plus permiscet̄ de cholera cum egestione cum plus transmittat̄ de cholera ad egestionē: q: maior furculus chistis fellis delegat̄ ad intestina ad confortandū expulsiuā: minor vō furculus ad stomachū ad confortandū digestionem: ergo egestio naturaliter magis debet esse tincta. Item egestio plus immorat̄ in corpore ꝗ̄ vrina: ergo egestio magis esse debet tincta: ⁊ propter morā maiorem debet recipere impressionē ⁊ tincturā. Contra dicit ꝙ color naturalis egestionis debet esse citrinus: color vō naturalis vrine debet esse medius inter citrinū ⁊ igneū: ergo vrina magis debet esse tincta ꝗ̄ egestio. Itē qḋ a fortiori calore tingitur magis debet esse tinctū: sed vrina in epate a fortiori calore tingitur ꝗ̄ egestio in stomacho: cum fortior sit calor in epate ꝗ̄ in stomacho: ergo vrina magis est tincta ꝗ̄ egestio: quod concedo: ⁊ istas duas rationes pono pro causa. ¶ Ad primū argumentū dicendū ꝙ verum est ꝙ vrina tincta est propter permixtionē cholere cū vrina. Et tu obijcis minor furculus delegat̄ ad digestiuā ꝗ̄ ad expulsiuam. Dicēdū ꝙ duplex est digestio. quedā est in epate in quo generat̄ vrina: ⁊ ad istam digestionē non delegat̄ aliquis furculus. Est alia digestio i stomacho: ⁊ ad istā delegat̄ furculus minor. Sed ista digestio non tingit vrinā: ⁊ de hoc obijcis tu. Uel dicendū ꝙ lʒ maior portio cholere permisceatur cum egestione ꝗ̄ cum vrina: tamen q: egestio est dura ⁊ solida non potest ita tingi: nec cholera cum egestione permiscetur: sed vrina potest tingi a modica portione cholere: ⁊ hoc ꝓpter passibilitatē sue substātie ⁊ ei⁹ peruietatē. Per hoc patet solutio ad secundū: q: lʒ egestio plus immoret̄ in corpore: verūtamen q: magis est dura: ꝓpter hoc non ita bene potest tingi sicut vrina que est passibilis ⁊ peruia. Item vrina a fortiori calore digerēte tingitur ꝗ̄ egestio: ⁊ ꝓpter hoc vrina magis est tincta ꝗ̄ egestio: vt dictum est. Hec sunt ea que querebantur.

¶ Causam diuersitatis coloris naturalis in vrina vt aliquantulū sit citrina vel clara: crocea: siue ignea quintuplā esse constat. Est em̄ diuersitas humane nature: in etate: ⁊ s̄m complexionē: ⁊ in dieta: quarta in exercitijs: quinta in exterioribus accidentibus corporis. ¶ Etates absolute sunt quattuor: pueritia: iuuentus: senectus: ⁊ senium. ¶ Puerorū vrina multa est et grossa: albedini vicina. Grossitudo et multitudo est duabus ex causis. Una est gulositas: ⁊ multitudo ciborū ⁊ humectatio eorū. Altera paruitas humorꝫ a corpib⁹ se dissoluētiū ꝓpter paruitatē exercitij ⁊ multitudinē sue ociositatis. Minoratio coctiōis ⁊ vicinitas albedinis: ex paruitate est ⁊ defectione coctionis: in pueris ex humiditate naturali corporib⁹ eorum domināte. Puter autē aliquis: q: cum defectionē coctionis vrine dixerim: defectionē in pueris caloris naturalis intellexerim: quod absit. Calor em̄ naturalis in pueris fortior est substantialiter ꝗ̄ in alijs etatib⁹ causa sanguinis naturalr̄ eorū dominātis cōplexiōi. In iuuenibus calor fortior est naturalis s̄m qualitatē ex cholera rubea cōplexioni eorꝫ naturalr̄ dn̄ante. Pueris aūt hāc etatē transeūtibus: vrina subtiliatur: ⁊ tincta citrinitati appropinquat: qḋ ex incremento fit exercitij: ⁊ confortatiōe caloris naturalis. ¶ In iuuenib⁹ color vrine est igne⁹: rubeus vel croceus: q: cholera rubea eorum cōplexioni naturaliter dominat̄: ⁊ calor naturalis virtuosus est in qualitatib⁹. ¶ In senib⁹ est vrina citrina ⁊ aquosa: cum calor naturalis in eis minoretur: ⁊ decoctio vrine minuitur. ¶ In senioribus subtilissima pertinens albedini ⁊ liuiditati: qḋ ex defectione est coctiōis: ⁊ paruitate caloris: q: calor naturalis in senior ib⁹ est paruissimus: ⁊ decoctio defectissima. Unde vrine mulierꝫ albe ⁊ subtiles sunt naturaliter: propter frigiditatē sue cōplexionis: ⁊ defectionē actiōis caloris naturalis. ¶ Differunt vrine senum ⁊ mulierum: q: illarū pulchriores sunt ⁊ lucidiores ꝗ̄ senū. Senū crudiores ⁊ liuidiores: q: eorum calor naturalis propinqu⁹ est extinctioni: vnde ⁊ pulchritudinē perdunt ⁊ claritatē. Mulieres etsi calorem non habent fortem: non tamen sunt prope extinctionem sui. Que cum ad senectutem deueniant: naturaliter earꝫ calor calore senū est defectior: ⁊ vrina minus lucida: magisqꝫ liuida.

¶ Superius

¶ Superius determinauit auctor de naturali colore ipsi⁹ vrine. hic determinat cõditiones colorē naturalem variãtes. ꝛ ista pars in duas diuiditur. In prima enumerat cõditiões colorem naturalē variãtes. In scđa de illis psequitur ibi: Etates absolute sunt quattuor. ꝛ ista scđa in .v. q: primo diuersificat colorē vrine penes etatē. Scđo penes cõplexionē in fine pñtis lectiõis: ibi: Complexio generalr diuiditur in duo In tertia penes dietã: ibi. Diuersitas vrine propter cibaria. In quarta penes motum ꝛ quietem: ibi: Diuersitas vrine propter motus ꝛ exercitia. In quinta penes rem extrinsecus accidentem: ibi: Diuersitas vrine propter rē extrinsecus. Prima pars cũ pcedēti est presentis lectionis. Et ista scđa in duas. In prima enumerat auctor quattuor etates. In scđa diuersificat vrinam penes illas. scđa ibi: Puerorũ vrine. ꝛ ista scđa in quattuor. In prima determinat de vrina puerorũ. In scđa de vrina iuuenũ: ibi: In iuuenib⁹ color vrine. In tertia determiat de vrina i senib⁹: ibi: In senib⁹ vrina In quarta de vrina in senioribus: ibi: In seniorib⁹. Prima In duas. in prima narrat vritatē. In scđa mouet obiectionē ꝛ illã soluit: ibi: Putat qs ꝙ defectionē. Prima in duas: in pma narrat: in scđa cãs assignat. scđa ibi: Grossitudo ꝛ multitudo. ꝛ ista scđa in duas ſm duas cãs quas assignat: ita ꝙ in prima assignat cãm quare vrina puerorũ est alba. scđa ibi: Minoratio coctiõis. Tūc sequitur illa ps in qua determinat de vrina seniorũ ad vrinã mulierũ. scđa ibi: Differūt aūt vrine mulierũ. hec est diuisio ꝛ snĩa lectionis in generali.

¶ Hic primo dubitatur de qbusdã qstionib⁹ quas qrit Gerardus. primo supra lectionē istã in suis glosis. ꝛ primo qritur cũ cõplexio magis sit immediata in dãdo colorē ipsi vrine ꝙ etas: qre pmo diuersificat vrinã penes etatē ꝙ penes cõplexionē cũ econuerso deberet facere vt videtur. Itē quare iste enumerat quattuor etates solũ: Auic. vero ꝛ hip. septem etates enumerãt. Itē quare a principio natiuitatis vsqꝫ ad augmentũ. i. vsqꝫ ad iuuentutē sunt plures etates vt puericia dentiũ plantatiua: infantia: adolescētia: pubertas. Sed ab augmēto. i. a iuuentute vsqꝫ ad finē vite nõ sunt nisi due. s. seniũ ꝛ senectus. ¶ Ad primũ istorũ dicēdũ ꝙ lꝫ cõplexio sit magis immediata in dãdo colorē vrine ꝙ etas: verumtñ q: etas magis sensibiliter colorat vrinã ꝙ cõplexio: q: plus differt sensibiliter vrina pueri ab vrina iuuenis vel senis ꝙ vrina cholerici ab vrina melancholici: ppter hoc merito diuersificãt auctores vrinã prius a pte etatis ꝙ cõplexiõis: cũ medicus sit sensibilis artifex. Ad scđm dicēdũ ꝙ iste auctor determinat de etatibus hic ſm ꝙ habēt vrinã variare: ꝛ quia vrina magis sensibilr variatur penes istas quattuor etates. s. penes pueriçiam: iuuentutē ꝛ senectutē ꝛ seniũ: ppter hoc solũ de istis determinat: ꝛ nõ de alijs etatib⁹. Sꝫ Aui. gñaliter determiat de etatib⁹: ppter h tãgit oēs. Silr hip. determinat de etatibus ſm egritudines venientes in illis etatibus: ꝛ q: diuerse egritudines veniunt in oĩbus etatib⁹: ita ꝙ vna egritudo veniens in vna etate: ē diuersa ab egritudine veniente in alia etate: vt pꝫ in aphoris. ppter hoc de oĩbus etatibus determinat hip. ¶ Scđo queritur sup hoc qđ dicit in littera. ꝙ vrina puerorũ dꝫ esse multa. ꝛ propter hoc queritur vtrũ sit multa vel pauca. Et videtur ꝙ pauca: q: dicit in littera ꝙ paucitas dissolutiõis facit ad mltitudinē vrine: ergo p locũ ab opposit multitudo dissolutiõis facit ad paucitatem vrine: sed maior dissolutio fit in pueris ꝙ in iuuenibus vt pbabo: ergo minor vrina ꝛ pauca dꝫ esse in pueris: pbatio minoris. supra illũ aph. ibi: Qui crescūt plurimũ habent innatũ calorē. dicit Gal. ꝙ oē qđ resoluitur ab humido plus ē ꝙ qđ resoluitur a sicco: cũ ergo pueri sint magis humidi senes vero sicci: fit maior resolutio a pueris: sꝫ maior resolutio facit ad minorationē ꝛ paucitatē vrine: ergo in pueris vrina dꝫ esse pauca. Itē dicit Aui. ꝙ in puellis iuuenib⁹ nõ sunt menstrua: ꝛ reddit cãm: q: totũ menstruũ in hmõi iuuenibus cedit in nutrimentũ ꝛ augmentũ: ergo eadē ratione in pueris illa supfluitas q dꝫ euacuari p vrinã cedet tota in augmentũ ꝛ nutrimentũ puerorũ: cũ adhuc nutriantur et augmententur: ꝛ ita minorabit in ipsis pueris vrina: ergo nõ erit multa vrina i pueris immo pauca. In ↄriũ est auctor in littera vt dictũ est. Itē dicit superius ꝙ multitudo vrine fit ppter abundantiã humiditatis: ꝛ multitudinē indigestionis: cũ ergo humiditates abũdãt in pueris. vñ dicit Auic. ꝙ in pueritia humiditas vincit calorem. In iuuentute humiditas adequatur calori. In senio vero calor vincit humiditatē cõsumēdo: videtur ergo ꝙ in pueris vrina sit multa ꝛ nõ pauca. Qđ cõcedo cũ ysaac. Vñ dico ꝙ in pueris vrina est multa ꝛ hoc ppter gulositatem ꝛ indigestionē: q: lꝫ calor in ipsis sit fortis: tñ non põt bene supra multitudinē ꝛ inordinationē cibariorũ. Itē multa est in pueris vrina ppter comestionem cibariorũ humidorũ q facit ad multitudinē. ¶ Ad primum argumentũ dicendũ ꝙ plus valet ad oppositũ ꝙ ad ppositũ: q: eñ pauca resolutio fit in pueris: ppter hoc oēs supfluitates q sunt multe exeūt cũ vrina. Et tu obijcis ꝙ illud qđ resoluitur ab humido: plus est ꝙ qđ resoluitur a sicco ꝛc. dicendũ ꝙ verũ est si vtrobiqꝫ sit equalis calor. Sed non sic est: q: lꝫ pueri sint humidi: verũtñ calor nõ ita est acut⁹ nec ita resoluens sicut est in iuuenibus in qbus est maior siccitas. Itē nõ ita fit resolutio a pueris: ꝛ h ppter paruitatē exercitij: vt dicit in littera. Ad scđm argumentũ dicendũ ꝙ secus est de menstruo ꝛ de vrina: q: mēstruũ est supfluitas residuitatis qua indiget natura ad nutriendũ: ꝛ ppter hoc in puellis iuuenibus nõ sunt mēstrua: q: totum cedit in nutrimentũ ꝛ augmentũ. Sed vrina est supfluitas pura indigestionis put iã descēdit in vesicã: ꝛ illa nõ indiget natura nec cedit in nutrimentũ illa: ꝛ ppter hoc expellitur in multa quantitate. ¶ Tertio qritur sup h qđ dicit in littera: ꝙ vrina puerorũ est grossa: videtur ꝙ falsum dicat: immo ꝙ sit subtilis: q: dicit in littera ꝙ vrina puerorũ est indigesta: ꝛ indigestio remittit vrinã: vñ dicit in littera ꝙ vrina in senior ib⁹ ppter indigestum est subtilissima: ergo cũ vrina puerorũ similiter sit indigesta erit subtilis. Itē dicit Ga. in tegni: oē qđ descēdit ab aliquo attestatur ei a quo descēditur: sed vrina descēdit ab humoribus ꝛ humores in pueris sunt subtiles Itē habēt mēbra subtilia: ergo vrina eis attestabitur: ergo erit subtilis ꝛ non grossa. In ↄtrariũ est auctor in lr̃a. Itē auctor dicet infer⁹ ꝙ actiue dãt vrine colorē: passiue vo nõ vnde caliditas p sui psentiam colorat vrinam: frigiditas ve ro per sui presentiam remittit: similiter humiditas per sui psentiam inspissat vrinã: siccitas vero p sui psentiã eã clare facit ꝛ attenuat: sed humiditas maxima est in pueris: ergo inspissabit vrinã: ergo vrina puerorũ erit grossa. qđ ↄcedo. ¶ Ad primũ argumentũ in ↄtrarium dicendũ ꝙ verũ est ꝙ vrina puerorũ est indigesta. Sed tamē dicēdũ ꝙ duplex est digestio: qdam est digestio quasi mediata: qdam vero que est principium digestionis ꝛ quasi inchoata. vt pꝫ in ordine digestionũ: q: prima digestio in stomacho est quasi pncipiũ digestionis: vñ gñat rem liquidã sicut chilũ: scđa vo q est in epate est qsi mediata: ꝛ gñat aliqđ grossius vt chimus. Vnde verũ est ꝙ vrina puerorũ est indigesta: sicut est scđa digestiua respectu tertie: sed nõ est indigesta qn ibi fortis calor: sit: sed tñ ille fortis calor cõmouet humores: ꝛ ideo vrina puerorũ apparet grossa. Sed vrina in senioribus est indigesta ꝛ subtilis: q: in ipsis est quasi principiũ digestionis: ꝛ nõ est ibi fortis calor q possit humores cõmouere: ita ꝙ inspisset: ꝛ ppter hoc vrina seniorũ est subtilissima: q: assimilatur prime digestioni in stomacho q gñat rem magis liqdam vt chilũ ꝙ scđa q est in epate: ꝛ ppter hoc nõ sequitur si vrina in senibus sit subtilissima: quia debilis calor in eis est paratus extinctioni: ꝙ ppter hoc vrina puerorũ sit subtilis: cũ nõ sint eodē mõ indigeste: sed diuersimode. Ad scđm argumentũ dicendũ ꝙ lꝫ humores in pueris sint subtiliores ꝛ etiã mēbra habeãt naturalr subtilia: verũtñ vrina accidentalr erit grossa: ꝛ ppter eorũ fortē calorē non potētē cõplete digerere cõmouentē humores: ꝛ ita ppter fortē cõmotionem humorũ in ipsis erit vrina grossa. ¶ Quarto queritur super hoc qđ dicit in littera: ꝙ vrina puerorũ est alba vel albedini vicina ꝛ videtur ꝙ falsum dicat: immo ꝙ debeat esse rubea ꝛ tincta: q: vrina tingitur a forti calore: sꝫ in pueris calor est fortissim⁹ sufficiēs ad augmentandũ ꝛ nutriendũ: ergo in ipsis vrina maxime dꝫ esse rubea ꝛ tincta ꝛ non alba. In ↄtrarium est auctor in littera dicēs ꝙ est albedini vicina. Itē vrina puerorũ. vt visũ est est indigesta: sꝫ indigestio remittit vrinã: ergo

cum in iuuenibus vrina sit citrina vel subcitrina: in pueris erit magis remissa: et ita albedini vicina. Et hoc concedo. Et ad primum argumentum dicendum quod licet in pueris sit fortior calor absolute: verumtamen per comparationem ad suum cibum quem recipiunt est debilis: quia inordinate et superflue comedunt: vnde semper intendunt comestioni: et propter hoc licet eius calor naturalis sit fortissimus verumtamen non potest supra tantam multitudinem cibariorum complete agere: et ita remanet vrina puerorum indigesta: et ita alba vel albedini vicina. ¶ Ultimo queritur in quibus est maior calor vtrum in pueris vel in iuuenibus cum de hoc loquatur in littera. Et videtur quod maior calor sit in pueris: quia calor puerorum sufficit ad augmentandum et ad nutriendum: calor vero iuuenum solum modo ad nutriendum: ergo maior calor est in pueris cum plura habeat facere quam calor iuuenum. Item ista tria habent ordinem substantia virtus et operatio: vt dicit phs: vnde a substantia egreditur virtus et a virtute operatio: sed substantia caloris maior est in pueris: quia magis vicinantur spermati: ergo maior calor est in pueris. Contra fortior calor et maior fortius digerit: sed calor iuuenum fortiora digerit: vt carnes bouinas et cibaria dura: calor vero puerorum debilis quia cibaria mollia: ergo maior est calor in iuuenibus quam in pueris. Preterea quod etiam quantitatiue maior sit calor in iuuenibus: videtur eo quod calor est accidens: sed ad multiplicationem et extensionem subiecti extenditur accidens: vnde dicit phs quanta superficies dicens tantam et albedinem: cum ergo membra iuuenum sint maiora et fortiora quam membra puerorum: videtur quod etiam quantitatiue maior calor erit in iuuenibus. Ad hoc dicendum quod maior calor est in pueris quantitatiue: in iuuenibus enim maior est qualitatiue: vt dicit auctor in littera. Hoc etiam vult Aui. Sed Ga. in lib. de complexionibus multum disputat de hoc: et dicit quod bene possibile est quod idem calor et equalis potest imprimi in lapide et in aqua: sed tamen in lapide ille calor erit acutior: in aqua vero magis mulcebris: sed in iuuenibus est magis acutus: vnde equalis est calor in ipsis vt dictum est. Gerardus vero satis probabiliter soluit istam questionem et dicit quod calor mihi potest notare purum accidens: et hoc modo maior est in iuuenibus: vel potest mihi notare substantiam quandam. s. vaporem aereum mulcebrem et suauem tactui: et sic maior est in pueris. Uel dicendum prout dicat ysaac in littera: quod quantum ad substantiam deferentem calorem sic maior est calor in pueris: quia in pueris plus de sanguine est: quod sanguis est vehiculum caloris naturalis: sed tamen in iuuenibus maior est qualitatiue et intensiue: et virtualiter: quia in iuuenibus melius apparet operatio calidi quam in pueris. ¶ Ad primum argumentum dicendum quod in pueris calor ordinatur finaliter ad augendum et ad nutriendum cum eos oporteat nutriri et augeri propter raritatem et mollitiem membrorum: sed in iuuenibus calor non ordinatur finaliter nisi ad nutriendum et non ad augmentandum cum membra habeant nimis dura. Ad secundum patet solo per predicta: quoniam verum est quod in pueris maior est calor loquendo de calore qui est substantia: et de hac obijcis tu. Sed non est verum de calore qui est accidens. Ad tertium dicendum quod calor iuuenum non digerit dura cibaria propter hoc quod sit fortior: sed propter homogeneitatem: vnde ratione homogeneitatis vt dicit Aui. digerunt iuuenes cum habeant membra solida: solida cibaria: et pueri cum habeant membra mollia cibaria mollia: et non propter fortem vel debilem calorem. Ad vltimum argumentum dicendum quod calor prout notat mihi accidens maior est in iuuenibus: et tu obijcis quod calor etiam quantitatiue sit maior in iuuenibus: quia habent maiora membra etc. Dicendum quod etsi membra iuuenum sunt maiora et magis extensa quam membra puerorum: non propter hoc tamen maior calor est in ipsis: quia aliqua res coadunata in paruo loco potest esse fortior quam illa eadem dispersa in pluribus locis: sic est ibi: vnde calor in pueris coadunatur: in iuuenibus dispergitur etc. Uel dicendum quod duplex est calor: quidam qui descinditur cum spermate a primis parentibus: et talis maior est in pueris: alius est calor qui generatur per confricationem partium cordis in corde et talis maior est in iuuenibus.

¶ De diuersitate vrine secundum complexionem.

Complexio generaliter diuiditur in duo: vel enim naturalis est vel non naturalis. Naturalis est ex quattuor composita qualitatibus: altera alteram non superante. hanc homines habentes complexionem: vrinam in liquore et colore habent temperatam. i. citrinam claram et mediocrem inter citrinum et igneum colorem: liquorem mediocrem inter grossum et subtilem. ¶ Non naturalis principaliter in duo diuiditur: vel enim est simplex vel composita. Simplex est cum vna qualitas corporis dominatur complexioni. Qualitates enim sunt quattuor: caliditas frigiditas humiditas et siccitas. vnde et simplices sunt quattuor complexiones cal. et fri. hu. et sic. ¶ Complexiones calide et frigide actionem habent in colore vrine: cum in liquore illaudabilem habeant actionem. ¶ Calor vrine prestat ruborem et tinctionem: cum ei corpus et sanguis calefiunt: coctiones conforta[n]tur humorum. vnde fit vt vrina tincta sit et rubicunda. Frigiditas vrine cruditatem et albedinem prestat: quod enim corpus refrigerat: et sanguinem congelat: coctionem necesse est destruat: quapropter vrina alba fit et cruda. ¶ Complexiones humide et sicce in liquore vrine suas habent actiones: quia humiditas turbiditatem prestat et grossitudinem: siccitas liquorem subtiliat et clarificat. ¶ Complexiones composite ex duabus qualitatibus sunt commixte: cum ergo complexio ex qualitatibus sit quattuor. s. cal. hu. et sic. frigiditate. he complexiones quattuor erunt: ca. et humida: calida et sicca: frigida et hu. frigida et sicca. ¶ Complexio calida et humida prestat vrine ruborem in colore. grossitudinem in liquore. Calor enim sicut dixi sanguinem calefacit: coctionem confortat: vrine ruborem et tincturam dat: humiditas liquorem ingrossat: turbiditatem prestat: vnde fit vt vrina cui dominatur sanguis grossa et rubicunda sit: quia sanguis est calidus et humidus. ¶ Complexio calida et sicca dat vrine ruborem in colore: subtilitatem in liquore: quia calor vrinam facit rubicundam et claram: quia cholera rubea calida est et sic. ¶ Complexio frigida et humida vrine albedinem in colore: grossitudinem in liquore dat: quia frigiditas sanguinis calorem congelat et perfectionem coctionis: et tincturam vrine tollit humiditas grossificat liquorem dans sibi turbiditatem Unde fit vt cui dominetur phlegma vrinam faciat grossam et albam: cum frigidum et humidum sit phlegma. ¶ Complexio frigida et sicca vrinam albam facit in colore: claram in liquore: quia frigiditas vrine aufert tincturam: et siccitas subtiliat liquorem et clarificat. Unde fit vt cui nigra cholera dominatur: vrinam albam et claram: et subtiliatam habeant quod cholera ista frigida est et sicca.

¶ Superius determinauit auctor de diuersitate coloris vrine a parte etatis: hic diuersificat vrinam penes complexionem: et diuiditur in duas. In prima diuidit complexionem in naturalem et non naturalem. In secunda prosequitur de membris diuidentibus ibi: Naturalis ex quattuor. et ista secunda in duas. In prima determinat de colore naturali ipsius vrine. In secunda de non naturali: ibi: Non naturalis. et ista secunda in duas. In prima diuidit auctor complexionem non naturalem in simplicem et compositam. In secunda prosequitur de illis: ibi: Simplex est cum vna qualitas. Secunda in duas. In prima determinat de complexione simplici: in secunda de composita. secunda ibi: Complexiones composite. Prima in duas. In prima determinat auctor de qualitatibus simplicibus In secunda determinat auctor operationes quas faciunt iste qualitates in vrina. secunda ibi: Complexiones calide et frigide. et ista secunda in duas. In prima determinat auctor operationes actiuarum qualitatum in vrina: In secunda operationes passiuarum: ibi: Complexiones humida et sicca. Tunc sequitur illa pars in qua determinat auctor de complexionibus compositis: et illa in duas. In prima proponit quod intendit: in secunda de illis prosequitur. secunda ibi: Complexio calida et humida. et ista secunda in quattuor: quia primo de

terminat de cōplexione calida et humida. In scda de calida et sicca: ibi: Cōplexio calida et sicca. In tertia de cōplexione frigida et humida: ibi: Cōplexio frigida et humida. In quarta de frigida et sicca. ibi. Cōplexio frigida et sicca. Hec est diuisio et snia lectionis.

¶ Hic dubitat de qbusdā q̄stionib⁹ quas q̄rit Gerardus supra lectionē istā in suis glosis. et primo q̄ritur cū cōplexio etatis nō diuersificet vrinā nisi p cōplexionē: videtur q satis patuit istud capl'm de cōplexione p capl'm de etate. Itē supius determinauit auctor naturalē colorē ipsius vrine: vt pote colorē mediū inter citrinū et igneum: quare ergo hic repetit de hmōi. Itē quare repetit siue quare itromittit se in hac pte determinare de liquore cū postea faciat capl'm separatū de liquore. Item hic agit solū de colore vrine: cū ergo passiue qualitates nihil faciāt ad colorē vrine: vt dicit in littera: videt q ibi nō oz determinare de opatione qualitatū passiuarū: immo solum de opatione actiuarū: cū actiue solū dant colorē et non passiue. ¶ Ad primū istorū dicēdū q lz etates penes cōplexionē variet vrinā: tn̄ in qualibet etate sunt diuerse cōplexiones. vt in etate puericie sunt quattuor complexiones et c. vn̄ ibi ponit capl'm de cōplexione. i. de diuersitate vrine coloris a pte cōplexiōis vt appareat dr̄ntia inter vrinā vnius pueri ab vrina alterius pueri. vn̄ nō solū intendit ponere diuersitatē inter vrinā pueri et vrinā iuuenis: immo inter vrinā vni⁹ pueri ab vrina alterius: et ppter hoc diuersificat ibi colorē vrine a pte cōplexiōis. ¶ Ad scdm dicēdū q superi⁹ determinauit auctor gnal'r de naturali colore ipi⁹ vrine: hic vo de excedēti: q: eni hic diuidit cōplexionē in naturalē et innaturalē: ppter h ad manifestandū suū ppositū determinat de colore naturali: vt applicet cōplexioni naturali vrinā naturalē. ¶ Ad tertiū dicendū q hic facit capl'm separatū de cōplexiōe: et ppter hoc oēs effectus cōplexiōis oz determinare: et q: liquor est effectus cōplexionis. s. hu. et sic. q: passiue dāt liquorē vt dicit in lr̄a: ppter hoc hic intromittit se de liquore ex incidēti. ¶ Ad quartū sil'r pz solutio q: eni nō videremus sufficiēter diuisionē cōplexionis nisi videremus opationē qualitatū cōplexionalū: ppter hoc opatiōes tā actiuarū q passiuarū determinat. ¶ Postea querit Gerardus: vtrū color det vrine a cōplexiōe radicali vel fluente. Qd nō a radicali pbat sic: q: vrina tingit a digestiōe epatis: sed digestio epatis fit p calorē fluentē et nō p radicalem ergo nō dat a cōplexione radicali immo a fluēte. Cōtra: cōplexio radicalis est interverū tēperamentū et pmū gradum fluēs vo eleuata est vsq ad scdm gradū: sed dicit in littera: q naturalis color vrine cōposit⁹ est ex quattuor qualitatib⁹ altera alterā nō excedentib⁹: sz sic est in radicali cōplexione et nō in fluēte: ergo dat color vrine a cōplexione radicali et nō a fluēte. Ad hoc soluit Gerardus in lr̄a: et vult dicere vt videt q a fluēte: q: ex radicali cōplexione et fluente resultat vnica cōplexio actual'r in corpore et hec est fluēs. Uel dicendū q ab vtraq tā a radicali q a fluente dat color in vrina. a radicali tanq ab occulta et regulāte: a fluente tāq a manifesta et regulata a radicali: vn̄ in hoīe tēperato debite se regente dat color in vrina ab vtraq cōplexione: sed magis et manifesti⁹ a fluēte: cū opatiōes cōplexiōis fluētis magis appareāt q opatiōes radicalis: vt pz de colore cutis: color eni cutis magis sensibiliter videt gnaria cōplexiōe fluēte q a radicali. sil'r dicēdū est de vrina. ¶ Ad primū argumentū soluo p interemptionē dicēdo q digestio epatis nō solū fit per calorē fluentē: immo etiā p radicalē: sed tn̄ magis manifeste p fluentē. Ad scdm argumētū in oīrū dicēdū q de cōplexione radicali et fluēte resultat quasi tēperamētū: et tale pōt dare colorē ipsi vrine. ¶ Scdo q̄rit vtrū sit ponere ꝯplexionē tēperatā: sed q: disputata est supra dietas vles: fol. xv. ibi. Circa partē istā et c. et etiā supra tegni Ga. ppter hoc ad pn̄s eaz omitto. ¶ Sed tertio q̄rit de ꝯbinatiōe qualitatū: q: videt q nō sint nisi due ꝯbinatiōes: q: dicit Ga. in de cōplexionib⁹ q necesse est q cuz caliditas vincit q statim sequat siccitas: et cū frigiditas vincit q sequat humiditas. ergo cū siccitas sequat ca. et humiditas fri. videt q non erunt nisi due cōbinationes diuerse. s. caliditatis et humiditatis et frigiditatis et siccitatis. Itē impossibile est q̄litates ꝯtrarias cōcurrere adinuicē: sz caliditas et siccitas sūt ꝯrie: q: mouet motu ꝯrio: q: ca. mouet a cētro ad circūferētiā dilatādo: siccitas ecōuerso cōstringēdo: sil'r fri. mouet a circūferētia ad cētrū cōstringēdo: hūiditas ecōtrario dilatādo: ergo cal. et sic. nō cōpatiunt se: nec fic. et hu. ergo nulle sunt iste cōbinatiōes. Solo dicēdū q iste q̄ttuor ꝯbinatiōes q̄s ponit ysaac in lr̄a possibiles sunt. ¶ Ad primū argumētū dicēdū q Ga. nō loqtur sub auctoritate ppria ibi qn̄ dicit illō vbū: imo recitat illud: et postea destruit: vn̄ bene pōt fieri cōbiatio ca. et sic. et fic. et hu. Sed ꝯ hoc pōt sic obijci. Aui. dicit q q̄libet caliditas desiccat: nō tn̄ q̄libz frigiditas humectat: et ponit exēplū de vere. vn̄ dicit q humiditas veris pōt tēperari p caliditatē estatis subsequētis: sed siccitas autūni nō pōt tēperari p frigiditatē hyemis subsequēt: ergo cū q̄libet caliditas desiccet calidū semp associabit sibi siccū: g nō pōt eē illa cōbinatio ca. cū hu. Et dicēdū ad hoc q qn̄ dicit Aui. q q̄libet caliditas desiccat: ipse loqtur de caliditate pseuerante. vn̄ verū est q calidū pseuerās associat sibi siccū: sed tn̄ caliditas nō pseuerās bene pōt cōpati se cū hūido. et sic adhuc sunt ille quattuor cōbinatiōes possibiles. ¶ Quarto q̄ritur vtrū color in vrina det plus a cōplexione cordis vel epatis. Et q plus ab cōplexiōe cordis videt: q: dicit in littera: q in cōplexione cal. et hu. est vrina rubea et spissa: et h est qd dicit ipse q sanguis supcalefit. Sed maior supcalefactio sanguinis est in corde q in epate: g vrina magis tinget a cōplexione cordis q epatis. Itē dicit Auic. q calor naturalis et spūs sunt calidiores de toto corpore: postea sanguis deinde epar Si g vrina tingat ppter calefactionē sanguinis: et maior calor acqrit sanguini in corde q in epate: videt q a cōplexione cordis plus dabitur color siue tinctio vrine q a cōplexione epatis. In ꝯriū sunt auctores dicētes q vrina descindit ab humoribus in epate: et ibi recipit colorē. q: colorat p cōmixtionē humorū q̄ non sunt in corde. Itē vrina tigit ab opatione scde digestiue: et illa fit in epate et non in corde: ergo et c. Itē dicit supi⁹ q vrina principal'r attestat passionib⁹ epatis et venarū: g plus tinget ab epate q a corde. Qd concedo: vn̄ dico q loquēdo de opatiōe pma sensibili et immediata vrina tingit siue colorat a cōplexiōe: siue ab opatione epatis: tn̄ virtual'r colorat a corde: q: cor influit virtutē supra oīa mēbra. ¶ Ad duo prima argumēta soluo vnica solutiōe: dicēdū q vrina nō tingit ab illo sanguine qui supcalefit in corde immo anteq ille sanguis q̄ calefit in corde trāsmittatur ad cor tingit vrina in epate: q: gnal'r cū humorib⁹ in syma epatis: seq̄strat aūt ab hūorib⁹ in gybbo: et ibi recipit tinctionē ex cōmixtiōe humorū: et h sensibili vel insensibili. ¶ Quinto q̄rit sup h qd dicit in lr̄a q actiueq̄litates. s. fri. et ca. dāt colorē vrine: passiue vo. s. hu. et sic. dāt ei subam. Sed ꝯ: color datur vrine p digestionē: sz digestio viget p ca. et hu. g tā passiue q actiue dāt colorē vrine. Itē videt q actiue dent subaz q: actiue sunt fortiores q passiue: g dabūt vrine illud qd difficilius est: sed difficili⁹ est dare subam vrine q colorē: q: color est accidēs: et difficili⁹ est dare subam q accidēs: g cū actiue sint fortiores dabūt vrine subam: passiue vo cū sint debiliores dabūt colorē. In ꝯriū est auctor in lr̄a: vt dictum est. Possum⁹ iterū pbare q passiue dāt colorē: q: q̄cqd ē cā cāe est cā causati: sed passiue sunt cā sube: vt dicit in lr̄a: et suba est cā coloris: q: p subam vel p liquorē dat color vrine: vt videbitis infer⁹: g et passiue dabūt vrine colorē. Itē caliditas siccum dealbat: hūidū vero denigrat: g hu. et sic. dāt colorē q̄ sunt passiue: et nō caliditas q̄ est actiua: q: si ca. daret colorē eūdē colorē induceret in siccū et in humidū: sed hoc nō est ergo et c. Ad hoc soluit Gerardus dicēs q actiue dāt colorē et subam et passiue sil'r: sed actiue dāt principaliter colorē ex ꝯsequēti subam. passiue ecōtrario. s. principaliter subam ex ꝯsequēti colorē. Sed hoc nihil est: q: dicit ysaac in littera: q actiue dant colorem: ita q non substantiam: passiue vero substantiam ita q nō colorē. Propter hoc dicēdū est aliter q actiue dāt colorē p se: subam p accidēs: passiue subam p se: colorē p accidēs. vbi gr̄a: color dat in vrina p viā commixtiōis sensibilis: vel p viā digestiōis: et hoc est p viā cōmixtionis insensibilis: ponat g q cholera in modica quātitate pmisceat cū vrina tinget statim sensibiliter vrinā: sed tn̄ non

ingrossabit vel inspissabit eā manifeste:imo eā quasi paruꝫ: aut nihil inspissabit:⁊ talis inspissatio d: quātū ad mediocꝫ subāz:⁊ ita pꝫ ꝙ actiue:vtpote caliditas in cholera tingens cholerā colorabit vrinā:⁊ nō dabit ei subam nisi ꝑ accidēs: silr dicēdū est de passiuis:q: humiditas ꝑ sui pñtiā:⁊ siccitas ꝑ sui priuationē substātiāt vrinā.q: multitudo humiditatis ꝑmiscēs se cū vrina dat subam spissam ipsi vrine:⁊ nō dat ei quātū est de se colorē:q: etsi illa humiditas q̄ ꝑmiscetur cū vrina q̄ ingrossat vrinā sit colorata colore aliquo: tñ quātū est de se ⁊ de sua intētione nō dat ei colorē nisi ꝑ accidēs:imo quātū est de se solū dat ei subam.s. spissitudineꝫ vel hmōi. Uel dicēdū aliter ꝙ actiue dāt ei colorē formalr i.materialr:q: caliditas tingit sanguinē:⁊ ita ꝑ sui pñtiam caliditas facit tincturā in vrina formalr:silr frigiditas remissionē:sed effectiue dāt subam:q: faciūt ebullitionē in hūoribus:⁊ ita ꝑ cōmixtionē illoꝝ humoꝝ cū vrina:⁊ ita ꝑ accidēs dāt subam:ecōuerso est de passiuis:q: formalr dant ei subam.s.ꝑ sui pñtiā:effectiue vō colorē ꝑ accidēs:q: ex per mixtione resultat color talis in vrina. ¶ Ad primū argumentū dicēdū ꝙ verū est ꝙ vrina tingit̄ ꝑ digestionē:⁊ digestio viget ꝑ ca.⁊ humi.⁊ ita illa caliditas facit ad colorē:⁊ hūiditas ad subam:⁊ ita nō habes argumētū. Ad scōm dicēdū ꝙ tā suba vrine q̄ color est accidēs:⁊ ꝓpter h̄ equalr possunt dari: q: appellat ibi subam vrine ꝯditiōes immediate cōsequētes naturā:vt tenue spissum ⁊ mediocre. Uel dicēdū ꝙ verū est ꝙ ꝑ viā gñationis facilꝰ est dare colorē q̄ subaꝫ:⁊ hac via actiue cū sint fortiores darēt subam:sed ꝑ viā commixtiōis nō est verū.imo facile est rē facere spissam ꝑ viā cōmixtionis:vt ꝑmiscēdo puluerē cū aqua:sic est in ꝓposito. Uel dicēdū ꝙ lꝫ actiue sint fortiores simplr q̄ passiue:tamē passiue sunt fortiores quātū ad istū effectū q̄ est liquor.⁊ cā huius est:q: liquor spissus:tenuis ⁊ mediocris imediate sequit̄ materia:sed silr q̄litates passiue sunt magis materiales q̄ actiue:⁊ ꝓpter h̄ actiue dāt colorē q̄ est magꝭ formal̄ ⁊ passiue subam siue liquorē q̄ est magis materialis.ꝑ iā dicta pꝫ plane solutio ad alia argumēta. ¶ Ultimo q̄rit̄ supꝑ hoc qd̄ dicit in l̄ra:ꝙ frigiditas ⁊ siccitas facit vrinā tenuē ⁊ albā. Contra:humor niger ⁊ spissus:⁊ vrina dꝫ attestari humori:g̊ frigiditas ⁊ siccitas facit nō vrinā tenuē ⁊ albā:imo potiꝰ nigrā ⁊ spissam.vñ dicit inferius ꝙ in solutiōe q̄rtane est vrina nigra ⁊ spissa. Et dicēdū ꝙ melācholia pōt tingere vrinā ꝑ sui cōplexionē:⁊ sic cū melācholia sit frigida ⁊ sicca rōne frigiditatis dealbat:rōne siccitatis attenuat:⁊ h̄ modo loq̄tur auctor ibi:q: ibi diuersificat colorē vrine penes cōplexionē:vel melācholia pōt tingere vrinā ꝑ sui cōmixtionē ⁊ sic cū sit humor niger ⁊ spissus facit vrinam nigram ⁊ spissam:⁊ sic est in solutione quartane.

¶ De diuersitate vrine propter cibum.

Diuersitas vrine ꝓpter cibaria duplex est: vel in quātitate:vel in qualitate. Quantitas cibi tribꝰ erit modis. Omnis enī cibꝰ: vel multus:vel paruꝰ:vel medius. Multꝰ vrine cruditatē ⁊ albedinē largit̄:⁊ hoc ex cāis duabus:q: ex multitudine cibi ⁊ potus calor naturalis gñat̄:⁊ digestio cōtrahit̄. Cū aūt cibus nō ꝑfecte digerit̄:sanguis nō ꝑfecte cōplet̄:neq; vrina tingit̄: sꝫ cruda egredit̄:qd̄ plurimū patiūtur gulosi ꝓpter potus cibiq; plenitudinē:maxime si vinū sit subtile ⁊ albū. Scđa erit cā:q: multitudo cibi ⁊ potꝰ corpꝰ hūectat. Cū humor in corpore augmētat̄:sanguinis calor minuit̄ ⁊ cōgelat̄:atq; calor natural̄ in coctiōe deficit:vñ cruda ⁊ alba erit. Paruꝰ cibꝰ dat vrine ruborē ⁊ claritatē:q: puitas cibi desiccat hūiditatē corporis:humiditas minorata calefacit corpus:vñ vrina clara fit ⁊ ru.sicut in iuuenibꝰ ieiunātibꝰ maxime Ga. Urina inq̄t ꝑm quātitatē vini diuersat̄:q: si multū sit:liquor vrine crescit:minuit̄ hypostasis: tinctura minorat̄ vrine:⁊ albedini appropinquat:maxime si paucū sit:liquorē facit paucū:hypostasim multā et maiorē tincturam rufitati propinquā. Itē vinū si ꝓpter multitudinē nō accipiat coctionē:vrinā nō imutat:⁊ erit sicut fuit bibitū. Si albū sit ⁊ clarū: vrina erit alba ⁊ clara. Si vō grossum ⁊ nigrū:vrina grossa erit ⁊ nigra. Si grossum ⁊ citrinū: vrina erit silr.

¶ Cibꝰ mediocris inter subtilē ⁊ grossum:multū ⁊ paucū:ꝑm leuitatē suā ac naturā facit digestionē bonā ac tēperatā coctionē:ꝑm ꝙ actio erit nature:⁊ tēperamentū in liquore ⁊ colore vrine. Unde diuersat̄ ex cibi q̄litatibꝰ q̄ttuor modis. Cibus enī est calidus est frigidus:est hūidus:⁊ est siccus. Calidus dat ruborē ⁊ tincturā vrine:Calor enī epar calefacit in primis.vñ suꝰ rubescit sanguis:et ebullit spūs cordis: vrinā tingit ⁊ calefacit:sicut videmꝰ in hoibus calida sepe cibaria comedētibꝰ:vtpote mel ⁊ silia. ¶ Cibus frigidus vrine dat cruditatē ⁊ albedinē:q: frigiditas calorem epatis mitigat:spm̄ cordis cōgelat:coctionē vrine aufert:q̄ cū bene non coquat̄:vrina cruda ⁊ alba reddit̄:sicut cū pisces ⁊ silia comeduntur.

¶ Cibus hūidus dat vrine turbiditatē ⁊ grossitudinē:⁊ plurimū eā facit albā ⁊ crudā:raro rubeam ⁊ tinctā.humectatio enī cibi augmētat humectationē corporis:humectatiōe augmētata calorē sanguinis necesse est vt minuat:⁊ spm̄ cordis ꝯgelet. Sꝫ tñ si cibus calorē habeat q̄ humectationē vicat:⁊ sanguinē calefaciat:rubor ⁊ turbiditas fiūt i vrina. ¶ Cibꝰ siccus vrine subtilitatē ⁊ claritatē largit̄:⁊ plurimū est rubeꝰ color:raro citrinꝰ ⁊ albꝰ:q: siccitas cibi desiccat hūiditatē sanguinis:q̄ cū minuat̄ calefit cordis spūs vrina rubea ⁊ clara efficit̄. Si tñ stomachꝰ tātū habeat frigiditatis:vt ꝯgelet calorē sanguis:⁊ mitiget feruorē sui ⁊ tincturā:vel ruborem vrine ꝯtrahat:duplicē facit i vrina cāꝫ:mutat enī in citrinaꝫ sicut in calidam habētibus cōplexionem:vel in albam:sicut in complexionem habentibus frigidam.

¶ Supius diuersificauit auctor vrine colorē penes etateꝫ ⁊ cōplexionē:hic penes dietā:⁊ diuidit̄ hec ps in duas. In prima diuidit. In scđa de mēbris diuidētibꝰ agit:ibi: Quātitas tribus erit modis. Et ista scđa in duas. In prima diuersificat vrinā penes quātitatē ipsiꝰ cibi. In scđa penes quātitatē:ibi. Ex qualitatibꝰ. Prima in duas. In prima diuidit quātitatē cibi. In scđa de mēbris diuidētibus agit. Secunda ibi. Multus vrine cruditatē.⁊ ista scđa in duas. In pͥma diuersificat colorē vrine penes cibū illū: multū ⁊ paucum. In scđa penes mediocrē.scđa ibi: Cibus mediocris. prima in duas. In prima diuersificat vrinā penes cibū multum ⁊ paucū. In scđa ꝯfirmat auctoritate Ga.scđa ibi: Gal. inq̄t vrina.prima in duas. In prima diuersificat vrinam penes multū cibū. In scđa penes paucū cibū:ibi: Paruꝰ cibꝰ.prima in duas. In prima diuersificat vrinā penes cibū multū: ⁊ assignat vnā cām:q̄re cibꝰ multꝰ facit vrinā crudaꝫ ⁊ albā In scđa assignat scđaꝫ cām ad h̄ idē:ibi: Scđa erit cā q: multitudo. Tūc seq̄tur illa ps in q̄ diuersificat colorē vrine penes q̄litates cibi.⁊ ista in duas. In prima diuidit. In scđa de mēbris diuidētibꝰ agit.scđa ibi: Calidus dat vrine colorē.⁊ ista scđa in duas. In prima determinat auctor de opatione qualitatū actiuaꝝ ipsiꝰ cibi in colorē vrine. In scđa determinat opationem qualitatū passiuarū in vrinā.secūda ibi incipit: Cibꝰ hūidus.prima in duas. In pͥma determiat opationē cibi calidi in vrinam. In scđa cibi frigidi.scđa ibi: Cibꝰ frigidus vrine. Tūc seq̄tur illa ps in q̄ determiat opatiōes q̄litatū passiuarū in vrina.⁊ illa in duas. In prima determiat opationē cibi humidi in colorē vrine,in scđa deter-

minat opationē vrine cibi sicci: ibi: Cibus siccus subtilitatē.
Hec est diuisio ⁊ sñia lectionis in generali.
¶ Hic pmo dubitaẜ de qbusdā q̄stionibꝰ litteralibꝰ q̄s fa-
ciunt gulosi. Et primo queritur quare in parte ista diuersi-
ficat vrinā penes quantitatē cibi ⁊ nō penes substantiam: ⁊
videtur ꝙ debet diuersificare penes substantiaꝫ: quia sicut
est repire cibū multū ⁊ paucū ⁊ mediocrē a pte quātitatis:
ita grossum ⁊ subtilē ⁊ mediocrē a pte sube: ġ videẜ esse in
sufficiēs cū nō diuersificet vrinā a pte sube ipiꝰ cibi. Itē q̄-
re nō diuersificat cibū a pte cōplexiōis cōposite sicut a pte
cōplexiōis simplicis cū in caplo p̄cedēti diuersificet vrinam
penes ꝯplexionē cōpositā ⁊ simplicē. Itē dicit in lr̄a ꝙ mul
tus cibꝰ remittit vrinaꝫ: ⁊ assignat duas cās. Prima est: q:
aggrauat naturā: ⁊ digestio ꝺbiẜ. Scd̄a cā est ꝙ multitudo
cibi ⁊ potꝰ corpus humectat: cū humor in corpore augmen
teẜ ⁊ digestio remittaẜ. hec videẜ eē vna cā ⁊ nō due: q: vtro
biq̄ idigestio est cā remissiōis hmōi vrine. ¶ Ad pmū isto
rū dicēdū est: ꝙ illa eadē diuersitas q̄ est in multo cibo pau-
co ⁊ mediocri: est i grosso subtili ⁊ mediocri: ⁊ ita ꝑ diuersi
ficationē quātitatꝫ cibi satis pōt itelligi diuersificatio sube
Et tu obijcies: si eadē est diuersificatio vtrobiq̄: q̄re ġ potiꝰ
diuersificat a pte quātitatꝫ q̄ a parte sube: cū diuersificatio
a pte quātitatis sil'r posset intelligi ꝑ diuersificationē a par
te sube sicut ecōtrario. Ad hoc dicēdū ꝙ vna cā fuit: q: sepis
sime ⁊ pluries variaẜ vrina a pte quantitatis q̄ a pte sube:
q: pluries peccāt hoies rōne sue gulositatis in quātitate ci
bi. i. in multitudine ⁊c. q̄ in substantia. i. grossicie: ⁊ propter
hoc ⁊c. Scd̄a cā est: q: diuersitas a pte quātitatis est magis
notabilis ⁊ sensibilis q̄ diuersitas a pte sube: ⁊ q: ille ē sen-
sibilis artifex: ꝓpter hoc potius diuersificauit vrinā a parte
quātitatis cibi q̄ a pte sube. Tertia cā ē: q: diuersitas a pte
sube magis r̄ndet li q̄ri. Diuersitas v̄o a pte quātitatꝫ magꝫ
colori: ⁊ q: determinat ibi de colore ꝓpter hoc potius diuer
sificauit a pte quātitatis q̄ a pte sube. Ad scd̄m dicēdū ꝙ di
uersificat vrinā ibi solū a pte cōplexiōis simplicis: q: ꝑ sim-
plices cōplexiōes possunt intelligi cōposite. Scd̄a cā est: q:
in quolibet cibo: vt in pluribꝰ ē vna qualitas dn̄ans seu de
nōiatiōis: rōne cuiꝰ diuersificat vrinā ⁊ ꝓpt̄ hoc penes sim
plices ⁊ nō penes cōpositas. Ad tertiū dicēdū ꝙ vtrobiq̄ si
ne dubio indigestio est cā remissiōis vrine rōne multi cibi:
sed diuersimode tn̄: q: in prima cā. s. qn̄ cibus multꝰ aggra
uat naturā fit indigestio a cibo multo: tāq̄ a resistēte: q: re-
sistit digestioni ⁊ aggrauat naturā. In scd̄a v̄o cā fit indige
stio a multo cibo tāq̄ a p̄ncipali agēte: q: multꝰ cibꝰ multi-
tudinē hūiditatis gn̄at: q̄ abūdātia humiditatis principal'r
agit indigestionē ⁊ ipedit digestionē. Uel dicēdū ꝙ differūt
iste due cāe: q: multꝰ cibꝰ in p̄ncipio aggrauat naturā: ⁊ ita
causat indigestionē ⁊ discolorationē in vrina: sed multꝰ cibꝰ
in scd̄a cā gn̄at humiditatē: q: humiditas ꝑ suā cōmixtionē
cū vrina discolorat ⁊ remittit vrinā.
¶ Postea principal'r pmo q̄riẜ: cū ibi diuersificet colorē vri
ne penes cibaria: q̄riẜ pmo vtrū cibꝰ possit variare colorem
vrine. Et videẜ ꝙ nō: q: digestio cibi est in stomacho: gene-
ratio vrine in epate: sꝫ mēbrū ignobiliꝰ nō delegat suā super
fluitatē ad mēbrū nobiliꝰ: ġ stomachꝰ cū sit ignobilior epa
te nō delegabit suā supfluitatē ad epar: imo delegabit solū
nutrimētū laudabile: sed nutrimētū laudabile nō tingit vri
nā: imo illaudabile: ġ cibꝰ a stomacho ad epar delegatꝰ nō
variabit vrinā cū hmōi sit laudabile: ġ videẜ ꝙ cibꝰ aliq̄ mō
nō possit vrinā variare quātū ad colorē. Itē Auic. in pmo li.
caplo de eo qd̄ comediẜ ⁊ bibiẜ: dicit ꝙ cibꝰ imutaẜ ⁊ nō im
mutat: si ġ nō imutat nō alterabit colorē in vrina. Itē parū
post dicit Aui. ꝙ cibꝰ in corpore nostro receptꝰ opaẜ a mate
ria ⁊ nō a forma: sed oīs alteratio ⁊ variatio fit a forma ⁊ nō
a materia: ġ cibꝰ nō variat colorē vrine. Itē Ga. i de simpli
ci medicina: vbi ponit differētiā inter cibū ⁊ medicinā: dicit
ꝙ cibꝰ alteraẜ ⁊ nō alterat: medicina ecōuerso: qn̄ in corpo-
re nostro recipiūtur. si ġ cibꝰ alteraẜ in corpore ⁊ nō alterat
videẜ ꝙ nō variabit colorē vrine. In ꝯ̄riū est auctor in lr̄a:
dicēs ꝙ cibꝰ multꝰ in corpore receptꝰ cruditatē ⁊ albedineꝫ
largiẜ vrine: cibꝰ v̄o puus dat vrine rubore ⁊ claritatē. Hoc
idē ostēdo ꝑ rōnem: q: superiꝰ dixit ysaac pluries: ꝙ humo-
res diuersificāt vrinā: vn̄ hūor phlegmaticꝰ facit vrinā albā
⁊ spissaꝫ ⁊c. sꝫ ita ē ꝙ cibꝰ diuersificat hūores: vn̄ a cibo cali
do gn̄aẜ humor calidus: ⁊ a frigido frigidus: si ġ hūores va
riāt colorē: ġ a pmo ad vltimū cibꝰ variabit colorē in vrina.
Qd̄ ꝯcedo. ⁊ istas duas rōnes vltimas pono ꝓ cā. ¶ Ad p-
mū argumētū i ꝯtrariū dicēdū ꝙ duplex ē supfluitas: q̄dā
eñ est supfluitas nociua: ⁊ hec est duplex: q̄dā residuitatis
vt spma: q̄dā ipuritatis: vt egestio: sudor ⁊ vrina: ⁊ iste ita
total'r expellūtur a corpore ꝙ nō attrahunẜ a mēbris: et de
tali vex est ꝙ mēbra ignobilia nō trāsmittūt ad nobilia talē
supfluitatē. Est alia supfluitas q̄ nō est supfluitas recte: im
mo puritas: vt chilꝰ q̄ est supfluitas quātū ad stomachū: qn̄
stomachus accepit illd̄ qd̄ sui nature est ꝓportōabile ad ipꝫ
nutriēdū: tūc a stomacho expelliẜ: ⁊ meseraice attrahūt ipꝫ
⁊ delegāt ad epar: ⁊ hac via cibꝰ a stomacho ad epar delega
tus pōt variare colorē vrine: ⁊ de tali nō obijcis tu. Ad scd̄m
argumētū dicēdū ꝙ sicut dicit Ga. i de cōplexionibꝰ triplex
est cibꝰ: cibus futurus cibus. i. cibꝰ extra: ⁊ cibꝰ in via: vt in
prima ⁊ scd̄a digestiua: ⁊ cibꝰ cibās in effectu: vt in assimila
tione in tertia digestiua. Dico ġ ꝙ qn̄ Auicē. dicit ꝙ cibus
nō alterat: ipse loq̄tur de cibo cibāte in effectu: ⁊ nō de alijs
vn̄ cibꝰ in via pōt variare vrinā in colore: ⁊ istud meliꝰ decla
rabiẜ in sequenti ꝓbleumate. Uel aliter dicēdū ꝙ Aui. dicit
ꝙ cibꝰ nō imutat tāq̄ principale agēs: cū imutat tanq̄ resi-
stēs; q: oē mouēs physicū dū mouet moueẜ: ⁊ ponit Gal.
exēplū: q: lꝫ cultellus agit cerā mollē: tn̄ patiẜ a cera per fre
quētē vsum: ⁊ hoc ꝓpter resistētiā quā hꝫ cultellus ad cerā
sil'r est de cibo ꝙ lꝫ imuteẜ in corpore: tn̄ aliquātulū imutat
corpus resistēdo q̄nq̄ digestioni: ⁊ ita cibꝰ pōt vrinā varia
re in colore. Uel dicēdū ꝙ q̄dā est cibꝰ q̄ est cibꝰ tm̄ ⁊ non
medicina: ⁊ talis nō variat vrinā: ⁊ de tali loq̄tur Aui. ē aliꝰ
cibꝰ q̄ est cibꝰ ⁊ medicina. i. q̄ est eleuatꝰ in caliditate vel fri-
giditate ⁊c. ⁊ talis pōt variare vrinā. Ad scd̄m dicēdū ꝙ du
plex est materia: quedā q̄ est materia ⁊ hoc aliq̄d vt cibꝰ: ⁊
talis pōt variare ⁊ alterare: ē alia materia q̄ est materia tm̄
ita ꝙ nō hoc aliq̄d: ⁊ de tali tu obijcis: ⁊ talis nō pōt altera
re. Ad tertiū qd̄ obijcis a Ga. q̄ dicit ꝙ cibꝰ alteraẜ ⁊ nō alte
rat: dicēdū ꝙ verū est de cibo cibāte in effectu. Uel dicēduꝫ
ꝙ nō alterat tāq̄ pricipale agēs: imo tāq̄ resistens. Uel di-
cēdū ꝙ cibꝰ q̄ est cibꝰ tm̄ ⁊ tēperatꝰ nō alterat: ⁊ ita per istā
triplicē viā pōt solui ad illud argumentū. Uel dicēdū ꝙ qn̄
Ga. dicit ꝙ cibꝰ alteraẜ ⁊ nō alterat: ⁊ medicina alterat ⁊ nō
alteraẜ: nō intēdit dicere ꝙ cibꝰ nō alteret: ⁊ ꝙ medicina nō
alteret: q: q̄dā sunt medicine q̄ alteranẜ in corpore: vt dicit
Ga. de aneto calamēto ⁊ ruta. q: dicit ꝙ sunt medicine: ⁊ al
teranẜ in scd̄a digestione: sed intēdit dicere Ga. ꝙ nutritio
principal'r ꝯuenit cibo: alteratio ex ꝯ̄nti: ⁊ alteratio pricipa
liter medicine: ⁊ nutritio ex ꝯ̄nti. ¶ Scd̄o q̄riẜ vtrū cibꝰ ci-
bās in effectu possit alterare vel variare colorē vrine. Et vi-
deẜ ꝙ nō: q: vrina variaẜ a cibo in scd̄a digestiua existēte. vn̄
vrina ab opatiōe scd̄e digestiue recipit tinctionē ⁊ variatio-
nē ⁊ nō ab opatiōe tertie digestiue: sed cibꝰ in effectu ē obie
ctū tertie digestiue nō scd̄e: ġ cibꝰ cibās in effectu nō varia
bit colorē vrine. Itē illud qd̄ nō pōt variare vel alterare cor
pus nō variabit vrinā: sed cibꝰ cibās in effectu nullo mō va
riat corpus: ġ nec vrinā. ꝓbatio minoris: q: vt dicit Ga. nu
tritio est ꝑfecta assilatio nutriētis cū nutrito: sed vbi est ꝑfe
cta assilatio nutriētis cū nutrito nulla est variatio vel altera
tio: sed in tertia digestiua est ꝑfecta assilatio cibi nutriētis
in effectu cū nutrito: ġ nō est ibi alteratio nec variatio aliq̄
ġ cibꝰ cibās in effectu nō alterat corpus: ġ nec ꝑ ꝯ̄ns vrinā.
Itē Ga. in tertio li. de cōplexiōibꝰ dicit ꝙ ex herbis calidis.
s. ex ruta: mēta: ⁊ calamēto fit medicina in digestiōe: sꝫ dicit
ꝙ qn̄ ꝑmutanẜ oīno tunc sunt cibi ⁊ nō medicina: sed in ter
tia digestiua ꝑmutanẜ oīno ⁊ fiūt cibi in effectu: ġ nō rema
nēt tunc medicine: ⁊ ita nō alterabūt: ⁊ ita cibꝰ cibās i effe-
ctu nō alterat corpꝰ: ġ nec vrinā. Cōtra illud qd̄ alterat ꝯple
xionē corporis alterat vrinā: sꝫ cibꝰ in effectu est hmōi: ġ al-
terat vrinā. ꝓbatio minoris: mēbra tertie digestiue alteraẜ
ꝑ cibū: ⁊ nō ꝑ aliū cibū nisi ꝑ illū q̄ est ei obiectꝰ: sed cibus ci
bās in effectu est obiectū tertie digestiue: ġ cibꝰ cibās in ef
fectu corpus hꝫ alterare: ġ ⁊ vrinā. Itē dicit Ga. ꝙ oīs cibꝰ

ſm ſuã diſpoſitionē calorē augmētat: ⁊ ſi augmētat alterat
g̃ cū cibꝰ cibãs ĩ effectu ſit cibꝰ: augmētabit calorē: ⁊ ita cor
pus alterabit: g̃ ⁊ vrinã. Itē dicit Aui. ꝙ in cibo in corꝑe no
ſtro digeſto remanet aliq̃ q̃litas q̃ excedit qualitatē noſtri
corporis quouſq; fiat ꝑfecta coagulatio ⁊ aſſimilatio: ſʒ in
cibo cibãte ĩ effectu: nõdū eſt ꝑfecta coagulatio nec aſſĩlatio
g̃ in illo remanet aliq̃ q̃litas excedēs q̃litatē noſtri corporis
⁊ ſi excedit q̃litatē noſtri corporis illã alterabit: g̃ cibꝰ cibãs
in effectu alterat cõplexionē noſtri corporis: ⁊ ꝑ ꝯñs vrinã.
Solo ſine dubio iſta q̃ſtio valde dubia eſt: ſed tñ vt mihi vi
det̃: partē iſtã meliꝰ poſſumꝰ ſuſtinere dicētes ꝙ cibꝰ in via
alterat corpus ⁊ nõ cibꝰ in effectu cibãs: ⁊ poſſumꝰ h̃ ꝯfir-
mare ꝑ ꝑmas rõnes ad ꝑtē iſtã factas ⁊ eas concedere: et
hoc vult yſaac in lr̃a: dicēs ꝙ calidꝰ cibꝰ dat vrine ruborē et
tincturã: calor eñi epar calefacit in primis. vñ ſuus rubeſcit
ſanguis ⁊ ebullit ſp̃us cordis: ⁊ vrinã tīgit ⁊ calefacit. ¶ Ad
primū argumentū in ꝯ̃riū dicēdū ꝙ verū eſt ꝙ mēbra tertie
digeſtiue alterāt̃ ꝑ cibū: ſed h̃ nõ eſt ꝑ cibū cibãtē in effectu
q̇ ē eis obiectꝰ: imo calefiūt a ſanguie currēte ad oĩa mēbra
anteq̃ ſanguis ꝯuertat̃ in humiditates ⁊ fiat cibꝰ cibãs in
effectu. vñ ille ſanguis nõdū ꝯuerſus in hūiditates currit
ad oĩa mēbra ipſa alterãs: ⁊ ſuꝑcalefaciēs ⁊c. Ad ſcd̃m argu
mētū illiꝰ ꝑtꝭ qd̃ obijcis a Ga. dico ꝙ aliq̃ñ accreſcit quanti
tas caloris in nobis: ⁊ aliq̃ñ intēdit̃ q̃litas. vñ verum eſt, ꝙ
oĩs cibus augmētat calorē in corpore ſubaliter: q: cibus au
gmētat quãtitatē ſanguĩs q̇ eſt ſubm caloris: aliq̃ñ vero in
tēdit̃ q̃litas caloris ꝑ cibū vt ſanguis gñatꝰ ex allio acutior ē
q̃ gñatꝰ ex lactuca. vñ dico ꝙ idē cibꝰ põt augere quãtitatē
caloris ⁊ diuidere q̃litatē. i. trãſmittere acumē vt lactuca: ci
bus eñi lactuce augmētat ſubaliter calorē in corꝑe: q: gñat
ſanguinē q̇ eſt ſubm caloris: ſed remittit acumē caloris: q:
facit ſanguinē aliū q̃ erat in corpore magis frigidū ipm re-
mittēdo in acumie. vñ Ga. loq̃tur quãtitatiue nõ tãtū q̃lita
tiue: ⁊ ita adhuc cibꝰ cibãs in effectu nõ alterabit. Ad tertiū
qd̃ obijcit̃ ab Aui. dico ꝙ triplex eſt coagulatio: q̃dã eſt chili
in chimū ĩ epate: q̃dã chimi in humiditates: q̃dã hūiditatū
in mēbra. vñ Aui. q̃ñ dicit ꝙ ĩ cibo digeſto remanet aliq̃ q̃li-
tas excedēs q̃litatē noſtri corꝑis q̃uſq; ꝑfiat ꝑfecta coagula
tio in epate: intelligit de coagulatiõe chili in chimū q̃ ſit in
epate. vñ ibi amittit cibꝰ ſuã qualitatē: ⁊ oĩno ꝑmutat̃ nec
poſtea alterat corpus. Et tu obijcies mihi de ſanguine gña
to ex lactuca q̇ eſt frigidior: vt dicit Auic. ſanguine gñato ex
allio: ⁊ ita adhuc poſt digeſtionē ſcd̃am remanet aliq̃ q̃litas
alterãs in cibo. Dicēdū ꝙ Aui. ſoluit h̃ poſtea: dicit enim ꝙ
ſanguis ex lactuca gñatꝰ frigidior eſt ſanguie gñato ex allio
hoc ē vſq; ad tp̃s dicit ipſe: vñ q̃ñ ille ſanguis ꝯuertit̃ in hu
miditatē nõ ē frigidior ſanguine gñato ex allio: imo eq̃les
ſunt: ⁊ tūc oĩno amittunt ſuas q̃litates ⁊ ꝑfecte aſſĩlantur
mēbris: ⁊ hoc mõ ſoluēdū eſt ad illas rõnes. Si tñ velimꝰ ſu
ſtinere oppoſitū. ſ. ꝙ nõ ſolū cibꝰ in via alterat corpus: imo
etiã cibꝰ in effectu cibãs: poſſumꝰ aliquo mõ ſoluere prima
argumēta: lʒ nõ ita bene ſicut illa q̃ iã ſunt ſoluta. ¶ Ad pri-
mū g̃ poſſumꝰ dicere ꝙ ſanguis calefactꝰ tingit vrinã ⁊ va
riat ĩ ſcd̃a digeſtiua: ſʒ ille ſanguis p̃t delegari ad mēbra ter
tie digeſtiue: ⁊ illa calefacere ⁊ ita ipſa calefacta pñt altera
re vrinã. Ad ſcd̃m dicendū ꝙ lʒ in tertia digeſtiua ſit ꝑfecta
aſſĩlatio nutriētis cū nutrito: ⁊ nõ ſit ibi alteratio quãtū ad
ſtatū: ĩ q̇ eſt illa aſſĩlatio: tñ ē ibi aſſĩlatio reſpectu ſtatꝰ in q̃
fuit priꝰ. vbigr̃a. lʒ lactuca ſeu nutrimētū gñatū ex lactuca
nõ alteret corpꝰ in illa ꝑfecta aſſĩlatiõe in q̃ eſt. i. ĩ q̃ aſſĩlatur
mõ: verūtñ alterat ipm reſpectu ſtatus in quo fuit ante. Ad
tertiū argumētū. qd̃ obijcis de Aui. nõ poſſum vere ſoluere
ſed tñ poſſumus dicere euadēdo ꝙ q̃ñ Aui. dicit ꝙ ex aneto
ruta ⁊ calamento in fieri digeſtiõis ſit medicina ⁊ alterant
⁊c. ipſe intēdit dicere ꝙ hmõi in fieri digeſtiõis principaliter
ſunt medicine ⁊ nõ cibꝰ principalr̃. In facto võ eſſe ſunt pri
cipaliter cibꝰ ⁊ nõ medicine principalr̃. i. nõ vult dicere ꝙ in
fieri digeſtiõis ſint ita medicine ꝙ nõ ſunt cibi: ⁊ ꝙ ĩ facto eē
ſint ita cibi ꝙ nõ medicine: ⁊ ita poteſt ſuſtinere vtrãq; ꝑtē
ſed tñ prima facilior eſt ad ſuſtinēdū. ¶ Tertio q̃ritur ſuꝑ
h̃ qd̃ innuit in lr̃a ꝙ cibꝰ multus in corpore nr̃o receptus in
crudat ⁊ remittit vrinã. Cõtra dicit Ga. ſupra aphoriſ. ꝙ ci
bus multꝰ cõfortat virtutē: paucus võ debilitat eã: ſed vir-
tus ꝯfortata tingit vrinã: g̃ multus cibꝰ tingit vrinã ⁊ non
remittit. Itē cibꝰ multꝰ ꝯſeruat calorē digerētē: ſʒ calor di-
gerēs cõſeruatus tingit vrinã: g̃ ⁊c. ꝓbatio minoris: q: cibꝰ
multus: vt dicit in lr̃a gñat multã humiditatē: ſed multa hu
miditas nutrimentalis in corpore gñata eſt q̃ſi clypeꝰ inter
calorē noſtri corporis: ⁊ humiditatē radicalē ipam defendēs
acita ꝯſumptione a calore noſtri corporis: ⁊ defendēdo cõ
ſumptionē ꝯſeruat calorē naturalē: q: calor naturalis in cõ
ſumēdo humiditatē radicalē deſtruit ſeipm vt pʒ de lumine
cãdele: g̃ ⁊ tingit vrinã. In ꝯ̃riū eſt auctor in lr̃a: vt dictū eſt
Hoc idē ꝓbo ꝑ ſuã rõnem: q: multꝰ cibꝰ aggrauat naturã
vt ipe dicit: q̃ aggrauata debilitat̃ digeſtio ⁊ idē ſeq̃tur re-
miſſio ⁊ cruditas in vrina: g̃ cibꝰ multꝰ remittit vrinã. Et h̃
concedo cū yſaac: ⁊ illas duas rõnes quas ponit auctor in
lr̃a: pono ꝓ cã. ¶ Ad primū argumētū in ꝯ̃riū dico ꝙ Ga.
loq̃tur de multo cibo ꝑ cõparationē ad virtutē fortē. vñ cat̃.
ſine dubio ꝯfortat virtutē ⁊ ita tingit vrinã: ſed non loquit̃
de cibo multo abſolute ⁊ de tali loq̃tur in lr̃a. vñ cibus mul
tus ⁊ abūdans multū ꝑ cõparationē ad virtutē digerentē re
mittit vrinã. Ad ſcd̃m dicēdū ꝙ verū eſt ꝙ hūiditas tēpera
ta ꝯſeruat calorē ⁊ ꝑ ꝯñs tingit vrinã: ſed hūiditas excedēs
nõ ſolū ꝯſeruat calorē reprimēdo ⁊c. imo eū extinguit. Vel
dicēdū ꝙ lʒ hūiditas ex multo cibo gñata ꝯſeruet calorē na
turalē: tñ repmit acumē ſui caloris: ⁊ ꝓpter hoc remittit vri
nã: ⁊ ſic loq̃tur auctor ĩ lr̃a. ¶ Quarto q̃rit̃ ſuꝑ hoc qd̃ dicit
in lr̃a: ꝙ cibꝰ paucus tingit ⁊ rubificat vrinã. Contra: dicit
Ga. ſupra aphō. ꝙ cibꝰ paucus debilitat virtutē: ⁊ virtꝰ de
bilitata debilitat digeſtionē: ⁊ digeſtio debilitata remittit
vrinã: g̃ a primo paucus cibus remittit vrinã: nõ g̃ tingit eã
Itē paucus cibꝰ diminuit calorē: q: diminuit humiditatē
vt dicit in lr̃a. ſed calor diminutus diminuit digeſtionē: et ꝑ
ꝯñs remittit vrinã ⁊c. In ꝯ̃riū eſt auctor in lr̃a vt dictū eſt.
Hoc idē ꝓbo q: paucus cibꝰ cõſumit humiditatē ſuꝑfluã
q̃ humiditas ſuꝑflua vt dictū eſt remittebat vrinã: g̃ ꝑ locū
ab oppoſitis paucus cibꝰ tinget vrinã. Et hoc cõcedo ꝓpt̃
iſtas duas rõnes q̃s pono ꝓ cã. ¶ Ad duo argumēta in cõ-
trarium ſoluo vnica ſolutiõe: dicēdo ꝙ lʒ ꝑuus cibus debili
tet virtutē ⁊ diminuat calorē naturalē ſubalr̃: tñ qualitati-
ue intēdit ⁊ acuit calorē: vt pʒ ĩ ieiunãtibꝰ: q: lʒ in eis ſit mi
nor calor ſuꝑficialr̃: tñ interiꝰ eſt intēſus ⁊ acutꝰ: ⁊ ꝓpter h̃
cibus paucus tingit ⁊ rubificat vrinã. ¶ Quīto dubitatur
ſuꝑ hoc qd̃ dicit in lr̃a: ꝙ vinū multū bibitū: facit multã vri
nã. i. liquorē multū ⁊ hypoſtaſim paucã. Contra: q̃libet di
geſtio hʒ ſuã ſuꝑfluitatē: qua g̃ rõne vinū multū bibitū fa
ciet vrinã multã q̃ eſt ſuꝑfluitas ſcd̃e digeſtiue: eodē mõ fa
ciet hypoſtaſim multã q̃ hypoſtaſis ē ſuꝑfluitas tertie dige
ſtiue. Poſtea dicit ꝙ vinū paucū bibitū: facit paucã vrinã et
multã hypoſtaſim. Cõtra hypoſtaſis ē ſuꝑfluitas nutrimē
ti in tertia digeſtiua: ſed q̃ñ paucū vinū bibit̃ totū ꝯuertit̃:
⁊ nihil de eo cedit in ſuꝑfluitatē: g̃ paucū vinū bibitū facit
paucã hypoſtaſim: nõ g̃ multã. ¶ Ad primū iſtorū dicēdū
ꝙ vinū multū bibitū facit multã vrinã: vt dicit in lr̃a: ⁊ h̃ eſt
q: remanet indigeſtū ⁊ rõne ſue liq̃ditatis ⁊ indigeſtiõis ci
to deſcēdit ad veſicã ⁊ multã facit vrinã. Iterū dicūt q̃dã ꝙ
paucã facit hypoſtaſim: verū eſt reſpectu liquoris. Vel dicē
dū ꝙ nullã facit hypoſtaſim: q: remanet indigeſtū rõne ſue
multitudinis: q: natura rõne ſue multitudinis nõ põt eum
digerere. vñ nõ attrahit̃ a mēbris in tertia digeſtiua: ⁊ pro
pter hoc cū nõ attrahat̃ nõ poterit facere hypoſtaſim: cum
hypoſtaſis ſit ſuꝑfluitas nutrimēti tertie digeſtiue. vñ hu-
iuſmodi vinū bibitū multū ſicut bibit̃ ⁊ in eadē quãtitate
emittit̃: vt dicit in lr̃a. Ad argumētū in ꝯ̃riū dico ꝙ tu bene
obijceres ſi illud vinū multū bibitū veniret vſq; ad tertiã di
geſtiuã. vñ verū eſſet ꝙ multã hypoſtaſim gñaret: ſed nõ at
trahit̃ a mēbris tertie digeſtiue vt dictū eſt: ⁊ ꝓpter h̃ nul-
lã vel paucã faciet hypoſtaſim. Ad aliud dicēdū ꝙ paucū vi
nū bibitū paucã gñat vrinã: ⁊ hoc ē q: totū ꝯuertit̃: ⁊ ita ni
hil ſuꝑfluit. Itē multã facit hypoſtaſim: verū ē reſpectu li
q̃ris vt dicūt q̃dã. vñ q: cito ꝯuertit̃ ⁊ attrahit̃ a mēbris: ꝓ-
pter hoc facit paucū liquorē ⁊ multã hypoſtaſim reſpectu li
quoris. Vel dicēdū ꝙ multã facit hypoſtaſim reſpectu vini

multi bibiti: qd vinū mixtū bibitū nullā facit hypostasiȝ vt dictū est. ¶ Ultimo qrit sup hoc qd dicit auctor in lra: q vinū subtile albū bibitū remittit vrinā. Contra: sicut est vinuȝ subtile ita est cib⁹ subtilis: sȝ cibus subtilis sumpt⁹ tīgit vrinā: g sil' ⁊ vinū subtile albū tinget ⁊ colorabit vrinā: vel q̄re nō. Ad hoc dicēdū q nō est sile de vino subtili sumpto ⁊ de cibo subtili: q: grossicies est in cibo ꝓpter dñiū ptiū terrestriū digestiōi repugnātiū: subtilitas vo ꝓpter dñiū ptiū aerearū ⁊ ignearū q: sunt subtiles: ⁊ q: ptes subtiles cito cōuertunt in subam mēbrorū: ⁊ de facili obediūt digestiōi: propter hoc cib⁹ subtilis cōfortat virtutē ⁊ tingit vrinā: g ⁊ ecōuerso est in vino: q: vinū dr grossum ꝓpter abundātiā ptiū vinosarū: subtile vero: ⁊ albū ꝓpter dñiū ptiū aquosarū: ⁊ q: ptes aq̄ se frigiditati attestant: ꝓpter hoc vinū subtile albū bibitū remittit vrinā: ⁊ hoc mō loqtur auctor in littera.

¶ De diuersitate vrine ꝓpter exercitia.

Diuersitatis vrine ꝓpter motus: ⁊ exercitia: duplex est cā: q: exercitia duobus sunt modis. Sunt eñ ad aīam ptinentia: sicut tristicia timor ⁊ angustia. Sunt ⁊ corporea: sicut labor: fatigatio: eqtatio ⁊ silia. Anime accidētia faciunt rubore ⁊ accēsionē in vrina: quia si aīa multū sit solicita: cogit naturā ⁊ mouet: q: cū moueatur plusq̄ oporteat: calefit corp⁹: ⁊ ī toto corpore fit ebullitio. vñ vrine dat color ⁊ tinctura: ⁊ vt ita dicaȝ acuitio. Sed tñ inter calorē ex angustia: ⁊ caloreȝ ex tristicia: multū distat: ⁊ magna est differētia: q: calor in angustia min⁹ est acutus ⁊ pūgitiu⁹: cū ad cor veniat subitus: ⁊ recedat subitus anteq̄ sua complexio mutet. Calor ex tristicia est acutissim⁹: q: ī corde morat quoadusq̄ cā eius expediat. vñ calefit cōplexio eius. Urina in vigilia rubea est ⁊ indigesta: rubor ei⁹ q: calefit spiritus aīatus: calefaciēs ⁊ mouēs naturam: ⁊ cōturbat aīatā virtutē: et silr spūaleȝ ꝓpter vigilias. Indigestibilitas ei⁹ est: q: natura est extra corpus: ⁊ coctiōis locū a calore dimittit vacuū. Uigilias de exercitio aīe esse diximus: q: actiōes eaꝝ in aīato sunt spū: q est in cerebro. Exercitia vo corporea ruborē ⁊ acumē p̄stant vrine cū subtilitate: q: subito calefaciūt mēbra corporis p fricationeȝ ptis in ptē: in toto corpore ebullitiōnē faciūt ⁊ calorē: deinde subtiliat sanguis: ⁊ vrinam acuit: ⁊ rubicūdā facit. Subtilitas ⁊ claritas sunt ex dissolutione corporis nimia de humiditate subito facta cū fumo ⁊ sudore.

¶ De diuersitate vrine ꝓpter quietē.

Diuersitas vrine ꝓpter q̄etē cōtraria facta est ei: que ex motu fit: q: q̄es ablatio ē motus: sicut tenebre lumis: cecitas visus. Cuȝ aūt mot⁹ aīatus sit ⁊ corpore⁹: ⁊ q̄es aīata erit silr ⁊ corporea. Aīata q̄es ablatio est cogitationis ⁊ male suspitiōis. Corporea q̄es est ablatio mouēdi corporis de loco in locū. Sophiste tñ diffinientes dicūt: q: q̄es corporis ⁊ p̄seuerātia sui in tpe et tporib⁹ fit. vñ vtraq̄ q̄es p̄stat vrine cruditatem ⁊ grossitudinē: siue eñ aīata sit: seu corporea: cōgelat calorē ⁊ refrigerat cōplexionē. Aīa eñ si q̄escat a cogitatiōe: ⁊ mot⁹ ei⁹ necesse est q̄escat. Silr cā virtutis spūalis ⁊ actiōis naturalis: defectio est naturalis caloris: si aūt corpus q̄escat: auferf dissolutio q solet fieri ab ipso: ⁊ in corpore humiditas humectans in vrina adunatur ⁊ supflua.

¶ De diuersitate vrine ꝓpter extrinsec⁹ accidētia.

Diuersitas vrine ꝓpter extrinsec⁹ accidētia duob⁹ est modis: vel de colore sicut de solis ardore: atq̄ ex veneno: vel ex frigore cōgelāte sicut niue atq̄ rigore. Calor in vrina facit ruborē in colore: q: calor dissoluit hūiditatē corporis: ⁊ cū sudore expellit. vñ hūiditas minuit sāguis deinde calefit sanguis ⁊ vrina tingit. Si ex frigore fit exteriori: dat vrine cruditas ⁊ albedo duabus de causis: quia dupla sunt frigora: vel fortia vel debilia Fortia refrigerāt interiora ⁊ exteriora: vt ad locum coctiōis frigus veniat: calorē naturalē cōgelās: ⁊ coctionē vrine cōtrahēs. Debilia aūt poros in exteriorib⁹ oppilāt corporis: ⁊ humiditatē auferūt: q inde solet dissolui: ⁊ sub cute corporis remanet clausa. vñ ad epar cōuertit: quā cū colamēto sanguis epar renibus trāsmittit: ⁊ cū vrina exiēs p̄stat sibi albedineȝ.

¶ Sufficit tractasse de essentia naturalis vrine ⁊ sui diuisiōe: ⁊ cā diuersitatis sue. Dicēdū est de vrina extra naturā: ⁊ de diuersitate sui coloris.

¶ Supius diuersificauit auctor colorē penes etatē cōplexionē ⁊ dietā: hic penes motū ⁊ q̄etē: ⁊ penes rē extrinsec⁹ aduenientē. ⁊ diuidit ista ps in duas. In prima facit qd dictū est. In scda recapitulat auctor: ⁊ ponit ꝓhemiū ad dicēda. scda ibi. Sufficit tractasse. Prima ī duas. in pma diuersificat vrinā penes motū ⁊ q̄etē. In scda penes rē extrinsecus aduenietē: ibi: Diuersitas vrine ꝓpter extrinsec⁹. Prima ī duas. In pma diuersificat vrinā penes motū. In scda penes q̄etē: ibi: Diuersitas vrine ꝓpter q̄etē. pma in duas In prima enumerat duos mot⁹. s. aīalē ⁊ corporeū. In scda diuersificat colorē vrine penes illos motus: ibi: Aīe accidentia faciūt rubore. ⁊ ista scda in duas. In pma diuersifiat colorem vrine penes accidentia siue motus aīe. In secunda penes accidentia corporis. ibi: Exercitia vero corporea. prima in duas. In prima ꝓcedit gnaliter. In secunda specialiter: ibi: Sed tñ inter calorē ex angustia. ⁊ ista scda ī tres. In pma diuersificat vrinā penes angustiā. In scda penes tristiciā: ibi: Calor ex tristicia. In tertia penes vigiliā: ibi: Urina in vigilia est rubea. ⁊ ista tertia in duas. In prima diuersificat vrinā penes vigiliā. In scda declarat qualr vigilia reducit ad accidētia aīe. scda ibi: Uigilias de exercitio aīe. Tūc seqtur illa ps ī qua diuersificat colorē vrine penes q̄etē: ⁊ illa in duas. In pma enumerat duplicē q̄etē. s. aīalē ⁊ corporalē In scda vrinā diuersificat penes hmōi quietes: ibi: Utraq̄ q̄es p̄stat vrine. Tūc seqtur illa ps in q diuersificat colorē vrine penes rē extrīsec⁹ aduenientē: ⁊ illa in duas. In pma diuersificat vrine colorē penes calorē exteriorē. In scda penes frig⁹ exterius aduenięns. scda ibi: Si ex frigore exteriori. Hec est diuisio ⁊ snīa lectiōis in generali.

¶ Hic pmo dubitat de q̄busdā q̄stionib⁹ lralib⁹ q̄s mouet Gerardus in glosis suis. Et pmo q̄rit cū duplex sit exercitiū siue mot⁹. s. aīe ⁊ corpis: q̄re pri⁹ diuersificat colorē vrine a pte exercitij aīe q̄ a pte corporis. Itē cū ipse enumeret res extrīsec⁹ aduenietes colorē vrine diuersificātes. s. calorē exteriorē: ⁊ frig⁹ exteri⁹: ⁊ venenū: cū multe alie sunt res extrinsecus aduenietes vt balneū ⁊ vnguēta ⁊ hmōi q diuersificāt silr vrinā: q̄re nō enumerat illas. Itē cū enumerat calorē exteriorē: ⁊ frig⁹ exteri⁹ ⁊ venenū q diuersificāt vrinā q̄re nō ꝓseqtur de veneno sicut de calore exteriori ⁊ frigore exteriori. ¶ Ad pmū istoꝝ dicēdū q accidētia siue exercitia aīe pliēs ⁊ frequēti⁹ diuersificāt vrinā: vt ira: tristicia ⁊c. q: de facili veniūt ⁊ de facili recedūt: ⁊ ꝓpter hoc pl⁹ diuersificauit a pte accidētiū aīe: nō sic vo accidētia corporis. Ad scdȝ quidā dicūt q q: ista tria. s. calor exteri⁹ aduenięs: ⁊ frigus exteri⁹ ⁊ venenū sunt euidētiora q̄ alie res extrīsecus aduenietes: ꝓpter h̄ circa ista diuersificat colorē vrine ⁊ nō circa alias res. Uel dicēdū q etsi balneū diuersificet coloreȝ vrine ⁊ vnguētū silr: h̄ nō est nisi rōne caliditatis vel frigiditatis: ⁊ ꝓpter hoc satis p hoc qd dicit de calore ⁊ frigore dā

tur ista intelligi. Ad tertiū dicēdū ꝙ alteratio siue variatio
facta ex veneno raro accidit: ꝛ ꝓpter hoc nō ꝓsequitur de ve
neno. Uel dicēdū ꝙ nō diuersificat colorē in vrina nisi q: ca
lidū vel frigidū: ꝛ ꝓpter hoc satꝫ pōt intelligi ꝑ hoc qḋ di-
cit de calore ꝛ frigore. ❡ Postea ꝑmo q̄rit̄ ꝑncipalr̄ de di
¶ Palam ergo est q: vrina exiens grossa si clarificatur melior est q̄ꝫ que nunq̄ꝫ clarificatur: neqꝫ ad claritudinem mouet. Grossa eñ exiens ⁊ clarescens: significat ꝙ natura suam actionē compleuerit: ⁊ nō remanet nisi vt partes diuidat: ⁊ in suū vnāquāqꝫ locum naturalem mittat. Que non clarescit: significat naturam incepisse operari: quia humores turbauit: ⁊ ventositatem eoꝝ dissoluit: nōdum tamen coctionem compleuit: nec appropinquauit: feces enim non subtiliauit: vnde extra diuidere non potuit: que tñ cū hmōi sit: melior est q̄ꝫ q̄ subtilis exit: ⁊ postea grossescit: sicut subtilis exiēs ⁊ postq̄ꝫ exierit: grossescit: melior est q̄ꝫ que subtilis exit: ⁊ post permanens in subtilitate sua: ⁊ claritate. Subtilis enim exiens ⁊ post grossescens: significat naturam nondū coxisse neqꝫ feces digessisse: tamē appropinquauit: ⁊ mouere feces incepit: atqꝫ eas turbare voluit anteq̄ꝫ vrina corpus exierit. Que subtilis exit: ⁊ in sua subtilitate atqꝫ claritate permansit: nihil incepisse naturam et mouisse ostēdit. Unde Gal. vrine ꝯtra coctionē quattuor sunt. Una est grossissima ⁊ crudissima: sicut que exit clara: ⁊ permanet in cruditate sua. Secunda est minus cruda atqꝫ grossa: sicut exiens clara: ⁊ postq̄ꝫ exijt grossescens: maxime si color eius sit igneus. Color eñ igneus significat virtutem caloris naturalis ⁊ mediocritatem coctionis. Tertia est minus cruda atqꝫ grossa q̄ꝫ secunda: ⁊ plus cocta: sicut exiens grossa: ⁊ ꝑmanēs in turbiditate ⁊ grossitate sua: maxime si sit tincta. Quarta extra ceteras ad cōplemētum coctionis appropinquat: sicut vrina exiens grossa: ⁊ clarescens postq̄ꝫ exeat: maxime in vicino tēpore. Et si quidam dicant: quare vrinā exeuntem grossam ⁊ postq̄ꝫ quieuerit clarescentem dixisti esse contra coctionē: cū Gal. eā ꝓpinquā esse fecit perfecte coctioni: dicens non remanere nisi vnamquāqꝫ partem diuidere: ⁊ singulas in locum suum mittere. Rñdem⁹ ꝙ dixisti non remanere nisi ꝑtes suas diuidere: significasti minorationem actionis complēde. Non ergo significatio eius ad coctionem fuit perfecta: quia nō suo tēpore naturali apparuit: sicut cū vrina de corpore exit: nec est significatio minorationis perfecta in actione sua complenda.

¶ Superi⁹ determinauit auctor de liquore subtili ⁊ grosso: hic cōparat significatiōes hmōi liquoꝝ adinuicem. Et diuiditur in duas. In prima comparat hmōi liquores quātū ad significationē. Scdo quātū ad exitū: ibi: De vrina q̄ mutatur postq̄ꝫ in vrinali. Prima in duas. In prima cōparat hmōi significatiōes liquoꝝ adinuicem. In secūda docet reducere omnes differentias liquoꝝ ad trimembrē diuisionē ibi: Urine tripliciter diuidūtur. Prima in duas. In prima cōparat significationes hmōi liquoꝝ adinuicem ⁊ absolute In secunda comparat hmōi significatiōes ad tempora morbi in fine presentis lectionis: ibi. Qd Gal. plenius ostēdit. Prima in duas. In prima cōparat hmōi liquores adinuicē In secunda cōfirmat: ibi: Unde Gal. vrine contra coctionē Prima in duas. In prima cōparat vrinam grossam ad subtilem. In secunda grossam ad subtilem: ⁊ subtilem ad subtilem: ibi: Que tñ cū hmōi sit melior. Prima in duas. In prima cōparat grossam vrinam ad subtilem. In secūda causam assignat. secūda ibi: Grossa eñ exiens. Tūc sequit̃ illa pars in qua cōparat grossam ad subtilem: ⁊ subtilē ad subtilē: et illa in duas. In prima facit qd dictū est. In secunda causam assignat. scda ibi: Subtilis eñ exiens. Tūc sequit̃ illa pars in qua confirmat: ⁊ illa in duas. In prima facit qd dictū est In scda mouet obiectionē: ibi: Et si quidā dicāt. ⁊ ista scda in duas. In prima mouet illā obiectionē. In secunda soluit ibi. Rñdemus qd dixisti. Hec est diuisio ⁊ sñia lectionis in generali.

¶ Hic queruntur duo in genere. Primū est de precedenti lectione. Secūdū est de presenti. De precedēti lectione q̄rit̃ de tornatione turbatione vel turbulentia vrine: ⁊ de tornatione vrine queruntur quattuor. Primū est vtrū tornatio causet̃ in vrina a calido vel a frigido. Et videt̃ ꝙ a calido et non a frigido: quia tornatio fit in vrina ꝓpter defectū caloris naturalis ⁊ spirituū decisoꝝ cū vrina. ꝓpter defectū dico causatū ab exhalatiōe illoꝝ: vnde qñ calor naturalis ⁊ spiritus decisi cū vrina exhalant̃ ab vrina: qui debent regere partes vrine: tunc statim vrina tornat̃: cū ergo caliditas faciat ad exhalationem ⁊ moueat ab interiori ad exterius: frigiditas vero ecōuerso cōmouēdo a circūferentia ad centrū vnde calorē naturalē ⁊ spūs conseruat in vrina ⁊ coadiuuat ⁊ nō faciat ad exhalationē eoꝝ sicut facit caliditas: videtur ꝙ tornatio in vrina causat̃ a calido ⁊ nō a frigido. Itē in vrina extra corpus est calor debilis decisus: sed frigiditas conseruat calorē debilē in liquoribus: caliditas vero destruit. vñ videtis sensibiliter ꝙ vina debilia. i. paucū calorem habētia melius conseruantur in hyeme q̄ꝫ in estate: imo in estate citissime peiorant̃: ꝯ̄ silr erit ī vrina ꝙ frigiditas retardabit tornationē: caliditas vero accelerabit eā: ꝯ̄ tornatio in vrina causat̃ a calido ⁊ non a frigido. Contra: calor debilis confortat̃ a calore exteriori: vt patet in plantis vbi est calor debilis que melius degunt ⁊ vegetant in estate q̄ꝫ in hyeme: e conuerso est de calore forti. vnde calor digestiu⁹ in hyeme q̄ fortior est q̄ꝫ in planta minorat̃ in estate: ⁊ fortificat̃ in hyeme. vnde Hippo. i apho. Uētres hyeme ⁊ vere calidissimi sunt natura: cū ergo in vrina extra corpus sit calor debilis cōfortabit̃ a calore exteriori ⁊ nō destruet̃: imo poti⁹ destruet̃ et minorabit̃ a frigido: sed tornatio in vrina nō fit nisi ꝓpter minorationē caloris ⁊ spirituū ī vrina ⁊ eoꝝ exhalationem: ergo cū calor exterior non minoret eos: imo potius confortet: s₃ frigiditas: videt̃ ꝙ tornatio causat̃ a frigiditate ⁊ nō caliditate. Item simile cōseruat suū simile: cōtrarium vero corrūpit: ergo cū tornatio nō fiat nisi ꝓpter exhalationē spirituū ⁊ destructionē: caliditas nō corrūpit vrinā imo potius frigiditas cū cōtrariet̃ calori naturali ⁊ spiritibus: ergo tornatio causat̃ a frigido ⁊ nō a calido. Iuxta hoc quero q̄re in estate maior sit corruptio in humoribus: ⁊ in vere silr q̄ꝫ in hyeme. vñ plures febres putride fiunt in estate q̄ꝫ in hyeme totū ecōuerso est de vrina q̄ citi⁹ ⁊ pluries tornat̃ in hyeme q̄ꝫ in estate. ¶ Ad primū dicēdū ꝙ tornatio qñqꝫ causat̃ in vrina a principio intrinseco: qñqꝫ ab extrinseco. A principio intrinseco dupliciter. aut ꝓpter debilem calorē decisum cū vrina ⁊ paucitatē spirituū q̄ cito exhalāt̃: aut ꝓpter morbū vt ꝓpter aliquid de materia morbi emissum cū vrina vt propter saniē ibi permixtā q̄ causat tornationem ī vrina. A principio vero extrinseco causat̃ vel a calido resoluente calorem ⁊ spiritum in vrina: aut a frigiditate calorē naturalē ⁊ spiritus in vrina mortificante. Unde dico ꝙ quandoqꝫ causatur tornatio in vrina a calido: qñqꝫ a frigido: vnde dicit Auicē. in libro suo de anima: ꝙ spūs sunt lux: vel speciem lucis habentes. vnde per sui presentiam in vrina faciūt liquorem clarum ⁊ peruium. Item calor naturalis ⁊ spiritus decisi cum vrina regunt partes vrine: per sui ergo presentiam sunt causa claritatis in vrina ⁊ peruietatis: sicut ergo per sui presentiam sunt causa claritatis ⁊ peruietatis: ita per sui absentiā sunt causa turbiditatis ⁊ tornationis: ⁊ quia calor ⁊ spirit⁹ in vrina existētes quandoqꝫ possunt abesse ꝓpter caliditatē exhalantem eos: quandoqꝫ vero ꝓpter frigiditatē eos mortificantem: ꝓpter hoc dico ꝙ tornatio in vrina potest causari a calido ⁊ a frigido. ¶ Ad primum argumentum dico ꝙ verum est ꝙ caliditas exterior facit ad exhalationem caloris

naturalis ⁊ spirituū in vrina: ⁊ ita per consequens ad torna
tionem: frigiditas vero nō facit ad exhalationē hmōi: ⁊ ita
nec ad tornationē: verū est ista via. Sed dico ꝙ frigiditas fa
cit ad tornationē vrine non exhalando: sed mortificādo calo
rem naturalem ⁊ spiritus: ⁊ cū hoc mortificat: q: est excellēs
Itē pauca frigiditas pōt mortificare calorē naturalē ⁊ spūs
in vrina cum hmōi sint debiles. Item cū vrina sit rara pau
ca frigiditas ibi superueniens pōt cito penetrare illud cor
pus rarū ⁊ calorē naturalē ibi existētem ⁊ spiritus cito mor
tificare: vt patet de reptilibus in cauernis terre accūbētib⁹
q: cū habeant cōpositionē raram cito corrumpunt ⁊ ledun
tur a frigido. similiter est in vrina. Per hoc patet ad secūdū
ꝙ licet frigiditas cōseruet calorem debilē ab exhalatione: tñ
nō seruat a corruptiōe ⁊ mortificatione: imo cito mortificat
Ad aliud argumentū primū in contrarium dico ꝙ verū est
ꝙ calor debilis confortatur a calore exteriori si sint ad idem
ordinati illi duo calores: vt patet in plantis. sed si ordinent
ad diuersa nō oportet. vnde calor estatis nō confortat calo
rem digerentem in homine: imo potius minorat ⁊ retrahit
ipm a sua operatione: ⁊ hoc est quia nō ordinat ad idem: q:
calor tēporis siue calor exterior nō ordinat ad digerendū nu
trimētū: imo ad digerendū materiā morbi. vnde dicit Hip.
po. i aphorꝭ. ꝙ estas morbos abbreuiat: ⁊ hoc est: q: trahit
materiā morbi a centro ad circūferentiā diuidēdo ⁊ digerē
do eā: sed calor interior digerens ordinat ad digerendū nu
trimentum. ⁊ ꝑpter hoc isti duo calores nō confortāt se ad
inuicē: imo vn⁹ destruit aliū cū ordinant ad diuersos fines
silr est a parte vrine: quia calor exterior superueniens calori
in vrina existenti ⁊ regenti partes vrine trahit ipm ad exte
riora: ⁊ ita facit eū exhalari: ⁊ ꝑpter hoc caliditas exterior
causare pōt tornationē in vrina: cū nō ordinet ad digerēdū
partes vrine ⁊ segregandū sicut ordinabat calor naturalis
vrine. Per hoc patet solutio ad aliud argumētū: quia verū
est ꝙ simile cōseruat suū sile: qñ ordinant ad eundē finē: vñ
quia calor exterior ⁊ interior nō ordinant ad eūdē finē: imo
ad diuersos ꝑpter hoc vnus destruit alium: vnde caliditas
causat tornationē in vrina exhalando: ⁊ frigiditas cū sit ꝯ̄ria
mortificādo. ¶ Ad questionē dicēdū ꝙ corruptionē humo
rum intra corpus requirit ebullitio ⁊ perturbatio: ⁊ quia vt
dicit philaretus: calidū est facile mobile: frigidū difficile mo
bile: ꝑpter hoc in estate ⁊ in vere vbi est calor maior fit ebul
litio ⁊ per ꝯsequens corruptio in humoribus q̄ in hyeme
Itē vt dicit Gal. vnūquodqꝫ leditur a sibi simili: ⁊ q: calidi
tas cum sit amica nature plus aduenit corpori q̄ frigiditas
imo frigiditas cū sit inimica minime aduenit: ꝑpter hoc fri
giditas minime facit ebullitionē in humorib⁹: caliditas ve
ro pluries: sꝫ econuerso est de vrina: q: cum frigiditas faciat
mortificationem: iterū frigiditas adueniens cito ledit vrinā
raram: ꝑpter hoc cito tornatur in tempore frigido: sed in ca
lido non ita cito: cū frigiditas plus possit in istū effectū q̄ ca
liditas: vt iam patebit. ¶ Secundo dato ꝙ a frigido ⁊ a ca
lido causet tornatio in vrina: querit a quo istoꝝ citi⁹ causet
vtrum a calido vel a frigido. Et videt ꝙ citius a calido: q:
forte agens citius inducit suū effectū in eandē materiam q̄
agens debilius vel debile: sed calidū est agens fortius q̄ fri
gidū: ergo citius inducet tornationē in vrina q̄ frigidum cū
caliditas fortior actiua q̄ frigiditas. In cōtrariū est sensus
q: videm⁹ vrinā citi⁹ ⁊ frequēti⁹ in hyeme tornari q̄ in esta
te: hoc non est nisi a frigido: ergo ⁊c. Preterea frigiditas
causat tornationē in vrina mortificādo calorē naturalē ⁊ spi
ritus regentes partes ipsius vrine: caliditas vero resoluen
do ⁊ exhalando: sed operatio resolutiōis ē paulatina vt pa
tet in resolutione humidi radicalis: operatio vero mortifi
cationis est subita: ergo frigiditas citius causat tornatio
nem in vrina q̄ caliditas. Iuxta hoc quero quare inficitur
vas in tornatione vrine. ¶ Ad primū istorum dico ꝙ citius
causat tornatio in vrina a frigido q̄ a calido: ⁊ illam vltimā
rationem concedo ⁊ pono eam pro causa. Ad primum argu
mentum qḋ est valde sophisticū: dico ꝙ licet caliditas sit for
tior actiua q̄ frigiditas: tñ in multos effectus pōt frigiditas
in quos non potest caliditas: vnde licet caliditas sit fortior
simpliciter: tamē quantum ad istum effectum qui est torna
re vrinam: fortior frigiditas est ⁊ velocior vt visum est. Ad q̄
stionem dico ꝙ in tornatione vrine inficitur vas: quia ꝑpter
absentiā caloris naturalis ⁊ spirituū humores decisi cū vrina
sūt viscosi adherētes partib⁹ vasis. vnde dicit phus in me
taphyꝭ. ꝙ viscosum est qḋ adheret. Secūda causa est: quia
qñ vrina non tornatur tunc humores permiscent cū aquo
sitate: cum sint sub regimine caloris naturalis ⁊ spirituum
⁊ quia aquositas est mūdificatiua ⁊ abstersiua. vñ valet cō
tra pruritum vt volunt auctores: ꝑpter hoc tunc aquositas
non ꝑmittit illos humores adherere partib⁹ vasis nec ipas
partes inficere: sed quando vrina tornatur tunc partes non
regunt a natura: imo humores segregantur ab aquositate
⁊ ita cum sint viscosi adherent partibus vasis et ipsas tunc
inficiunt. ¶ Tertio queritur vtrum vrina tornata possit re
dire ad ignem: videtur ꝙ non. dicit phus in de animalibus
⁊ ysaac similiter in febribus: ꝙ calor igneus est destructiu⁹
calor vero celestis siue elemētaris est viuificus: vnde si illud
qḋ magis videt inesse nō inest nec illud qḋ min⁹: sꝫ magis
videtur ꝙ calor celestis qui est viuificus possit clarificare vri
nam q̄ calor igneus qui est destructiuus: sed tamen calor ce
lestis non potest. vnde si millesies ponat vrina tornata ad
solē nunq̄ redibit per calorē celestem: ergo multominus re
dibit per calorem igneum. In cōtrarium est ysaac superius
dicens ꝙ vrina que redit ad ignem: nō est certe significatio
nis: ⁊ ita supponit ꝙ vrina tornata potest redire ad ignem.
Ad hoc dicendum ꝙ vrina quandoqꝫ tornatur ꝑpter exha
lationem caloris naturalis ⁊ spirituum omnino ⁊ mortifica
tionem illorum: ⁊ tunc nullo modo potest redire ad ignem:
aliquando vero tornatur vrina ꝑpter frigus exterius adue
niens comprimens calorem naturalem ⁊ spiritus ⁊ coadu
nans ⁊ sopitos faciens: ⁊ non omnino mortificans: ⁊ sic po
test redire per ignem: quia calor igneus remouet tunc fri
giditatem exteriorem comprimentem calorem naturalē
⁊ spiritus ⁊ tornationem facitem per consequens. ¶ Ad
argumentum primum dicendum ꝙ licet calor celestis sit vi
uificus ⁊ fortior simpliciter: tamen calor igneus est fortior in
rarefaciēdo partes vrine ⁊ clarificando ⁊ in remouendo fri
giditatem exteriorem tornationem inducentem in vrina.
¶ Quarto queritur vtrum vrina tornata sit bonū signum
vel malū: ⁊ videtur ꝙ sit malum signum: quia vrina vt dictū
est tornat ꝑ defectum caloris naturalis ⁊ spirituum in vri
na q̄ causat per exhalationem factam a calido vel mortifica
tionem factam a frigido: sed defectus caloris naturalis et
spirituum semper est malum signum: ergo tornatio erit ma
lum signum. Item vrina tornata .i. turbida ⁊ vrina colora
ta opponuntur: sed vrina colorata semper est bonū signum:
vt dicit supra: quia significat naturā potentem colorare vri
nam: ergo per locum ab oppositis vrina tornata erit malum
signum. In contrarium sunt practici dicentes: ꝙ tornatio
vrine significat digestionem materie morbi: vnde quando
vrina tornatur signum est tunc ꝙ materia morbi digesta est
sed hoc est bonum signum: ergo tornatio vrine est bonum
signū. Item vrina tornata significat ꝙ aliquid de materia
morbi exit cum vrina qḋ facit vrinam cito tornari: sed hoc est
bonum signum: ergo tornatio vrine est bonum signum. Ad
hoc dicendū ꝙ vrina quandoqꝫ tornatur in sanis: quandoqꝫ
in egris. Si in sanis: aut tornatur ꝑpter frigiditatem super
uenientem comprimentem partes vrine ⁊c. ⁊ tunc nec est
bonum valde: nec valde malum: aut quandoqꝫ tornatur in
sanis ꝑpter debilitatem spirituum ⁊ caloris naturalis cito
mortificatorum: ⁊ hoc est malum: aut ꝑpter abundantiam
prauorum humorum in corpore existentium: ⁊ quorūdam
cum vrina existentium: ⁊ hoc est similiter malum: quia ma
lum est ꝙ humores sint abunde in corporibus sanis. Quan
doqꝫ vero tornatur vrina in egris: ⁊ hoc ꝑpter emissionem
materie morbi factam cū vrina: que materia morbi eliquās
cū vrina facit tornare ipam: ⁊ hoc dupliciter: quia aut ante
illam tornationem a tali causa factam apparuerunt signa
digestionis materie morbi: aut non apparuerūt. Si torne
tur talis vrina in egris ꝑpter eliquationem materie morbi
factam cum vrina ⁊ prius apparuerūt signa digestionis tūc
est bonum signum: quia talis tornatio significat naturam

preualere ꝛ digessisse materiã morbi ꝛ portionem illius materie morbi cũ vrina transmisisse. Si vero talis tornatio fiat absq; signis digestionis precedentibus: tunc est malum in egris: quia significat per hoc ꝙ natura succũbit: ꝛ ex materia morbi tantum abundat in corpore ꝙ redundat ad vrinã ratione sue multitudinis: vnde significatur talis tornatio tunc fieri vi sinthomatis. Per hoc patet solutio ad argumẽta. ¶ Ad primũ dico ꝙ verum est ꝙ tornatio significat defectum spirituũ ꝛ caloris: sed hoc pōt esse simpliciter ꝑpter mortificationem: ꝛ talis sine dubio est mala: vel defectum quãtũ ad tempus: ꝛ talis nõ est valde mala: quia postea potest redire per ignẽ. Vel dicendum ꝙ tornatio significat defectum spirituum dupliciter. aut per comparationem ad sanum: ꝛ hoc est malum: vel per comparationem ad egrum: vel propter eliquationem materie morbi factam cum vrina tornantẽ vrinam: ꝛ sic si ante apparuerint signa digestionis materie morbi talis defectus spirituum in vrina nõ est malus vt declaratum est: imo bonus. Per hoc patet solutio ad secundum ꝙ licet coloratio vrine sit bona: non tñ tornatio ꝑpter hoc mala: quia potest fieri ꝑpter eliquationem materie morbi vt dictũ est. Vel dicendum ꝙ coloratio vrine non est bonũ semper: imo quandoq; malũ: quia significat incensionem factam in humoribus ꝛc̃. Per hoc idẽ patet solutio ad aliud in contrarium.

¶ De presenti lectione queritur quattuor. Et primo que vrina sit melior: vtrum subtilis vel grossa: videtur ꝙ subtilis melior sit: quia illa vrina melior est que trãsit in terminũ meliorem: sed dicit auctor in littera ꝙ vrina illa que transit a grossicie ad subtilitatem transit ad terminum meliorem ꝙ̃ illa que transit a subtilitate ad grossiciem: ergo subtilis melior est ꝙ̃ grossa. Item illa vrina deterior est que significat maximam turbationem nature: sed grossa est hmōi: vt dicit in lrã: subtilis vero nõ: ergo subtilis melior est ꝙ̃ grossa. In contrarium est auctor in littera precedenti dicẽs: ꝙ vrina subtilis significat naturam non potentem inchoare digestionem: grossa vero significat naturam incepisse operari supra decoctionem materie morbi: sed illa vrina que significat naturam incepisse operari supra materiam morbi est melior ꝙ̃ illa que significat naturã nõ potẽtẽ inchoare operationẽ supra materiã morbi: ergo grossa melior est ꝙ̃ subtilis. Ad hoc dicendũ ꝙ quedam est subtilitas in vrina causata ꝑ viã indigestionis: ꝛ talis est pessima in vrina: q: significat naturam nõ potentem operari supra materiã morbi: ꝛ de tali ꝓcedit vltimũ argumẽtum. Est iterũ subtilitas causata in vrina per viã digestiõis: q̃ sequit̃ grossam: ꝛ talis idẽ est ꝙ claritas ꝛ mediocritas: ꝛ talis melior est ꝙ̃ grossicies: q: significat naturã cõpleuisse coctionẽ in humoribus ꝛ clarificasse vrinã trãsmittẽdo partes graues inferius: leues vero superius: ꝛ tunc aquositas siue liquor remanet clarus: ꝛ de tali ꝓcedunt prime rationes. Per hoc patet solutio ad primũ argumentũ: qm̃ tu obijcis de subtilitate causata per viã digestionis: ꝛ talis sine dubio transit in terminũ meliorem ꝙ̃ grossa: sed tñ loquẽdo de subtilitate causata per viam indigestionis nõ est verũ: imo talis subtilitas est pessima. Ad secundum patet solutio: qm̃ verum est ꝙ subtilitas causata ꝑ viam digestionis melior est ꝙ̃ grossa. vnde dico ꝙ qñ materia morbi est in corde: vrina significans turbationẽ humorũ materie melior est ꝙ̃ significans quietẽ: ꝛ ponit Auicẽ. exẽplum de rege: q: si rex sit in castro sine dubio meli⁹ est ꝙ sit quietus in castro ꝙ̃ turbatus: attñ si hostes sint ante castrũ melius est ꝙ sit in turbatiõe ꝙ̃ in quiete. Similiter est a pte ista ꝙ vrina grossa significat turbationẽ ꝛ naturã potẽtem cõmouere operari supra materiã morbi: sꝫ si eēt ibi subtilis vrina significaret naturã nõ potentẽ facere cõmotionẽ ꝛ ꝑturbationẽ in humoribus. ¶ Secundo queritur vtrũ melior sit vrina vniformis sicut exiens subtilis ꝛ permanens subtilis ꝙ̃ vrina difformis: quia vniformis significat humores temperatos esse in corpore vt dicit in principio precedẽtis lectionis: difformis vero significat humores intẽperatos esse in corpore: ergo vniformis melior est. Item dicet inferius ꝙ si hypostasis laudabilis perseueret in eodem statu vsq; ad statum egritudinis bonũ significat. Si vero diuersi

ficet malũ: ergo similiter liquor vniformis bonũ erit signũ in vrina: difformis vo malũ. In ɔtrariũ est auctor in littera dicens: ꝙ si liquor exiens subtilis permaneat semper subtilis malum est: si vero postea ingrossetur bonum. Iterum dicit ꝙ si exeat grossa ꝛ permaneat grossa malum est: si vero clarificetur bonum est: ꝛ reddit causas in littera. Preterea dicit in littera: ꝙ vrina exiẽs subtilis ꝛ permanens subtilis significat naturam non potentem operari in decoctione fecum: sed illa vrina que significat potentiam nature operantem supra materiam morbi: melior est ꝙ̃ vrina significans naturam omnino impotentem: ergo vrina difformis est melior ꝙ̃ vniformis. Ad hoc dicendum ꝙ loquendo de mediocri liquore qui significat cõplementum digestionis: talis vniformis melior est ꝙ̃ difformis: ꝛ de tali loquitur in precedẽti lectione in principio: sed loquẽdo de liquore subtili ꝛ grosso qui significat digestionem incompletam: tales meliores sunt difformes ꝙ̃ vniformes: ꝛ hoc est quia significant digestionem incõpletam: vnde liquor subtilis si permaneat subtilis significat impotentiam nature: si vero ingrossetur tũc significat impotẽtiam nature inchoantẽ. Iterum grossa significat naturam incepisse operari: si vero permaneat grossa semꝑ significat nature impotẽtiã: q: significat ꝙ natura potuit incipere digestionẽ ꝛ nõ ɔplere: sꝫ si postea clarificet̃ significat naturã operari cõpletã digestionẽ. Et ꝑ hoc patet solutio ad primum argumentum: quia auctor in precedenti lectione loquitur de liquore mediocri: tu vero obijcis de liquore subtili ꝛ grosso. Ad secundum patet solutio: ꝛ dico ꝙ loquendo de hypostasi naturali ꝛ mediocri: illa melior est vniformis ꝙ̃ difformis: sed tamen de innaturali non est verum: similiter ꝛ de liquore. Per hoc patet solutio eiusdem questionis que solet fieri: quia difformitas simul ꝛ semel vt biscolor in vrina est malũ: difformitas vero successiua est malum: vt quando vrina cõmutatur a grossiori in subtilitatẽ ꝛ ecõuerso. Et solutio huius est: q: difformitas simul ꝛ semel in vrina vt biscolor: significat impotentiam nature: vnde dominium significat diuersarum materierũ in corpore: ꝛ naturam potentem supra vnã materiã digerendo: impotentẽ vero supra alterã: sed difformitas successiua est bona: q: significat fortitudinẽ virtutis potentis inchoare ꝛ cõplere digestionẽ supra materiã morbi. ¶ Tertio q̃rit̃ vtrũ trãsit⁹ vrine a subtilitate in grossiciẽ sit melior ꝙ̃ transitus ecõuerso. sꝫ a grossicie in subtilitatem: ꝛ videt̃ ꝙ sic: quia transitus a subtilitate in grossiciem trãsit in terminũ meliorẽ: quia subtilitas significat impotentiam nature: grossicies vero potentiam: ergo est melior. Itẽ ille transitus est melior qui sequit̃ operationem digestionis: sed trãsitus a subtilitate in grossiciem est hmōi: quia ꝓcedit ingrossando sicut ꝓcedit digestio scd̃a respectu prime: ergo est melior. In ɔ̃triũ est auctor in lrã dicens ꝙ transitus a grossicie in subtilitatẽ est melior: quia significat materiam complere digestionẽ: ꝙ̃ transitus a subtilitate in grossiciẽ qui significat naturã tantũmodo inchoantẽ digestionẽ ꝛc̃. qd̃ concedo. ¶ Ad primũ argumentum in cõtrarium patet solutio per predicta: quia tu obijcis de subtilitate causata per viã indigestionis: ꝛ talis sine dubio est peior: sed subtilitas causata per viam digestionis est melior. Ad secundũ dicẽdum ꝙ duplex est digestio. Quedã supra iuuatiuũ: vt supra nutrimẽtũ: ꝛ talis ꝓcedit īgrossando. Quedã supra nociuũ vt supra materiã morbi: ꝛ talis ꝓcedit qñq; subtiliãdo qñq; ingrossando: ꝛ tu ob. de illa digestione que fit supra nutrimentum. ¶ Quarto q̃ritur supra hoc qd̃ dicit ꝙ vrina clarificatur in vrinali ꝑpter trãsmissionem partium terrearum in ꝓfundũ: aerearum vero ad superius: ergo similiter cũ talis trãsmissio partium fiat in vrina tornata: videtur ꝙ tornata debet esse clara. Et dicendum ꝙ diuersimode trãsmittunt̃ partes hinc ꝛ inde: quia in vrina tornata licet sit trãsmissio partium ad loca ꝓpria: tñ hmōi partes non reguntur a calore naturali nec a spiritibus: ꝛ ita cum spiritus sint lucidi ꝛ clarificent vrinam ꝛ talis non regatur ꝑ spiritus nõ erit clara: sꝫ in vrina grossa primo ꝛ postea clarificata partes vrine reguntur a calore ꝛ spiritibus ꝛ propter hoc fit clara. ¶ Postea querit̃ supra hoc qd̃ dicit ꝙ vrina grossa ꝛ turbida significat digestionem completam cũ su

perius dixerit ꝙ significat incompletam. Et dicendum ꝙ hic dicit ꝙ significat completam.i. vicinam cōplemēto: qñ vero dicit superius ꝙ incōpletam: ipse loquit̄ ibi respectu clarificate postea. ¶ Itē queritur sup̄ hoc qđ dicit ꝙ existēs clara est grossissima: quomodo pōt esse clara et grossissima. ⁊ solutio huius est: quia dicit ꝙ grossissima est causaliter: quia talis significat materiam esse grossam: ⁊ omnino digestioni repugnantem: vnde cū sua causa sit grossa: nihil eliquatur de sua materia cū vrina: ⁊ ꝓpter hoc est clara formaliter: tamen causaliter est grossa: ⁊ nō dicit ꝙ sit grossissima quia significat materiam grossam eliquatam cum vrina: q: sine dubio impossibile est ipsam esse claram tunc.

¶ Quod Gal. plenius ostēdit cū dicit. Significatio actōis si occulta sit: ⁊ nō apta: sicut significatio vrine subtiliter exeuntis ⁊ post in vase grossescentis: ⁊ vrine ignee subtilis: ⁊ similiter citrinissime. omnes em̄ inqt iste debilitatē coctiōis significant: ⁊ morbū esse in initio. Et si significatiōes appareāt: ⁊ ꝑmaneāt: ⁊ ad ꝑfectionē nō veniāt: sicut vrine turbide exeuntis ⁊ turbide ꝑmanētis: maxie si tincta sit: ⁊ vrine lenes vel albe: vl' nebule rubee: vl' hypostasis rubee: dū apparent in digestionibus imperfecte: in mediocritate sunt coctōis: ⁊ i augmēto morbi. Et si significatiōes appareant perfecte: sed nō tamen in suo naturali tēpore.i. intra corpora anteꝙ exeat vrina: sicut grosse exeuntis: et cum in vase sit clarescentis: coctio appropinquat perfectioni: ⁊ morbus in vltimitate est sui augmenti: ⁊ non nisi declinatio tantum superest sibi Et si significationes in tempore suo apparuerint: sicut in vrina que clarescit anteꝙ corpus exierit: significat complementum coctionis: et declinationem morbi: et eum incepisse minorari. Tempus vero declinationis est ex quo significationes in suo appareant tempore naturali vsq₃ ad ablationem ⁊ mundificationem morbi perfecte in toto corpore. ¶ Gal. vrina inquit tripliciter diuiditur. Est em̄ vrina cocta que salutem significat: est et pessima que mortem significat: est ⁊ cruda in coctione defecta: que grossitudinem secum designat: ⁊ defectionem digestionū. Cocta vrina in declinatiōe egrorum: sanorum vrine assimilatur: sicut vrina ignea: in liquore ⁊ colore media. Que extra hanc est in subtilitate, vel grossitudine: cruditatem: ⁊ defectionē coctionis videtur significare. ⁊ si extremitas eius sit in subtilitate: ⁊ ignea in colore: significat ex laudabiliori ꝑte naturā opatā in fecū coctionē. Uirtus em̄ tincture vrine ⁊ bonitas coloris vtraq₃ bona sunt signa. Claritas vero vrine ⁊ eius subtilitas morbum adhuc esse crudum significat. Unde Gal. quedam est vrina que morbū crudū ⁊ nō coctū significat: sicut ignea ⁊ subtilis: ⁊ q̄ albā habet hypostasim: ⁊ suspensam: ⁊ subtilem: sed tamē neq₃ lenis neq₃ mollis est.

¶ Que vrina significat longitudinem morbi.

Urina que in fundo pertinet rubori: si cū subtilitate sua alba sit ⁊ aquosa: ablationem coctiōis demonstrat cum longinquitate ⁊ morbi pessimitate. Si postea laudabiles appareant significationes: sicut grossitudo vrine ⁊ tinctura: sperari potest salus: sed tamē post longum tempus: ⁊ cum maioribus molestatiōibus. Si aūt mutet̄ i grossitudinē de subtilitate sine tinctura ⁊ remanet albedo ⁊ cruditas: mōstrat turbiditatem ⁊ grossitudinem suam non esse ex actione nature: sed de extraneo ⁊ igneo calore: q: natura non miscet humores: nec turbidos facit nisi antea tingat liquores ⁊ significat mediocritatem cotiōis. Unde vrina grossa si sit tincta: virtutē caloris naturalis designat: maxime si sit ignea.

¶ De vrinis perditionē significantibus.

Urina pessima que perditionem significat: est quadrupla. Quedam enim perditionem absolute portendit: sicut que nigram habet hypostasim: ⁊ liquorem alterius coloris q̄ nigri ɔtra hypostasim in nigredine. Quedā ꝑditionem debiliorem priori sicut que hypostasim habens nigram: sed natantem. Quedam debilior: est secunda q̄ nebulā habet in superficie nigram. Quarta perditionē certā ⁊ necessariā: sicut vrina nigra: ⁊ hypostasis nigra: ⁊ maxime granosa: quia feces granose semꝑ designāt perditionē: maxime si sint nigre.

¶ Superius cōparauit auctor significatiōes liquoꝝ adinuicē. In parte ista cōparat significatiōes liquoꝝ ad tēpora morbi: ⁊ diuidit̄ in quattuor. In prima determinat de vrina apparēte in principio morbi. In scđa de vrina apparēte in augmēto: ibi: Et si significatiōes appareant ⁊ permaneāt. In tertia de vrina apparēte in statu: ibi: Et si significatiōes appareāt ꝑfecte. In quarta de vrina apparēte in declinatione: ibi: Et si significatiōes i tēpore suo apparuerint. Et ista quarta in duas. In prima determinat de vrina apparēte in declinatione. In scđa docet cognoscere tēpus declinatiōis ibi: Tēpus vo declinationis. Tūc sequit̄ secunda pars principalis huius lectionis: in qua docet reducere oēs differentias liquoris ad trimēbrē diuisionē: q̄ hic incipit: Urine tripliciter diuidūtur. Et illa in duas. In prima diuidit. In secunda de mēbris diuidētibus agit: ibi: Cocta sanoꝝ vrina. Et ista secūda in tres. In prima determinat de vrina significāte coctionē ꝑfectā ⁊ digestionē. In scđa de vrina significāte idigestionē: ibi: Que extra hanc est ⁊c. In tertia de vrina significāte perditionem: ibi: Urina pessima q̄ ꝑditionē. Scđa istaꝝ diuidit̄ in duas. In prima determinat de vrina significāte cruditatem ⁊ indigestionē ⁊ hoc in gn̄ali. scđo in speciali magis: ibi: Sʒ tn̄ neq₃ lenis neq₃ mollis. Prima in duas. In prima determinat de vrina significāte cruditatē ⁊ hoc in gn̄ali. Scđo confirmat auctoritate Gal. ibi: Unde Gal. quedam est vrina. Hec est diuisio et sn̄ia lectionis in generali.

¶ Hic primo dubitat̄ de tēporib⁹ morbi: cū de ipsis faciat auctor mētionē in lr̄a determinādo coꝝ vrinā. Et primo q̄ritur de principio morbi qđ sit siue qđ appellet̄ principium morbi: et videt̄ ꝙ principium morbi sit illud instans indiuisibile a quo fit motus a sanitate in egritudinem: q: tunc hō incipit esse eger qñ desinit esse san⁹: sʒ hoc est in illo instanti indiuisibili a quo fit motus a sanitate in egritudinē: g̃ illud instans indiuisibile erit principiū morbi. Cōtra: cōsideratio medicinalis sensum nō transcēdit vt dicit Haly: sed illud instās indiuisibile nō pōt cognosci a medico: ergo nō est principium morbi. Ad hoc distinguo sicut distinguit Constā. in pantegni. ⁊ Gal. in de crisi: ꝙ vno modo est principiū egritudinis illud instans indiuisibile in quo arripit egritudo patientem: ⁊ tale non est de consideratione medici: cum sit imperceptibile vt tu ob. Aliō dicit̄ principiū morbi.s. spaciū triū dierū: ⁊ tale silīr non est de ɔsideratione medici: quia diuersificat̄ in morbis acutis ⁊ chronicis. Tertiū est principiū egritudinis illud qđ est vnū de quattuor tēporibus morbi ⁊ tale est de ɔsideratione medici: ⁊ de tali dicit Gal. ꝙ principiū egritudinis est illa hora in qua patiēs primo sentit sensibiliter egritudinē ⁊ cessat ab operibus consuetis ⁊ consulit medicū. ¶ Secundo querit̄ vtrū principiū egritudinis

possit cognosci. Et videt ꝙ nō: quia si cognoscit: aut cogno
scit ꝑ signa digestionis: aut indigestionis: sed nō pōt cogno
sci per signa digestionis vel indigestionis: q: dicit Auicē. ꝙ
principium egritudinis est illud tēpus in quo nec apparent
signa digestionis nec indigestionis: ergo principium egritu
dinis non potest cognosci. In cōtrariū est Isaac in lr̄a p̄nti.
qui determinat qualis vrina apparet in principio egritudi-
nis. Preterea auctor iste videt̄ ꝯdicere Auicē. q: auctor iste
dicit ibi: ꝙ vrina exiens subtilis postea ingrossescens appa-
ret in principio morbi: ⁊ dicit superius ꝙ vrina exiens subti
lis postea ingrossescēs significat digestionē: q: significat na
turā incipientē operari in decoctiōe fecū: sed dicit Auicē. ꝙ in
p̄ncipio morbi nec apparēt signa digestiōis: nec indigestio-
nis: ḡ ꝺm Auicē. talis vrina nō pōt apparere in p̄ncipio mor-
bi: iste t̄n dicit ꝙ imo apparet. ¶ Ad primū istorum dico ꝙ
principium egritudinis potest cognosci: ⁊ dico ꝙ cognoscit̄
per hoc ꝙ in principio nec apparent signa digestionis nec
indigestionis. Et tu ob. ꝙ in principio non apparent signa
digestionis nec indigestionis: vt dicit Auicē. dico ꝙ verum
est per positionē: sed tamen sunt ibi per priuationem: vnde
licet signa digestionis vel indigestionis nō sint signa princi
pij ꝑ positionē: t̄n sunt per priuationē. Et tu obicies ꝙ imo
ꝙ in principio morbi signa indigestionis apparent ꝺm posi-
tionē: q: cōstat ꝙ in principio morbi signa digestionis nō ap
parent; ergo de necessitate signa indigestionis: ⁊ per illa ha
bebit cognosci principiū. Item cōstat ꝙ in principio morbi
materia omnino est indigesta: ergo signa indigestionis ap-
parent ⁊ ꝑ illa cognoscet̄ principium. Item signa digestio-
nis apparent in principio morbi: q: auctor dicit in lr̄a ꝙ in
principio morbi apparet vrina subtilis; postea grossescēs: ⁊
talis significat digestionē vt dicit auctor superius: ḡ relin-
quit̄ ꝙ signa indigestionis ⁊ digestionis etiā per positionē
apparēt in p̄ncipio morbi: ⁊ per illa poterit principiū cogno
sci. Et dicendū ad hoc ꝙ duplex est indigestio. Quedā enim
est que fit ex pugna nature contra morbū: ⁊ materia morbi
preualet morbo: ⁊ remanet indigesta: q: natura succūbit et
nō pōt materiā morbi digerere: ⁊ talis nūꝗ̄ apparet in prin
cipio morbi: imo pōt apparere in augmento: quia in princi-
pio nondum natura pugnat contra materiam morbi: ⁊ de
tali loquitur Auicē: quando dicit ꝙ in principio nec apparēt
signa digestionis nec indigestionis. Est iterum alia indi-
gestio que nō fit ex pugna nature ꝯtra morbū: ⁊ talis appa
ret in principio morbi: quia in principio morbi natura nōdū
insurgit contra morbū vel cōtra materiā morbi: imo est ꝗ̄si
sopita: et per talem indigestionē per priuationē pōt cogno-
sci principium egritudinis: ⁊ de tali ob. tu: non de prima. et
ꝓpter hoc dicit Gal. in fine de creticis diebus optimū v̄bū.
dicit em̄ ꝙ mors aliq̄n venit sine crisi: ⁊ hoc q̄n materia mor-
bi tāta abundat in corpore ꝙ anteꝗ̄ insurgat natura cōtra
illam: extinguitur calor naturalis in corde vt patet in apostē
mate cordis. Et tu ob. ꝙ etiā signa digestionis apparent in
principio morbi: q: dicit auctor ī littera: ꝙ in principio appa
ret vrina subtilis: postea grossescens: ⁊ talis vt dicit supe-
rius significat digestionem: ⁊ Auicē. dicit ꝙ in principio nec
apparent signa digestionis nec indigestionis. Dicēdum ꝙ
quando auctor dicit in lr̄a superius ꝙ vrina subtilis postea
grossescens significat digestionem: ipse intelligit de occulta
vnde verum est ꝙ significat digestionē occultam: vt patet in
littera presenti: sed q̄n Auicē. dicit: ꝙ in principio nec appa-
rent signa digestionis nec indigestions: dico ꝙ verum est
manifesta: ⁊ de manifestis intelligit Auicē. ⁊ sic nō est cōtra
dictio. Per hoc patet solutio ad cōmune argumētū qđ so-
let ibi fieri ad ꝓbandum ꝙ ibi in principio apparent signa
digestionis vel indigestionis: quia si agens approximetur
patienti impossibile est non agere: ergo cum materia mor-
bi sit in corpore natura de necessitate inducet in materiam
illam digestionem vel indigestionē. natura dico tunc succū-
bante materia morbi vel d̄n̄ante. Ad hoc dico ꝙ verum est si
natura non sit sopita: vel si calor non subito extinguatur. vn̄
tu ob. de digestione facta per pugnam ⁊ non de indigestio-
ne facta ꝓpter extinctionem factam a materia morbi sine in
sultu aliquo precedente. ¶ Tertio dato ꝙ principium mor-
bi possit cognosci: queritur per quid habeat cognosci: vtrū
per accidentia morbi vel per sensibilem lesionem operatio-
num consuetarum: videtur ꝙ non possit cognosci per acci-
dentia morbi: quia dicit Gal. ꝙ nondum est febris quando
apparent accidentia: vt sitis vel dolor capitis: ergo cū princi
pium morbi sit morbus: nō poterit cognosci per accidentia
morbi. Item omne accidens posterius est subiecto: ergo ac
cidens sequitur morbum ⁊ non antecedit: ⁊ si non antece-
dit non dabit cognoscere morbum: ergo accidentia non da-
bunt cognitionē principij morbi. In cōtrarium est Hippo.
in ꝓnosticis dicens: ꝙ tunc est principium morbi quando
patiens incipit dolere ⁊ rigere: sed tam dolor ꝗ̄ rigor sunt
accidentia morbi: ergo principium morbi cognoscitur per ac
cidētia morbi. Sed ꝙ deueniamus ad cognitionē principij
morbi per sensibilem lesionem operationū: videt̄ ꝑ hoc qđ
dicit Gal. in tegni. dicit enim ꝙ terminus discretus in his
idest inter sanitatem ⁊ egritudinem est sensibilis lesio ope-
rationum. Item dicit Gal. alibi: ꝙ principium egritudinis
est prima hora in qua patiens primo sentit sensibiliter egri-
tudinem ⁊ cessat ab operationibus consuetis ⁊ consulit me
dicum: ergo per hoc videtur ꝙ per sensibilem lesionem ope
rationum deueniamus in cognitionem principij morbi. Cō
tra: si hoc esset verum iam sequeretur ꝙ in eadem egritudi-
ne principium esset diuersum: quia multi sunt qui cū habēt
febres sunt morbidi ⁊ languidi ⁊ statim cessant ab opera-
tionibus consuetis: quidam vero sunt qui habent easdem fe
bres ⁊ t̄n sunt fortes: ⁊ non ita cito cessant ab operationi-
bus cōsuetis: ḡ ⁊c. ¶ Solutio: ad primum istorum dico ꝙ
principium morbi cognoscitur per accidentia morbi: sed ac-
cidentia sunt triplicis generis: quedā antecedentia morbū:
quedam concomitantia: quedam subsequentia. Dico ergo
ꝙ principium morbi cognoscitur per accidentia concomitā-
tia: vt pleuresis cognoscitur per dolorem lateris pungitiuū
per pulsum serrinū: per difficultatem anhelitus: que omnia
cōcomitātur pleuresim: ⁊ non cognoscitur principium mor-
bi ꝑ accidētia cōcomitātia: nec ꝑ cōsequētia. Per hoc pꝫ so
lutio ad primū argumentum: per Gal. de siti ⁊ dolore capi-
tis: ꝙ antecedūt morbum: sed sicut hm̄oi antecedūt: ita pos
sunt concomitari: ⁊ quando concomitātur tunc dant cogni-
tionem principij. Ad secundum dicendum ꝙ verum est ꝙ ac
cidens morbi posterius est morbo quantum ad causam mor-
bi. verbigratia. de vomitu semper antecedit titillatio labij
inferioris et tunc vomitus subsequitur: ⁊ tamen vomitus
actualr̄ cognosci habet per titillationem: ⁊ hoc est: quia la-
bium inferius colligantiam habet cum ore stomachi quan-
tum ad pelliculam interiorem in quo ore cōtinetur materia
siue causa vomitus: ⁊ tamen antecedit vomitum. Et tu ob.
ꝙ accidens est posterius subiecto: ergo nō cognoscitur sub-
iectum per accidens. Ad hoc dico ꝙ duplex est posterius: sci
licet natura ⁊ tempore. vnde licet accidēs morbi sit posteri⁹
natura ꝗ̄ morbus: tamen tempore est simul cum morbo: vt
patet de pede impresso in puluere: quia licet illa impressio
sit posterior natura ꝗ̄ pes: tamen simul est tempore cū pede
similiter dico ꝙ licet accidens morbi sit posterius natura: ta
men simul est tempore cum morbo: vt patet de siti ⁊ dolore
capitis: per que quidem cognoscitur morbus: quia licet sint
posteriora natura ꝗ̄ morbus sicut febres: t̄n simul sunt tem-
pore cum febre. Per hoc patet solutio ad argumentum in
contrarium: quia Hippo. in ꝓnosticis: quando ipse dicit ꝙ
tunc est p̄cipium egritudinis: quando patiens incipit do-
lere ⁊c. ipse intelligit de accidentibus concomitātibus mor-
bum. ¶ Ad aliud qđ postea queris: vtrū principiū egritu-
dinis habeat cognosci per sensibilem lesionem operatio-
nū. dico cum Gal. ꝙ sic: ⁊ concedo argumenta hoc proban-
tia. Ad illud qđ ob. in contrariū: ꝙ si hoc esset verum iam se
queretur inconueniens: scilicet ꝙ principium in eadem egri
tudine esset diuersum in diuersis. Dico ꝙ non: q: princi-
pium proprie est illud tempus in quo patiens primo sentit
sensibiliter egritudinem ⁊ cogitur vi morbi cessare ab ope-
ribus consuetis. vnde licet ille qui est fortis habens febrem
non ita cesset: tamen cogitur vi morbi: licet differat: vel
saltem in mente sue cogitat ꝙ loquitur cum medico ⁊c.

¶ Quarto queritur: vtrum augmentum differat a statu. Et videtur ꝙ non: quia augmentū est preexistentis magnitudinis additamentum: sed in statu est additamētum sinthomatum prauorum accidentium preexistentibus sinthomatibus: q: dicit Gal. ꝙ status est neqꝫ horarū in qua oia accidētia vltimant: ergo videt ꝙ augmentū non differat a statu: nec econuerso. In contrariū est ysaac in littera: ponēs vrinas differētes in augmēto morbi ꝛ in statu: vt ptꝫ in littera: quod cōcedo. Et dico ꝙ augmentū ꝛ status differūt. Ad argumentū in contrariū dico ꝙ verū est ꝙ vtrobiqꝫ scꝫ tam in augmēto ꝙ in statu est additamentū prauoꝝ accidentiū: sed tñ hoc est differenter: quia in augmento egritudinis est principiū additamēti maloꝝ accidentiū: in statu vo est additamentū maloꝝ accidentiū in vltimo: q: tunc omnia accidētia vltimātur. ¶ Iuxta hoc quero vtrū status sit lōgior horarum egritudinis: ꝛ videt ꝙ sic: q: plura requirunt ad cōpletionē nobilē ꝙ ad ignobilē: vnde plura requirunt ad cōpletionem hominis ꝙ ad completionē aliorum animaliū: ꝛ hoc est q: homo nobilior est inter oia animalia. Sed volunt auctores ꝙ natura pcedit cōtra morbū triplici motu: motu digestionis ꝛ diuisionis ꝛ expulsiōis: sed expulsio est actus nobilior ꝙ digestio vel diuisio: ꝛ nec digestio nec diuisio fiūt nisi pp̄ter expulsionē: ꝛ expulsio materie morbi a corpe fit in statu: ģ indigebat lōgiori tpe: ģ stat⁹ est longior horaꝝ totius morbi. In cōtrariū est Constā. in decimo pantegni: dicens ꝙ crisis est mutatio velox superueniēs morbo propter duriciem accidentiū ꝛ infirmi reluctamentū ducens ad sanitatem aut ad mortē: cū ergo crisis habeat fieri in statu: status erit breuior horarū ꝛ velocior. Item simile est de cōparatione vnius morbi ad alium morbum: ꝛ vnius temporis egritudinis ad aliud: sed morbus quāto molestior: tāto breuior: vt patet in peracutis ꝛ perperacutis: ergo similiter illud tempus egritudinis quod est molestius erit breuius: sed hoc est status respectu aliorum temporū morbi cū in statu omnia accidentia vltimantur: ergo status erit breuior horarum totius morbi. Ad hoc dico sine preiudicio melioꝝ: ꝙ status est breuior horarum morbi: sed tamen diuersatur principium ꝛ augmentū in acutis ꝛ in chronicis vt quidā dicunt: q: in chronicis morbis plus durat augmētū ꝙ principium: in acutis ecōuerso: sed nescio si verum est vel non: sed de statu dico ꝙ breuior est: ꝛ concedo rationes hoc probantes. Ad argumentū in contrariū dico ꝙ in expulsiōe que fit in statu duo sunt consideranda. Unum est actus ipsius expulsionis .i. momentū illud in quo materia subito expellit: ꝛ sic est breuior horarū: ꝛ indiget breuissimo tempore. Aut possunt cōsiderari illa que requirunt ad expulsionē: vtpote digestio ꝛ diuisio materie morbi que oia requiruntur in debita expulsione materie morbi a corpore: ꝛ quātum ad hoc indiget magno et longo tempore: et hoc modo obijcis tu. ¶ Quinto queritur in quo tēpore plus laboret virtus naturalis vtrum in principio vel in statu. Et videtur ꝙ plus in principio: q: in illo tempore plus laborat natura in quo inuenit materiā magis inobedientē ꝛ resistentē: cum habeat illā digerere ꝛ diuidere: sed in principio virtus naturalis inuenit materiā magis inobedientē q: indigestā: ergo plus laborat virtus naturalis in pricipio ꝙ in statu. Contra: labor nature non est nisi pp̄ter pugnā ꝛ insultū nature contra materiam morbi: sed in principio morbi nōdū natura insurgit cōtra materiā morbi: imo est quasi sopita: sed in statu pugnat fortissime: ergo plus laborat in statu virtus naturalis ꝙ in principio. Ad hoc soluunt quidā satis pbabiliter distinguēdo ꝙ virtus naturalis plus laborat in principio et hoc finaliter: quia plura habet tunc facere: quia habet digerere materiaꝫ morbi ꝛ diuidere: sed in statu formaliter plus laborat q: habet actualiter materiā morbi diuidere ꝛ expellere eam a corpore: ꝛ ponit exemplū de duobus pugilibus in duello existentibus: quia victor in principio plus laborat finaliter: quia habet debilitare victum ꝛ superare: sed in fine duelli plus laborat formaliter: q: interficit ipsum ꝛ habet ipsum superare: similiter est a parte ista vt dictum est. Uel dicendum ꝙ virt⁹ naturalis simpliciter plus laborat in statu ꝙ in principio: ꝛ concedo argumentū hoc probans. ¶ Ad primū argumentum in contrariū respōdeo ꝛ dico ꝙ labor non venit ex inobedientia materie: sed ex pugna nature contra materiam morbi: vnde lꝫ in pricipio materia sit magis inobediēs ꝙ in statu: tamen dico ꝙ in principio nondū pugnat natura ꝛ ita nō laborat: imo quiescit: sed in statu fortissime pugnat: ꝛ pp̄ter hoc plus laborat in statu virtus naturalis. Ad secūdum argumentū qđ obijcis de Ga. dico ꝙ non concludit ꝙ plus laboret virtus naturalis in principio ꝙ in statu: sed dicit ꝙ plus laborat virtus naturalis in principio ꝙ animalis: ꝛ aialis plus in statu ꝙ in pricipio. Et hoc est similiter intelligendum: q: in principio morbi materia est grossa ꝛ inobediens digestioni: et inepta digeri a virtute naturali: et ita plus laborat virtus naturalis in principio: sed tamē nondū virtus animalis laborat: quia aialis non laborat: nisi quando sentit mala sinthomata: ꝛ quia in statu materia est digesta ꝛ eleuātur fumi ab illa materia perniciosi q̄ inducūt mala sinthomata: tunc aialis sentiens ea laborat in expulsione illius materie a qua eleuant illi fumi: sed hoc non sentiebat in principio: quia nondum materia digesta: similiter virtus naturalis non tñ laborat in statu: q: tunc materia est digesta: ergo non oportet tūc ꝙ eam digerat: ꝛ ideo dicit Ga. ꝙ virt⁹ naturalis plus laborat in pncipio: aialis plus in statu. ¶ Sexto querit de declinatione morbi: ꝛ primo vtrū declinatio sit vnū de tēporib⁹ morbi. Uidetur ꝙ non: quia dicit Gal. in tegni ꝙ duplex est neutrū. Quoddā decidētie vt qñ aial deuenit a sanitate in egritudin. Et quoddā conualescētie vt qñ deuenit ab egritudine in sanitatē: cū ergo in declinatione homo veniat ab egritudine in sanitatē: erit neuter cōualescētie: sed neuter ꝯualescētie non est eger: ergo declinatio nō erit vnum de tēporib⁹ morbi. In ꝯtrariū est auctor in lrā q̄ determīat vrinas apparētes in tēporib⁹ morbi: ꝛ inter illas determinat de vrina apparēte in declinatiōe morbi: et ita innuit ꝙ declinatio sit vnū de tēporib⁹ morbi. Itē Hip. ꝛ alij auctores pcipiūt ꝙ ille q̄ est in declinatiōe morbi regatur p tres dies vt eger: ꝛ nō vt neuter ꝯualescētie: ergo declinatio erit vnū de tēporib⁹ morbi cum alia cura debeatur egro ꝛ alia neutro cōualescētie. Ad hoc dicendū ꝙ declinatio est vnū de tēporib⁹ vt auctor innuit i lrā determinās ei⁹ vrinā: ꝛ hoc vult Hip. ꝛ alij qui pcipiunt illū qui est in declinatione morbi regi vt egrū: ꝛ hoc est quia lꝫ materia sit euacuata in declinatiōe: adhuc remāsit aliqua infectio materie euacuate in corpore: vel aliqua impressio: vt ptꝫ de igne extracto a furno ꝛ pane: q: adhuc aliqua impssio postmodū remanet in furno. Silr in declinatiōe remanet aliqua impssio intra derelicta a materia morbi euacuata: vñ si darent ibi aliqua q̄ possent inflāmari sequeret recidiuū: sꝫ pp̄ter hoc pcipiunt auctores ꝙ ille qui est in declinatōe regat p tres dies sicut regebat qñ erat eger. ¶ Ad primū argumētū in ꝯtrarium dico ꝙ lꝫ ille q̄ est in declinatiōe pcedit ab egritudine in sanitatē: non tñ neuter est conualescētie: ꝛ hoc est quia lꝫ materia sit expulsa a corpore: verūtamen non cōstat medico ꝙ totaliter sit mūdificatū: vl ꝙ illa impssio derelicta ab illa materia sit iā destructa ꝛ exhalata: sed qñ corpus ad plenuꝫ est mundificatū ab illa materia ꝛ ab illa impssione: ꝛ qñ de hoc cōstat medico tūc incipit esse neuter ꝯualescētie. Et tu obijcies qñ corpus nō est mundificatū oīno: tūc iā est sanus patiens: ģ nō erit neuter. Et dico ꝙ nō est san⁹ quousqꝫ possit facere opera cōsueta: ꝛ q: lꝫ corpus ad plenū sit mundificatum: tñ quia virtus adhuc est debilis nec pōt adhuc facere opa sicut faciebat anteꝙ incideret in egritudinē: pp̄ter hoc dico ꝙ talis est neuter ꝛ nō san⁹. ¶ Iuxta hoc querit vtrū cōtingat aliquē mori in declinatiōe, put declinatio dicit vnū de tēporibus morbi. Uidetur ꝙ sic: quia Gal. in de creticis ponit simile inter pugnā nature cū materia morbi ꝛ in pugna que est inter duos pugiles in duello existētē: sed in pugna existente inter duos pugiles quādoqꝫ accidit ꝙ vterqꝫ moritur: vnde victor qñqꝫ moritur ꝛ hoc pp̄ter vulnus aliquod quod victus ei fecit: ꝛ hoc post duellum: ergo similiter natura: licet in statu superauit materiā morbi eam a corpore expellēdo: tamen in illa pugna poterit intantum natura debilitari ꝙ postea in declinatione succumbet: ergo contingit mori in declinatione. Item dicit Galienus in de creti⁹

cis: ꝙ sicut in totali morbo sunt quattuor tēpora.s.ꝑncipiū:
augmentū: status: ⁊ declinatio: ita in paroxismo morbi sicut
febris sunt quattuor tpa p̄dicta: sed in oībus tēporib⁹ paro
xismi cōtingit mori patientem: vt dicat Ga. ergo in declina-
tione morbi cōtinget patientem mori vel quare nō. In con
trariū est Ga. ibidē dicens: ꝙ in oībus tēporib⁹ morbi ꝯtin
git patientē mori p̄terꝙ in declinatiōe. Et hoc ꝓbat sic Ga.
dicēs ꝙ mors nihil aliud est ꝙ̄ cōpletū dñium materie mor-
bi supra naturā: sed in declinatiōe morbi materia morbi nō
pōt cōplete dominari supra naturā cū in declinatione mate
ria expellat a corpore: ergo non cōtingit mori in delinatiōe
morbi: q: ex quo natura fuit potēs in statu supra materiam
morbi.i. supra fortius ratiōe cuius deberet succūbere: ergo
erit potēs supra debilius in declinatiōe: qd̄ cōcedo. Vñ di-
co ꝙ in ꝑfecta declinatiōe morbi.i. qñ materia totaliter eua
cuatur a corpe nullus morit: ⁊ hoc cōcedo cū Ga. ⁊ cōcedo
istā vltimā rationē ⁊ eā pono ꝓ causa. ¶ Ad primum argu
mentū in ꝯriū dico ꝙ quoad quid est silitudo.s. quoad hoc
ꝙ vtrobiq; est pugna: ⁊ quoad qd dissilitudo.s. quoad hoc
ꝙ vterq; pugil mouet per se ꝯtra aliū: sed nō sic est a pte na
ture ꝯtra morbū: vnde materia morbi nō mouet ꝯtra natu
ram nisi prius moueat a natura: ⁊ ꝓpter hoc est ibi fallacia
In fundo hypostasis significat nature virtutē operantis in fecib⁹ subtiliandis atq̧ diuidendis: ⁊ particulis in locū suū naturalē ponēdis: vt pars aerea sursum ascendat: terrestris deorsum veniat: liquor clarus ⁊ mūdificat⁹ veniat. ¶ Hypostasis iter subtilē ⁊ grossam mediocris tēperamētū significat ⁊ cōplemētū coctionis: ⁊ ideo tēperamentū ⁊ cōplementū ⁊ mediocritatem habet inter orales extremitates. Ora em̄ cuiuslibet rei extremitas est extra tēperamētū. vñ Aristo. diffinitio perfecta est cui si quid adiūxeris: superfluū est: si minueris erit a pfectione minorata: si vo nō infra subsistat: nec vltra procedat: pfecta esse pbatur. Supfluitatē dixit esse a cōplemēto exire: q̄ minoratio minor est a cōplemēto. verbi gratia: una cū lumē mūdo ministrare incipiat: minor est q̄ sit amplius futura. deinde lumē ⁊ splendor paulatim augmentantur quādo ad rotunditatem ⁊ lucidatē perducitur. Cū vo ad cōplementū ⁊ ad perfectionē suā peruenerit: nō cōpletiorem neq̧ sui perfectiorē essentiā quo ascendat inuenit: deinde redit ad minorationem sui. Hec est perfectio significatiōis in re naturali ⁊ spiritualibus signis. Quod enim cōplementū excedit: minoratione habet complemēti: ⁊ tēperamētū erit. vnde fit vt mediocris hypostasis inter subtilē ⁊ grossaz temperamētū ⁊ cōplementū significat coctiōis. Lenitas hypostasis ⁊ cōiūctio sui: ⁊ rotunditas sue forme: ⁊ acumē sūmitatis subtilitatez sui ⁊ lenitatē significat: ⁊ ascēsionez in angulos naturaliter erectos qō cōprobat̄ in igne: qui cū clarus et pur⁹ sit: motus eius in acumē anguli ascendit. Licet sophiste nos reprehendāt: ⁊ de sede ignis dicant: quare sedes ignis lata est ⁊ spaciosa: superiora sui subtilia et stricta et erecta. indiciū tñ sue sedis idē est qō ⁊ sui acuminis in igneitate ⁊ natura. Respōdem⁹ sedes ignis nō est lata ⁊ spaciosa in igneitate et natura: sed ex corpore subiecto sibi formā recipit sue latitudinis: ⁊ quocūq̧ pars ignis a subiecto se separat: cōstringit se ⁊ subtiliat: ⁊ quāto magis elongat̄: tāto plus subtiliat̄ quousq̧ in angulum transducat̄. Similiter cordis forma est pinea: cū actio caloris naturalis inde pcedat: cui⁹ indiciū in actione ⁊ natura ꝑm indicium est ignis. vñ sedes ei⁹ lata est interius: ⁊ superiora sui acuta: Licz sensualiter rephēdamur. Quomodo inquiūt infima pars cordis est lata: superior acuta: cū in hoie erecto sedes cordis sursum lata sit: ⁊ acumē tendit ad inferiora? Respō. sensus tuus nō est intellectualis: q̄ mōstrat in pede radicē corporis humani: ⁊ caput ei⁹ ramos. Sic ratio tibi contraria est. Radix omnium arborum est fundamentum suorum ramorum qui inde procedunt ⁊ exeunt. Unde in omnibus terrenascentibus: arboribus: seu quibuslibet alijs: si radices patiantur desiccātur ⁊ cōsumuntur: sed ramus nō nocet radici: neq̧ mutatur a suis qualitatibus. Idem fit in cerebro cuiuslibet aialis: qō si patiatur toti nocet corpori. Sed si membrorum quorūdā sit passio: nihil nocet cerebro: quia cerebrum sensus ⁊ motus est initiū. a quo procedūt nerui: qui sunt fundamēta corporis: ⁊ ligamēta sui. Hoc manifestatur quia si vnus neru⁹ incidatur in manib⁹, vel in pedibus: inde cerebrū nō impeditur: neq̧ etiā media membra inter cerebrū et membrū incisuz. Si aūt neruus in cerebro patiatur: omnia membra quorū actio ab illo neruo incipit: dānabuntur. Radix ergo corporis humani caput est: ⁊ extremitas sui rami: corp⁹ inter radices ⁊ ramos mediū erit. Unde antiqui hominē inuerse assimulauerunt arbori: cuius radix superius sit: rami vero inferius sint. qō cū ita sit: necesse est initiū cordis ⁊ sedes sui contra cerebrum sit: rami ⁊ extremitates pedum infima. Corpis ergo forma est pinea: cū sedes lata sit ⁊ superiora acuta sint. Reprehendūt tamen nos de epate dicētes: quare epar nō similiter est: cum ipsis inde pcedat naturalis: ⁊ sanguis qui totum corpus nutrit. Respō. nō consequi. non enim vene ab epate creūt vt intelligis. Epar enim nihil aliud est q̄ caro celata cū neruis subtilibus: quos non potest sensus cōprehendere. qō si nō esset: nō esset epar sensibile. passiones ⁊ vene atq̧ vasa a neruis sunt exeūtia. vñ si queda vene scindant̄ in epate: quoddā neruosum corpus in illis concreatur: vt separata ⁊ scissa restaurent̄. Uene ergo nō incipiunt ab epate. vñ si dixeris epar esse fundamentum corporis quia inde exit spūs naturalis: cor quoq̧ fundamentum feceris cum inde procedat spiritus vitalis. Respon. tibi vnde virtutes corporis procedunt non est fundamētum corporis: neq̧ vie etiā per quas exeūt. Si dixeris te dixisse ideo fundamētū esse q̄ sanguis ibi excoquatur: ⁊ inde totum nutritur corpus: Respon. ergo fundamentum est stomachus: cum cibus in eo coquatur: vt epati coct⁹ ꝑpareẗ. Similiter coquus ⁊ pistor fundamētū erūt: q̄ stomacho ꝑparāt cibū: qō impossibile est.

¶ Super⁹ determinauit auctor de colore hypostasis naturalis: hic de loco ⁊ liquore ⁊ de ei⁹ forma: ⁊ ꝑm hoc sunt partes tres principales in hac lectione. scōa ibi: Hypostasis inter subtilē. tertia hic: Lenitas hypostasis ⁊ cōiūctio. Prima ꝑpter sui breuitatē nō diuidit̄: sed scōa in duas. In prima ꝑponit qō intēdit. In secunda declarat suū propositū per exēplū. scōa ibi: Uerbi gratia inuenimus lunā. Tūc sequit̄ illa pars in qua determinat de forma hypostasis naturalis: ⁊ illa in duas. In prima ꝑponit quod intēdit: determinans de forma hypostasis naturalis. In scōa mouet obiectiōez sophistaꝝ. scōa ibi: Licz sophiste nos reprehendāt. ⁊ ista scōa in tres obiectiōes q̄s mouet ⁊ remouet. scōa ibi: Licz sensualiter reprehendamur. tertia ibi: Reprehendūt nos tñ de epate. Hec est diuisio ⁊ sentētia lectionis in generali.

¶ Hic primo dubitatur vtrū hypostasis naturalis proprie habeat in fundo vel in sūmo residere. Qō in supremo videtur: q̄ tres digestiue ordinate sunt: ⁊ similiter earum superfluitates: vnde sicut se habet superfluitas scōe ad primā: ita superfluitas tertie ad superfluitatē scōe: sed supfluitas secūde: vt vrina leuior est q̄ supfluitas pme. i. stercus: ḡ sic supfluitas tertie vt hypostasis leuior erit q̄ superfluitas secunde. i. q̄ vrina: sʒ corpa leuia semꝑ petūt locū supiorē: ḡ locus hypostasis naturalis erit supior. Itē dicit pħs q̄ digesta leuiora sunt indigestis: ⁊ hoc est: q̄ in digestis partes impure seqstrant̄ ⁊ abijciunt̄ a puris: ⁊ pure ibi remanēt q̄ sunt leues: ipure abijciunt̄ q̄ sunt graues: sʒ in prib⁹ indigestis permiscent̄ impure cū puris ⁊ impure aggrauāt puras: cū ḡ hypostasis naturalis marie sit digesta erit ibi sequestratio par-

tium impuratus a puris: et ita semper petet hypostasis naturalis locum superiorem. Item dicit in littera superius φ sicut pinguedo τ lac dealbantur a calore naturali in tertia digestiua: similiter τ hypostasis: sed pinguedo semper petit locum superiorem: quia semper natat: ergo similiter et hypostasis naturalis. In contrarium est auctor in principio lectionis dicens φ debet esse in fundo. Preterea in precedenti lectione dixit φ hypostasis τ sanies τ sperma assimilātur: sȝ tam sanies φ sperma semp petūt fundū: ğ τ hypostasis. Preterea hypostasis q̄ est in supmo vrine vel in medio signat aliquā vētositatē esse in vrina q̄ eleuat hmōi hypostasim: sȝ qn̄ est in vrina signū est φ natura potuit resoluere hmōi vētositatē τ nō ꝯsumere potuit: vn̄ significat digestionē icōpletā τ omne tale est pessimū in hypostasi naturali: sȝ qn̄ ipsa est in fundo tūc significat cōpletā digestionem: ita φ natura potuit digerere equaliter omnes partes vrine τ trāsmittere ad loca ꝓpria: ita φ partes terreas inferius aqueas in medio aereas superius: τ hoc est bonū: ğ hypostasis naturalis ꝓprie debet esse in fundo τ non in supremo vel medio. Et hoc cōcedo cū ysaac: τ cōcedo istas rōnes vltimō factas. Et ad pmū respōdeo dicēdo φ nō est similitudo inter pmā τ secūdā τ inter tertiā τ scdam. Preterea pma digestio ꝓcedit subtiliādo vn̄ abijcit grossum: vt stercus: secūda vō procedit īgrossando τ abijcit subtile vt aquositatē τ generat humores: τ propter hoc maxima dissimilitudo est inter pmā τ secūdā. Similiter inter secundā τ tertiā est alia dissimilitudo: q: scda vt dictū est: abijcit subtile vt aquositatē τ retinet grossum: τ illud trāsmittit ad tertiā sine aliquo subtili: τ tūc tertia nō hȝ aliquod subtile τ sequestrat ab illo nutrimēto partes impuras: τ ille sunt grosse τ terrestres ex quib⁹ generaꝛ hypostasis: τ q: partes terrestres semp petūt fundū ꝓpter hoc hypostasis naturalis semper petit fundū. Ad secūdū dico φ leuius dicit̄ dupl'r. Uno mō leui⁹ .i. nature obedientius. τ sic intelligit pħs cum dicit φ digesta leuiora sunt .i. obedientiora nature indigestis: vel leuius in motu: τ hoc modo tu obijcis: τ sic nō intelligit. Et tu obijcis maxime digerit̄: ğ minus habebit de impuro: τ ita minime petit fundū. Dico φ verū est φ maxime digerit̄: sed quāto magis digeritur nutrimētū ex cuius superfluitate generaꝛ hypostasis tantomagis ingrossaꝛ τ membris assimulatur: τ quanto magis ingrossaꝛ tanto sua superfluitas vt hypostasis grossior est τ magis terrestris: τ ita tantomagis petit fundum. Ad tertiū dicēdū φ simile est quoad hoc φ tā hypostasis: φ pinguedo a tertia digestiua dealbatur: sed dissimile est q: pinguedo est nature aeree τ ita semper natat: sed hypostasis nō: immo magis terrestris nō petit fundum. ¶ Secundo queritur super hoc qd̄ dicit in littera φ hypostasis naturalis debet esse mediocris in liquore. Sed cōtra dicit in littera: φ locus naturalis ipsius hypostasis naturalis est esse in fundo: sed quāto hypostasis grossior tantomagis petit fundū: ergo debet habere liquorē grossum. Itē hypostasis attestatur operationi tertie digestiue: sed tertia digestio ꝓcedit ingrossando: ğ illa que ingrossior erit magis attestabitur operationi tertie digestiue: hmōi est grossa τ nō mediocris: ergo hypostasis debet esse grossa in liquore. In cōtrariū est auctor in littera: q̄ dicit φ debet esse mediocris: τ probat hoc in littera per Aristo. q̄ dicit φ diffinitio illa est bona cui si adiunxeris aliqd est supfluū: si diminueris erit diminuta: similiter τ de hypostasi. Hoc idē ꝓbat per lunam: q: sicut illa luna est perfecta .i. in sui cōplemēto φ si trāscendat vltra declinabit a tēperamento: τ si minuaꝛ nō erit in cōplemento. Similiter est de hypostasi φ illa erit naturalis q̄ habet liquorem mediocrem ⁊c. ergo hypostasis debet esse mediocris in liquore: τ hoc cōcedo cum ysaac. Ad primū argumentum in cōtrarium dico sicut dicit Gerardus: φ in hypostasi ista conditio que est esse in fundo: nihil significat per se nisi cum alijs conditionibus: sicut nec cyphra in algorismo aliquid significat nisi preponatur alijs figuris: vel postponatur. Unde in hypostasi in fundo existenti requirūtur cum hoc alie conditiones laudabiles. s. φ sit digesta: lenis: dealbata: pineata: τ q: liquor mediocris attestatur pineationi leuitati dealbationi τ hmōi: τ nō liquor grossus: q: grossus significat naturā non potentem transmittere partes ad propria loca: propter hoc debet esse mediocris in liquore. Ad secundū dico φ veruȝ est φ tertia digestio procedit ingrossando per cōparationē ad secūda tamē: que debet esse mediocris ⁊c. ¶ Tertio dubitatur super hoc qd̄ dicit in littera: φ hypostasis naturalis debet esse forme piramidalis siue pineate. Contra dicit ysaac: hypostasis naturalis debet esse homogenea τ vniformis: sed partes vniformes non mouētur ad diuersa loca: immo ad eundem locū: ergo hypostasis erit spherice figure τ nō pineate: q: si pineate iā sequretur φ partes eius terrestres siue graues peterent fundum τ partes leues supremum: qd̄ non potest esse cū sit vniformis vt dicit ysaac. Item ipse cōparat hypostasim sub cōuenientiam ad lunā τ ad corpora superiora: sed nos videmus φ corpora supiora vt luna τ hmōi sunt spherice figure τ nō pineate: ergo similiter hypostasis erit rotunde figure siue spherice. In cōtrariū est auctor in littera: τ ꝓbat hoc per simile sumptum in corde τ in igne: τ plane patet in littera. vnde probat φ hypostasis naturalis debet esse pineate τ piramidalis figure. Preterea hypostasis naturalis attestatur complemento caloris naturalis digerentis potentis sequestrare partes terrestres a leuib⁹ τ aereis trāsmittendo graues inferius τ leues superius: sed talis transmissio facit formam piramidalem: ergo hypostasis naturalis erit pineate siue piramidalis figure. Et hoc concedo τ pono istas rationes vltimas pro causa. ¶ Ad primū in cōtrariū dico φ quedam sunt partes vniformes: ita φ sunt omnes obedientes nature digerenti: ita φ graues transmittit inferius: leues superius: τ talis vniformitas est in hypostasi: τ sic loquitur ysaac. Quedā vō sunt vniformes ita φ omnes grosse τ tēdūt ad eundem locū: τ de tali obijcis tu: τ sic non est in hypostasi naturali. Ad secundū dico φ simile est quoad hoc φ sicut luna cōpleta est pfecta τ qn̄ trāscēdit declinat. τ sir̄ hypostasis naturalis est q̄ est mediocris: τ qn̄ trāscēdit declinat a tēperamēto τ sic ponit exēplū. Sed dissimile est quoad hȝ φ hypostasis generatur a superfluitate nutrimenti in qua sunt quattuor partes. s. aeree: aquose: τ hmōi. vnde natura transmittit quālibet partem ad loca propria: sed nō sic est in luna nec in corporibus superioribus: vnde non generantur ab elemētatis sicut hypostasis. vnde luna quia debet regere inferiora τ corpa sir̄ supiora debent regere inferiora: propter hoc habuit illā formam que magis est apta ad hoc: hec aūt fuit rotunda: τ ꝓpter hoc luna τ corpora superiora sunt spherice figure τ nō piramidalis. ¶ Quarto dubitaꝛ sup hȝ qd̄ dicit in littera: φ ignis debet esse piramidalis figure. Cōtra ignis est vnuȝ de quattuor elementis: sed omnia elemēta sunt spherice figure et nō pineate vel piramidalis: ergo ignis erit spherice figure. Itē cōtinens immutat contentū ad suam formam: vt dicit Philaretus: sed dicit Constanti. in pantegni: φ ignis continetur in cōcauitate orbis lune: ergo erit eiusdē figure cum luna: sed luna est spherice figure τ non piramidalis: ergo τ ignis. In contrarium est auctor in littera: vt dictū est. Et hoc concedo: et dico φ ignis dupliciter potest cōsiderari. Uno modo prout est in sphera τ materia propria: τ tūc suā materiam consumit: τ sic est spherice figure: τ hoc modo procedūt tue rationes. Uel potest cōsiderari ꝓut est in istis inferiorib⁹: q: ibi est in materia aliena: vnde dicit pħs in xvj. de animalibus φ ignis in istis inferiorib⁹ vt in materia lignea vel hmōi: semper est in materia aliena: τ ideo facit conū supi⁹ quia semper tēdit ad spherā propriam: sed quia est in materia aliena que est grauis: propter hoc habet formā latam inferi⁹: τ hoc sm̄ exigentiā materie: vnde habet latitudinem inferius: conum vō superius τ ita est piramidalis figure: τ hoc modo loquitur ibi.

¶ Quinto dubitaꝛ: vtrum cerebrum sit fundamentum omnium membrorum: videtur φ non: quia dicit pħs in lib. de animalibus: φ cor est fundamentum omnium membrorū: non ergo cerebrū: quia sic esset ponere duo prima fundamēta τ principia membrorum: quod est inconueniens. Item dicit Haly φ spūs vitalis ē sicut radix: naturalis vō τ aīalis sicut trunci: τ ita vitalis est fundamētū naturalis τ aīalis ğ sir̄ cor cū sit fundamētū vitalis ipsum cor erit fundamētū

aliorū mēbrorū. Sed videt̄ φ epar sit fundamētū oīm mem-
brorū: quia vt dicit Hippo. mēbra nō augentur nisi per vir-
tutē naturalē. vñ ad h̄ φ mēbra nutriant̄ vel augeant̄ opor-
tet φ virtus naturalis precedat: sed virtus naturalis radi-
catur in epate: ğ similiter epar precedit ꝛ erit fundamentuȝ
oīm mēbrorū. Ad hoc soluit Gerardus dicēs φ ſm pħos du-
plex est fundamētū membrorū: quoddā est virtuale: ꝛ hoc
modo cor est fundamentū aliorū: q: a corde ꝑcedit virt9 alio-
rū: quoddā ꝟo est fundamentū materiale: ꝛ hoc modo cere-
brū est fundamentū aliorū: ꝛ hoc est q: ab ipso ꝑcedunt ner-
ui qui dant sensuȝ ꝛ motū oībus mēbris. vñ virtutes exeūt
a corde: sed oꝑationes ꝑcedūt ab alijs: sicut mandatū exit
a rege: sed tñ oꝑationes exeūt a subditis. sed tñ ista resolu-
tio dubia est. Alij dicūt φ ysaac errauit tripliciter. Errauit
eñ hic qñ dicit φ cerebrū est fundamētū aliorū mēbrorū. Se-
cundo errauit quādo dicit φ immediate vene oriunt̄ a ner-
uis. Tertio modo in dictis vniuersalib9 vbi dicit φ cerebrū
est calidū: ꝛ multū nititur hoc ꝓbare in dictis vniuersalib9.
Et dicūt ad illud qđ obijcis φ cerebrū est fundamētū mem-
brorū: φ duplex est fundamentū. vno modo dicit̄ fundamen-
tū illud primū a quo alia oriūtur: ꝛ sic dicit pħs φ cor est fun-
damentū: ꝛ hoc mō nō loquit̄ hic: alio modo dicit̄ fundamē-
tū qđ est ꝑncipiū sustentationis. ꝛ hoc modo cerebrū est fun-
damentū: quia nerui ꝛ ligamenta q̄ sustentāt alia membra
oriunt̄ a cerebro. ꝛ hoc dicit plane in lr̄a. Alij dicunt φ fun-
damentū dicit̄ multiplr̄: quoddā est fundamentū mēbrorū
radicaliū: ꝛ sic cerebrū: q: in cerebro est siue maxime abūdat
sperma ex quo mēbra radicalia generant̄: ꝛ h̄ modo loquit̄
auctor in littera: q: cerebrū est fundamentū aliorū: ꝛ per hoc
patet solutio ad duo prima argumēta. Ad tertiū soluit Aui-
cen. dicens φ quādo Hippo. dicit φ mēbra nō augentur ni-
si per virtutē naturalē oblitus fuit vite: q: nō pōt aliquis nu-
triri nisi prius viuat: ꝛ q: posuit hoc oblitus fuit vite: vñ vi-
ta stat in corde propter hoc prius ꝛ fundamētum est. ❡ Sex-
to dubitatur super hoc qđ dicit in littera: φ vene oriuntur a
neruis. Cōtra. alij auctores volunt omnes φ oriunt̄ ab epa-
te. Preterea sicut in cerebro generatur spūs animalis: ita
in epate sanguis: sed spūs aīalis ꝛ suuȝ vehiculū: vt nerui
oriuntur a cerebro: ergo similiter sanguis ꝛ vene q̄ sangui-
nē habēt deferre ad mēbra oriuntur in epate nō ergo a ner-
uis. In cōtrariū est auctor in littera qui dicit φ vene oriunt̄
a neruis. ꝛ hoc ꝓbat q: epar est substātia coagulata neruis:
ergo ꝛc. ꝛ ita innuit φ vene a neruis oriuntur. In contrariū
est Gal. in lib. interiorū dicens φ nec in epate nec in renibus
inuenimus pulsationem: ꝛ hoc est quia vt ipse dicit: ibi non
sunt nerui: ꝛ ita vult Gal. φ in epate nō sunt nerui: ꝛ ita cō-
tradictio est inter Gal. ꝛ auctorem istū. Ad hoc dicēdū ſm
quosdā φ ysaac falsum dicit aperte in littera dicendo φ ve-
ne oriūtur a neruis: immo oriuntur ab epate. Sed tamē de-
bemus sustinere auc. ꝛ propter hoc dicendū φ vene oriunt̄
ab epate: ꝛ nō oriuntur ab epate immo a neruis: non enim
oriuntur ab epate virtualiter immo a corde: vt dicit pħs: ta-
men materialiter et sensibiliter oriuntur ab epate: ꝛ q: me-
dici sunt sensibiles propter hoc dicunt φ oriūtur ab epate.
Iteruȝ iste dicit φ a neruis oriunt̄ vene. ꝛ sua cā fuit: q: in
epate vt dicit in littera sunt vene minutissime: ꝛ hoc de ne-
cessitate: q: cū epar mutet chilū in chimū: oportet ad hoc φ
in epate essent minutissime vene ita φ quelibet pars epatis
ſm minima tāgeret quālibet partē chili ad hoc φ esset per-
fecta mutatio chili ī chimū: ꝛ q: ysaac fuit valde grossus me-
dicus ꝛ etiā iudeus: ꝑpter hoc credidit φ vene nō orirent̄
ab epate: ꝛ ꝑpter hoc φ nō sensibiliter apparet ortus earū in
epate: ꝛ ideo dicit φ a neruis. i. a mēbro neruoso siue a mē-
bris neruosis: vt a filis in ipso epate existentib9. Et per hoc
patet φ non est contradictio inter Gal. ꝛ aucto. istum: quia
quando Gal. dicit φ in epate nō est neruus. verū est loquē-
do ꝓprie de neruo: qui est neruus ꝓprie nō habēs cōcauita-
tem aliquā: sed tñ ibi intrat substātia neruosa non existens
ꝓprie neruus: sed speciē nerui habens: ꝛ hoc modo loquit̄
auctor dicēs in lr̄a φ vene oriunt̄ a neruis. i. a quibusdā mē-
bris similitudinē neruorū habētibus vel speciē. ❡ Ultimo
dubitat̄ de situ cordis in homine: q: dicit in littera: φ pars
lata est superius: conus ꝟo inferius. Cōtra pars pōderosior
semper petit locū inferiorē: ğ cū latior pars cordis sit pōde-
rosior semper petit partē inferiorem: sed pars inferior hoīs
est versus pedes: ğ ꝛc. Itē cor influit calorē naturalē ꝛ spūs
in membris ſm sui partem latiorem: vnde vbi sunt membra
maiora ꝛ latiora ibi debet magis influere: sed hoc est infe-
rius: vt versus pedes: ğ pars latior ipsius cordis situabit̄ in-
ferius versus pedes: ꝛ acutior superius versus caput. In cō-
trarium est auctor in littera: qui dicit φ homo est sicut arbor
inuersa: vnde caput est quasi radix: ꝛ ita lata pars cordis tē-
dit sursum: conus ꝟo deorsum versus pedes. Preterea di-
cit pħs in. xij. de animalibus φ cerebrū fuit situatum in op-
posita parte cordis vt sua frigiditate mitiget calorē cordis ꝛ
cor in opposito cerebri vt attemperet frigiditatem cere-
bri suo calore: sed hoc non posset fieri nisi pars lata cordis
tenderet superi9 ğ ꝛc. Preterea dicit pħs φ in piscibus cor
situatum est ita φ pars acuta tendit versus caput: lata ꝟo
pars versus caudā: ꝛ hoc est q: cū sint frigidi inspirāt aquā
per brācos: ꝛ ita si acuta pars esset versus caput statim per
frigiditatē aque extingueretur calor cordis: sed econtrario
est de homine: quia lata pars cordis tendit versus caput et
hoc est quia habet cor calidissimū: ꝛ oportet φ refrigeretur
per aerē inspiratū: sed hoc nō posset esse nisi esset lata pars
superius: q: si conus esset versus caput: cū ibi nō sit foramē
nō posset calor cordis mitigari per aera ꝛ ꝑpter hoc ꝛc. Et
hoc concedo cū pħo ꝛ cū ysaac: ꝛ istas rationes pono ꝓ cā.
❡ Ad primū in contrariū dico φ quedā regulātur ab anima
solū ꝛ in talibus verū est φ pars pōderosior semper petit lo-
cū inferiorem: sed in illis que regulant̄ ab anima ꝛ a natura
nō est verū: sic est in corde: ꝛ ꝑpter hoc ꝛc. Ad scđm soluo ꝑ
interemptionē minoris: q: dico φ mēbra inferiora non indi-
gent maiori influentia q̄ superiora: immo potius econuerso
vnde natura est sicut bonus paterfamilias qui dat proprio
filio bonum nutrimentū seruienti vero grossum. Similiter
natura debite operās transmittit puriorē partē nutrimenti
ad partes supiores ꝛ magis solicita est circa ipsas: ꝛ ita ma-
iorē calorē influit: sed in mēbris inferioribus minorē quia tā-
tū nō curat de ipsis sicut de supioribus: ꝛ sic soluit̄ ad illud.

❡ Leuitas hypostasis ꝛ velocitas mot9 sui ad supio-
ra et inferiora naturā agentem ꝛ in morbi materiam
dominantē significat propter leuitatem materie et
suā obediētiā nature. Si enim non obediret ꝛ in ali-
quo impediret: digestionem suam dimitteret crudā:
ꝛ nō bene coctā emitteret. Palā ergo intelligit̄ q:
regule hypostasis. v. esse cōprobant̄: albedo sui colo-
ris: sessio in fundo vasis: mediocritas sui liquoris: ꝛ
rotūditas forme: leuitas ꝛ facilitas sui mot9. Cū hec
v. adsint ꝑfecta est natura in tēperamēto cōplexiōis
ꝛ sanitate corpis. Cū ğ aliq harū ꝓprietatū aufert̄:
ꝛ cōpetēs actio faciētis nature tollit̄: oīb9 ablatis ꝛ
tertia actio aufertur ab oībus mēbris. Si ergo leui-
tas motus hypostasis tollat̄: ꝛ ſm motū nature egre-
diatur: actio naturalis ꝛ dñiuȝ suū ī digerēdis fecib9
auferunt̄. Leuitate ꝛ rotūditate forme ablatis: natu-
re dñationem in oēs ꝑtes materie morbi necesse est
tolli: ꝛ actio sua in oīb9 est eq̄lis. Si ꝟo in ꝑtib9 opa-
ret̄: in ꝑtib9 nō exiret diuersa. in ꝑtib9. i. quedā subti-
lis ꝛ q̄dā grossa: alia cruda. Mediocritate ꝛ tēpera-
mēto liquoris ablatis auferet̄ ꝛ cōplemētū coctiōis
in fecib9. Si nō sedeat hypostasis inferius: diuisio na-
ture in partibus ꝛ positio vniuscuiusq: partis in lo-
cum suuȝ naturalem tollitur. Si albedo hypostasis
aufertur: ꝛ digestio nō cōpletur: que cū insimul aufe-
runt̄: tertia digestio in membris necesse est tollatur.
❡ Reprehēdūt nos sophiste dicētes: q̄re nō dixisti
auferri hypostasim ex fortitudine tm̄ mēbrorū corpo-

ris: ⁊ in superfluitatibus sui nutrimenti p poros ex-
pellēdis: ⁊ nō ex ablatiōe tertie digestiōis. Respon
dem⁹ q: mēbris fortibus in expellēdis cibo⁊ supflui
tatibus nō necesse est reddi epati: ⁊ inde renib⁹ mit
ti cū colamēto sanguinis: ⁊ ita exire cū vrine hyposta
si. Cōfirmat̄ h̄ ex Gal. dicto dicētis vrina in sanis nō
h3 hypostasim: nisi paruā cū morer̄ in vasis: q: virtus
digestionis tertie ex fortitudine membro⁊ est fortis.
Respōdemus his mōstrauit Gal. in verbis se intel-
lexisse de corporibus sanis: q̄ tēperate sunt cōplexio-
nis: ⁊ perfecta in virtutibus suis: neq3 plus capiunt
cibo⁊ nisi quātū digerat natura co⁊. qd̄ cū sit cōstat
eos nō habere hypostasim: q: mēbra fortiora sunt.
Sed infirma corpora virtutibus obuiantia ex abla-
tione virtutis defectionē innuūt tertie digestionis.
mēbris eñ deficientibus in expellendis cibo⁊ super
fluitatib⁹: epati reddunt̄ ⁊ cū vrina emittunt̄. Que
cū in vrina nō appareāt: s3 in mēbris pmaneāt: cōuer
sio illa diuersos morbos gn̄at f̄m supfluitatum natu
ras: q̄ intus h̄ faciūt calori naturali: qd̄ igni ligna de
foris. Vn̄ ḡ intelligim⁹: q̄ si hypostasi adsit albedo:
sessio in fundo: liquoris mediocritas: forme rotundi-
tas: ⁊ lenitatē nō habeat. Ex hac vna in sua vi amissa
grossam vētositatē significat quodā in tpe partē sui
diuidētē: ⁊ nature actionē in se cōpleri pphibētē. Vn̄
aliqñ vrina lenis erit ⁊ rotūda: aliqñ vō dispersa: et
diuulsa cū hypostasi albedo: fundi sessio: mediocritas
liquoris fuerit. si lenitas ⁊ cōiūctio desit; duas regu-
las sibi esse sublatas ītelligim⁹: vñ nature significat
pigritiā: q̄ ptib⁹ hypostasis nō eq̄liter dn̄et̄. Hec ḡ
species prior est peior: q: prior significauit virtutem
nature agentis in quodā tēpore: vt vētositatem gros
sam dissolueret: ⁊ feces subtiliaret: q̄ si in omi tēpore
nō faciat: aliqñ tamē facere laborat. Hec species na
ture defectionē in dissoluenda significat ventositatē:
⁊ in fecū digestiōe. hoc ⁊ in omi tēpore: sed tñ in prio
ri occultū quiddā explanare op3. Vētositas grossam
partē hypostasis adunari prohibēs: aliqñ cōfortat̄
die vna: ⁊ deficit paulatim vsq3 i diē morbi: postea fit
ecōtrario: vt vna die deficiat ⁊ cōfortetur paulatim
vsq3 in diē morbi: postea aliqñ vna die deficit: vt alte
ra confortatur. Et prior q̄ vna die deficiēs: cōfortat̄
vsq3 in finē morbi: minor in pessimitate est: q̄ ea que
vna die cōfortari habet: altera vō videatur deficere:
actio eñ ⁊ malicia eius pessima si nō cōfortetur. Itē
melior est ea que vna die deficit: ⁊ postea cōfortatur:
q: vna die deficiēs altera cōfortans; luctari cū mor-
bi materia significat naturā: ⁊ p̄ualere interdū eā.
Defectio vero vnius diei ⁊ cōfortatio cōtinua signifi
cat fugā nature cū sui defectione in materie morbi re
pugnatiōe. Om̄e hoc in pulsib⁹ similiter intelliga-
mus: q: si pulsus vna die melioretur: altera vō nō: me
lior est q̄ vna die meliorato: ⁊ postea semper peiora-
to. vnde hypostasis nunq̄ iuncta: neq3 simul aduna-
ta: peior est q̄ que vna die adunata: altera vō nō adu
nata. Itē coniuncta vna die altera vero nō: peior est
semper coadunata. Vnde palam est intelligi: q: si hy
postasis cū duobus supradictis auferat̄: sedere in fun
do ⁊ tēperati esse liquoris leuē ⁊ lenē esse: pdite sunt
regule quattuor: ⁊ significat grossas vētositates ⁊ in
digestas: quib⁹ ferueāt humores ⁊ turbent̄ liquores:
⁊ natant feces fundi: sessionē prohibētes. Si inde al
bedo auferatur ⁊ ablatis superioribus: cū oēs regu-
las suas perdiderint: significat defectionē coctiōis ⁊
pigritiē nature in cōplemēto digestionis. Si ablata
albedine ipsa videt̄ sedere in fundo f̄m colorē signifi
catur: ⁊ qualitas materie morbi intelligit̄: ⁊ quanti-
tas actionis sue siue fortis sit siue debilis. verbi gra-
tia. Si hypostasis glauca sit siue rufa: designat q̄ al
be hypostasi sit vicina virtute coctiōis: ⁊ complemē-
to digestionis: q: parū remaneret vt alba fiat. Si sit
citrina materia morbi remanet cholerica: ⁊ nihil pro
ficit natura in sua coctione: sed tñ potestatem habet
vt hypostasis in colore materie morbi remaneat nun
dū immutata in corruptionē ⁊ incensionē vt faciat se
viridē. Vnde Hippo. si in hypostasi cholera domine
tur leuis ⁊ subtilis motu: morbus est calidus. vnde
Hippo. monstrauit per leuitatē motus leuitatē esse
in fecibus: ⁊ eorū obedientiā. qd̄ dixit subtile: subtilē
superiorē ⁊ latitudinē inferiorē voluit intelligere: et
tunc forma eius est quasi pinea. Si hypostasis sit ru
bea erit morbus quasi sanguinolentus: ⁊ mediocris
coctio eius. viridis vel nigra incensionē humorum si
gnificat: q̄ ab obediētia sit remota. Glauca igit̄ hy
postasis ⁊ rufa propinquiores sunt coctiōi q̄ rubea:
rubea melior est q̄ citrina. citrina melior est q̄ viri-
dis: qd̄ alibi melius sumus dicturi. ¶ Sufficit de hy
postasi quantitatē mōstrare coctiōis: ⁊ q̄ quantitas
coctionis quātitatē mōstrat actionis naturalis calo-
ris: ⁊ q̄ quantitas caloris naturalis quātitatē cōple
xiōis in sanitate ⁊ in infirmitate.

¶ Superius determinauit auctor de quattuor cōditioni
bus hypostasis naturalis: vt de colore: situ: liquore: forma.
Hic determinat de quinta cōditione. s. de bonitate motus:
⁊ diuiditur in duas. In prima determinat de leuitate mot⁹
hypostasis naturalis. In secūda concludit auctor cōclusio-
nē principalē. s. q̄ p̄sentia cōditionū predictarū in hypostasi
naturali significat digestionē cōpletam: absentia vō earū di
gestionē incōpletā. scd̄a ibi: Palam ergo intelligendū q̄ re
gule. ⁊ ista scd̄a in duas. In prima facit qd̄ dictū est. In secū
da recapitulat. scd̄a ibi in fine lectionis: Sufficit dixisse. Pri
ma in duas. In prima cōcludit suā cōclusionē principalem.
In secūda eā declarat. scd̄a ibi: Si eñ leuitas motus hypo-
stasis. ⁊ ista scd̄a in duas. In prima declarat hmōi cōclusio-
nē in generali. In scd̄a in speciali. scd̄a ibi: Vnde ḡ intelligi-
mus q̄ sine hypostasi. prima in duas. In prima declarat in
generali illā cōclusionē principalē. In scd̄a mouet obiectio
nē sophistarum: ⁊ illā soluit. secūda ibi: Tñ sophiste rephēdunt
nos. ⁊ ista scd̄a in duas. In pma mouet obiectionē ⁊ soluit.
In secūda cōfirmat hoc: ibi: Cōfirmatur hoc ex Gal. Tunc
sequitur illa pars in qua declarat hmōi cōclusionem magis
in speciali: ⁊ illa in quinq3. In prima declarat qualiter si au-
ferat̄ vnica cōditio hypostasis naturalis significabit indige
stionē. In secunda qualiter auferantur due: ibi: Cum in hy
postasi albedo. In tertia qualiter quattuor: ibi: Vnde pa-
lā semp est intelligi. In quarta qualiter. v. ibi: Si aūt albe-
do auferatur. In quinta q̄liter ablata albedine: ibi: Si abla
ta albebine. Scd̄a istarū in duas. In prima narrat. In secū
da quoddā occultū in illa narratione suppositū declarat. se
cūda ibi: Sed cū priori quiddā occultū. Tūc sequit̄ illa pars
in qua ostēdit qualiter ablata albedine significatur indige-
stio: ⁊ illa in duas. In prima proponit. In secūda prosequi-
tur de hypostasibus causatis ex ablatione hmōi cōditionū.
secūda ibi: Si hypostasis sit glauca. ⁊ ista scd̄a in quattuor.

In pͥma determinat de hypostasi glauca. In scḋa de rubea ibi. Si hypostasis sit rubea. In tertia de viridi: ibi: Uiridis vero vel nigra. In quarta cōparat hmōi adinuicē: ibi. Glauca igitur hypostasis.

¶ Hic primo dubitatur quid ad ꝓpositum de motu hypostasis: q: videtur ꝙ male determinet hic de motu eius: quia motus solūmodo est animatorum: vnde dicit phs: ꝙ ꝓpriū est animatoꝝ seipsis moueri: cum ergo hypostasis sit quid inaīatum: nō habet motū: ergo male determinat de eiꝰ motu. Item superius vbi determinauit de vrina nō determinauit de motu vrine: ergo similiter nec ibi debet determinare de motu hypostasis. Ad hoc dicēdum ꝙ non determinat ibi de motu naturali ipsius hypostasis: quia non habet motū naturalem vt tu ob. sed de motu eius violento: quia quādo vrina mouetur violenter mouetur hypostasis in ipa. ꝑ hoc patet solutio ad primū argumētū: q: verum est ꝙ hypostasis cum sit quid inanimatū nō habet motū naturalē: sed habet violentum. Et nota ꝙ hic determinat de motu violento ipsius hypostasis ad habendam perfectā digestionē. i. ad habendū signum perfecte digestionis: quia quando hypostasis cito mouet̄ supra ⁊ diuellit̄ ⁊ cito redit infundo sub propria forma: vt sub pineata forma: tunc signum est ꝙ bene digesta est: ⁊ ꝙ partes terrestres bene separate sunt a natura ab aquositate: ⁊ dicendum ꝙ non est ibi aliqua ventositas ibi remanēs inconsumpta: que faciat illam hypostasim remanere eleuatam ⁊ hoc bene pertinet ibi. Ad secūdū argumētū dicēdum ꝙ hypostasis est quid minimū residēs in vrina in fundo qḋ de facili potest moueri ⁊ eleuari: ⁊ cito redire in fundū sub ꝓpria forma si sit naturalis. vnde in ipa hypostasi innaturali nō possunt partes terrestres ⁊ grosse separari ab aquositate: et propter hoc ibi eius motum determinat: sed in vrina naturaliter se habente partes humorales non possunt separari ab aquositate cū misceantur fm minimū: imo si separant̄ tunc non remanet sub sua naturalitate: imo format̄: ⁊ ꝓpter hoc superius non determinauit de motu ipsius vrine: quia per motū ipsius non possumus iudicare de cōplemento digestionis: sicut possumus per motum hypostasis. ¶ Secundo dubitatur: vtrum leuitas motus ad superiora sit bonū signum: videtur ꝙ non: quia vnaqueq; res naturaliter debet moueri ad suum ꝓprium locū sed ꝓprius locus hypostasis naturalis est fundus: ergo debet naturaliter moueri ad fundum ⁊ non ad superiora: ⁊ si mouet̄ ad superiora: hoc est innaturaliter: sȝ signum debet representare signatuȝ eo modo quo est: ergo hypostasis naturalis semper debet petere fundum si significat bonū: non ergo ad superiora debet moueri. Item hypostasis non mouetur ad superiora nisi ꝓpter aliquam ventositatem cum eius ꝓprius locus sit fundus: sed si significet ventositatem hoc est pessimū: ergo hypostasis mouens ad superiora est malum signum: quia indigestionem significat ⁊ nō complementum digestionis. In contrarium est auctor in lr̄a: qui dicit ꝙ est bonū signū: q: significat naturā dn̄ari supra materiam morbi complete. Preterea hypostasis naturalis mouens ad superiora significat leuitatem ⁊ obediētiā materie remanens vero semper in fundo inodebientiam: sed hypostasis significans obedientiam materie ⁊ leuitatem est bonum signum: significans vero cōtrarium malum: cum ergo hypostasis naturalis cito mouens ad superiora significet obedientiam materie erit bonum signum: qḋ concedo cum ysaac. vnde hypostasis naturalis cito ascendens superius ⁊ cito veniens inferius sub ꝓpria forma pineata est bonum signū vt supra dictū est. ¶ Ad primum argumentū in contrariū dico ꝙ verū est ꝙ motus naturalis ipsius hypostasis est fundus: sed tamen per violentiā potest moueri ad superiora ⁊ postea redire inferius statim sub forma ꝓpria. vnde tu bene obijceres si remaneret supra ⁊ non rediret. Ad secūdum patet solutio per iam dicta: quia verum est ꝙ quando per ventositatem eleuatur hypostasis nō redit: sed nō dicit in littera ꝙ non redeat: imo ꝙ statim redeat sub ꝓpria forma. ¶ Tertio dubitatur vtrum motus hypostasis sit naturalis vel violentus: ⁊ loquor de illo motu hypostasis quādo ipa mouet̄ a membris tertie digestiue quorū est superfluitas: ⁊ redit cum aquositate ad renes ⁊ ad vesicam per meatus. Mr̄ hmōi motus hypostasis sit violentus. ꝓbatur: quia supfluitates digestionū habēt ꝓpria emūctoria per que habēt expelli: vt stercus ꝑ anū: vrinalis aquositas ⁊ superfluitas tertie poros cutis sicut sudor: ⁊ hmōi: si ergo superfluitas tertie digestiue ꝓprie ⁊ naturaliter habeat expelli ꝑ poros cutis: si ipsa non expellat̄ per poros cutis: imo redeat cum aquositate ad vesicam: hmōi motus non erit naturalis: imo violentus. Item hypostasis est superfluitas mēbrorū tertie digestiue: si ergo redeat ad epar: ⁊ ad renes: ⁊ ad vesicā cum aquositate: tunc membra ignobilia transmittūt suas superfluitates ad membra nobilia: sed talis motus est contra naturam: ergo non est naturalis. Contra: ille motus q̇ significat cōpletā actionem ⁊ cōplementū victorie nature ꝯ materiā morbi est naturalis: sȝ hypostasis naturalis cū suis conditionibus est hmōi vt dicit auctor in littera: ergo est naturalis. Preterea iste motus hypostasis a mēbris tertie digestiue ad vesicā fit a principio intra vt a dispositionibus hypostasis laudabilibus. principio dico intra complete passo: quia significat obedientiam ⁊ lenitatem: quia si materia esset nimis grossa ⁊ inobediens nunꝗ̄ sequestraretur: ergo cū vrina sequestretur fit a principio intra ꝯplete passo: ⁊ omnis talis motus est naturalis: ergo ⁊c̄. Ad hoc dico ꝙ vno modo dicitur naturalis motus qui fit sursum ⁊ deorsum: ⁊ talis motus ꝓprie est in illis que regulantur tantū a natura ⁊ non ab anima: vt sunt inanimata: vt leue naturaliter tendit sursum ⁊ graue deorsum: ⁊ de tali motu nihil ad ꝓpositum: quia talem motum non est ꝓprie ponere in corpore humano: cū omnia que sunt in corpore humano: regulata sunt a natura ⁊ ab anima: ⁊ loquendo de isto motu regulato ab anima dico ꝙ motus hypostasis a membris tertie digestiue fit ad vesicā ⁊ tunc est naturalis ⁊ nō violentꝰ q: fit a v̄tute forti domināte supra materiā morbi: ⁊ ꝯcedo istas vltimas rationes hoc ꝓbantes. ¶ Ad primū argumētum in contrarium dico ꝙ semper verū est ꝙ superfluitates tertie digestiue ꝓprie habent expelli ꝑ poros cutis: nisi natura sit impedita vel debilitata: vel materia sit grossa: quia qn̄ natura est fortis ī tertia digestiua exhalat suas supfluitates insensibiliter: vel conuertit in aqueam subām ⁊ cum sudore emittit: sed si sit impedita aliquātulum: ita ꝙ materia sit nimis grossa et non possit per poros expelli: tunc facit quod potest ⁊ trāsmittit eas superfluitates cū aquositate ad meatus magis manifestos cuiusmodi sunt meatus ad vesicam. Et tu obijcies ꝙ natura tunc coacta est: ergo talis motꝰ erit violētus: dico ꝙ non: imo naturalis: quia natura non cogit̄ nec debilitatur simpliciter: imo cogitur solūmodo respectu virtutis fortissime potentis illas superfluitates expellere insensibiliter: vnde adhuc satis fortis qn̄ trāsmittit suas supfluitates cum aquositate ad vesicam vt hypostasim. Et per hoc patet solutio ad secundum argumentū: q: mēbra ignobilia non transmittūt suas superfluitates ad nobilia: vt ibi maneāt: imo ꝙ exterius expellant̄. Uel dicēdum ꝙ trāsmittunt per meatus magis manifestos: sed tu obijcies: ꝙ supfluitas tertie digestiue nūꝗ̄ expellit̄ nisi ꝑ ꝓprium emūctorium: vnde stercus nunꝗ̄ exppellitur per vrinam nec ꝑ emūctoriū tertie digestiue vt per poros: ergo similiter superfluitates tertie vt hypostasis nunꝗ̄ expellent̄ ꝑ emūctoriū scḋe vt per vrinam. Dico ꝙ non est simile: quia superfluitas prime vt stercus habet vias latas et notabiles per quas semꝑ exit: ⁊ hoc est: quia est superfluitas grossa q̄ nō posset exire per meatum strictum vt per virgā: ⁊ similiter superfluitas secunde vt vrina hȝ vias sensibiles ⁊ notabiles vt virgam ⁊ ꝓpter hoc nunꝗ̄ exit per emunctorium tertie digestiue: sed superfluitas tertie non habet vias ita notabiles ⁊ sensibiles: vnde non habet nisi poros cutis. Si ergo sua supfluitas sit subtilis poterit expelli ꝑ poros cutis qui sunt stricti si vero sit grossa materia non poterit expelli per poros qui sunt stricti: cogit̄ ergo vt dictū est exire per vrinā. ¶ Quarto dubitatur super hoc qḋ dicit in littera: ꝙ hypostasis non potest esse: nec apparere in fortitudine virtutis idest forti existente v̄tute. Cōtra: quāto v̄tus est fortior: tanto magis expellit suas superfluitates: ⁊ quanto magis expellit: tanto

magis apparēt: ergo ī fortitudine v̄tutis in tertia digestiua potest esse hypostasis. Preterea nos videmus ꝙ quanto virtus est fortior in prima digestiua: tantomagis expellitur sup̄fluitas sua vt stercus: ⁊ silr̄ hoc idē videmus in secūda: ḡ silr̄ in tertia digestiua quanto virtus est fortior tantomagis erit ibi superfluitas vt hypostasis. In ꝯ̄trium est auctor in littera vt dictū est. Preterea dicit superius auctor: ꝙ qn̄ virtus est fortis: tunc non apparet hypostasis: ⁊ hoc est: q: sup̄fluitas expellitur insensibiliter ꝑ poros vel etiam cū sudore: vnde in sanis nulla vel pauca apparet hypostasis: ḡ in fortitudine virtutis nō est hypostasis: imo expellitur illa sup̄fluitas q̄ dꝫ cedere in hypostasim ꝑ poros insensibilr̄ vel cū sudore. Ad hoc dico ꝙ fortitudo v̄tutis pōt esse duobus mōis: aut absolute: aut ꝑ cōparationē ad materiā nutritiuā. Dico ḡ ꝙ qn̄ v̄tus fortis ē respectu materie nutritiue: ⁊ ibi est regimē ordinatū: tunc nō apparet hypostasis: q: totū cōuertit̄ ibi: ⁊ nō est ibi sup̄fluitas: ⁊ sic intelligit auctor in lr̄a. sed qn̄ v̄tus est fortis absolute: tn̄ materia morbi est grossa ⁊ inobediēs: tunc v̄tus nō pōt eam expellere insensibiliter vel cum sudore ꝑ poros cutis: imo eā transmittit cū aquositate ad vesicā: ⁊ hoc appellat̄ hypostasis. ¶ Ad primū qd̄ ob. in ꝯ̄trium ꝙ quāto fortior virtus tātomagis expellit suas superfluitates: qd̄ verum est: vn̄ nō oportet ꝙ hoc fit cū hypostasi: imo insensibiliter vel cū sudore. Ad secundū dico ꝙ nō est sile: q: licet ī fortitudine v̄tutis prime appareat semꝑ superfluitas vt stercus: ⁊ in fortitudine scd̄e vt vrina: tn̄ non in fortitudine tertie semꝑ apparet hypostasis siue sensibilis sup̄fluitas. Vna causa est: quia superfluitas prime digestiue ⁊ scd̄e multū est impura ⁊ grossa. vnde nō potest insensibiliter euaporari: sicut facit sup̄fluitas tertie q̄ magis est pura ⁊ magis digesta. Scd̄a causa est: q: in tertia digestiua quodlibet membrū hꝫ suā sup̄fluitatē: ⁊ ita quodlibet mēbrū meliꝰ pōt cōsumere suā sup̄fluitatē ꝙ̄ vnū membrū solum totam illā sup̄fluitatē: ⁊ q: prima ⁊ scd̄a sup̄fluitas nō est insimul in vno membro vt in stomacho vel in epate: non possunt consumere suam superfluitatem: sed in tertia digestiua quodlꝫ mēbrum habet suā sup̄fluitatē ⁊ illā de leui potest cōsumere ⁊ insensibiliter expellere.

¶ Hypostasis ergo cum naturam suam exierit: mutationem significat in complexione corporis: vel in vna qualitate sicut in caliditate: vel in colore: loco: liquore: vel in suis qualitatibus quinqꝫ. Si in suo colore vel calore: rubea erit vel citrina: vel sicut diximꝰ quelibet alia. Si extra naturā sui loci exeat: suspenditur: vel natat: vel in superficie est nebulosa. Liquida subtilis est vel grossa plus ꝙ̄ oportet. Forme naturam exiens: lata fit vel dispersa in partibꝰ diuersa: vt partim sit subtilis: partim grossa. Naturam leuis motus sui exiēs: quodam in tempore exit laudabilis quodam illaudabilis vt dicemus.

¶ De hypostasi accidentali.

Hypostasis accidentalis diuersat̄ tribus modis. in loco: in quātitate: ⁊ qualitate. In loco vel in sessione fundi: vel in suspēsione medij vasis: vel nebulosa est in sup̄ficie sui. ¶ Diuersitas locorum quantitatem monstrat coctiōis: siue in initio sit: vel in medio: vel in cōplemēto. Hypostasis nebulosa est ī primis: in cōplemento in fundo erit: media in medio suspenditur vasis: q: cū natura humores excoquēs facere hypostasim incipiat: in primis dissoluēs mouet suā vētositatem: quā cū mouerit altitudinē petit: qui locus suus est naturalis: ⁊ cū ascenderit: humiditatem turbidā reddit ingrossans eam: ⁊ terrestria secū cū v̄tute sui motus portans facit quādā nebulā. Cū coctionē mediat: ventositatē subtiliat: ⁊ v̄tus sui motꝰ deficit: deinde hūiditas subtiliat̄: grossicies amittit̄: pars terrestris in locū suū naturalē regredit̄ in mediā veniēs vrinā. qd̄ ex grossitudine remanet ⁊ humiditate: phibet partē terrestrē ī locū suū descēdere: remanet ḡ in media vrina natās ⁊ suspēsa. Coctione cōpleta est in partibus diuisa. pars aerea natat effecta nebulosa: pars q̄ grauat̄ terrea in fundū descēsura: humiditas aūt permanet clara ⁊ mūdificata. vn̄ intelligit̄ nebulosam hypostasim significare initiū coctiōis: ⁊ v̄tutē nature in faciēdam hypostasim. Natatilis significat mediocritatem coctionis: ⁊ inceptionē cōplementi: ⁊ preualere naturam in digerendis humoribus: ⁊ partibus suis diuidēdis. In fundo cōplemētū coctionis ostēdit: ⁊ diminutionē fecis: ponēdo in locū suū naturalē vnāquāqꝫ. Ex loco igit̄ hypostasis neqꝫ bonum absolute: neqꝫ malū significat̄: sed quantitas siue boni siue mali cōplemēti: siue minoratio complemēti ⁊ mediocritas. ¶ Hypostasis bona siue mala ex colore liquore ⁊ motus leuitate est intēdēda. Sūt enim q̄dā colores bn̄ absolute significātes: q̄dā indefinite. Idē cōtingit de significatiōe mali. Quidā etiā sunt mediocres inter bonū ⁊ malum absolute ⁊ definite. Albedo significat tantū absolute bonū. distincte bonū si fit alba: candida: in liquore tēperata: in forma rotunda: lenis: ⁊ in motu lenis. Que cū sint signa sua: sine dubio sunt perfecta ⁊ bona ꝓprie. Si alba hypostasis ab hac ꝓprietate se moueat: ⁊ aliquā harum regularum amittat: absolute vocat̄ alba: ⁊ bonū significat: sed nō absolute. significationes a bonitate minorent̄ s̄m ꝙ de his regulis erit minꝰ. Color hypostasis significās malū absolute est nigredo tātū definitum nigerrima: in liquore diuersa: granosa vel aspera: q̄ sine dubio mala sunt: maxime si vrina sit nigra. Inter bonū ⁊ malū mediocria: rubor: citrinitas: viriditas: sed rubor tn̄ ceteris est melior: bono vicinior: significās sanguinē ceteris humoribꝰ meliorē. Viridis est peior ⁊ timori vicinior: q: humorꝫ significat incēsionē: ⁊ sanguinis humiditatis cōsumptionē. Citrinus color significat bonū ⁊ malū: q: naturaliter acutos ⁊ nō coctos ostēdit cholericos humores. Ideoqꝫ vtrūqꝫ significat possibile: vt ⁊ calor febrium deficiat: ⁊ acumē cholere extinguat̄: ⁊ nō cōfortat̄ natura in materiā morbi digerēdā. Hypostasis q̄ mutat̄ in rufitatē ⁊ glaucedinē: significat salutē. Itē potest esse vt calor febrilis augmētet̄: acumē cholere cōfortet̄: sanguis ⁊ alij humores incendant̄: hypostasis in viriditatē mutet̄. vn̄ timor in malū nūciatur. Signa ergo citrine hypostasis non absoluta sunt. i. nō certa. ¶ Reprehēdimur tn̄ a dicentibꝰ: quare rubeā non dixisti absolutā silr̄: cū possit natura in cōplemētū cōfortari coctionis: hypostasis in albedinē mutari: ⁊ salus significari. Itē possibile sit vt natura in cōplemēto digerendi feces deficiat: ⁊ humores calor febrium incēdat: ⁊ hypostasis in viriditatē mutet̄: vn̄ mali timor portendit̄. Rn̄. falsum est qd̄ ꝓposuisti: q: rubea hypostasis sine dubio significat bonū nō suspectum vel ex essentia vel ex sui forma. Ex essentia: q: vrine hypostasis sanguis est materia: sanguis vero ceteris

hūorib⁹ ē laudabilior: ꝛ i actōe nature facilior. Ex forma: q: mediocritatē significat: ꝛ sui vicinitatē cōplemēti: neqꝫ supest nature nisi digestionē cōplere: ꝛ in albedinē mutare: significat ꝑ bonū certū. Si aliqñ i aliū colorē mutet nō albū: nō est sibi naturale: sꝫ accidentale: cū rubor hypostasis vtutē significet coctōis: ꝛ vicinitatē ad albedinē naturalē. Uidem⁹ eñi calorē naturalē in interiorib⁹ corporis cū cōpleat in epate succū cibi: mutare in ruborem: ꝛ facere inde sanguinē: q: in testiculis ꝛ mamillis scdo excoctus in albedinē mutat: vt sperma ꝛ lac cōcreet. Reprehēdūt tñ nos antiqui sophiste dicētes. Quare ꝛ caro nō alba fuit cum sanguis scdo excoctus sit: Rñ. non. Caro eñi sanguis est coagulatus cum paruo calore: ꝛ nō ꝑfecta decoctiōe. Si eñi perfecte decoqueret: in albedinē mutaret: ꝛ pinguedo efficeret: q nihil est aliud ꝙ mollis caro decocta scdo. Hypostasis ergo rubor coctionis significat perfectionē: ꝛ ꝓpinquitatē mutandi in albedinē. Citrina hypostasis nō ita: q: sua materia cholera est rubea: forma cruditas ꝛ defectio coctiōis. Cholera aūt rubea ex acumine suo naturaliter est perniciosa. Si augmētet febris cū calore et cōfortet: nō certi sumus quin humores incēdant: et natura deficiat in repugnāda morbi materia. Si calor febris decesserit: ꝛ acumē cholere rubee extinguatur: natura necesse est confortetur: ꝛ digestio morbi compleatur. Significatio igitur rubee hypostasis naturalis est et essentialis. citrine: possibilis non naturalis nec essentialis. ¶ Reprehendimur tamē a quibusdā: quare inquiunt: hypostasis citrina nō fuit melior ꝙ rubea: cū sit inter viridē ꝛ rubeā media: et tu pri⁹ dixeris media extremis digniora: Rñdem⁹ mensurasti nō dimētienda: assimilasti nō assimilanda ponēs mediocritatē inter bonitatē ꝛ peiorationē: q vtraqꝫ recipit citrinitas: in rebus tñ diuersis: ꝛ inter duo opposita: quoꝝ neutrum recipit. Citrina eñi hypostasis est inter rubeum laudabile certum: ꝛ viride illaudabile certum: ꝛ ad comparationem viridis laudabilis: q: remotior est a pessimitate. rubea eñi sicut diximus: certa salus significatur: ꝛ viridi timor certus. Citrina ꝛ bonum ꝛ malum in rebus diuersis significat ꝓpter causam extraneam: non sui essentiā: mediocritas nō ita est. de sua eñi eētia nō de cā est extranea: neqꝫ ex cōparatiōe ad alia. qd eñi exit ab ipa vltra se est: ꝛ si nō ad ipam perueniat infra se est. verbigratia. si mel sumamus ꝛ cū multa aqua misceamus: dulcorē suū minoratū reperimus: si aūt ad focū excoquat aquositas paulatim minorat: dulcor augmētat vt ad hoc qd ante fuit reuertatur. Cū vero ad ꝑfectionē pri⁹ habitā deueniat: si pl⁹ excoquat nō ad maiorē dulcorē deuenit ꝙ pri⁹ habuit: sꝫ poti⁹ minorat: ꝛ ita i salsuginē mutat: ꝛ de salsugine i amaritudinē trāsducit: hac rōne ꝓspecta: q: tēperat inter duas minorationes: vel etiā intēperatiōes. Tēperamentū si augmentetur vel minoretur: cōplemētū ꝛ ꝑfectionē egredit: qd vero cōplemētū egreditur: constat q minuat. Si eñi esset possibile post cōplementū aliud cōplementū succedere: vel post ꝑfectū aliud ꝑfectū esse: prima neqꝫ ꝑfecta essent neqꝫ cōpleta.

¶ Supius determinauit auctor de hypostasi naturali: hic de innaturali: ꝛ diuidit in duas. In pma determinat de hypostasi innaturali gñaliter. In scda specialiter subdiuidēdo ipam: ibi: Hypostasis accidentalis diuersatur. ꝛ ista scda in duas. In prima diuidit hypostasim accidētalē siue inaturalē. In secūda ꝓsequit de mēbris diuidētibus. Scda ibi: Diuersitas locoꝝ quantitatē. Et ista scda in tres. In prima diuersificat hypostasim innaturalē a parte loci. In scda diuersificat eā a parte quantitatis: ibi: Diuersitas hypostasis in quātitate. In tertia a pte qualitatis: ibi: Diuersitas hypostasis in qualitate. Prima in duas. In pma diuersificat hypostasim innaturalē a pte loci. In scda repetit illud qd dixit superius vt vlterius addat aliquid. Scda ibi in fine presentis lectionis: Hypostasis ꝑ significatio de malo ad bonum. Prima in duas. In prima facit qd dictū est. In scda cōcludit conclusionē incidentē. scda ibi: Ex loco igit hypostasis neqꝫ bonum. Prima in duas. In prima diuersificat hypostasim a pte loci. In scda concludit illud qd ꝓbauit. scda ibi: Uñ intelligit nebulosa. Prima in duas. In prima facit qd dictū est. In scda cās assignat. Scda ibi: Causa est: q: cū natura humores. Et ista scda in tres. In prima reddit cām de hypostasi innaturali in supficie existēti. In scda de hmōi existēte in medio: ibi: Cū coctionē natura mediat. In tertia de existēte in fundo: ibi: Coctiōe cōpleta. Tūc sequit illa pars in qua cōcludit cōclusionē incidentē: ꝛ illa in duas. In pma ꝯcludit illā ꝯclusionē: ꝛ eā declarat. In scda mouet obiectiones sophistarum: ꝛ illas soluit. scda ibi: Tñ reprehendimur a dicētibus. Prima in duas. In prima cōcludit illā cōclusionē incidentē. In scda eā declarat. scda ibi: Sunt eñi quidā colores. Et ista scda in duas. In prima diuidit. In scda de mēbris illius diuisionis ꝓsequitur. scda ibi: Albedo tantū significat absolute bonum. Prima in duas. In prima determinat de colorib⁹ extremis hypostasis innaturalis. In scda de medijs. scda ibi: Inter bonū ꝛ malū mediocria. Prima in duas. In prima determinat de colore albo significāte absolute ꝛ definite bonū. In scda de nigro significante absolute ꝛ definite malū. scda ibi: Color hypostasis significās absolute malū est nigredo. Illa pars in qua determinat de coloribus medijs diuidit in duas. In prima determinat de coloribus medijs magis declinantibus ad vnum extremū ꝙ ad aliud: vt ad malū ꝙ ad bonū: vel econuerso. In scda determinat de coloribus medijs nō magis declinātib⁹ ad vnū extremū ꝙ ad aliud. Scda ibi: Citrinus color ꝛ bonū significat ꝛ malū. Tūc sequit illa pars in qua mouet obiectiōes sophistarū. Et illa in tres ꝑm tres obiectiōes. scda ibi: Reprehendūt tñ nos aliqui dicentes. Tertia ibi: Reprehendimur tñ a sophistis ꝛc. Prima in duas. In prima mouet illam primā obiectionē. In scda soluit eā. scda ibi: Rñdem⁹ falsum est qd ꝓposuisti. Scda obiectio non diuidit: sed pars illa in qua mouet tantū obiectionē diuidit in duas. In prima mouet illā obiectionē tantū: ꝛ soluit eā ꝛ declarat qualiter citrinus color est mediū inter rubeum ꝛ viridē. In scda declarat qualiter citrinus nō vere est mediū inter rubeum ꝛ viridē. scda ibi: Mediocritas non ita est. Hec est diuisio ꝛ sñia lectionis in generali.

¶ Hic restant duo principaliter dubitanda. Primū est de precedenti lectione. Secūdū de presenti lectione. De precedēti lectione fiūt duo. Primū est vtrū hypostasis naturalis cū suis cōditiōib⁹ possit apparere in egris. Et non videt: q: dicit Gal. in de crisi: q in egris nō est expectāda digestio eadem queadmodū in sanis: q: in egris est vtus debilis: in sanis fortis: sed hypostasis naturalis cū suis cōditiōibus laudabilib⁹ significat fortitudinē vtutis ꝛ cōplemētū digestionis: ꝑ nō potent in egris apparere cum ibi sit vtus debilis. Cōtra illa signa q significāt ꝯpletā digestionē materie morbi possunt apparere in egris: sed hypostasis naturalis cū suis cōditiōib⁹ est hmōi: ꝑ apparet i egris. Itē dicit hippo. in ꝓnosticis: q si in die nuncia vt in quarta: appareat hypostasis naturalis cū suis bonis ꝯditiōib⁹: significat crisim futurā i septima ꝛ ad bonū: sed crisis nō est nisi i egris: ꝑ hypostasis naturalis cū suis ꝯditiōib⁹ laudabilib⁹ pōt apparere in egris. Ad hoc dicūt quidā: q in egris pōt apparere hy

postasis naturalis cū suis cōditionib⁹: ſ; tñ nō pōt apparere ita laudabilis sicut in sanis. Et per hoc respondēt ad auctoritatē Gal. in de crisi: ꝙ verū est: ꝙ nō est expectanda eadem digestio in egris sicut in sanis: verū est dico ita laudabilis. Alij dicūt ꝙ hypostasis naturalis potest apparere in egris sicut in sanis quātū est de conditionibus hypostasis. vñ sicut in sanis naturalis hypostasis residet in fundo: ⁊ est alba ⁊c. silr ⁊ in egris: sed quātū est a parte liquoris nō: q: liquor hypostasis in egris non pōt ita bene digeri sicut in sanis: q: in egris vtus debilis est per cōparationē ad sanos: ⁊ q: nō iudicamus de hypostasi ſm se siue ꝑ se: imo de ipa iudicam⁹ cū suo liquore: ⁊ liquor nō est ita digest⁹ i egris sicut i sanis: ⁊ nō ē hypostasis naturalis nisi habeat liquorē optime digestū: ꝑpter hoc dicit Gal. in de crisi. ꝙ nō est expectāda eadē digestio in egris sicut in sanis. Uel possumus soluere ad Gal. ꝙ verū est ꝙ nō est eadē. i. cōpleta digestio nutrimenti in egris sicut in sanis: sed tñ cōpleta digestio materie morbi pōt esse in egris: ⁊ ita pōt ibi apparere hypostasis naturalis cū suis cōditionib⁹ laudabilibus. Et tu ob. vtus est debilis in egris: in sanis vero fortis ⁊c. dico ꝙ vtus pōt dici fortis absolute vel ꝑ cōparationē ad materiā morbi. Uñ dico ꝙ virtus in sanis fortior est absolute ꝙ̄ in egris. verūtamen vtus in egris fortior est ꝑ cōparationē ad materiā morbi q̄ est pauca ⁊ obediēs digestioni: ꝙ̄ vtus in sanis ꝑ cōparationem ad materiā nutrimenti q̄ est multa ⁊ inobediēs ꝑpter sui multitudinē ⁊ abūdātiā. vñ ita bñ pōt hypostasis naturalis apparere in egris sicut in sanis. Rōnes aūt ad oppositū cōcedo. ¶ Scōo dubitaꝫ vtrū hypostasis diuulsa continue apparēs sit melior vel discōtinue apparēs diuulsa. Et melior sit illa q̄ ꝯtinue apparet diuulsa: videꝫ: q: operationes nature ordinate sunt: operationes vero materie morbi discōtinue: sed melius est illud signū qḋ significat operationē nature ꝙ̄ illud qḋ significat operationē morbi: sed hypostasis cōtinue apparēs diuulsa significat ordinationē: ⁊ ita operationē nature: illa vero q̄ discōtinue apparet diuulsa vt mō diuulsa cōtinue: cras vero discōtinue significat inordinationē: ⁊ ita operationē materie morbi: ğ hypostasis cōtinue apparens diuulsa est melior ꝙ̄ discōtinue. Preterea dicet inferi⁹ ꝙ hypostasis nigra melior ē qñ apparet i supremo ꝙ̄ qñ in fundo residet: ⁊ cā hui⁹ est: q: qñ residet in fundo significat cōsumptionē omnimodā vt partiū oīm adustionē: ⁊ etiā vētositatis: ſ; qñ est in supremo significat adhuc aliquā ventositatē esse in vrina q̄ nondū consumpta est: imo eleuat illā hypostasim nigrā: sed hypostasis cōtinue apparēs diuulsa significat ventositatē aliquā nondū cōsumptā: imo potentē diuellere ptes hypostasis: ſ; qñ discōtinue apparet diuulsa significat qñq; vētositatē oīno esse ꝯsumptā: qñq; nō: ⁊ illa hypostasis peior est q̄ significat vētositatē omnino esse consumptā ꝙ̄ q̄ nō: ergo hypostasis cōtinue apparens diuulsa melior est ꝙ̄ apparēs discōtinue diuulsa. In cōtrariū est auctor i lrā precedēti dicēs: ꝙ hypostasis naturalis discōtinue apparēs diuulsa melior est siue minus mala ꝙ̄ cōtinue apparēs diuulsa. Et hoc ꝓbat ꝙ cōtinuitas in malo peior est ꝙ̄ discōtinuitas. vnde peius est malū continuū ꝙ̄ interpolatum: ğ cū hypostasis cōtinue apparēs diuulsa significet malū cōtinuū: peior erit cōtinue diuulsa ꝙ̄ discontinue. Et hoc cōcedo cum ysaac. ¶ Ad primū argumentū in ꝯriū dico ꝙ quidā est motus ordinatus ad bonū: ⁊ talis motus ordinatus ad bonū melior est cōtinuus ꝙ̄ discōtinuus: ⁊ sic ob. tu est alius motus ordinat⁹ ad malū: ⁊ talis melior est discōtinuus: vnde melius est malū vna vice adueniēs ꝙ̄ continue adueniens: ⁊ sic loquiꝫ auctor in lrā: q: ibi loquiꝫ de hypostasi naturali. Si ğ ipa sit diuulsa tūc significat malū. sed tñ melior est si significet vna vice malū ꝙ̄ cōtinue. vñ tu supponis falsum dicendo ꝙ hypostasis cōtinua diuulsa significat operationē nature: imo potius significat operationem morbi. Ad secūdū ptꝫ solutio: q: in lrā illa comparat auctor iste hypostasim innaturalē ad naturalē. vnde continua diuulsa est innaturalis: ⁊ vētositas est mala: quia significat defectū in digestionis complemento: sed cum continue significat vētositatem peior est ꝙ̄ discontinue: ⁊ hoc modo loquitur ibi: sed quando tu ob. tu comparas innaturalem ad naturalem. vnde comparando hypostasim diuulsam ad nigram in fundo tunc nigra peior est.

¶ Postea queritur de presenti lectione de hypostasi innaturali: ⁊ primo queriꝫ quare non diuersificat hypostasim accidentalē nisi tripliciter. s. penes locū: quātitatem ⁊ qualitatem: quia videtur esse insufficiens in illa diuisione: quia si vnū oppositorum dicitur multipliciter ⁊ reliquum: vt dicit phus: sed hypostasis naturalis et innaturalis opponūtur: ergo quot modis diuersificatur naturalis totidem modis dꝫ diuersificari inaturalis: ſ; naturalis qnq; mōis diuersificaꝫ vt habitum est supra: ğ insufficiēs est qui non diuersificat innaturalem nisi tripliciter. Preterea bonū vno modo dicitur malum vero multifariā: vt dicit phus. ſ; naturalis hypostasis est sicut bonum: innaturalis sicut malum: ğ pluribus modis debet diuersificari innaturalis ꝙ̄ naturalis: ſ; naturalis diuersificaꝫ qnq; modis: ğ innaturalis ad minus sex vel plus. Ad hoc dico ꝙ innaturalis hypostasis solū modo diuersificatur penes tres conditiones prius enumeratas. Ad primum argumentum in contrarium dico ꝙ sub quantitate comprehēditur debita forma ⁊ liquor ⁊ motus ⁊ ita non est insufficiens. Ad secundum dico ꝙ verum est ꝙ pluribus modis debet diuersificari ⁊ diuersificatur innaturalis ꝙ̄ naturalis: ſ; q: auctor non posset narrare illos modos infinitos ꝑpter hoc illos oēs reducit ad tres modos generales quos ponit in littera. ¶ Iuxta hoc quero cū ponat in parte ista quantitatē esse cōditionem hypostasis innaturalis vel accidētalis: quare superius vbi determinauit de naturali hypostasi non posuit similiter quantitatem esse conditionem innaturalis hypostasis: Ad hoc soluit Gerardus dicens ꝙ quantitas non est certum signum nec ad bonum nec ad malum: et quia hypostasis naturalis est certum signum ad bonum: propter hoc non posuit superius quantitatem esse conditionem hypostasis naturalis. Uel dicendū ꝙ superius quando determinauit de hypostasi naturali reducit quantitatem hypostasis ad mediocritatem in liquore: vnde si scim⁹ ꝙ hypostasis naturalis est mediocris in liquore: tunc scimus ꝙ non peccat in quātitate. ¶ Secūdo dubitatur super hoc ꝙ dicit auctor in littera: ꝙ viridis color est medium inter bonum ⁊ malum. Cōtra: viridis color significat adustionem: ⁊ adustio semper est mala: ergo viridis color qui representat adustionē semper erit malus: nō ergo erit medium inter bonum ⁊ malum. Et ipse soluit hoc in littera: quia medium est tñ plus declinat ad vnum extremum vtpote ad malum. ¶ Tertio dubitatur super hoc ꝙ ysaac dicit postea in littera: ꝙ caro coagulaꝫ a paruo ⁊ modico calore: pinguedo vero a fortissimo. Et hoc ꝓbat ꝙ calor complens suam actionem dealbat: non complens vero rubificat: sed pinguedo dealbatur: non sic vero caro: imo est mediata in decoctiōe vt dicit in littera: ergo pinguedo a fortiori calore coagulatur ꝙ̄ caro. Sed contra Auicē. ⁊ alij dicunt ꝙ pinguedo coagulatur a frigido. i. a calido remisso: ſ; dicit Constantinus in pantegni: ꝙ caro coagulatur a calido ⁊ sicco: ſ; calidū ⁊ siccū calidi⁹ est ꝙ̄ calidum remissum: ğ caro coagulaꝫ a fortiori calore ꝙ̄ pinguedo. Preterea fortior calor fortius coagulat: vnde videtis carnes virorum duriores ⁊ fortius coagulatas ꝙ̄ feminarum: ⁊ hoc est: quia in viris carnes coagulantur a fortiori calore: sed caro fortius coagulatur ꝙ̄ pinguedo: ergo a fortiori calore coagulatur caro ꝙ̄ pinguedo. Ad hoc dicunt quidam ⁊ Gerardus silr: ꝙ qñ dicit auctor in littera: ꝙ caro coagulatur a pauco calore: ipe intelligit de materia carnis vt de sanguine anteꝙ̄ fiat vera caro: ⁊ nō intelligit de vera carne iam coagulata. Alij dicūt ꝙ verum est ꝙ caro coagulatur a pauco calore: idest a debiliori calore ꝙ̄ pinguedo: auctorem sustinēdo. Et si obijcias: caro fortius coagulatur: ergo a fortiori calore ꝙ̄ pinguedo coagulatur. Item dicunt ꝙ tantum ⁊ etiam plus potest facere debile agens in longo tempore quantū forte in pauco ⁊ quia dicunt ipsi: licet caro a debili coaguletur: tamen hoc est paulatine ⁊ in longo tempore ⁊ ita forti: siue coaguleꝫ respectu pinguedinis que coagulatur a forti subito ⁊ in breui tempore. Uel dicendum ꝙ calor dicitur fortior dupliciter aut in se ⁊ absolute: aut per cōparationē ad materiā in quā

nit. Unde dico ꝙ caro generatur siue coagulatur a forti calore in se: ⁊ sic ob.tu: pinguedo vero a debiliori: sꝫ tamen pinguedo coagulatur a forti calore per comparationem ad materiam ex qua generat̄ pinguedo: ⁊ materia est pauca ⁊ etiā obediens illi calori simpliciter debili cum fortiori per cōparationem ad huius materiam paucam: caro vero a debiliori per comparationem ad materiam ex qua caro generatur que est multa ⁊ abundans supra quā non bene potest calor fortis ad dealbandum: sicut pōt calor debilis supra materiā pinguedinis. Unde bene dico ꝙ caro a fortiori calore in se generatur q̄ pinguedo: ⁊ ꝓpter hoc videtis ꝙ in locis calidis vt ꝓpe cor ⁊c̄. nunq̄ potest gn̄ari pinguedo: tamen caro ibidem bene generat̄. Per hoc patet solutio ad duo vltima argumēta. Ad auctorē istum dico sicut dictum est ꝙ caro coagulans carnem fortior est simpliciter q̄ calor coagulans pinguedinem: verūtamen per comparationem ad materiam que pauca est: calor coagulans pinguedinem fortior est: calor vero coagulans carnem debilior est: quia illa materia ex qua generatur caro ratione sue multitudinis ⁊ abundantie est inobediens hm̄oi calori: ⁊ ita non potest cōplete ita caro delbari: ⁊ hoc vltimo modo loquitur in littera. Ad secundum argumentum dico ꝙ tu bene obijceres si caro haberet materiam ita obedientē calori coagulāti sicut pinguedo: sed nō sic est vt dictū est ⁊ ꝓpter hoc nō valet. ¶ Quarto dubitatur super hoc qd̄ dicit auctor in littera versus finē lectionis ꝙ si aqua ponatur cum melle diminuet dulcedinē mellis. Contra: dicit Gal. in de simplici medicina: ꝙ aqua ⁊ oleum sunt elementum omniū medicinarum: ergo aqua ⁊ oleum poterunt transmutari a quolibet sibi apposito ⁊ nō transmutabunt vel diminuent alia: ergo aqua posita cum melle non minorabit dulcedinem mellis. Item caliditas fortior est actiua q̄ frigiditas: ergo caliditas diminuet de frigiditate ⁊ non econuerso: sed aqua frigida est: mel vero est calidum: ergo mel diminuet de aqua: ⁊ non aqua posita cū melle dulcedinem mellis. Ad hoc dico ꝙ aqua insipida est dulcedo vero mellis est quid sapidum: quando ergo aqua ponitur cum melle diminuit de dulcedine mellis: quia dulcedo in melle fundatur in grossa substātia: ⁊ aqua subtiliat illā grossam substantiam ⁊ remittit eam: ⁊ cum hoc remittit qualitatem fundatam in illa grossa substantia vt dulcedinem: ⁊ sic loquitur auctor in littera. ¶ Ad primū argumentum in ↄ̄rium dico ꝙ verum est ꝙ aqua transmutatur a quolibet sibi admixto cum sit elemētum: tamen in sua transmutatione agit in illud qd̄ eam trāsmutat: vt patet: quia cultellus agens in ceram mollem qn̄qꝫ hebetatur: quia in agēdo patitur. Similiter aqua posita cum melle in patiēdo agit: ⁊ diminuit dulcorem mellis. Per hoc patet solutio ad secūdū ꝙ verū est ꝙ caliditas est fortior actiua: ⁊ etiā caliditas mellis agit in aquam: ⁊ in agendo patitur ab aqua: quia aqua diminuit eius dulcorē. ¶ Ultimo dubitatur super hoc qd̄ dicit postea auctor in littera: ꝙ mel a dulcedine transit in salsedinē: ⁊ de salsedine in amaritudinem. Sed videtur ꝙ imediate transeat a dulcedine in amaritudinem ⁊ non in salsedinem: quia vt dicit phus: omnis motus fit a contrario in contrarium: cum ergo dulcedo contrarietur amaritudini et non salsedini: videtur ꝙ a dulcedine mel imediate transeat in amaritudinē. Preterea vt dicit Gal. in de simplici medicina: mel est dulcius omni re ⁊ generat humorem amariorē cholera in corpore nostro: ergo similiter exterius per calorem ignis mel conuertetur immediate in amaritudinē. Itē fortior est calor ignis agens exterius q̄ calor naturalis agēs in corpore: sed calor naturalis agens in corpore imediate generat ex melle amaritudinem ⁊ non salsedinem: ergo similiter calor ignis exterius cum sit fortior: transibit siue faciet transitū in melle a dulcedine imediate in amaritudinē. In cōtrarium est auctor in littera: vt dictū est: ⁊ etiam in dictis vniuersalibus: qui dicit ꝙ mel primo transit a dulcedine in salsedinem ⁊ a salsedine in amaritudinem. Preterea nō est deuenire ab extremo in extremū nisi per medium: sed dulcedo ⁊ amaritudo sunt extrema: salsedo vero medium: ergo non est deuenire a dulcedine mellis in amaritudinem nisi mediante salsedine. Et hoc concedo: ⁊ causa huius est: quia salsedo fundatur in mediocri substantia: amaritudo vero et dulcedo in grossa: vn̄ qn̄ mel decoquitur ad ignem primo consumitur ⁊ aduruntur partes subtiles ⁊ fiunt amare: sed partes grosse nō: imo fiunt per calorem ignis quasi paripede. vnde ex coniunctione partium subtilium que iam fiunt amare: per adustionem cum insipidis generatur salsedo: et ita mel a dulcedine transit in salsedinem: sed postea quando calor inualescit: tūc adurit omnes partes grossas ⁊ subtiles q̄ iam erāt aduste: ⁊ ita totum fit amarum: ⁊ ꝓpter hoc mel transit a dulcedine in amaritudinem mediante salsedine: ⁊ hoc modo loquitur auctor in littera. ¶ Ad primum argumentum in contrarium dico ꝙ verum est: ꝙ omnis motus fit a contrario in contrariū formaliter ⁊ distemperatum. vnde licet dulcedo ⁊ amaritudo sint contraria formaliter: cum dulcedo ⁊ salsedo sunt cōtraria distemperata: ⁊ talis mot⁹ potest bene esse. Uel dicendum ꝙ omnis motus est a contrario in cōtrarium: verum est per aliquod medium: ⁊ quia salsedo est medium inter dulcedinem ⁊ amaritudinem: propter hoc mel transit a dulcedine in amaritudinem mediante salsedine. Ad alia duo argumenta vnica solutione respondeo dicendo ꝙ non est sic̄ de calore naturali: ⁊ de igneo: q: vt dicit Constantinus: humores sunt filij elementorum: et quia in vnoquoqꝫ mixto sunt quattuor elementa: s̄m dn̄ium elemēti dn̄antis generatur humor in corpore mixto: ⁊ quia mel est calidū ⁊ siccum ꝓpter hoc ex melle recepto ī corpore generatur humor calidus ⁊ siccus: vt cholera que est amara. sed actio ignis exterius agens in melle non intendit generare humorem: immo consumere partes tam subtiles q̄ grossas: ⁊ quia non ita cito potest consumere grossas sicut subtiles: ꝓpter hoc generatur primo salsedo in melle vt declaratū est q̄ amaritudo cōpleta. Uel dicēdum ꝙ in corpore humano non pōt generari salsedo ex melle: quia si posset hoc nō esset nisi phlegma salsum: sꝫ hm̄oi est inaturale: ⁊ nō loquitur de generatione humorum innaturali: imo naturali: ꝓpter hoc ⁊c̄. ⁊ sic soluit̄ ad illud.

¶ Hypostasis ergo significatio de malo ad bonum ex colore suo intelligitur: liquore: forma: motus leuitate. Quantitatem boni siue mali: ex locis intendimus suis. Hypostasis enim laudabilis ⁊ significatiua boni: sicut alba: est cum in fundo sit: perfectam bonitatem portendit. Natās bonitatem minus: tamen perfectam. Nebulosa bonitatem non completam: q: hypostasis fundi naturaliter laudabilis significat fecum coctionem: ⁊ earum diuisionem: ⁊ vnāquāqꝫ secessisse partem in locum suum naturalem. Natans mediocrem significat coctionem: ⁊ ad digerendum propinquitatem: ⁊ humores diuidi incipientes: sed ꝓpter ventositatem quādam grossam nondum a natura subtiliatam: que quia potestatem non habet subtiliandi: remanserunt indiuise. vnde bonitatem non completam ostendit. Nebulosa naturam decoquere incepisse significat: ⁊ ventositatem humorꝫ dissoluere: sed tamen superest sue actioni mediare posse coctionē: ⁊ subtiliare ventositatem: ⁊ motus sui facere quietē: vt humiditatem suam subtiliet: quatinus hypostasis descendens in inferiora natet. Itē aliud necessarium est tempus vt digestio cōpleatur: ⁊ humores diuidantur: quorum vnaqueqꝫ pars in locum suum naturalem ponatur: sicqꝫ pars terrestris in fundum descendat. vnde bonum nondum completum significat: sed apparens denūciat. ¶ Significatio quantitatis in mala hypostasi contraria est signis bone hypostasis: q̄ si in fundo sit: malū cōpletū significat. Si natauerit: significat minus malum esse q̄ cōpletum. Nebulosa malum nondū cōpletū ostendit.

In fundo eni sedere hypostasim malam: extra actionem est nature: significans grossitudinem: ⁊ humorum cruditatem: ⁊ sui motus grauitatē. Cum enim materia morbi huiusmodi sit qualitatis: non sumus securi de natura confortāda in repugnatione morbi. fugit ergo atq; redit ante separationem morbi. vnde malum significat completum. ¶ Natans si subtilior ⁊ leuior sit: significat naturam posse in repugnatione morbi ante separationem sui: ideoq; malū portendit minus q̄ completū. ¶ Hypostasis inter laudabile ⁊ illaudabile mediocris est citrina: q̄ si sit nebulosa spem complendi significat coctionem. Si natatilis speramus minus q̄ compleri. Si in fundo sit cruditatem humorum et grauitatem cum grossicie significat. necesse ergo est nature in longo tempore suam digestionem complere. Si natauerit humores leuiores significat ⁊ subtiliores esse: ⁊ naturam vnā actionē impleuisse: sed superesse plus subtiliare: ⁊ nebulosam priusq̄ natantem facere: deinde subtiliare: ⁊ vnāquāq; in loco suo mittere: atq; in fundo sedere. Ex nebulosa intelliguntur humores esse subtiliores ⁊ leuiores: ⁊ q̄ natura suam solutionem cōpleuerit; atq; alleuiauerit. vnde nebulosa fit: neq; remanet nisi vt natēt humores: postq; diuidantur: ⁊ pars terrea in fundum reuertatur: vnde spes perfectiōis portenditur. Palam ergo intelligitur: quia hypostasis inter bonū ⁊ malum mediocris in fundo humorū cruditatē: ⁊ morbi ostēdit diuturnitatē: si initio morbi apparuerit: ⁊ virtus infirmo sit spem alonge portendit. In statu si natura sit defecta: vicinus est timor: quia non sumus securi propter materie grauitatem: ⁊ eius grossitudinē quin virtus deficiat ad morbi repugnationē: ⁊ natura fugiat lacessiones anteq̄ morbū digerat. Natatili vel nebulosa significatur materie subtilitas: leuitas: ⁊ morbi breuitas. In statu morbi si v̄tus bona fuerit: spes longinqua erit: si v̄tus sit defecta: timorē delōge nūciat. ¶ Hypostasis in quadam die morbi nebulosa: ⁊ i fundo die ipsa pessima est: q: naturā significat fugere a morbi regimine propter grossitudinem ⁊ grauitatem materie. In fundo enim subito sedere hypostasim ⁊ sine ordine non ex nature est actione: quia actio naturalis paulatim s̄m ordinem procedit s̄m quantitatem virtutis. cum autem ita subito euenerit: timet natura ⁊ fugit propter grossitudinem ⁊ grauitatem materie morbi. Quod confirmatur ex dictis Gal. hypostasis inquit si in initio nebulosa sit: subtilitatē significat materie: ⁊ facilitatem obediendi nature. in fundo grossitatem ⁊ grauitatem. si natauerit mediocritatem ostendit cum vicina nebulose sit. Quibus ex v̄bis mōstrat: q: si hypostasis a nimia subtilitate ⁊ leuitate in grauitatē ⁊ grossiciē subito sine mediocritate mutetur: non ex actione est nature: vnde pessima ⁊ timoris est nunciatiua. ¶ Insequunt nos quidā dicentes: vnde differunt subtilis hypostasis cocta ⁊ subtiliata: ⁊ que in fundo est grossa atq; cruda? Itē natans cruda ⁊ indigesta: quid differt a se cocta et digesta? Respondemus: hypostasis in fundo cruda ⁊ indigesta est: cuius color est citrinus: liquor subtilior q̄ oporteat vel grossior: forma supsiciosa. Urina subtilis cocta non cruda: si autē bene sit cocta: alba est ⁊ candida: liquor ei⁹ mediocris: forma pinea. Urina in liquore temperata: hypostasis quoq; natat. si subtilis est: iūcta ⁊ lenis: videt ei⁹ tinctura pulchra. si grossa: dispersa ⁊ diuersa atq; diuisa: vrina eius cruda ⁊ turbida. Si in qualitate illa permaneat: neq; subtilietur: pessima est: ⁊ mali significatiua. Unde Hippo. vrina inquit natans ⁊ nunq̄ in fundo sedēs: cum sudore ⁊ colore sub hypocundria: timorem significat.

¶ Superius determinauit auctor de hypostasi naturali ⁊ innaturali: diuidendo innaturalem a parte loci. hic repetit auctor q̄si p modū cōclusiōis illud qd̓ dixit superius et diuidit ista pars i duas. In p̄ma repetit auctor de hypostasi naturali. In secunda de innaturali. secunda ibi: Significatio quātitatis in mala hypostasi. Et ista scd̓a in duas. In p̄ma determinat de significatiōe hypostasis inaturalis. In scd̓a mouet obiectionē sophistaꝝ ⁊ illā soluit. scd̓a ibi: Insequūtur nos quidā dicētes. Prima i duas. In p̄ma determinat de significatiōe hypostasis inaturalis q̄si in ḡnali. In secūda declarat illud magis in speciali determinando de hypostasi citrina. secunda ibi: Hypostasis inter laudabile ⁊ illaudabile. Et ista secunda in duas. In prima determinat de hypostasi citrina: prout in vna die semper remanet in eodem loco vt in supremo medio scilicet vel in fundo. In secunda determinat de ipsa prout non remanet in eodem loco: immo prout in vna die est in supremo: et in eadem subito est in fundo. secunda ibi: Hypostasis si in quadam die morbi. Prima in duas. In prima determinat de hypostasi citrina: prout in eadem die obtinet eundem locum: vt supremum medium: vel infimum. In secunda concludit illud quod probauit. secunda ibi: Palam ergo intelligitur. Illa pars in qua determinat de hypostasi innaturali prout in eadem die obtinet diuersa loca diuiditur in duas. In prima facit qd̓ dictum est. In secunda confirmat hoc. secunda ibi: Quod confirmat ex dictis Gal. Hec est diuisio ⁊ sententia lectionis in generali.

¶ Hic primo dubitatur de littera precedenti: ⁊ primo sup hoc qd̓ dicit q̄ hypostasis innaturalis rubea melior est q̄ citrina: ⁊ hoc est quod dicit ipse: quia rubea attestatur dominio sanguinis: citrina dominio cholere: ⁊ sanguis cum sit amicus nature corrigibilior est q̄ alij humores. Et propter hoc queritur vtrum sanguis peccans in corpore citius corrigatur a natura q̄ alius humor peccans. Et videtur q̄ non: immo q̄ minus: quia sicut sanguis est maxime digestus respectu aliorum humorum eodem modo sperma maxime est digestum a natura respectu sanguinis mēstrui: sed sperma vt dicit Gal. tardius corrigitur si peccet q̄ sanguis menstruus. vnde suffocatio matricis ex spermate retento deterior est q̄ ex sanguine menstruo: ergo similiter sanguis peccans in corpore tardius corrigetur a natura q̄ alius humor. Item illud peccatum qd̓ est in humore grossiori in cōpositione ⁊ in maiori quātitate existente in corpore tardius corrigitur: q̄ illud illud peccatum qd̓ est in subtiliori humore in compositione ⁊ in minori quantitate: sed peccatum in sanguine est in grossiori humore in compositione ⁊ maiori in quantitate q̄ peccatum in cholera: vt patet per se: ergo tardius corrigetur a natura peccatum in sanguine q̄ peccatum in cholera. In contrarium est auctor in littera: vt dictū est. Preterea illud qd̓ magis est innaturale ⁊ minus conuenit vite citius interficit ⁊ tardius corrigitur a natura: vt patet de venenis interficientibus: ergo per locum ab oppositis: illud quod magis naturale est homini ⁊ magis conuenit nature humane citius corrigetur a natura: s; sanguis est huiusmodi respectu aliorum humorum: quia sanguis defert calorem naturalem ⁊ spiritus ad omnia membra corporis cum sit amicus nature ⁊ familiaris: ergo citius corrigitur a natura q̄ alius humor. Ad hoc dicunt quidam q̄ tar-

dius corrigitur a natura ꝙ̄ alius humor: si sit in statu inna-
turali: quia sicut filius obediēs patri magis diligitur ꝙ̄ ser-
uus: eodem modo si filius delinquat in patrem tardius re-
cōciliat̄ patri ꝙ̄ seruus su⁹. Silr dicunt a pte ista ꝙ sanguis
nō peccans magis diligitur a natura: qn̄ eodē modo peccat
⁊ derelinquitur a natura tardius corrigitur a natura. Sed
ysaac plane contrarius est illis qui sic dicunt: ⁊ ꝓpter hoc
dico cum ysaac: ꝙ sanguis peccans citius corrigitur a natu-
ra ꝙ̄ aliquis alius humor peccans. ¶ Ad primum argumē-
tum in contrarium dico ꝙ non est penitus simile de sperma-
te ⁊ de sanguine. Est enim simile quoad hoc: ꝙ sicut sper-
ma digeritur a natura eodem modo sanguis: sed dissimile
est quoad hoc ꝙ sperma non digeritur a natura vt rema-
neat in corpore in quo digeritur: immo potius vt exer-
ceat operationes suas extra: vnde non ordinatur sperma ad
conseruationem indiuidui: sed potius speciei. Nō est ergo
mirum ꝙ ex quo sperma non digerit̄ a natura vt remaneat
in corpore: si remaneat in corpore ⁊ retineatur si faciat vel
generet egritudinem perniciosam: sed sanguis ex quo nu-
tritur corpus digeritur a natura vt remaneat in corpore: et
ab eo corpus nutriatur: ⁊ propter hoc ex quo est ordinatum
a natura: vt ipse remaneat in corpore: si peccet cito potest
corrigi a natura: quia digerit̄ a natura vt conducatur in mē-
bra ⁊ vt sit mediū in vita. vnde natura plus laborat in eius
correctione ꝙ̄ in correctione aliorum humorum. Iterū san-
guis quantum ad eius substantiam magis est obediens di-
gestioni ꝙ̄ alius humor: quia phlegma inobediens est dige-
stioni propter eius grossiciem: cholera ꝓpter eius nimiam
subtilitatem: ⁊ quia sanguis est quasi mediocris substantie
quia non est ita grossus sicut phlegma: nec ita subtilis sicut
cholera propter hoc citius corrigitur. Ad secundum argu-
mentum dico ꝙ plus facit ad oppositum ꝙ̄ ad proposi-
tum. vnde verum est ꝙ sanguis in grossiori substantia fun-
dat̄ ꝙ̄ cholera: etiam in maiori qunatitate est in corpore ꝙ̄
cholera: ⁊ ꝓpter hoc dico ꝙ citius corrigitur. vn̄ cholera nō
cito corrigit̄ ꝓpter ei⁹ subtilitatē: ⁊ ꝓpter ei⁹ paucitatē: lꝫ
illa grossicies que est in sanguine nō est grossicies simplici-
ter: imo est quasi mediocritas respectu cholere ⁊ phlegma-
tis. ¶ Secundo dubitatur super hoc qđ dicit in precedenti
lectiōe vt dictū est: ꝙ hypostasis rubea melior est ꝙ̄ citrina.
Cōtra: sicut iudicamus in egritudinibus per hypostasim:
ita per sputum: sed dicit Hippo. ꝙ sputum citrinum me-
lius est ꝙ̄ rubeum: ergo similiter hypostasis citrina melior
est ꝙ̄ rubea. Item illud quod magis vicinatur meliori est
melius: sed hypostasis citrina vicinatur magis hypostasī
meliori: vt albe que est naturalis: quia rubea hypostasis nō
trāsit in albedinem nisi prius rubedo remittatur ⁊ fiat qua-
si citrina: ergo citrina melior est ꝙ̄ rubea. Ad hoc dico cum
ysaac: ꝙ rubea hypostasis melior est ꝙ̄ citrina: ⁊ hoc est: q:
rubea attestatur sanguini qui magis est obediēs nature: ci-
trina cholere q̄ magis inobediens. vnde hypostasis rubea
significat ꝙ materia digesta est: ⁊ non exigit nisi ꝙ transeat
in albedinem: citrina vero non. Preterea citrina hyposta-
sis non potest transire in albam: que est naturalis: nisi per
ruborem: et propter hoc rubea melior est ꝙ̄ citrina.

¶ Ad primum argumentum in contrarium dico ꝙ sputum
quandoqꝫ citrinum est propter digestionem materie morbi
⁊ sic loquitur Hippo. cum dicit ꝙ citrinum est melius ꝙ̄ ru-
beum: quia prius ꝙ̄ sputum rubeum fiat album oportet ꝙ
transeat per citrinitatem. Alio modo dicitur sputum citri-
num ⁊ etiam rubeum: non propter digestionem: sed ratio-
ne materie cholerice: vel sanguinee: et sic rubeum me-
lius est: quia attestatur sanguini qui magis est obediēs
nature ꝙ̄ cholera. Similiter dico ꝙ hypostasis illa que est
citrina per viam digestionis melior est ꝙ̄ rubea: quia citri-
na magis significat digestionem ꝙ̄ rubea: cum non sit deue-
nire a rubea hypostasi in albam nisi per citrinam: sed ta-
men loquendo de hypostasi rubea ⁊ citrina per viam dege-
stionis. Sed de hmōi loquēdo ratione materie scilicet put
habent colorem materie dominantis: sic dico ꝙ rubea me-
lior est ꝙ̄ citrina: quia rubea attestatur materie magis obe-
dienti nature ꝙ̄ citrina: ⁊ hoc modo vltimo loquitur auctor
in littera: cum dicit ꝙ rubea hypostasis melior est citrina.
Vel dicendum ꝙ non est equalis cōparatio sputi citrini ad
rubeum: ⁊ hypostasis citrine ad rubeam: quia sputum ru-
beum quandoqꝫ venit propter digestionem: vt quando ma-
teria cholerica que citrina est transit in albedinem: primo
transit in ruborem postea in albedinem: quandoqꝫ vero fit
sputum rubeum propter colorem materie sanguinee que
rubea est. vtroqꝫ istorum modorum rubeum sputū melius
est citrino: ⁊ hoc modo nō loquit̄ Hippo. aliquādo vero fit
siue venit sputum rubeum propter rupturam vene ⁊ exit
sputum rubeum: ⁊ respectu talis sputi rubei citrinum me-
lius est: ⁊ sic loquitur Hippo. quia citrinum est melius. ⁊ tu
obijcis postea: ergo similiter citrina hypostasis melior est
rubea. Dico ꝙ non valet: quia hypostasis rubea nullo mo-
do fit propter rupturam vene: immo est semper quando est
hypostasis rubea: hoc est propter colorem materie et non
propter rupturam vene: ⁊ rubedo attestatur sanguini. citri-
nitas cholere: ⁊ sanguis magis est obediens nature ꝙ̄ cho-
lera: propter hoc dicit ꝙ rubea hypostasis melior est citrina
Ad secundum dico ꝙ verum est: ꝙ illud quod assimilatur
meliori melius est: vt equus melior est simia: quia equus
assimilat̄ homini in melioribus: simia vero in ridiculosiori-
bus: ⁊ quia rubea hypostasis assimilat̄ albe in melioribus:
vt in digestiōe: citrina vero in peioribus vt in colore: ꝓpter
hoc rubea melior est citrina. Vel dicendū ꝙ tu obijcis a par-
te digestionis ⁊c̄. ¶ Tertio dubitatur super hoc qđ dicit
auctor in lectione precedenti ꝙ rubea hypostasis melior est
citrina: ⁊ hoc est dicit ipse: ꝙ rubea trāsit ī albam sine medio
citrina vero cum medio. Et probat hoc sicut sanguis transit
īmediate in sperma qđ est album: quia sanguis dealbatur
in testiculis īmediate: ergo similiter hypostasis rubea trāsit
in albedinem sine medio. Contra non est venire ab extremo
in extremum nisi per medium: ergo cum rubeus color ⁊ al-
bus sint extrema: oportet ꝙ trāsitus eorum sit per medium
cum ergo plures colores medij: vtpote pallidus subpalli-
dus rufus ⁊c̄. sint medij inter rubeum ⁊ album: transitus
rubei ⁊ albi est per medium. Preterea dicit superius ꝙ hy-
postasis glauca ⁊ rufa meliores sunt ꝙ̄ citrina: ⁊ hoc est qđ
dicit ipse: quia magis ꝓpinquiores sunt digestioni vt albe
⁊ ita innuit ꝙ p colores medios fit transitus ab vno extre-
mo ad aliud: ergo cum rubea ⁊ alba sint extrema: transitus
earum erit per aliquod mediū. ¶ Ad hoc dicit Gerardus
ꝙ impressio coloris vt quando fit transitus ab vno colore
ad alium est duobus modus. Quedam est impressio coloris
superaddendo colorem colori: ⁊ loquendo de tali verum est
ꝙ fit per aliquod medium: ⁊ sic obijcies tu. Quedam vero
impressio coloris fit detegendo colorem vt quando destruit̄
vnus color ⁊ color q̄ est sub illo detegitur: ⁊ hoc modo da-
tur color hypostasi: ⁊ talis non fit per medium: ⁊ sic loqui-
tur auctor in littera. Vel dicendum ꝙ transitus a rubea hy-
postasi in albam sine dubio fit per medium vel sensibiliter
vel insensibiliter: vt fit per medium insensibile ꝺm sensum:
tamen per medium fit ꝺm verum: sed dicit ꝙ sine dubio fit:
verum est sensibili: quia eñ quando est rubea hypostasis at-
testatur sanguini: ⁊ sanguis est valde obediens digestioni:
propter hoc in breui tempore ⁊ quasi insensibili quantum
ad nos fit trāsitus a rubea hypostasi in albam: ⁊ hoc modo
loquitur auctor in littera. Per hoc patet solutio ad pri-
mum: quia verum est ꝙ non est venire ab extremo in extre-
mum: nisi per medium: verum est sensibiliter vel insensibi-
liter quoad nos. Ad secundum argumentum dico ꝙ non
est simile de citrina hypostasi: quia citrina attestatur chole-
re que valde est inobediens digestioni: ⁊ ꝓpter hoc non po-
test transire in breui tempore in albam: nec insensibili-
ter: sicut facit rubea que attestatur sanguini: qui est na-
ture obediens ⁊c̄.

¶ Postea dubitatur de presenti lectione: et queruntur
tria. Primum est super hoc qđ innuit auctor in littera: ꝙ

hypostasis innaturalis contraria est naturali: quia sicut naturalis melior est in fundo: minus bona in media: minime bona in supremo: eodem modo econuerso innaturalis minus mala est in supremo magis mala in medio: maxime vero mala in fundo. Sed videtur ꝙ hypostasis innaturalis melior sit in fundo ꝙ̄ in medio: vel supremo: quia dicit in littera ꝙ locus hypostasis de se nec bonum nec malum significat: sed quantitatem boni vel mali: sed ego video ꝙ in hypostasi naturali residentia in fundo significat quantitatem boni: licet non significet bonum vel malum: ergo similiter in hypostasi innaturali significabit quantitatē boni: vel q̄re nō? Preterea hypostasis innaturalis quanto melius digeritur: tanto melior est vt dicit: sed quāto melior est hypostasis: tanto magis petit fundū: ergo hypostasis īnaturalis in fundo melior est ꝙ̄ in medio vel supremo. Ad hoc dico cum ysaac: ꝙ hypostasis innaturalis quāto magis est in supremo tanto melior: ⁊ quanto magis in fundo tanto deterior: quia quando est in fundo significat duo: quia si est viridis vel nigra: tunc si est in fundo significat omnimodam adustionem in humoribus ⁊ debilitatē nature ⁊ eius mortificationem: ita ꝙ non potest eleuare ventositatem aliquam ab illis humoribus: que ventositas possit eleuare illam hypostasim in supremo vel medio. Uel significat aliud: q: si illa hypostasis īnaturalis residēs in fundo sit alterius coloris ꝙ̄ viridis vel nigri significat tantam grossiciem materie: ⁊ tantam inobedientiam: ꝙ ab illa materia: propter sui grossiciem non potuit resolui aliqua ventositas que posset eleuare illam hypostasim in supremo: et vtrūq3 istorum est pessimum: et propter hoc quando hypostasis innaturalis est in fundo pessima est. ¶ Ad primum argumētū in contrariū dico ꝙ esse in fundo aliud est ī hypostasi naturali: aliud in īnaturali: q: in naturali significat fortitudinē digestiōis: ⁊ eius cōplementū: ⁊ propter hoc est bonū: sed in īnaturali significat complementū omnimode indigestionis: ⁊ propter hoc est malū. Ad secundum argumentum: soluo per interemptionem minoris. Dico enim ꝙ quanto hypostasis innaturalis magis digeritur tanto magis petit supremum locum: ⁊ non infimum. vnde tu obijcis ac si hypostasis īnaturalis esset naturalis: qđ est falsum. ¶ Secūdo dubitatur super hoc qđ auctor innuit in littera: ꝙ hypostasis innaturalis melior est subtilis ꝙ̄ grossa. Contra: quia sicut iudicamus ꝑ hypostasim ita ꝑ liquorem: sed dicit superius ꝙ liquor vrine grossus melior est subtili: quia grossus significat naturam inchoare digestionem: subtilis vero omnino indigestionem ⁊ nature impotentiam: ergo similiter hypostasis grossa melior erit subtili. Item dicit superius ꝙ illa hypostasis melior est que magis petit fundum: sed grossa est huiusmodi respectu subtilis: ergo melior. Contra: grossa hypostasis vt dicit in lr̃a: significat omnimodam indigestionem ⁊ materie inobedientiam: subtilis vero significat subtilitatem ⁊ aliquam materie inobedientiam: ergo subtilis melior est grossa. Preterea dicit in littera ꝙ hypostasis innaturalis natans melior est ꝙ̄ in fundo residens: sed hypostasis innaturalis natat ratione subtilitatis: quia subtilis est supernatare: sed petit fundum ratione grossiciei: quia grossum naturaliter petit fundum: ergo subtilis hypostasis innaturalis melior est ꝙ̄ grossa: ⁊ hoc concedo cum ysaac: ⁊ concedo istas vltimas rationes hoc probantes. Unde dico ꝙ innaturalis hypostasis subtilis melior est: quia significat aliquam speciem: vt virtutem fortem per comparationem ad materiam quam potest subtiliare: grossa vero timorē: quia significat impotentiam nature ⁊ inobedientiam ⁊ grossiciem materie. ¶ Ad primum argumentum in contrarium dico ꝙ grossus liquor quandoq3 melior est subtili: vt quando grossus significat principium digestionis: subtilis vero omnino indigestionem: ⁊ sic loquitur auctor superius: quādoq3 vero subtilis melior est ꝙ̄ grossus: vt quando subtilitas causatur propter sequestrationem partium et transmissionem cuiuslibet ad proprium locum quia tunc remanet liquor clarus ⁊ subtilis: ⁊ talis melior est ꝙ̄ grossus: quia significat complemētum digestionis: grossus vero principiū digestionis: ⁊ sic obijcis. Uel subtilis significat obedientiam materie: grossus inobedientiam. Similiter dico de hypostasi: sed dico ꝙ in hypostasi innaturali semper grossicies est a grossicie materie: subtilitas vero ab obedientia: ⁊ propter hoc in hypostasi innaturali subtilis melior est ꝙ̄ grossa: q: ibi grossitudo semꝑ significat grossiciē materie: ⁊ sic loquitur auctor. Ad secūdū patet solutio: q: tu obijcis de naturali: ⁊ de tali verum est ꝙ melior est que petit fundum: quia generatᷣ ibi grossicies a natura digerente ⁊c̄. ⁊ non est verum de innaturali: quia ibi semper causatᷣ grossicies ab grossicie materie. ¶ Tertio dubitatᷣ super hoc qđ dicit auctor in littera: ꝙ hypostasis innaturalis que in eadem die supernatat: ⁊ postea in eadē die subito petit fundum: pessima est. ⁊ hoc probat: quia talis fit a dominio materie morbi ⁊ non ab operatione nature: quia operationes nature ordinate sunt: ⁊ non subite: cum ergo talis hypostasis sit inordinata ⁊ subita: huiusmodi significat dominium materie morbi: ⁊ natura fugit a facie materie morbi. Sed videtur ꝙ talis hypostasis sic ordinata sit bonum signum: quia dicit superius in capitulo de liquore: ꝙ permutatio subito facta in qualitatibus vrine vt a grossitudine in subtilitatem melior est ꝙ̄ paulatina. Unde si mingatur vrina grossa melior est si cito permutetur a grossitudine in subtilitatem ꝙ̄ si permaneat semper grossa: ergo similiter subita permutatio in hypostasi vt si modo natet: modo petat fundū: melior erit ꝙ̄ si semper in eadē die maneat in eodem loco. Preterea hypostasis natans significat indigestionem: residens vero in fundo digestionem: vt dicit superius: sed mutatio ab indigestione ad digestionem est laudabilis: ergo hypostasis modo natans ⁊ statim petens fundum erit laudabilis. Ad hoc dico cum ysaac in littera ꝙ talis transitus illaudabilis est: quia significatur fieri ex vi materie morbi: ⁊ non ex vi nature. ¶ Ad primum argumentum in contrarium dico ꝙ non est simile de permutatione illa liquoris de qua loquitur superius: ⁊ de ꝑmutatione hypostasis innaturalis: de qua loquitᷣ ibi: quia superius loquitur de vrina que digeritur interius vt intra corpus ⁊ sequestratur exterius. Unde quando huiusmodi digeritur intra ⁊ mingitur grossa: natura intra totam suam actionem compleuit preterꝙ̄ sequestrationem partium: quā compleuisset si illa remansisset intra: ⁊ propter hoc melius est ꝙ statim subtilietur quando est extra ꝙ̄ si non subtilietur: quia quando statim subtiliatur: tunc significat dominium nature supra materiam morbi: et non restat nisi transmissio partium ad propria loca ⁊ clarificatio liquoris. Sed nō sic est de hypostasi innaturali: quia magis est grossa ⁊ magis inobediens. vnde quando ipsa est in supremo natans: natura non potest eam tantum digerere in vna die ꝙ eadem die petat fundum per actionē nature: ⁊ ꝓpter hoc si petat fundum eadem die: hoc est de dominio materie morbi supra naturam. Uel dicendum ꝙ ibi loquitur de hypostasi innaturali: in qua non requiritur tantummodo descensus ad fundum ad hoc ꝙ significet bonum: immo requiritur cum hoc ꝙ habeat omnes alias conditiones laudabiles vt colorem album: formam pineatam: liquorē mediocrē. ⁊ natura non potuit in hypostasi innaturali omnes istas conditiones facere subito. Si ergo veniat ad fundum subito: hoc est sine conditionibus: et tunc est malum: quia significat hoc fieri ex dominio morbi: et hoc modo loquitur auctor in littera. Ad secundum soluo per

interemptionem: ⁊ dico ꝙ quando talis hypostasis natans
in vna die subito petit fundum: dico ꝙ iste transitus non fit
ab indigestione ad digestionem: immo potius ab indige-
stione ad vltimam ⁊ pessimam indigestionem: ⁊ sic patet so
lutio ad illa. Uel aliter dicendũ ꝙ quando dicitur ꝙ hypo-
stasis natans significat indigestionem: residens vero in fun
do digestionem: illud intelligitur de hypostasi iam tenden-
te ad bonum: ⁊ ideo si talis hypostasis per vlteriorem deco-
ctionem resideat in fundo: dicetur laudabilis. Sed hyposta
sis que simpliciter ⁊ absolute nec per vlteriorem decoctionẽ
effici potest laudabilis: quanto magis natans: tanto minus
mala: ⁊ quanto magis residens in fundo: tanto magis ma-
la. ⁊ de tali hypostasi innaturali residenti in fundo: intelle-
xit ysaac in textu: quia semper malum significat.

De diuersitate hypostasis in quantitate.

Diuersitas hypostasis in quantitate: vel multa est: vel pauca: siue media. Multa vel in corporibus sanis: vel infirmis. In sanis grossiciem ⁊ bonam significat habitudinem: ⁊ humiditatis naturalis multitudinem. In his multa adunatur quantitas ex superfluitate cibi ⁊ potus duabus ex causis. Uel quia meseraica subtilis est ⁊ naturaliter stricta ꝓpter mollicien: ⁊ cutis sue humiditatẽ atq; pinguedinis multitudinem: quod ex subtilitate pilorum intelligitur: ⁊ paucitate eorum. Uel quia humiditas eorum est multa grossa ⁊ viscosa: calor vero paruus. Cum autẽ pori sint stricti humores grossi ⁊ viscosi cũ defectione caloris: parum dissoluitur in ipsis ex superfluitate tertie digestionis: illa autem superfluitas intra corporum clauditur interiora: et ibi abundat: quã oportet naturam reddere epati: et emissam cum vrina facere hypostasim. Unde Galienus: hypostasis in pinguibus multa: in macidis est parua: in mediocribus media. In corporibus neq; pinguibus: neq; crassis hypostasis multa est duobꝰ modis. Uel ex motus et exercitij dimissione ⁊ assueta quiete ⁊ suauitate: cum parum dissoluitur per poros: et multũ adunatur in corpore de superfluitate tertie digestionis ꝓpter paruitatem exeuntiũ cum fumo et sudore. Uel ex multitudine ciborum ⁊ potuum sine ordine acceptorum: maxime si cibus in sui natura grossus sit ⁊ viscosus. Unde hypostasis in pueris multa fit: cum accipiant plus ꝙ̃ digerãt: ⁊ cum membra deficiant ad superfluitatem expellendam: reddunt eam epati. Unde cum vrina exit: ⁊ multam facit hypostasim. ⁊ ideo multa est hypostasis in corporibus sanis significans fortitudinem membrorum ad expellendam humorũ superfluitatem tertie digestionis. Cum enĩ non possit exire poros corporis propter stricturam pororũ: vel multitudinem suam: redditur epati: et exit cum vrina hypostasis quasi naturalis: neq; differt a naturali nisi in quantitate sua: quia plus est ꝙ̃ sit in naturali. Unde Galienus: hypostasis multa et subtilis ⁊ in liquore mediocris: sed tamẽ in forma alba: rotũda: ⁊ in motu leuis: sanitatem et membrorum virtutem significat ad coctionis completionẽ: tamen eius multitudo abũdantiã ostẽdit humorũ. Multitudo hypostasis in corporibus infirmis alba est et rotunda: iuncta et lenis: vel dispertita: non rotunda: neq; iuncta. Alba et rotunda morbi naturam a superioribus ad inferiora descendentem nunciat: et maxime in die apparens cretica. Unde Galienus: hypostasis alba ⁊ multa bonum significat: ideo si in vrina febrientium apparuerit: et febris cum alienatione sit: ⁊ capilli ceciderint: significat quietem morbi: nuncians materiam a superioribus ad inferiora descendentem. Non alba: nec rotunda: neq; iuncta: multos humores in corpore adunatos significat de genere phlegmatis grossi vel subtilis. Si sit sine febre: corpus poterit purgari: sicut Galienus dicit. Multa hypostasis humores ostendit in corpore: quos necesse est nature purgare. Si sit cum febre: rigorẽ nunciat superuenturũ sibi: humores enim caliai si calore calescant febris: necesse est putrefiant: et necesse est rigorem faciant: maxime si hypostasis sit furfurea. Unde Galienus: hypostasis multa ⁊ furfurea ⁊ cum febre ⁊ cum salute renum et vesice: rigorem significat febris superuẽture. Hypostasis multa febre non mitigante: neq; minuta: consumi corpus significat.

Paruitas hypostasis vel in corporibus est sanis: vel in infirmis. In sanis significatur siccitas macies et subtilitas. Superfluus enim potus et cibus in ipsis coadunatus paruus est: vel ex raritate pororum: et humores non viscosi: neq; grossi sunt: quod ex multitudine monstratur pilorum et grossicie ⁊ asperitate eorum. Uel quia humores subtiles sunt ⁊ currentes: et calor naturalis fortis. Qui cum multus in corpore coadunetur et virtuosus: cum subtilitate humorum et raritate pororum: dissoluitur multum. Parum ergo in tertie digestionis corpore coadunatur: cum natura non inueniat quid epati reddat: et cum vrina eijciat. Tamen reprehendimur a quibusdam apertum nobis exemplum dantibus et dicentibus. Si de corporibus pinguibus minus dissoluitur: quare ergo in eis plus sudoris habetur? Respondemus etsi sensus hoc ostendat: veritas tamen est econtra: quia macrorum calor naturalis est fortior: humiditas subtilior et leuior: propter paruitatem pinguedinis ⁊ viscositatis: vnde calor eorum desiccat semper humiditatem sudorum: licet non appareat sensui. Corpora vero pinguia calent parum naturaliter: humiditas eorum grossior et viscosior est: et ideo calor deficit in desiccatione sudoris aliquandiu in superficie corporis remanentis: et interim sensui semper apparentis. Quod cum videatur: plus dissolui ab eis putatur: sed veritas repugnat. Parua hypostasis in corporibus crassis duo portendit: vel nimietatem exercitij et laboris: vel multum ieiunij ⁊ paruitatem nutrimenti. Motus enim fortis superfluitatem dissoluit corporis: et quod superfluum est tertie digestionis minuit: non ergo inuenit natura quid epati reddat: et cũ vrina quã hypostasim emittat. Similiter ⁊ cum ieiunetur: ⁊ paruus cibus accipiatur: nihil superfluũ tertie digestionis in corpore

coadunatur: maxime si cibus subtilis ⁊ leuis ⁊ ad digerendum sumatur facilis. ¶ Paruitas hypostasis in corporibus infirmis significat paruitatem humiditatis sanguinis ⁊ propinquitatem consumptionis: vnde pessima est si cum febre sit acuta. ¶ Temperamentum hypostasis inter multum ⁊ paucum: significat complexionis temperamentū: et virtutem membrorum in complemento fm ꝙ oportet actionum naturalium.

¶ Superius determinauit auctor hypostasim innaturalē a parte loci: hic diuersificat eam a parte quantitatis: ⁊ diuiditur in duas. In prima diuidit ⁊ subdiuidit. In secūda de membris diuidentibus agit. secunda ibi: In sanis grossicē ⁊ bonam significat. ⁊ ista secunda in tres. In prima determinat de multitudine hypostasis. In secūda de paucitate: ibi: Paruitas hypostasis vel in corporibꝰ. In tertia de mediocritate: ibi: *Temperamentū hypostasis inter multum. Prima in duas. In prima determinat de multitudine hypostasis* in corporibus sanis. In secunda de infirmis. secūda ibi: Multitudo hypostasis in corporibus infirmis. Prima in duas. In prima determinat de multitudine hypostasis in corporibus pinguibus. In secūda de ea in corporibꝰ mediocribus. In secunda declarat suum propositum. secunda ibi: In corporibꝰ neq; pinguibꝰ: neq; macris. ⁊ ista in duas. In prima determinat de multitudine hypostasis in corporibꝰ mediocribus. In secūda declarat suum propositū. secunda ibi: Unde hypostasis in pueris. Tunc sequitur illa pars in qua determinat de multitudine hypostasis in corporibꝰ infirmis: ⁊ illa in duas. In prima diuidit. In secunda de mēbris diuidentibus agit. secunda ibi: Alba ⁊ rotunda. et ista secunda in duas. In prima determinat de alba ⁊ rotūda hypostasi apparēte in corporibus infirmis. In secunda de nō alba neq; rotunda. secūda ibi: Non alba neq; rotunda. Tūc sequitur illa pars in qua determinat de paucitate vel paruitate hypostasis: ⁊ illa in duas. In prima diuidit. In secunda de membris diuidentibus agit. secunda ibi: In sanis significatur siccitas. ⁊ illa secūda in duas. In prima determinat de paruitate hypostasis in corporibus sanis. In secunda de ea in *infirmis*. scda ibi: Paucitas hypostasis in corporibus infirmis. Prima in duas. In prima determinat de paucitate hypostasis in corporibus sanis macris. In secunda de ea in crassis vel pinguibus. scd. ibi: Paruitas hypostasis in corporibus crassis. Prima in duas: in prima proponit qd intendit. In secunda mouet obiectionē sophistaruȝ: ⁊ illam soluit. secūda ibi: Tamen reprehēdimur a quibusdā. Hec est diuisio ⁊ sententia lectionis in generali.

¶ Hic primo dubitatur vtrum hypostasis multa in quantitate apparēs in sanis corporibus sit bonum signū vel malum cum de hoc sequatur in littera. Et videtur ꝙ sit maluȝ: q: omne signum qd euenit contra naturam rei est malū: sed hypostasis multa in sanis venit contra naturā sanorū: quia dicit superiꝰ ꝙ in sanis pauca aut nulla debet esse hypostasis. Si ergo in ipsis sanis eueniat multa hypostasis: hoc erit contra naturā sanorum: ergo erit malū. Preterea omne qd in sanis significat debilitatē virtutis est malum signum: sed hypostasis multa ī sanis est huiusmodi: ergo malū. Probatio minoris: q: dicit superius ꝙ quando natura fortis est facit superfluitates tertie digestiue insensibiliter p poros exhalare: quando minus fortis conuertit eos in aqueam substantiam: ⁊ expellit cum sudore: quando vo debilis tūc trāsmittit eas ad epar: ⁊ tunc exeunt cum aquositate vrine per vesicam ⁊ vocantur hypostasis. Si ergo hypostasis multa appareat in sanis significabit debilitatem virtutis ⁊ ita malum. In contrariū est auctor in littera. Et hoc possumꝰ probare per hoc qd dicit in littera: q: omne qd significat potentiam ⁊ virtutem membrorū in expellendo suas superfluitates est bonum signū in sanis ⁊ in egris: sed hypostasis multa in quantitate apparens in sanis est huiusmodi: ergo erit bonum signum vt dicit in littera: quod concedo. Unde dico ꝙ hypostasis multa apparens in sanis est bonum signū: quia significat ꝙ corpus bene nutritur et ꝙ membra fortia sunt in expellendo suas supfluitates per hypostasim cū vrina. Item significat bonam habitudinē corporis: ita ꝙ neq; nimis macram: neq; nimis pinguem: vt dicit in littera.

¶ Ad illud qd primo obijcis: ꝙ in sanis pauca aut nulla debet apparere hypostasis vt dicit superius: dico ꝙ verum est in sanis debito modo ⁊ ordinate se regentibus: sed tamen in sanis multum sumentibus de nutrimento ⁊ inordinate se regentibus debet apparere multa hypostasis: ⁊ tunc est bonum signum: q: in talibus significat fortitudinem membrorum in expellendo suas superfluitates cum vrina: et sic loquitur ibi auctor. Ad secundū argumentū dico ꝙ lȝ in sanis in quibus multa est hypostasis sit debilis virtus per cōparationem ad virtutē fortiorem potentē illam superfluitatem que exit per hypostasim expellere insensibiliter per poros: tamē in ipsis est virtus fortis absolute que potest illam superfluitatē expellere per hypostasim cum vrina: vnde est ibi fortis virtus simpliciter ⁊ absolute. ¶ Secundo dubitatur vtrum in pueris debeat apparere multa hypostasis naturaliter in quantitate: ꝙ non videtur: q: quanto plus conuertitur de nutrimēto in aliquo corpore: tāto minus est ibi de superfluitate illius nutrimenti in tertia digestiua: sed in pueris plus conuertitur de nutrimento: q: ibi est fortis calor requirēs nutrimentū ppter augmentū vel nutrimentū: ergo in ipsis minor erit supfluitas: ⁊ ita pauca debet in ipsis apparere hypostasis. Contra: cum hypostasis sit superfluitas tertie digestiue non potest venire nisi propter bonitatē digestionis. vbi ergo est indigestio ibi non debet esse hypostasis: sed in pueris est indigestio: q: vt dicit ī littera: in ipsis est inordinata cibi acceptio: vnde plus sumunt de nutrimēto ꝙ͂ possint digerere: remanet ergo illud nutrimentū indigestuȝ: ⁊ si remanet indigestū non ꝯuertet in tertia digestiua: ⁊ si non conuertatur in tertia digestiua non generabitur inde hypostasis: ergo cum ita sit in pueris non debet apparere naturaliter in ipsis multa hypostasis. In contrariū est auctor in littera: dicens ꝙ in pueris multa fit hypostasis: et hoc probat: quia hypostasis multa est ex superfluitate multi cibi: sed pueri multum accipiunt de cibo nec possunt totū conuertere: ⁊ ita manet multa superfluitas que delegat ad epar a membris: deinde ad vesicam per renes: et vocatur hypostasis que exit cum vrina cum habeant virtutem fortē potentem expellere suas superfluitates cum vrina: et hoc concedo cum ysaac. ¶ Ad primum argumentū in contrarium dico ꝙ tu bene obijceres si pueri parum acciperēt de nutrimento ⁊ illud totum conuerteret: tunc pauca esset ibi hypostasis: sed sic non est: immo quia accipiunt multum de cibo plusꝙ͂ digerere possint ⁊ inordinate: lȝ multum conuertant tamen adhuc multū remanet de superfluitate que cedit in hypostasim: q: habent virtutem fortem ⁊c. vt dicit in littera. Ad secundum dico ꝙ quedam est indigestio in qua nullo modo fit transmutatio nutrimenti nec conuersio: ⁊ talis sine dubio priuat hypostasim: et de tali obijcis tu: et talis non est in pueris: ⁊ hec appellatur indigestio absolute. Est alia indigestio que nō est mere indigestio: imo dicitur solum indigestio respectu digestionis complete: ⁊ talis non priuat hypostasim: immo potius facit hypostasim multam: vt dicit auctor in littera. et talis est in pueris: quia in pueris cibaria recipiuntur inordinate ⁊ multa: propter hoc derelinquitur multa hypostasis: quia illa digeruntur: sed non ita complete digeruntur: ꝙ omnia cōuertantur in substantiam membrorum ⁊c. ¶ Tertio dubitatur super hoc quod dicit in littera auctoritate Galie. ꝙ hypostasis multa in quantitate ⁊ subtilis apparens significat sanitatem. Contra: superiꝰ dixit ꝙ in sanis debet hypostasis apparere mediocris ⁊ subtilis. Ad hoc soluit Gerardus: dicens ꝙ ibi accipitur subtilis pro mediocri: vel pro vicina mediocri: ⁊ non accipitur subtilis p extremo. i. put subtilis significat oīno indigestionem: vt tu obijcis. ¶ Quarto dubitatur sup hoc qd dicit postea in littera ꝙ non alba hypostasis in infirmis apparēs significat hūores phlegmaticos abūdare in corpe.

Contra: decisum attestatur ei a quo descinditur: ergo cum in infirmis hypostasis descindatur a materia morbi: vt ab humoribus phlegmaticis attestabitur eis: ergo cum humores phlegmatici sint albi: hypostasis eis attestans similiter erit alba: ergo dicit male. Et dicendū ꝙ quando dicit ꝙ debet esse non alba non priuat albedinē absolute: immo albedinem lucentem ꝛ candentē vel canditatam: vnde in infirmis hypstasis non alba: idest non candida vel lucida: immo obscura significat humores phlegmaticos in corpore abundare: et sic intelligit auctor in littera. ¶ Quinto dubitatur vtrum a corporibus pinguibus fiat maior dissolutio vel a macris. Et a pinguibus fiat maior videt̄: q: dicit Ga. in prima particula supra illum aphorismū: Qui crescūt plurimū habēt innatum calorem. ꝛ etiam hoc dicit in de simplici medicina: ꝙ oē qd̄ dissoluitur ab humido maiꝰ ꝗ qd̄ dissoluit̄ a sicco: sed corpora pinguia humidiora sunt ꝗ macra: ergo maior dissolutio fit a corporibꝰ pinguibus ꝗ a macris. Preterea quanto membra sunt fortius coagulata: tanto minor fit resolutio ab ipsis vt patet de metallis: sed corpora macra fortius sunt coagulata ꝗ pinguia: ergo minor resolutio fit a macris ꝛ maior a pinguibus. Probatio minoris: q: dicit Constantinus in pantegni: ꝙ corpora macra fortioris sunt caloris: pinguia v̄o debilioris: sed fortior calor fortius coagulat: ergo macra corpora fortius sunt coagulata: ergo minor resolutio fiet a macris corporibus ꝗ a pinguibꝰ. In cōtrarium est auctor in littera: dicens ꝙ in macris maior fit resolutio: q: ibi fit fortior calor et humiditas subtilis habilis ad resoluendū. In pinguibus v̄o minor: q: ibi est calor debilis ꝛ humiditas grossa inobediens resolutioni. Preterea in macris corporibus sunt pori rari ꝛ ampli: vnde humiditas que in ipsis est subtilis de facili pōt per huiusmodi poros largos respirari: sed in pinguibus est humiditas grossa ꝛ calor debilis ꝛ pori stricti: vnde huiusmodi humiditas grossa non potest respirari libere per huiusmodi poros strictos: ꝛ ideo maior resolutio fit a corporibus macris ꝗ a pinguibus. Ad hoc distinguūt quidam ꝙ duplex est resolutio a corpore. Quedaꝫ est resolutio humiditatis necessarie ad nutrimentum membrorū: et loquendo de tali maior fit resolutio in macris ꝗ in pinguibus. Est alia resolutio facta in corpore humiditatis superflue que non debet conuerti in mēbra: ꝛ de tali loquendo fit maior in pinguibus: quia in ipsis abundant plures humiditates superflue. Uel dicendum ꝙ resolutio facta in corpore dicitur dupliciter: aut absolute: et sic maior fit a pinguibus: aut per comparationē ad materiā contētam in corpore a quo fit resolutio: ꝛ sic maior fit in macris: q: si sex libre humiditatis sint in corpore pigui ꝛ fiat resolutio in tribꝰ libris huiusmodi humiditatis: in macro v̄o sint quattuor: ꝛ fiat resolutio in duabus libris: dico ꝙ maior resolutio fit in macro corpore per comparationem ad humiditatem in suo corpore contentam ꝗ in pingui. Per hoc patꝫ solutio ad primū argumentū. Uñ dico ꝙ verū est ꝙ s̄m rem plus resoluitur a pinguibus absolute. Loquendo tamen per comparationē ad materiam vel humiditatē in corpore contentam plus dissoluitur a macris. Uel dicendum ꝙ licet sensibiliter maior resolutio fiat ab humido vt a pinguibus: tamen insensibiliter maior fit a macris. Uel dicendum ꝙ maior dissolutio fit ab humido per comparationē ad eundem calorem ꝗ a sicco: tamen maior dissolutio fit a sicco: q: maior calor est ibi consumens. Ad secundum dico ꝙ lꝫ corpora macra fortius sint coagulata ꝗ pinguia: verumtamen q: calor resoluens immediate venit in humiditates corporis nutrimentales et in carnem sine aliquo obstaculo: propter hoc maior fit dissolutio a macris: sed in pinguibus non venit immediate calor consumens nec resoluens superfluitates corporis necessarias: imo superfluas que sunt quasi clypeū ad defendendū necessarias humiditates: ꝛ iō nō fit tanta resolutio in pinguibus quanta in macris. Uel dicendum ꝙ lꝫ corpora macra sint fortius coagulata ꝗ pinguia: verūtamen quia in macris sunt pori rari ꝛ largi ꝛ humiditates subtiles cito fit ab ipsis resolutio: sed in pinguibus pori sunt stricti ꝛ humiditas grossa non potens eliquari per strictos meatus. ¶ Sexto dubitatur: vtruꝫ maior hypostasis in quantitate appareat in corporibus macris vel in pinguibus. Et in macris maior videt̄: q: quāto plus conuertit̄ de nutrimēto in corpe: tāto minus remanet ibi de supfluo: sed in corporibus pinguibus plus conuertitur de nutrimento in macris minus: ergo in pinguibus minor erit hypostasis in quantitate: in macris maior. Preterea dicit in principio istius lectionis ꝙ multa hypostasis significat fortitudinē et potentiam membrorū in expellēdo suas superfluitates: sed fortior virtus est in macris ꝗ in pinguibus: ergo maior hypostasis in quantitate debet esse in macris ꝗ in pinguibus. In cōtrariū est auctor in littera: dicens ꝙ in pinguibus maior est hypostasis in quantitate: ꝛ hoc est propter multitudinem nutrimenti. Preterea in macris est calor fortis ꝛ humiditas subtilis: vnde calor huiusmodi fortis consumit illā humiditatem subtilem omnino: sed in pinguibus calor est debilis ꝛ humiditas grossa: vnde calor debilis in pinguibꝰ non potest consumere humiditatē grossam: imo eam resoluit ꝛ non potest consumere: imo eam transmittit cum vrina per hypostasim: ꝛ ita maior hypostasis in quantitate apparet in pinguibus ꝛc. ꝛ hoc concedo. ¶ Ad primum in contrarium dico ꝙ lꝫ in pinguibus plus conuertatur de nutrimento: verūtamen q: est ibi multitudo cibi et calor debilis non potens consumere humiditatē grossam: ꝛ in macris calor fortis potens consumere humiditatē subtilem: propter hoc adhuc maior debet esse hypostasis in pinguibꝰ ꝗ in macris. Preterea in pinguibꝰ non sunt pori rari nec largi sicut sunt in macris: immo stricti: vnde superfluitates in pinguibus nō possunt insensibiliter exhalari: imo oportet ꝙ exeāt cum vrina ꝛ fiant hypostasis. Ad secundum dico ꝙ lꝫ in macris fortior sit virtus absolute ꝗ in pinguibus: tamē per cōparationem ad expulsionē huiusmodi superfluitatū per hypostasim cum vrina fortior est in pinguibus ꝓpter ratiōes iam dictas in predicta solutione: ꝛ sic soluitur.

¶ De diuersitate hypostasis in qualitate.

Diuersitas hypostasis in qualitate: vel in liquore est: vel in colore. liquor vrine vel naturalis est: vel nō naturalis. Naturalis inter subtilem ꝛ grossuꝫ mediocris rotūdus est ꝛ lenis: sicut iam dixi. Nō naturalis vel diuersus est in liquore: ꝛ extra temperamentū in subtilitate ꝛ grossicie: vel diuersus est in partibꝰ: ꝛ granosus propter incōtinētiā digestibilis virtutis: sicut in molēdino videmꝰ qd̄ cū nō retineat granū integrū fere atꝫ emittit grossuꝫ. Extra temperamentū in subtilitate: mediocritatē significat nature in coctiōe. In grossitudine v̄o grossiciē humorū ꝛ grauitatē eorum ꝛ pigritiā nature ad subleuandū. Si initio sit morbi: lōgitudinem sui ostendit: ꝛ duriciem sue dissolutionis. In statu morbi non sumus securi quin nature defectum timeamus anteꝗ morbus digeratur. Granosus si cum febre sit solida ꝛ continua: consumptionē corporis significat: sed tamen significatio in breuitate timoris ꝛ longitudine sui s̄m colorez diuersa erit. Si cum acuta sit febre: incensionis humorum nuncia est et timoris.

¶ De colore hypostasis.

Color hypostasis: vel naturalis est: vel nō naturalis. Naturalis albus ꝛ candidus. Non naturalis in octo diuiditur. Est eñ obscurus in albedine paruus: est glaucus vel rufus: siue rubeus: citrinus: vel cinericius: viridis vel niger. ¶ Obscurus vel extra temperamentum est in liquore: hypostasis subtilis seu grosse vel in partibus diuerse et granosus. Extra temperamentum in grossitudine: si sit sine febre: humores

grossos significat de genere phlegmatis: quos natura dissoluere nō possit. Necesse est ergo eā adiuuare in corporis mundificatiōe cū pharmacia ꝓprie illos humores expellente. Si cum febre: significat grossitudinem humorum cum viscositate ⁊ duricie ipsorum soluendorum. In initio autē morbi si virtus adsit: spem tamen remotam portendit. In statu ⁊ virtute defecta: vicinus est timor. Subtilis vel significat humiditatem sanici: vel phlegma non bene coctum: sed tamen aliquantulū: q: album: neq; rotundum: neq; iunctum. Si cū febre ⁊ furfurea ⁊ color sicut sanici sine aliqua re: in renibus vel in vesica rigorem febrium superuenturū nunciat. Differūt hec hypostasis ⁊ naturalis: q: naturalis candida est in albedine: rotunda: et iuncta: leuis in motu. Hec nunꝙ candida est: non iūcta: neq; rotūda: sed lata: *que cū moueatur: sicut puluis dissoluit: ⁊ cum vrina miscetur quiescens velociter non descendit.* Sicut Ga. inquit: aliquando in vrina apparet in fundo albedo non clara: que si grossior est ꝙ appareat: subtile phlegma demōstrat. Si cum subtilitate sit spumosa: ventositatē fecis commixtam significat. ¶ Nebulosa quasi vesica vl' vua ventositatē frigidam ⁊ grossam ostendit ⁊ inflatiuā: ad soluendum duram: ⁊ longitudinē morbi nunciat. ¶ Saniosa ex odore intelligitur: maxime si exeat loca vrine vicina sicut est vesica. Exit enī cum qualitate sua: ⁊ non mutatur cum alia. Si autem a locis ab vrina longe remotis exierit: et cum alijs humoribus fetorem auferentibus se miscuerit: intelligitur ex vrine cruditate: et infirmi inquisitione. Si circa renes vel epar vel loca vrine vicina dolorem sentiat: si dolorem senserit: vbi dolor inde morbus exit. ¶ Hypostasis alba que est granosa ⁊ in partibus dispartita: vel cum febre est acuta: vel solida ⁊ continua. Si cū acuta: humores phlegmaticos calore febris incēsos significat. Que cum solida est ⁊ cōtinua: vel in essentia sua squamosa sicut piscīū squama: significat dissolutionem exteriorum membrorū ⁊ durorum ⁊ subtilium. Vel furfurea est que dissolutionē humidi: ⁊ nouiter coagulate partis membrorum designat. Vel sicut farina grossa durorum membrorum diu coagulatorum consumptiua. Que si moret: calor febris pinguedinem mollem ⁊ tenuem in primis calefacit ⁊ liquefacit. in superficie vrine nebula vnctuosa videtur apparere: quātomagis autem febris cōfortatur: tantoplus dura caro vel pinguedo dissoluit: ⁊ vrina nebulosa quasi aranee tela egreditur. Si iterum plus augmentet: dura mēbra ⁊ eorum cortices liquescunt: ⁊ sufficietenus vrina exit squamosa vel scintillosa. Febre plus augmētata: ⁊ ad inferiora ptingente membra: concauitas membrorū liquescit. humiditas vrina exeunte furfurea. Unde Ga. hypostasis squamosa consumptionē durorum membrorum significat. Furfurea calorem fortiorē in membri perforatiōe. hypostasis maior atq; grossior calorem significat grossiorē ⁊ fortiorem. Ideo hypostasis sicut farina grossa propior est consumptioni in parte membrorum dura: et mortem post longū tempus nunciat. Gal'. si in vrina febrientis hypostasis quasi farina grossa exit: diuturnitatem morbi portendit. vnde plurimi moriunt antequꝫ morbus diuturnetur. Urina squamosa ⁊ furfurea licet consumpta significet dura membra: aliquādo tamen scabiem significat in vesica. Differunt tamen: qui consumptiuas habens febres per totū vas natat: vrina ex defectiōe membrorū est cruda. Ex scabie vesice est fundosa: vrina sua est digesta: q: virtus membrorū in coctione est fortis anteꝙ vrina ad vesicam venerit. Non adest febris: q: calor qui vesicā nutrit: diuersus est ꝑ partes corporis: ideoq; non fit febris in hac sicut in specie altera.

¶ Superius diuersificauit auctor hypostasim innaturalē a parte loci ⁊ quantitatis: hic a parte qualitatis: ⁊ diuiditur in duas. In prima diuidit. In secūda prosequitur: ibi: Naturalis inter subtilē. et ista secunda in duas. In prima ꝓsequitur auctor de liquore hypostasis inaturalis. Scdo de colore. secūda ibi: Color hypostasis naturalis est. Prima in duas. In prima determinat de liquore hypostasis temperato. Secūdo de temperato: ibi: Exire temperamentū. Tunc sequit illa pars in qua determinat de colore: et illa in duas. In prima diuidit colores hypostasis innaturalis. In secunda de membris diuidētibus agit. secunda: ibi: Extra temperamentum in grossitudine. ⁊ ista secunda in octo partes sm ꝙ sunt octo colores hypostasis innaturalis. In prima determinat de hypostasi innaturali habente album colorē obscurum. In secunda de glauca hypostasi ⁊ rufa: ⁊ sic de alijs ꝑ ordinem. secunda ibi: Glauca hypostasis atq; rufa. Prima pars cum precedentibus ad presentē lectionē spectat: ⁊ diuiditur ista pars in duas. In prima determinat de hypostasi innaturali alba ⁊ obscura exeunte temperamentū ꝓpter grossiciem ⁊ subtilitatē. In secunda ꝓpter partium diuersitatem. secūda ibi: Hypostasis alba que est granosa ⁊ in partibus dispartita. Prima in duas: in prima determinat grossiciem. In secunda propter subtilitatē. secunda ibi: Subtilis vel significat humiditatē sanici ⁊c. ⁊ ista secūda in duas: In prima determinat de hmōi alba ⁊ subtili. Secūdo de saniosa. secūda ibi: Saniosa ex odore intelligitur. Tunc sequit illa pars in qua determinat de hypostasi innaturali alba obscura ꝓpter partiū diuersitatē: ⁊ illa in duas. In prima facit qd dictum est. In secunda confirmat auctoritate Ga. secunda ibi: Unde Ga. hypostasis squamosa. Hec est diuisio ⁊ sententia lectionis in generali.

¶ Hic primo dubitatur super hoc qd auctor non ponit in littera nisi octo colores hypostasis innaturalis: ⁊ vnicū colorem posuit superius de naturali vt album colorem. Egidius vo posuit viginti colores vrine: vnde dicit: Bisdeni vrinā possunt variare colores. queritur ergo quare non sunt tot colores hypostasis quot vrine. Ad hoc dico ꝙ liquor vrine passibilior est ꝙ hypostasis: ⁊ ideo pluribus modis potest variari color vrine. Secunda causa est: q: color vrine paruus est: ⁊ est materialis ad alios colores: vn̄ nō habet vrina colorē aliquem terminatum: ⁊ ꝓpter hoc pluribus modis potest variari: sꝫ hypostasis hꝫ colorē terminatū vt albū: ⁊ ꝓpter hoc non pōt tot modis variari sicut vrina. Tertia cā est: q: color est motiuū visus mediante actu lucidi: ⁊ ꝓpter hoc dixerūt quidā ꝙ de nocte nō sunt colores cum non percipiātur. Dico ergo ꝙ liquor vrine immediatius se exponit visui: ⁊ propter hoc pluribus modis potest variari: sed liquor hypostasis magis mediatus: vnde non potest percipi liquor hypostasis nisi mediante liquore vrine: ⁊ propter hoc ⁊c. Vel dicendum ꝙ ipse enumerat in parte ista colores hypostasis in generali ⁊ non in speciali: ⁊ propter hoc non ponit nisi octo: q: illi possunt reduci ad istos octo: et sub istis comprehendi ⁊ sic soluatur ad illud. ¶ Iuxta hoc dubitatur super hoc quod dicit in littera: ꝙ temperamentum hypostasis in subtilitate significat mediocritatem nature in coctione: superius vero dicit ꝙ naturalis liquor vrine est mediocris inter subtilem ⁊ grossum: ⁊ ita videt sibi cōtradicere. Et solutio huius est: q: ipse accipit hic tēperamentū in subtilitate ꝓ me-

diocritate & nõ p extremo. ¶ Secũdo dubitatur vtrum hypostasis descindatur vel generetur ex humore vel ex humiditate: & videtur q descindatur ex humiditate: quia hypostasis est superfluitas tertie digestiue vt dicit superius: ergo descindetur ab obiecto tertie digestiue: sed obiectum tertie digestiue est humiditas & non humor: ergo ab humiditate descindetur hypostasis & non ab humore. Preterea omnis superfluitas attestatur ei cuius est superfluitas: sed dicit superius q hypostasis naturalis debet esse alba: ergo attestabitur albedini: sed humiditas est alba: humores vo rubei: ergo hypostasis attestabitur humiditati et non humori: & ita ab humiditate descindetur & non ab humore. Ad hoc dico q de hypostasi contingit loqui dupliciter: aut de naturali: aut de innaturali. Loquendo de naturali: sic dico q semper descinditur ab humiditate: vt pbat vltima ratio: & nunq ab humore: Loquẽdo vo de innaturali sumẽdo large hypostasim innaturalẽ prout se extendit ad quelibet cõtenta in vrina: sic dico q quandoq descinditur ab humiditatibus: quandoq ab humoribus: quandoq a membris solidis: & per hoc patet solutio ad argumenta. ¶ Ad primum argumentum dico q verum est q in hypostasi innaturali sunt octo colores: et talis sine dubio potest descindi tam ab humiditate q ab humore vt dictum est loquendo de ea largo modo. Ad secũdũ dico q hypostasis naturalis descinditur a materia morbi in egris: & tu obijcis: materia morbi in egris est humor & nõ humiditas: ergo ab humore descindetur & non ab humiditate: dico ad hoc q hypostasis decisa ab humore anteq exeat a corpore oportet q prius fiat p operationem tertie digestiue humiditas &c. Uel possumus dicere q tam hypostasis naturalis q innaturalis semp descinditur ab humiditate & nunq ab humore. Et tu obijcis: humiditas est semper alba: vnde habet vnicum colorẽ: sed hypostasis ĩnaturalis habet octo colores vt dicit in littera: ergo non descindetur ab humiditate: ĩmo potius ab humore: cum in humoribus sint plures colores. Dico ad hoc q duplex est humiditas. Quedam est que cõplete est digesta: & talis sine dubio habet vnicũ colorẽ vt albũ: & de tali obijcis tu. & de tali bene concedo q non descinditur hypostasis innaturalis: est enĩ alia humiditas non cõplete digesta: & talis põt habere plures colores: & de tali humiditate põt descindi hypostasis innaturalis: & hoc fm exigentiã caloris &c. ¶ Tertio dato q hypostasis descindat ab humiditate: queritur a qua humiditate descindat: vtrũ ab humiditate humorali vel a rore vel a cambio vel a glutino. Et q ab humorali humiditate descindatur & nõ ab alijs: videtur: q: hypostasis vt dictum est: est superfluitas tertie digestiue: ab illa ergo humiditate in qua plus erit de superfluitate gñabit hypostasis: sed hoc est ab humorali respectu aliarũ humiditatum: q: quãtomagis humiditates accedũt ad mẽbra: tanto minorem habent superfluitatẽ & maiorẽ puritatem: ergo ab humiditate humorali generabitur hypostasis vel descindetur. Si tu dicas q in vtraq humiditate est superfluitas: & ita ab vtraq & ab omnibus descinditur. Contra: dicit superius q hypostasis naturalis debet esse vniformis & lenis &c. sed humiditates omnes non sunt vniformes: ĩmo difformes: q: ros grossior est q humiditas humoralis: & cambiũ q ros: & glutinũ q cambiũ: ergo ab omnibus humoribus non descindetur hypostasis. Ad hoc dico sine pĩudicio melioris sententie q hypostasis descinditur a tribus humoribus vt a rore cambio & glutino: & nunq ab humoribus humorali humiditate: q: humoralis humiditas nondũ exit speciẽ humoris: vñ in ipso potest fieri febris putrida vt dicit Auicena: sed putrida non potest fieri in humiditate: ĩmo in humore: & ita hypostasis fit superfluitas obiecti in tertia digestiua qd obiectũ est humiditas: propter hoc dico q ab humiditate humorali non potest descindi hypostasis. ¶ Ad primũ argumentũ dico q in qualibet humiditate vt in rore: cambio & glutino est superfluitas: & pter hoc ab illis põt hypostasis descindi. Ad secundũ argumentũ dico q ab illis tribus humoribus potest descindi: quia hypostasis debet esse forme pineate: ita q partes grosse petant fundum & leues faciant conũ superius &c. & tu obijcis: hypostasis debet esse vniformis: dico q verũ est loquendo de vniformitate digestionis: vnde verũ est q debent esse vniformiter digeste partes hypostasis non ex eadem digestione & eodem modo simul digerũtur: ĩmo q digeruntur vniformiter illa digestione qua indigent: ita q partes subtiles digerantur ita q petant sursum & partes grosse ita q petant fundum: & quia sic est quando descindunt ab illis tribus humiditatibus: quia fm q a grossiori humiditate descinduntur partes hypostasis magis fm hoc petũt fundum: propter hoc &c. ¶ Quarto dubitatur vtrum hypostasis descindatur ab humiditate postq illa humiditas conuersa est in membra vel anteq cõuertatur. Et q hypostasis descindatur & sequestretur ab humiditate post conuersionẽ in membra & non ante videtur: q: vt dictum est: hypostasis est superfluitas tertie digestiue & superfluum dicitur per comparationẽ ad necessariũ: vnde aliquid non dicitur superfluere nisi respectu necessarij: sed hypostasis non potest dici superfluum per cõparationem ad necessariũ donec tertia digestio acceperit suum necessarium de nutrimẽto siue de humiditate: & hoc nõ potest esse nisi post cõuersionẽ humiditatis factã in membra: ergo hypostasis: & non ante. Preterea dicit superius auctor: q simile est de hypostasi & de spermate: sed sperma non generatur a tertia digestiua: nisi post conuersionẽ humiditatis in mẽbra: ergo similiter nec hypostasis sequestrabitur ab humiditate nisi post conuersionẽ humiditatis in membra & non ante conuersionẽ. Sed contra dicit ysaac: q nutritio est perfecta assimilatio nutrientis cum nutrito: donec nutriens siue nutrimentũ totaliter depuretur: ergo cũ ex humiditate debeat esse perfecta assimilatio nutrientis cum nutrito in tertia digestiua & hypostasis sit supfluitas tertie digestiue: de necessitate oportet q anteq conuertatur humiditas in mẽbra: q hypostasis cũ sit superfluitas illi⁹ humiditatis: depuretur & sequestret ab illa humiditate cum aliter nõ possit illa humiditas perfecte assimilari membris. Preterea in quolibet membro sunt quattuor virtutes: scʒ attractiua: retentiua: digestiua: & expulsiua: & ita ordinate sunt adinuicẽ q vna immediate operat post aliam: vnde illud qd digerit: digestiua statim expellit eius superfluitatẽ expulsiua: ergo cum hypostasis sit superfluitas tertie digestiue statim anteq illa humiditas a qua descinditur hypostasis conuertatur in membra: sequestrabitur & depurabitur & expellet ab illa humiditate hypostasis: ergo hoc erit ante conuersionẽ & non post. quod concedo: & istas duas vltimas rationes pono pro causa. ¶ Ad primum argumentũ in contrariũ dico q duplex est superfluitas in tertia digestiua: quedam est residuitatis vt sperma: & talis dicitur per cõparationẽ ad necessarium: & de tali obijcis tu: vnde talis generatur post cõuersionẽ humiditatis in membra. Et est alia supfluitas in tertia digestiua q est impuritatis vt hypostasis: & talis non dicitur per comparationẽ ad necessariũ: immo per comparationem ad purum: & talis generatur siue descinditur ab illa humiditate ante cõuersionẽ: q: ex quo illa humiditas ex qua depuratur hypostasis debuit cõuerti in membrũ: oportuit ipsam depurare prius: & in illa depurata generatur hypostasis: & ita ante conuersionẽ descinditur hypostasis ab humiditate. Ad secundũ argumentũ dico q similitudo est respectu spermatis & hypostasis quoad qd solũ quoad hoc q vtrũq in tertia digestiua dealbatur: et sic loquitur superius: sed dissimilitudo est quoad hoc q sperma est supfluitas residuitatis: & ita post conuersionẽ humiditatis in mẽbra potuit generari vt dictum est: sed hypostasis est superfluitas impuritatis: et ita ante conuersionem humiditatis in membra debuit ab humiditate sequestrari et depurari. ¶ Quinto dubitatur super hoc quod dicit in littera: q si hypostasis alba sit extra temperamentum in grossitudine si sit sine febre: significat grossos humores phlegmaticos quos natura non possit dissoluere: immo oportet q natura adiuuetur in expellendo illos humores cũ pharmacia propria illis humoribus. Si vero sit cum febre non oportet q iuuetur cũ pharmacia. Cõtra: medicina siue pharmacia datur contra materiam nociuam: sed materia in febre magis est nociua cũ febre q sine febre: ergo melius debet dari

medicina siue pharmacia cōtra huiusmodi humores si sint cum febre q̄ sine. Contrarium tamen dicit in littera. Et ego dico q̄ verum est q̄ medicina datur contra materiā nociuā: et quantum ad hoc debet euacuari: sed tñ q: humor grossus nō pōt expelli a corpore nisi cū medicina violēta: et ois medicina violēta vel pharmacia est calida: vt dicit. G. sup apho rismo: omne pharmacū est calidū: ꝓpter hoc dicit auctor in lfa q̄ si sit cum febre non oportet administrari talē medicinā calidā: quia tunc augmentaret discrasiam: sed si sit sine febre bene potest dari. ¶ Preterea dubitatur super hoc qđ dicit ibidē: q̄ hmōi materia grossa phlegmatica debet euacuari cum medicina habente aspectum ad illum humorem: et ita supponit q̄ aliqua sit medicina euacuans vnicum humorem. Sed contra: q: dicit Ga. in de simplici medicina: q̄ non est aliqua medicina ita habens aspectum ad vnum humorem que non possit euacuare omēs. vnde dicit q̄ si detur aliqua medicina euacuans cholerā vt scamonea et detur primo euacuabit choleram: sed si cōfortatur euacuabit phlegma secūdo: si vō vltra melancholiam et vltimo sanguinem vnde innuit q̄ non est aliqua medicina que non possit euacuare alios humores oēs. In contrariū tñ est auctor in littera: q: dicit q̄ debet illa materia grossa phlegmatica si sit sine febre euacuari cum medicina habente aspectum ad illū humorē phlegmaticū. Item hoc volunt auctores: vnde dicunt q̄ scamonea euacuat cholerā: et turbith phlegma: epithym⁹ melancholiā et cetera. quod concedo cum auctore. ¶ Ad argumentū in contrariū dico q̄ quelibet medicina simpliciter habet aspectum ad aliquem humorem. et tu obijcis de Ga. dico q̄ si medicina detur in debita quantitate et decenti et suis conditionibus laudabilibus habebit propriū humorem euacuare. Si vō detur in quantitate indebita et indecēti omnes humores euacuabit: et sic loquitur Ga. et hoc trib⁹ de causis. Prima causa est debilitas venarū: quando enim medicina aliqua datur in quantitate indecenti remanet in corpore et debilitat venas ita q̄ non possunt cōtinere humores: immo permittunt abire. Secunda causa est amplitudo orificiorum: quia quādo aliqua medicina calida administratur corpori: ratione sue caliditatis habet orificia ampliare: ita q̄ humores descendunt et ita humor liquidior primo exit post illum humorem ad quem habuit aspectū illa medicina. Tertia causa est mordicatio medicine solutiue. Et sup hoc dicit Serapio optimū verbum: dicit eñ q̄ aliquando medicina laxatiua exhibita euacuat humorem illum ad quem non habet aspectum: et non euacuat illum ad quem habuit aspectum. Verbi gratia. Si scamonea detur ad euacuandū choleram cū habeat ꝓprie aspectū ad eā: et si illa cholera habitet in locis remotis a via medicine vt in capite et melācholia cōtineat̄ in stomacho: ipsa euacuat humorē presentē vt melancholiam quā inuenit in via: et dimittit choleram que est in remotis. ¶ Vltimo dubitatur vtrum hypostasis innaturalis alba squamosa significet maiorē ꝯsumptionē q̄ furfurea. Videtur q̄ sic: quia hypostasis squamosa significat cōsumptionem durorū membrorū: furfurea vō mollium: sed peior est consumptio facta in membris solidis q̄ in mollib⁹: ergo squamosa peior. In ꝯtrariū est ysaac auctoritate Ga. qui dicit q̄ hypostasis furfurea significat fortiorē calorem cōsumentē: squamosa minorē: ergo furfurea hypostasis significat maiorem cōsumptionē q̄ squamosa. Et hoc concedo: et hoc est q: hypostasis squamosa solū habet latitudinē: vnde calor resoluens in hypostasi squamosa solū resoluit a supficie: calor vō resoluēs in furfurea est in latitudine: idest in superficie et in profundo: et propter hoc est peior furfurea. ¶ Ad primum argumentū dico q̄ verum est q̄ in hypostasi squamosa sit cōsumptio in membris solidis. et tu obijcis: peior est consumptio in membris solidis q̄ in mollibus: dico q̄ verum esset reliquis paribus: sed in hypostasi squamosa est consumptio pauca in membris solidis vtpote in superficie tñ. In furfurea vō est maxima consumptio in mēbris mollibus: quia fit in superficie et in profundo: propter hoc dico q̄ furfurea maiorem consumptionē significat q̄ squamosa et ideo peior est: et sic patet solutio omniū quesitorū.

¶ De glauca hypostasi et rufa.

Hypostasis glauca atq̄ rufa: vel lenis est rotūda atq̄ iūcta: vel diuersa in motu leuis: albe vicina in virtute coctiōis: et bonitate significatiōis. Sed tñ differūt iste et alba: q: alba naturā phlegmaticā demōstrat. Glauca et rufa cholericā et calidā, quasi farina grossa et in partibus diuersa consumptionē corporis ostēdit. Glauca consumptionē noue carnis nouiter coagulate. Rufa consumptionē dure carnis que diu coagulata fuerit.

¶ De rubea hypostasi.

Hypostasis rubea vel in liquore est tēperata: iūcta et rotūda: vel dispartita diuersa et granosa. Tēperata vel multā significat abūdātiam sanguinis: vel non coctionē sanguinis rosei: neq̄ tñ significatiua est mali: neq̄ timoris: cū materia sua sit sanguis: cum sanguis alijs humoribus sit dignior: et nature familiarior. Differūt: q: que sanguinē significat bonū et coctionē perfectā: colorē habet rubicūdū: et liquorē tēperatū. Vrina ergo debet esse laudabilis: breuitatē significās morbi: maxime si in quarta vel quinta die apparuerit. Sicut. G. rubea inquit hypostasis tēperata et iūcta si in initio appareat: dissoluitur morbus in die septima. ¶ Rosea subtilis vel arsenica et in liquore subtilis: diuturnitatem demonstrat morbi. Vnde Gal. Hypostasis rubea et arsenica morbū lougiorē significat: Si materia morbi lenis sit: crisis in breui tēpore ventura erit. Rubea ergo et arsenica hypostasis roseū et subtilē: non bene coctū ostēdit sanguinē. Intelligimus hoc ex cruditate vrine: quia impossibile est in rubea hypostasi cruditatem esse liquoris: coctio eñ liquoris leuior est q̄ hypostasis. Si ergo hypostasis cocta sit liquorē necesse est plus excoqui. manifestum est igitur quia rubeus sanguis et subtilis non bene coctus fit ex actiōe nature in interiori corpore. Inuenimus enim cibum cum coctionē suam compleat: intra stomachum fieri vt ptisanum phlegmaticū. Cum autē succus suus in epar venerit: vt scdo excoquat̄ ibi: vbi sua coctio mediocris est: fit sanguis rose⁹ et subtilis: et cum coctio sua cōpleatur: fit bene coctus et vermiliosus: vt temperamentū egreditur: incenditur: et fit cholericus: si plus in coctione augmentetur vel incēsione: fit melancholicus et vstus. Quod intelligitur: q: sanguis in coctione completus: inter duas extremitates non temperatas mediatur. Vna est non cōpleta sicut in sanguine roseo et subtili: altera est humiditas phlegmatica in stomacho cocta. Altera nō completa sicut in sanguine acuto et cholerico: et post extremitatē istā in melācholico sanguine acuto. Rubea ergo hypostasis si arsenica sit et liquoris crudi: roseum et subtilē significat sanguinem. Gradus eñ sui sicut diximus post gradū est sanguinis in coctione completi: sicut gradus phlegmatice complexionis: post roseū sanguinē est. Gradus autē cholerici sanguinis et acuti post gradū est sanguinis in coctiōe completi: et gradus melācholici et incensi sanguinis post sanguinē est cholericū et acutū. Hypostasis aūt rubea et granosa in partibus diuersa: alia est lentina sicut lentiū fractura: alia orobina: idest quasi oro-

bi fractura: alia sandaricina: idest sicut sandarici fragmenta: alia arenosa. Lentina passioni epatis est propria: designans calorem epatis complexioni dominantem: et virtuti diuisiue obuiantē ne sm quod oportet diuidat sanguinē. vnde hypostasis dispartita erit et diuersa: partim coagulata et grossa: partim subtilis et liquida. Orobina et sandaricina vel ɔsumptionē significat toti' corporis: vel renū siue soli' epatis. Calor em̄ febris quantomagis moratur: tantomagis calefit: et mollicies pinguedinis mollescit et liquescit et exit cū vrina nebula oleagina sicut aranee tela. Si complexio corporis est humida: erit hypostasis arsenica. Si calor augmentetur: et caro ventris dissoluatur. si cōplexio infirmi cholerica sit: erit hypostasis rufa. In complexione sanguinea fit hypostasis orobina: quam tamen epatis et renū cōsumptioni est propria: differēs a significante cōsumptionē totius corporis: quia hic pulchritudinem aufert coloris: et in corpore nullā cōsumptionē ostendit. Pulchritudo em̄ coloris cū sanitate est epatis: et cū virtuosa coctiōe sanguinis. Vn̄ Gal. non bn̄ inquit viuitur nisi cū sanitate epatis: et cū virtuosa coctione sanguinis. significans cōsumi totū corpus: et consumptiōe in toto corpore apparēte intelligitur: et neque pulchritudo coloris aufert. Hec differt a significāte consumptionē solidorum renū: quia in ipsa febris est cōtinua: hypostasis natat. In renū cōsumptiua nō febricitat: quia hypostasis in fundo est digesta. Aliquā vrine hypostasis erit rubea: et quasi pili: que de renū exit substātia. Vn̄ hippo. si in vrina sit quasi caro: vulnera sunt in renib'. Arenosa et quasi rubea arena: vel in liquore est diuersa: vel granosa: et in partib' diuersa. Que extra temperamentū est liquoris: si febris adsit diuturnitatem morbi significat: si sine febre humores ad renes descendūt sanguinolēti: quod confirmatur ex dolore in ventre: et circa hachas. Granosa et in partib' diuersa lapidē in renibus concreatū significat: et fit ex renū calore mensurā excedente: calor em̄ renum mensurā excedens: et humores illuc grossi descendentes: cito faciunt lapides.

¶ Superius determinauit auctor de hypostasi innaturali alba obscura: hic de glauca et rufa: et diuiditur ista pars in duas. In prima determinat de glauca et rufa. In scd'a de rubea. scd'a ibi: Hypostasis rubea vel in liquore. et ista secūda in duas. In prima diuidit hypostasim rubeā innaturalē. In secunda de mēbris diuidētib' agit. scd'a ibi: Tēperata vel multa. et ista scd'a in duas. In prima determinat de hypostasi rubea innaturali temperata et iuncta. In scd'a vero de rubea diuulsa et granosa. scd'a ibi: Hypostasis rubea et granosa. prima in duas. In prima prosequitur de hypostasi rubea tēperata. In scd'a confirmat. secunda ibi. Sicut Gal. inquit hypostasis rubea. et ista secūda in duas. In prima cōfirmat. In secunda suam confirmationem declarat. scd'a ibi: Inuenimus em̄ cibū. Tūc sequitur illa pars in qua determinat auctor de hypostasi innaturali granosa et diuulsa: et illa in duas. In prima diuidit. In scd'a de mēbris diuidētibus agit. prima ibi: Hypostasis rubea et granosa. scd'a ibi: Lentina passioni epatis. et ista scd'a in tres: quia in prima determinat de hypostasi lentina. In scd'a de orobina et sandaricina. secūda ibi: Orobina et sandaricina. In tertia vero de arenosa: ibi: Arenosa et quasi rubea. Prima istarū nō diuiditur: sed secūda in duas. In prima determinat de hypostasi orobina et sandaricina prout significant consumptionē totius corporis et renū. In secunda ponit differentiā sm quod significāt ista. secūda ibi: Que tamē epatis et renū. et ista scd'a in duas. In prima determinat de hypostasi orobina et sandaricina prout significant cōsumptionem renum. In secunda prout significāt consumptionē totius corporis. scd'a ibi: Significans consumi totum corpus. Hec est diuisio et sententia lectionis presentis.

¶ Hic primo dubitatur super hoc quod dicit in prima parte lectionis: quod hypostasis glauca significat materiā cholericam calidam. Sed cōtra. Simile est de vrina et de hypostasi: vnde sicut iudicam' per hypostasim de materia morbi: ita per vrinam siue per liquorē vrine: sed vrina glauca attestatur melancholie et nō cholere. vnde dicit Egidius. Glauca melancholice craseos fit consona testis: ergo similiter hypostasis glauca attestabitur melancholie et non cholere. Item de sum attestatur ei a quo descindit: sed hypostasis descinditur a materia morbi: ergo ei attestabitur: sed cholera aut est citrina aut rubea et non glauca: ergo hypostasis glauca non attestabitur cholere. ¶ Item quero si hypostasis glauca attestatur cholere: quare non attestatur sanguini. ¶ Ad primū istorum dicunt quidā quod auctor nō accipit ibi colorē glaucū proprie prout significat indigestionē: imo accipit eum pro rufo vel subrufo: et sm hoc facile est respōdere ad argumēta. Vel dicendum quod accipit ibi proprie glaucedinē prout glaucus color cōponitur ex albo obscuro et pauco nigro. Sed dico quod duplex est glaucedo siue quod glaucedo potest aduenire in hypostasi dupliciter. Uno modo prout descinditur a materia melācholica que est glauca: et hoc modo glauca hypostasis attestatur melancholie: et sic obiicis tu: vel potest aduenire glaucus color hypostasi per viam digestionis: et hoc modo loquitur auctor in littera: dicēdo quod glauca hypostasis significat materiam cholericā: et hoc per viam istam: quia quando citrina hypostasis debet per vlteriorē digestionē conuerti in albā naturalē primo fit rubea: deinde subrubea: postea rufa et subrufa: postea glauca: et vltimo alba: et hoc modo glauca hypostasis potest attestari cholere. Per hoc patet solutio ad primū argumentū in contrariū: quia vrina glauca attestatur melancholie per viam decisionis: quia descinditur a materia melancholica que est glauca: sed hypostasis glauca prout loquitur de ipsa in littera: attestatur cholere per viam digestionis vt dictum est. Per hoc idem patet solutio ad secundū argumentum quod tu obiicis de glauca hypostasi per viam decisionis attestante ei a quo descinditur: et non per viam digestionis. ¶ Ad aliud quod queris de sanguine: dico quod glauca hypostasis non potest attestari sanguini: et hoc est quia vt dictum est superius: sanguis maxime est obediens nature et amicus: vnde citissime cōuertitur in albedinē et quasi insensibiliter: sed cholera non: immo per multa media: et propter hoc glauca hypostasis attestatur cholere et nō sanguini. ¶ Secundo dubitatur super hoc quod dicit auctor in littera quod hypostasis lentisina significat passionē epatis et eius defectum. Cōtra: hypostasis est superfluitas tertie digestiue: sed epar est principiū secunde: ergo lentisina hypostasis non attestabitur secūde digestiue: et ita non significabit passionē epatis. Ad hoc dico quod lentisina hypostasis vt dicit auctor in littera: significat passionem epatis. Ad argumentum dico quod epar est principium secūde digestiue prout deseruit aliis mēbris: et sic obiicis. Item ipsum epar habet intra se tertiā digestionē prout conuertit nutrimentū in ipso generatū in sui naturā: et quātum ad hoc hypostasis lētisina significare defectū epatis: et hoc modo intelligit auctor. ¶ Tertio dubitatur sup hoc quod dicit auctor in littera: quod hypostasis arenosa significat lapidem in renibus vel in vesica: hoc idē vult Egidi' et Theo. Sed contra: nihil quod significat morbi solutionem significat eius generationē: sed hypostasis arenosa significat lapidis solutionem: vnde quando videmus hypostasim arenosam signū est dissolutiōis lapidis: ergo non significabit eius generationem. Ad hoc dico quod arenosa hypostasis quandoque significat lapidis generationē: quandoque eius solutionē: sed diuersimode: vnde si in principio lapidis appareat vrina grossa et viscosa: postea vero vtputa in statu limpida et clara et veniāt arene: tūc significat eius generationē: sed si postea administrentur medicine calide lapidis diuisiue: et vrina primo appareat quasi in statu clara: postea vero in declinatiōe arenosa: tūc hypostasis

arenosa significat lapidis dissolutionē: ⁊ ita diuersimode.
¶ Iuxta hoc querit̃ quarto: vtrum lapis generet̃ a calido
vel a frigido. Videt̃ ꝙ a frigido ⁊ non a calido: quia vt dicit
phs in lib. metheoroꝝ: que coagulant̃ a frigido dissoluunt̃
a calido ⁊ ecōuerso: sed lapis dissoluit̃ a calido vt a medici-
nis calidis: vt volūt auctores: ergo generat̃ a frigido. Pre-
terea dicit phs ꝙ actus actiuoꝝ sunt in patiēte disposito: vñ
agēs debet ꝑportionari patiēti: sed materia patiēs ex qua
generat̃ lapis: est grossa viscosa ⁊ frigida vt volūt auctores:
ergo similiter causa efficiēs ipm lapidē erit frigida ⁊ nō cali
da. Preterea idē non est principiū generatiōis ⁊ corruptio
nis eiusdē: sed calida corrūpunt lapidē destruūt ⁊ dissoluūt:
ergo non eum generabūt: ergo lapis non generat̃ a calido:
immo potius a frigido. Ad hoc dico cum Serapione ⁊ cum
Auicen. ⁊ cū auctore isto ꝙ lapis generat̃ a calido ⁊ nō a fri-
gido tanꝙ a causa efficiente. vnde dicit Auicē. ꝙ causa gene
rans lapidē est caliditas egressa a tēperamēto. hoc idē vult
ysaac in littera p̄senti. ¶ Ad primū argumentū dico ꝙ qñ
phs dicit ꝙ que coagulant̃ a calido ⁊c. ipse loquit̃ in corpori
bus inanimatis: vt in mineralibus q̄ solū regunt̃ a natura:
sed materia ex qua generat̃ lapis in corpore humano regu-
lātur a natura ⁊ ab aīa. Vel dicendū ꝙ tenet in plurib⁹: sed
tamē in quibusdā nō tenet: vnde videmus ꝙ lateres coagu
lātur a calido: nunꝙ tamē dissoluunt̃ a frigido. Unde verū
est ꝙ illa que coagulant̃ a frigido dissoluunt̃ a calido. Ad se
cundum dico ꝙ caliditas agens in materiā grossam ex qua
lapis generat̃ satis est ꝑportionalis patienti: quia cōsumit
subtile ⁊ cōpingit grossū ⁊ putrefacit: ⁊ ita lapidē generat.
Ad tertiū dico ꝙ caliditas generās lapidē ⁊c. agit in mate-
ria multū humidā ꝯsumēdo subtile ⁊ cōpingēdo grossum ⁊
glutinando: sed caliditas dissoluens agit in materiā parum
humidā: vnde non est ibi nisi pauca humiditas ligans et te-
nens partes lapidis insimul. Illa eñ caliditas medicinaliū
ibi adueniēs incinerat illā humiditatē paucā: ⁊ tunc scindū
tur partes lapidis ⁊ exeūt cum vrina: ⁊ ita non est eadē cali-
ditas eodē modo operās causa generatiōis lapidis ⁊ corru
ptionis. ¶ Dato ꝙ a calore gñet̃ lapis dubitat̃ q̄nto: vtrū
generat̃ a calido naturali vel innaturali. Videt̃ ꝙ ex calido
naturali: q: calor innaturalis agēs in materiā grossā ⁊ humi
dam inducit ibi ebullitionē ⁊ putrefactionē ꝑ ꝯsequēs: sed
calor agēs in materiā lapidis agit in materiā grossam ⁊ hu
midam: ⁊ tamen non cōcitat ebullitionē nec inducit putre-
factionē: ergo hmōi calor nō erit innaturalis: immo potius
naturalis. In contrariū est Serapio: dicēs ꝙ lapis generat̃
in renibus vł in vesica a calido egresso a tēperamēto: sed ca
lor egressus a tēperamēto nō est innaturalis imo potius na
turalis: ergo generat̃ lapis a calore innaturali: qđ concedo.
¶ Ad argumentū in ꝯtrariū dico ꝙ calor innaturalis agēs
inducit ebullitionē ⁊ putrefactionē in materiā fluidā ⁊ liq-
dam: cōsumptionē v̓o in materiā grossam ⁊ solidā: vnde pu
trefactio ꝓprie fit in humoribus: consumptio v̓o in mēbris
solidis ⁊ humiditatib⁹: quia ergo materia ex qua generatur
lapis est grossa repugnās putrefactiōi ⁊ ebullitiōi: propter
hoc calor innaturalis agēs in hmōi materiā nō inducit ebul
litionem: imo potius consumptionē consumēdo subtile et
cōpingendo grossum. Scđa causa est: q: calor generās lapi-
dem consumit paulatine ⁊ non subito: ⁊ ꝓpter hoc nō indu
cit ibi ebullitionē nec putrefactionē: imo poti⁹ cōsumptio-
nem. ¶ Ultimo dubitat̃ super hoc ꝙ auctor innuit in litte-
ra ꝙ sanguis absolute dictus melior est digestus q̄ sanguis
cholericus acutus: vnde dicit ꝙ gradus sanguinis cholerici
est post gradū sanguinis cōpleti indigestionis perfectione:
sed ꝯtra bona digestio fit a forti calore: sed sanguis choleri-
cus acutus digerit̃ a fortiori calore q̄ sanguis absolute di-
ctus: q: vlteriori digestione digerit̃ sanguis cholericus: er-
go erit digestibilior vel melius digestus. In contrarium est
auctor in littera vt dictum est. Preterea ille sanguis dige-
stibilior est ⁊ magis cōplete digerit̃ qui maxime est nature
obediens ⁊ amicus: sed sanguis absolute dictus est hmōi
vt volunt auctores respectu sanguinis cholerici acuti: ergo
sanguis absolute dictus est magis cōplete digestus. Et hoc
concedo cum auctore. ¶ Ad primū argumentū in contra-
rium dico q̄ non quilibet fortis calor cōplete digerit: immo
solum fortis calor tēperatus: et q: sanguis absolute dictus
digeritur a forti calore non excedēte nec diminuto: propter
hoc complete est digestus: sed sanguis cholericus acutus lȝ
fit a fortiori calore vt ab excedente digestus: non tamen est
cōplete: q: sicut phlegma est incōplete digestū respectu san
guinis: ⁊ hoc per diminutionē: similiter sanguis cholericus
acutus est incōplete digestus per excessum respectu sangui-
nis absolute dictus: ⁊ hoc modo loquitur in littera.

¶ De citrina hypostasi ⁊ cinerosa.

Citrina hypostasis vel diuersificat̃ i liquo
re subtili seu grosso: vel granosa est: et in
partibus diuersa atq3 natat. Diuersa in
liquore si sit in febre: materiā cholericam
ostendit: ⁊ post longū tēpus salutē morbi. Vñ Hip-
po. Si cholera dominet̃ colori hypostasis: lōgitudo
demonstrat̃ morbi. Si non febricitet: humores cho-
lerici descendūt ad renes. Intelligimus hoc ex dolo-
re in renibus ⁊ ventre. Granosa ⁊ diuersa lapidē si-
gnificat ex humiditate grossa ⁊ viscosa cui dominat̃
cholera rubea. ¶ Hypostasis cinerosa vel est cōtra
temperamentū liquoris in grossitudine siue in subti
litate: vel granosa ⁊ in partibus diuersa. Subtilior
q̄ oporteat ⁊ cum febre: rigorē superuenturū portē-
dit. Sine febre humores cholericos: ⁊ non bñ coctū
phlegma. Grossior q̄ oporteat ⁊ cū febre: grossitudi
nem eccū ⁊ viscositatē earum: ⁊ morbū nunciat diu-
turnum. Sine febre: eadem habet signa: que prediri
mus in hypostasi alba. ¶ Granosa ⁊ diuersa lapidē
in renibus de grossis ⁊ viscosis humoribus calore re
num excoctis: q: humores ad renes descendētes: vel
subtiles sunt liqdi ⁊ aquosi: vel grossi ⁊ viscosi. Liq-
di ⁊ aquosi si poros renū aptos ⁊ raros inuenerit: ci-
to renes exeunt: neq3 tādiu morant̃ vt lapis cōficia-
tur: ⁊ exit hypostasis cū vrina renes sicut introierat:
vnde nec iūcta est: nec rotūda: sed tamen ꝰm humorē
sibi dominantē colorata: siue sanguinolēta: vel chole
rica seu phlegmatica. Materia grossa ⁊ viscosa si stri
ctos poros renuȝ inueniat: nō valet exire: sed ibi per
manet quousq3 fiat arena: deinde petra colorata ex
humoribus sibi dominātibus. Qđ intenditur ex lo-
cis vbi aqua coquit̃ sicut balneo ⁊ similib⁹: in quib⁹
videmus humiditatē coadunatā lapidē effecturam.
Vñ lapis specialiter diuersat̃ vt vnus exeat rubeus:
alter citrinus: alius cinericius: materia sua est humi-
ditas grossa ⁊ viscosa ad renes descendēs. Materia
eñ vnde creat̃ lapis: est quasi elementū sibi. humo-
res materie dñantes: sunt quasi formatiue artes. ca-
lor cōplexioni renum dominans: est quasi causa effi-
ciens. Si ergo dñetur materia phlegmatica erit pe-
tra cinericia: si cholerica citrina: si sanguinea rubea.
¶ Rephendūt tamē quidā obijciētes: vñ differūt
materia rubeā hypostasim faciens: ⁊ renum signifi-
cans dolorē: ⁊ materia rubee hypostasis q̄ lapidē fa
cit. Rñdem⁹: rubee hypostasis materia q̄ dolorē re-
num ostēdit: liqda est ⁊ subtilis: ⁊ cito a renib⁹ descē-
dit: q: cum quantitas digerenda digeritur: ab expul
siua virtute expellitur: neq3 tādiu ibi pmanere per-
mittitur: donec lapis conficiatur: materia lapidē fa-
ciens grossa est ⁊ viscosa: ad descēdendū de renibus

dura: q̃ quāto magis mora͛t: petrā facit cum calore re nā. Obijcit̃ etiā quare vrina lapidē habentiū nō est tincta: cū tamē sit sicca ⁊ digesta? Respōdem⁹ q: lapis hoc habet propriū: vt pinguedinē ⁊ grossitie vrine attrahat i sui nutrimētū: ⁊ ideo remanet nō tīcta.

¶ De hypostasi nigra.

Hypostasis nigra omnino est pessima: vel ex incensiuo calore substantialem humiditatē sanguinis incēdente: vel de nimia frigiditate calorē naturalē cōgelāte ⁊ extinguēte. Que duo a se differūt: q: prior est lucida: altera obscura. Que eñ ex calore: ip̃mis est citrina vrina cocta: ⁊ cū calor augmēta͛t: in viriditatē muta͛t. Itē calore augmētato humores incēdūtur: nigra tñ sed lucida efficitur. Scd̃a caloris naturalis cōgelati ⁊ extincti significatiua: in initio est lucida ⁊ in liquore cruda. Cū frigiditas augmēta͛t: ⁊ calor naturalis cōgela͛t: plūbina effica͛t. frigore plus augmentato: ⁊ calore naturali extincto: fit nigra nō lucida sed obscura: ⁊ ideo hypostasis viridis ⁊ plumbina pessime sunt: sunt eñ de genere nigredinis in tinctura. Viridis eñ hypostasis significat fortitudinem caloris: ⁊ incēsionē sanguinis. plūbina fortitudinē frigiditatis: ⁊ ꝯgelationē caloris naturalis. Vñ significatio nigre hypostasis vel absolutā .i. non certā sigt̃ perditionē: vel certā: vel parū aptā. Est ⁊ alia min⁹ mali significatiua in perditiōe absoluta: vt nigra est in fundo sedēs: cui⁹ liquor nō in suo est colore vel nigredine: maxīe si lenis sit ⁊ tincta: vel iūcta: vel sicut hypostasis rubea ⁊ cinericia: si sint diuerse: ⁊ q̃si farina grossa certa in perditiōe est: sicut nigra hypostasis si liquor eius assimiletur nigredini: maxime si sit dispertita: ⁊ granosa aperta: ꝫ tñ in p̄ditiōe parua hypostasis natās atq; nigra viridis ⁊ plūbina in fundo malū minus sigñt q̃ cetere. est hypostasis nigra ⁊ nebulosa: viridis ⁊ plūbina natātes. Quidam antiquorū de nigra hypostasi dixerunt: q̃ si sit in fundo: multū malū significat. Si natat: malū priore minus significat. Nebulosa malū nōdū cōpletū significat. Diuersa ⁊ granosa incēsionē sanguinis ⁊ cōsumptionē sue significat humiditatis: vel cōsumptionē splenis et nimio calore: viridis calorē incendērē: plumbina frigiditatē cōgelantē. Bene ḡ intelligi͛t ex supradictis significationib⁹: q: hypostasis bonū absolutū significās: est alba absoluta: q̃ vo bonū certū denunciat: est alba in fundo: iuncta lenis ⁊ rotūda: q̃ maluꝫ absolutū: est absolute nigra in malo certa. Nigra et dispertita granosa: cuius liquor assimile͛t nigredini: post has omnes hypostasis absoluta ⁊ quasi oleagina ⁊ granosa.

¶ Nona particula de hypostasi: que vrina cum quali conueniat.

Iam de natura vniuscuiusq; hypostasis et suis ꝓprietatib⁹ dictū sit qd̃ volum⁹: oportet nūc hic dicam⁹ q̃ hypostasis grosso cōueniat liquori: q̃ subtili ⁊ mediocri. Incipiēdū de alba hypostasi naturali ⁊ nō naturali. ¶ Alba hypostasis lenis ⁊ rotūda atq; iūcta: grosso liquori ⁊ subtili nō cōuenit: q̃ si sit hmōi coctionē fecū ostēdit: ⁊ dissolutionē morbi. Grossa hypostasis initiū coctionis ⁊ ebullitionē sigt̃ fecis. Subtilis liquor ablationem mōstrat coctionis: ⁊ ideo nō cōueniūt. Si alba hypostasis cū grosso vl' subtili liquore apparuerit: impossibile est iūcta sit ⁊ rotunda ⁊ lenis: q: grossus liquor ⁊ subtilis grossitudinē fecis grauitatē ⁊ cruditatē ostēdit: q̃ cū adsunt: neq; iuncta neq; rotunda fit hypostasis: q: cū qualitatibus hmōi cōplementū coctionis ⁊ perfectio significatur digestionis.

¶ De rufa hypostasi.

Rufa hypostasis liquori grosso nō cōgruit. Grossities eñ liquoris initium coctiōis: ⁊ ebullitionē fecū ostendit. Rufa hypostasis vicina͛t albe ⁊ leni hypostasi in cōplemēto coctionis nūciatiua salutis. Impossibile ḡ est vt rufa in tēperamēto liquoris cōueniat. Scio aūt me reprehendi ab obijcientibus: quare grossus liquor rufe hypostasi nō cōuenit: cū sit ꝯ tēperamētū liquoris ⁊ albe tñ hypostasi cōuenit. Respōdemus alba in liquore potest esse diuersa ⁊ nō diuersa. Diuersa grossitudinē fecū ⁊ cruditatē carū significat. vnde grosso liquori cōuenit: de rufa impossibile est id. Cū eñ feces crude ⁊ grosse sint: necesse est vt hypostasis citrina sit: neq; in rufitatē mutatur: nisi coctio digestiōis cōpleatur. vnde grosso liquori nō cōcorda͛t: nisi infirmus vigilet vel tristetur: que vrinā in fecib⁹ turbant.

¶ De glauca hypostasi.

Glauca hypostas tēperato liquori conuenit: q: natura in oībus qualitatib⁹ est quasi rufa. vnde in partibus potest esse diuersa: nisi tristitiā patia͛t infirm⁹ vel vigilias. ¶ Rubea hypostasis grosso ⁊ tēperato cōuenit liquori. Quedā sanguinē coctū: quedā subtilē significat ⁊ roseū. Que cōplemētū in coctiōe certificat sanguis est colorꝫ sandaricini ⁊ liquoris turbidi. ¶ Hypostases iste grosso liquori cōueniunt: q: incēsionem grossorꝫ humorꝫ ⁊ defectionē significāt coctionū. vñ ⁊ pessime sunt: maxime nigra si sit granosa.

¶ Decima particula de vnaquaq; vrina ⁊ hypostasi quid significent.

Coloribus ⁊ liquoribus ⁊ vrine hypostasibus mōstratis: ⁊ q̃ tēperamentū monstrāt cōplexiōis nō regiminis: corruptione quoq; ⁊ sanitate: vel infirmitate vniuersaliter dictis: oportet librū cōpleri coloris hypostasis ⁊ liquoris: ⁊ incipiēdū de citrino colore morbū significante. ¶ Urina citrina ⁊ subtilis in febre diuturnitatē portēdit. In febre acuta nō sumus certi vt ad statū pueniat. Citrina ⁊ subtilis cū alba hypostasi malū significat in febrib⁹ laboriosis. si in initio sit spasmū significat. Citrina ⁊ subtilis in febre acuta est mala. Citrina ⁊ subtilis cū alba hypostasi in liquore diuersa ⁊ furfurea timēda est. Urina cholerica i febribus laboriosis: maxime initio morbi spasmū ostēdit. In paralyticis appetitū nō habētibus: ⁊ stipticis est laudabilis. Urina cholerica si in die cretica: maxime quarta in ordine: nebula rubea apparuerit: laudabilis erit. Urina citrina in superficie spumosa: ⁊ antea alba: si sanguis e naribus effluat mala. Cholerica in

febre acuta cū hypostasi alba pessima est: q: crudum esse morbum nunciat.

¶ De alba.

Alba vrina nō cholere significatiua: cum ardore febris: dolore capitis: vigilia: z cū alienatiōe mētis: mala est z vicina morti. Subtilis z alba in ytericia mala: cum hydropisim pessimā demōstrat esse futurā. Alba z subtilis cū febre mala. Alba z subtilis in hanchaz dolore oppilationē significat in via vrine de grosso phlegmate. In febre oppilationē de cholera grossa. Alba z grossa apparens in die cretica: maxime quarta: a dolore artetici liberat: z ab apostemate post auriculas: post crisim reuocationē significat morbi. Urina alba si cū prurigine sit corpis: z in inferioribus ventris: arena in vesica futura erit. Urina alba z grossa in febribus lenibus angustiā z timorē demōstrat. Urina alba et grossa sine hypostasi dolorē z timorē demōstrat. Urina alba z grossa quasi oleagina mortalis est. Urina alba z grossa nebulosa sicut spuma pessima est. Urina habēs nebulā qsi niueā: dolorē i renib⁹ sigt z morbi diuturnitatē. Urina alba z putrida mala est: quia hūores sunt marcidi. Urina alba z putrida cū febribus alienatiōnē mētis demonstrat. Urina alba sicut sanies in incendio febris mala est: maxime in freneticis. Urina alba z grossa sine hypostasi hūores grossos z viscosos significat. Urina alba z grossa nō mutans se longo tēpore: lapidē in renibus futurū portēdit. Urina aquosa z subtilis: si in vna qualitate permāserit: superflua est in humoribus humidis: si cū febre leni: adunaf aqua citrina in corpore. Urina aquosa cū dolore hypocundrie: nimij hūores sunt humidi in venis. Urina aquosa si tn̄ fuerit rubea z in febribus: febres auferētur. Urina aquosa in cōtinua alienationē mentis significat: sed tn̄ cōfortari debet natura in subtiliādis humoribus: z deponi nebulā in inferioribus: nūcians liberationē febris z reuocationē mētis: si nō habeat nebulā in initio acute febris: mala erit. Urina aquosa si paulatim exeat in ytericia in hydropisim infirmus incidet. Urina in febrib⁹ acutis aquosa: si quasi sanguisugā vel orobū habeat mala est. Urina in initio febris cruda: si bona sunt signa alia: laborem demōstrat. Urina cruda in initio febris nō laudabilis est: in statu z in vicinitate crisis pessima erit. Urina cruda colore obscura: neq₃ hypostasim habens: pessima est. Urina cruda in initio acute febris: si hypostasis sit quasi farina grossa: futura est alienatio mētis z timor spasmi.

¶ De vrina rubea.

Rubea vrina cū febre acuta bona est. Rubea vrina cū hypostasi multa: nimiū alba febris dissolutionem significat: si mutata paruā z subtilē se fecerit: febris habet cōfortari z post alleuiari. Rubea vrina pura si subtilis sit: pessima est. Urina rubea z subtilis z lenis. i. vnctuosa dolorem artetīcū sigt: z alienationem mētis. Urina rubea z fetida cuz hypostasi nigra: z turbida quasi pili: vel in vnctuositate pessima est z mortalis. Urina rubea cū hyleon pessima est. Urina rubea z sine hypostasi mala. Urina rubea z grossa neq₃ clarificans in dolore auricularum z surditate: dolorē capitis ostēdit: z tenuatione hypocūdrie pessimā ytericiā añ die septimū sigt. Mutata z subtiliata cū natali hypostasi: in colore obscura cū alijs signis similibus morbum reuocari: z mentem significat alienari. Urina grossa z rubea in febre acuta dolorē capitis: z hypocundrie z colli grauitatē significat. Urina pura rubea in hydropisi mortē significat. Urina rubea sicut sanguis siue sicut vinū sine dolore capitis laborosa: si in qualitate illa pmaneat: futurus est lapis in vesica. Urina rubea quasi color sanguinis parua z subtilis mala est: maxime in sciaticis. Urina rubea sicut sanguis in febrib⁹ acutis mortē subitaneā denūciat. Urina rubea in tertia parte supiori alba: dolorē capitis z mentis alienationē significat. Urina rubea cū vomitu quasi eruginosa: lingue asperitatē z mortē significat. Urina rubea qsi color sanguis in acuta febre z tremore corporis z dolore in dextra hypocūdria mortalis. Si quis sanguinē mingat multū z subito: venaz in renibus hz incisam vel in epate vel in menstruis.

¶ De rufa vrina.

Rufe vrine cholera rubea dñatur. Urina rufa z subtilis cum acuta febre sine hypostasi molestatio die illa erit: si diu permaneat virtus deficiet. Rubea vrina parua cū ytericia dissolutionē morbi significat. Rufa vrina cū febre z frenesi est pessima. cū dolore capitis periculosissima erit. Rufa vrina z quasi vini spuma: alienationē mentis significat. Urina rufa cū hypostasi nigra in spleneticis est mala.

¶ De vrina viridi.

Urina viridis in die apparēs cretica: si infirmus in capite doleat: solutionē doloris denunciat. Urina viridis in incensione febris alienationē: si febris sit lenis: et infirmus multā aquā bibat: cōsumptionē corporis significat. Urina viridis vel sulphurea in incēsione febris: z si infirmus subtiliatus fuerit: z in superioribus sudauerit: z in extremis friguerit: pessimū spasmuz et inanitione significat. Urina viridis z eruginosa spasmum futurum nunciat.

¶ De vrina nigra.

Urina nigra in pluribus est pessima z mortalis. Urina nigra in acutis febribus hypostasiq₃ nigra z natante: cū vigilijs z surditate: lōgitudinē morbi significat: z solutionē sui cū fluxu sanguinis. Urina nigra in febre incensa: z cū capitis grauitate: angustia mētis: alienatio erit in crisis tpe cū sanguīs fluxu: maxie i mulierib⁹ quibus menstrua sunt ablata. Urina nigra et grossa in acutis febribus spasmum: z si alienatio adfuerit desiderium auferendi cibi z mortem significat. Urina nigra sicut sanguis obscurus in pleuresi mortale. vrina nigra cum febre acuta z hypostasi diuersa sepe mutans colorē est mortalis. Urina nigra et fetida in anhelitu et sudore in mēbris supioribus mortalis. Urina nigra z fetida sine dolore vesice mortalis.

De vrina oleagina.

Vrina oleagina cū hypostasi iuncta: si infirmus rigeat bonū. Vrina oleagina in superficie quasi aranee tela cōsumptionē pinguedinis significat. Viscosa quasi oleū apparens pinguedinis cōsumptionē significat. Si vrina alternatim mutet colorē: cōsumptionē corporis z dissolutionē significat virtutis. Vrina quaq3 die mutabilis pessima est: maxie in apostemate dyaphragmatis. Vrina obscura in febre acuta pessimā crisim futuram nunciat. Vrina clara z lucida in febre acuta dolorē in capite significat. Cruda z indigesta alienationem pessimā significat. Vrina turbida colore obscura: in febre mala. Vrina sicut rubigo ferri i febre acuta spasmū futurā significat. Vrina obscura z quasi rubigo ferri: in febre leni strāguriam significat venturam. Vrina lucida z bene cocta in magnitudine splenis bona. Vrina lucida in mentis stupore: alienationem mētis cum febribus significat. Vrina lucida cū hypostasi viscosa: vel sicut eris scintilla in vētris z pectinis dolore atq3 virge cōsumptionē renū vel scabiē vesice significat. Si autē in his locis nō sit dolor: mēbra alia cōsumuntur. Vrina subtilis z cholerica: dolorem mēbrorū significat. Vrina subtilis z aquosa maior aqua bibita pessima est. Vrina subtilis i acuta febre cu3 dolore capitis z colli atq3 dorsi mala. Vrina subtilis in fine febriū: apostema epati significat futurum. Vrina subtilis cū hypostasi in febribus acutis alienationē portendit. Vrina subtilis cū alienatione mala: si grossa z cruda hypostasis fuerit: timēda est. Vrina subtilis multa in pleuresi z sicca tussi: alienationē significat mentis. Si sanguis ex naribus superuenerit z sudor nimi⁹: morb⁹ dissoluetur. Vrina subtilis in ruborem versa cū hypostasi grossa z alba vicinitatem crisis: z dissolutionem morbi cū sudore significat. Vrina subtilis quasi nigra in grauitate capitis z dolore dorsi: plurimu3 fluxum e naribus ostendit. Vrina subtilis cū acuta febre quasi nigra cū natāte hypostasi cōturbationē corporis z plurimū sanguinem e naribus z crisim cum sudore significat. Vrina subtilis ptinēs nigredini: vel colori sanguinis: acuta in odore: acida in sapore z pungitiua cū hypostasi nigra timorem significat. Vrina subtilis cū incensione febris: z quasi nigra z multu3 oleagina: mortē demōstrat: in infirmo sene epileptiā significat.

De vrina semper grossa.

Vrina semper grossa cū grauitate capitis febrē superuenturā ostendit. Vrina grossa z turbida que nunq̄ fit clara z alia signa h3 bona: laudabilis est. Vrina grossa z nō clarificanda ventositatē grossam et inflatiuā z hypostasi mixtam sigt: quam sursu3 leuat vt nō deorsum descendere permittat. vnde dolorē capitis ostendit presentē vel futurū. Cōmixtio hui⁹ ventositatis sanor hypostasi: prohibet ne clarificetur dū egreditur: sed cū exeat turbida: z clara fit cū refrigescat: quia calor semper eleuat z mouet: frigitudo facit quietam: vnde aqua dulcis siue salsa cum calefiat est turbida: cū frigescat clara. Vrina grossa cū grauitate capitis bona. Vrina grossa multa cum dolore epatis dissolutionē mōstrat doloris. Vrina grossa z turbida sine hypostasi mala. Vrina grossa cū hypostasi furfurea pustulas in vesica sigt. Vrina q̄si lactea in principio febrꝭ mortalis. Vrina grossa z multa i febre acuta mala. Vrina grossa z lactea z in vomitu eruginosa siccitate lingue superueniente mortalis. Vrina viscosa cū dolore renū mala. vrina multa plus q̄ sit cōsueta vel parua in febribus mala. vrina maior aqua bibita cōsumptionē corporis significat. plusq̄ soleat mundificationē corporis. in ieiunātibus vel sedentibus inanitionē humiditatis substātialis: z consumptionē mēbroꝝ. vrina multa z spissa sine cōsumptione: multitudinē humiditatis significat. vrina multa cum grauitate corporis z colico dolore: bona. in liquore z colore exiēs sine dolore: dissolui dolorē significat maxime cū hypostasi alba z grossa z viscosa vel mucosa. vrina multa z grossa in passione colica laudabilis. vrina multa z viscosam habēs hypostasim vel mucosam: laudabilis in dolore arthetico. vrina multa z grossa in yleo laudabilis: maxime si albam hypostasim habeat. vrina multa z spissa grossa vel parum rubea abūdantiā sanguinis demōstrat. vrina multa in tēpore augmētate febris: z cū multa hypostasi: calorē z defectionē sigt. vrina diu exiēs cū hypostasi multa in febre diuturna: dissolutionem febris significat. vrina multa z alba z saniosa epilepsiā significat. vrina multa z subita z quasi sanguis incisionem venaꝝ in renib⁹ significat. vrina i ictericis plusq̄ oportet etsi citrinitati attineat: pessima: q: hydropisim significat: q̄ cū venerit: multitudo vrine laudabilis ē: quā aliquādo oportet artificialiter fieri multā. vrina aliquādo multa aliquādo parua: in febre acuta pessima est: z in leni diuturnitatē morbi significat. vrina parua in acutis febribus est pessima: si hypostasis alternetur in diuerso colore molesta erit: maxie in reumaticis. vrina parua paulatim exiens z guttatim pessima. vrina parua z rubicūda longitudinē morbi significat. vrina parua z subtilis z q̄si sanguis mala. vrina parua z grossa in febre acuta: pessima est: maxime in fluxu vētris. vrina fetida putredinē z nature mortificationē significat. vrina si se tinxerit dolorē habētibus capitis: spasmū denunciat: vrina sine volūtate exiens cū renum sanitate z vesice pessima est: z morti vicina.

De hypostasi grossa.

Hypostasis q̄si farina grossa in febre diuturna cū signis alijs bonis: dissolutionē febris significat et apostematis: si in illa qualitate permanserit post eruptionē apostematis: mortale z pessimū erit: maxime si cū vrina alia appareant signa pessima. Hypostasis multa cū febre cōtinua: si febris nō muteť vel minuať: cōsumptionē corpis significat. Hypostasis quasi sanguis z sanies longitudinē morbi significat. Hypostasis furfurea: z vt sanies colorata cū sanitate renū z vesice: rigorē febris significat. Hypostasis multa z rubea cū laudabili liquore z naturali post septē dies dissolutionē febris sigt. Hypostasis natans

⁊ nō in fundū descendens: cū sudore ⁊ accensione hy
pocundrie ⁊ dolore timenda est. ¶ Nebula preter
crisim apparens morbi demonstrat reuocationem.
Nebula rufa acumen morbi significat. Nebula qua
si farina grossa morbi diuturnitatem. Nebula nigra
alienationē mētis. Nebula nigra in febre peryodica
⁊ sine interpolationis custodia: febris mutationē in
q̄rtanā sig̃t. ¶ Urina in superficie spumosa in febre
acuta dolorē capitis nūciat. Urina spumosa si sit vi-
scosa ⁊ sine mala significatiōe alia bona erit. Urina
spumosa in sup̄ficie sicut vuea dolorem renū sig̃t.

¶ Superius determinauit auctor de hypostasi glauca ru
fa rubea ⁊ sic de alijs: hic de citrina. Tunc sequit̃ illa pars in
qua determinat de coniūnctione coloris hypostasis cū liquo
re que fuit superius diuisa cōtra predictas: ⁊ illa pars hic in
cipit: Cū de natura vniuscuiusq; hypostasis. ⁊ s̄m hoc sunt
due partes principales in presenti lectione. Prima diuidit̃
in duas. In p̄ma diuidit hypostasim citrinā. In scda de mē
bris diuidentibus agit. scda ibi: Diuersa in liquore sunt. et
ista scda in duas. In prima determinat de hypostasi citrina.
Secūdo de nigra. scda ibi: Nigra hypostasis oīno est pessi-
ma. Prima in duas. In prima determinat de hypostasi ci-
trina. In secūda mouet obiectiones sophistarū ⁊ soluit. secū
da ibi: Reprehendūt tamē nos quidā dicentes. Prima in
duas. In prima determinat de hypostasi citrina in genera
li. In secūda in speciali. secūda ibi: Subtilior q̄ oporteat. ⁊
ista scda in duas. In prima determinat de hypostasi citrina
exeunte temperamētū p̄pter subtilitatē ⁊ grossitiē. In se-
cunda p̄pter partiū diuersitatē. scda ibi: Granosa ⁊ diuer-
sa lapidem. ⁊ ista secūda in duas. In prima narrat. In secū
da suā narrationē declarat. scda ibi: Materia grossa ⁊ visco
sa si poros. Tūc sequitur illa pars in qua mouet obiectiōes:
⁊ illa in duas s̄m duas obiectiōes quas mouet: ⁊ soluit. se-
cunda ibi: Obijcitur etiā quare vrina. Tunc sequit̃ illa pars
in qua determinat de hypostasi nigra in generali. In secun
da in speciali. scda ibi: Certa in pditiōe est. Prima in duas.
In prima determinat de hypostasi nigra. In secunda de vi
ridi ⁊ plūbina que sunt vie in nigrā. scda ibi: Et ideo viri-
dis ⁊ plūbina. Illa pars in qua determinat in speciali de ni
gra diuiditur in duas. In prima narrat. In secunda confir-
mat. secūda ibi: Quidā antiquorū de nigra hypostasi. Tunc
sequitur secūda pars principalis lectiōis. ⁊ illa in quattuor.
In prima determinat de cōiunctione hypostasis albe cū li
quore suo. In scda de piūctione rufe hypostasis cū liq̄re cū
quo pueniт: ibi: Rufa hypostasis liquori grosso. In tertia
de glauca: ibi: Glauca hypostasis. In quarta de rubea: ibi:
Rubea hypostasis. scda istarū quattuor diuiditur in duas.
In prima proponit quod intēdit. In secunda mouet obie-
ctionē ⁊ soluit. scda ibi: Scio tn̄ me reprehendēdū. Hec est
diuisio ⁊ sententia lectionis in generali: ⁊ per consequens
totius libri.

¶ Hic primo dubitatur super hoc quod dicit auctor in l̃ra.
q̄ citrina hypostasis si sit cū febre significat materiā chole-
ricā ⁊ post longū tempus salutē morbi: ⁊ ita innuit q̄ signi
ficat morbū longū. Contra superius dixit q̄ significat mor-
bū cholericū: sed morbus cholericus est breuis ⁊ nō lōgus
ergo male dicit hic. Ad hoc dico q̄ longitudo morbi potest
esse duobus modis. Aut cōparando vnū morbum ad aliū:
vt melācholicū ad cholericū ⁊c. ⁊ sic nō loquit̃: ⁊ sic obijcis:
aut cōparando vnū morbū ad eundē: ⁊ sic loquit̃ in littera.
vnde citrina hypostasis significat choleram indigestā: vnde
significat morbū longū respectu illius: que significat chole
ram digestā. ¶ Secundo dubitatur sup̄ hoc qd̄ dicit post-
ea in littera q̄ citrina hypostasis si appareat sine febre signi
ficat humores cholericos vel phlegma nō bene coctū. Con
tra omne quod descendit̃ ab alio attestat̃ ei a quo descendi-
tur: sed phlegma est albi coloris: ergo hypostasis attestans
phlegmatici: debet esse alba ⁊ non citrina: ergo male di-
cit. Ad hoc dico q̄ citrina hypostasis quandoq; attestatur
phlegmati. Et tu obijcis. phlegma est albi coloris. dico q̄ ve
rum est in statu naturali: sed phlegma quando putrefit cō
uertitur quandoq; in citrinū colorem. ⁊ hoc modo citrina
hypostasis phlegmati poterit attestari: ⁊ sic loquitur in lit-
tera. Uel dicēdū q̄ auctor nō accipit phlegma p̄ phlegma-
te naturali: sed p̄ dulci vel salso: quibus permiscet̃ aliq̄ por-
tio cholere: ⁊ sic adhuc hypostasis citrina phlegmati pote-
rit attestari. ¶ Tertio dubitatur q̄ hypostasis nigra sit de
terior: vtrū illa q̄ causatur a calore adurēte vel a frigido mor
tificante. q̄ hypostasis nigra que causatur a calore aduren
te sit peior: videt̃: q: illa hypostasis est deterior que signifi-
cat fortiorē hostem esse in corpore: sed nigra hypostasis cau
sata a calore adurēte est hmōi respectu causate a frigiditate
ergo ⁊c. Probatio minoris: q: dicit Auicen. q̄ caliditas est
fortior actiua q̄ frigiditas. vnde licet tā caliditas adurēs q̄
frigiditas mortificās sint ptrarie ⁊ corpori inimicent̃: tamē
caliditas cū sit fortior erit deterior: g̃ ⁊c. Cōtra dicit Auicen.
q̄ frigiditas vltimata siue mortificans est ipsa mors caloris
innati: s; nihil est deterius in corpore q̄ illud qd̄ significat
mortē caloris innati: g̃ nigra hypostasis causata a frigidi-
tate mortificāte est peior q̄ causata a calore adurēte cū hoc
significet. Et hoc concedo quia a nigra causata a frigiditate
mortificante nō est spes salutis: tn̄ a nigra causata a calore
adurente est quandoq; spes salutis: vt videmus in solutiōe
quartane vbi apparet hypostasis nigra: q: humores adusti
exeunt cū vrina ⁊c. ¶ Ad primū argumentū in cōtrariū di-
co q̄ lic; caliditas sit fortior: nō tamen in omni corpore: vt
patet in proposito: frigiditas eñ vltimata omnino est repu
gnans vite: ⁊ p̄pter hoc fortius ⁊ violentius inducit perdi
tionem q̄ caliditas: q: caliditas aliquā cōuenientiā habet
cū vita: que stat p̄ calidum ⁊ humidū. vnde caliditas est ami
ca nature: frigiditas v̄o oīno inimica: ⁊ p̄pter hoc oīa fri
gida in quarto sunt venena: non tamē omnia calida in quar
to vt piper ⁊c. Et tu obijcis caliditas inducit maiorē dolorē
q̄ frigiditas: ⁊ dolor prosternit virtutē ⁊c. dico q̄ frigiditas
maiorē dolorem inducit causaliter: verūtamē q: mortifi-
cat mēbrū ⁊ stupefacit hmōi dolor nō sentitur: sed caliditas
acuit sensum: vnde facit dolorē sentire: cū dolor nihil aliud
sit q̄ sensus rei ptrarie. ¶ Quarto dubitatur super hoc qd̄
auctor determinat in littera de hypostasi viridi. videt̃ q̄ hy
postasis nō possit esse viridis: q: hypostasis est sup̄fluitas
tertie digestiue: sed fortior digestio est in membris tertie di
gestiue ⁊ vlterior q̄ in secūda digestione: ⁊ viridis hyposta
sis generatur a fortissima ⁊ excedēti digestione: sed in secun
da digestione vt in epate ibi est debilior digestio: ⁊ calor mi
nus excedens a quo nō potest generari humor viridis: er-
go multo magis nec in tertia digestiua: vñ si cholera prassi-
na vel eruginosa generantur in corpore: ⁊ hoc nō est in epa-
te immo in stomacho vt dicit Auicē. Itē dicit superius q̄ ex
eadē materia generatur sudor ⁊ hypostasis: sed sudor nō po
test esse viridis: ergo nec hypostasis. In cōtrariū est auctor
in littera determinans de hypostasi viridi ⁊ plūbina. Pre
terea hypostasis nigra que significat adustionem cōpletā
est passibilis in tertia digestiua: vt dicit in littera declarans
de ipsa: ergo multo magis hypostasis viridis significans
adustionē inchoatā erit passibilis in tertia digestiua. qd̄ cō
cedo. ¶ Ad primū argumētū in cōtrariū dico q̄ secus est de
secunda digestione ⁊ tertia. In secūda etiam digestione est
epar qd̄ est mēbrū nobile deseruiēs toti corpori qd̄ est fons
⁊ radix totius digestionis: ⁊ propter hoc in ipso non potuit
generari humor viridis qui significat ventositatem: sed in
tertia digestiua bene potuit: quia membra tertie digestiue
non sunt ita nobilia. Uel dicendū q̄ ex operatione tertie di-
gestiue nunq̄ generatur hypostasis viridis per generatio-
nem: immo per decisionem: quia bene potest esse q̄ a chole
ra prassina eruginosa in stomacho generata poterit descīdi
in tertia digestiua aliquid et exibit cū vrina ⁊c. Ad secundū
dico q̄ sudor significat materiā nature obedientē ⁊ subtilē:
⁊ v̄tutis fortitudinē: ⁊ q: color viridis nunq̄ cōpatitur ma-
teriam obedientem nec subtilem: immo grossam: propter
hoc non potest apparere in sudore color viridis: sed in hy-
postasi bene potest: quia bene pcpatitur materiam grossam

que debet emitti per hypostasim. ¶ Quinto dubitatur super hoc qđ dicit postea in littera: q rufa hypostasis cū grosso liquore nō cōuenit. Contra color rufus in vrina bene cōuenit cū grosso liquore: ergo similiter ī hypostasi: vel quare nō. Itē arguo sic sicut sophiste: q2 alba hypostasis significat maiorē digestionē q̄ rufa: ⁊ tñ alba potest cōuenire cum grosso liquore: ergo multomagis ⁊ rufa. Ad hoc dico q rufa hypostasis nō cōuenit cū grosso liquore: vt dicit in littera ⁊ causa huius est: q2 rufa hypostasis significat digestionem quasi completā: vnde vrina est albe hypostasi q̄ significat cōpletam digestionem: sed grossus liquor significat indigestionem: ⁊ quia impossibile est digestionē ⁊ indigestionē simul esse in eodem: ꝓpter hoc ⁊c. ¶ Ad primū dico q secus est de vrina ⁊ hypostasi: q2 color rufus in vrina est a materia a qua descendit: vt a cholerica materia q̄ pōt esse indigesta: sed color rufus in hypostasi semꝑ est per viam digestiōis ⁊ propter hoc ⁊c. Alia causa est quia veri9 iudicamus per hypostasim q̄ per vrinā: ⁊ propter hoc maior digestio requiritur in hypostasi. vñ oportet q sit digesta in liquore ⁊ colore nō sic vero in vrina: immo pōt esse digesta in colore ⁊ nō in liquore. Iterū facilius est dare liquorē in hypostasi q̄ colorem: ⁊ ꝓpter hoc oportet de necessitate q si hypostasis sit digesta in colore q sit ⁊ in liquore: ⁊ propter hoc ⁊c. Ad secūdum dico q quedam est albedo in hypostasi que attestatur indigestiōi ⁊ talis ↄuenit cū grosso liquore: ⁊ sic obijcis. Est alia albedo que significat digestionem completam: ⁊ de tali nō est verū q cōueniat cū grosso: immo cū subtili semper ⁊ similiter rufa: q2 significat digestionem cōuenit cum subtili ⁊ nunq̄ cum grosso: ⁊ hoc modo intelligit in littera.

¶ Ultimo dubitatur super hoc qđ dicit versus finem lectionis q illa hypostasis que significat completam coctionem sanguinis d3 esse coloris sandaracini et liquoris turbidi. Cōtra superius dixit q illa q̄ sigt cōplemētū digestiōis sanguinis: d3 esse liquoris mediocris ⁊ nō turbidi. Ad hoc dico q complementū digestionis sanguinis quandoq3 est in termino cōplementi: ⁊ tunc debet esse hypostasis hoc significans liquoris mediocris: ⁊ sic loquit superius. Uel potest esse complementū non in termino: sed circa terminū: ita q ille sanguis sit nature obediens: ita q exeat aliquid eius cū hypostasi: ⁊ sic liquor est turbidus: ⁊ hoc modo loquitur in littera.

¶ Finiuntur Urine ysaac cū vberrimis cōmentarijs doctissimi viri Petri hispani.

¶ Liber febrium ysaac israelite filij adoptiui Salomonis regis arabie.

¶ Prologus in eundem Constantini monachi.

Quoniã te charissime fili iohãnes lachrymas mesto cordis dolore ppetiz effũdere, pspexi eo ꝙ exilio nimiꝙ calamitatis merore extenuatũ in vltima paupertatis inopia te psistere fatebaris: presertim cũ in litterarũ valitudine imbecillis permanẽs: ꝗcũꝗ medicine artꝭ solida lõgo tẽporis interuallo penetraueras: ignaniter in breui obliuioni traditurũ te manifestabas. Vñ ego Cõstantinus cassianensis monachus magno pietatis amore cõmotus: te paterna charitatis dilectione familiariter suscepi: ꝛ ꝗ medicine artꝭ vtilia scripta seu in mẽte imaginata habui: proculdubio tibi anhelãti animo cõcedere nõ negaui. Atꝗ quoniã generũ ꝛ specierũ febrium diuersitates tibi super omnia difficiles videbantur esse: meꝗ humilibꝰ petitionibꝰ ꝛ dulciũ verborũ precamine indesinẽter orauerat: vt in modico volumine omniũ febriũ differẽtas tibi planissime dictarẽ: tanti licet operis laborẽ hesitãs diu facere denegaueram: multo tamẽ ac supplici precamine monitus: ꝗ tu nullo modo cessaueras: tue flexus petitioni hunc librum trãstuli ex arabica lingua in latinã: cuius verba quisquis legendi summa assiduitate perfecte intenderit: causas ꝛ accidentia vniuersas febres ostendẽtia agnoscere poterit. Quibus itaꝗ cognitis: curas earum leuissime impendere sciet.

¶ De libri diuisione. Cap. j.

Liber iste in quinꝗ diuidit̃ partes. Prima est de essentia febris eiusꝗ diffinitione: febris naturã ꝛ causam vniuersaliter ostendente. Secunda de ephimeris in tribus spiritibꝰ generatis: quorũ primus vitalis spiritus dicitur: cuius fundamentum est cor: a quo procedit ad totum corpus omnia eiꝰ mẽbra viuificans. Secũdus aũt aĩalis spũs nuncupat̃: cuiꝰ fundamẽtũ est cerebrũ: ꝛ ab eo in totius corporis mẽbra venit: sensus ei prestãs ꝛ volũtariũ motũ. Tertius spũs naturalis vocatur: fundamentum cuius est epar: ꝛ ab illo ad totum corpus tendit: omnibus mẽbris quattuor virtutes dãs naturales: que videlicet sunt appetitiua: retẽtiua: digestiua: ꝛ expulsiua. Vnicuiꝗ mẽbro necesse est ꝙ sit virtus appetitiua: calida: ꝛ sicca ẽm naturã cholere rubee: vt desiccet humiditatem cibi: ꝛ attrahat eam ad se. Necesse est etiam ꝙ vnũquodꝗ mẽbrũ virtutem habeat cõtentiuã: cuius natura sit ẽm cholerã nigrã: vt cõtineat cibũ quousꝗ digestio sua cõpleuerit suã actionẽ in eo. Cõuenit iterũ in eis virtutẽ habere digestiuã ẽm sanguinis naturã existentẽ: quatinꝰ digerat cibũ cõtentũ: ꝛ in suã muter essentiã. Virtus aũt expulsiua phlegmatice nature existens: fit necessaria: vt per eã superfluitas ꝛ fex cibi expellatur a mẽbris. Tertia pars est ethica: que nuncupatur phthysis que innascitur in solidis membris sicut ĩ carne: venis: lacertis: cartilagine: ꝛ his similibꝰ. Quarta de acutis est febribus ꝛ accidentibus eas cõcomitãtibus: sicut freneси: pleuresi: variolis: desudatiõe: ꝛ his similibus. Quinta de putridis febribꝰ ꝗ sunt in humoribus: in sanguine videlicet ꝛ phlegmate: ꝛ in vtraꝗ cholera. Omnis enĩ cibus corpꝰ ingrediẽs cũ nõ totꝰ sit laudabilis clarũꝗ creãs sanguinẽ: necesse ẽ vt a natura digerat̃ ꝛ mũdificet̃ eiusꝗ fex cũ egestiõe expellat̃. Si de pma digestiõe fuerit: que constat in stomacho: aut per secessum: aut cum vrina. Si de secunda sit in epate existente: aut cum sudore: aut cũ sputo alijsve modis per oculos: p nares: ꝛ p alia loca egredientibus eijciatur. Si de tertia digestione in omnibus mẽbris existente: fit humor vnicuiꝗ parti corporis preparatus. Sunt ꝛ alia que licet separentur a sanguine: quodam tamẽ modo regimentuꝫ sunt corporis: ꝗuis nõ sunt nutrimẽtum aut cibus sicut vtraꝗ cholera ꝛ phlegma. Ideoꝗ natura quedam eis preparauit loca: fel videlicet cholere rubee: splenẽ cholere nigre: stomachum pectus ꝛ pulmonem phlegmati. Idcirco quodcũꝗ horũ augmentatũ fuerit: sueꝗ qualitatis modum excesserit: egredictur a loco suo: natura enim illud odio habens deserit nec regit ipsum. Permanens ergo in concauitate membrorum: seꝗ conculcans calefit ꝛ putrescit generatꝗ febrem putridam ẽm naturam putredinis generatam. Nascitur hec febris cum quilibet horum quantitate augmentatur: sed non propter detrimentum alterius qui ei oppositus est: nõ enim ipse a loco suo proprio egreditur: aut putrescit in humore ei contrario diminuto: sed tantum cum virtus eius corpori dominetur: ꝛ conuertit illud in suã qualitatem: atꝗ morbus generatur ẽm suam naturã. vnde Gal. phlegma inquit in corpore augmentatum si putrefiat: febrem generat: si autẽ non putrefit: rigorem sine febre facit aliquantulum.

¶ De quattuor inquirendis. Cap. ij.

Oportet eos qui volunt aliquid inuestigare: primum hec quattuor ante animuꝫ suum ponere: id est an sit: quid sit: quale: ꝛ quomõ sit: ꝛ quare sit. Et quia omnis interrogatio fit quattuor modis: necessario ꝛ responsio est quadruplex: verbi gratia si queratur vtrum medicina sit: decet responderi vtiꝗ si credatur medicine. Ecõtrario respondendũ est si nõ ei credat̃. Quid sit inuestigatur de rerũ essentia: ideoꝗ nõ potest responderi nisi data diffinitione suam naturã ostẽdente: queadmodum interroganti quid est medicina: dicendum est: medicina est scientia regendi complexionem naturalem ꝛ conuertendi eam que est extra naturam ad naturalem. Qualis ꝛ quomodo sit ostendatur ex subsequenti descriptiõe: sicut si dicatur qualis est medicina: respõdẽdũ est rerũ naturalium rationabiliter cõprehẽsiua: ꝛ cum eis put necesse est operatiua. Quare sit medicina si interrogemur necesse est vt respondeamus propter quattuor hanc fuisse ꝗ dominantur medicine: id est materiam formam artificem ꝛ perfectionem medicine videlicet pertinentes. Querenti ergo quare sit: dicemus medicinam esse causa necessitatis integritatis corporum: que cum sint temperata cum nutrimẽto custoditur ꝛ seruat ea in propria sua sanitate: ꝛ reuocat ea ad sanitatem cuꝫ a temperamẽto sunt egressa. In hac ergo responsione sunt illa quattuor que medicine ptinere diximus: materia enĩ medicine sunt humana corpora: ei videlicet subiecta. Forma medicine tẽperamentũ est complexionis corporis sueꝗ cõpositionis perfectio. Artifex est cibus ꝛ medicina: ꝛ medicus cuꝫ eis operans. Perfectio regimẽtum est sanitatem custodiens ꝛ infirmitatem ad sanitatem reducens: hec est intẽtio et causa quare sit medicina. ¶ Palam ergo est quid sit: quare sit: qualis sit: ꝛ quomodo sit medicina. Si querit̃ vñ sit medicina: necesse est vt inuestigetur rerum essentia in eo ꝙ sunt ex natura. Sed tamen qualis ꝛ quomodo sit non est inuestigandum nisi tantum ex sola rerum essentia: proinde sufficit responderi de materia ꝛ forma. Quare sit: etsi non solum inuestigari cõueniat ex rerum essentia: sed etiam perquiri ex sua causa: necesse est responderi de quattuor rebus quas superius diximꝰ. An sit quoniam nõ interrogatur nisi ad sciendum vtrum inuenta necne: sufficit hec responsio: si illam habuerit naturam: ecõtrario si caruerit. Quod si reprehẽderint nos sophiste dicẽtes: quare tacuisti qualis sit cũ eius inuestigatio nõ esset nisi ex rerũ essentia videlicet vtrum esset necne: quemadmodum dicimus homo est animal rationale mortale an non. Respondendũ est eis nõ sequitur. vestra interrogatio falsa est ꝛ corrupta. Vnam enim propositionẽ ꝛ perfectam ꝛ necessariam essentialiter inuestigatã que nullo modo potest destrui nisi ablatis rebus quibus est inuenta opposuistis alij impfecte superficiali que etiã est possibilis poni ꝛ non poni cum suis rebus. verbi gratia. ratio est essentialiter in homine: ꝗ impossibile est ab eo rationem separari nisi ablata sit humanitas: propterea nequimus hominem dicere non esse rationalẽ nisi abusiue. Necesse est igit̃ respõdeamus de quali quo modo ꝛ qualiter sunt ex substãtia rerũ. hec enĩ interrogatio nil aliud significat nisi de quali sit abusiua vel absoluta interrogatio ex sequentibus rebus ꝛ eius pprietate inuestigata: vnde conuenit respondentibus multis modis reuoluere questionem donec securi fuerint et firmi de proprietate que interrogatur: que videlicet interrogatio si vera vid-

itur esse: affirmet. si falsa negetur. Unaqueqꝫ enim res multas ⁊ diuersas habet proprietates: quia quedam proprietas a substantia est inseparabilis: vt calor ab igne: risus ab homine. Sunt ⁊ alie proprietates rerum assequentes quemadmodū canicies in homine. Sunt ⁊ alie proprietates rerum accidentia ostendentes sicut vistio ignem: litere ⁊ artificia hoiem. Qd cum ita sit: necesse est nō respōderi de qualis sit nisi questio prius reuoluatur ⁊ inuestigetur vt proprietas de qua sit questio pateffiat. verbi gratia. Si fuerimus interrogati qualis sit homo: respondemus homo est compositus ex multis qualitatibus ac diuersis rebꝰ: sicut risu litteris arte canicie: ⁊ his similibꝰ. De qua igitur harum qualitatū dixerint videamus quā si viderimus esse veram: oportet nos eam affirmare ⁊ falsam negare. Palam ergo est ꝙ omnis questio debet esse responsioni opposita: ⁊ sm numerū questionis debet esse numerus responsionis. Interrogatio autē est quattuor modis: et eodē modo necesse est responsio fiat: qd palā ostēdit Aristote. cum dicit. Inuestigatio rerum inquit cū equali sit numero. qd optime dicit: equalis enī numerus quattuor habet angulos. verbi gratia: quattuor longitudo sunt duo ⁊ latitudo duo: quoniam latitudinem si sm longitudinem multiplicauerimus fiūt quattuor. Sed reprehendimur a sophistis dicētibus: cur aristotelicam intentionem non dixisti esse de nouē: inuenimus enim nouem quattuor habere angulos: quia eius lōgitudo sunt tres ⁊ latitudo tres: ⁊ si multiplicata fuerit longitudo cū latitudine fiunt nouē. Quibus respondendum est corruptam propositionem duobus modis opposuisse. Primū quia si Aristote. intentio nō esset de quattuor: oporteret eum mōstrare de quo alio numero quattuor angulos habente sua fuerit intentio sicut sexdecim vigintiquinque: ⁊ iterum trigintasex. hec oīa quattuor angulos habēt. Rursus si eius intentio nō fuerit de quattuor: oportuerat eū dicere quadrangulo secundo vel tertio vel quarto. Alioquin qttuor est prior ⁊ dignior omī quadrangulo ⁊ p eū totius numeri fit complementum. verbi gratia: incipiamus ab vno qui est elementum et causa numeri: cui si iūgimus duo que sunt initium numeri fiunt tres: quibus si addimus tres que sunt ei vicinantes fiunt sex. Deinde si ponimus quattuor que sunt ei naturaliter vicini fiunt decem: fit itaqꝫ numerus completus. Palam igitur est ꝙ si aristotelica intentio de numero non fuerat nisi de quattuor. Et licet diximus oēm questionem fieri quattuor modis: dicimus tñ quoniam tunc fit quadruplex cum essentia rerum est sensualiter incomprehensibilis: sed cum sensui patet non est necesse vt prima questio dicatur: id est an sit: interrogare enim vtrū homo sit necne maxima stulticia est: nam si insipiētibus est hoc cognitum: quātomagis ⁊ sapientibus. Palam enim patet sensui: quod testatur Aristote. in libro qui dicitur apodexia: omnē inquit scientiā q̄ nostro cognita est intellectui accepimus ab alia sciētia: sic enim vna ab alia procedens venit ad eam scientiam que non habet mediocritatem in se et nostrum intellectum. nulla ergo est querendi necessitas vtrum sit homo an non: quia sensualiter potest hoc inueniri: sicut cū dicatur omne duo est par: ⁊ omnis numerus aut par aut impar: ⁊ omne equale si minuit ab equali necesse est qd ex eo permanet sit equale: huiꝯ sciētie nulla est mediocritas inter se et nostrum intellectum: sed conuenit inuestigari qd sit ⁊ quomodo sit ⁊ qualis sit ⁊ quare sit. Igitur si fuerimꝰ interrogati quid sit homo: hō est animal rationale mortale. hec itaqꝫ diffinitio est ei propria: ⁊ suam ostendit naturam: atqꝫ facit eum differre ab alijs animalibus: quoniam animal est suum genus et elementum: ⁊ eius forme subiectum: ratio autem et mortalitas sunt eiꝰ species ⁊ forma. de qualis sit sic est respōdendum: homo est cōpositus ex anima immortali ⁊ sempiternali ⁊ de corpore destructibili ⁊ dissolubili: testatur autem sempiternalem esse animam post corporis separationē. Varietas qua ipsa in eternū nō indiget ⁊ motio eius que fit per se substantialiter ⁊ non per aliud: oē inquit qd per se mouetur est indestructibile ⁊ infinitū. Sꝫ corpus monstratur esse destructibile ⁊ finitum per motum eius que fit de contrarijs oppositionibus: ⁊ de eius operatione vnius in alium: et quia semper naturaliter volunt cōuerti ad sua elementa. Sed potest a quibusdā nobis obijci dicentibus: quoniam cōtrarietas est ablata ab anima cum illam sensualiter videamus contrarium recipere. Videmus eam enim mutari de scientia in stultitiam et ecōuerso que vtiqꝫ sunt contraria. Quibus sic fiat respōsio: scientia ⁊ stulticia non accidunt anime substantialiter sed qualitatiue: quia anima essentialiter est vna: id est substātia incorporea corporis completiua: naturalis videlicet ⁊ instrumentalis vitam in potestate habentis: anima ergo essentialiter nullam habet contrarietatem: quare sit homo si fuerit interrogatio: fiat illa responsio. Homo enim cum sit de naturali corpore constitutus: est organum rationalis anime: vt cum eo rerum veritatem discernere valeat: et cum eo operetur sm ꝙ rationi attinet. Sed si dicatur quare sit homo rationalis: Respōdendum erit hoc modo: vt discernat bonum a malo: verum a falso. Ratio enim nil aliud esse conspicitur nisi discretio boni a malo. Igitur quia cōpleuimus de quo sit homo ⁊ quomodo et qualis sit ⁊ quare sit: subsequēs est vt incipiamus de febribus quid sit ⁊ qualis sit ⁊ q̄re sit: supuacuū et magna stultitia est interrogare an sit cū ipsa sensui pateat. Est ergo incipiendū de febre quid sit hac enim inuestigatione essentia rerum ostēditur.

De febris diffinitione. Cap. iij.

FEbris est calor preter naturam in initio petens cor per mediocritatem: deinde subito se diuidens cū calore naturali per totū corpus naturali nocet actiōi. Extraneo enī calore ad cor accedente naturalis egreditur a temperamento: cumqꝫ ipse per totius corporis membra diuiditur vt eis vitam tribuat: quia est egressus a suo temperamēto: necesse est vt membra eum recipiāt in ea qualitate qua est. vnde calefacit et vrit ea: generatqꝫ toti corpori febrem actioni naturali subito nocentem. Palam ergo est ꝙ febris nil aliud est nisi calor extra naturam prius actioni nocens naturali. Sed cum absolute dicimus calorem: ostenditur calor febrilis et alij calores sicut naturalis corporis regitiuus et alius calor extraneus: sicut solis ignis balneorū ⁊ his similiū. Eūqꝫ dicimus calorē extra naturā: discerni oportet a naturali calore corporum regitiuo: q: calor naturalis semper est ab aīalibus inseparabilis: ⁊ calor febris est extraneus et ab eis separabilis: sed cum diuiditur per totum corpus: licet naturali nocet actioni: differt tamē a naturali ⁊ ab alijs caloribꝰ sicut a calore solis balnei ignis ⁊ his similibus. horū enim calor q̄uis sit extra naturam insimul tamē exteriora ⁊ interiora corporis non calefacit: neqꝫ actioni nocet naturali. et postq̄ ei noceat: tamen lesio non est primitiua: quia primum mutatur ad febrē: deinde febris nocet actioni. Illud ergo nocumentū est propter febrem et nō propter solis calorem. Eū naturalem dicimus actionem: intelligenda sunt cibi appetitio: somnus et vigilia sedere ambulare: ⁊ alia multa his similia: hec enim omnia deficiunt et mutantur propter febrem. Ideoqꝫ febris est morbus molestior: eiusqꝫ disputatio dignior: quia omnes morbi preter febrem vni tantū membro eueniunt: ⁊ permanentes aliquo temporis interuallo: nec subito actioni naturali nocēt sicut podagra hydropisis melancholia ⁊ his similia: nam vnaqueqꝫ egritudinum harū vni corporis membro accidit: et non omnibus

febris autem econuerso: quoniam per eam corpus intus ⁊ extra patitur. Nocet etiam spiritibus ⁊ virtutibus animatis actiōibusq̄ naturalibus. Et licet dicamus febrem actioni naturali esse nocitiuam: nō tamen eam destruit. Actio enim naturalis nunꝙ destruitur: nisi cum fit separatio anime ⁊ corporis. Et si reprehendant nos quidam sophiste dicentes: quare calor extra naturam prius ad cor per arterias veniat: ꝙ ad cerebrum per neruos: et ad epar per venas: Respōdendum est: cor enim scimꝰ naturaliter calidius ⁊ siccius cerebro ⁊ epate: q: fundamentum caloris naturalis est: ⁊ ab eo ad totius corporis membra ꝓcedit. Arterie etiam calidiores ⁊ sicciores sunt venis et neruis naturaliter: ⁊ sunt vie caloris naturalis: precipue si aliqua harum sanguinem habuerit ⁊ spiritus leuissima est: et velocissimū hꝫ motū. Cor ḡ ⁊ arterie: q: sunt calidiores ⁊ sicciores naturalr: necesse est vt calor extranaturā citiꝰ adhereat eis ꝙ neruis ⁊ venis ꝓpter siccitatē et similitudinē quā habent. verbi gratia: ignis citius in siccis lignis ꝙ in humidis ⁊ viridibus incenditur propter societatē quā vtraq̄ habēt cū siccitate. Similiter hac rōne credendū est: q: calor ꝑter naturā accidit velociꝰ cordi ⁊ arterijs calorē ⁊ siccitatē habētibꝰ naturaliter ꝙ alijs mēbris. Sed tū quādā huiꝰ caloris vstionē cor citius ⁊ ꝯtinuo patitur: ⁊ quandam tardius ſm ꝙ est materia febris quemadmodum sanguis: ⁊ cholera rubea: sanguis enim augmentatus et sua vasa egrediens: ⁊ a natura spretus mox putrescit: quia sanguis est calidus ⁊ humidus: cholera rubea: licet cum vna qualitate putredini repugnet: id est cum siccitate: cum calore tamen illi conuenit. Sunt et alie materie que sunt tardiores: sicut cholera nigra putredini repugnās cum vtraq̄ qualitate: et phlegma cum frigiditate. Sed reprehendimur a sophistis nobis dicentibus: si veridicus est sermo quem dicitis vt nulla putredo fiat nisi cum materie regimentum a natura relinquitur: sanguis enim quomodo a natura dimittitur cū oībꝰ pateat ꝙ sanguis sit eius fundamentum ⁊ ab eo ad totū corpus procedat: et per eum confortetur: atq̄ ipse sit eiꝰ nutrimentū. Quibus respondendum est: sanguis licet sit amicus nature: tamen cum fuerit temperamentum egrediens augmentatur: et naturam aggrauans odio tenetur ab ea: qui quoniam ab illa non regitur nec custodit: necesse est vt putrefiat ei: sicut videmꝰ patrē filiū spernere ⁊ a se expellere cū ei sit inobediens: ⁊ tū dilectꝰ est. Qui iterū si dixerint quomō febris possit fieri de phlegmate cū phlegma naturalr sit oppositū febri. febris eñ ē calida ⁊ sicca: phlegma vō frigidum ⁊ humidū. Respōdebimus ita: diximꝰ febrē nō posse creari de phlegmate in sua natura existente: sed cum egredit a suo naturali loco suaq̄ natura: ⁊ ebulliens putrefit. ex ebullitione vero accidētalem sumit calorē: qđ plenius sumus scripturi in suo loco cū de putridis febribus disputabimꝰ. ¶ Cōpleta vero hac disputatione: oportet nos inuestigare vtrum possit esse febris aut aliquis morbus de qualitatibus tribus necne. vnde dicamus quia impossibile est trium qualitatum febrem fieri coniunctione: quarum due sint opposite: Est ergo impossibile: vt febris de tribus qualitatibus iunctis generetur: quēadmodum de calore et siccitate ⁊ frigiditate. Frigiditas autem repugnat calori et destruit eū. Similiter de humiditate ⁊ siccitate ⁊ calore fieri morbum impossibile est: quia siccitas humiditati repugnat et destruit eā. Et si aliqui sophiste dicāt: cur negasti morbum esse ortum de tribus qualitatibus: et dixisti vnam esse complexionem de quattuor qualitatibus: cum quattuor magis sint repugnatiue ꝙ tres: tres enim in vno loco repugnant et quattuor in duobus: q: calor repugnat frigiditati ⁊ humiditati ⁊ siccitati. Respondebimꝰ ꝙ humana corpora sunt cōposita de quattuor qualitatibus equaliter adinuicem repugnantibus: ⁊ vna alteri non dominatur: que cum egrediūtur a temperamento suo vt vna superet aliam: impossibile est vt due qualitates duabꝰ alijs dominentur ac eas destruant: quia non est dominatio nisi in vna. nā destructa est ea que sibi fuerat opposita. Sed febrem dicimus habere tres qualitates. eius eñ genus est triplex. Causa est: quia humana corpora tribus modis composita sunt: mēbris videlicet solidis: humoribꝰ ⁊ spiritibus. cūq̄ sint ex tribus composita: necesse est vt eius genus febris sit triplex: vnum in solidis membris sicut carne pinguedine neruis venis cartilagine ⁊ similibꝰ Aliud in humoribus sicut sanguine phlegmate ⁊ vtraq̄ cholera. Tertiū in spiritibus .i. vitali qui est in corde: qđ est fūdamētum caloris naturalis: ⁊ in spiritu animali qui est fundamentum sensus ⁊ voluntarij motus: ⁊ naturali qui est fundamētum quattuor naturalium virtutū: appetitiue retētiue digestiue cibi ⁊ expulsiue. Vnumquodq̄ eñ membrum corporis has quattuor habet: lꝫ tamen stomachus et epar fortius habent has virtutes: nam sunt eis familiares plus ꝙ ceteris membris: q: licet cum eis operentur proper nutrienda semetipsa: i. lam tamen faciant operationem propter omnia corporis mēbra. Proinde quidam antiqui naturam stulto ⁊ iniusto regi assimilauerunt dicentes: quedā enim membra fecit esse delectātia aliorum membrorum actione: quedam etiam fecit esse laborātia causa iuuādi alia. Ipsi etiam arbitrati sunt stomachum ⁊ epar duas ⁊ diuersas habere actiones: quarū vna sit propria ad eius nutrimentū: alia vero sit cōmunis etiā omnibus corporis membris. Fecerunt argumētū de harum actionum diuersitate: ⁊ de remotione earum nō in vno tempore venientium: dicunt enim stomachū in initio vniuersalē facere actionē ⁊ cibū mutare in chilū quasi in ptisanā. deinde suam prout oporteat particulariter facere actionem cuꝫ proprietate quam habet ad digerendum cibum. ⁊ conuertit eum ad nutriendum suam essentiam. Hac de causa estimāt illū duas actiōes habere: propriam scꝫ ⁊ cōmunem. Quorū intentio sic est destruenda: quia argumentum eorū duobus modis est corruptuꝫ. Vno modo si duas virtutes digestiuas propriam videlicet et communem prout dixerant stomachus habet: necesse est vt sint remote ac diuerse: vna scilicet operans in vno tempore: et altera in alio. aut sunt commixte vt vtreq̄ in vna hora faciāt actiones. Et si vniꝰ actio ab alteriꝰ differat actiōe: ⁊ vtraq̄ in vno fuerit loco atq̄ in vno mēbro: impossibile est nō mutari cibū ſm illiꝰ mēbri naturā: sꝫ cōuertit ⁊ assimilat essentie illiꝰ mēbri: quēadmodū videmꝰ cibū oībꝰ mēbris corpis assimilari. Naturalis eñ actio in omnibus mēbris nihil aliud operari videtur nisi conuertere ad essentiam eorum illud qđ fuerit eis simile Stomachꝰ igitur quoniam est vnum membrum: vnā virtutem necesse est habeat digestiuā. Et si ille due virtutes: propria videlicet ⁊ communis duo stomachi loca habuerint: necesse est vt ille stomachi partes cibum pro toto corpore digerentes permaneant absq̄ nutrimento. Propria enim indigent virtute qua cibus possit mutari ⁊ di-

geri et ad eorum similitudinem conuerti: quoniam membra omnia propriam habent virtutem per quã cibus conuertitur ad eorum essentiam: vnde reguntur nutriuntur et augmentantur. Rursus si fuerimus interrogati: vtrum virtus digestiua sit vnius nature: calide videlicet et humide: aut diuerse vt in quibusdam membris sit calide & sicce complexionis: & in quibusdam frigide & sicce: in alijs calide & humide: in alijs frigide et humide. Respõdebimus virtus digestiua in omni corporis membro ca. ẽ & hu. nature. Sed tñ ab vnoquoqꝫ mẽbro quãdã sumit proprietatem: per quam cibum mutat ad eorum similitudinem. quia si aliter esset: omnia corporis membra fuissent equalia in forma et substantia. ossa scilicet caro essent: et caro ossa sic cetera. Item si dixerint: quomodo sensualiter actionem stomachi videmus esse diuersam: si est vna. Nã mõ cõspicimus cibum in ptisanum mutari: & postea videmus ipsum conuerti in substantiam stomachi. Responsio fiat huiusmõi: ꝙꝙ actio virtutis digestiue in stomacho videatur esse diuersa: vna tamen est & eadem: quoniam digestio cibum in stomacho mutãs in ptisanum: est quedam preparatio cibum conuertens ad stomachi similitudinem: deinde finita digestione: quãdam accipit partem stomachus que est ei similis et nutritur ex ea: ceterũ autẽ qđ ex cibo restat sinit abire ꝙ est sibi superfluum. & ideo non dimittit vt alia membra nutriat. sed quoniam stomachum aggrauat neqꝫ ab eo potest retineri. Unde gal. causa inquit nutrimẽti quinqꝫ modis ẽ. Prima est causa scđe & secunda tertie: & sic alie. Prima enim est inanitio humiditatis membrorum & dissolutio eius que fit per corporis poros. Secunda est naturale desideriũ omnib⁹ in membris existens: qđ cogit membra vt appetant cibum. Tertia conculcatio substantie stomachi: aut intestinorum propter meseraicas eum sugentes. Quarta sensualitas stomachi cibi inanitionem sentiens. Quinta est virtus appetitum faciẽs: que fit propter choleram nigram a splene ad os stomachi ascendentem. qua os stomachi mordente fit appetitus. Et si quidam sophiste dixerint: cur nõ dixisti ꝙ causa appetit⁹ sit inanitio. & paupertas cibi i stomacho existẽs: quẽadmodũ dixisti sensum membrorum inanitionem cibi sentiẽtem esse causam euacuandi venas: & venarum euacuationẽ esse cãm premẽdi stomachũ. fames etiã similiter quare stomachum non constringit. Respõdendum est si appetitus sit in stomacho propter venarum et membrorum inanitionẽ: necesse est vt eius actio non sit naturaliter: sed rationaliter. quia cum eius actio fiat propter aliud: & desiderat aliqđ aliud remotum longe ab eo: necesse est fieri cum ratione. quare si possibile est fieri in vna q̃litate: necesse ẽ vt fiat in oĩbus. Opꝫ ergo vt ignis non ardeat nisi cũ volum⁹: aliqđ vrere. Cuius questionis falsitas palam patet intellectui hoc testat̃ hypo. cum dicit. Omnis inquit digestiõis cõplementum fit cum attractione rei attrahende & immutatione eius. & causa attractionis omnis est desiderium: omnis etiam desiderij causa est paupertas eius rei quã desiderat indigentia: cuius sermonis intentio talis est. virtus digestiua non digerit: nisi prius operetur virtus appetitiua que semper est ante digestiuam: similiter appetitiua non operatur nisi prius sit inanitio cibi. Appetitio ergo cibi & inanitio et sensualitas appetitus que est in stomacho: non est propter aliud: nisi propter se: causa videlicet se nutriendi.

¶ Propter quid fit febris. Caplm. v.

Febris fit propter aliquod accidẽs humorem & spiritum calefaciens & eos faciens extra temperamentum exire. qđ tribus modis fit. Est enim causa febrẽ generans: & est alia custodiẽs eã: et est alia qua feb. crescit et augmentatur: sicut videmus in igne eẽ tria. Est enim causa qua ignis generatur: est & alia causa qua custoditur: est & alia per quã augmẽtatur Causa quidem ignẽ generãs est putredo aut vehemẽs motio. quemadmodum aliqđ cũ putruerit: sicut cũ sordities que sese conculcat et constringit calefit et putrescit vritur ac ignẽ generat. Similiter videmus fortem & velocem motum loca calefacere eum circundantia: & ignem generare. hoc testatur molẽdinus qui cum suo motu calefacit aerem sibi vicinantẽ: ꝙ si in motu suo multũ augmẽtetur in sua motione feruendo ignem generabit. Causa ignem custodiens res est eum operiens ab aeris percussione. Et quoniam aeris ictus dupliciter fieri potest: necesse est duo i igne faciat: q: si aer fuerit mobilis ignẽ cũ suo suscitat motu vl' ictu. & ei⁹ adeo ꝯfortat actionẽ in corpore qđ est ei subiectum donec illud diuidat atqꝫ consumat: deinde quia caret subiecto extiguitur. Si vero aer fuerit quietus et immobilis cum sua naturali humiditate: et accidentali frigiditate: ignis superficiem percutiens extinguit: que extincta enecat alteram: sicqꝫ pars partem destruit. et sic omnino ignis extinguitur. Sed reprehendimur a quibusdam de ventis dicentibus: quare inquiunt venti super ignem perflantes eum suscitant et confortant. cum etiam si cum flabellis mouetur aer ignis ilico excitatur. Quibus sic fiat responsio: perflatio ventorum non est causa custodiendi ignem: sed cõsumendi eum. quia venti super ignem insflantes expellunt ab eo cinerem et terrestrem partem corporis qđ est ei subiectum: proinde augmentatur & confortatur. Sed si venti super ignem plus moti fuerint: omnes partes corporis in quo ignis constat aperiũtur. vnde virtus ignis multo magis augmentata deuorat et consumit partes corporis: deinde carẽs subiecto extinguitur. Uenti ergo nõ sunt ignis custoditiui. nulla enim causa custodit ignẽ nisi ea que tegit eum ab aere ne extinguatur ab humiditate naturali: et accidentali aeris frigiditate: sicut diximus. Illa tamen res qua tegitur ignis: necesse est vt habeat vacuum inter se & ignem: in quo aer permanens fiat calidus causa caloris ignis: et custodiat ignem cum sua similitudine: propter hoc ignis extiguitur magis in hyeme ꝙ in estate: propter frigiditatem aeris hyemalis calori ignis repugnantem. Res vero augmentans est ea que nutrit eum sicut oleum cera pix & similia. Simili modo intelligenda est hec ratio in feb. Tres enim cause in fe. cõtinentur. vna feb. generat: alia eam custodit: tertia eã augmentat. Causa vero feb. generatiua est nimia corporis et anime motio et putrefactio atqꝫ humorum ebullitio. Causa aũt qua feb. custoditur vt non dissoluatur: corporis est oppilatio: et pororũ constipatio: per quos clauditur fum⁹ in corporis interiorib⁹. Causa vero eã augmẽtãs calida sunt cibaria & pot⁹ et calida medicina. Febris cã generaliter est triplex: generatiua scilicet: custoditiua & augmẽtatiua. Sed generatiua duobus modis est: aut pñs: aut p̃terita. Pñs est sicut est cã corp⁹ extrinsecus percutiens: q triplicater diuidit̃. vna nimi⁹ est feruor solis & ignis. scđa est nimia frigiditas sicut niuis & siliũ. tertia est putridus horribilis & corruptibilis odor. sicut cadaueris

bestiarum reptiliuz ꝛ similium. Preterea queadmodū est egritudo que fit propter angustiam et tristiciam ꝛ humorum copiam ad putredinem preparatorum sicut dixim⁹ de actione nature: quia autē natura cū non est inueniens cibum laudabilem humano corpori similem: illam partē cibi que est corpori incōueniens ac dissimilis separat a simili ꝛ a cōgrua et claudit eam in quibusdā corporis locis. Pars vero que est conueniens corpori ꝛ modificata bene nutrit totū corp⁹. Superfluitate aūt itaq; augmētata ac i loco vbi clausa fuerat multiplicata: egreditur foras iplēs locum cū sua multitudine: que a natura dimittitur ꝛ nō ab ea regitur: quia cum fuerat in loco in quo natura eum posuerat rexit ꝛ custodiuit eam. Egressa vero inde odio tenetur nec ab ea regitur: sed permanet in membrorum concauitate. Unde quando aliquod euenit sibi accidens sicut a natura tēporis regionis loci aeris ꝛ his similibus illa superfluitas mutatur contra naturam ꝛ putrefaciēs generat morbos. Hac de causa antiqui assimilauerūt naturam temporum anni absolute humane cōplexioni ꝛ cōpositioni: ꝛ naturaz regionū atq; locorū humane etati: ꝛ naturam aeris non existentē ſm cōplexionem temporuz anni assimilauerunt humane nature q̄ non est ſm suam complexionem. Oportet autē in corpore fit actio sue cōplexionis ꝛ cōpositionis: que in eo operantur. Reperierunt etiam regionis complexionem. i. aerem qui non est ſm complexionez temporum anni: facere in corpore sicut in eo actio cōplexionis agit temporū anni: que nō est ſm corporis cōplexionem vel compositionem: ac etatem: quoniam si humana corporis complexio est secunda vel prospera ad similitudinem anni regionis augmentatur ꝛ regitur. si aūt fuerit econuerso minuitur et destruit. Et q: in hoc loco nostre disputationis est finis ꝛ nostram absolutā cōpleuim⁹ intētionē: dicendo q̄d fe. sit ꝛ q̄lis sit ꝛ q̄re sit: op; nos dicere disputationez vniuscuiusq; fe. sigillatim. Incipiendū est igit ab ephimera: q̄ fit in spiritu: q̄d propter quattuor res facim⁹. Una quia hec cito ad corp⁹ vel ad cor de parua venit occasione. Secunda quia eius disputatio ꝛ significatio ad aliarum febrium comparationem facillima est et planissima. Tertia quoniā curatio ei⁹ leuissima: si ſm q̄ oportet fiat, caret enim materia vnde medicus expectet digestionem ꝛ solutionem. Quarta q: plurimū hec fe. est causa aliarū duaruz. spiritus enim nō habet materiam per quā calor pmaneat: causa fe. cessante. Sz febris que est in humoribus ꝛ in solidis membris: q: habet materiā: pmanet i corpore calore q̄ est causa fe. pretereunte. Ideo fe. ephimera causa est duaruz aliarum febriū: que fit duobus modis. quia aliquādo humores sicut diximus in corpe augmētati suis exeunt locis: suntq; preparati ad putrefactionē. Unde cum ephimera fe. accedit ad spiritū: necesse est illā calefaciat materiam: ꝛ eam putrefaciat: qua putrefacta fe. necessario ex ea generatur aut quia medicus nōnunq̄ errat in cura ephimere feb. et facit sumere infirmum cibum ante cōgruum tempus: aut quoniā iubet ei abstinētiā habere: quousq; status febris transit: deinde cibū ei donat ꝛ balneare eum facit: priusq̄ cibus digeratur. vnde calor balnei cibi digestionez: ſm q̄ oportet nō preualēs perficere: ꝛ crudus circa corporis exteriora egrediēs cutis poros cū sua claudit cruditate atq; viscositate. vnde illic permanet illius cruditas ꝛ superfluitas nō potēs per poros exire: Similiter fit in solidis mēbris: quia aliquādo quādā habent humiditatē non naturalē ad suscipiendū calorē preparataz: aut siccitatem: q̄ si calefiunt per ephimeram et deficiunt nō valentia illū calorem a se expellere: permanens ille calor in eis febrē ethicam generat.

Pars secunda huius de feb. ephimeris

De ephimera febre. Capitulum. j.

Ephimera est abusiuum nomen: fuit enim a quadaz bestia maris trāslatum que non viuit nisi per vnum diem que fe. quia non permanet nisi per vnū diem: hoc nomē est ei a simili impositū. Sed tamē gal. dixit se eam vidisse vsq; ad tertiam diem ꝛ quartaz procedere: q̄d raro contingit cū pori corporis sunt clausi: maxime cum fumus qui ab eo dissoluitur fuerit grossus: quia pororū corporis oppilatio naturalis siue accidentalis grossum fumum non finit resolui. vnde fit causa elongādi febrē: que si quartum diem transierit: ꝛ sanguinem calefacit et incendit: a sua natura egreditur ꝛ mutatur in causon: que iterū si multo plus morabit: vt naturali corporis humiditati cōiungatur: in ethicam fe. mutatur. ideo diximus q̄ ephimera est causa aliarum febrium: et nulla alia est causa ephimere. Sed reprehēdimur a quibus sophistis dicētibus. quare gal. dixit ephimeram vnius diei ꝛ postea dixit eam posse venire vsq; ad quartū diē: Quibus respondemus gal. diuisit fe. generaliter in tria. s. in spiritibus humorib⁹ ꝛ solidis membris. Quia igit ephimera in spiritu moratur plurimū nō transit nisi vnū diē et raro ad quattuor dies ascendit: nequiuit aliud nomē inuenire q̄d ei imponeret: vnde appellauit eam ephimeram: sed tamen non diuisit eam absolute: quia determinauit eam cum dixit sic. si ephimera transierit diem quartum mutabitur i causon. possibile est enim vt causa ephimere diu in corpore morātis vratur sanguis ꝛ febris nascatur continua. Causa vero ephimere generaliter in duo diuiditur: aut enim fit propter alium morbum: aut ipsa est morb⁹. Illa aūt que non fit propter alium morbum in duo partitur: aut fit intrinsecus aut extrinsecus. que iterum diuiditur in tria. Unum est calor solis ꝛ estatis magnum incendium facientis. Aliud est nimietas algoris et congelatio et balneatio in stipticis aquis: sicut est aluminosa nitrosa et sulphurea. Tertiū est anime siue corporis excertia. Anime sicut ira tristicia angustia cogitatio. Corporis vero sicut nimius labor ambulantium et equitantium: Aut fit intrinsecus sicut ex cibis ꝛ potibus et medicina omnibus calidis. Fe. itaq; facta propter aliud quedam est febris apostemata semper sequens in inguine in collo sub ascellis ꝛ sub auribus nascentia. his enim pcedētib⁹ fe. est eoz accñs: lz morbus fit accñs corporis: q: accidēs duob⁹ modis est: aut simplex: aut cōpo

situm. Simplex sicut fe. non facta causa alterius: sed ipsa fit morbus. Compositū quẽadmodū est fe. propter aliud creata. Sed gal. diuidit accidẽs duobus modis: vnū inquit est vniuersale: et aliud ē particulare. Particulare vo est sicut illud qd non est propter aliud sed ꝑpter ipsius est morb⁹. Uniuersale vo quẽadmodū accidẽs aliquod morbū subsequẽs: qd est duobus modis: aut est inseparabile sicut dolor capitis sitis spūs angustia: que semper accidūt febribus neq ab eis separātur: que lȝ sint in quibusdā fortiora in quibusdā debiliora: fe. tamē sine istis nunq potest esse: sicut corpora nullo mō īueniunt q umbra oio careāt: aut est sepabile vt sit aliqn qnq nō: sicut vigilia alienatio stupor i quibusdā accidūt fe. quibusdā non. hec enim fe. eueniūt pessimis aliquādo. Sed potest nobis obijci a quibusdā dicentibus. quare fe. de causa inguinis per apostema factā dixistis eē de ephimeris: cū hippo. in apho. dicat q oīs fe. de inguinis apostemate nata est pessima. Quibus respondendū est: gloriosissim⁹ hippo. suā intētionē determinate dixit: cū dixit si non est ephimera feb. Apostema enim in inguinibus duobus modis fieri potest, aut cum illud fit per se morbus: aut cum fit propter aliud. propter aliud cum est palam ostensum sensui: sicut cū fiunt vulnera in talo pede et in simili que sunt salubria, et eorum feb. cito dissoluitur. proinde etiam eam posuim⁹ in genere ephimere feb. Sed si ipsum est per se morb⁹ sine causa sensui comprehensa fit fe. eius molesta et pessima. significat enim aliud apostema esse de humoribus grossis et putridis et i inferiorib⁹ corporis existentibus et pestilentialibus morbis creatis. hac de causa determinauit illud hippo. cū diceret si non est ephimera feb. Rursus si opponant nobis dicentes multos videmus homines anime et corporis laboribus vtentes tamen in ephimeram non incidunt. Respondebim⁹ accidentia corporis eueniunt quattuor modis. aut propter eorum complexionem corporis similantem sicut est oleum cera pix adeps que sunt igni similia. aut propter corpus ad recipiēdum accidentia preparatū sicut calamus pili et similia: que sunt preparata ad recipiendum ignē. aut propter eorum accidentium virtutem corporis dominantiū sicut est virtus opij: que dominatur omnib⁹ corporib⁹ multam eius quātitatem accipientibus. aut propter illorum accidentium ictum continuatum per longum tempus corpora percutientem: sicut sensualiter videmus aquam guttatim lapidem percutiendo perforare propter continuationem longi temporis. Qd cum ita sit: necesse est ephimera generetur in corpore ad causas febrium generatiuas preparato sicut corpori calido et sicco: qñ ipse cause sint multum fortes: aut sint multum debiles vel multum continue. Quib⁹ ergo tribus causis si corpus careat: impossibile est vt in ephimeram incidat.

¶ De significationibus ephimere. Capitulum. ij.

Ephimera habet significationes quibus differt ab ethica. habet et alias quibus differt a triteo multas etiā habet alias cum quibus fe. putredinis non conuenit. Differentia vero quā habet cum ethica: hec est: quia causa ephimere est ex pauco tēpore: Causa vo ethice ex longo: In hoc ergo differunt: sȝ i calore cōueniūt. Causa eñ ephimere fe. est ex duobus vel tribus diebus: causa vero ethice ex duobus vel tribus mensibus vel pluribus est. Sed fe. putredinis nullā concordiam habet cum ephimera. Ethica quidem est cum ephimera concordans tribus modis. Uno quia causa ephimere et ethice est vna: sicut angustia tristitia fortis cogitatio et his similia. Secundo quia ephimera et ethica sunt de simplicibus qualitatibus materia carentibus. Tertio quia calor ephimere et ethice non est multum fortis. Sed febres putredinū sunt istis opposite: quia causa earuȝ est qualitas cū materia: et ille sunt simplices: iste vero cōposite. Amplius quia cal. et causa istarū est fortis et pungitiu⁹ propter ebullitionem et incensionem putredinis humorum que est earuȝ materia. Distantia vero ephimere et tritei hec est, q si ephimera fuerit bȝ q oportet: nec infirmi nec medici aliquod acciderit peccatum: determinabitur in primo: triteus vero nō similiter: quoniam ephimera sicut dixim⁹: si nullum habuerit impedimentuȝ: in primo die erit dissoluta quasi a balneo egredientium. et nimietate vrine et sudoris. triteus vero licet raro habeat sudorē: in primo tamē die nō est bm crisim: sed propter lenitatem materie et subtilitatem inter cutem et carnē latitātis. nec tantus calor feb. fuerat vt omnino posset illam desiccare: proinde debiliter eam calefaciens eam exsiccat modicum. Et si reprehensi erimus a quibusdā sophistis dicentib⁹: si ephimere fe. est de sola qualitate materiam non habēte: quare determinatio eius fit cum sudore et fumo. Respondebimus recte ephimere feb. sudorem et humorem esse negauim⁹: quia de tertie digestionis superfluitate est hoc qd dissoluitur p corporis poros cū sudore et fumo et vrina propter febris calorem et virtutem actionis nature: quemadmodum videmus homines semper pati propter nimium motum vel propter aeris vel balnei calorem. Inuenimus enim hanc humiditatem sub cute existentem dissoluere nonnunquam et vsq ad corporis interiora perforantem: et interiorem humiditatem excoquendo eliquantia cum vrina expellere eam: propter hoc sepe videmus: quia qui balneum temperatum habent calorem ingrediuntur: si sitim habuerint propter corporis eorum siccitateȝ carantur a siti: quoniam calor balnei cuȝ sua subtilitate dissoluit humores et sicca humectat membra que sunt causa sitis. Feb. iterum ephimera tres habet significationes quibus a febrib⁹ putridis differt: Una quia calor ephimere est leuis et suauis: que cum ad statum venit nullam facit angustiam et laborem: quia caret materia in qua natura laboret ad digerendum et ad expellēdum. Secunda quoniam vrina ephēmeram habētium est quasi sanorū in colore liquore et hippostasi: que licet inter se differant modica tñ earum erit discordia. videlicet in colore et rubore. Tertia: quia pulsus ephimeram patientium non distat a sanorum pulsu: nisi in dilationis velocitate et constrictionis tarditate. Tarditas eñ constrictionis pulsus significat materiam non esse in corpore parteȝ arteriarum constringentem vt illa exterius expellatur: quia velocitas dilationis pulsus acutam et calidam innuit qualitatem. Unde necesse est vt natura organorum partem velociter dilatet: vt multam aeris quantitateȝ attrahat per quam illius qualitatis acumen refrigeretur. Ephimera igitur feb. que fit ex sola qualitate. i. calore sine materia non est sibi necessitas vt constringat velociter partem organorum: quia non habet quid expellatur. proinde fit motus pulsus in dilatione ad attrahendum aeris subtilitatem qua calor refrigeratur plus et velocius q cū pulsus constrictione.

¶ De ephimera que fit propter calorem solis: et eius cura. Cap. iij.

Ephimera que est propter solis feruorem: intelligenda est si capita patientium toto corpore sint calidiora: quia calor solis spiritum calefacit animalem et vitalem fortiter et velociter sine mediatore. Spiritus animalis calefit causa feruoris solis caput percutientis: et propter solis feruorem cito ad cuȝ per flatum venientem. Sed tamen illa que est de calore solis: maiorem capiti infert calorem q toti corpori propter solem capiti repugnantem et ei oppositum: proinde nimium capitis patiuntur dolorem: et in facie feruorem: et venarum plenitudinem in temporibus existentium. Nonnunquam etiam reumate exagitantur cum nimio calore et narium incensiõe. Subtilitas enim caloris tenues calefacit et eliquat capitis humores: et facit eos ad nares descendere. Illa vero que est propter estiuum aeris calorem: plus calefacit corpus q caput: quia calor aeris per flatuȝ facilius ad cor ascēdit q ad caput. Cuius significationes he sunt: Corpora enim patientium sunt incensa et sicca propter aeris calorem: vnde magnam habent sitim et aerem desiderāt frigiduȝ. Utile huius fe. curamētum est vt infrigidem⁹ et humec-

faciamus aerem: et in pauimento domus sternamus frondes et flores infrigidantes: et calidos fumos extinguentes: sicut viol. rosas nenufar frondes psilij semperuiuam salicis frondes flores basiliconis et hmoi. et semp sunt cum aq frigida vel rosata infundenda. Et licet basilicon sit cal. i primo gra. tn ppietate hz ducendi frigiditate aq p nares: Sz oz nos patientiu nares sepe humectare cu oleo viol. nenufari. et silib9. Unguenda sunt tempora caphora et aqua ros. si non habuerint reuma. et si reuma habuerint capitis de humorum fumositate: cauendi sunt de aceto et camphora. Ad nares eorum apponamus fumum aque calide in qua decocta sint viola et camomilla. Caueant ab omnibus olei vnctionib9. Et si non habuerint capita de humorum fumositate plena: neqz reumate: bonu est vt capita eorum roremus post declinationem febris aqua in qua cocta sint viola et camomilla. Et si capita eorum plenitudinem habuerint: abstineant ab hac aqua: et solummodo fumu eius odorent. Succum vtriusqz generis malorum granatorum accipiant. Comedant melones palestinos: vuas hyemales: medullam citruli et cucumeris. omnia cum niue refrigerata: si niue fuerint assueti. Uinum bibant mixtum cum syrupo granatorum et viol. Egestio eorum sicca si fuerit: humectanda erit cum syrupo viol. facto de prunis oxifenicia et similibus. Post febris declinationem: bonu est si balneentur in temperato balneo aeris et aque temperamentu habente. Manducet in initio prandij medullas citruli et cucumeris et mica panis lota cum zuccaro. Mundificato autem stomacho de humoris copia et febris fumositate expulsa: demus pullos gallinaceos: perdices coctas cum iure condito de succo malorum gra. et aceto vuarum agrestium cum ramis portulace lactuce et similiu.

De ephimera que fit causa frigiditatis et congelationis: et eius cura. Cap. iiij.

Patientes ephimeram propter frigiditatem et congelationem: cognoscuntur cum significationibus oppositis ephimere ppter solis et aeris calorem generate: quia hi qui patiuntur ephimeram de solis et aeris feruore creatam: habent exteriora corporis calefacta: vnde cutis rarificatur. Isti vo qui causa frigiditatis ab ephimera molestantur: habent suorum superficiez corporum frigidam et siccam: et poros cutis constipatos et oppilatos: quare calor ad interiora corporis clausus sanguini dominatur: et venit ad epar et naturali virtuti dominatur priusqz vitali et animali: propter hoc color cutis eorum mutatur in plumbeum et obscurum colorem: facies eorum est tumida: et sentiunt nimiam frigiditatem et grauitatem in capite. Nares eorum aut nihil emittunt: aut si aliquid ab eis currit: est frigidissimum et viscosum. Pulsus eorum est paruus et velox. Causa paruitatis est oppilatio pororum. Causa vero velocitatis est conclusio caloris ad corporis interiora. Sed tamen paruitas et velocitas pulsus minor est istis qz eis qui in stiptica aqua et nitrosa se balneauerint. Illi enim plus istis oppilatos habent poros: et cutem siccam. Urina eorum alba est et cruda duob9 modis. Uno quia fumus qui solitus erat per poros exire est clausus ad interiora venarum: qui cum fuerit augmentatus (al's humectatus) sanguinez humefacit: etiam cum adiuuat aer qui per flatu intrat. vnde infrigidato et humectato sanguine calor eius deficit: proinde sanguinis color mutatur in albedinem. Et quia vrina est colamentum sanguinis: necesse est vt sit alba et cruda. Alio modo quia humores ad interiora corporis coadunati naturalem impediunt calorem ad digerendum vrinam: vnde merito vrina est alba et cruda.

De cura predicte febris.

Oportet hos ante omnia cauere sibi a balneis priusqz morbi fiat digestio: et violentia febris sit declinata. Cum cuius morbuz videris digestu: et febre declinatam esse: mittendi sunt pedes eorum vsqz ad genua in aqua calida in qua cocta sint camomilla sansucus ysopus sisibrium abrotanum et similia. et ipsi inclinentur super fumu eius: deinde balneum temperatum ingrediantur: et fricentur ibi: vt pori aperiantur: et cutis eorum humefiat. Igitur cum cognoscimus qz pori eorum sint aperti: et calor qui ad corporis interiora coadunatus fuerat: sit dispersus et dilatatus: et quedam sit pars eius ad corporis exteriora progressa: lauabimus capita eorum cuz aqua calida in qua cocta sint camomilla anetu et miscebimus cum aqua quedam olea virtutem dissolutiuam habentia sicut camomilleon anetileo yreleon nardileon Et cauendi sunt ab epitimatibus nisi cum omnis sudor fuerit egressus: ne causa epitimatum pori claudantur: et materia qua necesse est cum sudore exeat exire non possit. sed permanens ad corporis interiora maximum generet nocumentum: et ducat patientes ad magnam molestiam perditionis. Caueant ne diu in balneo morentur: quia aqua lz corporis sit humectatiua magis ceteris rebus: eius tamen calor perforat corpus vsqz ad interiora. Unde cum fumi fuerint intus in corpore existentes calefiunt: repugnat eis grossicies aque. Ideoqz melius est si in aere morentur qz in solio: quia cum soliu implet poros et claudit cum humiditate aque: aer vero balnei et poros aperiens est: et fumositatem corporis dissoluens: idcirco exercitia istis sunt conuenientia. et quia exercitia temperata dissoluunt et rarificant corpus et vias per quas fumi eorum transeant: oportet illos cibos accipere subtiles. videlicet laudabilez chimu generantes et nullam eis frigiditatem ingerentes. sicut hedulina caro annualis agni et similia. quia sm nostram intentionem oportet corpora eorum humectari cum artificio quo aptata sunt iure condito: vt videlicet cu albumine oui et succo parue cepe et modico cymini carui cinamomi et similibus. Abstineant a viscosis cibis et grossis. Potest vinu cu aqua calida mixtum: multis operiatur indumentis: et iuxta eorum latus ponendi sunt carbones ignis vt repugnent frigiditati aeris. naribus eorum odorifera applicentur que temperate sunt calefacientia: sicut sansucus yreos et sisimbrium et de fructibus sicut sunt citruli et similia. Quicunqz etiam reuma habuerint caueant sibi a balneo nisi cessante morbo.

De ephimera que fit propter balnea aque stiptice. Capitulum. v.

Quicunqz ephimeram patiuntur causa balneorum stipticam aquam habentium et desiccatiua sicut est nitrosa et aluminosa et sulphurea cute habent sicciorem et magis oppilatam qz superiores: propterea quia calor clausus est ad interiora corporis eoruz: et dominatur sanguini: et veniens ad epar prius actioni nocet naturali qz vitali et animali: quorum he sunt significationes. Si tangit cutis eoz inuenitur extensa et aspera. queadmodu coria in logo tempore infra gallas et cortices mal. gra. posita. Et si man9 alicui parti corporis imposita diu moretur vt cutis calefiat causa caloris palme manus fumum sentiet qui de illo corporis loco dissoluitur calidum et acutu esse et pungitiuu. Pulsus etiam eorum in initio feb. minor est et velocior pulsibus superioz: qz cutis eoz est siccior et magis oppilata. vnde cum siccitas contingit vsqz ad interiora corporis membra: fit pulsus eorum tardus et largus. Causa tarditatis est siccitas organoru: quoniam frigiditas in interioribus et exterioribus corporis dominatur. Causa largitatis est multitudo et coadunatio eoz fumoru que in organis est non dissolutorum. Urina eorum est multa et turbida et aliquantulum pertinens ad albedine et candidatem: Multa vero est propter humiditatem ad corporis interiora conclusam: que solita fuerat per sudorem exire et fumum. Cruda est et alba duobus modis. vno quia vrina non permanet in loco coctionis vt coquatur et rubei fiat coloris: alio propter nimiam humiditate sanguini commixta.

De eius cura.

Huius febris curatio similis e superiori. Oportet etiam sicut diximus vt balneentur: sed non nisi declinante feb. et deponantur pedes vsqz ad genua sua in aqua quaz supradiximus. deinde in temperato balneo balneentur. cauendi sunt ab omni vnctione. bonum est si aliquantulum exercitijs vtantur. cibos leues accipiant: qui sint faciles ad digerendum: et bonum generent chimum: aliquantulum frigiditati pertinentes; vt valeant fumorum ad interiora coadu-

natorum acumen extinguere. Vinum non bibant nisi corpo
rum careant plenitudine: ⁊ cum omnis fumositas a corpo
re expulsa fuerit.

¶ De ephimera que fit propter cibos potusq̄ calidos ⁊ eius cura. Capi. vj.

Ephimera que fit propter cibos ⁊ potus calidos
in initio ad spiritū peruenit naturalem. Omnis
enim cibus siue potus venit ad stomachum: ⁊ ab
eo ad epar: qui cum fuerint calidi: necesse est vt ca
lefaciant sanguinem ⁊ spiritum naturalem. Deinde venien
tes ad cor per totum corpus diuiduntur. Ideoq̄ vrina eo
rum rubicundior est ceteris omnibus ephimeras patienti
bus: augmentata igitur fe. sentiunt dolorem ⁊ calorē in epa
te. vnde oportet studiose epar curari cum oxizac. ⁊ succo ma
lorum grana. iuleb. ⁊ aqua ro. ⁊ camphora: cibos accipiant
portulacam videlicet atriplices scariolam pullos gallina
ceos cucurb. ⁊ similia. Cataplasmemus epar ⁊ stomachum
a cibo inanitum de sandal. rosis farina ordei: aqua ro. cam
phora ⁊ similib⁹. Comedāt melones palestinos mala grana
ta. mala poma pira pomi citrini: medullas coctana: mespila
vuas mora ⁊ similia.

¶ De ephimera que fit propter ieiunium: et eius cura. Cap. vij.

Ephimera que est propter ieiunium differt ab oi
bus ephimeris: quia facies patientium est maci
lenta citrina quasi facies egritudines exeuntium
oculos habent concauos pulsusq̄ debiles ⁊ velo
ces: vrinam acutam ⁊ rubicundam. Causa debilis pulsus est
defectio virtutis eorū. Subtilitas eius est propter inanitio
nem organorum. Velocitas eius est propter necessitatem
aeris attrahendi ad cordis calorē mitigandum ⁊ acutos fu
mos ab intus exterius expellendum. Rubor vrine fit cau
sa paucitatis naturalis hūiditatis ⁊ siccitatis corpori domi
nantis. Unde oportet in statu fe. nullum dari cibum: sed suc
cum accipiant malorum grana. ⁊ potum accipiant aque pa
lestine vuarū hyemalium succum sorbeant. Et si hec eis nō
sufficiant ⁊ fames eos percutiat: dandus erit succus mice
panis cum zuccara lote. declinante itaq̄ feb. si videatur suc
cus esse digestus damus ptisanam calidam: ⁊ expectabim⁹
vsquequo digesta erit: deinde mittamus eos in balneum
⁊ cum corpus calefieri incepit: ⁊ sudores emittere vnguen
dum erit cum oleo viol. vt claudens poros repugnet humi
ditati corporis ne extrinsecus exeat: deinde dietentur cum
cibis lenibus ⁊ subtilibus: ⁊ ad digerendum facilibus atq̄
tenuem sanguinem generantibus.

¶ De ephimera que fit propter labores ⁊ eius cura. Capi. viij.

Ephimera que fit causa laborantis corporis si
cut ꝓpter equitare: ambulare: ⁊ cetera subito
tribus virtutibus accidit spiritualibus: sed tū
ad spm̄ aīalem magis est ptinens: q: in exerci
tijs membra fricantur ⁊ calefiunt: quib⁹ neces
se est vt lacerti ⁊ nerui sint calefacti: vt calor ad
cerebrum priusq̄ febris accedat: vnde feb. veniente ⁊ calo
re cerebro dominante: necesse est ꝙ ictus caloris cerebrū per
cutiens dupliciter fiat: cuius significationes he sunt: corpo
ra eorum sunt debilia ⁊ sicca. Et si labor eorū multus fuerit: ⁊
sudor eorum acutissim⁹: aut nihil sudāt: ⁊ hoc duob⁹ modis
Uno: quia sudor qui debet exire cum febre est finitus cau
sa laboris. Alio quia spiritus solens per poros emittere su
dorem est defectus. Qui etiā si parum laborauerint sudant
tamē paruissiue: quia humiditas eorum ex labore dissoluta
⁊ quasi finita est. Proinde pulsus eorum paruus subtilis
velox: ⁊ duplex in dilatione propter necessitatē attrahendi
aerem ad interiora: vt mitigetur acumen caloris corporis
eorū. Paruitas ⁊ subtilitas pulsus est propter membrorū
defectionem: ⁊ paupertatem spiritus vitalis. pre laboris em̄
nimietate dissolutus est. Ideoq̄ magnum in articulis: ⁊ in
concatenatione dolorem patiuntur: qui vt curentur opor
tet aliquid requiei ingeniari: deinde cum oleo ro. vel ne
nupharino vngant. Et si labor modicus extitit: fricent cor
pora eorum multum: si autem multus: fricentur parū. Post
ea in temperato balneo lauentur sepe et nullam moram in
eo faciant: ne substantialis eorum humiditas consumatur:
⁊ in ethicam incidant. In solium descendant vt corpora eo
rum humefiant: exeuntes autē soliū cū oleo violaceo vel ne
nupharino vngātur vt clausis eorum poris humiditas acci
dentaliter intus in corpore acquisita permaneat. Coitum fu
giant ne corpora deficcentur. Dietam accipiant sturnos
pdices pullos gallinaceos: hedulos agnos ānuales: pisces
laudabiles digestioni obedientes. Potēt vinū lene ⁊ aqua
multum mixta: que membra eorum humectet. Vinum em̄
corporis penetratiuū est: coeunte aqua cum vino digeritur
⁊ humefacit membra. De fructibus comedāt mala grana
ta vuas pruna mala ⁊ similia.

¶ De ephimera que fit propter bubones in inguine: collo ⁊ sub ascellis ⁊ eius cura. Capi. ix.

Ephimera ex bubonibus in inguine collo ⁊ sub
ascellis accidentibus duobus modis est: aut em̄
causa eius est in ꝓpatulo: aut est econtrario. Ea
vero cuius causa est nō in propatulo: ab hippo.
in aphorismis testante cognoscatur. In buboni
bus inquit feb. oēs male exceptis ephimeris. Que autē est
manifesta fit propter pustulas vel apostemata ⁊ vulnera in
manibus vel pedibus siue capite nascentia. Causa vero ho
rum bubonum hec est: natura enim nascentibus his pustu
lis vel apostematibus currit ad regenda ⁊ custodienda eo
rum loca: similiter ⁊ sanguis ⁊ vitalis spiritus cum ea por
tantur: sanguis ergo per mollia ⁊ lacertosa loca preteriens
replet ea ⁊ morans in eis generat apostemata: nomina a lo
cis sumentia: qui diu ibi permanens calefit: cuius calor ad
cor perueniens febrem generat. Unde pulsus eorum est ma
gnus velox ⁊ spissus: vrina cruda ⁊ alba: facies eorum rubi
cunda ⁊ turgida: febre quoq̄ cessante quedam in superfi
cie apparet infusio. Causa magni pulsus est multitudo san
guinis ⁊ caloris vitalis spiritus nimietas: velocitas ⁊ spis
sitas fuit ex necessitate nature multum aerem ad cor attra
hentis: vt refrigeretur ⁊ extinguatur caloris acumē. Albe
do ⁊ cruditas vrine est propter sanguinem ⁊ calorem natu
ralem a coctionis loco remotū: ⁊ ad loca infirma exeuntē
rubor faciei propter sanguinem superficiei corporis domi
nantem: tumor ꝓpter sanguinis plenitudinem: sudor decli
nāte feb. euenit: quia natura abundantiam humorū interi⁹
coadunatorum excludit vel expellit. Unde oportet nos an
te omnia studere: ad curandas pustulas ⁊ apostemata que
causa bubonis fuerant. Deinde balneent ⁊ in aere balnei
morent: vt humorū copia paulatim dissoluatur: neq̄ quo
libet vnguēto vngant: q volentes in solio descendere in eo
morentur. Dietā accipiant subtilem ad digerendum facilē
⁊ substantiam laudabilem habentem.

¶ De ephimera que fit propter vigilias ⁊ ei⁹ cura. Capi. x.

Ephimera que fit propter vigiliam: in spiritu
constat animali: que his signis cognoscit. Pa
tientium facies ⁊ totum corpus est citrinū ocu
li concaui: palpebre molles ⁊ graues ad mouē
dum tarde. pulsus eorū est paruus: vrina sub
tilis ⁊ indigesta: vultus tumidus. Citrinitas propter chole
ram est se ad exteriora propter vigilias mouētem: tumor
faciei est propter ventositatem ⁊ ciborum cruditatem: quia
propter vigilias calor naturalis ad exteriora egreditur: vn
de locus coctionis absq̄ calore permanens crudam ⁊ fumo
sam vētositatem faciens: facit cutem tumescere. Concaua
tio oculorum duobus est modis. Uno quia spiritus vitalis
visibilis solens implere substantiam oculorum defectus est
Alio quia carent nutrimento propter vigilias. Paruitas est
pulsus propter virtutem causa vigiliarum deficiētem. Sub
tilitas vrine est propter solicitudinē quam patitur anima in
vigilia. Cruditas eius est propter vigilias naturam in co
ctione vrine impedientes: ⁊ actionem sensuum eam ad exte
riora prouocantium. Unde cum fit hmōi feb. virtus in ani
mali spiritu in cerebro existente: necesse est vt turbetur cere
brū ꝓpter nimietatem sui motus: proinde oportet impēdi
magnum studium. s. vt prouocemus somnū cum fricatione

pedum: hoc enim trahit humores in capite existentes ⁊ repugnat fumo ad caput ascendenti. Cibum accipiat modicum qui sit facilis ad digerendum: quia natura propter defectionem non multum suffert cibum. Uinum bibant temperatũ in quãtitate ⁊ virtute. A coitu omnino caueant quousq; ad priorem vsum eorum conuersi fuerint.

De ephimera que fit propter iram ⁊ eius cura. Ca. xj.

Ephimera que fit propter iram: virtuti animali ⁊ naturali domiatur. Animali propter impetũ anime ad faciendum vindictam se mouentis: naturali vero propter nature solicitudinem ad corporis exteriora exeũtis. Proĩde oculi eorum sunt rubicundi foras exeuntes: citoq; huc ⁊ illuc se mouentes palpebre eorum sunt sicce: pulsus magnus ⁊ fortis: rubor faciei ⁊ oculorum eminentia: motusq; eorum velocitas propter sanguinis ebullitionẽ: ⁊ propter naturã ad corporis exteriora exeũtẽ: ⁊ propter aĩe furorem se vindicare volentis: sicut Arist. dicit. Ira inquit ebullitio est sanguinis natura ad exteriora tendente propter animam se vindicare volentem: sed tamen si ira cum timore fuerit mixta: erit color eorum modo rubicũdus: modo citrinus: quia cum natura mouetur ad exteriora cum anima causa vindictam faciendi sanguine cum eis egrediente facies fit rubei coloris. Anima vero ⁊ natura ad exteriora redeuntibus: vt pre timore cor custodiant: conuertitur cum eis sanguis: quocirca facies citrina fit: siccitas est palpebrarum propter nimium earum motum anima solicitante illas. vnde desiccatur eorum humiditas. Magnitudo pulsus duob⁹ modis fit. Uno propter fortitudinem cordis natura illud solicitante. Alio propter virtutem corporis in essentia fortitudinis sue permanentis. Non enim prius aliquem morbum habuit quo virtus corporis debilitata sit. vnde necessario vrina eorum fit digesta nullum habens acumen. digestibilitas eius fit: quia calor naturalis est in loco coctionis. indigentia acuminis est propter extraneum calorem ad non interiora intrantem ⁊ cito exeuntem. Oportet vt in initio cure ingeniemus quomodo cor eorum confortetur ⁊ calor extinguatur: qđ fit cum expulsione ire quã ipsi obtinent: deinde in temperatum mittantur balneum scilicet prout fuerat horum consuetudo: ⁊ post sudorem vngãtur cum oleo viol. cal. Postea descendant in solium ibi tamen non egredientes a balneo: comedant frigida ⁊ humida: et abstineant a vino quousq; calor eorum declinabitur: vinum autem mixtum accipiant: caueant sibi a coitu ne putrefactis eorum humoribus putridas incidant fe. aut quidam ab eorum capite humores descendentes apostema generent.

De ephimera que fit propter angustiam ⁊ tristiciam ac earum differentia. Cap. xij.

Differentia est inter angustiam ⁊ tristiciam: q: tristicia ad rationalem pertinet virtutem in cerebro existẽtẽ: angustia vero ad spiritualem in corde existẽtem: ideoq; angustia plurimũ fit cã phthysis ꝙ tristicia: sed tamen quia causa vtriusq; ⁊ curatio est vna: necessario disputatio earum est vna. Dicimus igitur ꝙ ephimera que fit propter angustiam ⁊ tristiciam habet has significationes. Oculi patientium aliquando foris eminent: ⁊ veloces sunt ad mouenduz: ⁊ aliquando concaui ⁊ difficile mobiles: nonnunꝙ enim neq; concauantur: neq; foris sunt eminentes. Causa diuersitatis est tristicia: aliquando enim est tristicia propter magnam filiorum vel parentũ cogitationem: ⁊ quandoq; propter magnam suspectionem et timorem: ⁊ aliquando est neq; timorosa: neq; suspecta. Igitur cum sit cogitatio de rebus letificantibus: oculi eorum sunt foris eminentes huc ⁊ illuc: nonnunꝙ mobiles: q: anima desiderat vindicare (aľs videre) quod amat. Unde natura egrediens ad corporis exteriora exit sanguis cum ea. Ideo facies ⁊ color eorum est rubicundus: ⁊ vrina eorũ minus habet acuminis solito: ⁊ pulsus eoruz magnus est. Et si tristicia ⁊ cogitatio fuerit propter aliquem timorem ⁊ suspectionem: sunt oculi eorum concaui ⁊ quieti: quia natura conuersa est ad interiora ad custodienduz cor. Idcirco splẽdor faciei mutatur: ⁊ corpora eorum sunt macilenta: pulsus subtilis ⁊ vrina acuta. Si vero tristicia fuerit inter rez amabilem ⁊ odibilem mediocris: erunt oculi eorum quieti neq; concaui: neq; foras exeuntes. Diuiditur tristicia iterum duobus modis. Uno in cogitatione ⁊ inuestigatione laudabilium rerum ad rationem pertinentium: sicut est cogitatio diuine bonitatis seu clementie iustitie nature reruz et similium: que naturaliter ad animam pertinent. Alio in cogitatione pessime ⁊ immunde rei atq; illaudabilis apud animaz sicut est amor: qui hereos dicitur: ludus ⁊ carnalis leticia. Quecunq; vero cogitatio sit de laudabilibus erit cogitatio semper laudabilis ⁊ acceptabilis apud animaz. Cogitatio vero de pessimis ⁊ vituperabilibus rebus profert verba corrupta ⁊ pessima animeq; inconuenientia. Igitur quia perfecta medicina est que ⁊ causam tollit egritudinis: necesse est, vt ab ea incipiamus: ⁊ ingeniemus quo possimus auferre ab eis cogitationẽ ⁊ suspectionem cum diuersis musicorum generibus: ⁊ cum omni causa leticiam prouocante: vt obliuioni tradant tristiciam: ⁊ quiescant anime eorum a labore: quia anima per cogitationis nimietatẽ debilitatur atq; infirmatur: similiter ⁊ corpus debilitatur propter animam. sicut dicit Aristo. vitium anime sequitur complexionem corporis: ⁊ corporis complexio animam concomitatur. proinde oportet nos non negligere corpus: sed adiuuemus illud cum rebus humefacientibus. Caueant sibi ab omnibus cibis desiccatiuis: ne causa eorum veniant ad phthysim: quia ethica magis pertinet ad istam ꝙ ad ceteras ephimeras. Siccitas enim istorum corporibus dominatur: ⁊ corpora eorum calida sunt. vnde oportet illos humectari: sc; cum balneo temperato: ⁊ descendant in solium: deinde vngantur cum oleo violatio: dietam accipiant frigidã ⁊ humidam que sit facilis ad digerendum sicut ptisana: caro hedulina cucurbita atriplex portulaca blitus. Uinum bibant quod non sit vetus ⁊ multum sit mixtum: de fructibus videlz humectantibus comedant: sicut sunt vue: melones palestini ⁊ similia.

Tertia pars huius libri.

De ethica ⁊ phthysi ⁊ cura eorum. Cap. j.

Priusq; de ethica ⁊ phthysi disputemus: necesse est vt eius diffinitionem dicamus. Dicimus ergo phthysim esse corporis humiditatis consumptionem. que est naturalis vel non naturalis. Naturalis est sicut patiuntur senes vel decrepiti cum naturalis eorum virtus in digerendis cibis: ⁊ in humiditate nutritiua attrahenda deficit: vt restauretur corporis humiditas: que per fumum ⁊ sudorez dissoluta est. Hec est causa consumptionis decrepitoruz corporum arborum ⁊ terrenascentiũ. Causa vero consumptionis est tribus modis. Unus est nimius calor substantialem humiditatem desiccans sicut calor solis facit in estate. Secundus humorum nutrientium ablatio. sicut in hyeme nõ pluuiosa. Terti⁹ humorum nutritiuorum est corruptio: ⁊ eorum ad malas qualitates permutatio: sicut ad nitrositatez vel sulphurositatem: aluminositatem ⁊ similia. Sic ⁊ in humanis corporibus contingit: consumũtur enim ablatis humoribus ea nutrientibus: ⁊ natura prout oportet in digerẽdo cibos deficiente: neq; membra que dissoluta sunt restaurare valente: sicut senibus euenire diximus. Unde antiqui vocauerunt hanc speciem phthysis decrepitã. Corpus etiã calore extraneo dominante: ⁊ substantialem membrorum humiditatem desiccante: consumitur: sicut fit cã acutarũ egritudinũ eam precedentium: similiter de angustia ⁊ diuturna tristicia. Preterea corpus aliter consumitur: cũ sanguis corporis nutritiuus a sui dulcedine ⁊ saporositate mutatur queadmodũ propter longaz egritudinẽ mutat̃: q: sanguis in diuturna egritudine corrũpit̃ ⁊ propriũ pdit saporẽ. Unde mẽbrorum natura odio tenet̃: nec ex eo nutriũtur. membra

igitur nutrimēto carentia infrigidantur et desiccantur: et cō sumunt. Cōsumūtur q: non nutriuntur. infrigidātur: q: sangui ne qui est calidus et humidus cessante necesse est membra in frigidentur que solebant de sanguine calefieri. Et si repre hendāt nos sophiste et dicāt: quare antiqui seniores dicunt sicca habere corpora cum sensus ostendat contrarium: inue nimus enim seniores maioris esse humiditatis q iuuenes Respondebimus in prima huius libri particula diximus q humiditas decrepitorum fit accidentaliter propter defe ctionem caloris naturalis eorum cibaria prout oportet di gerere nequeuntis: et propter debilitatem membrorum ter tie digestionis superfluitatem expellere non valentium: qd testantur hydropici: corpora enim eorum plena sunt multi tudine citrine aque: membra tamen habent macilenta et consumpta. Non naturalis itaq consumptio duobus mo dis est: aut cum feb. aut sine feb. sine fe. est aut calida aut fri gida: frigida vero consumit corpus: vel propter diutur na apostemata: vel propter alios diuturnos morbos. humi di enim morbi quia sunt diuturni nimiū de corporis humi ditate dissoluunt. Unde infrigidato corpore virtus digesti ua deficit: ideoq cibaria cruda et indigesta permanent: que cum ita sint membra corporis abhorrēt ea: neq eis nutriū tur: quā quidē molestiam patientes pulsum habent debi lem tardum et strictum: vrinam albam et subtilem et crudam: Pulsus est debilis ex dissolutiōe virtutis corporis propter egritudinis diuturnitatem: tardus propter caloris natura lis defectionem: suiq congelationem. Cruditas vrine pro pter frigiditatem complexionum corporis dominantem: et propter calorem naturalem in loco coctionis deficientem. Subtilitas et claritas sunt propter corporis siccitatem: et na turalis humiditatis indigentiam vrinam ingrossare solen tis. Cōsumptio que est ca. sine feb. fit propter calidos hu mores cordi appositos: quorum fumus ad cor ascendēs ei⁹ mutat complexionem eiq accidentalem prestat calorē. vn de sanguis corrumpitur: et propria eius saporositas mutat et mēbra illū odientia nec ab alio nutrita consumuntur. Vñ Ha. vidi inquit hunc eximum sensualiter. volēs eñ corpis interiora perscrutari sicut stomachū intestina et filia: precepit in spacioso loco poni simiam simul et sepe perquiri vt qua liter corpus eius consumeretur: tandem per medium diui dens eam inueni ad cor eius humores corruptos: quorum fumum ad cor ascendisse et suam complexionem corrupis se credidi: quocirca antiqui hanc consumptionem vocaue runt phthysim decrepitam. At q: compleuim⁹ disputatio nem phthysis naturalis et non naturalis: oportet incipiam⁹ de accidentali que est cum fe. ¶ Phthysis igitur que cum febri. fit duobus modis est: aut ipsa per se est morbus: aut propter alium. Que vero per se est morbus: fit ex reb⁹ cale facientibus et desiccantibus: plurimū tñ causa eius est ephi mera: maxime si propter exercitia anime fuerit: sicut pro pter vigilias: cogitationem: tristiciam: angustiam: legere et inuestigare. ex omnibus enim istis animalis spiritus fatiga tur et spiritualis: et accidentalem accipiunt calorem: qui ca lor cum morabitur substantialem consumet et desiccabit hu miditatē: maxime si corpora fuerint ad hoc preparata: sicut sunt calidam et siccam habentes complexionem. macilenti stricta habentes pectora: et capita spatularum foras exeun tia sicut ale auium stantes in etate iuuenili: videlicet q est a.xviij. annis vsq ad.xxv. precipue si estas fuerit vel ca lidus aer: aut regio calida. Nonnunq etiā fit propter corpo rea exercitia: sicut ppter eqtare alios ve labores facere: aut ppter calida cibaria et potū et medicinā. ¶ Phthysis vo que est cum feb. que fit propter alium morbum est quattuor modis: aut est de ephimera que moratur: maxime ex pro prium terminum transit et sanguinem calefacit: aut est pro pter febrem acutam: cū calefacit et extenuat sanguinē et do minans consumit substantialem humiditatem: aut est pro pter febriles putredines cum commiscentur et suas mutāt interpolationes: aut est propter diuturnas egritudines cō sumentes membrorum humiditatem: sicut cum venit ex tus si dolore pectoris pulmonis dyaphragmatis renum et ply dolore qui est de calore et apostematib⁹ omnibus apparen tibus: que sunt prolixa corpus calefacientia et consumentia ¶ Significationes autē phthysis vniuersaliter sunt q̄ttuor modis. Uno quia feb. totum corpus circundat: et omnibus membrorum humoribus et spiritibus equaliter dominatur membris tñ solidis multo plus est familiarior: proinde anti qui hanc fe. naturali calore non in temperamento: sed in cō tinuatione assimilauerunt: quia membris est inuiscata: nec ab eis seiungit: sed miscetur naturali calori et ei assimilatur: quia ipse est a membris inseparabilis sicut calor naturalis: neq enim augmentatur: neq decrescit spiritus ipse: si ta men declinat nonnūq vt febris putrida intra vasa existēs. Differt tamen ab ea: quia febris ethica sine causa mani festa declinat sicut putrida feb. sed feb. putrida intra vasa p manens: aliquando declinat in initio cum vomitu. Secun do quia calor licet totum corpus circundet: est tamen lenis neq pungitiuus. vnde infirmi se nullam pati feb. estimant Tertio quia color plumbeus est et liuidus: et citrinus: splen dido eñ sanguine indigent. Quarto q: tēpora eorum et spera oculi concaui siccam comitantem exachexiā: nutritiua enim hūiditas ablata est ab eis: hoc testat totius corporis siccitas Hec sunt significationes vniuersales ethice: particulares ve ro diuerse sunt. Ethica vero quattuor modis est: causa est: quia humores sunt quattuor. Un⁹ est in vasis sanguineus scz humor in venis existens sicut humiditas arborum terre q nascentium permanens in summitatibus eorum: velut humiditas in ramis vitis existens. Secundus est humi ditas existens in concauitate membrorum: in quibus natu ra nondum tertiam fecit digestionem: nec eam membris assimilauit: sicut est aquosa humiditas que est in arborib⁹ et terrenascentibus: et velut humiditas que est in frumen to et vuis nondum maturis. Tertius humiditas est mem brorum in quā natura incepit operari: sed tamen non coagula uit neq perfecit eā sicut est caro tenera que non est mem bris assimilata: et sicut humiditas frumenti que cepit coa gulari et saporifera fieri: et mollis tamen adhuc permanet et humiditas vue coagulari et dulcis fieri incipiens: sed ta men non est desiccata nec ad duriciem conuersa. Quar tus est humiditas membra regens et custodiens sicut humi ditas in membris coagulata: et ad duriciē conuersa et cū mē bris vnū effecta: sicut humiditas frumento assimilata: illud ne putrefiat custodiens: et sicut humiditas vuarum passa rum substantiam earum ne putrefiāt obseruans. Igitur q: corporea hūiditas q̄druplex est: necessario spēs ethice tres sunt. Una est humiditas in mēbris permanēs: in q natura nondum tertiam digestionem operata est: neq mēbris eam assimilauit. Secunda membrorum est humiditas qua ope rari natura iam incepit: sed tamen non coagulauit neq eam perfecit. Tertia est substantialis humiditas qua regūtur et custodiuntur membra. Causa primi hec est: humiditas eñ sanguinis si augmentetur: et naturam superet: odio tenebi tur: nec ab ea regetur nec mundificabitur: quia amplius de morans maxime calefit et putrefit ex corporis calore: et feb. putrida sm suam materiā intra vasa generabitur. Et si nō augmentabitur: neq a natura dimittatur: sed solummodo propter id qd in ephimera fe. diximus calefiat: et calor vsq ad mundificatum sanguinem qui est in arterijs deueniat: coniungetur cū eo et confortabitur: et venarum et arteriarū substantiā calefaciet: calor etiam vsq ad humiditatem que est in raritate membrorum permanente accedet: et eius vn ctuositatem desiccabit: qui quia vnctuositatem et saporem amittit merito a membris non suscipitur: mēbra igitur nu trimento carentia consumuntur. Hec est prima species ethi ce: proinde hec species ad curandum facilis: si sapientis ma num patiēs inciderit. Medicus enim si inceperit velociter calorem extinguere cum frigidis et humidis sicut cibis potu odore aere et similibus: citissime illum calorem extinguet: et infirmum sanabit. Cui nisi succurratur: et calor in corpore fit permanens et augmentans: et vsq ad humiditatem mem brorum que coagulatiōi vicina est: deueniat: eorumq desic cet vnctuositatē et saporositatē mēbris nō assimilatur ipsi eam odientib⁹. vñ consumptio et siccitas eorum augmētata fiet: Et hec scd̄a species ethice que dura est et molesta ad curandum

Et si calor magis augmētet̄ ⁊ substantiali mēbrorum humidi
tati obnectur ⁊ eam siccet: ⁊ veniens vsq3 ad humiditatē mē
brorum q̄ fuerat cum eis ab initio complexionis desiccabit
eam: ⁊ fit tertia species ethice que incurabilis est. Calor eñ
extraneus humiditatem membra custodientem desiccauit
operās in ea sicut calor solis in lapide ⁊ ligno operatur. Ca
lor enim solis longo tempore lapidū ⁊ lignorum humidita
tē desiccat ⁊ eorum vnctuositatem separat: ⁊ quasi cinerez
eam facit. Causa est: q: lapis ⁊ lignum sunt de quattuor ele
mentis cōposita: proinde calor in eis b̄ operatur: qd̄ testat̄
actio ignis in lapide frigido: desiccat enī ⁊ ad calcem illum
conuertit. Est ergo possibile vt sic̄ modo operetur calor so
lis longo tempore: nulla enim differentia est inter calorē so
lis ⁊ ignis: nisi q: ignis velociter: iste vero tardius operatur
Possumus enim intelligere q lapis habeat substantialē hu
miditatem: cum arbores ⁊ herbe in montibus ⁊ lapidibus oriā
tur: q si humores nō habeāt nutriri ⁊ augmētari minime pos
sent. Completa igitur ethice disputatiōe que est ꝓpter aliū
morbum: oportet nos sequi ordinem ethice q̄ nō est ꝓpter
alium morbum existens.

De ethica q̄ non fit ꝓpter alium morbum. Cap. ij.

Causa ethice que non est propter alium morbum
humiditas est in concauitate cordis ⁊ venis et
arterijs inhabitans: que si calefiat: ⁊ a sua na
tura in calorem ⁊ siccitatem: propter anime exer
citia prout diximus: mutetur sine vlla diminutiōe
sui fiet prima ⁊ simplex spēs ethice que per seipsam est mor
bus. Hec itaq3 facile causatur: q: calor extraneus nō est nisi
in humiditate sanguinis que in corde est ⁊ in suis venis et
in arterijs: nihil enim in eo facit nisi solūmō calefactionem
⁊ ebullitionez. Et si calor augmētetur ⁊ calefaciat substan
tiam cordis ⁊ arteriarum atq3 venarum: ⁊ siccetur humidi
tas eius que est vicina coagulationi: fit secunda species hu
ius ethice. Et si plus augmētatus fuerit calor ethice: vt de
siccet substantialem humiditatem cordis ⁊ suarum venaꝝ
⁊ arteriarū illum custodire ⁊ regere solentez: fiet tertia spe
cies huius ethice: fiet q3 incurabilis sicut diximus. Et q: cō
pleuimus causam ethice que est propter alium morbum: ⁊
causam eius que non est propter alium morbum: sed ꝓpter
se: necesse est vt dicamus vniuscuiusq3 speciei significatiōes

Dicamus igitur q ethica que propter aliuz morbū fit si
cut propter ephimerā: intelligenda est ita: quoniam cuz vi
demus aliquem ephimerā habentem de angustia: tristicia
ira ⁊ similibus anime exercitijs: ⁊ feb. permanet vsq3 ad ter
tium diem consistens in vna qualitate. s. vt non augmen
tetur neq3 minuatur: ⁊ apparent in cute infirmi obscuritas
liuiditas: duricia ⁊ consumptio: ⁊ manu super infirmū po
sita sentitur calor pungens ⁊ acutus: ⁊ nulla hora augmen
tatur neq3 minuitur aut declinatur: est prima species ethi
ce febris. Quod si appareat cum his signis augmentū feb.
cum infirmus manducauerit: intelligimus scdam speciē hu
ius fe. esse. Sz tñ subtilius oportet inuestigari: q si damus
ei cibum temperatum ⁊ laudabilem tribus diebus in diuer
sis temporibus: in prima videlz die mane: in scda ad sextam
in tertia vespere: ⁊ in vnoquoq3 horum dierum fe. augmē
tari viderimus: ⁊ ad corporis exteriora exire: pro certo cre
dendum est hanc esse scdam speciez. Causa est: quia calor in
firmorum est intra corpus quietus: ad quē cum cibus ⁊ po
tus venerit: suscitatur ⁊ diuiditur exiēs extra corpus: qd̄ te
statur de calido lapide vel calce: aqua enim sup eos inciden
te mox calor in interioribus eorum reconditus extra corpus
egreditur. Causa est q: aqua cū frigiditate ⁊ humiditate ca
lori opposita est: eaq3 calcem percutiens humefacit eā cum
sua humiditate. vnde sui aperiuntur pori: ⁊ veniens aq̄ vsq3
ad calorem: calor suscitatur eiq3 repugnat ⁊ fugit ante illaz
exteriora petēs. Eo mō itelligēdū est de cibis ⁊ potibus his
infirmis facere. Quidā vero arbitrati sunt calorez febrilē su
scepto cibo augmentari: cibi enim in augmentū fe. accipiun
tur. vnde fe. materiam inueniens crescit extra corpus egre
diens: ⁊ lucernam ad testimonium dederunt: que dum ha
bet oleum crescat ⁊ augmentatur ignis. Sed postea suam
destruxerunt intentionem cum hac ꝓbatione. cibo enim in
diuersis temporibus oblato febris videtur augmentari eq̄
liter. vnde estimati fuerunt q calor fe. in cibo augmentatur
propter cibi humiditatem cui calor repugnat: sicut diximus
in calce fieri ⁊ calidis lapidibus: hec est secunda spēs ethice

Tertia vero plus palam patet sensui: q: facies infirmi est
mutata in plumbeum colorem aut liuiduz: que significatio
ostendit substantialem humiditatem esse desiccatam: ⁊ vir
tutem naturalem defectam esse: nares subtiles sunt ⁊ acu
te: oculi concaui siccam chachexiā habētes: q: nutrimentuz
ad oculos veniens non est bone qualitatis: qd̄ virtus dige
stiua que defecta est minime potest digerere: permanēs er
go clausum in oculorum angulis calore aeris ⁊ fe. desiccat̄:
ossium quoq3 compositio oculos circundantium mutatur:
⁊ tēpora sunt aspera: motus palpebrarum ⁊ supciliorū fit
grauis propter siccitatem eorum: q: iacentes claudunt ocu
los sine vlla voluntate: quasi a somno sint grauati propter
virtutis defectionem ⁊ dissolutionem: sed ⁊ manu sup eos
imposita frigidi ⁊ sicci inueniuntur: ⁊ manu ibi morante do
nec eorum corpora ex calore manus calefiunt: calor sentitur
a corpore eoruz paulatim ascendere. Et si ventrē discoope
riant: apparent quasi non habentes viscera ⁊ tactus eoruz
est quasi tabula: ⁊ si cutem eorum cum digitis constringas
aliquantulum extendens: extensa permanebit minime in
ferius descendens: caret enim humiditate qua mollis fiat:
⁊ ad suum locum conuertat̄. Quam feb. speciem si quis in
uenerit mortē ꝓculdubio iudicet. Pulsus eoꝝ est debilis
paruus durus ⁊ spissus: atq3 eoꝝ q̄si chorde. Cū debilis ⁊
paruꝰ pulsus est defectio ⁊ cōsumptio virtutis: spissitas ve
ro est propter multitudinem fumi cogentis exire. Urina eo
rum est sicut oleum in liquore habens squamas: que si sup
petram fundatur: sonabit quasi oleum. Causa eius est pro
pter consumptionem substantialis humiditatis in solidis
membris existentis: ⁊ hec causa consumptionis ⁊ dissolutio
nis est propter siccam complexionem membris dominātez.
Uocatur decrepite senectutis morbus. neq3 sanabitur nisi
cum natura cōuersa fuerit vt ante fuit. Stomachus eorum
est quasi stomachus decrepitorum: cui impossibile est vt cō
uertatur in ipsa qualitate qua fuit. s. in iuuentute. vnde sto
machus eoruz semper est defectus: ⁊ parua occasione dige
stio eorum impeditur. Similiter patientes siccitatez in qui
busdam membris solidis: cum substantia cordis aliquantu
lam patitur siccitatem cito consumitur. Si vero siccitas
fuerit multa: mors erit proxima. Post hoc epar ⁊ stoma
chus si in siccitate mutantur periculum significant: sed tñ
non cito mortiferū sicut sunt priora. Oportet etiā intelligi:
q: si omnia solida membra fuerint desiccata ⁊ multo tēpo
re taliter parmaneāt: necesse est vt infrigidentur: q: siccitas
cum sola venit: non permanet longo tempore: quoniam mē
bra nutrimentum non inuenientia refrigerantur ⁊ desiccā
tur: nutrimentum enim eorum calidum ⁊ humidū est. i. san
guis. Unde cum videbimus membra desiccari ⁊ nullaz ha
bere humiditatem ⁊ frigiditatem humectemus ea: si autez
fuerint infrigidata: nullam faciamus ei curam: quia mole
stum est.

De ethica composita cū febre putrida. Capi. iij.

Galienus dixit se hanc febrem vidisse esse composi
tam cum alia febre de putredine: ⁊ vidisse eam so
lam nullius habere commixtionē. Cuius compo
site significatio hec est: interpolatio. s. febriuz pu
tredinis: ⁊ continuatio ethice feb. illa interpolatione preter
eunte: ⁊ nos nullam de antiquis vidimus disputationem:
de eius cura cum est composita: difficilis enim est ⁊ dura
q: sunt contrarie opposite: febri enim putride necessaria est
res lauatiua ⁊ colatiua etiā desiccatiua: vt lauet colet ⁊ de
siccet humores q̄ sunt causa putredinis. Et ethice cōuenit
refrigerans ⁊ humectans vt refrigeret ⁊ humectet calorem
febrilem ⁊ laudabilem corpori prestet humiditatem. vnde
vtraq3 causa est sibi opposita: ꝓinde conuenit medico vt in
uestiget ⁊ studeat ne aliquaz incurrat fallaciam. Utilior igi
tur est hec cura si fe. fuerit commixta: vt custodiatur natura
lis humiditas ⁊ expellatur putredinis materia: sz prius opor
tet vt causa ethice auferatur per contrariuz: sicut labor cuz

quiete

quiete: ⁊ vigilia cum somno: tristicia cū leticia curet. Similiter necesse est substātialis humiditas corporis membrorū regitiua custodiat: ⁊ calor extinguat accidētalis ⁊ naturalis cōfortet: sicut cū cibis ⁊ potibus chimū laudabilē generantibus ⁊ refrigerātibꝰ: ⁊ humores extenuātibꝰ: quēadmodū est ptisana ⁊ similia: que dicturi sumus. Caueāt a medicinis quanto plus possint nisi cum magna fuerit necessitas: deinde eligant medicinā que est leuis ⁊ facilis nature: ⁊ inuestigent virtutē medicine vtrū sit attenuatiua absqꝫ calefactione ⁊ desiccatiōe: Dāda est ergo aqua cal. cū accessio fe. putride venerit. s. cū rigor incipit fieri. Et si vomitꝰ spōte venerit bonū est: quo nō veniēte si vis cū prouocare: necesse est vt fiat cū leuissimo vomitu. Acumine aūt febris cessante ⁊ angustia infirmi quiescente ⁊ appetitu cibi surgente dabimus ptisanam ⁊ panē bis vel ter lotū cū aqua frigida ⁊ zuccara Damus ordeum coctum cum lentibus: sed lentes sint mundate ⁊ excorate ⁊ prima decoctionis aqua auferatur: deinde misceātur cū ordeo ⁊ ramis portulace ⁊ lactuce: cū modico coriandri recentis aut veteris ⁊ cū aceto ⁊ zuccara ⁊ modico croco. Si vero fe. putredinis sit de phlegmate sunt ponēda inuicem portulace lactuce aliquātulum mēte ⁊ apij ⁊ blitis. Sūmo mane accipiant rodozaccarā cum zuccaro mixtā Et si cognoscimus pro certo calorē ethice nō esse membrorū raritate: ⁊ nondum venisse ad humiditatem q̄ est coagulationi vicina: ⁊ necesse erit dare infirmo succos scariole lupuli ⁊ apij dandi sunt: sed tū raro: nec illos sepe assuefaciāt maxime succū apij: q: calorē habet ⁊ siccitatem. Silr si necesse habent trocisci de rosis accipiēdi sunt siue de berberis: aut si sint necessaria mastix ⁊ maratrū cū rodozaccara raro tribuātur: ⁊ cū necessitas fuerit egrotantē oportebit oīno ab aqua frigida abstiere. Itē si fuerit necessitas magna coctā ei dabimꝰ cū modico masticis mixte cū aliquo vtili syrupo. Et si apostema in visceribꝰ fuerit oīno abstineāt ab aqua frigida nisi cū calidissima fuerint apostemata: q: calida apostemata trahūt ad se frigidā aquā: ⁊ prohibēt eā ne ad cor veniat: qm̄ si ad cor venerit cum sua frigiditate naturalē extinguit calorem. Oportet etiā vt caueamꝰ ne cibū in accessione fe. putride tribuamus: neqꝫ parū antea: q: angustiam dabit immo ⁊ febrē augmētabit: tps etiā exacerbationis elōgabit: q: si viderimꝰ accessionem mane fieri calidā dabimꝰ aquā rigore incipiente ⁊ impediemus infirmū sugētem mala gra. in tēpore accessionis: accessione vō cessante dabimus ptisanā: digesta itaqꝫ ptisana offerimus cibū sm ꝙ natura expetit. Si autē febris in medio diei inceperit augeri: mane danda erit ptisana: rigore vō incipiente calidam dabimus aquā vt vomitus prouocet. Recedente quidē feb. acumine ⁊ infirmo quiescente cibabimus cum sm ꝙ oportebit. Et si fe. a vespere incipiet mane dabimꝰ ptisanā. Cūqꝫ digesta fuerit: cibū dabimus prout oportebit: sed tamen minorē quantitatē cibi q̄ natura digerere valeat: Incipiēte itaqꝫ rigore vomitum cum calida prouocabimus. Sufficit quantū disputauimus de ethica que est cum putrida febre cōmixta: hec aūt est regula per quā medicus potest addere ⁊ minuere dietam sm ꝙ virtutē patientis ⁊ fe. cognoscit.

De dieta simplicis ethice. Cap. iiij.

SImplex ethica duobꝰ modis est. s. aut corpus est mūdificatum ab humoribꝰ ad putredinem se preparātibus. vñ opꝫ nos incipe curam cām ethice expellētem p cōtrariū sicut diximꝰ sicut tristitiā cum leticia: iram cū patiētia ⁊ similia cū suis contrarijs: deinde expellamꝰ materiā putrefieri incipiētem cū medicinalibꝰ cibis attenuātibus ⁊ mūdificātibus absqꝫ calore ⁊ siccitate: sicut est succus lupuli: cū rodozaccara ⁊ violis zuccara myrobal. māna casiafistula ⁊ filibus cōmixtis. Cūqꝫ certi sumꝰ ꝙ materia corpis sit purgata: ordinabimꝰ aerē loca ⁊ indumēta cibum ⁊ potū odores cathaplasmata ⁊ filia: et mutabimus ea ab inutilitate ad vtilitatem: quia necesse est vt sit aer frigidus ⁊ humidus: locus septētrionalis: indumenta naturaliter sint frigida ⁊ humida sicut linea vetusta ⁊ loca aromatica cum sandalis ⁊ aqua ro. Cibaria sumant infrigidātia ⁊ extinguētia extraneum calorem ⁊ naturalem confortātia ⁊ substātialem corporis humiditatem custodientia: sicut sunt ptisana panis lotus bis vel ter in aqua frigida aut panis infusus in vino albissimo leuissimo ⁊ bene mixto lactuce portulace cucurbite blitis attriplices. oīa condita sint cū amygdaleon. De fructibꝰ sicut sunt vtraqꝫ malagra. melones palestini: mala: pira: vue hyemales: ⁊ similia. De sirupis sicut malorūgra. ⁊ iulep accipiāt. Mittamꝰ in aquā quā bibere volūt bolum: spodiū: sandalos albos: semen portulace ⁊ similia. De aromatibus sicut sunt frōdes ⁊ flores confortatiui ⁊ refrigeratiui. sicut rosa salices mirta viola nenuphar ⁊ sandali. Caueāt cāphorā propter siccitatē quā habet nisi cū certi fuerimus habere in suis capitibꝰ substātiam humidā: que repugnet siccitati cāphore. Sed si humiditas capitis est parua ⁊ accidētalis hūiditas: cāphorā caueāt quātum plus possint: q: reuma lꝫ sit calidum: cāphora tū nocet eis lꝫ sit frigida: qđ est duobꝰ modis. Uno q: frigiditate sua accidētali humiditati repugnat que est in capite ⁊ eam ingrossat: vnde sit causa agmētandi reuma. Alio q: cū sua siccitate naturalem desiccat capitis humiditatem. nō eñ humiditas capitis siccitati cāphore valet repugnare: nisi cum fuerit maioris quātitatis q̄ siccitas est cāphore. Cathaplasmata vero que epati sunt ponēda cōcedimus vt habeāt cāphorā q: naturalis epatis humiditas siccitati cāphore repugnat ⁊ cōuertit eam ad temperamētum. Sed reprehēdi videmur a quibusdā sophistis nobis questionem opponētibus de cerebri humiditate: quare inquiūt humiditas cerebri siccitati cāphore nō repugnat cū cerebrū naturaliter sit humidius ceteris membris corpis. Unde respōdēdum erit cerebrū semper mouetur propter imaginationem ⁊ rationē: quia est fundamētum sensuum ⁊ volūtarij motus: ⁊ fumi semper ascendūt ad illud. calorem etiā aeris plus patitur q̄ epar: ideoqꝫ cerebrum accidentaliter est siccius epate: lꝫ ceteris mēbris sit humidius naturaliter. Nōnunq̄ dabimꝰ trociscū de spodio ⁊ bolo cum sirupo quē diximus: ⁊ aliquando dabimus psilium si egestio non sit humida: solutio eñ ventris in hac passione est pessima: q: materia eius acuta est ⁊ pungitiua: ⁊ humores in hac egritudine soliti sunt ad intestina descendere: quoniā mēbra sunt defecta ad dissoluendū ⁊ expellendum eos per poros qui ad interiora corporis clausi resoluūtur: descenduntqꝫ ad intestina ⁊ eis duas faciunt actiones: aut lubricitatē faciunt vt egestio nequeat retineri: aut excoriāt ⁊ nascitur dissinteria. De cura igitur q: vsqꝫ ad hūc locum nostram diximus disputationē: ⁊ mōstrauimus plane: q: curatio huius febris est cum ordinamēto aeris loci indumentorum cibi et potus aromatum balnei vnctionum: necesse est vt plane dicamus quomodo ⁊ vbi ordināda sunt hec omnia. Incipiēdum est ab aere: quia nobis familior est. Igitur si tempus fuerit hyemale nō tamen multū sit frigidum: non debet illud aliquo ingenio ingeniari bonum est: ꝙ si multum fuerit frigidum necesse est illud ingeniari: videlicet pānis operiātur ne. frigida aeris virtus corporis exterioribus dominetur ⁊ autem desiccet atqꝫ fumos ad interiora claudat. Si autem fuerit estiuū: coaptari oportet illud vt infrigidetur ⁊ humefiat: scilicet vt mansio infirmi sit spaciosa ⁊ septētrionalis ⁊ porte septētrionales. in pauimēto sternamus rosas: violas: nenufar: basilicum: semperuiuam: ramos vitium: ⁊ modicam aquam super ea roremus. Et si corpora eorum indicant materiam ad putredinem preparatam: bonum est vt vngamus corpora eorū de succis lactuce portulace vuarum amararū solatri cū oleo rosaceo mixtū hec tū inunctio non diu super pectora moretur: quia instrumētorum spiritus est percussiua. Ingeniemus etiam prout possumus melius ne humiditas eorū dissoluatur. ꝙ si virtus eorū fuerit defecta: ⁊ mēbra dissoluta: ⁊ vene apparēt albe propter sanguinis inanitionem: ossa quoqꝫ brachia subtilissima ⁊ eorū cōcatenatio inanita proxima portēditur mors.

CUmqꝫ feb. aliquando per se est morbus: et aliqñ per alium sicut frenesis ⁊ alij morbi his similes: aut est propter putredinē febris in quibusdam mēbris existentē: sicut in diaphragmate pulmone: aut propter diuturnam tussim: aut propter epatis dolorem renū ylij: necesse est vt cum eam cognouerimꝰ esse in aliquo istorum: prohibeamus patientē ab aquis fri

gidis: ⁊ ab vnctione succorum quos superius diximus: nisi
cū apostema ꝑ qd febris fuerit sit calidissimū. Deinde ex ea
modicum dabimus: quia cali. apostematis trahit ad se hu-
miditatem aque: ⁊ ꝓhibet eam ne veniat ad cor: ⁊ noceat ca
lori naturali. Et si apostema nō fuerit calidissimū: abstinea-
mus eos ab aqua frigida: ⁊ mitigabimus calorem coꝝ cuꝫ
aere cibo frigidisqꝫ aromatibus. Unde Gal. aqua inquit fri
gida in ethica que est ꝓpter alium morbum pessima est. pre
cipue si morbus diuturnus fuerit. Causa q: morbus qui cau
sa est ethice necesse est vt sit calidus sicut frenesis ⁊ sinta: aut
diuturnus sicut putrida febris erratica cōmixta ⁊ similia. Si
vero morbus fuerit acutus morās paruo tempore percussit
substātialem corporis humiditateꝫ ⁊ desiccauit eam ⁊ dissol
uit virtutem membrorū. vnde calor cordis est defectus ⁊ ne-
quit humiditati aque repugnare. sic ergo humiditas aque
causa est calorem naturalem extinguēdi. Si autem morbus
fuerit diuturnus: cōsummauit sanguineꝫ mēbroꝝ ⁊ emūda-
uit eam a carne. vnde mēbris infrigidatis calor deficit na-
turalis: necessario igitur calor cordis sit defectus. ꝓinde fri-
giditati aque calor cordis neqt repugnare aut resistere ma-
xime si fuerit materia in venis ⁊ arterijs ad putredinem pre
parata: q: humiditas aque illam augmētat ⁊ materiā indu-
rat vt nequeat digeri. precipue si in vrina nullū signum de-
coctionis appareat. Palā ergo intelligimus: ꝙ nullo modo
danda est aqua in ethica nisi cū ipsa morbus per se fuerit: si
virtus coꝝ custodita sit. ꝙ si virtus coꝝ debilis sit caueant
aquā. Unde oportet arbitrari qualiter corpa coꝝ humefiāt
⁊ cōfortemus virtutem coꝝ cuꝫ cibis qui sunt faciles ad di-
gerēdum ⁊ multū nutribiles: q: sanguis corpoꝝ coꝝ licet sit
laudabilis tamen modicus est. similiter spūs animalis ⁊ vi-
talis: ⁊ ꝓpter sanguinis paruitateꝫ membra minuūtur que
sunt totius corpis fundamēta ⁊ ꝓpter paruitatem aīalis ⁊
vitalis spūs deficit calor naturalis. vñ necesse est festinemus
ad restaurāda coꝝ corpa ⁊ in virtute ⁊ nutrimēto cū cibis ⁊
potib9 qui sunt faciles ⁊ subito ⁊ multū nutribiles. sicut est
vinū albū ⁊ grossuꝫ ⁊ rubeū grossuꝫ. Sicut Hippo. in apho.
Facili9 est repleri potu ꝙ cibo: sed tñ prout oportet dādum
est ei ⁊ quomodo opꝫ: hoc est nō purum nec ieiunis vt ꝑstet
mēbris maxime stomacho caloreꝫ ⁊ siccitatem: sed nō debet
accipi multū ⁊ subito vt intrās velociter exeat nec mēbra nu
triat. nec multū grossum vt morās in āgustis locis oppilatio
nem generet: ideoqꝫ oportet nos illud negare ⁊ egritudinē
exeūtibus ⁊ maxime ethicis: cibū accipiāt mediocrem: facile
nutriētem ⁊ quiddā grossiciei habentem vt ꝑmanēs in mem
bris nutriat ⁊ cōfortet ea. Neqꝫ intelligere debem9 vt hippo
cratis intētio esset de potu absoluto vel de humidis cibis ab
solutis: sed ꝯuenit nobis noscere: q: eius intētio fuerit de re
bus nutriētibus leuiter ⁊ faciliter sicut sunt vina grossitatis
aliquid habētia ⁊ in mēbris ꝑmanentia vt nutrimētum eis
inferāt. De cibis silr facile nutritiuis ⁊ nature obediētib9
sicut sunt lac ptisana panis lotus ⁊ similia. Ethici vero cum
pro certo noscūt febrem cessauisse: nec alia re indigēt nisi au
gmētatione ⁊ nutrimēto corpis: accipiāt mane lac caprinum
in quo statim emulso misceatur in eadeꝫ quātitate cal. aqua
⁊ ad suauem ignē coquatur quousqꝫ tota aqua cōsumatur.
deinde potui detur calidū ꝓut ab vberibus emulsuꝫ fuerit.
quo ebibito tpˢ expectetur quo digestū fuerit. deinde dabi-
mus starnum ꝑdices pullos ⁊ similia. oīa iuscellata. vinū al-
bum ⁊ ponticum mediocriter bibāt. Et si nō potuerint solū
lac bibere miscēdum erit cum ordeo et simila tritici ⁊ simili-
bus scḋm ꝙ virtus digestiua coꝝ fortis fuerit. Sed tamen si
cognoscimus corpa eorum nullam habere materiā seu hu-
mores qui sint ad putredinem preparati: cauendum erit ab
eis cibis ⁊ dabimus solūmodo ptisanā ⁊ panem lotū. maxi-
me si in eorum egestione cholera appareat. Uniuersaliter
etiam dicimus ꝙ nō debemus dare lac ꝑdices ⁊ his similia.
aut vinum ponticum nisi cū certissime cognoscimus febrem
ab eis esse ablatā: qd cū palā nouerimus balneabimus eos
in balneo aque sapide temperato in aere: et calor aque sit
quasi calor lactis cū ab vberibus est emulsuꝫ: ⁊ ingeniemus
vt balneum mansioni eorum sit vicinum. ⁊ ducatur in culci-
tra aut in lecto ne motio eorum pedibus euntium duo nocu-

menta faciat. aut faciat eos sicciores: aut calefaciat ⁊ debili-
tet eos vt in balneo stare nequeant: quia necesse est eis in so
lio balnei diu morari: quia aqua solij que est temperata pre-
stat corporibus eorum humiditatem augmētum ⁊ virtuteꝫ.
Oportet vero vt sit solium spaciosum ⁊ ostio balnei vicinū
vt non ambulent per aerem balnei ne parua eorum humidi-
tas substantialis desiccetur. ⁊ oportet vt aqua balnei maxi-
me temperata sit: quia calida si plusqꝫ oportet fuerit: coadu-
nabit cutem plusqꝫ oportet ⁊ indurabit eam. Si vero fri-
gida plusqꝫ oportet debilibus corporibus tribuet frigi-
ditatem: ⁊ calorem extinguet naturalem: cutem claudet ⁊
oppilabit. ⁊ scḋm nostrā intentionem hoꝝum pori debēt ape-
riri ⁊ cutis mollificari: q: sunt in istis clausi ⁊ oppilati natura-
liter: q: sine cōsumptione humiditatis res nulla potest inue-
niri dilatans ⁊ aperiēs poros corporis coꝝ sicut facit aqua
que est temperate calida: q: mēbra corpis delectātur in ea: ⁊
natura excitatur ⁊ ꝑ totius corporis membra dilatatur pro-
pter aque delectationem que est eis similis. vnde natura se
delectante sanguis eam sequitur: ⁊ veniēs vsqꝫ ad corporis
exteriora poros mollificat aperit ⁊ dilatat: q: actio nature in
hoc loco quo delectat̄ est opposita actioni locique odit. qm̄
a re nocitiua fugit natura ad interiora corpis. vnde extremi-
tates de sanguine ⁊ naturali inanitur calore. ꝓinde patiū-
tur oppilationem ⁊ duriciem in cute. Oportet igitur iterū
nos inuestigare vt diffiniamus quātum patiētes morari in
balneo debeāt: que mora talis sit: quia si viderimus rubicū-
da ⁊ inflata fieri corpa priusqꝫ consumi ⁊ minui incipiāt eos
a balneo extrahamus: quia si dimittimus eos plusqꝫ opor-
tet consummabūtur. Ideoqꝫ cum volumus carnem in cor-
pore augmentare: dimittemus eos in balneo quousqꝫ fiant
rubicundi ⁊ inflati. Si auteꝫ eam minuere volumus post in
flationem dimittimus eos in balneo donec inflatio trāseat:
⁊ ipsi ad suam naturam fuerint cōuersi: sed cum decet inue-
stigari illa tempora: q: sunt multū stricta ⁊ acuta precipue si
carnem volumus augmētare: ꝓpterea verus terminus cuꝫ
a balneo debent egredi: est rubor corporis ne ipsi vltra ꝑma-
nentes ad deterius veniant. Egredientibus itaqꝫ a balneo
vngamus corpora eorum cum oleis frigidis ⁊ humidis: vel
vnguētis vt custodiāt hūiditatem quā ab aqua acceperant
ne aer illam consumat. Rursus oportet vt diuersis tēpori-
bus balneētur. Primum balneum sit mane priusqꝫ accipiāt
lac aut ptisanam vt infrigidet ⁊ refrigeret corpora coꝝ: se-
cūdo die vespere postqꝫ lac ⁊ cibus sint digesta. Et si virtu-
teꝫ infirmi fortem prospixeris esse vt possit amplius balnea-
ri bonum est. bonum etiam est si lac super infirmum fuerit
emulsum priusqꝫ in solium descēdat: ⁊ mittantur in balneo
frondes frigide et humide sicut lactuce nenufar viola et si-
milia. Si aūt infirm9 est ab humoribus mūdificatus ad pu-
tredinem se preparantibus: damus eis balneum exeūtibus
lac asininum cū ab vberibus fuerit mulsum. hoc eñi lac huic
passioni est optimum: q: ceteris subtilius ⁊ tardius ad coa-
gulationem: sed oportet eligi asinam iuuenem ⁊ sanam: ⁊ ꝓ-
bare eius lac vtruꝫ sit albū: neqꝫ naturaliter liquidum neqꝫ
spissum multum: ⁊ nutriamus eam cum lactuca sempiuua
coriandro ⁊ bono ordeo: ⁊ bona aqua. lacte vero digesto ite-
rum ad balneum mittatur. Et si balneo patientes delectan-
tur eo ꝙ eis assuetum fuerat: tertio ad balneum deducātur.
sed spacium sit vnius ab alio quinqꝫ horis: postea comedāt
perdices pullos gallinaceos ⁊ alas gallinarum. caueant ab
omni cibo graui: sed oportet cibi quātitatem fieri taleꝫ quā
stomachus nō grauetur: qd cōtēplari possumus hoc modo
quia si dederimus cibū ⁊ patientis stomachus extētionem
patiatur et acidum et fumosum ructum faciant: cognosci-
mus eos non bene digerere. vnde cibi quātitatem decresci-
mus adeo donec prospiciamus eam optime esse digestam.
Rursus si viderimus eos multa quātitate refectiōis care-
re: dabimus lac vaccinum: prius tñ butyrum ab eo sit extra-
ctum. Deinde prima vice dabimus ei. ij. ℥. sicqꝫ ascendamus
vsqꝫ ad quattuor. Et quoniā lac nominauimus illud deter-
minare volumus cui horum conueniat ⁊ cui non. Unde dici-
mus ꝙ cū lac ceteris cibis est facilius ⁊ omnia corporis mē-
bra nutriat: erit oībus nutribili9 ⁊ laudabilius ad pthysim

maxime qui alium nequeunt sumere cibum. et laudabilius
est lac muliebre: maxime si puellam lactauerit: post hoc est
asininum. sed tamen quidam odiũt vtrũq3: et q2 eis abomina-
bile est: oportet dari caprinum. Est enim medi ocre inter sub-
tile et grossum: sed priusq3 demus illud: decet poni caprã in
loco puro: et nutriamus eam cum bono ordeo et herbis si-
cut coriandro lactuca frondibus celsi et his similibus: et ca-
ueamus ne infirmi patiantur solutionem. proinde oportet
bis vel ter calidum lapidem in lacte extingui vt aquositas
eius consumatur. Et si virtus eorum fuerit confortata dabi
mus eis cancros fluuiales coctos cum ordeo vel ptisana et
filia: ¶ Igitur q2 sufficienter de lacte disputauimus: opor-
tet nos quibus conueniat aque frigide potus mõstrare: vel
alie res frigide. Sed priusq3 disputationem earum incipia-
mus: monstrabimus que sint frigide aut calide absolute si-
ne alicuius rei comparatione. ¶ Physici itaq3 concordãt
dicentes nullum corpus esse calidum: frigidum: humidum
aut siccum absolute sine alicuius rei comparatione nisi ele-
menta solũ. Dicũt enim se reperire ignem calidum non ad
alterius rei comparationem: quia si esset calidus ad compa-
rationem alterius: necessario esset frigidus ad alterius com
parationem. Nosq3 nullam rem inuenimus igne calidio-
rem. Ergo cum dicimus calidum frigidum humidum aut sic-
cum: non dicimus nisi ad comparationem humanorum cor-
porum que sunt temperata: quia humana corpora ceteris
corporibus sunt temperatiora. propter hoc cum aliquam
rem inuenimus nullam passionem nostro sensui inferen-
tem: sed eo delectantem eiq3 conuenientem cum quadam
similitudine: intelligamus eam esse temperatam quasi hu
mani corporis temperiem. Rursus si aliam reperimus
qua noster patitur sensus: sed tamen sine illius doloris hor-
ribilitate: intelligimus eam temperamentum humani cor-
poris trangressam esse vno gradu. Iterum si aliqua res ma
iorem sensui faciat passionem: et tamen eam tolerare va-
leat: dicimus eam duobus gradibus vltra temperamentum
esse. Si autem adeo sensui dominetur vt dolorem generet: in
tertio gradu cognoscitur esse. Si vero magnũ faciat nocumẽ-
tum vt destruat sensum et seiungat mẽbra sensualia: in quar
to videtur esse. Palam est quia calidum et humidum frigi-
dum et siccum sunt ad comparationem humanorum corpo-
rum temperiem exceptis solis elementis. vnde cõuertamus
stilum ad eos quibus conuenit aqua frigida et alia frigida
et quibus nõ. Cum ethica sit per se morbus simplex et corpo
ra patientium sunt absq3 vlla putredinis materia: optimum
est vt demus eis cibaria infrigidantia naturaliter: eaq3 arti
ficialiter frigidiora faciamus sicut sunt ptisana panis lotus
lactuca: cucumeres palestini. Et aquam demus frigidam
prout oportet maxime si virtus eorum non sit imbecillis: et
si digestio appareat in vrinis. Et si ethica propter aliũ mor
bum fuerit acutum vel diuturnum: prohibeamus aquam fri
gidam et alia infrigidantia prout melius possumus: maxime
si nullum signum digestionis appareat in vrina: et corpa nõ
sint pura de materia putredinẽ generãte. Causa huius duo
bus modis est. Vno quia mẽbra corporum egritudinem pa
tientiũ olim sunt defecta: et calor eorum debilis est et paruus vn-
de aqua et alia frigida sunt mẽbrorum percussiua et naturalẽ calo
rem extinguũt. Et si corpa eorum fuerit imũda propter aliquod
apostema vel crudorum humorum reliquias: aqua et cetera fri-
gida indurant et ingrossant eos vt nequeãt digeri. Vini ve
ro natura quia calefacit et naturalem cõfortat calorem: opor
tet consumpta corpora propter diuturnum morbum haben-
tes accipiant moderate: tamen mixtum sit et album et lene.
Consumptio vero corporis que est sine feb. et causa eius est
substantialis humiditatis corpis cõsumptio: et naturalis ca
lor eorum extinctus est propter sanguinis paruitatem: oportet
vt restituãtur cum corporis calefactione. Incipiamus a mo
dico calore et cathamodice ad maiorem ascendamus ne su-
bita corpis mutatione infirmus deficiat. Demus itaq3 syru
pum de zinzibere et iringorum radice: pecorinam carnem: vinũ
non multum vetus: ne dolorem capitis faciat et corpora eo-
rum desiccet. sedeant in aqua in qua cocta sint sansucus ba-
silicon: yreos: frondes: citruli. fumigentur de ligno aloes: ca

ueant omnino a coitu. Quorum virtus si augmẽtari incipiat
dabimus tyriacam et muscatam. Plus itaq3 si sint cõfortati
balneentur et balneum egredientes comedant annualem
agnum: viscellatũ conditum cum spica et zinziber: et bibant
vinum vt prouocet eis somnũ. Si autem aliquam patiantur
febrem modicam videlicet aut tussim etsi screant album visco
sum et grossum: dabimus eis apozimata de ysopo: et electua
rium qd recipit sebesten. l. iuiubas. xx. liquiritie. ℥. j. vuarũ
passarum enucleatarum. ʒ. xv. capillorum veneris. ℥. j. ficus sic-
ce. x. omnia in. x. libris aque coquantur vsquequo ad duas
redeant. da exinde. ℥. iiij. colatas ad bibẽdum cum. ℥. j. de ro-
dozacca. postea comedãt ius frumẽti et fenugreci. et accipiãt
electuarium qd recip se. lini. ℥. j. ß. orobi. ℥. j. medulle se. bom-
bacis. ℥. j. succi liquiritie. ℥. ij. fac puluerem et cum oleo ami-
gda. frica deinde adde zucca: qd sufficit. Aliud ℞. succi caulium
libras. iij. mellis dispumati librã. j. coquantur vsq3 ad mellis
redierint spissitudinẽ. postea medullas fistici quantũ sufficiat
tere et cum melle tempera. deinde cum potui dare volueris
da cum lacte caprino aut asinino vel pecorino coctis cum. ʒ. ij.
leuistici. Aliud ℞. marathri radicis: apij radicis ana. ℥. ij. anisi
ʒ. ij. malue seminis. ʒ. iij. lini seminis. ʒ. iij. iniubas. xx. ficus sic-
ce. v. vuarum passarum enucleatarum. ʒ. v. hec omnia in. viij. lib.
aque coquantur vsquequo ad duas redierint: dabis omni
die ad bibendum. ℥. iij. cum rodozacca. violazacca. ana. ℥. j. Et
si calorem non habeat tempusq3 non fuerit hyemale cum
melle. ℥. v. accipiãt illud. Trocisci valẽtes ad phthysicos em
picos cardiacos qui ℞. gũmi ara. berberis boli. ana. ʒ. iiij. ro.
spodij. se. portulace ana. ʒ. ij. et ß. cancrorum fluuialium assa-
torũ. ʒ. vij. basiliconis arnoglosse se. boragi. aã. ʒ. ij. corian-
dri sicci. ʒ. ij. ß. infusi in aceto et ad solem siccati postea assa-
ti. dragaganti. amidi. semi. citruli. cucu. ana. ʒ. ij. se. mirte. ʒ.
iiij. se. malorum citoniorum. se. herbe acetose ana. ʒ. ij. liqui-
ritie. ʒ. iij. reub. ʒ. j. ß. cacabre gemmarum non perforata-
rum ana. ʒ. ij. omnia trita cum aqua rosacea tẽperentur et
trocisci ex eis fiãt. dabis exinde. ʒ. ij. Alij valẽtes simili modo
℞. berberis sand. al. spodij. ana. ʒ. iiij. rosarum. ʒ. v. se. portu
lace. citru. cucu. cucur. ana. ʒ. j. ß. dragaganti gũmi ara. ami-
di ana. ʒ. iij. boli. ʒ. iiij. herbe acetose. cacabre. gemmarum
non perforatarum. ana. ʒ. ij. tempera cum succo arnoglosse.
Alij ℞. spodij: bol. ro. ana. ʒ. iiij. gummi arabi. dragaganti se.
arnoglosse ana. ʒ. iij. seminis papaueris. ʒ. v. se. portulace. se.
atriplicis. ana. ʒ. iij. berberis. ʒ. ij. fac puluerem et tẽpera cum
aqua rosacea. Alij valẽtes propter lienteriam frigidam ℞.
ro. spodij ana. ʒ. iiij. se. mirte herbe acetose ana. ʒ. iij. se. portu
lace sumac. ana. ʒ. v. se. maligranati. ʒ. iiij. boli. ʒ. v. gũmi ara-
bi. ʒ. iij. hypoquistidos. ʒ. iij. puluerizentur et cum succo cito
niorum tẽperentur: da potui cum syrupo citoniorum. Alij valen
tes contra dissinteriã cum tussi quã phthysici patiũtur. ℞.
gũmi se. citrul. ana. ʒ. iij. se. basiliconis. ʒ. ij. ß. se. mirte. ʒ. iij.
herbe acetose. ʒ. iiij. semi. portulace. ʒ. iij. hec omnia assata in
puluerem redigantur. dosis eius. ʒ. iij. cum syrupo mirte.
Electuarium cõueniens phthysicis tussim habentibus cõ
fectum cũ syrupo violaceo. maxime quibus in pulmone et pe-
ctore descendunt humores grossi et viscosi. ℞. sebesten. c.
iuiubas. l. vuarum passarum enucleatarum. ʒ. xx. se. malue. ʒ.
iij. cancrorum lauatorum et assatorũ. ʒ. xx. capil. ve. arno-
glosse ana. ʒ. v. liquiritie. ℥. j. omnia in. vij. libris aque coquan
tur quousq3 ad duas redeant. Deinde. ℥. iiij. sape adde et
zucca. ℥. iiij. Iterum vsq3 ad mellis spissitudinem coquan-
tur. Deinde accipe gũmi dragaganti. se. citoniorum ana. ʒ.
viij. se. cucu. ℥. j. amigdalarum dulcium. ℥. viij. se. portulace. ʒ. vj.
amidi. ʒ. viij. se. papaueris. al. ʒ. vj. fac puluerem: et cũ superio
ribus temperetur. Pilule que sub lingua posite valẽt con
tra tussim. ℞. gummi dragaganti. se. portulace. se. citonio
rum. ana. ʒ. iiij. semi. cucu. ʒ. v. amidi. ʒ. iij. amigda. ʒ. vj. fabe
mundate. ʒ. ij. se. malue. ʒ. iij. liquiritie. ʒ. v. omnia in pulue-
rem redacta temperentur cum succo psilij. Cathaplasma cõ
tra tussim pectora humectans. ℞. maluauisci. radicum et
frõdium malue. ana. ʒ. iiij. dragagãti. ʒ. ij. cere albe olei viol.
ana. ℥. iij. fac cathaplasma. Trocisci valẽtes cõtra sanguinis
screatũ qui fit phthysicis. ℞. gũmi dragagãti se. portulace.
ana. ʒ. v. succi liquiritie. ʒ. vj. boli chimolee: ana. ʒ. v. succi

hypoquistidos acatie. ana. ʒ. iij. coralli: cacabre. ana. ʒ. iiij. spodij. ʒ. vj. rosarum. ʒ. iiij. se. mirte. ʒ. iiij. coriādri infusi et assati. ʒ. vij. tempera cum aqua rosacea. Cathaplasma cōtra sanguinis screatum et tussim et febris calorem. ℞. cucurbite trite quasi medulle. ʒ. iiij. cāphore. ʒ. j. sandal. al. et rub. ʒ. ij. rose sicce. ʒ. ij. ß. cere al. ʒ. xxx. olei rosati. ʒ. j. fiat cathaplasma. Sirupus iuuans sanguinem screantes. ℞. succi arnoglosse. succi cucur. cucu. citruli. aque rosacee. aā. lib. ij. succi mirtillorum lib. j. succi pomorum citoniorum. lib. v. omnia coquantur donec fiant quasi sapa: deinde cum aq̄ frigida potui detur. Electuarium valens contra humores sanguinolentos qui sunt in pectore et pulmone: et calorem extinguit: vulnera pectoris sanat. ℞. amidi. se. citoniorum. aā. ʒ. v. fabe. boli. aā. ʒ. vij. se. malue. se. melonis. aā. ʒ. iij. gūmi. ʒ. xxx. dragaganti liquiritie. aā. ʒ. iij. oīa puluerizata cū sapa temperētur. Et si non fuerit febris nec humores grossi et conuenit melius mundificari: iungantur orobi. ʒ. vij. ysopi. ʒ. viij. marathri se. apij. aā. ʒ. ij. ⁊ ß. Si vero humores fuerit grossiores putrefacti se. fenugreci. se. lini. carui. equali pondere *cum oleo amigdalino ⁊ melle tēperabimus. Alś ℞. prassij orobi medulle. se. bombacis. aā. ʒ. iiij. se. lini. fenugreci. ʒ. ij. omnia in puluerem redacta cum melle temperentur.*

¶ Quarta pars huius de feb. acutis ⁊ accidentibus eis concomitantibus.

¶ De febribus causon et frenesi. Capi. j.

CAuson cōtinuum hꝫ calorē calori naturali nociuum et ei magnum facientem impetum propter morbi repugnationem. cuius nocumentum est impetus et molestatio qui ab initio cum ea eueniunt: propter acumen materiei qua creatur. huius enim materia ignea est acutissima in concauitate venarum coadunata ⁊ arteriarum cordi vicinantium et maxime venarum oris stomachi: et in concauitate epatis et pulmonis. Ideo differt hec feb. a tertiana que est intra venas: quia tertiane cholera est in venis a corde remotis. Sed in causon que de cholera generatur: maxime est in concauitatibus venarum que sunt in corde vel sibi vicinantibus: hoc testatur durities febris: furiositas suiq̧ acumen: et fortitudo et continuatio sitis. Causa vero fortitudinis et acuminis et continuitatis febris hec est: quia materia est in venis que sunt in ore stomachi et in epate. Que febris duobus modis est. Uno q2 est acutissima et feruentissima. sua enim materia pura cholera est rubea cum nulla humiditate cōmixta. Est et alia que non est tanti feruoris: quia sua materia est cholera citrina cum quadam phlegmatis humiditate cōmixta. proinde vocauerūt primā causon propter suam vstionem: eius enim materia est de pura cholera ardentissima. secundam vero nominauerunt acutam absolute: quia materia est aliquātulum sanguinolenta.

Plurimū autem prima iuuenibus accidit: quoniam eorum complexio naturaliter est calida et sicca. precipue in estate. Estas enim huius febris est naturaliter confortatiua et augmentatiua: quia cum suo calore et siccitate corporis humiditatem cum sudore et fumo dissoluit et desiccat. vnde necesse est vene extenuentur. propter hoc in extremitatibus diei vene attrahunt ad se fumum acutū de genere cholere rubee maxime si regio calida ⁊ sicca est. Que febris propria habet accidentia que ab ea sunt inseparabilia. habet etiam alia que sunt separabilia eiq̧ ⁊ alijs febribus pertinentia. Inseparabilia quidem sunt hec. acumen caloris ⁊ fortitudo duritia et continuatio febris ⁊ sitis: que in statu morbi sunt fortiora. Separabilia vero accidentia ei et alijs feb. cōia diuidūtur duobus modis: aut significant spem ⁊ salutem: aut desperationem et perditionem. Illa vero que spem salutis significant: sunt virtus infirmi: ⁊ sensus bonitas: leuitas corporis: ⁊ calor febris in toto corpore equalis: spūs nō īpeditꝰ ⁊ laudabilis cōpositio iacētis infirmi: appetitꝰ ⁊ digestio bona. ⁊ libentissima cibi acceptio. pulsus fortitudo naturali assimilantis: signa coctionis in vrina et egestione apparentia: sicut vrina rubicunda clarissima equalis in liquore habens hypostasim albā lenem coniūctam ⁊ in fundo vasis permanentem. Egestio vero in quātitate qua cibus et potus fuerunt: ⁊ expulsio in tēpore quo sani fuerant: in colore quidē pertinēs cholere: liquorem habens inter spissum et liquidū mediocrem cū cholera tinctū: quia cholera quā habet admixtam significat digestionem. Causa virtutis infirmi et sensus bonitatis ⁊ leuitatis corporis cibiq̧ appetitus salutem significat: quia sanitatem cerebri demonstrat ⁊ virtutem neruorum ⁊ lacertorum omnibus membris sensum et volūtarium motum prestantium. Omnes enim physici procul dubio credunt neruos et lacertos a cerebro procedere eiusq̧ instrumenta esse. vnde cum fundamentum est forte necesse est fortia sint eius instrumēta: vt cū instrumentorum salute actio animalis operetur et compleatur: ⁊ cum actionis animalis complemento perfectus permaneat sensus naturalē confortās actionem: ⁊ cū actionis naturalis confortatione corpus fit leue et desideriū cibi fit forte. Equalitas vero caloris in toto corpore equaliter permanens ⁊ spiritus facilitas et virtus pulsus infirmū ipsum habere virtutem significant. Ostendūt enim nobilia mēbra esse robusta de quibus vita ꝓcedit ⁊ mōstratur. i. cor ⁊ pulmo ⁊ diaphragma ⁊ pectoris mēbra sunt cordis instrumēta. sano ergo fundamēto sana eius sunt instrumenta: vnde flatus cōpletur et pulsus confortatur ⁊ etiam cū fortitudine calor per totū corpus diuiditur. Significationes vero illaudabiles mortē significātes duplici modo sunt: aut em̄ significāt morbi fortitudinem ⁊ molestiam sine timore: aut innuūt suspectionem et timorē. Ille autem que fortitudinem morbi ostendūt sunt feb. continuatio ⁊ vehementia doloris: sitis fortitudo: vigilia: stupor: alienatio mentis: augmētatio feb. imparibus diebus: diuersitas caloris in corpore permanentis: scilicet quidā locus calidus quidam locus frigidus: sudor calidus calorem febris et sitim non mitigans. vomitus et egestio ignea nullam citrinitatem habentia: cruditas et grossicies vrine. viscositas et limositas dentes cooperientes: sanguis e naribus cum rigore manans in fine morbi: que omnia dicimus non timorem significare: quia quandoq̧ ea accidētia bona sequūtur et nonnunq̄ mala. verbigratia. Fortitudo febris ⁊ magnitudo sitis acumen significant ⁊ vstionem cholere que est se. materia. Et si in cretico die laudabilis veniat purgatio ⁊ feb. et sitis mitigate fuerint salus portenditur. Si autem in die cretico febris ⁊ calor sitis augmentententur: timorem significabūt. vigilia significat calorē: et siccitatem in cerebro dominari: et nonnunq̄ significat dolorem esse somnum auferentem: sed eo cessante vigilia cessabit. stupor autem mentis ostendit fumum calidum humidum implentem cerebri ventriculos et virtutē eius humefacientem. Et si laudabilis crisis sequatur: scilicet cū vrina ⁊ egestione aut sudore expellentibus materiam illum fumū generantem: et aliquod coctionis signum apparebit in vrina: salutis indicium pronunciabit. Si autem vrina augmentabitur in cruditate et

grossicie et mutetur in albedinem: timenda erit. Alienatio vero significat fumum calidum et siccum in cerebro dominantem: et suam humiditatem desiccare: quam si bona sequatur crisis et febris transeat virtusque confortabitur: salutem pronunciabit. Si vero mala et augmentabitur feb. acumen et virtus patientis debilitari incipiat: malum significabit. abundantiam enim humorum significabit. Sudor vero calidus in die cretico si appareat et totum corpus circundet: febrisque mitigabitur: saluciferum erit signum. Si autem eo apparente febr. non deficiat: longitudinem morbi signif. cabit. abundantiam vero humorum extraneorum interius accumulatam ostendit esse: quos longo tempore necesse est digeri et purgari a natura. Et si non circundet totum corpus et febris augmentetur timorem innuit: maxime si non sit in die cretico: quia significat defectam esse actionem in toto corpore equaliter. Cholericus vomitus ostendit cho. ru. in toto corpore dominari. Et si quantum nature conuenit fuerit: et prout virtus patientis tolerare poterit: et ex eo corpus sit alleuiatum: salutem pronunciabit. Si autem plusque virtus patientis poterit sustinere fuerit: nec prout naturam oportet: non sumus securi quin natura deficiat in repugnatione morbi. Egestio vero ignea siue crocea significat dominium cho. ru. que si in die cretico apparuerit: aut in die declinationis morbi: et eam sequatur leuitas corporis et bonitas virtutis: est laudabilis. Contraria vero econuerso. Cruditas et grossicies vrine duobus modis fit: aut sunt in colore: aut in liquore. In colore vero si fuerit citrina: significat actionem caloris naturalis esse defectam in loco coctionis. quam si bona sequatur crisis: et virtus naturalis incipiat feces digerere et extenuare: atque vrina fit rubei coloris temperamentum habens in liquore: fitque in die cretico laudabitur indicia salutis pronuncians. Et si vrina appareat cruda scilicet: aut alba et subtilis: aut grossa et cruda mala erit et timorosa. In liquore vero potest fieri diuersis modis: quia aliquando exit subtilis et clara et in ea permanet subtilitate: et aliquando exit grossa et turbida: residens vero fit clara. et aliquando mingitur grossa et turbida et talis permanens. Est et alia exiens subtilis et clara residens vero fit turbida. que autem clara exiens clara permanens ostendit naturam nullam in ea facere actionem coctionis. Que vero turbida mingitur deinde fit clara significat initium coctionis esse completum. Illa quidem que exit turbida et in sua permanet turbiditate. et ea que exit clara et residens fit turbida: sunt mediocres inter salutem et timorem: que qui planius et apertius cupit audire: legat librum nostrum de vrinis. Limositas dentium significat virtutem extranei caloris dominari. Calor enim extraneus corporis humiditati si dominetur ingrossat eam fitque viscosa: que si dentes cooperiat longitudinem morbi significat. Si vero virtus infirmi fuerit fortis vt morbum queat sustinere salutem significabit. Si autem debilis multum molestum erit. ¶ Priusque disputemus de sanguine per nares exeunte cum rigore: oportet dicere: quia impossibile est coadunari in hac febre hec duo accidentia simul: quia sanguis e naribus exiens significat cho. que est materia febris esse intra venas mixtam cum sanguine. Rigor vero ostendit materiam febris esse extra vasa et membris sensibilibus vicinam: quia propter choleram que est materia morbi currentem ad membra sensibilia et mordicantem ea fit rigor. Rigor ergo cum fluxu sanguinis per nares exeuntis est inconueniens in causon in vno tempore. Sanguis per nares exiens: licet sit vna de purgationibus huius febris: si in die cretica appareat: tamen si fit secundum virtutem patientis et quantum necesse fuerit: et maxime in fine morbi: et ante tamen apparuerint signa coctionis in vrina et egestione erit laudabilis salutem pronuncians. Si vero econuerso fit. scilicet vt non veniat in die cretico: sitque paruus guttatim fluens: aut multus plusque virtus tolerare queat malus erit et timorosus. precipue si fit in initio morbi et priusque vllum signum coctionis appareat. Rigor itaque si in acuta febre maxime in causon eueniat: neque salutem neque timorem significabit: quando vero sunt cum eo alia accidentia que sunt salutem vel timorem ostendentia: tamen si nulla eum sequantur accidentia molestum est. Si vero bona bonum significabunt. Et si appareat in fine morbi: in die scilicet cretica: et eum laudabilis purgatio sequatur: febrisque mitigetur: saluiferum erit indicium: quia signif. ca. bit naturam esse confortatam et expellere feces morbi ab interioribus vasis exterius. Proinde rigor in fine morbi cum aliquo coctionis signo veniens in futuro sudorem pronunciat. Et si in initio morbi veniat priusque morbus incipiat digeri malum nunciabit maxime si non sit in die cretico. Palam ergo est quod vbi sanguis de naribus currit in acuta febre non est rigor. et vbi rigor non est sanguinis fluxus per nares: quod si aliquando fuerit malum pronunciabit. significabit enim chol. que est materia febris in interioribus venarum et arteriarum exterioribus et toti corpori dominari. Et si permaneat et faciat interpolationem erit pessimus duobus modis: quia cum veniet aut erit cum virtute: aut cum defectione virtutis. Si fit cum virtute et patiens fuerit fortis illaudabilis erit: quia vsus est nature vt post rigorem faciat purgationem. Purgatione vero facta et rigore non cessante diuturnitas morbi significatur: quia ostendit materiam morbi esse grossam et duram ad digerendum. vnde non sumus securi quin virtus patientis deficiat priusque materia morbi digeratur: quia nequit pati seuitiam acuminis et diuturni morbi et assiduum motum rigoris. Et si eger ab initio morbi fuerit defectus: pessimum est duobus modis. vno quia si solutio rigorem sequatur necesse est vt virtus fiat debilior non valens eum pati. Si autem nulla eum sequatur purgatio: ostendit virtutem esse defectam: quia non potest malos expellere humores qui sunt causa rigoris. ¶ Accidentia vero timorem procul dubio significantia hec sunt. defectio virtutis et eius inertia morbum pati nequeuntis: corruptio spiritus et appetitus: pulsus absconsio: angustia: timor: suspirio: alienatio: gutte sanguinis per nares manantis et non in die cretico frigidi sudores: et sudor non in toto corpore. rigor in initio morbi: ycteritia. Si ante vii. dies appareat frigiditas exterioris corporis: et maxime in extremitatibus subita sitis ablatio sine causa manifesta: nec in die cretico: repentina suffocatio sine gule apostemate inuoluntarie lachryme et sine vlla passione oculorum: paucitas et nigredo vrine: albedo et cruditas egestionis sui que viscositas et vnctuositas et eius frustatim diuisio quasi furfuree resolutiones causa corruptionis spiritus malum pronunciat: quia significat virtutem infirmi esse defectam et morbi pessimitatem quattuor modis. Corruptio enim spiritus aut facit magnum pulsum et velocem: aut magnum et tardum: aut paruum et velocem: aut paruum et tardum. Magnus et velox significat apostema esse in cerebro aut in diaphragmate. Differentia inter vtrumque est hec: quod apostema cerebri sequitur alienatio mentis: et rubor oculorum foras eminentium. Apostema quod est in diaphragmate: habet angustiam spiritus et pectoris stricturam. Magnus vero et tardus pulsus alienationem mentis significat: quod patiens propter disturbationem mentis retinet flatum: deinde eum subito emittit: sicut faciunt hi qui grauem dormiunt somnum et subito excitantur. Pulsus vero qui paruus est et velox significat extraneum calorem aggrauare et suffocare virtutem spiritualem et prohibere eam ne fortiter egrediatur. Pulsus vero qui paruus est et tardus ostendit propinquitatem extinctionis caloris naturalis. Absconsio pulsus ostendit virtutis defectionem et dissolutionem. Angustia significat acutos humores et nociuos ori stomachi dominari: quod nobilissimum est membrum sensibile et acutum sensum habet: proinde sensualia cum eo patiuntur membra: scilicet principalia sicut cerebrum cor epar. quemadmodum stomachi passionem sequitur cardiaca et cordis tremor. Ideoque cum ori stomachi acuta et nociua dominatur cholera: patiuntur alienationem mentis et cordis tremorem: quod calefactio ex igneo calore: et ad eius repugnationem deficiente tremor ei accidit. Similiter etiam cerebro si dominatur incensio caloris et substantialis humiditas desiccatur. vnde fit mentis alienatio. Proinde singultus in causon eueniens timorem nunciat: quia significat spasmum in ore stomachi fieri propter desiccationem sue substantialis humiditatis. Similiter et dolor in visceribus: si causon patientibus accidat: malum portendit: quoniam intestina ostendit spasmata. Timor et suspitio et stupor in acuta febre molestiam innuunt: quia pessimos denotant humores esse in ventriculis cerebri: lumen

animalis virtutis extinguẽtes. Mali enim humores ventri-
culos cerebri implentes aut sunt humidi et fumosi: aut fu-
mosi ⁊ sicci. Si sunt fumosi ⁊ humidi stuporem generãt: fu-
mosi ⁊ sicci lumen animate virtutis extinguũt ⁊ timorez et
suspitionem faciũt: sed plurimum hoc accidit infirmis cum
a somno fuerint expergefacti: q: illi humores in somno sunt
ad interiora cerebri: sicut calorem videmus naturalem esse
ad corporis interiora reconditum in somno. Rursus vide-
mus eos qui post cibi saturitatem dormierũt: quia fumus
cibi ad caput ascendit: ⁊ grauitatem generat. Similiter ⁊ illi
humores ascendãt in somno ⁊ cerebri ventriculos implent.
Infirmo ergo a somno surgente: quia natura ad corporis ex
teriora exit subito: et illi humores cum ea mouentur: ⁊ ani-
mate virtuti dominantes lumen eius obscurant: timorem et
suspitionem et mentis stuporem generant. Alienatio vero
cerebri percussionem significat propter incensionem caloris
febrilis. proinde calor apostematis in cerebro nascentis alie-
nationem significat. Gutte sanguinis e narib9 fluẽtes pessi-
me sunt: quia significant lõginquitatem morbi: neq: sumus
securi quin mors adsit futura: quoniam sanguinis manatio
per nares vna est de purgationibus quas natura ꝓm crisim
operatur: que si fuerit in die cretica sed non sit perfecta quã-
tum oportebit longitudinem morbi nunciabit: quia natura
monstratur non posse totam materiam egritudinis expelle-
re. proinde istud accidens non est alicuius bonitatis mõstra
tiuũ. Qr si in die cretico non apparuerit est peius: quoniam
non est ex actiõe nature: sed ex materiei acumine: qđ nequit
natura tolerare. Sudor frigidus malum pronũciat duobus
modis: aut enim significat citissimam caloris naturalis ex-
tinctionem: aut abũdantiam humorꝫ frigidissimorum calo-
rem naturalem extinguentium et calorem febrilem superã-
tium: cuius differentia hec est. Sudor enim qui extinctionez
caloris naturalis significat est cũ acuta febre. alius enim est
cum leni. Proinde prior vicinam nũciat mortem: quẽadmo
dum si in quarta die appareat mors erit expectãda in sexta.
Causa quia mors non fit in septima hec est: q: cuz appareãt
signa propinquitatis extinctionis caloris naturalis in quar-
ta die: non habet natura tantam vim vt possit naturalem re
gere calorem vsq: ad alium terminũ. Sudor enim qui diu-
turnitatem morbi significat est dubius: q: si confortata natu
ra illam calefaciat materiã ⁊ per sudorem illam expellat: salu
tem significabit. Si autem humores augmẽtati nature do-
minentur ⁊ calorem extinguãt naturalem mortem nũciabit.
Sudor enim non totũ corpus complectens: malus est duo-
bus modis: aut enim calidus: aut frigidus. Si sit calidus lõ
gitudinem morbi significat: q: natura nequit totã naturam
morbi expellere. idcirco non fit in toto corpore: sed si natu-
ra confortetur ⁊ illam digerat materiam: eamq: per sudorez
totum corpus cõplectentem expulerit salutem innuet. si ve-
ro deficiat: timorem. propter hoc necesse longũ tempus sit:
qui si frigidus fuerit vicinam ostendit mortem esse duobus
modis: vno q: est frigidus ⁊ vicinam caloris naturalis signi
ficat extinctionez. Alio q: est paruus: ostendit naturam esse
defectam: q: licet sit paru9 tamen natura nequit in toto cor-
pore illum facere propter sui defectionem. Rigor in initio
febris si apparuerit: ⁊ ante signũ coctionis pessimũ est: quia
rigor factus ex actione nature est in cretico die. nullo signo
digestionis apparente: cum natura humores qui sunt in-
tra vasa ad exteriora expellat: qui cum non fit in die creti-
co nullo digestionis signo se manifestãte: intelligitur non
esse ex actione nature: sed potius ex virtute materiei intrin-
secus et extrinsecus dominantis. Unde Hipo. in apho. Ri-
gor enim est in acuta febre: si appareat in secũdo die aut se-
xto malus erit: q: in secũdo timorem. in sexto die autem lon
gitudinem morbi nunciabit. Ictericia si ante septimũ diem
apparuerit maluz erit: q: natura est assueta in. vij. ictericiam
facere. Unde si nouerimus eam fieri ante. vij. cognoscimus
eam non esse ex actione nature. sed potius ex necessitate ma-
terie intrinsecus ex cholera sanguini dominãte: aut propter
passionem epatis digestiuam virtutem prohibente vt nõ di
uidat a cholera sanguinez ⁊ includat eam folliculo: qđ est tri
bus modis: aut ꝓpter calidum apostema epatis: aut ꝓpter
duritiam: aut propter oppilationez que est in via epatis que
vadit ad fel: que prohibet cholericam partem ne ad fel va-
dat: de quo si ictericia fuerit acutam habẽtibus febrem timẽ
da erit q̃uis appareat in die cretico: sicut Hipo. in apho.
q̃buscũq: in se. aut. vij. aut. ix. aut. xj. aut. xiiij. ictericia super-
uenit bonum si dextrum hypocũdrium nõ fiat durum. Si ve
ro non: nõ bona. Intentio eius fuit vt nos faciat intelligere
q̃ ictericia cũ huius loci duritia passionez epatis demõstrat.
e t ictericia per hoc qđ superius diximꝰ est mala. Qr si icteri-
cia de hac passione nascẽs in die cretico fit mala: quãto ma-
gis erit mala in alijs dieb9 si nata fuerit. Frigiditas extremi
tatum significat pessimos humores naturam aggrauãtes ⁊
naturalem calorem suffocantes ⁊ eum prohibẽtes ne possit
diuidi per totũ corpus. ꝓinde cũ moratur caloris suffocatio
mutatur color extremitatũ in liuiditatẽ aut in viriditatem.
Sed tñ nõnunq̃ liuiditas est de actione nature ꝓm crisim
que cũ tali modo fiat: nullum malũ significabit: q: causa hu-
ius sunt humores perusti quos expellit natura a nobilibus
mẽbris ad ignobilia: qđ hoc testat: q: solũ materia ĩ die cre
tica apparet: ⁊ infirm9 alleuiatur: nõnunq̃ exteriora corpis
sunt frigida: ꝓpter magna apostemata in interioribus orta
q: apostemata trahũt ad se calorem sanguinis a lõgĩquis lo
cis sicut ventosa. Cũq: sanguis in apostematibus calefiat
cum illo calore qui attraxit cum erũt interiora incẽsa nimio
calore et exteriora frigida naturalem calorẽ non habentia:
q: maluz est signũ. Aliquãdo corpis extremitates sunt frigi
de ꝓpter passionem aliquorꝫ mẽbrorꝫ principaliũ. Unde na-
tura ad illa loca pergit cũ naturali calore vt defendat ea: et
dimittẽs exteriora remanẽt frigida naturalem calorem non
habẽtia qđ nõ est malũ. Subita sitis ablatio sine cã manife
sta pessimũ: q: significat sensibilis virtutis mortalitatez que
est in stomacho: ⁊ aliquãdo trãsit sitis in febribus ꝓpter sic-
cam tussim instrumẽta spũs mouẽtem ⁊ hũiditatem acumi-
nis loci attrahẽtem: qđ non est malũ. sed tñ hoc non fit subi
to: q: cathamodicũ sitis transit in febribus. Subita suffoca-
tio pessima est: q: significat apostemata fieri in gutture aut
in suis lacertis aut in pelliculis cum circũdantib9: q: guttur
est os canalis pulmonis. Unde cũ apostema ibi nascitur ꝓhi
bẽs spm̃ ab eo exeũtez suffocat infirmũ subito: qđ significat
perditionem: qm̃ infirmo aerem trahere nequeũte: calor ex-
tinguitur naturalis: p̃cipue si infirmus trãsglutire nequeat
ostẽdit eñ apostema gutturis pelliculis meri ꝓhibere ne ci
bus inferius descẽdat cũ stomachus vult attrahere cibũ: q:
stomach9 cuz cibũ attrahat necesse est inferior pars meri infe
rius descẽdat. Cũq: inferior pars meri descẽdat inferi9: ne-
cesse supior pars gutturis ascẽdat supius. supior pars ergo
gutturis cum superius ascẽdere nequeat: inferior pars me-
ri descendere nequit. vnde Hippo. in aphoris. Si a febre ha
bito collum cõuertatur vt vix deglutire possit tumore non
existente in collo mortale est. Intentio fuit Hippocratis de
apostemate qđ nascitur in gutture: quo in gutture nascente
spũs sine vlla tp̃is mora suffocatur. via eñ eius angusta est.
Aliud apostema est qđ nõ fit in gutture: sed in pulmone ⁊ ce
teris spũs instrumẽtis. Si in gutture nõ subita spũs suffoca
tio: sed cathamodicuz: q: via eorꝫ est larga. Lachryme vero
sine volũtate maluz significãt: q: ostendũt cõtentiuam ocu
lorꝫ virtutem esse premortuã. Proinde substãtialis eorꝫ hu
miditas nequit cõtineri cũ lachrymis exiẽs. Nõnunq̃ etiaz
lachryme in diuturnis morbis significant sanguinem de na
ribus fluxuruz esse: q: lachryme in diuturna febre significãt
copiam, sanguinis ad caput ascendisse et panniculos cere-
bri impleuisse. vnde vene oculorꝫ sanguine plene emittũt il-
lum cũ lachrymis: sanguinem ergo per nares significãt esse
fluxurũ. Paucitas vrine ⁊ sui nigredo pessimitatem signifi
cat: quia nigredo vrine significat incẽsionem cholere que est
eius materia Paruitas vero duo prenũciat: aut ostẽdit sub
stantialem corporis humiditatem esse cõsumptam ex igneo
calore: aut instrumenta vrine colamentum sanguinis trahe
re solẽtia: quasi premortua. Uiriditas egestionis demõstrat
extinctiouem caloris naturalis ⁊ incensionem interiorꝫ mẽ-
brorum propter igneum calorem eis dominãtem. Unctuosi
tas eius ⁊ viscositas significant feruẽtissimam febrem calo-

rem eliquare: vnctuositatem aut viscositatem intestinorum
lubricantem facere solentes. Sed tamen stercoris vnctuosi-
tas ⁊ viscositas duobus modis est: aut est alba: aut citrina.
Si est alba: significat q: eliquatio in interiori pellicula inte-
stinorum fit: si vero citrina ostendit calorem esse perforatū vsq
ad interiorem partem que est vicina neruose parti: ⁊ est pe-
ior priore. Iterum egestio a proprio vsu mutata: velut si vna
vice sit liqda ⁊ aquosa: alia sit grossa ⁊ spissa: ⁊ altera sit citri
na: modo vero ignea cum sanguine mixta: pessimū est ⁊ mor
tale: quia significat pessimos chimos nature dominari: et
eam superatā haberi: ⁊ eos egressos esse cū egestione. maxi
me si appareat in die non cretico: ⁊ nōnunq̄ significat defe-
ctionem digestiue virtutis. Aliquādo egestio exit spumosa
que innuit ventositatem esse cum ea mixtam se mouentem
⁊ spumosam illam facientem: sicut videmus fieri in tēpesta-
te maris: aut significat nimiū ⁊ feruentissimum calorem bul
litionem faciētem. vnde fit spumosa: queadmodum videmus
fieri in olla cū fuerit super ignem magnū posita. Sufficit no
bis quantum disputauimus de causis ⁊ significationibus
acute febris.

¶ De frenesi. Capi. ij.

Frenesis absolute dictum est calidum apostema
nascens in pelliculis cerebri ex ebullitione sangui
nis in corde existentis: qd̄ sequuntur vigilie ⁊ alie
natio: ⁊ nōnunq̄ frenesis est apostema in vētricu-
lis cerebri: qd̄ est peius ⁊ molestius. Causa frenesis duobus
modis est: aut est incensio cholere rubee in vētriculis existē-
tibus: aut ebullitio sanguinis cordis: q: sanguis cordis bul-
liens est cū cholera rubea: que emittit fumū ad caput gene-
ratq apostema calidū ⁊ cholericū: ⁊ hec est causa vere fre-
nesis que est per se morbus ⁊ non ꝓpter aliū. Quidam vero
arbitrati sunt q̄ fumus qui de bulliente sanguine cordis ad
caput ascēdit sit calidus ⁊ humidus: qd̄ falsum est. Fumꝰ em̄
ad caput saliens si fuerit humidus eliquatur ⁊ inferius du-
cetur ⁊ in pectoris cōcauitatem descēdet. Si aūt illius fumi
humiditas ad pectus descēdēs currat in diaphragmate: apo
stema generabit ⁊ pleuresis nūcupabitur. Pars vero fumi
que in capite remansit: dissoluta ꝑ poros cū sudore ⁊ fumo
egreditur. Sed frenesis que fit ex ebullitione sanguinis nō
simili modo est sicut diximꝰ: q: fumꝰ qui inde oritur calidissi
mus est ⁊ siccissimus de genere cholere rubee: q̄ ad cerebrū
ascendēs nullam habet humiditatem qua possit eliquari: ⁊
inferiꝰ ad diaphragma descēdere vt illic generet apostema
qd̄ pleuresis dicitur. Differt etiam frenesis a pleuresi: q: cā
frenesis est de fumo calido igneo ⁊ sicco. Causa pleuresis est
fumꝰ calidus ⁊ sanguinolentus: proinde antiqui frenesim fe
bri assimilauerūt causon: ⁊ pleuresim acute febri.

Est et alia frenesis accidentaliter alium mor-
bum sequēs: sicut frenesis que fit ꝓpter pleure-
sim: que fit duobus modis. Vno propter fumū ca
lidum ⁊ humidum ad cerebrum ascendētem sicut
diximus. Alio propter neruorum colligātiam quā cerebrū cum
diaphragmate habet. queadmodum cerebrū patitur ex pas-
sione stomachi ⁊ matricis: propter colligātiam neruorum quam
habet cum eis. Vnde aliquando frenesis fit propter passio-
nem matricis: et aliquando frenesis fit ꝓpter putredinem
que est de phlegmate: quia cum putrefit ascēdit eius fumus
ad caput ⁊ generat frenesim: ⁊ aliquādo fit ꝓpter adustio-
nem chole. ⁊ mutationem eius ad cho. ni. sed hoc genus fre-
nesis est pessimum ⁊ difficile ad curādum. Et quia disputa-
tio nostra est de acuta feb. ⁊ diximus certam ⁊ veram frene-
sim esse propter choleram rubeam in cerebro ebullientem ⁊
ad cerebrum ascendentem: dicamus eius significationes.
Hec ergo frenesis plurimū iuuenibus accidit: cum labores
magnos faciunt: ⁊ cum eorum complexio est calida ⁊ sicca
⁊ tempus estiuum: ⁊ regio ⁊ aer calida fuerint ⁊ sicca. Sed
oportet nos intelligere: q: cū quedam res aliam superat ex-
tinguitur virtus rei que vincitur: sicut videmus fieri in ebrie
tate. Fumus enim vini cooperit ⁊ vincit lumen mentis et
virtutem ⁊ actionem sensus ⁊ voluntarij motus. Simili mo
do fit in hoc morbo: quia extraneus calor cum naturalem co-
operit ac vincit calorem: lumen ⁊ splendorem eius extinguit:
⁊ facit opilationem stuporem ac defectionem. Habet etiam
hec egritudo accidentia: que sunt ab ea separabilia nec ei ac-
cidunt nisi cum febris augmentatur. habet ⁊ alia que sunt in
separabilia: sicut dolor capitis ⁊ spiritus angustia: ⁊ cum sta
tus febris appropinquabit alia ad eū venient accidētia: sicut
nimia sitis siccitas oris ⁊ palati asperitas ⁊ nigredo lingue
angustia cordis tremor. stupor defectio. mutatio faciei a na-
turali ad non naturalem colorem sicut ad citrinitatem: si cau
sa frenesis fuerit cholera rubea in cerebro bulliēs: aut in ru
borem si causa fuerit bullitio sanguinis in corde existentis:
Et si patiētes hec in tēpore estiuo fuerit: calor eorum est pū
gitiuus ⁊ intolerabilis a toto corpore: ⁊ alienationes ⁊ vigi-
lie geminantur et cetera accidentia que superius diximus.
Igitur quia causa significationum ⁊ accidentium diximus
disputationem: oportet nos sequamur tempora acute egri-
tudinis: ⁊ dicamus que bonam crisim erunt ostendentia et
que malam. Dicamꝰ ergo tēpora esse quattuor: initium: au
gmentum: statum ⁊ declinationem. Initium est cum incipit
morbus apparere ⁊ accidentia ad eum veniunt cathamodi-
cum quousq erunt cōpleta. hoc tēpus em̄ dicimus esse ini-
tium: nō sicut alij arbitrati sunt dicentes initium acute egri
tudinis esse cum sola appareat febris. Sed cum omnia ac-
cidentia morbi nūciatiua apparuerint dicimus esse initium:
Cūq incipiunt augmētari cathamodicum vsq dū ad sum-
mum ascensionis terminum veniāt ⁊ natura mouetur ad re
pugnationem morbi appellamus augmētum. Accidētibus
iterum ad vltimitatem venientibus ⁊ actione nature in ma
gno labore ad resistendum morbo existente vsq dum febris
⁊ omnia accidentia quiescere incipiant vocamus statū. In
hoc tēpore crisim cum quacūq fiat purgatione expectamus
quia aut fit cum sudore: si materia morbi extremitati corpo-
ris fuerit vicina: aut cum vrina si sit intra venas cum sangui
ne mixta: aut cum vomitu: si in ore stomachi fuerit: aut cum
egestione si in fūdo stomachi vel in itestinis extiterit. Et ab
hora qua crisis apparet ⁊ omnia accidentia molesta mitigā
tur vsq ad morbi digestionē ⁊ perfectam eius dissolutionem
vocatur declinatio. In hoc enim tempore salutem infirmo
nunciamus: quia impossibile est mors fit in hoc tempore.
Nam neq experimētum neq ratio illam ostendit. Impossi
bile enim est vt mors veniat morbo digesto et dissoluto et
natura dominari incipiente: quia si natura infirmi fortis et
stabilis fuerit ad expugnādum fortitudinis morbi vltimita-
tem: necesse est vt bene pati valeat complemētum digestio-
nis morbi: ⁊ in hoc tempore impossibile est vt morbus natu
re dominetur maxime si medicus eā adiuuerit. Mors ergo
non veniet nisi in tribus morbi temporibus: in initio videli-
cet augmento ⁊ statu. In declinatione vero impossibile est:
q: declinatio nō est nisi cū crisis fuerit laudabilis. Impossi-
bile est etiam materia morbi grossa ⁊ indigesta ⁊ actioni na-
ture non obediente: morbus habeat declinationem: quia si-
gna mortis apparent: que scilicet sunt cruditas duricia ma-
teriei eiusq molestatio nature dominās: que nullum verius
mortis signum habet q̄ hoc qd̄ diximus: quia cū natura est
defectissima in statu morbi neq valet tolerare suorum vlti-
mitatem accidētium: necesse est mors fit proxima sine dubio.
Mala ergo crisis tria habet tēpora morbi: idest initium au
gmentum ⁊ statum. Impossibile enim est declinationem ha
beat: quia declinatio non potest fieri nisi bona crisi preceden
te: cum significationes ostēdūt motionem morbi esse ſm or-
dinationem: scilicet quātum natura tolerare valeat. vnde hec
significatio salutem ⁊ dissolutionē morbi nūciat. Et si motio
morbi ecōuerso fiat: significabit pessimitatē morbi: neq vllā
faciet declinationem. vnde Ga. in libro criseos: quicūq in-
quit morbus fit in suis temporibus quattuor ordinatus sa-
lubrior est: qui vero est inordinatus: non venit ad declinatio
nem: quia prius mortem infert. occidit em̄ in initio aut in au
gmēto aut in statu. Sed aliquādo motio morbi inter hec duo
est mediocris: cuius indicium erit ſm significatiōes que ma
gis in eo apparent: qd̄ in alio loco dicturi planiꝰ sumꝰ. Cau-
sa stabilitatis motꝰ morbi ⁊ sue ordinatiōis q̄ est ſm q̄ opor
tet: est subtilitas ⁊ lenitas materie ⁊ fortitudo virtutis. Cau
sa vero instabilis motus ⁊ ordinationis non prout oportet

est grossicies materiei ⁊ debilitas virtutis. Cumqꝫ fortitudo cum debilitate virtutis componitur: et grossicies materiei cum subtilitate: fit sex modis compositio: quorum quattuor sunt possibiles et duo impossibiles: sicut fortitudo virtutis cum debilitate virtutis ⁊ subtilis materia cuꝫ grossa. Certa igitur compositio grossa materia ⁊ debilis virtus cum subtili fit quattuor modis: scilicet fortitudo virtutis cum subtilitate materie: ⁊ fortitudo virtutis cum grossa materia: ⁊ debilis virtus cum grossa materia: ⁊ debilis virtus cum subtili materia. Ergo cuꝫ fuerit fortis virtus ⁊ materia subtilis fit motio morbi ſm ordinē. ⁊ significationes in suis apparebūt temporibus ſm ꝙ oportet: quia propter virtutis fortitudinem natura mouetur ad expellēdum morbum: ⁊ materia ꝓpter sui leuitatem obedit ei velociter. cūqꝫ hoc fit significat laudabilem morbi qualitatem: vnde necesse est bona appareat crisis in suo tempore sine vllius rei contrarietate: et cum materia morbi est grossa ⁊ virtus fortis fit motio morbi grauis: sed tamen in suo tempore: quia virtus est valida mouet materiā morbi in suo tempore ad dissoluendum ⁊ digerendum eam: sed tamen propter grossiciem sue materiei morbus virtuti non obedit. vnde crisis transit a septima die vsqꝫ ad. xj. vel. xiiij. Et si natura illam nequit expellere materiam extrinsecus ꝓpter suā grossiciem: mouet eam a nobilibus membris ad ignobilia: que ibi aliquam faciēs moram putrefit ⁊ in saniem mutatur: ꝓpter hoc crisis venit aliquando cum apostematibus post auriculam: ⁊ in auriculis nascentibus. Sed tamen hec materia ⁊ hec actio si sit in iuuenibus apostemata erūt magna ⁊ molesta: quia virtus in iuuenibus plurime est fortitudis: ⁊ materia morbi quā patiūtur est acuta ⁊ velox. Unde fortitudo virtutis mouet materiam morbi: que q: leuis est ⁊ velox citissime ad illa loca vadit. hac de causa magna generātur apostemata ⁊ molesta. In senibus vero ecōuerso est: q: si virtus fuerit debilis ⁊ materia subtilis: licet eam digerere expellereqꝫ nequeat velociter ꝓ sui debilitate: materia tamen q: est subtilis ⁊ leuis: parue virtuti obediet ⁊ dissoluetur cathamodicum ⁊ extenuabitur ⁊ exiet per extremitatem corporis cum sudore ⁊ fumo: ꝓinde aliquādo si virtus debilis fuerit defecta ⁊ materia grossa: deficiet virtus ad repugnationem morbi ꝓpter suam debilitatem. vnde materia ꝓpter suā grossitatem indurata nō obedit actioni nature: qđ cū ita sit morbi motio disturbabitur ⁊ suus ordo ecōuerso fiet. vnde virtute infirmi ante morbum fugiente patiens peribit. Diximus itaqꝫ q: acuta egritudo aliquādo determinabitur cū vaina ⁊ cū sanguine de naribus fluēte: q: materia eius est intra venas ⁊ arterias cum sanguine mixta: ⁊ aliquādo determinabitur cum egestione ⁊ sudore si natura potest materiam morbi ab interioribus venaꝝ ⁊ arteriarum ad exteriora extrahere. Diximus etiam ꝙ si virtus fuerit fortis ⁊ materia grossa neqꝫ valeat extra corpus expellere: mittit eam a nobilibus membris ad ignobilia membra: vnde oportet nos intelligere: q: hec actio non est nisi in acutis ⁊ cōtinuis febribus: q: materia eaꝝ est intra venas ⁊ arterias: ⁊ vene ⁊ arterie sunt nobilia membra a quibus solet mouere natura materiaꝫ ad alia loca. In interpolatis aūt febribus nō fit ita: q: materia earum est extra venas: ⁊ illuc natura solita est materiā ab interioribus venaꝝ ⁊ arteriaꝝ extrahere. Idcirco dimittit eam natura: nec illā ab aliquo mēbro claudit vt mutetur in saniem: que permanēs in loco suo neqꝫ in saniem cōuersa mutatur de morbo in morbum: sicut videmus triteum mutari in amphimerinā aut in tetrateum. Causa est: q: triteus cū fit de putredine cholere rubee pure si aliquādo aliquātulum grossoꝝ humori cōmisceatur aggrauatur ⁊ motus eius fit tardior: fitqꝫ diuturna ⁊ mutabitur in amphimerinuꝫ: que si nō fuerit mixta grosso humori: sed ex nimietate sui caloris incenditur mutabitur in quartanā: quia vsta cholera rubea mutatur in choleram nigram. Hec itaqꝫ febriuꝫ mutatio quā dicimus nō fit nisi cū febris per se est morbus nō ꝓpter alium: q: feb. que semꝑ sequitur alios morbos sicut est passio epatis aut stomachi aut alioꝝ principalium membroꝝ: non mutatur de febre in febrem: quia nō est de materia que possit mutari: quia causa eius alius fuerat morbus eam precedens: quo morbo permanente ⁊ feb. permanet: illo quoqꝫ abeunte ⁊ febris abest. Sed decet nos intelligere: quia acuta egritudo tribus modis est: aut enim est acutissima ⁊ citissimam habet motionem: aut est modicum acuta ⁊ carduꝫ habet motū: aut est mediocris. Et quoniam acuta egritudo trifarie est: necesse est vt eius crisis fit triplex. Una enim velocissima est: sicut in quarta aut secunda die. Alia vero est tarda sicut in. xxiiij. Tertia vero mediocris sicut in. xiiij. licet inter harum extremitates alia habeantur mediocria sicut. vij. xj. xvij. xx. Unde Galie. in libro cris. mutatio inquit morbi sex modis est. tres nūciant salutem et tres timorem: quarum que saluteꝫ innuūt: vna est que subito veniens nunciat salutem que vocatur laudabilis crisis: sicut illa crisis est cuius significationes subito apparent. veluti in tertia aut quarta die. Alia quedam mutatio cathamodicum signa salutis indicantia ostendens que nuncupatur digestio aut dissolutio: quēadmodum crisis paulatim apparens vsqꝫ ad. xx. diem vel. xxiiij. Tertia mutatio est inter has mediocris: que significationes habet nunciatiuas ab initio morbi que postea non apparent vsqꝫ ad. xiiij. diem: sed in xiiij. die omnes veniūt cum crisi aut in initio morbi nō apparent nisi modicum: sed veniente crisi in. xiiij. die ⁊ tempore subito assunt. Illa vero mutatio que est timorosa in tria diuiditur. Una est cuius significatiōes ab initio morbi timorem ante quartum diem nunciant: que mala crisis nuncupatur. Secunda est mutatio cuius significationes paulatim apparent suspitioneꝫ innuētes ⁊ tendūt vsqꝫ ad. xxiiij. Tertia quedam mutatio est: que mutatio ab initio morbi plurima habet accidentia perditionem ostendentia: sed postea cedunt vsqꝫ ad. xx. diem. in. xxiiij. die omnia apparent. aut ab initio morbi non nisi modicum apparent. veniente vero vigesima quarta die subito ostēdūtur. Quicūqꝫ aut morbus molestissimā habet crisim: nox precedens crisim difficilis est: qui aūt tardam nox est nullius molestie. Qui vero mediocris est noctes precedentes dies creticos omnes erunt difficiles: vsqꝫ in. xiiij. diem. Causa velocitatis et tarditatis est fortitudo et debilitas virtutis et acumen materiei ⁊ subtilitas eius frigiditasqꝫ eius et grossicies. Materia enim si fuerit acuta et furiosa inuadit et commouet naturam vt commoueat humores ab initio morbi. Unde cito venit status et terribilia apparent accidentia morbum ipsi nature repugnantem significantia: que sunt fortitudo ⁊ duritia febris: dolor capitis angustia: vigilia: incensio: sitis: tractio hypocundriorum superius: dolor colli: iactatio capitis huc et illuc: que omnia cum initio morbi aut plura videmus et maxime duriciam febris et dolorem capitis: pronunciamus acutissimum esse morbum: ⁊ citissimam habere motionem: vnde nūciare debemus in quarto die crisim. Et si febris non adeo fuerit acuta eiusqꝫ motus tam velox nuncius erit in quarta die expectandus: et in. vij. crisis. Si autem materia fuerit grossior et grauior: significatio erit expectanda in septima: et crisis in quartadecima. Sed tamen aliquando incipit significatio in quarta et completur in. vij. in. xj. vero fit crisis. et aliquando nuncius moratur vsqꝫ ad. xj. et crisis prolongatur vsqꝫ ad. xx. Causa huiꝰ est: q: motꝰ morbi cū fuerit tardꝰ nullo mō signa indicatiua poterunt ante vndecimum diem venire. vnde significat grossaꝫ esse materiam. idcirco necesse est moretur vt fiat perfecta crisis in. xx. die: sed tamen nuncius aliquando se festinans incipit in septima: ⁊ finitur in vndecima: fitqꝫ crisis in. xiiij. aut. xvij. Et si status morbi: idest duricia febris ⁊ capitis dolor. ⁊ alia accidentia que diximus esse significatiua prolongata fuerint vsqꝫ ad vicesimum diem: significāt materiam paruum habere calorem et tardum motum: vnde significationes eius apparent per vnāquāqꝫ hebdomadam: ⁊ ideo monstrat non esse perfectam crisim: idest. xxvij. et perfectam esse in. xl. quia ab initio morbi vsqꝫ ad vicesimumquartum tantum est quātum a. xx. vsqꝫ ad. xl. proinde non potest in vicesimaquarta die bona fieri determinatio: quia motus morbi quātum est tardior: tantum ⁊ crisis fit tardior. Si vero motio morbi fit velox: necesse et crisis fiat velox.

De crisi. Capi. iij.

Oportet nos intelligere in acuta egritudine: q: cum morbus augmentatur: fitq; furiosus in vltimitate status: natura est ei opposita. vñ inter naturam ⁊ morbũ fit duellum: a quorũ certamine actio que nascitur vocatur crisis: sed tamen si natura morbo preualet: et ipse ante eã fugiat: bona dicitur crisis. Si v̊o morbus naturam superabit crisis mala nũcupabitur. Sed prius q̃ bellum appareat natura ⁊ morbus demõstrabũt qualiter operatio fiat in die certaminis. Verbi grã. si crisim natura facere debeat in .vij. monstrat nobis in quarta: ⁊ monstrat in vndecima quẽadmodum facit in .xiiij. quarta g̃ dies ⁊ .xj. sunt indicatiue. vij. ⁊ xiiij. sunt cretice: ⁊ aliquando tamẽ .vij. nunciat .xiiij. Sed si reprehendant nos quidã sophiste dicentes: quare .xj. nõ est plusq̃ .vij. xiiij. indicatiua: quia vndecima quartedecime vicinior est. Respondemus materia morbi cũ est grossa ⁊ grauem habet motum vt significationes eius prolongent̃ vsq; ad .vij. nequit natura suam complere actionẽ nisi in alia .vij. q: vt diximus cum materia morbi est grossa eius determinatio necesse est sit grauis: ⁊ ecõuerso est si materia sit leuis.

De signis nunciatiuis. Cap. iiij.

Signa nunciatiua duobus modis sunt: aut certa: aut dubia. Dubia sicut sudor calidus non in toto corpore veniens: aut in toto corpore frigidus ⁊ cum fe. non cessat: q: sudor totum corpus circũdans est laudabilis: sed si feb. non cessauerit propter eum est dubius. Sudor v̊o frigidus qui non sit in toto corpore malus est: sed cuꝫ est calidus dubius est. Signa aũt que sunt certa duobus modis sunt: aut em̃ semper sunt laudabilia: aut semper illaudabilia. Unde antiqui dicunt esse xviij. genera signoꝝ. ix. laudabilia: ⁊ .ix. illaudabilia. Primũ signum est sanitas virtutis suum morbũ tolerantis. Oppositum huius est defectio virtutis morbũ pati nequeũtis. Secundum leuitas corporis se facile mouentis. Cõtrariũ huiꝰ est grauitas corporis inertẽ motum habentis. Tertium est sanitas mẽtis ⁊ facilis appetitus: cibiq; leuitas. Oppositũ eiꝰ est corruptio mentis: difficilis appetitus: ⁊ grauitas cibi. Quartuꝫ est effigies infirmi sano similis. Oppositũ eius est mutatio faciei sane: sicut cum fuerit citrina: liuida: et nigra: nuditas carnium: temporum extẽsio: ⁊ frontis duritia: acumẽ narium: tortura: angustia foraminũ narium: frigitudo aurium: ⁊ palpebrarum inuersio: labiorũ extensio: apertio vnius oculi minor q̃ alterius: concauitas oculoꝝ: lachryme inuoluntarie: obscuritas nigredinis oculorum: turbulẽtia aut rubor: aut viridis vena: aut sicca cachexia in eis apparens: aut palpebrarũ spasmatio: aut incõsueta oculoꝝ albedo in somnis apparens. Quintum bonitas est spiritus ⁊ facilitas eius naturali spiritui similantis. Oppositũ huius est disturbatio ⁊ angustia spiritus: aut magnitudo et paruitas eius. Sextũ est bonitas somni in assueto tempore veniẽtis ⁊ infirmũ iuuãtis. Contrariũ eius est corruptio somni infirmo nocentis: maxime si in somno viderit terribilia ⁊ timorosa et spasmetur in somno. Septimum est fortitudo pulsus ⁊ eius equalitas naturali similantis. Contrarium eius est debilitas pulsus: maxime si fuerit formidolosus aut vermiculosus. Octauum: fortitudo actionis naturalis in loco coctionis: ⁊ apparitio vrine digeste in die cretica. Oppositum est defectio caloris naturalis in loco coctionis ⁊ vrine indigestio quemadmodũ si sit alba: subtilis: clara aut turbida vł grossa: maxime in die cretica. Nonum: laudabilis est purgatio cum sudore videlꝫ si materia sit subtilis ⁊ exteriori parti corporis vicina: aut cum sanguine de naribus fluente: si plurima materia sit intra venas capitis: aut cum sputo si sit materia in pectore in pulmone ⁊ diaphragmate: aut cum vomitu si fuerit in ore stomachi: aut cũ vrina: si materia sit mixta cũ sanguine maxĩe si fuerit ĩ gibbo epatis: q̃ materia si fuerit in gibbo epatis necesse est cũ vrina euacuetur: si autẽ sit in sua cõcauitate cum egestione egredietur: q: vene concauitatis epatis sunt iuncte intestinis. Sunt etiam quedam significationes bonum ostendentes: sicut si fuerit sudor in toto corpore ⁊ feb. per eum mitigetur: sitisq; extinguatur. Sãguis e naribus fluens in die cretico si sit quantitatis perfecte quã natura pati valeat: et si infirmus eo p̃terunte alleuiabitur. Sputum autem si appareat in tertia aut in quarta die: ⁊ fuerit paruum: album ⁊ digestum: viscosum ⁊ coniunctum ⁊ facile exeat cum vna vel duabus tussibus. Vomitus si fuerit citrinus quasi vitellum oui mixtum cũ phlegmate albo temperatũ liquorem habẽte ⁊ bene digesto: de quo infirmꝰ alleuiabit̃ ab angustia quã prius habebat. Urina si fuerit bñ citrina ⁊ tẽperata in liquore: hypostasimq; habet albam: iunctam: ⁊ lenem pinee formam habentem. Egestio si fuerit similis naturali ⁊ equalis in quantitate cibi quem sumpserat: ⁊ si exeat in tempore quo consuetudo fuerat: cum liquor sit temperatus inter subtilem ⁊ grossum nullum habens fetorem: aut acutum calorem habeat tinctum cũ equalitate citrinitatis: aut ignei coloris: significat em̃ talis egestio haberi de cho. ru. quantũ oportet ad expellẽdã ⁊ subtiliandam fecem. Sũt ⁊ alie significationes que omnibꝰ his sunt opposite. vnde timorem nũciant sicut sudor non in die cretico apparẽs frigidus: ⁊ non totum corpus circundans: maxime si in solo fuerit capite: ⁊ descendat in faciem ⁊ frontem: ⁊ granosas ⁊ rotundas guttas habẽs. Sãguis e naribus exiens: si ante coctionem: idest in initio morbi appareat: maxime in secundo die. Sputuꝫ si moretur vsq; in finem morbi: ⁊ si sit multum citrinum: aut rufum: viride: nigrum: subtile: aquosum: grossum: diuulsum: diuersum: distinctum: maxime si horribilis ac putridi fuerit odoris. Vomitus si fuerit igneus: aut cholericus mixtꝰ cum humoribus subtilibus aut aquosis aut viridibus: nigris: eruginosis. Urina prassina: albissima: aquosa: aut grossa: aut nigra: turbida ⁊ lactea: precipue si habeat hypostasim rubeam aut citrinam vel nigram: aut sicut oui vitellum ⁊ furfureã. Egestio si fuerit maior quantitate aut multuꝫ minor: citrinissima vel ignea: aut viridis: nigra: subtilis: aquosa: grossa et diuersa ⁊ superficietenus vnctuosa aut oleagina: fetidissima: acuta ⁊ horribilis: maxime si nõ in assueto exeat tempore. Oportet iterum nos intelligere q: certissima oĩm significationũ sanitatem nunciantiũ: est fortitudo virtutis: ⁊ pessima omnium significationũ perditioneꝫ innuentium est debilitas virtutis. Proinde decet nos cognoscere quia cum videbimus bona signa in die cretico apparentia: aut oĩa que diximus: aut plura: expectãda erit bona crisis in die cretica que est nũciatiue diei vicina. Si v̊o mala fuerint ⁊ videbimus signa in die nunciãte expectanda est mala crisis in die cretica nunciatiue vicinãte. Et si bona signa cum malis appareant signis: iudicabimus preesse debilibus fortia ⁊ multa paucis. Verbi gratia. si multa mala appareant signa cũ vno aut duobꝰ bonis: iudicabimus ea istis preesse: maxime si ea que sunt multa fuerint fortiora ⁊ certiora ⁊ cõmuniora: q̃ si fuerint equalia in longo tempore morteꝫ esse futuram ostendũt: sed tamen si signa laudabilia fuerint fortiora ⁊ certiora in prolixo tempore denunciant salutem esse futuram: q: mala signa nunciant grossam materiam ⁊ durã ad obediendũ. vñ necesse est crisis trãseat ab illa die cretica que pertinet diei eius nũciatiue. Et si omnia mala signa siue plura eorum ad bona mutent̃ in die cretica: significabũt salutem citam aut tardam s̃m velocitatem temporis: in quo signa fuerint mutata. Si autem non mutentur signa ostendunt timorem in lõgo tempore esse futurum. Verbi gratia. Si appareant quedam significationes in tertia die ⁊ plurime earum sint laudabiles: ⁊ quedã iuncte debilem significationem habentes: significant salutem esse venturã in .xiiij. q: mala signa que cum bonis apparẽt: significãt morbũ habere malã qualitatẽ. Proinde crisis a .vij. ad .xiiij. trãsit. Si autẽ ille significatiões male mutent̃: ante .vij. ant. vj. ad bonas: possibile est vt crisis veniat in .xj. que si non mutẽtur in septima timorem significabunt in longo tempore esse venturum: quia non sumus securi quin male significationes crescant: et confortentur si in sui stabilitate permaneant.

vnde virtus nature deficiet: et bone significatiões ad maluȝ mutabuntur. Bonū etiam est medico vt non solum bonas et malas significationes consideret: sed etiam oportet illum inuestigare illas q̄ sunt fortiores et certiores: atq3 illas que sunt debiliores et instabiliores. Verbi gratia: si quinq3 videat laudabilia signa: et tria illaudabilia signa: iudicandū erit ad quinq3 plusq3 ad tria: sed iudiciuȝ forsitan erit fallax: q2 possibile est vt tria sint fortiora et certiora q3 quinq3: quemadmodum si infirmus angustiā spiritus patiatur: et neq3 sitim aut dolorem capitis habeat: tamen hec duo non sunt maiora illo vno signo. significatio angustie spirit9 pessimitatē innuit: q2 est significatiua defectiōis humane vite: sed paruitas sitis et dolor capitis non sunt simili modo: q2 facilius patitur infirmus dolorē in capite et sitim q3 angustiam spiritus: angustia em̄ spiritus non aliud significat nisi defectionem humane vite. Palam ergo intelligimus q2 acuta egritudo determinatur in. iiij. aut. vij. aut. xiiij. die. Et si mō ab initio bene cognita fuerit: bene poterit noscere vtrum sit mortifera: an non tribus modis. Vno ex sanitate et fortitudine virtutis: et ordinatione et perfectione actionis naturalis: aut ecōtrario. Secūdo ex bonitate laudabilis qualitatis morbi et leuitate et subtilitate materiei et facilitate sui motus: aut ex eorum oppositis. Tertio ex leuitate corporis: et facilitate spiritus: et bonitate pulsus et somni et appetitus: qui sunt quātum oportet: et ex signo coctionis in vrina apparente: maxime in die nunciatiua: aut ex contrarijs. Diuturni vero morbi qui sunt de grossis chimis tarde se mouentes: sicut quartana et ceteri non potest medicus inuestigare ab initio vtrum sint mortiferi necne: q2 non habent in initio furiositatem: aut velocem motum per que medicus cognoscat ab initio ad quid sint conuersuri: q2 materia propter sui grossitatem et sui motus tarditatē non obedit actionibus nature vt fex eius moueatur et in initio digeratur: vt sic possit medicus futura indicare ab initio. Vnde oportet nos in diuturna egritudine inuestigare motū ci9 et actionē per vnaquāq3 hebdomadā: quoniā motus diuturne egritudinis per septē mouetur propter grossitatē et grauitatem sue materie: acutam vō egritudinē per quarternariā decet cognosci: q2 materia sua est subtilis eiusq3 motus leuis et velox. Cūq3 infirmus in diuturna passiōe fit: et in vnaquaq3 hebdomada alleuiabitur: et bona appareat significatio: bonam morbi qualitatem ostendens: et sanitatem virtutis bonam innuet salutem. Si autem infirmus in vnaquaq3 septimana fit grauior et debilior: et malum appareat signum: male qualitatis nunciatiuum: et etiā debilitas virtutis: timorē indicat. Sed oportet intelligi: q2 sunt quedam diuturne egritudines: quaruȝ motus et significationes per septem mouenť et cognoscunť: sunt et alie quarum motiões et signa per tria septenaria mouenť et cognoscunť. Verbi grā. si prim9 mot9 est. l. xx. die: scđs erit in. xlij. tertius in. lxiij. Causa est: q2 grossissima et durissima est materia cum imbecilli virtute. Vnde palam intelligimus quoniam morbi quorū motus fit per quarternariū: significant subtilitatē et acumen materie: et velocitatē sui motus cum virtutis fortitudine. et morbi qui plurimū mouenť per septenarium sunt propter grossitatem materie et caloris paruitatē: et motus tarditatē: et virtutis debilitatē. Morbi ergo qui mouenť p̄ tria septenaria necesse est grossiores et duriores et tardiores habeant motus. Cūq3 morbi suos seruant ordines: fm̄ q3 oportet: ostendūt se bonas habere qualitates et leuis esse materiei: et virtutis fortitudinē. Si vero suas non custodierint ordinationes: neq3 tempora prout cōuenit seruauerit: significāt malas qualitates et materiei duriciam: ac virtutis defectionē. Instabilis morbi motio duobus modis fit: aut enim ante suum tēpus venit. vnde significat acumē et malam qualitatē materiei: fitq3 ipsa p̄ se causa motiōis añ suū tp̄s: aut post suū tp̄s morať: vñ innuit grossitatem materiei et duricie: et nature pigritiē et destructionē virtutis. Vnde Galie. in libro crisium: laudabilis inquit motio morbi facta fm̄ ordinem est ad sciendū aperta et indubia et morbi quidē motio: et causa cuius motio fit illaudabilis et inordinata: est dura ac dubia ad cognoscendū: et cuȝ magna ac difficili cognoscitur inuestigatione. Vnde dico q3 inuestigatio fit triplex. Aut em̄ est eius inuētio necessaria: aut possibilis: aut impossibilis. Necessaria sicut inuestigatio q̄ fit fm̄ rationē et distinctionē. Hec em̄ inuestigatio est imutabilis: quia eius inuentio est necessaria: cuius inuestigationis inuentio si non veniat: non fit propter suaȝ culpā: sed propter accidentia impedimentum aliquod facientia. Possibilis: sicut inuestigatio que fit fm̄ experimentum: in qua inuestigatione certum et incertū sunt equalia. Verbi gratia. si quedā res alicui probata fit nulla ratione eam affirmante: possibile est vt aliquando noceat: sine alicuius rationis affirmatione. Impossibilis sicut actio vulgorum que non fit fm̄ rationem: neq3 fm̄ experimentum venit: que si veniat fit fm̄ fortunam. Verbi gratia. quidam puteū propter aquā fodiens inuenit thesaurum: cuius inuentio neq3 fm̄ rationem: neq3 fm̄ experimentū fuerat: sed fm̄ fortunam.

¶ De scientia furiosorum morborū. Cap. v.

Vicūq3 vult furiosos cognoscere morbos: vtrū sint ad salutem necne: oportet vt perquirat motum acute egritudinis: neq3 eum obliuioni tradat: et ea q̄ denunciatiua significatiōe apparet: statum videlȝ ac morbi vltimitatē ostendentia: sicut duriciem feb. augmentationē et dolorē capitis: sitis fortitudinem: laborem: spiritus angustiam: attractionē hypocundriorum: colli dolorem: motionem mēbrorum infirmi de loco ad locum. Hec cum cognoueris et inueneris cum defectione virtutis et mala morbi qualitate: intelligas defectionem nature ante morbum fugere et certissime p̄nunciet malam crisim esse venturā: maxime si non fuerit in die nunciatiua nec cretica: sicut sunt in. ij. vel. vj. viij. xj. et his similib9: Or si virtutis fortitudinē et bonā qualitatē morbi viderit: et in die nunciatiua: bonaȝ crisim esse futuram predicet: et salutem precipue si fuerit in nocte diem creticam antecedēte: aut in die noctem creticam precunte. His em̄ visis si appareant terribilia accidentia sicut alienatio que prius nō fuerat: et excitatio infirmi ne fiat formidolosus: q2 hec accidentia tunc sunt solita venire. Causa q2 fumus illi9 materiei caput ascendit. natura etenim in crisi illos coadunat chimos: qui si fuerint cholerici eos in ventrem deponit vt cum egestione expellantur: si autem fuerint sanguinolenti in epate coadunanť vt cum vrina egrediant: de quoruȝ coadunatione chimorum quedam nascitur ebullitio fumum capiti dirigens. vnde illa terribilia creanť accidentia. Sed chimorum materia cum egestione aut vrina expulsa infirmus quiescit: hoc manifestat illorum accidentiū transitio. Vnde Hippocra. in apho. Nō fm̄ rationem alleuiatis non oportet credere neq3 vereri valde mala que fiunt irrationabiliter: multa em̄ taliū incerta et non valde permanere: neq3 morari consueuerūt.

¶ De scientia cretice diei. Capi. vj.

Dies cretica duobus modis est: aut plurimum in ea fit crisis laudabilis et salutis significatiua: aut non venit in ea crisis: que si veniat erit pessima. Dies itaq3 cretica q̄ fit laudabilis est. iij. iiij. v. vij. ix. xj. xiiij. xvij. xx. xxj. Illaudabilis vō. ij. vj. viij. x. xiij. xv. xviij. Crisis em̄ in his diebus facta pessima est: q2 bellum quod tunc fit inter naturam et morbū est de morbi actiōe eiusq3 fortitudine nature dominātē. Propter hoc significationes in his dieb9 apparentes si fuerint male mortem pronunciant cito. Si autem bone significant futuram reciprocationem: et morbi prolixitatē. Tertiadecima et quindecima sunt mediocres inter laudabilē et illaudabilē: quarum causa in suo loco explanabiť. Sed dierum laudabiliū sunt quedam proprie cretice: sunt et quedam nuncie. Ille que sunt proprie cretice sunt laudabiliores: et certiores dicimus esse. vij. et. xiiij. post has sunt. xx. et. xxj. proprie autem et cretice nūcie sunt. iiij. et. xj. post has. v. ix. et. xvij. post has tertia et decimaoctaua: aliquando nuncia venit in die cretica: et cretica in nunciatiua. Causa grauitas est et grossicies materiei subtilitas eiusq3 leuitas: quia si materia grossa fuerit

⁊ grauis: necesse est tarde veniat status. Proinde transit creticam et venit in die nunctia que est post illam creticam. Et si leuis ac subtilis fuerit materia: fit status in die nūciatiua cretice. Verbi gratia. feb. tertiane naturalis terminus est.xiiij.dies: sed si eius materia sit leuior et subtilior: maturatur fitq; terminatio in.xj.q si multo plus sit leuior: citissime festinat: fitq; eiꝰ crisis in.ix.aut.vij. Si autē fuerit mixta cum aliquanta alterius materiei grauedine: determinatio moratur vsq; in.xvij.aut.xxj. Si vo cum maiori misceat grauedine plusq; terminus prolongabit. Dies itaq; illaudabilis fortiora ⁊ certiora male qualitatis signa habens est secūda. post hāc.vj.deinde octaua ⁊.x.post has.xij.xv.xviij. Causa pessimitatis secūde: q: materia morbi est cruda: neq; vllā coctionē aut digestionē potuit natura ante quartā operari: quibus autem apparentibꝰ ante coctionem materiei morbi cognoscimus naturā esse stupidā propter furorem materiei ⁊ sue qualitatis pessimitatē: proinde significatiōes ante coctionem materiei apparēt. Ideoq; vituperauit Hippocra. sanguinē de naribus in secūdo die manantē in acutis febribus: dixit enī cum timoris fore nunciatiuū. Idcirco dies illaudabilis quanto fuerit longior a secūda die: tāto minoris erit timoris. Sexta vo significat virtutē morbi ⁊ nature debilitatem sexta enī est septime vicina. Cunq; enī natura nequiuit morbū pati vsq; in diem creticam que parū fuerat sibi propinqua: significat eius defectionē ⁊ morbū ei dominātem. Sed causa diuersitatis diei cretice duobus modis est: aut propter debilitatē nature: aut propter diuersitatē figure lune inequali modo lumē a sole recipiētis: qd vtrūq; explanabimus in nr̄o libro pātegni. Et si quis facillime intelligere desiderauerit: legat capitulū de ymeacriseos scriptum in eodē libro: ibi enī plene diximus ⁊ monstrauimꝰ: q: impares sunt apertiores ⁊ certiores paribus: sicut Hippocra. in epydimia. Impares inquit sunt fortiores paribꝰ. Intentio fuit Hip. vt taliter essent impares fortiores. oīs enī numerꝰ aut par aut impar. Impar autē habet in se vtrūq;: par vero non habet in se nisi vnū aut parē aut imparē. Hoc testatur: q: si numerū diuidimꝰ in parem ⁊ in imparē: fit diuisio insimul in parem ⁊ in imparē: q si parem partimur non inuenimus in eo nisi vnam numeri partē: sc; aut parē aut imparē. Impar ergo totū in se continet numerū: par vo non. Verbi gratia. Si diuidimus septē qd est impar: inuenimus vnam partē esse parē.i.iiij.⁊ aliam imparē.i.iij. si autē octo qd est par partimur: reperimꝰ diuisionē in vtraq; parte esse parē: idest.iiij.⁊.iiij. Iterū si.xiiij. qd est par diuisum fuerit inueniunt in eo duo īpares: septē videl; ⁊ septē. hac de causa dicit Hippo. imparē pari esse fortiorē: q: vtrūq; in se numerū continet. Silr hoc inuenimus in ymeacriseos Ga. ⁊ alioꝝ antiquorum. Sed tn̄ quidā sophiste nobis obijciūt dicētes: si bene dixistis de Hippo. Gal. ceterisq; antiquis: q: eorum intentio de die cretico fuerat: ⁊ de numero ⁊ de cursu lune: vnde imparem dixerūt pari esse fortiorem: quare quartādecimam oībus diebus creticis: ⁊ quartam omnibꝰ diebus nunciatiuis dixerunt esse meliores cum vtraq; sit paris numeri? Respōdemus impares licet sint cōuenientes naturaliter diei cretice: pares tamen sunt eis accidentaliter: q: si crisis incipiet in.xiij.die natura suam cōplebit actionem in xiiij. Unde crisis in.xiiij.die computatur: q: actionis nature complementū in eo ostendit. Similiter in tertia natura incipit suam operationē: ⁊ in quarta finit eam. Proinde ordinauerunt bene creticos dies: q: cum viderūt parem nō esse creticum ex actione nature: sed accidētaliter ex apparitiōe operationis nature in eo complete: conuersi sunt ad imparem: ⁊ dixerūt cum pari esse digniorem.

De cognoscenda crisi ventura. Cap.vij.

QUi cupit noscere diem qua crisis sit vētura seu hora noctis aut diei: oportet inuestigare initiū morbi vt fiat certitudo dierū nūciatiuorū ⁊ creticoꝝ. His enī sine dubio cognitis decet cognosci qualia appareant signa in vnoquoq; initio. Unde cum in eadem die signa ostendant nunciatiua oīa seu plurima: ⁊ apparebit actio nature siue sit fortis siue debilis: expectāda erit crisis in die cretica: quā ipsa nūciatiua p̄cedit sicut in septima quā quarta antecedit: ⁊ in xiiij. quā precedit.vij. precipue si morbus fuerit in vltimitate status: crisis enī in eadem die est ventura: maxime si bona fuerit crisis: mala autem crisis nonnunq̄ venit in eadem die: et aliquando in alia: ⁊ aliquando in initio morbi: aliqn̄ in statu quemadmodū diximus. Sed si vis scire crisis vtrū veniat laudabilis necne: oportet infirmi pfecte cognosci virtutem si sit fortis aut debilis. Si enī fuerit fortis et spiritꝰ sit facilis: lenis: inangustiosus ⁊ quasi sani pulsus fortis ac bene ordinatus: ⁊ signum coctionis in vrina apparuerit: certissime esse futuram pronunciabit. econtra si contraria videris indicia. Et si vis scire qua noctis aut diei hora crisis sit ventura stude ab initio morbi: vt cognoscas horā in qua augmētum febris fuerat ⁊ angustia infirmi: q: in eadē hora crisis est ventura. Si autem scire velis per qualem purgationem crisis fiat: perquire naturam morbi atq; suam speciē ⁊ materiam: que cognoscere poteris per infirmitatē eiusq; complexionem: naturā temporis: aeris: etatis: regionis: consuetudinis: ⁊ per artificiū ⁊ exercitia qualiter omnia fuerant dum sanus erat: figura autem si sit macilenta aut crassa: rufa aut fusca. Verbi gratia. si infirmus fuerit iuuenis eiusq; cōplexio calida ⁊ sicca: ⁊ etiā regio: etas: ⁊ si fuerit cali. ⁊ sic. aer. Similiter patiens in sanitate fuerat solicitus laboriosus: vigilator: macilentus: fuscus: significat materiā esse cho. ru. ⁊ nunciant purgationē fieri cho. ru. cum vomitu: si sit materia leuis aut natalis: aut cum egestione si sit grauis inferiora petens. Et si infirmus.xx. fuerit annorum: ⁊ cōplexio eius calida ⁊ humida: infirmus in sua sanitate quietus atq; crassus ⁊ rufus: tēpus ver: ⁊ regio ⁊ aer similiter cali. et hu. cognosce q: materia est sanguinolenta: ⁊ crisis est ventura cū sanguine de naribus. Si fuerit materia leuis ⁊ acuta aut cū menstruis: aut emorroydibꝰ: si materia fuerit grauis. Sed tn̄ sanguis si fluxurus sit per nares antecedūt angustia pectoris ⁊ grauitas ⁊ dolor capitis: tenebrositas ante oculos ⁊ apparitio ante oculos quasi lāpadis rubor. Causa q: natura crisi apparente ⁊ appropinquāte chimos qui sunt materia morbi in corporis interiora coadunat. Tū si sint cholerica ad intestina deponunt. si sanguinolēti epati diriguntur. Chimi ergo in corporis interiora cū coadunant et ebullire inceperint: si sint leues faciunt fumū ad caput ascendētem: graues ergo qui fuerint descendunt ad inferiora. Rursus si fuerint sanguinolenti ⁊ subtiles: ac fumus eorum ad caput saliat: generabit extensionē temporū: angustiam pectoris: grauitatem ⁊ dolorē capitis. Et si quedā pars illius fumi ad primum parem neruorū a cerebro exeuntē vadit qui sunt via spiritus visibilis turbidū facit visum: ⁊ generat ante eos imagines rubeas ⁊ nūciat sanguinem procul dubio de naribus esse fluxurum. Si autē materia grossa fuerit et grauis: deponitur ad inferiora ⁊ generat dolorem ventris ⁊ punctionem fumorū ⁊ grauitatem pectinis: et nunciat sanguinem esse fluxurū per menstrua si fuerit femina: aut per emorroydas si fuerit masculus: maxime si sua fuerat cōsuetudo. Et si chimi sint cholerici: leues ac subtiles: fumꝰ eorū ad caput ascendit ⁊ facit dolorem ⁊ siccitatē narium ⁊ oris tenebrositatem oculorum: ⁊ vultum citrinum: vnde innuit purgationē cum vomitu esse futuram. Si autē fuerint grossi ⁊ graues descendunt ad inferiora: ⁊ generant ventris dolorem: ⁊ inflationem: nunciantq; solutionē. Sed oportet intelligi significationes crisis cum sanguinis fluxu venientis duobꝰ modis: qui sunt vniuersaliter aut particulariter. Uniuersaliter sunt sicut continue febres: acumenq; earū: ⁊ plenitudo corporis: rubor faciei: angustia spiritus: magnitudo pulsus: ac latitudo percutiens magis superius q̄ inferius: mollicies organorum: rubor ⁊ spissitudo vrine: extensio laterum: grauitas epatis. His enim cognitis sanguinē significat fluxurum: maxime si tempus: etas: consuetudo atq; aer conueniant. Si autem infirmus sentiat dolorem in capite temporum extensionem ruborem ante oculos pruritum in naribus expectabis de naribus sanguinem. Et si hec signa in vtraq; parte videris: ex vtraq; nare sanguis est fluxurus. Si autem ex vna parte: et per narem vnam sanguis fluet.

Si vo vis cognoscere vtrum per menstrua currat: perquire vniuersalē significationē: cū qua si videris grauitatē pectinis ⁊ lumboꝝ: si mulier fuerit expectabis menstrua venire. Si autem masculus fuerit per emorroydas fluere attēdes. Si cū sudore crisis est ventura: rigor in die cretica debet venire ante sudorē: ⁊ per corporis exteriora fumus egreditur calidus: ⁊ cutis fit rubicunda: ⁊ pulsus humidus: ictus mollis: rubor ⁊ spissitudo vrine in die nūciatiua: maxime ī quarta expectādus erit sudor in die cretica. Si aūt cū vomitu fiat crisis: debet habere dolorem capitis: ⁊ in ore stomachi abominationē: cordis tremorē: obscuritatē oculorum: inferioris labij titillationē: pulsum durū ⁊ inordinatū ⁊ concauū. his precedētibus vomitū nunciat. Or si cum his omnib⁹ signis pulsus fortis fuerit ⁊ latus: expectabis sanguinē de naribus ⁊ vomitū: quia pulsus cum est latus ⁊ fortis significat sanguinem de naribus fluxurū. Si autem fuerit concauus vomitū innuit. Causa tremoris inferioris labij fit in vomitu ideo q: pellicule oris stomachi sunt iūcte cū inferiori labro: vnde cū mouentur ille necesse est vt labrū moueat̄. *Signū crisis cum vrina est grauitas ⁊ extensio pectinis cum subtili materia ⁊ egestionis ablatione.* Signa solutionis est *grauitas in inferiori ventre cum* dolore: ⁊ fortitudo virtutis cū *multa materia*: suiq; grossitudo: et vrine paucitas: et aliquando cum inflatione ⁊ vētositate. Si autem materia mutatur de nobilibus ad ignobilia membra: his signis cognoscatur. virtute fe. grossicia materiei: cōtinuitate doloris: subtilitate vrine ⁊ albedine: fortitudine virtutis morbū ferre valētis: ablatione screatus ⁊ oīm purgationū. Or si natura velit materiā ad superiora mēbra mutare: precedūt capitis grauitas: stupor mentis: surditas: viriditas vrine cū cōstipatione vētris. Si aūt ad inferiora mēbra fiat mutatio morbi: precedunt grauitas ⁊ dolor genuū cum tumore: ⁊ ablatio screatus ⁊ omnium purgatiouum.

De synocha sine putredine: que inflatiua dicitur: et de pleuresi. Capi. viij.

HEc acuta feb. de puro: calidoq; sanguine nascitur intra vasa. i. intra venas et arterias absq; vlla corruptiōe vel putrefactiōe. Cuius signa sunt hec: precedit eam fatigatio: grauitas mēbrorum: rubedo ⁊ calor. Febre vo apparēte cōtinuo erunt *incensiones*: grauitas et dolor capitis: rubor *faciei: plenitudo venarum* vtriusq; tēporis: oculi eminent: pulsus fortitudo ⁊ plenitudo *ictusq; mollis*: vrina subtilis ⁊ alichinea. Causa vtuosi pulsus est puritas sanguinis. Magnitudo ⁊ plenitudo eius est ppter sanguinis copiam organa dilatātis. Mollis ictus est ppter sanguinis humiditatē: proinde facies infirmi est mollis: rubicunda: et humida quasi facies balneū egredientis. Causa subtilis vrine est ebullitio ac puritas sanguinis. Proprietatē habet hec fe. semp gnare inflationē ⁊ facere vētositatē: q: materia ei⁹ est: sicut diximus: sanguis purissimus: qui est in corde ⁊ pulmone: qui cū calefit ⁊ ebullit: fumos gnabit ad caput ascendentes ⁊ salientes ⁊ dolorē generātes: qui fumi si poros capitis angustos ⁊ oppilatos inuenerint: conuertunt̄ ad inferiora. i. ad pectus ⁊ pulmonē: eorūq; vias oppilant ⁊ spiritū faciūt angustū ac anhelitū ⁊ orthomiā. Ideoq; antiqui hāc febrem vocauerūt inflatiuam: q: causa inflationis spiritus plurimū est calor pectoris ⁊ pulmonis eiusq; defectio. Nōnunq̄ iste calor inflat pectus ⁊ pulmonē priusq̄ caput ascendat ⁊ inferius conuertat̄. Or si illa materia que a capite descendit inferius ad diaphragma incidat ⁊ coaduneť: apostema generabit qd̄ dicitur pleuresis: q: pleuresis nihil aliud est nisi calidum apostema in diaphragmate ortum: ⁊ aliquādo illa materia que a capite descēdit venit ad lacertos ⁊ carnem: quibus coste sunt indute ⁊ faciunt apostema qd̄ abusiue vocatur pleuresis. Certa em̄ pleuresis continuo. iiij. habet significatōes q̄ sunt ab ea insepabiles: duriciē videlʒ fe. angustiā spiritus: pūctionem: ⁊ dolorē lateris ⁊ tussim. Sed plurime euenit pleuresis calidas et humidas complexiones habentib⁹: in vere etiam naturaliter: ⁊ hyeme accidenliter: maxime si ver fuerit egressum a temperamēto in caliditatē ⁊ humiditatē: ⁊ hyems fuerit humidior q̄ oportet. Hyemis em̄ hūiditas si domineť: sanguis in corpe augmētatur: ⁊ frigiditas tēporis repugnat dissolutioni corporis: vnde necesse est calefiat cū calore corporis interiori: ⁊ ascendens caput si poros inuenerit clausos inferius descēdit: sicut videmus fieri in camera balnei: q: cum fumositas balnei ad camerā saliat que nequit eam penetrare: conuertitur inferius: que dissolutio si ad diaphragma prout diximus incidat: apostema generabit qd̄ pleuresis nūcupat̄: qua veniente continuo. iiij. eius significationes apparent: que sunt duricia ⁊ continuatio feb. angustia spiritus: punctio lateris vt nequeat infirmus se mouere de latere ad latus: cōtinuatio tussis: ⁊ in initio cū materia morbi est indigesta est tussis sicca. Sed dolor lateris si vsq; furculas vel spatulas ascēdit significat apostema eē in supiori diaphragmatis parte. Si vo descendat vsq; ad hypocūdriā: mōstrat apostema in inferiori esse. Causa duriciei ⁊ continuationis febris est ppter apostema cordi vicinās. Pūctio lateris: ⁊ nimius dolor est propter apostema in mēbris ortum neruosis acutū sensum habētib⁹: cū cerebro iūctis propter colligantiā quā habēt cum neruis: proinde plurimū hoc apostema sequunt̄ frenesis et alienatio. Angustia spiritus est propter passionē instrumentorum spiritus. Tussis q: materia est in instrumētis spiritū trahentib⁹: vnde natura adiuuat se ad expellendā materiā ab illis locis cum tussi ⁊ screatu. Maxime vo nascit̄ in sinistra parte: ppter frigiditatē illi parti dominantē ⁊ defectionem dissolutiōis que fiunt propter vicinitatē splenis. Raro tamen in dextro latere oritur propter calorē in ea parte existentem: ⁊ propter fortitudinē dissolutionis. Epar em̄ ⁊ fel in eo latere cōsistūt: sed aliquando in initio morbi patiētes screāt ppter materiei leuitatē actioni nature obediētis. vn̄ significat morbi leuitatē ⁊ velocitatem sue dissolutiōis. Et aliquādo morat̄ sputū propter grossitatē materie actiōi nature non obedientē: qua de causa significat grauitatē ⁊ diuturnitatem morbi ⁊ duriciē sue dissolutiōis. Causa tarditatis sputi est ppter materiā grossam mēbris inuiscatā: vnde induratur ad exeundū cū sputo. Necessariū est ergo spaciū tēporis vt sputum attenueť ⁊ dissoluat̄: ⁊ facile currere valeat. Nōnunq̄ etiam exit sputum propter suum liquorem: si em̄ liquidū fuerit ⁊ aquosum diuidit ac illud perforat spiritus: vnde descendit inferius: q: aliquanta caret coniunctione et viscositate per quam spiritui annecti valeat ⁊ cum eo exterius egredi. Proinde sputū in initio morbi exiens quemadmodū in tertio aut quarto die est laudandū: q: boni nunciatiuū: precipue si fuerit paucū: lene: iunctū: albū: ⁊ facile cū vna aut duabus exeat tussib⁹: tale em̄ sputū significat materiā non esse multū grossam aut viscosam vt indure tur mēbrisq; inuiscare possit: neq; multū liquidā: vt ab ictu spiritus diuisum inferius deponat̄. Palam ergo est q̄ sm̄ sputi facilitatē est morbi leuitas: ⁊ spiritus bonitas: sed huius morbi materia: aut est de vno humore: aut de omnibus que cuius sit humoris per colorē patientis cognoscit̄. si em̄ rubeus fuerit intelligit̄ esse sanguinolenta materia: si citrinus cho. ru. dominans sanguini: si albus phlegma: si niger aut sanguinis incensionē aut vstionē cholere rubee in nigrā mutare: aut extinctionē caloris naturalis. Or si colores fuerint diuersi innuūt cōmixtionē humoꝝ: aut omniū: aut quorumdam sm̄ copiam diuersorū colorū: aut paucitatē in sputo apparentē: sed omnibus coloribus laudabilior est rube⁹: q: materia eius est sanguis: sanguis autē est amicus nature sueq; actioni obediens: ⁊ cito in albedinē cōuertitur: precipue si ab initio cum aliquanta fuerit albedine mixtū: ostēdit em̄ naturā suam bene incepisse actionē ⁊ bene ⁊ optime operari. Unde Hippocrates in peritonecnoxamaton: sputum inqt laudabili⁹ excepto albo bn̄ digesto: est albū tn̄ rubeo mixtū: nō multū liquidū neq; grossum: neq; durū: post illud est rubeum a citrinitate liberum cum aliquanta sanie mixtū: significat em̄ bonitatē actionis nature morbi tn̄ innuit diuturnitatem: quia rubei est coloris: et rubeum licet ostendat naturam coctionē incepisse: necesse tamen est spacium temporis habeat vt in albedinē muteť. Sputū igitur rubeum cum albedine mixtum melius est q̄ citrinum: quia

citrinum significat malam incepisse naturam coctiōis actionem. Unde necesse est vt spacium temporis habeat quousq̧ mutet materiam de illa citrinitate: et eam conuertat in rubeum colorem. Decet etiam vt aliud habeat tempus quo mutet eum a rubedine in albedinem. Ideoq̧ sputum si apparet in tertio aut quarto die album iunctū viscosum equale significat perfectā salutem in die septima esse venturam: q: natura si in tertio aut quarto coquat ⁊ digerat materiam sufficiūt sibi alij quattuor dies ad expellendū eam: maxime si in quarto sputo veniente bone appareant significatiōes: sicut mitigatio feb. fortitudo virtutis: facilitas spiritus: bonitas appetitus: paruitas sitis: quies infirmi: signū coctionis in vrina. Et si sputum in initio morbi fuerit rubeū: ⁊ sequantur bone significationes: ostendit naturā coctionē in die septimo cōplere ⁊ mutare eam in albedinē: suāq̧ actionem salutis gńatiuā in vndecimo finit aut. xiiij. Si autē citrinum in initio morbi appareat sputuʒ: demonstrat crisim esse venturam in. xl. aut. lx. Sed nōnunq̄ laudatur sputuʒ si in initio fuerit grossum deinde subtilietur: aut in initio subtile: deinde grossescere incipiat: velox em̄ mutatio eiꝰ significat vnam ex duabus rebus: scilicet aut leuitatē materie nature obedientis: aut fortitudinē virtutis naturalis: q: actio nature subtilem ingrossat materiā ⁊ grossam extenuat: maxime in tertio aut quarto die. Hoc em̄ demonstrat leuitatē materie ⁊ virtutis fortitudinē: precipue si fuerit paruū albū iunctum: et facile cum vna aut duabus exeat tussibus. Et in initio egredit̄ monstrat̄ materiā esse leuis ⁊ nature actioni obediēs: atq̧ virtus fortis. Paruitas sputi materie paruitatem ostendit. Facilitas exeūdi virtutem expulsiuā demōstrat esse robustaʒ. tali ergo sputo apparente necesse est in septima die sanitas sit ventura. Et si sputum in septima apparet ⁊ exit in colore album: crisis erit expectanda in. xiiij. si autem apparuerit in prima digestum et bene coctum: crisis in. iiij. veniet: si autem in prima vel secunda liquidū aut subtile fuerit: ⁊ in. iiij. mutat̄ in rubedinē ⁊ i. vij. exierit digestum albū habēs colorē: significat crisim in. xiiij. esse futurā. Et si in sua permaneat cruditate ⁊ subtilitate vsq̧ in quartum diem diuturnitatē morbi significat. Si autem in quarta apparens quicq̄ coctiōis habeat: erit diuturnitas ⁊ morbi longinquitas s̄m coctionis quantitatē in eo apparentē. Rursus si morabit̄ in sua cruditate vsq̧ in septimū: ⁊ egrediatur cum magno dolore ⁊ angustia: significat virtutē esse defectam. vnde non sumus securi vt possit morbū pati: de quo Galie. in lib. criseos. sputuʒ inquit indigestū exiens vocatur screatus: digestum autē dicitur sputū.

¶ De sputo laudabili ⁊ illaudabili ⁊ mediocri. Capitulū. ix.

Sputum cum screatu seu cum reiectiōe exiens tripliciter diuiditur: aut est laudabile et salutis significatiuū: aut illaudabile ⁊ timoris indicatiuum: aut mediocre. Laudabile est paruū albū: lene iunctum facile exiens sine putore: nullam spiritui faciens angustiā: quo egrediente patiens sentit leuitatem: maxime si exierit tertio vel quarto die: q: si in prima aut secunda exierit: lʒ non sit malum: melius tamē esset si in quarta die aut tertia fuerit egressum. Hi em̄ dies sunt nunciatiui ⁊ in ipsis natura complet digestionem ⁊ facit coctionem. Et sputū melius est si postq̄ fuerit coctum exierit q̄ prius: q: si ante coctionem egreditur: significat naturam odio illud habere: ⁊ contentiuā virtutem ei non dominari. Si autē sputum quartam transierit diem: ⁊ in. vij. apparuerit futuram significat salutem esse in longo tēpore. Significatio salutis est: q: est bene coctum atq̧ digestuʒ. Tarditas salutis: q: cum moratum fuerat sputū vsq̧ in. vij. diē duo significat: aut duricieʒ materiei nature actionē nō obedientē: aut virtutis digestiue defectionē coctioni in quarta die cōplere nequeuntis: ergo quantomagis signum coctiōis fuerit in initio morbi: tanto citissimā indicat salutem: ⁊ quantū ab initio elongabitur tantam tarditatem innuet salutis: q: natura necesse est tantū habeat tēpus a die nunciatiua vsq̧ ad crisim quantum fuerat ab initio morbi vsq̧ ad diem nunciatiuam. Illaudabile vero sputum timoris significatiuum est viride liuidum venetū nigrum. Hi em̄ sputi colores ostēdunt: aut sanguinis adustionem et cho. rubee adustionem: aut extinctionē caloris naturalis. Que differunt inter se: q: sputum qd̄ est de incensione factum sanguinis: aut cholere ru. primū fuerat viride postq̧ mutatur in venetum: deinde nigrū. Hoc autem sputuʒ quod caloris naturalis significat extinctionē: primum est columbinū: post venetū: deinde mutatur in nigruʒ. Mediocre autem est citrinū ⁊ album si fuerit aquosum: aut grossissimū ⁊ viscosissimū: post hoc est rubeum post septē dies apparens: hi enim colores ostendunt illaudabilē esse morbū: ⁊ materiā eius indigestibilē: sed tamen his laudabilius est rubeū econtra citrinuʒ: q: rubeum significat sanguineū esse materiā: ⁊ sanguis est laudabilior ceteris humoribus ⁊ facilior ad digerendū: q: natura eius calida est ⁊ humida: ⁊ cū calido ⁊ humido operatur virtus digestiua. Citrinū rubeam cho. significat que pōderosioris est nature ceteris humoribus preter cho. nigram: q: est sicca: et siccitas durissima est contra coctionē: quoniā non diuiditur neq̧ dilatatur: proinde indurata coctioni non obedit nec ebullitioni. Ideoq̧ rubeum sputum in initio morbi apparens fit laudabile: maxime si cum eo fuerint signa salutem ostendentia: sicut tēperati somni: leuitas infirmi absq̧ angustia: bonus appetitus: ⁊ in tempore quo solebat dum sanus fuerat: precipue si nullum passionis sue habeat timorem: ⁊ vrina eiꝰ ⁊ pulsus quasi sani. Et si illud ꝑmaneat sputum neq̧ vllum coctionis signum cum eo in. vij. aut. xiiij. appareat: significat grossiciem materiei ⁊ duriciem eius atq̧ grauitatē sui motus: ⁊ nunciat tarditatē crisis in. xl. aut. lx. Ūn̄ non sumus securi ꝓpter tēporis longinquitatē q̄n peccent infirmi: aut mutentur tempora vel aer in malas qualitates: ⁊ morbus mutetur: ⁊ timorem innuat: sed tamē post longum tempus: quia significat materiam esse defectam in coctionis actione longinquitatem timoris ostendit: quia est rubeū: ⁊ rubedo significat leuitatē materie: nature actioni obedientem. Sed tamen si male significationes illud sequant̄ sicut duricia fe. defectio virtutis: spiritꝰ angustia: fortitudo sitis: cruditas vrine: acutam significat materiā ⁊ timorem esse vicinum. Citrinum si in initio morbi apparens ⁊ in quarta mutetur ⁊ fuerit in eo coctionis signū: sicut sputi rubedo: albedo vrine ⁊ alia laudabilia illud sequantur signa: nunciat salutem lōgo tempore esse venturam: quia citrinitas cholere rubee demonstrat acumen: vnde necesse est vt natura longū habeat tempus vt mutet illud in ruboreʒ: et postea habeat aliud vt conuertat illud a rubedine in albedinem: proinde longo tempore salutē denotat esse futuraʒ. Et si in illa permaneat citrinitate atq̧ cruditate vsq̧ in. vij. diē fit pessimū: maxime si mala illō accidētia sequātur: sicut duricia feb. defectio virtutis: sitis: spiritus angustia: cruditas vrine: cum hec fuerint mors est propinqua. Unde Hippocra. sputum inquit citrinum in quarta apparens purum absq̧ vllius boni coloris mixtione fit pessimū: q: significat pigritiaʒ atq̧ virtutis digestiue defectionē: in qua defectione si natura ⁊ sputū permāserint in ea qualitate vsq̧ in. vij. intelligimus naturam non esse permāsuram vsq̧ ad coctionis complementum: vnde fit pessimū ⁊ vicine mortis nunciatiuum: videlicet in. xiiij. ⁊ aliquando festinatur ante. xiiij. ⁊ aliquando tardatur s̄m quantitatem pessimorū accidentium certorꝫ ⁊ incertorū: vel significationū certarū ⁊ incertarum. Palam ergo intelligimus sputum rubeum esse laudabilius citrino ⁊ vicinius esse saluti: citrinum v̄o deterius rubeo ⁊ vicinius timori. Sputū v̄o album ⁊ tenue est melius grosso ⁊ propinquius saluti: q: significat leuitateʒ materie actioni nature obedientem: grossum v̄o grauitatem significat materie durissime ad coctionē: q: natura necesse est habeat spaciū temporis ad subtiliandū materiā vt virtuti digestiue obediat: deinde necesse est ei aliud tempus in quo materiā morbi digerat: igitur peius est subtili: maxime si cum sua grossicie viscositas fuerit ⁊ quasi granositas: quia significat grossiciem materiei ⁊ virtutis defectionem: grossa enim materia virtutis debilitatem si inuenerit morans in pectore nequit egredi: quod calefactum de pectoris calore desiccatur: fitq̧ rotundum quasi grando. Nonnuquā spu-

rum cholericũ inuenit in pectore phlegma ⁊ vtriqʒ mixti in-
simul egrediunt᷑: vnde apparet quasi digestũ. Cuius sputi
speciem possumus intelligere hoc signo: quia patiens post
screatum non quiescit: neqʒ morbus alleuiatur: qm̃ illa albe
do non fuerat de materia morbi: sed de phlegmate in pecto
re existente. Sufficit quantũ disputauimus de sputo lauda-
bili ⁊ illaudabili ⁊ mediocri: oportet nos itaqʒ sequi signifi-
cationes coctionis materie ⁊ non coctionis scʒ vicinitatis ⁊
tarditatis crepantis apostematis. Unde dicimus significa-
tio coctionis materie ⁊ non coctiõis intelligit᷑ ex rigore quē
patiũtur infirmi in eo tēpore: ⁊ duricia feb. cum dolore exi-
stente: extensione membrorũ in quibus est apostema: ⁊ ve-
narum ⁊ ligamentorũ ⁊ chordarũ cum membris ligatarum.
Causa rigoris est ꝑpter acumē materie mēbra pungēs sen-
sibilia. Duricies febris est ꝑpter nature motionē ⁊ sollicitu-
dinem: q: natura cum mouetur ad coquendũ materiã cale-
fit corpus: cuius calor ad cor venit ⁊ a corde cum vitali spiri-
tu per arterias ad totꝰ corporis mēbra. Fortitudo doloris:
⁊ extensio membrorũ fit propter materiam bullientē: ⁊ con-
coctionis virtute calefacientē. vnde eliquatur ⁊ augmenta-
tur ⁊ suum locum pre sua quantitate extendit ibiqʒ generat
dolorem quasi separationis iuncture. His signis apparēti-
bus pro certo coctionem materie speramus: ⁊ vicinitatē cõ-
plemēti. Cũqʒ complet suam coctionē: eius ebullitio miti-
gatur: febrisqʒ mitigat᷑ vel refrigeratur: dolor ⁊ extensio mi-
nuunt᷑. Hec cũ viderimꝰ intendimꝰ cõplemētũ coctiõis esse
vicinum: ⁊ tēpus crepãdi apostematis esse ꝑpinquũ: sicut
Hippocra. in apho. Circa generationes saniei dolores ⁊ fe.
accidunt magis ꝙ̃ facta sanie. Apostemate autem in quarto
die aperto si fit screatio pauca alba iuncta ⁊ equalis: signifi-
cat crisim in septima esse futurã: maxime si bone significatio
nes sicut diximus cum ea apparuerint. Et si fuerit rubea cũ
aliquanto saniei cõmixta: innuit mediocritatem coctionis in
vij. ⁊ crisim in. xiiij. Si vero fuerit citrina fit pessima: sed ta-
men si laudabiles significatiões cum ea venerint: ⁊ mutatur
in ruborem ac in albedinē in q̃nta aut septima nũciat crisim
in. xl. aut. lx. Si autem citrina ante quartã apparuerit ⁊ mu-
tetur in albedinē aut in rubedinē in quarta nõ est mala: ⁊ si-
gnificat crisim in. xxj. esse vēturã. Et si appareat citrina post
q̃ntã aut septimã erit pessima ⁊ timoris nũciatiua: q: signi-
ficatur nõ fuisse de actione nature: sed de duabus rebꝰ: aut
acumine materie: aut multitudine quãtitatis ⁊ angustie lo-
ci in quo fit. Causa q: si medicina fuerit acutissima et mul-
ta superat naturã ⁊ cogit eã vt faciat rũpere apostema ante
tp̄us. Et si infirmꝰ nihil screauerit ⁊ siccitatē oris habuerit
spũs duriciē anhelitꝰ aut orthomiã febrē incēsam inter mor-
tuos cõputabit᷑. Si autē screauerit saniē: neqʒ put optʒ mũ-
dificetur ante. xl. aut. lx. a die quo apertum fuerat apostema
futura est mors: aut periplemonia. Possumus autē cogno
scere que harum est ventura per bonas ⁊ malas significatio
nes: q: si bone significationes plures fuerint aut certiores:
⁊ apostema ante. xl. mũdificet᷑ nunciat salutē. Et si aposte-
ma non mundificetur ante. xl. mutatur in periplemoniã. Si
autem signa timoris plura fuerint ⁊ certiora priusꝙ̃ vulnus
mundificatũ sit: mors erit expectanda. Sed nõnunꝙ̃ rum-
pitur apostema ab exterioribus causis: sicut ex ratione infir
mi se cõmouentis in iram: vocem ⁊ suscitationem: aut culpa
medici se ad medicandũ festinantis apostema cum calidis ⁊
apertiuis medicinis priusꝙ̃ aliquod coctionis signũ appa-
reat. Quodcũqʒ aũt horũ apostematũ aperit᷑ fit minꝰ malũ.

¶ De causa digerente materiã adiuuante ⁊
apostemata rumpente. Capi. x.

Ultis modis adiuuatur materia vt digeratur ⁊
apostema aperiatur: sed tamē prius oportet per-
quiri vnde natura est materie: aut natura mēbri
in quo fit apostema: etas: ⁊ cõplexio infirmi tēpo
ra anni aer regio. Verbi gratia: si materia morbi
fuerit calida aut sanguinolēta: membra vbi est apostema ca-
lidũ: aut sunt nobilia aut carnosa: infirmus iuuenis ⁊ calida
eius complexio: tempus estiuũ: aer ⁊ regio calida: significãt
velocitatem digestionis materie ⁊ aperiendi apostematis:
Plurimũ etiã hoc fit in septima die. Et si fuerit contrariũ ⁊
materia fit phlegmatica aut melancholica membra neruosa
⁊ dura: tēpus hyemis: etas simul aer ⁊ regio frigida: indu-
ratur materia apostematis ⁊ tardatur ad aperiēdũ. Si aũt
cause fuerint cõmixte: calidũ videlʒ cum frigido: et humidũ
cum sicco: fit velocitas ⁊ tarditas vulnerandi apostematis
sm̃ plus ⁊ minus harum qualitatum: quemadmodũ si acuta
causa sit maior: fit vulnus velociter quasi in. vij. aut. xiiij. Si
autem sit plus frigida morabitur vulnus: aut in. xxiiij. aut in
xl. Si autem cause fuerint equales: fit apostematis vulnera
tio inter. xxiiij. ⁊. xiiij. Aliquãdo confortat᷑ membrũ in quo
fit apostema ⁊ expellit materiã ab illo in aliũ locũ: qd̃ possu
mus cognoscere per materie motũ: q: si mutatio materie fit
post fecum extenuationē: ⁊ signum coctionis apparēs in vri
na: sputo ⁊ egestione: ⁊ virtus fuerit fortis ad expellendam
materiam cum vrina ⁊ egestione aut sudore: fitqʒ hec causa
ad salutē. Si eñ fit purgatio per vrinam: exiet multa ⁊ tur-
bida: si autem cum egestione: egrediet᷑ iuncta cum cholera
⁊ liquida: si v̾o per sudorē exit multa ⁊ calida ⁊ fortem habet
odorem. Et si expulsio materie fiat anteꝙ̃ signum coctiõis
appareat: ⁊ virtus erit fortis: expellet materiam ab interio-
ribus ⁊ nobilibus mēbris ad exteriora ⁊ ignobilia que sunt
preparata ad recipiendũ corporis humores naturaliter si-
cut ad alas fundamentũ intestinorũ sicut inguina ⁊ ceteras
membrorũ concauitates ⁊ concatenatiões: ⁊ aliquãdo mate
ria mandatur ad superiora membra: ⁊ aliquando ad inferio
ra. Materia si fuerit subtilis ⁊ leuis: ascēdit ad supiora mē-
bra ⁊ vadit post aures: si autem fuerit grossa ⁊ grauis: descē
dit ad inferiora. s. ad testiculos ⁊ inguina vel genua. Possu
mus intelligere si materia sursum aut deorsum fuerit: quia
cũ sursum vult ascēdere ãtecedit dolor capitis: pectoris ⁊ spi
ritus angustia. Si autē ad inferiora descensura est: p̾cedũt
dolor vētris lateris extensio ⁊ pectinis grauitas. Sed stulti
medici materiã esse videntes commotã ab interioribus ad
exteriora: putant bonum esse si confortant exteriora vt illam
materiã non recipiant. vnde cathaplasma ⁊ res confortati
uas ponunt super ea ⁊ frigidas confortationē facientes: qd̃
cum faciunt conuertunt materiã ad priora loca: vnde perit
infirmus: sed peritus medicus videns materiã ad exteriora
esse expulsam studet quatinus oĩno extrinsecus ducatur vt
interiora mēbra sanentur: qd̃ explanabimus cum de cura di
sputabimus. Sed cũ mouet᷑ materia morbi: neqʒ vllum in
virtute posse inuenitur per qd̃ adiuuetur vt foras expellat᷑:
neqʒ appareat in vrina aut egestione aliquod signum nobis
demonstrans materiã extrinsecus esse expulsam: neqʒ in ali
quo mēbro exteriori tumor seu aliquod apparet apostema
per quod simus certi ꝙ materia foris sit ducta: timorē nun-
ciat: non eñ sumus securi quin materia currens fit ad cere-
brum: aut ad aliquod membrũ nobile vnde peior priore mor-
bus nascitur.

¶ De differentia vere ⁊ non vere pleuresis:
et calido apostemate epatis siue periplemo-
nie. Capitulum. xj.

Era pleuresis differt a non vera cum proprijs eiꝰ
significationibus: que sunt duricia feb. angustia
spiritus: tussis in initio sicca: pũctio in latere. que
accidentia fe. sequit᷑ extensio pulsus. huiꝰ duricia
similis est dētibus serre. Cũqʒ apostema maturatũ fuerit rũ-
pitur: neqʒ vulnus ab omni mundificat᷑ sanie: velociter mo
uetur ⁊ mutat᷑ materia ab interiori diaphragmate ad exte-
riora ⁊ iuncta cum pulmone generat periplemoniã: qua de
causa dolor quiescit: q: pulmo est insensibilis: ⁊ aliqñ inci-
dunt in periplemoniam priusꝙ̃ apostema rumpat᷑. Nõ ve-
ra aũt pleuresis habet significationes has videlʒ grauitatē
lateris absqʒ tussi ⁊ sputo: quia morbus est extra spiritus
instrumēta: proĩde pulsus eorũ est mollis: ⁊ posita exterius
manu super locũ passionis: mox sentiũt dolorem. ⁊ aliquã-
do tumor apostematis apparet extrinsecus qd̃ in futuro cũ
chirurgia curat᷑. Apostema epatis qñqʒ videtur esse pleure
ticum cũ non sit. Calidum itaqʒ epatis apostema cognoscit᷑
per citrinitatē vultꝰ infirmi: q: epar est fundamentũ sangui
nis: qd̃ cũ deficit ĩ mũdificatiõe sanguinis: imũdus ꝑmanēs
sanguis ⁊ corpus non nutriens mutat illud in citrinitatem

& sicce tusses fiunt: q: materia est extra spiritus instrumēta. Pulsus eorum est durior pleuretico pulsu. ¶ Peripleumonia vero itelligit cū rubore faciei patiētiū & lingue plūbinis labris calore extremitatū corporis paruitate egestionis & vrine tarditate & copia eius plurimū: & supini iacent: graui detinent somno: neq excitant nisi cū magna voce aut sono: cūq dormierint os habent apertum: pulsus est inordinatus & debilis velut si cibo potuq pleni essent: & aliqn̄ alienationē patiuntur & sensus corruptionē propter siccitatē humiditatis eorum. Quibus morti appropinquātibus: multus quidē sudor accidit: extremitates eorum infrigidant: & sepe deficiūt pulsusq eorū fit paruus ac spissus. Et si confortētur & sputum fit tante quātitatis qua sanies pulmonis penitus mūdificetur: & in bonas qualitates mutetur: vt sit albū iunctū lene facileq ad egrediēdū: paucū nullū faciens dolorē & carens putore vicinam oñdit salutē. Si fuerit multū & saniosum putens cum virtute defecta vicinā indicat mortē adesse que passio plurimū fit in hyeme & in fine autūni: & in vere & estate: lz raro, fit etiā in omnibus etatib⁹ & mulieribus menstruis carentibus: & plurimuz senioribus. virtus em̄ eorum est defecta & intolerabilis. Unde senes hanc passionē incidētes moriunt: iuuenes vero plurimū sanantur vel saluant: q: hec passio nullum facit dolorez: pulmo em̄ insensibilis est: porro passio que sensibilibus mēbris contingit velocius mortem iuuenib⁹ ꝙ senibus infert. Iuuenes em̄ ꝓpter acumē sensus et calorē cōplexionis eorum sensibiliores sunt. vnde morbi dolorē pati nequeūt: senes autē seu seniores propter frigiditatem suarū cōplexionū morbi dolorem non multum sentiunt: proinde non cito moriuntur.

¶ De differentia alienationis que fit ꝓpter passionem diaphragmatis: & que fit propter cerebri. Cap. xij.

Alienatio que fit ꝓpter passionē diaphragmatis non est continua: q: dolor cum acumine fe. cessante augmentat: & illis mitigantibus mitigatur: morbo vero diaphragmatis incipiente patiunt dolorem & in ventre & in hypocūdrijs extensionē: spiritus eorum est inordinatus: q: ante alienationem est paruus & spissus: veniente autem alienatione fit modo magn⁹ & tardus & modo spissus. Causa fortitudo est & defectio est alienatiōis: qm̄ alienatio si fuerit parua fit spiritus paruus & spissus: si fortis & spiritus fit magnus & tardus: q: cum alienatio confortatur patiens continet ignoranter flatum interius: deinde subito euz fortiter emittit. Alienatio autem que fit propter cerebri passionē incipit augmētum suū cathamodicū cōtinuatis: neq fe. cessante & mitigāte quiescit ipsa: q: passio in essentia cerebri est. ideoq flatus eorū insensibilis & paruissimus est: facies & caput eorum nimium patiunt dolorez & calorē: oculi lachrymatur: nares aquā distillant: & os eorum emittit liquorem.

¶ De temporis vniuersorum morborum significatione. Cap. xiij.

se est eã precedat rigor molestissimus pũgitiuus quasi acus
aut spine. Acumen enim cholere rubee transiens per sensi-
bilia mẽbra q̃ non fuerãt assueta pũgit ea ⁊ generat tremo
rẽ q̃ rigor dr̃. h̄ testificat᷑: q: si aqua calida in cholerica cor-
pora inciderit priusq̧ eis fuerat assueta tremorem patiũt᷑
⁊ repugnãt aque: sꝫ eã assuefaciẽtia vtraq̧ vna res efficitur
ꝑpter societatẽ quã habẽt in calore: q: si materia cholerica
tanti fuerit acuminis ꝙ mẽbra sensibilia ꝑ eã superent᷑: na-
tura fugit ad interiora corporis ꝑpter illã rẽ nociuã: vñ ex
teriora infrigidãt᷑ quousq̧ materia calefiat ⁊ ferueat eiusq̧
calor per totũ corpus diuidatur. Cũ ita sit necesse est patia-
tur infirmi incẽsionẽ ⁊ nimiũ calorẽ sitim vigiliã dolorẽ capi
tis siue grauitatẽ ⁊ sentiãt pũctionẽ in epate ⁊ acuti fumi de
cute egrediunt᷑ appetitũ perdãt: ⁊ aliq̃n eorꝫ extremitates
refrigerant᷑ ꝑpter nimietatẽ angustie. ⁊ delectant᷑ pannos
quib⁹ sunt coopti expellere aut eis in aqua infusis se indue
re: maxime si fuerit in quarta accessione tunc em̃ est vltima-
tas ⁊ stat morbi. cũq̧ venerit in fine quarte accessiõis dis-
soluit᷑ materia cũ sudore si fuerit subtilis ⁊ leuis: aut cũ ege
stione si fuerit grossa ⁊ grauis. Solet etiã huic feb. vomitus
euenire cholericus ⁊ tincta egestio maxĩe in tertia aut quar
ta accessione: ꝑinde cauere oportet ne in his tẽporibus det᷑
pharmacia: q: natura ꝑ se purgat materiã ĩ his tẽꝑib⁹. Et si
h̄ feb. sine aliquorꝫ humorꝫ cõmixtiõe fuerit: hec signa appa
rent pura ⁊ simpla. Si aũt feb. cõmixta ⁊ eius signa sunt cõ
posita ẜm cõmixtionẽ materie: sꝫ si in principio diei hui⁹ fe.
signa apparẽt perfectã digestionẽ ostẽdentia: finit᷑ in tertia
accessione: que si nõ fuerint ꝑfecta cõplent᷑ in quarta. Rur-
sus si digestio fuerit debilis in septima finit᷑ accessione: ꝙ si
nullũ signũ coctiõis demõstratiuum apparuerit sit feb. diu
turna ⁊ mõstrat᷑ esse non vera: q̃ si fuerit vera ei⁹ accessio vt
multũ. xij. horas tenet ⁊ dimissio. xxxvj. ⁊ finit᷑ in. vij. perio-
dis qui sunt. xiiij. dies. ꝙ si accessio. xij. horas trãsierit ⁊. vij.
periodos intelligitur non esse vera. vrina patientiũ hãc fe.
est rubicunda ignea subtilis. eã ruboris calor est cholere: eã
subtilitatis eius siccitas est cholere. Pulsus in initio acce-
ssionis priusq̧ calor fuerit per corpus dispertitus paruus et
subtilis propter naturã ad corporis interiora se coadunan-
tem: sed calore in toto corpore diuiso ⁊ accessione ad vltimi-
tatẽ appropinquãte fit pulsus magnus ⁊ velox: sꝫ tamẽ vir
tus ei⁹ fortior est in dilatatione ꝙ in cõstrictione ꝑpter mul
titudinẽ fumi ad interiora corporis accumulatã in qua na-
tura laborat vt extrisecus eã expellat velociter. ❧ Sufficit
quãtũ diximus de signis tertiane feb. oportet nos plane di-
cere qualiter ⁊ quomõ chol. ru. recipit putredinẽ cũ ei⁹ na-
tura sit calida ⁊ sicca. Diximus q: putredo nõ est nisi calidi
tas ⁊ humiditas sint coniuncte. Item diximus ꝙ siccitas
sit tribus modis: aut em̃ sicca est in natura: aut in substãtia
aut in vtroq̧: q: quedam sunt naturaliter sicca ⁊ substãtia
corum est liquida sicut mel vinũ chol. rub. aqua salsa ⁊ simi
lia. Sunt quedã etiã in natura humida ⁊ in substantia sicca
⁊ dura sicut piper longum zinziber ⁊ similia. Sunt ⁊ alia in
substãtia ⁊ natura sicca ⁊ dura sicut lapis ferrũ ⁊ similia. Qđ
ergo in substãtia est siccũ: in natura humidũ recipit putredi
nẽ: q: calor extraneus humiditatẽ in eo inueniens dilatat eã
faciens eã fluere. Itẽ diximus ꝙ oĩs bullitio ⁊ perturbatio
que sunt extra actionẽ nature faciunt putredinẽ. Qđ etiã in
natura est siccũ ⁊ in substantia liquidũ: suscipit putredinem
q: calor extraneus inueniens liquorem in eius substãtia: fa-
cit eã fluere. Qđ aũt in substãtia ⁊ naturaliter siccũ est nũq̧
recipit putredinẽ: nã ex vtraq̧ parte siccũ est: ꝑinde calor
extraneus in ea nullã recipiẽs humiditatẽ fit eã eam siccio-
rẽ ⁊ duriorẽ facere. Palã ergo intelligim⁹ q: qđ in suo cor-
pore erit humidũ suscipit putredinẽ: licet naturaliter sit sic
cũ: vnde cholera rubea licet in substãtia sit liquida in natu-
ra tamẽ est sicca: recipit ẜ putredinẽ: silr ⁊ cholera. Palam
igitur est q: chole. rub. ⁊ nig. nõ recipiũt putredinem ꝑpter
eaꝫ cõplexionẽ ⁊ naturã: sꝫ ꝑpter substãtialẽ humiditatem
illaꝫ atq̧ liquorẽ. Et q: cõpleuim⁹ eãm putredinis chol. ru.
absolute oportet nos diffinire spẽm cholere ru. que recipit
putredinẽ: ⁊ eã q̃ nõ. Vñ dicimus chole. rub. modis diuer-
sis esse: aut est naturalis aut nõ naturalis. Naturalis est ru
fa habitãs in felle ⁊ virt⁹ eius in epate. Nõ naturalis in sto
macho: est tamen diuersa: q: quedã vitellina est: alia crocea ⁊
alia prassina: ⁊ alia eruginosa. Vitellina ⁊ crocea minorꝫ sũt
caloris ⁊ siccitatis ꝙ rufa q̃ est natural. prassina ⁊ eruginosa
maiorẽ habẽt calorẽ ⁊ siccitatẽ ꝙ naturalis. eã q: naturalis
chol. ad stomachũ veniens miscet᷑ cũ hũorib⁹ in stomacho
existentibus: q̃ si fuerint laudabiles ⁊ tẽperati sicut humo-
res qui oriunt᷑ de pane bene fermẽtato ãnuali agno hedu-
lo lac adhuc sugẽte cõuertitur ĩ cholerã croceã naturali vici
nantẽ. Et si hũores quib⁹ cholera est cõmixta ad frigidita-
tẽ ⁊ hũiditatẽ ꝑtinẽtes sint sic eis q̃ nascũt᷑ de piscib⁹ ⁊ fru-
ctib⁹ mutat᷑ chol. ĩ vitellinã. Ideoq̧ vitellina min⁹ est cali. ⁊
sicca ꝙ crocea: ⁊ crocea minus ꝙ rufa. Et si inuenerit hũo
res in stomacho calidos ⁊ acutos sicut qui gñant᷑ de pipere
sinapi porris alijs ⁊ simil⁹ augmẽtat᷑ calor chol. fitq̧ prasij
colorꝫ. Si aũt illa chol. ĩ suo ꝑmãserit acumine ⁊ calefaciat
eã calor extrane⁹ sic calor tpis aut aliaꝫ reꝫ incẽdit᷑ fitq̧ eru
ginosa. Crocea iteꝫ aliq̃n nascit᷑ ĩ epate cũ sanguis hũidior
fit ꝙ decꝫ: ꝑinde natural. chol. in iuuenib⁹ ẽ rufa senib⁹ aũt
⁊ pueris est crocea senioríb⁹ est vitellina. Prassina aũt ĩpos
sibile est in epate gñet᷑: neq̧ trãsit a stomacho neq̧ gñat fe.
q: tãto tpe in corpe nõ ꝑmanet vt putrefiat ⁊ feb. gñet: na
tura em̃ semper se adiuuat vt eã a corpe expellat ꝑpter eius
malignitatẽ. Et si natura defecerit eã expellere nequiẽs in
cendit᷑ corp⁹ ⁊ hõ morit᷑. Igit᷑ si talia de prassina accidũt tã
to maiora ⁊ certiora de eruginosa eueniũt: necesse ẽ ẜ vt ru
fa crocea ⁊ vitellina recipiãt putredinẽ ⁊ feb. gñent. Sꝫ si ma
teria fe. fuerit vera chol. rufa gñat᷑ causon. si fuerit crocea sit
tertiana: si est vitellina nascit᷑ hemitriteus.

❧ De febre tertiana ⁊ ei⁹ cura. Cap. viij.

Febris tertiana molestior est ceteris putridis fe-
brib⁹ ꝑpter acumẽ ei⁹ materie: ⁊ q: causon vicina
q̃ cũ fuerit ỽa sit ei⁹ crisis in septẽ periodis sicut
Hippo. dixit: si nõ sit ỽa trãsiet huc terminũ ⁊ ẜm
materiã cũ q̃ miscet᷑ sit lõgitudo sue determinatiõis: q̃ aliq̃n
incipit ĩ autũno ⁊ dimittit ĩ vere: solẽt etiã patiẽtib⁹ euenire
in nocte añq̧ accessio euenerit angustia ⁊ vigilia: veniẽte au
tẽ accessiõe accidit parua frigitudo sitis ⁊ calor. prima q̃dẽ
accessio. iiij. horis ꝑmanet aut. vj. aut. vij. deinde dissoluitur
cũ aliquãto sudoris. Eã sudoris in ꝑma accessiõe subtilitas
est materie. Paruitas eius est duobus modis. Vno q: mate
ria non bene digesta est. alio q: calor feb. desiccat ⁊ cõuer-
tit eũ in fumũ: vnde sudor paucus appet. Secũde aũt accessio
nis accidentia sunt quasi prime sed tamen lõgiora: quia per
manet. x. horis: veniente vero tertia exacerbatione mole-
statur: natura est enim nunciatiua. Ideoq̧ significationes
apparent monstrantes quia feces perturbari ⁊ bulliri inci-
piunt. i. dolor capitis nimia incensio angustia sitis vomitus
cholericus. Veniẽte quidem quarta accessione induratur

⁊ augmētaꝛ feb. q: status morbi est vicinus. Idcirco dolor capitis augmētaꝛ ⁊ fiūt sitis vomitus angustia defectio siccitas labiorum rubor oculoꝝ ⁊ aliquando cutis faciei fit liuida aut nigra: ⁊ aliqñ natura cholericā ꝓuocat egestionem ſm crisim q: dies cretica est ⁊ moraꝛ accessio.xij. horis: ⁊ aliquādo.xiiij. si materia fuerit grossa: deinde cū nimietate sudoris dissoluiꝛ matie si egestio fuerit ex cōtrario: q: hec materia solet dissolui in accessione. Et si materia subtilis fuerit atq; leuis expellitur per poros cum sudore: si est grauis cū egestione: mediocris existens cū vomitu eijciꝛ: his itaq; accidentibus transactis infirmus quiescit ⁊ cōfortaꝛ. Quinta aūt accessiōe accedēre patiēs est minoris molestatiōis ꝙ fuerit in q̄rta: licz eñ molestatio tertie accessiōis malignitati vicinaꝛ. Sexta aūt accessio debilior est ⁊ modicū suoꝝ accidētiū apparet. Septima aūt accessio vt multū.xij.horis ꝑmanet: deinde ab infirmo cedit oīs molestatio ⁊ angustia ⁊ ipse valde ab egritudine egrediꝛ. Et aliqñ h feb. in tertia accessiōe finiꝛ: et nōnūꝙ in.iiij. sed plurimū in.vij. qḋ intelligitur ex significatiōe in vrina alijsq; locis sicut diximꝰ apparetibus. ꝙ si in prima die apparuerint erit breuis: si aūt postea tardabiꝛ: sed tñ si vera fuerit non trāsit.vij. peryodos sicut Hippo. determinauit. Vñ oꝫ medicū in hac feb. se cauere ab initio vt nō det infirmo rē cū calefacientē ne materia calefacta cū suo acumine caput saliat ⁊ frenesim generet: fiatq; timor ⁊ molestatio peiores ꝙ materia qua generaꝛ. Rubee eñ cholere acumē ⁊ velocitas nō sustinet medici ignorātiā ⁊ infirmi stultitiā. Utilius aūt huius curamētū taliter est vt in primis ꝑquiraꝛ vtus vtrū sit fortis vel nō. q̄ si fortis fuerit ⁊ materia morbi furiosa catharticū dari cōuenit chole. rub. purgās eiusq; acumē extinguēs sicut de oxifenicia.ʒ.ij. pruna.xx. mirabol. citri.ʒ.j. casief.ʒ.v. māna ⁊ his silibꝰ. Si aūt egestio corp stiptica fuerit ⁊ est necessitas eā liq̄dā faciedi aliquātulū dyagredi. oꝫ misceri: sꝫ nō in die accessiōis catarticū deꝛ: sꝫ aut die prima aut tertia aut q̄rta die. Cauēdū etiā est quātum plus pōt fieri ne impediaꝛ natura in die accessionis volēs morbo repugnare ⁊ materiā eiꝰ expellere cū cathartico aut cibo. Sufficit aūt in accessiōe psiliū cū succo mal. grana. aut sirup. aliqs q̄ sit ei cōueniēs: sꝫ hec danda sunt cū nimiꝰ aut fortis sit calor ⁊ sitis. Si aūt taliter nō extiterint sufficit solus sirupus: q: psiliū aliqñ cōgelat ⁊ indurat materiā. Si aūt accessio incepit post prādiū sufficit infirmo solus sirupus ei datus mane: feb. quidē trāsacta ei ptisanū deꝛ: vespere panis lotus cū zaccara. Et si accessio ad mediū diē inceperit matutino ptisanū accipiat neq; sumat aliḋ nisi feb. cessauerit. Preterceūte quidē feb. panē cū zaccara accipiat. Si aūt feb. in vespere aut prima noctis hora inceperit mane sumat ptisanū: ⁊ cū feb. cessauerit panē lotū. Sꝫ cauere oꝫ ne in hora accessiōis aliq̄d ei tribuaꝛ nec tribꝰ horis anteq; accessio venerit: q: si aliq̄d in hora accessiōis acceperit stomachus illud euomit: q: tūc tpis stomachus mouetur ad expellendū putredinis materiā q̄ in eo cōtineꝛ. Vñ si tpe accessiōis vicināte aliq̄d datū fuerit fit caloris feb. augmentū ⁊ materiā ingrossat ⁊ pōderosam eā facit. est eñ febris quasi oleū ardēti lāpadi. Et si in initio huius fe. nō audebis dare catharticū ꝑpter vtutis defectionem aut ꝑpter paruitatē etatis ⁊ aere da in die quietis mānā casiā. viol. zucca. oxifeni. pruna rodozacca. in die aūt accessiōis succum mal. gra. cū psilio. ꝙ si h nō suffecerint suppositoriū necesse est fiat de licio nitro dyagredio zucca. ⁊ his similibus. his vo nō sufficientibus clystere fiat de ordeo mūdato viol. malua bleta sebesten furfure obsomog. zucca. oleo viol. nitro sale cōi dyagredio. Et si q̄nq; dies trāsierit patiēs ⁊ morbꝰ ad vltimitatē venerit ꝓhibe cibū ⁊ da infirmo solū ptisanū mane: vespere panē lotū cū zucca. Eodē modo dieta in.v. ⁊ vj. die vtaꝛ sicut in die accessiōis fecerit: vt veniēte.vij. corpꝰ sit inanitū ⁊ natura libera possit morbo resistere nullū habēs impedimentū: ⁊ in.vj. solū accipiat ptisanū mane si accessio ad vij. est ventura. Et si aliq̄ fuerit suspitio ne cibus in stomacho augmenteꝛ ꝑpter sui inanitionē extingue cathamodicum cū succo mal. grana. ⁊ melonibꝰ palestinis: feb. aūt mitigata ⁊ angustia ⁊ incensione ab infirmo cedentibꝰ si punctionē in ore stomachi sentiat accipiat panem lotū cū aqua: aut colatū aut solū aut cū modico zucca. Si gule siccitatē aut incensionē habuerit in palato gargarizet succū cucu. ⁊ psiliū potet ⁊ apozima prunoꝝ ⁊ oxifeni. si dolorē capitꝭ patiꝛ humecta nares cū oleo viol. caput infundaꝛ de mulieb̄ri lacte vel asinino vel caprino: emplastrū de psilio suppone capiti: psiliū lotū ⁊ paꝝ aque ro. misce ⁊ diu agita donec incipiat inspissari ⁊ suppone fronti ⁊ tēporibus vel sandalos albos: fricenꝛ in testa intincta aque ro. ⁊ ex eo qḋ inde elicietur. fiant trocisci.iij. admixto modico cāphore ⁊ siccati cōficianꝛ cū aq̄ ro. ⁊ iterū: ⁊ cū feces successerint aqua supnatāte intingatur pannus ⁊ superponaꝛ tēporibus ⁊ fronti. ⁊ supponaꝛ tēporibus oleū ro. aut viol. cū aceto mixtū infundaꝛ. Si aūt siccitas augmentata capiti dñeꝛ: ⁊ infirmus alienationē patiaꝛ: sternutationē fac cū oleis ⁊ lacte q̄ dicturi sumus: laueꝛ etiā caput ex eis: pedes etiā ⁊ crura mittanꝛ in aqua i qua cocta fuerint viol. papaueris cortex lactuca ⁊ aliquantulū camomille: ex hac aq̄ si fuerit necessitas laueꝛ caput. Et si in die septima solutio aut vomitus venerit fitq; ex actione nature nullū artificiale ingeniū oportet coaptari quousq; solutio permāserit si fuerit vñ oportet ⁊ ſm ꝙ opꝫ: ⁊ quātū natura sustinuerit. opꝫ nos mitigare incensionē stomachi cū sirupo mal. grana. aut viol. ⁊ spodio: sed si augmenteꝛ fe. sitis ⁊ defectio in vltimitate statꝰ ⁊ muteꝛ pulsus in calidū ⁊ velocē ⁊ inordinatū. vrina vo fiat rubicūda ⁊ incensa ⁊ infirmus sit pusillanimis aut timidus quousq; videris cām venire quātū opꝫ ⁊ ſm ꝙ opꝫ. Et si ventris solutio augmentabiꝛ fitq; necessitas vt cōforteꝛ natura cū cibo: dabis ptisanū factuꝫ de ordeo assato ⁊ panē assatū lotū farinā mal. grana. cū aq̄ ro. ⁊ si post hoc solutio nō cessauerit da trocisců de spodio cū sirupo de succo agrestis vue: aut de aceto pomi citri. Nutriri cōuenit de milio risi cum sumac ⁊ amigd. vstis ⁊ similibꝰ. Bibat mane ieiunꝰ aquā ro. de pane deciso. Et si cholera in egestiōe fuerit augmētata: ⁊ dubiū est ne discorienꝛ intestina: ⁊ patiens dissinteriā patiaꝛ: cōfortenꝛ intestina cū.ʒ.ij. ⁊ ß. herbe acetose: ⁊ cū clysteri de succo arnoglose virge pastoris ramis portul. oleo ro. terra sigillata testis ouorū assatorum ⁊ similibus in causon dictis. accipiāt pul. gūmi boli. terre sigillate añ.ʒ.iiij. amidi spodij añ.ʒ.ij. se. malue assati. se. mirte añ.ʒ.ij. fac puluerem: ⁊ dabis.ʒ.iiij. cū oleo ro. tēperatas: ⁊ cū sirupo mirtino ⁊ aqua frigi. ⁊ cathaplasmeꝛ stomachus de flore vitiū salicis mali coctani piroꝝ: horū oīm flores añ.ʒ.iiij. galli.ʒ.ij. ro. sand. rub. panis aphricani añ.ʒ.iiij. oīa in puluerē redacta cū aqua ro. ⁊ succo mirte distemperētur. si calorem nimiū habuerit modicū camphore admisceatur. mitte in aquā quam potui dabis spodiū bolū gū. ara. oīa assata cū sumac zucca. ⁊ aqua frigida mixta. sumat citonia zaccarā simplicē ⁊ diamilon. Et si dissinteriā patiꝛ: aut sincopim aut yctericiā cura cū medicina haꝝ passionū quā diximus in causon: ibi eñ plane diximus quātum oportuit. vnde nō est opus illud repetamus hic.

¶ De amphimerino. Cap. ix.

Amphimerinus de phlegmatico chimo nasciꝛ phlegma eñ si corpis cōplexiōi dñaꝛ: aut putrefitꝛ aut minime. nō putrefactū: aut in toto est corpe aut in pte. si fuerit ī toto corpe gñat hyposarcā aut frigiḋ. ꝯtinuā sine fe. Cā huiꝰ diuersitatꝭ est fortitudo ⁊ defectio mēbroꝝ. q: mēbra cū fortia sint expellūt paulatī illḋ phlegma neq; dimittūt illḋ coadunari vt hyposarca gñeꝛ. ꝙ si fuerit de frigida coaduāꝛ in corpore: vñ hyposarca nasciꝛ. Si aūt fuerit in vno loco facit hūidū apostema qḋ zimia nūcupaꝛ: si vo fuerit putrefactū: aut est in toto corpe: aut in vno mēbro. Si est in vno mēbro generat vulnera aut pustulas de quibus humores fluunt saniosi ⁊ aquosi. Si fuerit in toto corpore: aut est intra vasa aut extra. Si est intrinsecus generat cōtinuū amphimerinū sine rigore ꝑpter cām quā superius diximus de alijs humoribus cū fuerit intra vasa. Si est extrinsecus facit amphimerinū cū interpolatiōe: quā tribus modis cognoscimus sicut in tertiana diximꝰ. i. naturali nō naturali ⁊ re extra naturā. Res naturalis est etas: ꝯplex io. Nō naturalis est tempus regio aer ⁊ artificium infirmi. Res extra naturam sunt accidētia q̄ ex hac fe. generanꝛ: q̄ sunt infirmi accidētia: medi

ci vo significatiões. De re naturali q: hec febris plurimū ac cidit frigiditas ⁊ humidas habētibꝰ naturas etatē decrepi tā aut pueritiā ꝓpter phlegma senioribus dominās ⁊ defe ctionē caloris eorū: vt cibaria nō digerāt ſm ꝙ oportet: neqꝫ superfluitas tertie digestiōis ab eis expellatᷓ. Eodē modo intelligimus de omni corpe cuiꝰ cōplexioni frigiditas et hu miditas dominatᷓ: pueri vo accidētaliter sunt phlegmatici ꝓpter eorū gulositatē: q: accipiūt cibū vltra ꝙ possit calor naturalis pati ⁊ eū etiā sumūt inordinate. vñ humidi chimi in eorū corporibus augmentantᷓ accidētaliter: q: calor natu ralis in pueritia fortior est ꝙ in ceteris etatibus naturaliter ⁊ in iuuenibꝰ abūdātior est q̄litate: sic Gal. calor inquit na turalis in pueritia plus est in substātia ꝙ in qualitate: q: in pueris est sicut sanguis tēperatus: in iuuenibus sicut cho lera rubea in acumine permanens. Palā ergo est in pueris phlegma dñari ꝓpter gulositatē ⁊ cibi inordinationē. Sed intelligendū est in oībus gulosis cibū potūqꝫ multū sumen tibus inordinate ⁊ maxime ebrietatē assuescētibus: ⁊ maxie si cibo nōdū digesto hec fecerint. Palā ģ est ꝙ hec feb. natu raliter accidit senioribus ⁊ eis q̄ similes habēt cōplexiones sicut glaucis aut rubeis albis crassis hūidis nō pilosis: ⁊ an gustos poros habētibus. Nascitur etiā in pueris ⁊ eis qui similes sunt eis. i. gulosis multum comedentibus ebriosis sepe: ⁊ multū frigidā aquā bibētibus. De re nō naturali ita intelligitᷓ: q: plurimū hec feb. nascitᷓ in hyeme: aut cum aer mutatᷓ in frigiditatē ⁊ humiditatē. Similiter cū natura re gionis fuerit mutata maxime si patiens in sua sanitate fue rat assuetus requie delectatiōe ⁊ neqꝫ vlla exercitatione soli citudine: ⁊ labore fuerit vsus. Res aūt extra naturam sic co gnoscitᷓ: qm̄ hec feb. cū sit de putredine phlegmatis necesse est in vnaquaqꝫ accessione precedat priusqꝫ materia putre fiat ac calefaciat nimius frigor quasi glacies refrigerās totū corpus vsqꝫ ad extremitates ⁊ permanet quasi vna hora. Cūqꝫ phlegma fuerit putrefactū ⁊ inceperit calefieri trāsit frigiditas: calorqꝫ leuis est ⁊ grauis: sed tñ est diuturnꝰ ac formidolosus. Leuitas ⁊ diuturnitas feb. q: materia ē phle gmatica ⁊ phlegma est durū vt digeratᷓ. Tremor eiꝰ est pro pter naturā laborātē ex cōtinuitate ⁊ ꝓpinquitate sue inter polatiōis: q: tēpꝰ sue accessiōis est. xviij. horꝫ ⁊ requie. vj. vn de priusqꝫ sentiat infirmus vnius dimissionē incipit altera neqꝫ perfecte mundificatᷓ de corpore sicut tertiana: materia eñ tertiane ꝓpter calorē ⁊ suā siccitatē cito cū extraneo ca lore incenditᷓ ⁊ cōuertitᷓ quasi in cinerē: vñ patiens quiescit donec altera veniat accessio: sꝫ quotidiana nō fit similiter q: materia eius ꝓpter grossitatē ⁊ viscositatē suā tarde dissol uitᷓ ⁊ annectitur corpori: eiusqꝫ calor seruatᷓ: ꝑinde patiens nō q̄escit neqꝫ sentit qñ interpolatᷓ. Ideoqꝫ naturā fatigat vñ est molesta ac timorosa. Rursus patiēs nō sudat nisi mo dicū ꝓpter grossitatē ⁊ frigiditatē materiei. Veniēte autē morbo in vltimitate laboris ⁊ signis nūciatiuis apparētibꝰ crisiqꝫ appropinquāte dissoluitᷓ materia: ⁊ nimiū sudare in cipit infirmꝰ. Hꝫ etiā h̄ feb. ꝓprietates q̄ sunt ab ea insepa rabiles. i. dolorē stomachi: ꝑinde patientes euomunt phle gma: ⁊ splenis: sꝫ tñ maior est in stomacho: q: phlegma sem per est in ore stomachi: ꝑinde patiētes euomūt phlegma ⁊ facies eoꝝ fit tumida ⁊ mutatᷓ in liuidū aut plūbeū colorē: os eoꝝ semꝑ est hūidū ⁊ insipidū neqꝫ vllā patiuntᷓ sitim: ⁊ si in statu sitierint fit modica: q̄ sitis nō est ꝓpter materiam phlegmaticā: sꝫ accidētaliter ꝓpter calorē phlegma calefa ciētē ⁊ putrefaciētē sicut sitiūt hi q̄ pisces ⁊ melones come dūt: hec eñ cibaria si calorē in stomacho accumulatū inue nerit cito in eiꝰ naturā ꝯuertuntᷓ ⁊ sitim generāt: q: natura liter sunt cōuertibiles. Et si vltimitas caloris in vnaquaqꝫ feb. venerit mutatᷓ facies eiꝰ in citrinitatē: vrina fit rubea et pulsus fortis: hec fiūt ꝓpter calorē phlegma putrefacientē cessante quidē calore cōuertitᷓ facies eiꝰ in albū ⁊ plūbeū co lorē ⁊ vrina in albedinē ⁊ cruditatē. Cū q: materia eius est cruda. pulsus eius fit latus tardus diuersus debilis. Lati tudo fit propter humiditatem ⁊ abundantiam materie. de fectio ⁊ paruitas ꝓpter paruitatē naturalis caloris: diuersi tas eius: q: natura aliqñ materie dñatᷓ vñ pulsum facit fortē ⁊ aliquādo materia nature ꝑualet qua de cā fit pulsus debi lis. veniēte aūt morbo ad finē ⁊ materia digesta sit vrina di gesta rubea ⁊ turbida ⁊ nūciat ꝓpinq̄tatē crisis. Et si qui dā sophiste nos reprehēderint ⁊ dixerint si natura feb. est cali da ⁊ sic. ⁊ phlegma ē frigi. ⁊ hu. quomō feb. ex eo nascitᷓ. Re spōdemus nō dicimꝰ feb. de phlegmate gñari ſm suā ꝓpriā naturā existente: sꝫ dicimus ꝙ oīs materia phlegmatica si ue cholerica aut melancholica cum putrefit bullit ⁊ calefit vnde fe. generatᷓ: q̄ si nō putrefit febrē nullo mō faciet lꝫ na turalr̄ sit calida: hoc testatᷓ p yctericiā q̄ nascitᷓ de cho. rub. mixta cū sanguine p totū corpus: ⁊ tñ patiētes nullā febrē patiuntᷓ q: chol. nō est putrefacta. Palā ergo intelligimꝰ q: phlegma nō gñat feb. naturalr̄: sꝫ ꝓpter sui bullitionē de putredine ꝓcedētē. verbi grā: aqua cal. incēditᷓ non ꝓpter sui naturā: sꝫ ꝓpter calorē quē ab igne recipit. Sufficiat quā tū disputauimꝰ de cā ⁊ significatiōibus amphimerini inci piamus curam.

De cura amphimerini. Cap. x.

Quia hec feb. de phlegmatica nascitur materia ⁊ phlegma naturaliter est frigi. ⁊ hu. necesse est h̄ fe. curetᷓ cū rebꝰ grossoꝝ hūoꝝ attenuatiuis sꝫ tñ q: phlegma diuersis modis est: q: q̄dā spēs phlegmatis est grossior ⁊ frigidior naturali: et quedā calidior: necesse est cū materia est frigidior dari plus attenuatiua ꝙ cū fuerit calidior. Vñ medicū opꝫ inuestiga re vt certissime cognoscat quomō debeat curare: ⁊ fiat h̄ ſm q̄litatē: res eñ subtiliātes ⁊ attenuātes diuerso modo sunt in q̄litate. Phlegma iterū silr̄ est diuersum in qualitate: q: est phlegma frigi. ⁊ hu. cuiꝰ species est naturalis que est de colamēto sanguinis aquosi: ꝑinde sanguis nō ꝑfecte dige stus est phleg. est ⁊ phlegma frigidiꝰ: est ⁊ aliud calidiꝰ ⁊ le uius sicut salsuꝫ: qđ ostēdit calorē aquositati sanguinis esse dñantē. Silr̄ ⁊ attenuatiua diuersa sunt: q: q̄dā cū nimio ca lore ⁊ incēsiōe sunt attenuatiua sicut radices origani calamē ti zinzibe. ⁊ similia: ⁊ q̄dā q̄ attenuāt absqꝫ multo calore et frigore queadmodū maratrū lupinū apiū ⁊ silia. Sūt ⁊ alia attenuatiua acumē cal. extinguētia et interiori sic ptisanuꝫ orizaccara ⁊ his silia. vñ q: attenuantia tali modo sunt: vti mur eis tali mō: si phlegma intelligitᷓ esse frigidiꝰ ⁊ grossiꝰ medicetᷓ cū re calefactiua ⁊ humectatiua. si fuerit calidiꝰ ⁊ hu midiꝰ curetᷓ in initio cū refrigeratiuis ⁊ attenuatiuis: feb. aūt mitigari incipiēte curetᷓ patiēs cū re extenuatiua ⁊ cale factiua aut aliquanti caloris actiua. Et si data fuerint refri geratiua calore feb. decrescēte timemꝰ ne materia induretᷓ ⁊ ingrossetᷓ. Phlegma eñ licꝫ calefiat accidētaliter tamen naturalr̄ retinet frigiditatē et hūiditatē. Iterū si calidā me dicinā assuefacimus augmētamꝰ materiā plusqꝫ prius fue rat. ꝙ si calorē cū fuerit frigidū suscepit magis ꝑparatᷓ ad re cipiēdū calorē cū accidētaliter si calidū: ꝓpter h̄ necesse est sit medicina mediocris. i. attenuās sine calore aut cū modico calore ⁊ hoc fiat ab initio vsqꝫ dū digesta fuerit materia cūqꝫ signū coctiōis in vrina alijs ve locis apparuerit festinari opꝫ ad expellendū materiā extrinsecus. hoc eñ si neglexerimus timendū est ne materia ingrossetᷓ ⁊ induretᷓ: q: sic eiꝰ est na tura. Signū etiā coctiōis si nō pateat queadmodū si cruda appeat vrina ⁊ alia signa mōstrēt motā esse materiā ne cre datᷓ vrine: possibile eñ est cruditas vrine fiat ex cibi ⁊ potus inordinatiōe. vñ nō tuā actionē dimittas ꝓpter vrinā: sed purga materiā cū vētris solutiōe ſm ꝙ opꝫ. i. si phlegma fue rit catharticū dabis de mirabol. citri. kebul. absint. bedega ri cuscute eupatorio casiañ. ⁊ māna: ⁊ cū pill. de hierapig. ⁊ his silibꝰ. Et si fuerit acetosum phlegma purgabitᷓ cū pill. de stomaticon: sꝫ tūc nō oīno materia expellatᷓ subito: sꝫ mul tis vicibꝰ paulisper: q: si materia purgetᷓ in vna vice cū for ti potiōe timēdū est ne repugnet materia potioni cum sua grossitie: ⁊ cōuertatᷓ potio ad substātialem corpis hūidita tē: vñ natura iterū repugnet ei: ⁊ fiat h̄ certamē cā infirmuꝫ molestās ac ꝑdidās. Eodē mō opꝫ faciamꝰ in omi passiōe q̄ fuerit de ḡui materia ⁊ dura ad dissoluēdū. Pōt itaqꝫ mate ria cognosci si fuerit salsa vel acetosa his signis: q: si fuerit acetosa infirmus paruā habet sitim ⁊ sentit grauitatem ⁊ in ventre et ventrem habet cōstipatum. Causa q: phlegma cū frigidū fuerit ⁊ grossum adheret se vie ⁊ prohibet cā ne

expdatur: vnde patiens sentit grauitatem. Et si materia fuerit salsa: fit sitis nimia egestio solubilis et patiens sentit in stomacho punctionem et dolorem: et hz os siccum et salsum cum nimia siti: q: phlegma cum sua salsedine pungit stomachum et intestina et cogit ea vt expellant a se quicquid fecis habuerint. Sunt et alia signa quia si materia fuerit salsa frigiditas minor et calor fortior: et actio fit breuior: propter leuitatem et acumen materie: et econtrario sunt signa si fuerit acetosa. Et si virtus infirmi nequeat pharmaciam tolerare: oportet ingeniari vt extenuetur materia absque vllo nature labore: verbi gratia: si materia fuerit in epate dentur ea epatis mundificantia cum vrina sicut trocisci de ro. et trocisci de berberis oximel. cum succo vel apozimate herbarum. s. radicis apii maratri scariole scolopendrie ameos. confice cum succo mastic: si materia fuerit acetosa. et si salsa dabis trociscum de spodio cum orizaccara. Sed si materia fuerit circa stomachum mundificet stomachum cum lupinis melle ro. si fuerit acetosa. si salsa cum rodozaccara. Audiuimus quosdam antiquos referentes se vidisse aliquos quotidianam habuisse de acetoso phlegmate: deinde cum oximel incidit et vomitum: q quam salsa dicta vii sunt sicut blitis elixatis cum obsomogaro et porris radicibus sparagis et similiter potauerunt vinum forte et vetus: et posuerunt epythima calidum supra stomachum cum a cibis fuerit inanitus de oleo nardino et sic euasi sunt: q: materia dissoluta cum egestione egressa est. Alii autem comederunt pisces cum sinapi et forte vinum potauerunt et sani sunt effecti. ¶ Sufficit quantum disputauimus de cura amphimerini absolute et vniuersaliter volumus modo dicere particulariter de vnaquaque specie eius: vnde dicimus q: in initio oportet inuestigari qualitates materie vtrum fuerit salsa: et sic in initio morbi detur orizaccara cum aqua calida. veniente autem accessione et frigore incipiente ponantur pedes patientis in aqua calida in qua cocta fuerint camomill. et viol. anetum: fricentur plante pedum cum oleo viol. et sale. Et si sponte patitur vomitum fit bonum signum: signat enim leuitatem materie eiusque facilitatem. Et si vomitum non habuerit ne cogatur vt egrediatur in initio morbi: q: signat grossitatem et duritiam materie. vnde vomere cum fecerimus magnum stomacho nocumentum tribuimus: et ipsamet feb. proprie sit stomachi nociua: proinde non oportet fieri stomacho lesionem inferens: sed dari conuenit rodozaccaram cum calida: aqua enim calida. in hac feb. est vtilissima: materiam enim attenuat et dissoluit et sitim extinguit: q: causa sitis in hac feb. est ebullitio et putrefactio materie. vnde cum fuerit extenuata propter aquam calidam sitis extinguitur: deinde accipiat ptisanam cum orizaccara. Et si egestio fuerit stiptica dabis mane. ʒ. xxx. orizaccare. ℥. j. aq calide. ℥. iij. Si autem feb. primam transierit hebdomadam et signum coctionis apparuerit in vrina: et materia moueri et digeri inceperit: tribue in initio accessionis orizaccare. ʒ. ij. cum apozimate aneti et prouocabis vomitum sine angustia. Et si venter fuerit constipatus humefac eum cum lupino manna rodozaccara et his similibus. Et si nondum humefactus fuerit clystere ei facies de viol. camomilleon spinis egyptiace malua an. ℥. j. se. croci hortensis ʒ. xx. furfuris blete centauree maioris sebesten: omnia coquantur in. iiij. lib. aq donec ad vnam redeant: deinde colatis adde olei violarum succa. obsomog. an. ℥. j. salis cois nitri an. ʒ. ij. Et si fe. elongabitur vt. xiiij. transeat dies et manifestabit se patiens sentire fumum cal. de suo corpore exire: et patiens sentiet abominationem aut ventris rugitum: cognosce q: materia est perturbata et commota et vult exire per sudorem si fumositas sentitur: aut cum vomitu si abominationem: aut egestione si rugitum passus fuit. Unde oportet festinare vt expellatur materia cum b catartico quod. R. mirabo. citri. kebul. an. ℥. j. bedegar. ʒ. vj. rute absinth. eupatorii an. ʒ. iij. vue passe enucleate. ℥. iuiubas. xx. pruna. xx. oia in tribus lib. aq coquantur ad medietatem: deinde mane rodozaccare an. ℥. j. adde colatis omnibus potui dabis. Pill. fili mo valentes. R. kebul. ʒ. iij. turbith. ʒ. ij. et ß. hierepi. ʒ. ij. trociscum de rosis bedegar an. ʒ. ij. absinth. eupatorii cuscute an. ʒ. iij. masticis. ʒ. ß. tempera cum succo apii aut lupini et fac pill. ad modum ciceris dabis. ʒ. iij. aut. iiij. cum aqua calida. aut oximel. cum calid. q: oximel oppilationem epatis et renum aperit: vrinam prouocat stomachum de frigidis humoribus mundificat: mane si cum aq cal. bibatur: q: aq calida multum iuuat. Idcirco cauenda est in hac feb. aqua frigida semper: neque dari oportet secundum potum aut secundum medicinam: q: materiam ingrossat et congelat: accipiat ptisanum quod est coctum cum radicibus apii maratri aneti calamenti cum modico piperis: cumque frigus accesserit ponantur in aqua cali. pedes in qua cocta fuerit camomilla anetum lantuccus abrotanum et similia: et si frigus fuerit forte quasi glacies epithima dorso femori et ventri imponatur cum calido oleo in quo cocta sint piretrum staphisagria nitrum pip. et calamentum: dabis oximel cum calida in quo coctum fuerit anetum. Et si non venerit vomitus sponte prouocet cum oximelle de radicibus aut de aneto et apozimate fasciolorum sale cõi quam oia calida accipiantur. Si egestio fuerit constipata dabis succo lupini cum carpobalsamo croci hortensis ʒ. vij. zaccare. ℥. j. et si hec nondum sufficerint clystere facies cum se. croci malua coloquintida centaurea furfure bleta obsomog. sisameleon nitro sale. Dabis ptisanum cum radicibus maratri apii et oximelle coctum. Si autem ptisanum in acetositatem conuersum fuerit negabis illud: et da mellicratum in quo cocta fuerint spica mastix cum cinamomo. Et si vomitus in initio morbi venerit spontaneus non constringas eum: sed si adeo augmentatus fuerit vt virtus patientis pati eum nequeat constringe eum cum sirupo de fructibus aut sirupo mal. gra. facto cum menta. Accipiat hanc confectionem que e. R. thuris masticis ligni aloes an. ʒ. j. piperi. ʒ. j. et ß. cardamo. ʒ. ij. ß. mente sicce. ʒ. ij. ß. mal. gra. viij. ʒ. omnia coquantur in tribus lib. aque vsque ad tertiam: et dabis potui paulatim. Alius. R. spice masticis an. ʒ. ij. gal. ligni aloes anisi an. ʒ. ij. fac puluerem et dabis. ʒ. ß. cum odorifero vino. Si patiatur grauitatem capitis ponatur facies super fumum aq cali. in qua cocta sint camomilla mellilotum et sansucus. caueat ab omni effusione lactis aut aliquarum rerum: nec capiti sunt imponenda olea: etiam nec capiti nec faciei nec toti corpori imponantur: quia materia febris est multa et viscosa et oleum constipat poros: vnde nequit materia dissolui. Dietam accipiat hanc videlicet ciceris: blete non multum comedat ne stomacho aggrauato cibus non possit digeri neque multum subtili vtatur dieta ne pre longitudine morbi patiens deficiat: sed si febris incipiat ad medium diem mane accipiat ptisanum: incipiente vero rigore oximel. cum calida sumat: cumque feb. cessauerit comedat. Rursus si mane febris accesserit nihil accipiat quousque cessabit. Uniuersaliter quoque dicimus vt inter cibum et accessionem sex horarum fiat spacium: et si virtus patientis defecerit in accipienda pharmacia da eam suauiter attenuatiuam et mundificatiuam. verbi gratia. Si materia fuerit epati vicina dabis rem epar mundificantem. et si fuerit in stomacho dabis ea que stomachi sunt mundificatiua: sicut absinthium apozima de aloe hierapig. et his similia quemadmodum videris materiam esse grossam aut subtilem. bona autem sunt cathaplasmata aut epithimata calefactiua et dissolutiua in stomacho et epate: sed tamen post mundificationem cum certissime noueris materiam esse dissolutam et liquefactam. Apparente signo coctionis in vrina iuuat eum tyriaca magna post vomitum. Si fuerit materia mixta cum cholera prohibe ea que sunt calida: et dabis inuicem oximel et orizaccaram: et inuicem mel ro. rodozaccara et materiam cum frigidis misceas et quia huius febris est proprietas dolor stomachi: oportet stomachum confortari cum cataplasmatibus et epythimatibus que sunt facta de mastice absinth. spica et amomo et his similibus. Et si stomachus defecerit vt careat appetitu confortamus eum cum oleo nardino et absinth. Si duritiam splenis habuerit curetur cum medicina splenetico: ti. Si patitur in stomacho frigiditatem vel acetositatem: mundificamus stomachum cum his pilulis eum de corruptis humoribus inanientibus. R. kebul. ʒ. ij. hierepig. ʒ. ij. et ß. succi. eupatorii succi absinth. an. ʒ. ij. fac puluerem et cum aqua calida tempera et pill. fac. et si vis eas fortiores facere adde modicum scamonee et euforbij. Alius. R. hierepig. ʒ. ij. coloquintide interioris. ʒ. ij. euforbij nitri an. ʒ. ß. tempera cum succo caulium siluestrium et adde dyagredij bdellij gummi an. ʒ. j. Alius valens ad mudificandum stomachum de grossis humoribus et ventositate inflatiua. R. kebul. salis gemme ameos apii semi. zinzibe. piretri an. ʒ. ij. piperis longi. ʒ. iij. turbith. ʒ. vij. dyagredi. ʒ. ij. pemo. quantum omnes spes: mel quod sufficit da. ʒ. iij. cum calida. Apozima radicis valens contra hanc feb. si fit dura et diuturna. R. radices maratri apii radicis an. ℥. j. ameos apii eupatorij an. ʒ. iij. bedegar. ʒ. vj. origani absinth. an. ʒ. j. spine egyp. cuscute an. ʒ. iiij. squinanti aristologie rotu. an. ʒ. v. omnia co

quātur in trib⁹ lib. aque donec ad vnā redeāt: deinde colēt.
Apozima de eupatorio valens ꝯ hāc febrē cū est diuturna.
℞. eupatorij ⁊ succi eius añ. ℥. iij. asari ameos apij añ. ℥. iiij.
origani. ℥. ij. absintħ. ℥. iij. se. fumiterre. ℥. iiij. lact; amigdala.
amararū añ. ℥. iiij. oīa coquātur in tribus lib. aque donec ad
vnā cōuertant: deinde colatū da potui. ℥. ij. Aliud. ℞. origa
ni. ℥. iij. ameos. ℥. iiij. ʒiʒi. piretri añ. ℥. ij. ⁊ ß. coriādri. ℥. iij. ro. ℥.
iiij. calamēti. ℥. vj. liquiricie bedegar añ. ℥. iiij. omnia in trib⁹
libris aq̄ coquant vsq; ad tertiā partē ⁊ colatū dabis potui.
Trosasci Gal. valēt ꝯ febres diuturnas cum nimia frigidita
te. ℞. lacce. ℥. x. succi eupatorij. ℥. iiij. spice. ℥. vj. asari aristo.
ro. añ. ℥. iiij. lōge. ℥. ij. amigda. amara. maratri apij anisi mē
te. añ. ℥. iiij. croci. ℥. ij. hierepig. ℥. vj. tēpera oīa cū succo lupi.
dabis cū mellicrato ⁊ succo maratri apij. Alius silr valēs.
℞ anisi. ℥. v. amigda. ℥. ij. squinān. ℥. iij. hierepi. ℥. ix. succi eu
patorij. ℥. iij. ⁊ ß. maratri apij añ. ℥. iij. spice rosaꝝ añ. ℥. iiij. tē
pera cū succo maratri ⁊ dabis ad potandū cū apozimate ra
dicum. Alius. ℞. aloes. ℥. iij. coriand. ℥. iij. calamēti. ℥. v. vuaꝝ
passa. enucleata. ℥. vij. coquant in trib⁹ lib. aque ad tertiā ⁊
colatū dabis potui. Trociscus ali⁹. ℞. spice asari ameos fo
lij absintħ. lacce añ. ℥. ij. anisi. ℥. vj. succi absintħ. succi eupato
rij añ. ℥. iij. aloes lote. ℥. v. apij. se. ℥. j. ⁊ ß. oīa cū succo apij aut
maratri temperent trocisci informentur. dabis eos ad po
tandū cū apozimate superiori. Qr si nimi⁹ in hac febre frig
dor fuerit: epythima supra dorsum frigdore accedente im
ponat cū oleo vbi cocta fuerint piretrū staphisagria piper
calamentū. Alius similiter. ℞. thuris masculi piperis piretri
equale pōdus fac puluerē ⁊ tempera cū oleo ex quo vngas
dorsum.

De hemitriteo ⁊ eius materia. Cap. xi.

Hemitriteus nascitur de materia cholerica extra
vasa existēte: ⁊ phlegmatica intra vasa que vtra
q; in quātitate est equalis. vñ hippo. in primo li
bro epidimie: hemitriteus inquit nō dimittit. qd
bene dixit: q: vna suarū materiaꝝ est intra vasa.
materia enim cū fuerit intra vasa nō quiescit patiēs q: non
habet interpolationē q̄uis fuerit interpolās naturaliter: et
q: h febris de duab⁹ nascit materijs ꝯrijs. i. phleg. ⁊ chol. fit
in die tertiane accidētiū sigtio cōmixta ⁊ molestatio feb. va
lida: q: molestatio est de duab⁹ feb. ꝯrijs. In die aūt amphi
merine signa apparent simplicia ⁊ apta: ⁊ molestatio febris
est mollior ⁊ leuior: q: vnius febris est. Qr si quidā sophiste
nos reprehenderint ⁊ dicāt: si est hemitriteus feb. de duab⁹
feb: i. cōposita. i. amphimerina ⁊ tertiana: ⁊ amphimerinus
palā in eo apparet: eiusq; significatiōes satis parēt: quare
accipit nomē a tertiana ⁊ nō ab āphimerino? Respōdem⁹
q: amphimerinus aperte patet sensui ⁊ nō est necesse sibi
nomē imponat: sed tertiana q: est oīno occulta si noīe care
ret oīmodo ⁊ ipsa negaret. Si iterū dixerint quomodo pos
sum⁹ noscere tertiane materiā vtrū sit extra vasa: ⁊ āphime
rini materiā intra vasa. Dicim⁹ q: si frigitudo q̄ solita erat
in āphimerino nō apparet ⁊ rigor tertiane apparet intelligi
tur materia amphimerini esse intra vasa. Preterea cum hec
febris quotidie accidit cognoscim⁹ eā phlegmaticam habe
re materiā ⁊ q: frigore caret ⁊ rigorē habet: cognoscimus ei
cholericā materiam cōmixtam esse.

De cura hemitritei.

Hemitriteus q̄ de cholerica ⁊ phlegmatica mate
ria est: necesse est curamētū ei⁹ sit mediocre inter
rem calefactiuā ⁊ refrigeratiuā: ⁊ q: oīs cōmix
tio aut est in potestate ⁊ actu equalis vel inequa
lis: aut vna fortior est altera: oportet vtraq; hui⁹ he
mitritei materia aut sit eq̄lis aut inequalis. Si fuerit equa
lis fit vera hemitriteus: cuius curatio fit cū rebus attenuā
tibus ⁊ dissoluētibus nullū frigdorē aut calorē facientib⁹: si
cut lupino maratri succo apij succo māna mel. zaccara rodo
zaccara ptisano cū oximelle. Qr si cholera fuerit maior fit fa
cilior ⁊ leuior: quā curari decet cū reb⁹ mūdificatiuis ⁊ modi
cū refrigeratiuis sicut endiuia maratro rodozaccara viol. ⁊
zaccara māna prunis ptisano cū oxizaccara ⁊ similib⁹. Si au
tē phlegma videt dñari fit hemitriteus molestior: q̄ medice
tur cū mūdificatiuis ⁊ dissolutiuis ⁊ aliquātulū calefactiuis

quēadmodū mellicrate cū aqua calida sirupo absintħ. ptisa
no in quo cocta fuerint apij radix maratri radix anetum cala
mētū oximel. accipiat ⁊ trociscū de berberis oīa cū succo ma
ratri ⁊ oximelle: sumat mel ro. cū mastice aniso maratro ⁊ aq̄
calida. Si videris materiā attenuari ⁊ moueri vt egrediat ⁊
signū coctiōis in vrina appuerit: dabis pharmaciā suauiter
solutionē facientē. ⁊ bonū est si post cibū vomit⁹ puocet: ⁊
diuretica tribuant sicut trocisci de absin. ⁊ de lacca cū succo
maratri endiuie ⁊ apij. Pill. valētes. ℞ hierepig. calamēti
añ. ℥. v. maratri anisi apij añ. ℥. ij. fac puluerē tēpera cū succo
apij dabis. ℥. ij. cū tepida. Alie pill. silr valētes. ℞ hierepi.
calamēti añ. ℥. v. maratri anisi apij añ. ℥. ij. succi absintħ. suc
ci eupatorij añ. ℥. iij. tēpera cū succo fumiterre ⁊ fac pill. da
bis potui. ℥. ij. cum aqua calida.

De tetrateo. Cap. xij.

Tetrateus nascit de chimo melācholico. cui⁹ ma
teria aut est putrefacta: aut nō putrefacta. Non
putrefacta aut est in toto corpe: aut ī vno mēbro
coarctata. Si fuerit in toto corpe nigrā gñat ycte
ritiā q̄ fit ex defectiōe splenis sanguinis feces ab
epate trahere deficiētis: q̄ si fuerit in vno mēbro durū gñat
apostema qd vocat sclirosis. Si fuerit putrefacta: aut est in
vno mēbro: aut in toto corpe. Si fit in vno mēbro gñat can
cer mēbra comedēs. Si fuerit in toto corpe: aut ē intra vasa
aut extra. Si est intrinsecus facit q̄rtanā sine rigore neq; in
terpolat. Si fuerit extrinsecus ē cū īterpolatiōe quā intelli
gim⁹ trib⁹ modis. i. re naturali nō naturali ⁊ re extra naturā.
De re naturali sic cognoscit q: plurimū accidit qb⁹ frigi. ⁊
sicca dñatur complexio: cuius etas est senectus a. xxxv. ad
xl. ānos maxie si fuerint calidi ⁊ sicci: vene coꝝ auguste ⁊ oc
culte. ⁊ aliqñ fit calidas ⁊ siccas habentibus complexiones
accidētaliter: q: chol. nig. nō inuenit nisi in frigidas ⁊ siccas
habētibus cōplexiōes naturalr: ⁊ eis quoꝝ cōplexiōes fue
rint calide ⁊ sicce accidētaliter q: grossi chimi si fuerit in cor
pore calido ⁊ sicco clausi: ⁊ morant ibi vrunt ex corporis ca
lore coꝝq; hūiditates desiccant ⁊ mutant ī cholerā nigrā.
De re nō naturali sic cognoscit. nascit eñi in tēporib⁹ frigi
dis ⁊ siccis ⁊ in eis q̄ sunt frigidi ⁊ sicci naturaliter: ⁊ dieta
silr frigida ⁊ sicca. similiter ī regiōe ⁊ aere simili modo exi
stētib⁹. De re extra naturā sic cognosci ꝯuenit: q: h feb. cū
incipit magn⁹ patiēti euenit frigdor laboriosus ⁊ ossib⁹ fra
ctura: frigiditas ⁊ grossities materiei currēs ad sensibilia
mēbra agg̃uat nimiū mēbra frāgēs ac disiūgēs ⁊ lōgo ī eis
morat tpe: nō eñi cito vrit q̄ cū incipit vri nō nimiū facit calo
rē: sʒ disturbat corp⁹ ppter materiā nature laborē facientē
⁊ aliqñ materie natura dñat ⁊ q̄escit infirmus: ⁊ aliqñ mor
bus nature preestat: vñ patiēs molestat. Calore aūt febris
ad summitatē accēdēte mutat color coꝝ in plūbeū ⁊ nigrū
colorē: cūq; febris mitigat color coꝝ fit plūbeus aut sulphu
reus ⁊ cut; coꝝ fit sicca ⁊ dura: cā est siccitas chol. nig. Et si
cut tertiana pprie facit dolorē capitis ⁊ epatis: amphimeri
nus dolorem stomachi: sic ⁊ tetrateū dolor ⁊ duritia sple
nis sequunt pprie. cā est siccitas ⁊ grossities materiei. Hec
aūt feb. xxiiij. ho morat ⁊ q̄escit. xlviij. Cū aūt feb. cessauerit
⁊ durities materie patiēs q̄escit nihil mali sentiēs q: mate
ria q̄si ad cinerē vrit. vñ nihil sue hūiditat; ī corpe pmanet q̄
calor nutriat: q: hūiditas semp ē calor; custoditiua ī corpe
ē eñi suū nutrimētū. h testificat: q: extrinsecus ignē videm⁹
sicca cōburere ligna ⁊ ea ad cinerē paucere: sʒ si viridia incē
derit in eis suū calorē oprie videt suare. Pulsus in hac feb.
in initio est paruus tardus ⁊ occult⁹. in vltimitate aūt mor
bi fit magn⁹ ⁊ plenus. Cā puitatis ⁊ tarditatis pulsus est in
initio frigiditas materie ⁊ grossitudo ei⁹. Cā magnitudinis
⁊ plenitudinis in vltimitate est fortitudo mot⁹ materie mo
tui repugnātis. Vrina in initio febris est alba subtilis aquo
sa ⁊ cruda: sed febre ad finē veniēte fit nigra. Causa albedi
nis est cruditas et grossities materie. Claritas ⁊ subtilitas
duobus modis fiunt. Vno ppter siccitatē materie: alio q:
ppter suā grossitiē vie oppilant: vñ prohibetur grossitudo
liquoris vrine ne egrediat: sicut feces vini phibēt vt a cola
mēto exeat: pinde exit clarū ⁊ subtile. Cā nigredinis vrine
in fine hui⁹ febris fit ppter naturā digerētē ⁊ subtiliantem

materiã ꝛ expellentẽ eã cũ vrina. vñ ꝑfectã significat crisim:
sed tñ vrina est diuersa in hac febre: q: materia huius febris
est diuersa. Est em̃ qdã q̃ fit de incensione sanguinis: est ꝛ
alia nascẽs de adustione cholere: est ꝛ quedã que gñat de in
censiõe phlegmatis. Cã huiꝰ diuersitatis est q: hũores cuȝ
fuerint incẽsi ꝛ cõmixti generãt febrẽ erraticã ꝛ cõmixtã: q̃
cũ sit diuturna desiccat ꝛ in quartanã cõuertit. verbi grã:
si qdã patit tertianã in estate ꝛ suũ trãsierit terminũ subtile
sue materie dissoluit nũc cũ vomitu nũc cũ sudore ꝛ modo
cũ egestiõe ꝛ pars ꝑmanet grossa: vñ veniẽte autũno ꝛ na-
tura tẽporis ad melãcholiã mutata: illã materiã ad suã con
uertit naturã: ꝛ nascit quartana. Eodẽ modo sanguis si pu
trefiat ꝛ generet febrẽ atq; splẽ deficiat ad attrahendũ fecẽ
sanguinis ab epate: ꝑmanet cũ sanguine mixtus: ꝛ totũ cor
pus perambulans generat febrẽ si putrefit q̃ est indefinita
cuius tẽpus nõ põt determinari: intrante autũno mutat in
quartanã. simili mõ intelligit de phlegmate: phlegma etiã
magis oĩbus est cõueniẽs ad mutandũ se in cholerã nigrã
que est in frigiditate ꝛ grossitudine: hec ḡ fuit diuersitas
vrine ꝛ pulsus in hac feb. s. ꝓpter diuersitatẽ sue materie.

¶ De febre quartana ꝛ eius cura. Cap. xiiij.

Quartana febris q: fit de materia grossa ꝛ dura
vt perfecte curet opȝ medicũ inuestigare ꝛ cõsi
derare curã eiꝰ ꝛ ꝓuidere q̃ttuor res: quarũ vna
est: in initio nõ det rẽ nimiũ calefactiuã ne cale
faciat materiã ꝛ inde due febres generent: vna
videlȝ interpolata ꝛ diuturna: ꝛ alia acuta ꝛ cõtinua: quibꝰ
virtꝰ patiẽtis deficiat ꝛ ipse infirmus subeat ꝑiculũ. natura
em̃ nõ tãte vtutis est vt possit morbi acumẽ eiusq; ꝓlixitatẽ
tolerare. Scḋa ne det frigida ne cõgelet ꝛ materiã coagu-
lẽt. vñ induret ꝛ moret ad digerẽdũ: fiatq; cã ꝓlixi morbi et
eius pessimitatis. Tertia ne consumat aut debile faciat cor
pus cũ subtilitate diete ꝛ abstinẽtia: q̃ cã faciat mutare pa-
tientẽ ad ethicã ꝛ phthysim. Quarta ne cõfundat corpus cũ
pharmacia ꝛ maxime in initio morbi priusq; materia morbi
eliquet: ꝛ sit inobediẽs actioni nature. Sȝ opȝ medicũ ma-
gnũ habere studiũ in sua actiõe vt det rẽ maturantẽ ꝛ dige
rentẽ ꝛ cito eijcientẽ: ꝛ ingeniet purgare cathamodicũ ma
teriã cũ leui vomitu: studeat etiã in regimine cõfortatione
splenis ꝛ epatis: q: epar generat sanguinẽ ꝛ mũdificat eũ.
Et si defecerit eũq; nõ purificauerit: permanet cõmixtꝰ cũ
putridis humoribus: vñ ipse putrefit ꝛ incẽditur: splẽ autẽ
q: trahit fecẽ ꝛ turbiditatẽ sanguinis si defecerit ꝑmanens
fex in sanguine corrũpit: vñ idẽ sanguis putrefit ꝛ incẽdit.
Hac de cã vtilissima huius febris hec est curatio vt det oxi
zaccara cũ apozimate radicũ ꝛ herbarũ ꝛ sirupo absinth. tro
ciscus de eupatorio ꝛ scolopẽ. ꝛ de reubarbaro. Opȝ etiã ne
trocisci in initio dent ne desiccẽt hũiditatẽ materie: ꝛ indu
ret ad obediẽdũ nature: sȝ ꝯuenit dare postq; materia fue-
rit maturata. Abstineãt a pullis gallinaceis starnis ꝑdicibꝰ
per tres hebdomadas initiatis febribus ne cuȝ vnctuosita
te carnis calefiat ꝛ vrat feb. q: vnctuosum in feb. est quasi
oleũ i lucerna. Et si materia nõ fuerit maturata ꝑ illas tres
septimas abstinentiã habeãt vsq; ad. xl. dies: si virtus patiẽ
tiũ pati valeat. Et q: hec feb. de hũorũ incẽsiõe gñat. i. sãgui
nis phlegmatis ꝛ cholere rubee opȝ discerni de horũ quo hu
morũ sit gñata vt curet ꝓut opȝ: vñ inuestiget vtrũ añ hãc
febrẽ fuerit sanguinolẽta feb. aut sanguinei morbi: aut cõ-
plexioni infirmi dominet sanguis ꝛ vene eiꝰ sint plene pul-
sus latus spissus vrina rubea ꝛ spissa ꝛ in ore eius dulcis sa
por: tẽpꝰ ver aer calid. ꝛ humid. somnꝰ patiẽtis grauis sitis
parua patiẽs mãsuetus ꝛ pacificus: intelligimus em̃ fieri de
sanguinis incẽsiõe. Et si hãc feb. tertiana ãtecesserit aliusve cho
lericus morbꝰ ꝛ patiẽs fuerit iuuenis macilẽtus cholericus
pulsus acutus ꝛ velox vrina rufa ꝛ ignea sitis nimia et vigi-
lie iracũdus ꝛ intolerabilis tẽpus etas ꝛ aer ꝛ regio calida et
sicca: intelligimus cã esse de incensione chole. rub. Et si am
phimerinꝰ precesserit aut phlegmaticus morbus: ꝛ patiẽs
senior fuerit ꝛ pinguis cõplexio eius frigida ꝛ humida pul-
sus latus ꝛ tardus vrina grossa ꝛ cruda somnus grauis sitis
parua tẽpꝰ hyems aer ꝛ regio frigida ꝛ hũida ꝛ pluuia fue
rit multa: cognosce eam de incẽsiõe phlegmatis fuisse natã

his itaq; signis q̃rtane diuersitas sensui facillime ptȝ. Igi
tur si certissime noueris eam esse de vstione sanguinis da in
initio rẽ attenuatiuã ꝛ dissolutiuã ꝛ tñ nõ calefacientẽ sicut
ptisanũ cũ oxizaccara rodozaccara viol. zuccara cũ aqua ca-
lida vomitũ ꝓuocabis in initio accessiõis cũ frigus inceperit
infundantur pedes eiꝰ in aqua calida in q̃ cocta sint camomil
la ꝛ viol. accipiãt succũ maligra. ꝛ vuas hyemales. Et si ma
teria incipiat digeri festinãter sanguinẽ detrahi conuenit de
basilica vena sinistri brachij aut de media: ꝛ minue quousq;
videris clarũ sanguinẽ egredi virtute hoc patiẽte: ꝓuoca ḡ
egestionẽ si necessaria est hoc cathartico qḋ ℞. mirabola. ci
tri. kebul. iuiub. pruna vuas passas enucleatas se. fumiterre
casiefistul. mãnã rodozaccarã radicẽ apij ꝛ endiuie. Et si fe
bris elõgabit vsq; vicesimũ transeat diẽ ieiunet infirmꝰ ꝑ oẽm
diẽ accessiõis ꝛ alio die nõ multũ comedat: q: sanguis ꝓpter
abstinẽtiã attenuat vt at dieta subtili q̃ facilise egrediat. Et
si q̃rtana de incẽsione cholere rubee fuerit: dabis i initio ad
iutoria refrigeratiua ꝛ attenuatiua: q: materia ꝓpter calo
rẽ ingrossata non attenuat nisi cũ frigiditate: ꝓinde dabis
succũ maligra. cũ oxizaccara ꝛ ptisano. Et si cõstipata fuerit
egestio humefiat cũ mãna rodozaccara prunis succo ende-
uie casiaꝝ. Et si nõdũ ꝑ hoc fuerit hũefacta caue ne dones
catharticũ priusq; materia digerat sȝ fac clystere. Et si mate
ria inceperit digeri ꝛ de loco in locũ moueri: purget cũ car
thartico de mirab. citri. kebul. oxifenicia prunis eupatorio
viol. casiafistula mãna rodozaccara absinth. cuscute se. fumi
terre ꝛ radicibꝰ endiuie. Et si materia fuerit itra vasa ꝛ pur
gauisti bis vel ter cũ hõ cathartico bonũ est si minuat sãguis
de basilica vena sinistri brachij: cauẽdũ tñ ẽ ne fiat ãnq; ma-
teria digeri incipiat: in fine aũt morbi lauet in aqua tepida
in qua cocta sint camomilla mellilotũ absinth. vnguant cuȝ
vino odorifero mixto cũ oleo ro. calamo aromatico tẽperatis
oĩbus cũ succo maratri. comedãt malagra. vuas hyemales
melones palestinos ꝛ similia. Et si dolorẽ capitȝ patiunt hu
mefiãt nares eorũ cũ oleo viol. si vigilias habuerint lauent
pedes ꝛ crura cũ aqua in q̃ cocta sint papauer lactuce viol.
ꝛ similia. Et si de incẽsa fuerit materia phlegmatica dabis
in initio mel ro. ꝛ viol. cũ calid. Apparẽte aũt coctiõis signo
da succũ maratri apij cũ se. croci hortẽsis ꝛ succo lupini. Si
egestionẽ vis hũefacere clystere fac de ficubus siccis spinis
egyptiacis camo. se. croci hortẽsis sisameleõ obsomoga. zac
cara nitro sale cõi coloquintida ꝛ his silibus. Epithima fa
cias cũ oleis calefactiuis humectatiuis ꝛ aptitiuis. nutriant
de iure ciceris ꝛ lactu. Et si feb. xl. dies trãsierit accipiãt car
nẽ: sȝ tñ carnẽ caueãt viscosam ꝛ vnctuosam ac multũ pingue
dinis habẽtẽ. abstineãt i die accessiõis a cibo: in die trãqlla
accipiãt cibũ assuetũ: ꝛ tñ nõ multũ caueãt se a frigidis ꝛ hu
midis: potẽt subtile vinũ in calore tẽperatũ: de auibꝰ come
dãt eas q̃ teneras habẽt carnes ꝛ facile digerunt: vomitꝰ ꝓ
uocet ꝛ post cibũ sumat diacimĩnũ diatriõpipereõ: statu au
tẽ accedẽte ꝛ coctionis signo in vrina alijsq; apparẽte sub-
constructione. cum em̄ oīa corpa sub lunari globo posita videatur sibi esse cōmixta ꝛ dissimilia. etsi em̄ q̄dā appareāt in cōmixta ꝛ silia: intellectu cōprobātur tñ cōmixta ꝛ dissilia. Elemēta ꝛ sensu ꝛ re ipsa cōstat esse simpla ꝛ similia. vñ digna vocātur elemēta. q̄daꝫ corpa sibi videtur esse silia: vt in aīalibus ossa dura ꝛ solida inuenimꝰ. vñ terre sunt silia: humores liq̄dos inuenimꝰ ꝛ molles: ergo aque siles. cōpamus etiā spm̄ aeri esse assimulādum: tactu caloreꝫ discernimꝰ igni silem: tñ nullū hoꝛ est alij sile etsi cōficiatur ex eoꝛ cōmixtionibꝰ ꝛ ꝯstructiōibꝰ cōprobatur: q: oē aīaliū corpꝰ siue inaīatum ex hiis cōficitur: vt in ꝓgredientibus a terra videmus. Proiectum em̄ terre semen si nō habet solem ꝛ aerem perit a terra nō exurgēs. Si vero quattuor elemēta moderentur semen augmētatur. aīalia q̄ꝫ: q: sine terrenascētibus nō subsistūt: cōstat: q: ex. iiij. elemētis cōficiūtur. Metalloꝛ q̄ corpora seu lapides: etsi idiotis nō videatur: ex his tñ quattuor conficiūtur: ex destructione cōfirmatur: q: queq̄ destruūtur necesse est ad hoc quattuor reuertantur. In aīalibus ergo morietibus primo calor ꝑditus ad ignem necesse est reuertatur: spūs ad aerem: humores ad aquā: caro ꝛ ossa ad terrā. silr ꝛ in arboribus. Elemēta ergo ex toto nō destruūtur: q: hec destructa q̄ ex eis cōstruūtur ad suū principiū particulariter reuertūtur: ꝛ ideo dignū est ea elemēta vocari. De his tamen multū discordati sunt phi. quidam aūt dicūt oīa corpora de vno elemēto facta. ꝛ isti adinuicem dissidēt. Quidaꝫ enim dicūt solos atomos esse elemētum. alij ignem tm̄. alij aerem. alij aquā. alij terrā. ¶ Sed hoꝛ errori Hippo. in li. quē fecit de hūana natura: satis obuiauit. dixit esse necessarium nullū ꝯstruēdum de vna tñ fieri parte. qūo em̄ eadem res a se diuersa gn̄aret sine diuersaꝝ rerum cōmixtione: sumpto em̄ frumēti semine nisi idem cōmisceatur terre: ꝛ aque nihil videtur gn̄are. Silr in aīalibus sine cōmixtione maris ꝛ fe. nihil gn̄atur. Iterū Hippo. in eodeꝫ: si hō inquit fieret de vno elemēto: nullis diuersis pas. subiaceret. q̄d em̄ in eodeꝫ sibi obuiaret inuicē. Itē Hippo. si inquit diuersa nō pateretur diuersis medicinis nō reficeretur: lꝫ hoc credere ab surdū est: q: diuersis medicinis diuersas pas. esse opꝫ. ¶ Palam est ḡ elemēta esse quattuor: q̄ sensu apparēt simpla intellectu vo cōposita: nunquā em̄ subsistit terra sine aqua. ignis sine aer ꝑte aliqua: neq̄ cetera silr. Quocūq̄ hoꝛ sua ꝓpria qualitate est ꝯtētuꝫ: illud ꝓprie est elemētuꝫ: qd̄ si sensu nō patet: tñ ptꝫ intellectu. vnde phi dixerūt quattuor esse elemēta scꝫ calidū: frigidum: humidū: siccum: neq̄ in his solas qualitates intelligūt: sed substātiam eoꝝ. Calidū em̄ actualiter pfectuꝫ ignem esse dicūt: frigidum actuale ꝛ pfectum terram: in sui tñ cōmixtione alias q̄litates ad seinuicem mutuātur. ꝓpter assiduū enim motū lunaris globi sibi vicini siccitatem nactꝰ est ignis. Aer vo ꝓpter affinitatem ignis adeptꝰ est calorē. aqua ex aeris ꝓpinq̄tate humorē videtur hr̄e. terra ꝓpter aquā fit frigida. ¶ Ignis ḡ naturaliter calidꝰ est ꝛ siccus. Aer ca. ꝛ hu. aqua frigida ꝛ hu. terra frigida ꝛ sicca. Ex his aūt qualitatibꝰ q̄daꝫ dissidere videtur. Ignis subtilis atq̄ leuis: ideoq̄ semp altiora petit. terra grauior ꝛ grossior atq̄ sibi coagulatior: ꝛ ad ima grauior. Aer igne grauior: aqua vo leuior: ꝛ ideo medius. aqua terra leuior: aere grauior: ꝛ ideo media. Hec de qualitatibꝰ elemētoꝝ ꝛ naturis eorum sufficiāt.

¶ De cōmixtione. Capi. v.

Horum cōmixtionibꝰ ꝛ nature sue in hāc quam nō habebāt ꝯiūctionibꝰ efficitur q̄cquid instruitur: nec tñ ita quō a nobis diuersa admiscētur corpa. Si em̄ vinū ꝛ aquā misceamꝰ: cōmixta sensualiter vinū esse videtur: sed vnūquodq̄ in sui natura consistit ꝛ intellectu: neq̄ in aliud esse mutatur sicut in sanguinē panis comestꝰ trāsducitur. Semen em̄ mādatuꝫ terre naturā accipit herbe. Cōmixtio aūt elemētoꝝ nō equalis ī oībus calidis corpibus: in alijs maior: in alijs minor. nō em̄ ca. fri. hu. sic. eadē est quātitas ī hoīe q̄ in equo: neq̄ in socrate q̄ in platone: neq̄ in vite eadem q̄ in fici. Hec aūt elemētoꝝ quātitas satis fuit necessaria diuersa diuersitate generꝝ ꝛ spēs suas: ꝛ specieꝝ indiuidua. Si em̄ eadē esset oīm creatoꝝ: vana formaꝛ ꝓprietas foret: sed lꝫ cōmixtiones sibi sint inequales: non tñ adeo discordes q̄n sibi sint vicinantes: vel vt dicit Hippo. in li. de hūana natura. Si calidum inquit nō temperetur ex frigido: ꝛ siccū ex hūido in corpis tēperamento: vel si vnū alia ꝑgrauet: corpꝰ struēdum stare nō pōt. hec sunt vba Hippo. ꝑnotāda ꝛ ꝑponderāda oīm gn̄a metallis. Si em̄ calor abundat plusq̄ opꝫ: cōstat q: materia incēditur sicq̄ corpꝰ destruit. Sed si frigidū est plusq̄ opꝫ: coagulata ꝛ inspissata materia corpꝰ nō pōt formari. Si vo vltra modū sit hūida vt subsistere nō possit res formāda: ita prorsus eliquat. si aūt siccitas exuberet: nō ita mollit materia vt formari possit. Iteꝫ in eodē lib. de hūana natura: īpossibile ē inq̄t rem vnā ex diuersis ꝛ multis ꝯstrui: nisi in qualitatibꝰ ꝛ eoꝝ virtutibꝰ cōgruis cōmisceri: sicut inuenimus asinū cōmisceri cū iumēto: vel canibꝰ lupū: q: vicini sunt in natura ꝛ ꝓprietate sua. Sufficiāt ista de cōmixtione elemētorum.

¶ De mutatione in cōplexione. Capi. vi.

Um elemētoꝝ tractatu supiori oīa corpa subiecta cōstructioni ꝛ destructiōi ex elemētoꝝ cōmixtionibꝰ fieri cōprobauimꝰ: in quātitate ꝛ q̄litate diuersa ꝑut formādi veri corpis expetebat necessitas. Est em̄ quātitas eq̄lis ꝛ ineq̄lis. equalis ḡ dicetur tēperata. ineq̄lis intēperata: q̄ quattuor q̄litatibꝰ aut duabꝰ supat. Illud aūt ꝯplexionē esse dicimꝰ qd̄ ex elemētoꝝ cōmixtione ꝯficitur. Si ḡ ex elemētis corpꝰ cōpositūꝫ in quātitate ꝛ q̄litate equale fit: illud erit tēperatū. Si ignea pars supet calidū est. Si aūt aerea: humidū. si aquea: frigidū. si terrea: siccū. si ignea ꝛ aerea: ca. ꝛ hu. si aerea ꝛ aq̄a: frigi. ꝛ hu. si aquosa ꝛ terrea: frig. ꝛ sic. si ignea ꝛ terrea: ca. ꝛ sic. Nouē ergo sunt cōplexiones. viij. ineq̄les: ꝛ vna equalis. Ineq̄liuꝫ quattuor sunt simplices ꝛ q̄ttuor cōposite. he due in summa extremitate. alia em̄ extremitas est tēperata: alia intēperata inter quas sunt multi gradꝰ. vbigr̄a. Si diuersos colores vt albedinē ꝛ nigredinē: croceū rubeū ꝛ rubicūdum equali pōdere admisceamꝰ: diuersos colores priori reddimꝰ. Si vero partem diminuimꝰ: ꝛ rursum aliū addimus: rursus color est alius. ꝛ ita in infinitū. vñ fit de cōplexionibꝰ ꝓpter diuersitateꝫ quātitatꝭ sue ī corpibꝰ q̄ diuerse eoꝝ forme esse videtur.

¶ De diuisione cōplexionum. Capi. vij.

Complexionū vnāquāq̄ diuersis modis diuidūt plerisq̄. alia inquiūt est tēperata: alia intēperata. tēperata est ex cōplexionibꝰ oīm extremitatū suarum equalis: ex q̄ttuor elemētoꝝ cōmixtione quātitatem eq̄liter ꝯtinēs. cōplexio ista est equalis ꝛ multū verax ꝛ certa. Est ꝛ alia cōplexio tēpata ꝑm q̄ necessari ūest vniuscuiusq̄ corpis esse tēpamēta. Sed hūana corpa certe ꝛ veraci tēperate. i. vicina. Sed cū bruta aīalia vno tm̄ officio sint cōtenta. hō vnꝰ idem cōpatur oīa: ꝛ ideo rōnalis est ꝛ itellectualis: q: qd̄ facit intelligit: ꝛ rōne discernit. vole aut manuū toto corpe sunt tēpatiores vt tāgēda facilꝰ tāgerent: ꝛ capiēda firmꝰ tenerēt. Si em̄ tactꝰ tēperatꝰ nō esset calidum a frigido nō discerneret: neq̄ mollia a duris: neq̄ lenia ab asperis. Nullus em̄ sentit aliq̄d nisi mutetur sensus in q̄litateꝫ rei sense. vbigr̄a. Tactꝰ in hoīe vt tenēda tenerēt oportuit esse tēpatos. Si em̄ manꝰ nimis molles essent. seu dure retinēda nō retinerēt. Sed tñ aliquā rem tenētem opꝫ esse duriorēꝫ q̄ mollē. De cōplexione tēperata Gal. dixit ita corpꝰ nullū sensualiter vel intellectualr̄ inuenitur equalr̄ tēperatū in oībus extremitatibꝰ. In mēte em̄ ꝯcepto aliquo corpe ex q̄ttuor qualitatibꝰ eq̄liter subsistēte: vna tñ qualitas inesse intelligit̄ que nulli aliaꝝ assimilat̄. ꝛ hec tēpata esse ꝯ. Si vo sensualr̄ accipe velimꝰ aquā calidissimā ꝛ niuē frigidissimā equali pōdere misceamus. q̄ cōmixta si tāgātur tēperata inter ca. ꝛ fri. inueniūtur. Si puluerem ꝛ aquā misceamus inter molle ꝛ durū temperatū sentimꝰ: sicq̄ multa cōsimilia possumꝰ arbitrari per que temperatū possit intelligi. Temperatū vo ꝑm q̄ est necessariū in omni corpe ꝛ in oībus extremitatibꝰ certe ꝛ veraciter est tēaptuꝫ ꝛ eq̄le ꝑm q̄ est necessariū effigiei corpis in qua ꝯditū est. vbigr̄a. Leo calidior est: vt rapidus ꝛ iracūdus. Lepꝰ frigidus vt timidꝰ ꝛ fugax. Oīs aūt cōplexio tēperatior ex suo discernitur officio: vt equꝰ: q: velocior est ꝛ bello aptus dicet̄ temperatꝰ: canis q: sagax circa venationem ꝛ circa dn̄i noticiā familiaris: est

similiter tēperatus. Itidem intelligitur in terrenascētibꝰ. vitis enim ⁊ ficus temperate esse dicuntur: q: bene sunt fructifera: ⁊ bonum saporem habētia. Similiter in pigmētis ⁊ speciebus: que iuuāt melius in sui natura dicūtur esse tēperata. Sufficit dixisse de tēperamēto cōplexionis ſm ꝙ est necessarium. ¶ Cōplexionem dicimus intēperatam ca. fri. hu. sic. que aūt intelligūtur qualitates sole: extra subiectū: aut in subiecto sunt. In subiecto actualr vel potētialiter: siue actualiter siue potestatiue: que cū sensu nō apparēt: tn̄ esse possunt: vt piper cū calide sit nature nō tn̄ sensualiter discernitur: nisi cū calefiat corpꝰ comedētis: calor em̄ potestatiuꝰ est. Actualiter dicimꝰ in subiecto esse: vt aque calide calor ⁊ similia. actuales q̄litates: aut in summa vltimitate vt in q̄tuor elemētis: aut sub vltimitate vnā: vt in corpibus aīatis. ¶ In aīalis corpe dicūtur esse q̄litates: vel q: vna superat alias ex cōparatione ſm temperamentū vel intēperamētum. ſm tēperamētum vt si dicamꝰ aīal rōnale calidū quātū ad hoīes. homo em̄ oībus tēperatior est aīalis speciebꝰ: ſm intemperamētum: vt cū dicimus aīal calidū ad cōparationez alterius aīalis. Idem dicēdum est de his q̄ potestatiue fiūt.

¶ De signis humane cōplexionis. Capi. viij.

Quicūq͡ȝ vniuersalem et naturalem cōplexionem vniuscuiusq͡ȝ vult scire: eam q̄ singulorū mēbrorū est opȝ eum cognoscere: que si ignoratur: ⁊ totꝰ corpis ignorabitur. Alij em̄ oīa. alij plurima mēbra habēt ca. alij hu. alij fri. alij sic. Sicut habētes cerebrū ca. cor vo frigidū. ⁊ epar tēperatum. huiꝰ autem corporis nequit cōplexio cōprehēdi nisi singulis mēbrorū cōplexionibus cognitis. Singulorū cōplexionē cognoscere nō poterit nisi naturas eorū ſm ꝙ esse opȝ cognoueris. Cerebrū frigidū necesse est esse: ad rōnis capacitatē. i. memorie. Cor calidū q: vite ⁊ caloris naturalis est fūdamētū. Epar ca. ⁊ hu. q: virtutis digestiue est caput ⁊ principiū. Ossa frigida ⁊ sic. q: singularitas totiꝰ corpis sup ea est fundata. Silr alijs mēbris vis q̄dam data est naturalis: ſm ꝙ necesse est singulis. vnde cū quelibet mēbra dicamꝰ ca. fri. hu. ⁊ sic. ſm ꝙ debuerunt sunt cōsiderāda: nō ex certa cōparatiōe tēperamēti: cū enim dicimꝰ cerebrū esse ca. cor vero fri. nō ideo d: ꝙ cerebrū corde sit calidius. cor quoq͡ȝ cerebro frigidius: sed q: nō ita fit vt vnūquodq͡ȝ esse debuit. nunquā em̄ cerebrum calidiꝰ est corde: cor frigidius cerebro impossibile est esse.

¶ De vniuersali cōplexione mēbrorū. Capi. ix.

Omnis cōplexio in hūano corpe tēperata est ꝑut diximus ante. mēbrorū tn̄ natura est diuersa. q̄dam em̄ mēbra sunt tēperata: q̄dam intēperata. Temperata vt cutis q̄ tēperatissima est in manuū vol. ⁊ hoc ideo est: q: cutis est cooperimētum totius corpis ⁊ defensio ab exteriori pte sicut calore: frigore: lesione est receptrix humorū a natura de interioribꝰ mēbris expulsorū: ⁊ ideo tēperata d: q: mēbra tēperata qualibet q̄litate cōtraria ꝯueniēte: non ilico mutātur: ⁊ si mutātur ad naturas ꝓprias cito reuertūtur. Cutis in vola manuū ꝓpter tactum est tēperata. Mēbra vo nō tēperata. alia ca. alia fri. alia hu. alia sic. q̄dam tn̄ in vltimitate maiori sunt ca. q̄dam in minori. quedā in mediocri. In vltimitate maiori ca. calidissima sunt vt cor. Cor em̄ calidius est oībus mēbris corpis: q: inde calor naturalis ad oīa mēbra corpis ꝓcedit. Epar q͡ȝ calidum minus tn̄ ꝙ cor: vt cito digerat. post ista duo simplex caro ca. post hāc lacerti: sed minꝰ calidi carne simplici. ⁊ hoc ex neruorum cōmixtione cōuenit. deinde splen est calidius. Ibi enim feces sanguinis colligūtur. Deinde renes parū sanguinis habentes. post vene ⁊ arterie: que q̄dem natura sui sunt fri gide. ſȝ tn̄ calescūt: q: vasa sanguis sunt. Mēbra frigida sunt alia plus: alia minus: alia mediocriter. Pili oībus membris sunt frigidiores. post hos ossa. post q̄ cartilagines. deinde ligamēta. deīde pāniculi. chorde nerui. medulle spōdiliū ⁊ cerebri. in vltimis pinguedo. ¶ Uniuersaliter oīa mēbra sanguinem habētia sunt ca. Sāguine vero carētia sunt frigida. Mēbra humida: alia hūidissima: alia minꝰ: alia mediocriter. Humidissima sunt pinguia mēbra. secūdo cerebrum. tertio medulle spōdiliū. quarto loco vbera. quinto testiculi: ⁊ substātia pulmonis: epar: splen: renes: lacerti. Sicca mēbra sunt pili primo. secundo ossa. tertio loco cartilaginosa. quarto loco ligamēta. q̄nto chorde. sexto pāniculi. post hos vene. post quas nerui motiui faciētes motum spōtaneum: ⁊ post caro: in vltimo chorde sensibiles: hec est oīm simplex natura membrorū. Compositā naturā si quis voluerit cognoscere: nō erit valde difficile: q: cerebrum frigidū est ⁊ hu. cor ca. ⁊ sic. epar ca. ⁊ hu. ossa frig. ⁊ sic. Dicta singulorū mēbrorū cōplexione ſm ꝙ opȝ eā esse: cōuenit dicere de eorū incōueniēti cōplexione: quā medici malā cōplexionem sanitatis voluerūt dici. Incipiamus aūt a cerebro: ꝓpter mutationem em̄ sui mutatio fit totius corpis. Quattuor em̄ sunt fundamēta corpis. cerebrum: cor: ⁊ epar: ⁊ testiculi.

¶ De particulari cōplexione cerebri. Capi. x.

Complexio cerebri multis modis pōt cognosci. aut em̄ a forma dignoscit: aut a pilis ab ipso ꝓcedētibus: vel eius actionibꝰ: vel ex pulsis ab eo superfluis vel a tactu: vel ex oculorū signis. A forma: q: caput neq͡ȝ nimis magnū: neq͡ȝ nimis paruū temperatum d: hre cerebrū. si occipitiū ⁊ sinciput aliquātulum acuātur ambo tēpora aliquātulū plana: sicut Ga. inquit. ꝑfectio em̄ cerebri ex quadā cere rotūditate dȝ considerari: q̄ si duabꝰ partibꝰ cōprimatur duobꝰ digitis vtraq͡ȝ plana reducitur. Acumen anterioris capitis ptis ꝓpter vētriculū fit ꝓre cerebri. ex quo ꝓcedūt nerui. vn̄ q̄nq͡ȝ sensus exeūt. Acumen posterioris ptis ꝓpter vētriculos fit puppis. vn̄ medulle spondiliū ⁊ nerui sunt volūtarium motum faciētes. Caput paruū intemperatū significat esse cerebrū. cuiꝰ cā parua fuit materia: ⁊ formatiue virtutis debilitas. Magna forma capitis si fuerit: laudabilis aliquātulū grossa: ceruix ⁊ spōdiles silr ⁊ nerui laudabile erit signū. Si vo non ꝯrium: q: nō ex virtute fit formatiua. ſȝ ex nimia materie abūdantia. hoc aūt caput semp cephalica infirmitate ⁊ auriculorū dolore fatigatur. Ex pilis ab ipso nascētibꝰ: q: pili nigri ⁊ crispi si cito post partū nascūtur pueris calorē cerebri mōstrant. Si sunt albi vel rufi siue subcastanei ⁊ aliquātulū tardi frigiditatē significāt cerebri. Pili plani ⁊ nō decaluādi humiditatem portēdūt cerebri: ideoq͡ȝ mulieres ⁊ eunuchi nō fiunt calui: quia cerebrum habēt humidū. Pili cito nascentes ⁊ se in altum tendētes surgētes: ostendūt cerebri siccitatem. Si nimis nigri crispi ⁊ rufi ⁊ cito decaluandi: calidū ⁊ siccū significant cerebrū: ⁊ si plani neq͡ȝ nimiū rufi: neq͡ȝ ad caluiciem festini calidum ⁊ humi. significant esse cerebrū. Plani castanei: tardi: parui: ⁊ cito etiam cani: ⁊ nō decaluādi: frigidum ⁊ humidum significāt cerebrum. Nigerrimi ⁊ nō multum tardi nō cito decaluati seu canescentes: frigidū ⁊ siccum ostendūt cerebrum. De actionibus cerebri dicēdum est. Solicitus et instabilis audax atq͡ȝ loquax nō somniculosus calidū habet cerebrū. Ociosus neq͡ȝ animosus neq͡ȝ cito mobilis: frigi. piger: ⁊ obliuiosus: humidū: leuis: velox: vigil: ⁊ bone memorie: siccum. velox: instabilis: aīosus: ⁊ vanilegus: ⁊ multum vigil. calidum ⁊ siccum. somniculosus: ⁊ somniator: neq͡ȝ nimis leuis siue instabilis calidū ⁊ humidū. piger obliuiosus durus ad intellectū atq͡ȝ somniculosus: frigidū habet cerebrum ⁊ humi. Frigidū ⁊ siccum habēs cerebrū similis est in actionibus frigido minus tn̄ somniculosus est. A supfluitatibꝰ ab ipso expulsis: supfluitas ab ore exiēs siue naso si fuerit parua ⁊ nimis cocta: calorem nimiū significat. Sed nimia et cruda ⁊ semper reumatica frigiditatē. Si multa ⁊ liq̄da: humiditatem. si parua ⁊ sicca: siccitatem. si parua ⁊ cocta bene ⁊ grossa calidū ⁊ siccū significat cerebrū. si nimia ⁊ cocta ⁊ semper reumatica calidū ⁊ humidū significat cerebrum. multa ⁊ sicca: frigidum ⁊ siccum. Si multa ⁊ cruda: frigidum ⁊ humidum: que cōplexio citā monstrat infirmitatem: vt dicit Hippocra. in aphoris. quorum inquit nares humide frigidos humores emittunt. ⁊ sperma liquidum habētes infirmitati q̄ sanitati sunt viciniores. De tactu dicēdum est. Caput tactu calidum significat esse cerebrum calidum ⁊ econuerso. De signis oculorū dicēdum est. Qui grossas habēt in oculis venas. ⁊ easdem rubicūdas: tactum vero calidum: cerebrū mōstrant esse calidum: cōtraria habētes frigidū: signū tamen est humiditatis; Si vero sint rubicūdi ⁊ vene subtiles fuerint: tactus vero siccus: sensus clari: sic. significant cerebrū.

Si oculi sint rubicundi ⁊ grossi: tactuq; calidi: ⁊ alij sensus
turbidi calorem ⁊ humorem mõstrãt cerebri. si cõtrarium fri
gidum ⁊ siccum.

¶ De cõplexione oculorum. Capi.xi.

Complexio oculorum cognoscitur ex venis: vel
ex tactu: vel ex motu: vel ex eorum coloribus:
vel ex abundãtia ab eis expulsa. ¶ De venis
si fuerint rubicunde ⁊ grosse: tactus calidus:
calor oculorum significatur: ecõtrario frigiditas.
Si tactus est humidus: humiditatem significat. si con-
trarium siccitatem. Si multis fluunt lachrymis humidita-
tem. si non siccitatem. Si oculi sint magni corpusq; totum ⁊
caput similiter fuerit: tẽperamẽtum significat complexionis
⁊ formatiue virtutis. Si oculi sint magni corpusq; totum et
caput paruum fuerit: abũdãtiam male materie ⁊ eam intem
peratam ostẽdit. Oculorum paruitas paruo corpi ⁊ capiti assi
milata: paruam: ⁊ tamen tẽperatam designat esse naturã. si
econuerso: cõtrarium. ¶ De coloribus. si glauci nigri ⁊ cer-
uini fuerint oculi. nigri fiunt ex cristolloydos paruitate: con
cauitate: vel turbiditate. euagaydos: humor multus est et
turbulẽtus vbicũq; ista sunt: oculi nigri sunt ex necessitate.
glauci istis sunt contrarij: ceruinis cõueniunt horum aliqua
nigros ⁊ glaucos faciẽtia.

¶ De cõplexione cordis. Capi.xij.

Cordis cõplexio de actione intelligitur. de figura
corpis. de tactu. de pilis. De actione: q: si pulsus
⁊ spiritus sunt vehemẽtissimi in homine: ipse ve-
ro magne audacie vel iracundie: calorem cordis
vel totius corporis videtur significare: contraria
frigiditatem. Si spiritus ⁊ pulsus nõ adeo vehementes vi-
deãtur: homo cito irascatur: tardeq; placetur: siccitas desi-
gnatur. Si spiritus ⁊ pulsus fortes sunt ⁊ veloces ⁊ spissi. si
militer homo velox ad iram ⁊ solicitus: calor et siccitas de-
signantur. Si spiritus ⁊ pulsus mediocris ⁊ mollis: homo si-
militer cito irascitur caliditatem ⁊ humiditatem significat.
Si pulsus paruus ⁊ similiter spiritus: homo nõ animosus.
piger: non multum irascibilis ⁊ irascens cito placabilis: fri-
gidum ⁊ humidum cor erit. Si pulsus paruus ⁊ durus: ⁊ si-
militer spiritus: nõ cito irascens tardeq; placabilis: frigidũ
⁊ siccũ cor erit. Volẽtes hec discernere naturas epatis opor
tet considerare: q: si natura eius nõ cognoscitur multum cõ
siderãtes decipiuntur. De corporis figura. Si pectus fue-
rit latum: non capiti vel spondili assimilatum: cor monstrat
esse calidũ. Si spõdilis magna fuerit: necesse est ⁊ magnas
esse costas pectoris. pectoris em̃ ossa supra spõdilia sunt fa-
bricata: ⁊ pectus latũ erit. sin aute designãtur cõtraria. Cõ
siderata ergo pectoris latitudine spondili ⁊ capiti non assi-
milante: constat eam ex cordis calore venire. Si latitudo pe
ctoris ex calore proueniat cordis: pulsus magnus sequitur.
Si calor cordis in angusto pectore sit: spiritus velocior et
spissior q̃ pulsus erit. angustia enim pectoris non semel tan-
tum capit aeris quãtum sufficiat refrigerando calori cordis
natura ergo aerem duplicat ex pectoris angustia: quẽ semel
caperet si pectus latũ esset. Si autẽ pectus strictum sit: non
propter paruitatem capitis vel spondilis: significat frigidi-
tatem cordis: quia caloris est dilatare: frigoris est constrin-
gere. De pilis. Si pili multi ⁊ nigri sunt in pectore vel in cõ
finitate pectoris: calorem significãt cordis. si nõ contrarium.
Si pauci ⁊ lenes sunt pili: humiditatem: significant. si multi
et asperi siccitatem. De tactu. si pectus totum et confinia
eius sint tactu calida calorem significant. Si vero frigida fri
giditatem. si humida humiditatem. si sicca siccitatem. His
omnibus consideratis necesse est naturam epatis cogno-
sci. Si enim epar calori cordis conueniat: hec esse certa con
stat. sin autem incerta.

¶ De cõplexione epatis. Capi.xiij.

Complexionem epatis consideramus. de venis. de
humoribus. de pilis. de tactu. de coloribus. De
venis: si vene late sint ⁊ grosse: calor significatur.
si parue ⁊ stricte: frigiditas. si molles: humiditas.
si dure siccitas. si grosse ⁊ late ⁊ dure ⁊ late: calor ⁊
siccitas significatur. si ample ⁊ molles caliditas ⁊ hu. Si stri-
cte subtiles ⁊ dure frigiditas ⁊ siccitas. si stricte ⁊ molles: fri
giditas ⁊ humiditas. De humoribus. Si homo est choleri-
cus ⁊ maxime in iuuẽtute sanguis est calidissimus: calor epa
tis significatur. si sanguis mutetur in nigredinem ⁊ spisse-
tur: calor ⁊ siccitas significantur. si abundet in corpore cali-
dum: cõstat eum significare ⁊ augmẽtatum. si hec complexio
preualet plusq̃ oporteat: humorum subsequũtur putredines
et maxime si plus humor q̃ calor abundet. parua de causa
feb. periodicas patitur: ⁊ erraticas. Sed si calor humidita-
tem exuperet non tantum sustinet. De pilis. Si pili super
ventrem ⁊ pectinem multi sunt: significant calorem epatis.
Si non contrarium. De tactu. Si venter ⁊ pecten frigidi
sunt frigiditatem ostendũt. similiter in alijs intellige. De
coloribus. Si totum corpus sit temperatum inter album ⁊ ru
fum: inter caliditatem ⁊ humiditatem: significat tempera-
mentum. si rufum ⁊ croceum: calorem nimiũ. albũ ⁊ viridita
ti vicinum frigiditatem ⁊ humiditatem. si liuidum ⁊ plum-
beum ⁊ nigredini vicinum: frigidum ⁊ siccum epar signifi-
cat ⁊ abundãtiam cholere nigre.

¶ De cõplexione testiculorum. Capi.xiiij.

Testiculorum complexio de pilis intelligitur: et
de substantia spermatis: aut de actionib9. De
pilis si sint in pectine multi: vel super vmbili
cum calorem significãt. si multi ⁊ asperi: calidita
tem ⁊ humiditatem. si pauci ⁊ tarde nascentes
frigiditatem. si molles frigidi ⁊ humidi. si pauci ⁊ asperi: fri-
gidi ⁊ sicci. De spermate. si multũ grossum fuerit calorẽ ostẽ
dit. contraria contrarium. De actionibus. si est libidinosus
⁊ generans maximeq; masculos: membrũq; semper habẽs
erectum: calorem significat. si non cõtrarium. Si nimium li
bidinosus fuerit: ⁊ nõ sibi noceat: ⁊ multũ generat: calidita
tem ⁊ humiditatem significat. si nimie in coitu est cõcupiscẽ
tie ⁊ tardus in actione caliditatẽ ⁊ siccita. significat. ⁊ si nul
lius est concupiscentie: ⁊ tardus in erectione: frigidos ⁊ sic-
cos significat testiculos. Similiter in frigido ⁊ sicco semen
est spissum. in humido liquidum. harum duarum complexio
num homines parum generãt ⁊ maxime feminas.

¶ De cõplexione stomachi. Capi.xv.

Complexiones stomachi intelliguntur de actioni-
bus: si stomachus fuerit calidus: grossos cibos
digerit. delicatos consumit ⁊ immutat. ⁊ plus di-
gerit q̃ appetit. cibos maxime querit calidos:
neq; famem sustinere potest. Frigidus stomachus grossi
cibi non est digestiuus: sed grauat potius ⁊ mutat in hu-
mores acidos: cibos frigidos magis querit ⁊ plus appetit
q̃ digerit. Siccus stomachus cito sitit. paruum aque sibi suffi
cit: que si superflua fuerit crepitum in ventre facit: siccos
semper querit cibos. Humidus stomachus non sitit: hu-
midos cibos appetit: parum digerit. Compositas huius sci
re volens complexiones: cito inueniet. Sed si quis multum
sitit: non ex occasione est stomachi: sed ex affinitate cordis ⁊
pulmonis. Complexio enim cordis siue pulmonis si calida
⁊ sicca fuerit: sitim facit. ⁊ si aquã biberit non sibi proficit.
Sed aeris frigidi tractu maxime iuuatur. De cõueniẽtia ci-
borum: quia frigida frigido nocent stomacho: ⁊ in alijs om-
nia s̃m hanc rationem sunt considerãda. Naturales siue in
naturales stomachi complexiones ex appetitu ciborum faci
le quis discernet. Naturalis enim sibi similia appetit. contra
rius contraria: paruus stomachus: paruo cibo grauatur: si
non: contrarium.

¶ De complexione pulmonis. Capi.xvj.

Complexiones pulmonis ex cõuenientia capiun
tur aeris: ⁊ ex screationib9 siue vocibus. Si em̃
pulmo calorem aeris non patitur ⁊ frigido dele
ctatur: calorem significat. si non econuerso. De
voce. si est parua: frigus designat. si magna: calorem. si rauca
humiditatem. si subtilis ⁊ clara: siccitatem. De screatu: pul
mo humidus si cantet quis vel loquatur multum screat.
siccus nihil. Non solum autem de pulmonis frigiditate vel
caliditate parua vox vel magna videtur procedere: sed etiã
de pulmonis paruitate vel magnitudine. Magnitudo em̃

vocis magnitudinem sequitur pulmonis. Receptio aeris de maiori ⁊ largiori. In parua vero ecōuerso intellige. Sed tamen calor largiorem pulmonis semper facit canalem. et frigus semper econtra angustat. Uox autem lenis ex lenitate canalis erit pulmonis. Aspera ex eius asperitate nimia. Canalis enim pulmonis lenis ex sue tēperamento est complexionis. ¶ Intellecta autem horum particulari complexione aliorum conuenientias siue inconuenientias quiuis potest intelligere: cum enim alicui membro frigida nocere conspicimus: in calidis vero delectari: calorem eius oportet intelligere: ⁊ alia sm has rationes.

¶ De cōplexione totius corpis. Capi. xvij.

CUm singulorum membrorū naturalem dixerimus complexionē: totius corporis disponimus dicere non naturalem: que capitur de tactu. de colore. de pilis. de figura. de actionib⁹. De tactu. corpus cōplexionis calide calidius est moderato corpore. frigide frigidius. Calida tamen corpora sunt duplicia. aut enim suauis et delectabilis sunt caloris vt in pueris: aut fumosi et horribilis: vt ethiopibus. Sicca si tangimus duriora sunt moderatis corporib⁹: humida molliora. De calore. calida corpora sunt rubicunda: frigida sunt alba. De pilis. in corpore calido: pili nascuntur cito: ⁊ multi: asperi et nigri coloris: in sicco et calido nigri et crispi sunt. In calido ⁊ humido nigri et lenes erunt: in frigido ⁊ humido lenes ⁊ flaui: in frigido ⁊ sicco minus flauescunt. Multi enim sunt pili: q: materia sui fumus est siccus exiens de poris corporis: cuius pars subsequens continue prius exeuntem expellēs aer exterior desiccat priorem. hic fumus in calidis et siccis abūdat corporibus: et ideo corpora frigida ⁊ humida pilis sunt carentia: quia hunc fumum non habent: cum fumus eorum sit sm frigidum ⁊ humidum: et eorum humiditas non cōtinuum fumum faciat priori exeunti fumo: subsequētē oppilat intercidēs humectatio. Quia vo frigida corpora pilis sunt carentia: caluitium plurimis non solet contingere: nisi extrema senectute: ⁊ membrorum scilicet siccitate: ⁊ hoc maxime in vertice: quia vertex custos humorum cutem ⁊ ossa habet tantum: ergo fumus in cute sicca non continuus huc ⁊ illuc dispergitur: qui cū exierit poros apertos relinquit ex siccitate cutis. sicq; inuēta latitudine se dispergit circūquaq;: nigredo pili ex fumi calore: ⁊ ei⁹ vstione contingit. Rufitudo ex calore temperato: atq; nascitur in temperatis ⁊ maxime ante summam iuuētutis. Albi pili fiunt propter fumum phlegmaticum: sicut videmus in frigida regione nascentibus: et in senibus ex frigiditate complexionis. Pilorū crispitudo vel asperitas ex calore nimio vel ex vstione fit: vel ex pororū tortitudine per quos fumus exit. Charta em̄ igni adiūcta nimio sui calore se cōplicat. Pilorū planicies: fit ex frigiditate ⁊ humiditate fumi: sicut videtur in infantibus ⁊ frigida loca inhabitātibus. De figura. qualitates corpis sunt quattuor: aut em̄ pinguedo nimia: aut macies superflua. sinthesis vel squaliditas. Crassitudo nimia: aut est de pinguedine multa: aut ex carnis abūdantia aut ex vtroq;. macies vero econuerso. Si pinguis sit tātum habet carnis parum: frigiditatem ostendit: ⁊ humiditatis et siccitatis temperamentum significat. Sed si vtrūq; abundat: caloris siccitatis ⁊ humiditatis temperamētum est. Macies temperata calida et frigida: temperamentum et superfluitatem significat. Si inter pinguedinem ⁊ maciem fit medium: temperamētum erit qualitatum. Hec autem est ratio vnde pinguedo abundet in corpore frigido. caro vero in calido. Pinguedinem enim sanguinis calor consumit naturalis: in frigido remanet ⁊ per venas diffunditur in membra naturaliter frigida: sicut corporis panniculi sunt: in quibus sanguis coadunatus: pinguedinem facit. Si enim in carnosa membra venerit dissoluitur non permanens propter calorem carnis. Si tamen corpora fuerint calida ⁊ quieta: pinguedo sanguinis remanet in carnosis membris: et idcirco femine sunt sepe pinguissime. Sed tamē frigidiores sunt q̄ masculi. Oportet autem considerare semper carnem super ossa existentem. Multotiens enim cū membra carnosa sint ossa vero subtilia apparent macida: ⁊ econuerso ossa grossa et parum carnea apparent pinguia. Oportet ergo antea perquiri de macie. Macies superflua calorem significat. sinthesis frigiditatem et siccitatem significat. De actionibus. Omnis actio: aut animalis: aut spiritualis: aut naturalis. Actio animalis intellectus boni est in corpore calido: in responsione cita. instabilis: in frigido econtrario. Spiritualis: si homo calidus sit. audax erit verecūdus: iracūdus: fortis: ⁊ velox pulsus. contraria contrario. Naturalis in corpore calido augmentatur cito: multū appetit ⁊ bene digerit. libidinosum facit. contraria contrario. Hec complexio totius corporis est non naturalis ad cōparationem equalis cōplexionis corporis. Quicquid singulariter ⁊ sparsim diximus in primis: hic insimul recapitulemus vt lectori sensus paretur facilius. Si em̄ corp⁹ est calidū caro erit multa: pinguedo parua. color rubeus: pili multi ⁊ nigri. tact⁹ calid⁹. intellectus bonus: homo multū facundus: mobilissimus: audax: iracūdus: libidinosus. multum appetens et cito digerens: aspere vocis: contraria contrario. Si corpus fuerit siccum erit macidum: ⁊ sicciora erunt mēbra asperiora. Si corpus est humidum erit pingue carnosum. Si calidū ⁊ siccum erit macidum ⁊ pilosum: piliq; nigri erunt: color brunus: tactus ca. et durus: homo intellectualis: audax: appetibilis: ⁊ digestibilis. maxime tamen grossi cibi: libidinosus. Si calidum ⁊ humidū fuerit nimie carnis erit. parue pinguedinis pili nigri atq; plani. tactus calidus ⁊ humidus. color albi ⁊ rufi medius. Corpora frigida ⁊ humida alba sunt ⁊ pinguia pili rufi. intellectus durus: homo obliuiosus: animosus. neq; multum appetens: neq; cito digerens: nō libidinosus. Corpora frigida ⁊ sicca sunt alba aliquātulum liuida ⁊ macida. pili rufi: sed aliquātulum citrini. tactus frigidus ⁊ durus. Oportet medicum cognoscere que harum qualitatum abūdet in vnoquoq; corpore.

¶ De moderato corpore. Capi. xviij.

IN superioribus libri partibus dixisse nos meminimus de intemperata complexione corporis quātum ad comparationem equalis: oportet ergo nos dicere de equali cōplexione ⁊ eius significatōe. Corpus ergo equale neq; multū macidum: neq; pingue multum. color eius inter albū ⁊ rubeum est medius. pili infantis sunt rufi in pueritia: in iuuentute nigri. cutis inter calidum ⁊ frigidum lene ⁊ durū: sicut vole manuum est temperata. Actiones animalis: spiritualis ⁊ naturalis modum tenent perfectionis. homo boni intellectus nō obliuiosus: prudēs: audax: atq; continens inter velocem ⁊ pigrum medius: neq; multū pius: neq; impius: neq; gulosus. actiones omnium membrorum perfecte sunt. hec complexio supradictarum media est complexionum. Si autem in quolibet corpe videris aliquas harum qualitatum discordantes sm maiorem iudicādum erit tibi partem. Si fuerint equales cōsiderande sunt fortiores.

¶ De causa mutāte signa cōplexionis. Cap. xix.

SIgnificatiōes cōplexionis mutate sciūtur: aut ex mutata regione in qua nutritus ⁊ natus est quilibet: vel ex etate: aut ex sexu maris ⁊ femine: aut ex consuetudine.

¶ De mutatione cōplexionis propter regionem. Capi. xx.

SIgnificationes he in pilis alijsq; supradictis in regione temperata sunt perspiciende. ibi enim non possunt fallere: sed in intēperata sepe fallūt vtpote in regione canopo subdita: vt aliquando est egyptus: semper vero in ethiopia colores sunt nigri: pili crispi ⁊ asperi. sicca cutis: inferior pars corporis subtilis: facies tumida: oculi concaui: nasi magni: atq; interiora frigida. ⁊ ideo inanimositas eos debilitat: ex qua significatione: etsi non sint videntur esse calidi. calor enim aeris calorem naturalem ab interioribus ad exteriora protrahit: ⁊ ita frigescunt interiora. In frigida regione septētrio-

nali supposita polo maiori siue minori: pili sunt flaui lenes et albi: color albus. facies rubicunda. pectora lata. pedes subtiles propter adunationes caloris in pectore fugientis a pedum extremitate. Horum complexio est calida: ⁊ ob hoc fiunt audaces: atq; fortes: ⁊ tamen cum nõ sint: videntur esse frigidi. Ergo in huiusmodi non est certitudo a colore ⁊ pilis sed ex complexione sui. In regione recte supposita zodiaco: ab oriente in occidentem protenta cõplexiones habitantium in nullo supradictorum fallunt.

De mutatione complexionis propter etatem. Capi. xxi.

Omnis etas apud medicos quadrifarie diuiditur: aut enim pueritia: aut iuuentus: aut senectus: aut senium. Puerorum corpora in augmento sunt posita vsq; ad annos. xxx. vt enim fatetur phi infantia est annorum. xv. ⁊ pueritia siue adolescentia. xv. Sic ergo sunt. xxx. Iuuẽtutis augmentate sunt complementa. xxxv. vel. xl. Complementa senectutis sunt cum corpus iam declinat: sed nõdum tamen deficiunt virtutes. hec maxime durat vsq; ad annos. xlv. siue. l. Senium esse dicitur cum corpus declinat ⁊ vires deficiũt. Etas pueritie est calidior ⁊ humidior aliis. spermati enim ⁊ sanguini. vnde fiunt vicini sunt: ⁊ ideo calidi sunt ⁊ humidi. Iuuentus calida est ⁊ sicca: cuius siccitas ex brutis animalibus est perpendẽda: quorum membra cum nascũtur sunt tenera ⁊ augmentãdo durescũt: qd sicce iuuẽtutis est signum. Calor in pueris ⁊ iuuenibus quãtitate est equalis: qualitate vero dissimilis: cum enim tangãtur pueri calor eorum propter etatem est lenis. Iuuenum vero ardẽtissimus: propter siccitatem inuenitur. vnde Ga. similitudinem balnei ⁊ aque calide introduxit. Balneum enim et aqua multum calefacta: et postea tacta in caloris quãtitate inueniũtur equalia. ambo equaliter calefaciunt tangentes. balnei tamen calor acutior ⁊ pungibilior ⁊ intensior. humiditate enim aque tactus temperatur: non tamen balneum aqua calidius est: nec aqua balneo in calore profertur. Iuuenis ergo balneo: pueri aque calide assimilãdus est calor. In similibus autem non diuersis hec oportet cõsiderari. Verbigratia. Si iuuenis et puer in figura sint similes. in calore q̃ dieta: ⁊ actione simul calefactis ⁊ calefactio vtreq; simul refrigeratis: refrigeratio que dicitur vera esse comperitur. Signa ecõuerso. Senes frigidi sunt ⁊ sicci. calor enim iuuẽtutis ⁊ siccitas eorum. ni. sunt mutata. quorum etas puerili est opposita: sicut enim in pueris solidiora membra: vt cartilaginosa: nerui atq; ossa humidissima sunt ⁊ tenerrima: ita ecõtra in decrepitis siccissima. Etas enim puerilis in augmento consistit. augmẽtum enim non potest esse sine humiditate. virtus naturalis humida tantum membra augmentat ⁊ extendit. Etas autem decrepita est ecõtra decrescere ⁊ ad viam omnis carnis peruenire. Est enim frigida ⁊ sicca eorum natura. Senes minoris siccitatis sunt q̃ decrepiti et maioris q̃ iuuenes. Iuuenes vero pueris sunt sicciores senibus humidiores: qd ex hac rõne põt quiuis confirmare. Initium puerilis fetus in vulua spermatis ⁊ sanguinis mẽstrui est materia que naturaliter calida ⁊ humida sunt. Sanguis tamen calidior est spermate. sperma minus humidum sanguine: que cum misceãtur virtute naturali aliquãtulum inspissantur: vt virtute informatiua succedente possit subiectam materiam informare: que prius format pãniculos. postea carnem: venas atq; neruos. ⁊ sic natura paulatim desiccat quosq; solidiora membra explere valeat et fetus formam compleat. Nascẽtium enim membra adeo sunt humida vt ossa q̃ sunt solidiora in quãcũq; velis partẽ flectas. vnde obstetrices male formatum caput pueri ita aptãt vt in naturalem formam reducant: eorum ergo membra videntur esse tenera. Sed iam nata minus sunt tenera q̃ cum sint in matricis vulua. sic paulatim desiccãtur: ⁊ quotidie calor augmentatur adeo vt pre siccitate nimia membra plus extendere nequeat natura. Hanc autem etatem vocamus iuuentutem. Post augmentum membra desiccantur: vt ad senectutem perducãtur. augmentata aũt siccitas operans natura exuperat: vt etiam sanguine ⁊ carne minoratis quid nutriat virtus nõ inueniat naturalis. vnde necesse est vt in excessus vite appropinquet. spasmatur enim sicca cutis. motus manuum ⁊ pedes deficit. imo totum corpus tremit. hec est etas decrepita. humiditate finita ⁊ succedẽte siccitate vltimata. sicq; destructo calore naturali totum corpus necessario destruitur: quã destructionem vocamus mortem: quia siccitas destruit sensibilia ⁊ insensibilia corpora: qd in arboribus constat. A terra enim nascentes sunt arbores quanto plus augmentantur: tanto magis vsq; ad vltimitatem exiccantur. declinãtes in occasu. vnde etas puerilis est humidior ad cõparationem aliarum. Etas decrepita est siccissima. Dicũt tamen phi frigidum ⁊ humidum esse corpus decrepiti: propter sputa plurima ⁊ nasi emũctoria: ⁊ faciliores lachrymas. hec enim apparẽt esse humida: qd maxime est ex defectione ⁊ proxima caloris naturalis extinctione: ⁊ quia prout oportet cibum nõ potest digerere. vnde crudi colligũtur in eis hu. membra ergo decrepitorum frigida ⁊ sicca sunt natura: sed accidentaliter hu.

De mutatione complexionis propter sexum. Capi. xxii.

In omnibus animalibus calidiores et sicciores sunt masculi q̃ fe. femine frigidiores et humidiores: qd ex pilis cõstat. Pili enim in maribus fortiores sunt et velociores. vnde citius pubescũt: femine nõ barbescũt: quia mares maioris ardoris sunt. fortiores ⁊ animosiores omnibus creaturis ⁊ lati pectoris atq; pilosi: ad motum citius prõpti: citius tamen mulieres propter humiditatem crescunt: sed crescere earum velocius est ad complementum: quia parum caloris naturalis in eis est. Item in maribus prudentia: intellectus: discretio: ⁊ continentia: maiores inueniũtur. hec quoq; fit causa maioris caloris: in mulieribus vero econuerso. Item in labore et exercitiis viri promptiores sunt. femine minus pilose in pectore siue in ventre. debiliores manibus et pedibus: timibũde: pectore stricte. minus sitientes: et ideo parua eorum sunt capita: manibus quiete. Ex quibus omnibus frigidiores esse comprobantur. vnde naturaliter marium ad mares: mulierum ad mulieres debent fieri cõparationes.

De mutatione complexionis propter cõsuetudinem. Capi. xxiii.

Consuetudo diuturna mutatur in naturam. Dicit enim Hippocra. Consuetudo est altera natura: hoc autem fit aut propter dietam: aut artem aliquam. Propter dietã, si enim corpus macidum quiete ⁊ suauiter viuat. et nimium bibat: aut mãducet cito pinguescit. Corpus naturaliter pingue si laboret exerceat potum ⁊ cibum minuat sibi: angustietur ⁊ tristetur humectatio sua dissoluitur: ⁊ calefactum macrescet ⁊ exiccatur. Differunt autem naturales et consuetudinarie pinguedines siue macies. Pinguis: si albus subtilis atq; strictus fuerit: pinguedinem habet naturalem. Si homo est macidus et pilosus: ⁊ venas grossas habet: naturaliter macidus erit. Si ecõtra cõsuetudo est. De arte. Ars etiam complexionem corporis mutat ex caliditate ⁊ siccitate: vt in ferrariis et vitreariis: ex caliditate ⁊ humiditate vt in balneatoribus: ex frigido ⁊ humido: vt in piscatoribus ⁊ nauigãtibus: ex frigido ⁊ sicco: vt in campos colentibus.

De signo sani corporis. Capi. xxiiii.

Oportet medicum corpus cognoscere sanum ⁊ hoc maxime apud aphricanos. Si qs enim seruũ vel ancillam emat: aliquando ad medicum causa consilii sani ne sint recurrit ilico: q si diligẽtissime medicus inspexerit poterit cognoscere primum a colore: q si sit citrinus color corporis ex abundantia cholere rubee designatur. si liuidus vel plumbeus: mala complexio significatur. aut de epatis frigiditate: aut de abundantia cholere nigre: aut ex splenis defectione. Sanum ergo corpus ex pfectiõe coloris sue nature cõpetẽtis cognoscitur. si enim albũ et sanum oportet rubeum esse admixtum cute clara. si brunum: debet similiter esse clarum in cute integrum: nigerrimum: labiis rubicundis: ⁊ omnia membra equalem oportet

habere dispositionem ſm corporis quātitatem. Si nimiam
habuerit maciem: significat calorē τ siccitatem: τ phthysis
nimiam festinationē. Si multum crassum fuerit: significat
frigiditatem τ abundantiam phlegmatis: τ suspicationem
repentine mortis: τ suspectionem diuturni morbi: sicut apo
plexie: epilepsie: paralysis et similium. In cute sua nulla sit
macula: sicut morphee alba vel nigra. In capite capilli de-
bent esse rari asperi non facile eradicandi: nec habeat in ca-
pite allopitiam vel tyriam. his enim mala complexio cerebri
significatur: nec caput sit oblongum: nec sibi ponderosum:
nec grauis sit memorie: nec visus pressus sopore. Homines
eñ huiusmodi aut iam sunt epileptici: aut cito futuri. Oculi
neq̃ nimis veloces: neq̃ cito mobiles. Sermo nō sit mordi
natus. his eñ melācolia designatur. Oculi neq̃ multū con
caui: neq̃ foras emissi: quia per hoc interpositio visus desi-
gnatur: verba non sint balba vel grauia: quia significant
phlegmatis abundantiam in cerebro: et neruorum lingue
inde defectum: vox eius non sit rauca: lepre enim figuram
demonstrat. os eius nō sit fetidum: quia fetor humorum de-
mōstrat putredinē. Oportet etiam viscerum inquiri essen-
tiam. Supinus ergo iaceat capite toti corpori equali exi-
stente manibus extensis in vtroq̃ latere. incuruatis genu-
bus τ terre infixis calcibus. sicq̃ rebus ordinatis manum
suam medicus apponat dextrorium τ sinistrorium ab ore sto
machi vsq̃ ad vltimam splenis vel epatis extremitatem. Si
a dextris vel a sinistris durum vel tumidū apparuerit aposte
ma significat splenis vel epatis. Si sup vmbilicum τ penem
sit: apostema est stomachi τ vitium hydropisis. similiter si
inter vmbilicum τ penem habeat mulier tumidum aut du
rum: cancer in vulua protenditur. Si tempore mēstruorum
defectio sibi venerit que nimis sit fortis: suffocationem ma-
tricis significat: et suspitiosum est subitanee mortis. vrina
etiam femine siue maris videatur: si arenosa: vel lutuosa
sit: est petre nūcia in lūbis vel vesica. sic caueatur ne anus
sit vulneratus: vel emorroidas patiatur: neq̃ crura grossas
habeāt venas: quia fierent varicose. Significationes iste in
sano inquiruntur corpore. carens enim istis corpus maculis
obnoxium est sanitati.

De humoribus. Capi. xxv.

In elementorum tractatu superius diximus: q
quedam elemēta quibusdam corporibus sunt
communia: quibusdam propria. cōmunia sunt
quattuor elementa. propria vero sunt duplicia.
quedam non quibusdam sunt propria animali
bus: vt similia membra equis τ tauris: τ homi
nibus: qd a dhuc dicturi sum?: q̃daꝫ hoī τ oībus cōia bestijs
sanguinem habentibus: vt humores de quibus succedunt
disputationes: omnia ergo membra humana siue bestialia
sanguinem habētia: ex quattuor humoribus sunt facta. i. de
sanguine: cholera: phlegmate: τ melācholia: quorum prima
elementa sunt principia: Ideoq̃ humores sunt vocati filij
elemētorum: quia sunt similes eis: cum vnusquisq̃ humor
ex eorum constet qualitate. humores ergo quattuor sangui
nem habentibus: secūda elementa esse videntur. horum au
tem quātitatibus equalitatē custodiētibus omnia animata
corpa sanguinem habētia: necesse est esse sana. in inequali-
bus vero infirma ſm q competit eorꝫ cōplexioni. Dicit Hip
po. in libro de humana natura: omne animatum corpus san-
guinem phlegma: cholerā rubeā τ cholerā nigrā oportet ha
bere naturaliter: quia hec sanguinolentis corporibus sup-
petunt: τ ex eis eorum sanitas vel infirmitas subsistūt: quia
his bene se cōmiscentibus: τ eorum qualitatibus vel quāti-
tatibus bene cōpetentibus necesse est corpora esse sana. Si
minus: vel exuperat: vel in vno loco sint incōpetēter posita:
necesse est subsequatur infirmitas. Quidam autem phi in
his obuiant Hippo. dicentes ex vno tm̄ humore hominem
existere. vñ τ sibi dissidēt. alij eñ sanguinem dicūt qui q̄si ve
ritati vicini sunt: alij ꝯfirmāt quelibet aliorꝫ hūorꝫ. Qui trib?
de causis decipiūtur: aut de substātia τ qualitatū sanguinis
diuersitate: aut de substātie membrorꝫ dissimilitudine: aut
de catharticorꝫ operatione. De substātie sanguinis diuersi-
tate: q: fetus in vulua formatio non nisi de spermate τ san-
guine sit menstruo: nō tamen sine hu. ceteris: cuꝫ alij feces τ
colatiōes sint sanguis: q: sanguis cū sit diuerse nature est si
cut mustū a quo ꝑcedūt quattuor substātie diuerse. vna est
vini claritas: que cholere rubee est assimilāda. alia est grossa
et ipsa est phlegma. alia grauis atq̃ grossa: et fundum pe-
tens que fex appellatur: τ intelligitur esse cholera nigra. qr-
ta substātia vini est puritas sanguini a ceteris humorib? pu
rificato comparāda. nullus tamen est ita purus: vt alijs ca
reat humorib?. Sanguis eñ menstruus est aliquādo multū
rufus: q: cholere rubee multum cōmiscetur. aliquādo pur-
pureus cholere nigre simillimus. aliqñ spumosus τ de phle-
gmate esse videtur. aliquādo aquosus propter aquosos hu
mores. Similiter aūt videtur in incisione vene de substātie
membrorꝫ dissimilitudine: q: quedaꝫ mēbra calida sunt τ sic
ca. quedam frigida τ sicca: que ex quattuor humoribus esse
ꝯstat. mirabilis eñ humana natura regēs corpora sanguine
ad vuluā ꝑueniēte τ extracta inde subtilitate humana creat
mēbra: ex calido calida: ex frigido frigida. Sufficiat hec respō
sio ad hos maxime cōfundēdos qui dicūt oīa corpa sangui-
nolēta ex hūore cōstare vno. In cathartitis apparet. ꝑpter
eñ phlegma deponēdum accipiētes catharticum: phlegma
depositum sunt. quidam ꝑpter chole. rubeā τ nigrā. quibus
etiam quedā ꝓficiūt cathartica ad eadeꝫ deponēda. Homo
igitur ex quattuor est humo. quoruꝫ alij sunt naturales: alij
non naturales. Sāguis naturalis calidus τ humid? est: cui?
quedam pars in arterijs est subtilis cum rubicūditate clara
rufitati contigua. pars quedam posita in venis inter gros-
sum τ subtile est mediocris: τ coloris purpurei: sapore dul-
cis: nullius fetoris: cito coagulatur cuꝫ exit. hoc quoq̃ signi
ficat temperamētum epatis. Sang. nō naturalis si grossus τ
turbidus fuerit: ca. τ sic. epatis significat: subtilis τ aquosus
frigiditatem nimiam ipsius. rufus clarus τ fetidus mixtio-
nem cholere rubee τ putredineꝫ eius significat. Sapor eius
debet esse amarus. si salsus ex salso phlegmate perpenditur
cōmixtio. si autem desuper est spumosus: ventositas nimia
mōstratur. coagulat? τ aquosus defectionis expulsiue est
significatiu?. qd enim depelli cum sudore: vrina τ fumo solet
hoc totum in sanguine remanet. Phlegma naturale frigidū
τ humidum est sine sapore semper ꝑ venas mādatum vt na
tura cum digerat τ corp? inde nutriat: q: phlegma est sang.
dimidie coctus. vñ natura nō singulare dedit mēbrū ad tra
hendum sibi: sicut alijs dedit humorib?. potest eñ digeri τ
corp? nutrire. Phlegma nō naturale quadripartitū est. est
aciduꝫ: qd est frigidi? τ sicci? ceteris: τ est salsum qd ē calidi?
τ siccius. vitreū acredini cōtrarium qd vitreum d: q: vitreo
colori assimilatur. dulce sangui. ptinet τ leuius decoquitur
q in quo sapor nō habetur. Cholera rub. naturaliter cali. τ
sic. est: que in tēperatis corporibus in rubore ꝑfecta est τ subti
lis. hāc sibi fel semꝑ attrahit. mādatq̃ intestinis vt ea lauet
τ a phlegmatis putredine mūdet. partem stomacho mādat:
vt digestibilem faciat. pars remanēs sine acumine ꝑ totū cor
pus mittitur cū sang. vt subtiliat? saug. subtiles ītret venas τ
ita mēbra nutriat subtili cibo īdigētia. Nō naturalis cho.. ē
quadrifaria. est eñ citrina ex phlegmatis aquositate τ cho.
rub. naturalis cōmixtione. q̄ minus q naturalis est ca. altera
vitello oui assimilat. in q̄ grossuꝫ phlegma τ cho. ru. miscētur
τ ista min? priore est ca. he due cōcreātur in epate. alia est si-
cut prassiū semꝑ nascēs īter stomachū calidas herbas come
dētiuꝫ: q̄ calidior est priorib?. alia est eruginosa q̄ erugini eris
assimilatur: sempq̃ in stomacho ex nimia incēsione nascitur
cuius venenosa est q̄litas: τ ob hoc est calidissima τ pessima.
Cholera nigra: q̄dam naturalis: q̄dam innaturalis. natura-
lis frigida est τ sicca: que sic est in sanguine: sicut in vino fex.
sapor eius aciditati cōtiguus. est aūt grossa: cui? parteꝫ me
lioreꝫ splen sibi attrahit in nutrimētū sui. alteram mādat sto
macho: in appetitu cōfortādo. min? grossaꝫ mādat ꝑ venas
vt membra nutriat grossiores cibos sibi querētia: sicut sunt
ossa. cartilago et similia: teneteq̃ sanguinem ista: ne nimis
mobilis corpus fugiat. hec nascitur de dieta ſm frigidum
et siccum habita. Cholera nigra non naturalis ex incen-
sa cholera nigra naturali nascitur: estq̃ calida et acuta: sa-
pore acida. hec feruet cum in terram cadit: a priore diffe-

rens quā in vase positā musce fugiūt quasi ardentē: peior ē vo appetiit. Alia nascit̄ ex incensa cho. ru. acutior: ⁊ calidior: peior: hec habet pessimas qualitates destruedi: ⁊ morbos pessimos in corpore faciendi: sicut cancrum: lepram: ⁊ pessima vulnera tota membra comedentia: cuius color peior est nigrior: ⁊ igne sublucidior. Hanc quidā videtes sanguinem nigrum esse dicunt: q: sanguis venas exiens coagulatur: ⁊ nō feruet: hec ecōtra: ⁊ est acida qualitate pessima. Si enim in aliqua membra inciderit: sicut gladius vel ignis incidit: est ⁊ alia liuida in colore: ⁊ alia violacei coloris: cuius peior est liuidior: nascens de dieta calida ⁊ sicca. Galie. vidi inquit plures hāc cholerā digerētes: ⁊ digesta post duos dies mutata: sani facti sunt cum digestione multa. Nigra cho. violacei coloris si in citrinū colorem mutetur ipsi sanantur: oportet autem intelligatur: q: quidam horum humorū in alium mutatur: quidam vo non. Phlegma enī si naturali calore calefiat ⁊ excoquat̄ in sanguinem mutatur: sanguis in choleram: sed impossibile est sanguinē in phlegma mutari. cho. ru. in nigrā calore nimio mutatur nunq̄ in sanguinē: nec phlegma in cho. nigram. Res enī bene cocta nunq̄ amplius ad hoc redigitur vt sit cruda: nec cocta ⁊ incensa nimis amplius bonū cibū facit: qd in humorib9 cōsideraf̄. Phlegma enim medie coctum possibile est sanguinē fieri si excoquatur calore naturali. cho. ni. ⁊ combusta impossibile est q̄ ad cruditatem redeat: ⁊ phlegma faciat. Istud etiā intelligit̄ de alijs humoribus. Hoc autē fuit necesse qd de humorib9 diceretur: q: quicūq; humores in quantitate vel qualitate preualent ex necessitate morbidū corpus facient: si autem ad vnum membrū confluxerint: ⁊ ipsum morbidū sit egritudinem facient: sm̄ q̄ dicemus cū de causis morborū ⁊ significationibus eorum disputabimus: qd autem faciunt humores dum preualent: id dum minuūtur non facient: si autem vnus vel omnes in quātitatis summitate vel vltimitate preualuerint: suffocatur calor naturalis ⁊ vita perit. Si vn9 vel omnes in qualitate corrumpant̄ ipsis corruptis in vnū membrum descendētibus ipsius membri actio corrūpitur: vnde si cor patiatur mors subsequitur.

¶ Explicit prima particula.

¶ Incipit secunda particula.

¶ Disputatio de omnibus mēbris. Capi. j.

Primus in alio libro q: humores et elemēta sunt materia corporis. In pñti autem dicendū est de similitudine mēbrorū que ipsius elementa sunt: q: inde officialia mēbra sunt: natura enī mirabilis de multis mēbris in qualitate ⁊ quantitate diuersis corpus aīalis cōposuit: vt p ea regeret̄ aīaliū quodlibet qd in suo vigore viueret: ⁊ expleret id ad qd factum est naturaliter: vnūquodq; enī aīal corporis instrumēta virtuti anime habet cōpetentia: q: leo cum sit audacis anime ⁊ iracūde: corpus habuit forte: atq; graues in pedib9 vngues: ⁊ in ore dentes acutissimos. Lepus cum sit timidissimus: corporis membra leuitate nimia fuge habuit aptissima: q: virtutes anime sibi erant diuerse: fecit deus corporis instrumenta virtutib9 suis cōpetētia vt pote manus in homine vt cum eis operaretur: in quibus sunt digiti multi ⁊ diuersi: vt p eos magna et minima possint retineri. Epar rubeum fecit prout suppetebat creando sanguini: mamillas et testiculos ad creandum lac et sperma fecit albos: natura vo oīa corporis mēbra omnib9 actionibus fecit cōuenientia. ¶ Actiōes sunt tres: spūalis: naturalis: ⁊ animalis: quibus corporis instrumēta sunt similia: vnde membra virtutē animatā sequentia vocantur animata: ⁊ in alijs similiter. Membra autē animata fecit deus in animalibus omnibus propter sensus ⁊ volūtarios motus. Sed in homine propter hoc: ⁊ intellectū: ⁊ propter rationē fecit cerebrū: ⁊ oculos: odorat9 instrumēta: nares etiā ⁊ auriculas: linguam ⁊ neruos. Mēbra spiritualia facta sunt ppter flatus spiracula: ⁊ caloris naturalis cōseruātia: vt sunt pectus ⁊ pāniculi eius: cor ⁊ pulmo cum suis canalib9: fauces: diaphragma ⁊ arterie. Naturalia membra sunt bipartita: quedam nutritiua sunt: alia generatiua. Nutritiua cibū mutant in membrorū totius corporis substantiā: omnia enī humana ⁊ bestialia corpora consumunt̄ ab aere ⁊ calore naturali: ⁊ necesse est vt eorum consumptio ad conseruandam integritatem cibis reparetur. Hec autem sunt membra nutritiua: os: dentes: os stomachi: stomachus: intestina: epar: splen: renes: fel: vesica: vene. Mēbra autem genitalia sunt facta vt specificent̄ indiuidua: ⁊ vt indiuiduarent̄ specificata: q: enī omnia indiuidua naturaliter consumunt̄: necesse fuit vt per genitalia repararent̄: que sunt matrix: vel vulua: virga: testiculi: ⁊ spermatis vasa singula. Horum animatorum inquā ⁊ spiritualiū: seu naturalium: vnum habent principale membrū: cuius causa facta sunt alia: que actionis sue sunt adiuuamēta vel supfluitatis sue expulsiua vel e9 defensiua. In animatis pricipale est cerebrū: q: in ipso est memoria: ratio: intellectus: ⁊ de ipso virtus sensualis ⁊ motus voluntarius ad alia membra corporis pgrediunt̄: actionis sue adiuuamenta sunt oculi: auditus instrumēta: odoratus: neruilacerti: vnūquodq; enī istorum exteriora portat ad cerebrum: qd sibi portata disposuit. Nerui ⁊ lacerti mouentur ad opera a cerebro discreta ⁊ disposita: ⁊ neruis mediantibus ab ipso ad totū corpus sensualia feruntur. Istorū etiā quedam superfluitatis expulsiua sunt vt nares emūctionū: oculi lachrymarū: defensiua sunt pāniculi super cerebrū positi. Membrorū spiritualiū cor est principalissimū: q: vite et caloris naturalis est fundamentū: q: de ipso ad alia membra procedit viuificanda: adiuuamēta sunt pulmo: panniculi: ⁊ lacerti pectoris: motu enī istorū trahitur aer ad refrigerandum calorē cordis: ⁊ calor expellitur fumosus: qui circa cor coadunatur. Portātia ab ipso ad alia membra sunt arterie: ipse enī sunt a corde naturalē accipientes calorē: ⁊ virtutem vitalem ⁊ naturalē portant ad omnia corporis mēbra: membra defensiua cordis sunt sui pāniculi: diaphragma: ⁊ pectoris panniculi. Membrorū nutritiuorum principale est epar: ibi enī succus mutatur ciborum et sanguis efficitur de ipso ad totum corpus nutriendū spargendus: huius adiuuamēta sunt diuersa: quedā enī cibū preparant vt stomacho leuiorem reddant sicut os: dētes: quedā calefaciūt ⁊ mutāt cibū vt eum alleuient ad mutandū in sanguinem: qd facit stomachus: quedā portant a stomacho ad epar: sicut intestini gibbositas: qd ieiunū medici vocāt: ⁊ sicut meseraica. Alia ab epate ad totum corpus portantia sunt: sicut vena que a medicis vocatur concaua. Alia tn̄ superfluitatē sanguinis expellunt ⁊ mundant sicut fel: splen: renes. Alia partē cibi superflui recipiunt ⁊ expellunt: vt sunt grossa intestina: ⁊ vesica. qd enī reijcit stomachus ab his recipit̄ ⁊ expellit̄: vesica recipit superfluitates aquosas a renibus de sanguine depuratas. Intestina feces grossas a stomacho receptas expellunt. In mēbris gñatiuis principales sunt testiculi: eorū adiuuamēta spermat9 sunt vasa: q̄ in masculis siue ī mulierib9 de spermate faciūt fetus. Mamille adiuuāt eū infantes nutriant: q̄ de vno ad aliud portant: sunt spermatis vasa atq; virga. Vasa enī spermatis in masculis sperma in vuluā portāt de testiclis: intētiōe ista mēbra diuersa fecit natura. Alr

etiam diuiduntur membra scilicet in similia partes toti totumq3 parti assimilantia: vt ossa: cartilago: nerui: vene: arterie: panniculi: ligamenta: pinguedo: caro: pili: cutis: vngule. Aut in membra composita: vt caput: manus: pedes: ⁊ similia: hec autem vocantur officialia membra. Similia sunt octo: primo ossa, secundo chorde: cartilago: nerui: ligamenta: tertio vene: quarto arterie: quinto cartilagines: glandes: pinguedo: sexto cutis ⁊ pellicule: septimo pili: octauo vngule.

¶ De ossibus. Capitulū .ij.

Durior ⁊ siccior pars corporis sunt ossa: qđ duab⁹ de causis necesse fuit: aut quia corporis sunt fundamēta super que totius corporis sita est fabricatura: vnde ea oportuit esse firmiora: aut quia ab exterioribus defendūt interiora: vnde necesse fuit esse duriora. Ossa autē i corpe multa ⁊ diuersa i gñe sex de causis oportuit esse firma: aut ex corporis motiōe: aut ex corporis expellenda fumosa supfluitate: aut ex eorꝫ passibilitate: aut quia in alio loco parua: in alio oportuit esse magna: aut ꝓpter fortitudinē: vel ꝓpter sui motus leuitatē. Ex corporis motione: quia quedam mēbra in animalibus aliqñ mouere: aliqñ quiescere fuit necesse: aliquādo em̄ mouenť manus: pedes ⁊ caput: ⁊ manuū vole sine brachijs: ⁊ digiti sine volis: propter superfluitatis fumose expulsionē: quia omnis superfluitas aut subtilis est vel grossa: grosse viam dedit natura inferiorem: qđ satis patet visui: fumose superfluitati viam superius fecit per quā secreto expellitur: fecit em̄ poros in cute: sicut in capitis osse. Caput em̄ summa pars est corporis qđ est sibi idē qđ tectū domui: fumi vero natura semp altiora petit. Fuit ergo necesse ossa capitis perforata esse ne fumus cōclusus prohibereť exire. Hi ergo pori non propalanť visui: ne ab exteriorib⁹ aliquid intret qđ cerebro noceat. Ideoq3 multa ossa sibijnuicē sunt iuncta: que a medicis vocantur scoroma. Hec oportet esse multa propter eorū passibilitatem: vt facilius essent passibilia: si vnius pars pateretur necesse est totū sibi cōpatereť: vnde natura duo fecit vel tria: ⁊ vbi oportuit plura: vt si vnum pateretur compatiendo alterum non lederetur: ⁊ sanū vice infirmi fungeretur. Ossa ergo maxillarꝫ multa sunt: manuū atq3 pedū: que magna atq3 parua sunt ex quātitate membrorū: si em̄ membra fuerint magna: et corpe brachia ⁊ crura: magna sunt ossa: si parua vt digiti ⁊ similia: ossa sunt parua: ꝓpter firmitatē: quia natura videns vbi ossa debēt esse solida non ea fecit concaua: sicut nec maxillarum ossa: propter motus leuitatē fecit natura in coxis: ⁊ in similibus mēbris concauitates: quia vero erant magna ⁊ mobilia oportuit esse concaua: que duab⁹ de causis sunt medullis plena ne cōcauitate frangerenť: vel vt inde nutrirentur. Ossa iuncta aut sunt solida: aut īmobilia: quorū motus aut mollis est: aut durus: aut vt alterius acumē intra alterius sit concauitatē: que ex acuminis quantitate magna vel parua debent esse. Inest autē concauitati quoddā obstaculum ad acuminis repellendū ictum: ne cadens ⁊ concauum collidens suam perdat mobilitatē. Obstaculū quasi: quadā cartilagine est vestitū: ⁊ similiter concauū: quib⁹ viscosa humiditas inest vt leui⁹ mouerenť ossa vtrisq3 extremitatib⁹ quedā ligamenta inducunť neruosa: ne motu nimio ossa se iungerenť. Iste motus nō est equalis in omnib⁹ partibus: est em̄ vbi sunt crura: acumē: ⁊ concauitas vt in spatulis: est vbi vtraq3 longa vt in coxis: est vbi nō sunt rotūda: vt in spōdilibus: est cuius acumen non est de eodem osse: sed de alio cōiuncto sibi osse: vt in cubiti posteriori parte. Hmōi sunt ossa in concatenatione mobilia: stabilia sui firmitate quedā sibijnuicē sunt concatenata vt capitis craneū. hec enim ossa dentes habēt sicut serra: quorꝫ vnūquodq3 inter duo intrat alia: quedam sunt plantaria: sicut dentes in mento ⁊ in maxilla: quedam solida adeo sunt elimata: vt nimia planicie q̄si vnum videantur esse: quedā alba sicut pura ossa: quedā tm̄ viscositate sibi conglutinata sicut menti ossa vtrinq3 sibi cōcurrentia cum medio mento sunt solidata. Itidē inuenitur in quibusdam mobilibus.

¶ De ossibus capitis. Capitulū .iij.

Omniū ossium sex sunt modi: alia em̄ sunt capitis: alia dorsi: alia pectoris ⁊ costarū: alia spatularū ⁊ furcularum: alia manuū: alia pedu3. Ossa capitis sunt craneū ⁊ ossa mēti ⁊ dentiū: cranei forma est rotunda: ante tamen ⁊ retro acuta. Rotunda vt a passibilitate sit remotior: aut vt quātitatis cerebri sit capacior: anterius ꝓpter proram cerebri acuitur: vnde nerui procedunt a cerebro: qui quinq3 sensus deferūt. puppis posterius acuitur: vnde medulle spondilium egrediuntur: ⁊ nerui motum facientes voluntarium. Craneum ex ossibus est multis sibijnuicem concatenatis: qđ fuit quinq3 de causis: aut vt inde fumi supfluitatē reijceret: aut vt vene et arterie ad cerebrum introeūdi ⁊ etiā exeundi viam habeant: aut vt cerebro firmiter panniculi inhererent ne cerebro inciderēt: ⁊ cadentes aggrauarent: aut si vnum frangereť ne alia conquassarētur: aut quia est mollior prora: puppis vero durior: que due qualitates sibijnuicē sunt dissidentes: huius cranei forma est quintupla: ⁊ in artubus sextupla: cuius duo sunt ossa similia sibi: ⁊ vocantur decima: ⁊ est aliud in capitis prora: vbi inciditur corona ⁊ vocatur coronatum: cuius hec est forma. Aliud est oblongū per mediū capitis prorectū ⁊ vocatur erectum: cuius hec est forma ⁊ est aliud in capitis prora vel puppi qđ est sicut grecum lauda. His tribus sibi iūctis hmōi forma fit. decima ex vtroq3 latere sunt posita super auriculas a coronato incipientia vsq3 ad grecū lauda: ⁊ sunt longa ⁊ equaliter ab erecto separata: et sunt alia duo in medio capitis iūcta vtrinq3 cum erecto: hec sunt quadrāgula: quorum mollis est substantia propter fumi superfluitatem dissoluendā: qui circa ventriculū cerebri priorem adunatur. Sūt ⁊ duo alia vtrinq3 posita solis decimis a craneo differentia: que appellantur tempora. Sūtq3 triāgula in tria ossa diuisa: quorum vnūquodq3 suam habet naturam. Unū est petrosum qđ vocatur os petrosum foramen auricule habens ibi positū propter auricule diuisionē: alterius ossis eiusdē trianguli natura summitati māme est similis: qđ positum fuit ibi propter firmandū os menti ne locu3 suum exiret. Mēti em̄ ossa immobilia in istis sunt fundata: hoc os nō est adeo durū vt petrosu3. Est etiā tertiū qđ recte tempus est vocatū alijs duobus minus dictum: que iō sunt dura ne cito essent passibilia: itidē intelligas in alterius partis triāgulo. In prora capitis est quoddam os solo coronato differens a craneo: ⁊ hoc vocatur frons: cuius forma circuli est medietas: nec multum molle: nec multum durū: qđ ideo fuit temperatum vt non lederetur vicinitas oculoru3. Est etiam puppis os solo lauda differens a craneo: ⁊ vocať puppis os: forma cuius non eadem est in omnibus hominibus: durū est: quia puppis caret oculis quos custodiret. Preter ista sunt quinq3 alia. Unum palo similatur: qđ cranei et maxille est firmamentū ossi puppis iunctū: ⁊ vsq3 ad solum capitis os porrectū vt maxillis firmareť craneu3 differens ab osse puppis per quoddam os aliud: qđ greco lauda iungitur vtrinq3 ascendens vsq3 ad coronatum. Super lacertos temporum quattuor sunt alia ex vtroq3 latere alternata: ⁊ vtrinq3 vsq3 ad medium pertingentia: que vocata sunt paria: et ob defensionem temporū ibi sunt locata. Ossa maxillarum craneo sunt iuncta: que ideo de multis frustis fiūt vt si vnum pateretur: alia non lederentur: et quia naturaliter omnia dura erant ⁊ mollia oportuit esse plura. Sunt autē octo: duo oculorum: duo in maxillarū ⁊ nariū extremitate: duo alia: in naso in nasi foramine vnum: vbi pares dentes ⁊ quadrupli firmanť: alterū oculorū: duo vtrinq3 incipiūt a coronali confinio: ⁊ subt⁹ alia ptingūt ad oculos vsq3 ad maxillarum extrema partis descendētia: ⁊ ad nariū media: qb⁹ occurrit vnum ex vna parte protentū in quo pares ⁊ quadrupli firmantur dentes. Oculorum singula diuiduntur in tria ambo maxillaria sunt grossa ab ocularibus incipientia: et vsq3 ad caninos dentes protenta in quibus sunt oēs dētes preter quadruplos atq3 pares: quorum vnūquodq3 vtrinq3 naso est collaterale: ⁊ vsq3 ad caninos dentes protendunt se

que grossa sunt ꝛ dura: vtpote neruum ab eo descendētem defendentia. Nasi ossa prout diximus bina ab angulis mediorum incipientia ꝛ vsqꝫ ad quadruplos dentes protēta ꝛ nasi lateribus ab alijs differentia: que ideo sunt tenera: vt si forte rumperentur cito solidarentur. Os vbi est nasi foratitudo subtile est: ꝛ diuiditur in parua duo: que sunt perforata vsqꝫ ad cranei concaua. Os vbi dētes pares ꝛ quadrupli radicantur: differt ab alijs nasi lateribus. Si particularia totius faciei ossa scire volumus. xxxij. esse preter dentiū ꝛ menti inuenimus. Menti eñ ossa sunt duo in ipso iuncta medio vbi dentes firmanꝰ subtiliores quadrupli atqꝫ pares: quorꝫ altera extremitas duas habet furculas. Una est acuta sub partibus quos supra diximus: cuius acumini quedā chorda inseritur: que in lacertis temporū protendiꝰ: per quem bucca clauditur: altera furcula est grossa rotunda posita in concauitate que est sub duorum vberum cranei similitudine. Huius furcule rotūditate mentum fit immobile. Dentes sunt quasi quedam plantaria ossibus maxillarum ꝛ mēto insita qui sunt. xxxij. xvj. in maxillis superiorib⁹ positi: totidem in inferioribus: quorū quattuor in anteriori parte pares vocātur quadrupli ꝛ lati ꝛ acuti incisores a medicis vocanꝰ: sunt eñ necessaria ad incisionē cuiuslibet cibi: duo vocanꝰ canini collaterales quadruplis in summitate acuti: in radice vo lati duris cibis commolendis apti. Sunt ꝛ decem alij vtrinqꝫ gemini collaterales quadruplis: lati atqꝫ grossi: hi molares sunt vocati: ad molendū eñ cibum ꝛ frangendū sunt necessarij. Iste idem numerus dentiū in mento est intelligēdus. Hi omnes furcati sunt: sed in eis quidam sunt diuersi. Alij eñ quattuor: alij tres: alij duos habēt furculos: alij vnū habent furculū: quadrupli atqꝫ pares. s. molares tres: vlteriores quattuor: primi molares infra positi duas habent furculas: vltimi. iij.

¶ De ossibus dorsi. Capitulū. iiij.

Ossa dorsi ab ossibus incipiūt puppis capitis: ꝛ vsqꝫ ad vicinitatē protenduntur ani. Hec quattuor ob causas fuerunt necessaria: aut q: fundamenta sunt aliorū: oīa eñ super ea posita sunt: sicut nauis tota sup carinā mediā: aut q: opertorium sunt ꝛ defensorū viscerum atqꝫ lacertorū. aut q: neruus hmōi necessarius fuit toti corpori per quē descendentē a cerebro sensus membris daretur inferioribus ꝛ motio: cū eñ multa membra a cerebro sint remota: ꝛ vie longinquitate eis denegetur sensualitas: vis quedaꝫ data est spondiliū medullis per quas dispensaretur neruis eūtibus per remotas partes corporis: que quasi medulle lingua arabica vocatur nucha. Quarto dorsi ossa fuere necessaria vt custodirēt ꝛ defensarēt nucham: ne quid lesionis pateretꝰ ab extra positis: sunt ergo hec ossa defensaculū nuche: sicut craneuꝫ est cerebri: eadē eñ est nuche q̄ cerebri natura. Spōdiles duabus de causis ex ossibus sunt multis: vel vt quodlibet aīal se inclinare ꝛ erigere posset: aut vt eorum concauitas alicubi esset lata: alicubi stricta: ꝛ ossa alicubi grossa: alicubi subtilia. Eius eñ pars superior subtilis est ꝛ concauitas larga inferior grossa ꝛ subtilis cōcauitas. Dorsi ossa sunt quadripartita: alia eñ colli: alia dorsi: alia renuꝫ: alia iuxta anum. Homo collū habuit duab⁹ de causis: aut ꝑpter sonoritatē vocis: q: animal carēs collo voce caret oīno sicut piscis: aut si quā habeat raucam habet sicut rana: aut vt caput ante et retro moueretꝰ. Collū septē spondiles habet minores ꝛ subtiliores: in concauitate largiores. Dorsum duodecim min⁹ concauas: sed maiores ꝛ grossiores. Hec strictudo est earū: q: coste super eas fundate sunt: aut q: viscera cooperiūtur ab eis: earum concauitas ideo est stricta: q: nucha descendēs a cerebro in colli spōdilib⁹ est grossior: quā multitudine neruorum a dorso procedentiū necesse fuit subtiliari ꝛ concauitatem minorari. Renum spondiles prioribus sunt maiores ꝛ grossiores: atqꝫ concaue minus: qd postea probabimus. q̄ oīa vt diximus: ꝛ hic considerenꝰ: q: eñ de vtraqꝫ spondili duo exeunt nerui: necesse fuit subtiliari: harum inde fuit maioritas: q: vna vsqꝫ ad alteram portat. Sunt autē. xiiij. oēs iste sibi inuicē cōcatenate: exceptis prioribus in colli positis summitatibus: q: ex puppi duo exeunt acumina duab⁹ prioris spondilis concauitatib⁹ a dextris ꝛ a sinistris succedētia ex qua colligatione caput dextrorsum ꝛ sinistrorsum est mouere. A spōdili scda duo exeūt acumina ꝑ foramē prime spōdilis procedētia ad puppim vsqꝫ ad collū ptingentia q̄ duabus chordis ligantur ante ꝛ retro vt per eas moueatur caput. Oēs alie sibi sunt cōnexe quibusdā frustulis sinistris inter duas succedētib⁹ quib⁹ ꝛ sibi ꝯcatenarenꝰ ꝛ alterius motus eis nō ꝓhiberetꝰ. Dorsi spōdilis superior habet frustula duo: similiter inferior: quorꝫ vnūquodqꝫ subit sibi preparatam concauitatem: quinqꝫ colli: ꝛ quinqꝫ renum: quattuor habent sursum ꝛ quattuor deorsum. Horū singula cōcauitates suas intrāt singulas vbi perfectis cōnexibus sibi colliganꝰ. que ad hoc fuerūt necessaria: vt ceterorum essent firmamenta. In dorsi spondilib⁹ duo sunt tm̄: a quib⁹ duo alia sicut spina contorta exeunt. Hec contorta a medicis appellantur senenica: vnaqueqꝫ spondilis habet tria. vnuꝫ super: ꝛ duo subtus lateralia. similiter habent oēs preter primas in collo positas: que ideo caruerunt eis tortionibus vt non obessent lacertis caput ante mouentib⁹. Contorno ista in. ix. vel. vij. spondilibus petit inferiora. decima semper habet erectas: aliorum omniū superius contorta sunt. Hec senenica tribus de causis fuerunt necessaria: aut vt posteriora colli colligarēt: aut vt lacertos supra dorsum: venas arterias ꝛ neruos firmarent: aut vt costas sibi firmiter adherere faciant: vnaqueqꝫ spondilis duplicis est foraminis: per que pares nerui exeunt: qui de nucha interiori prodeunt. Horum eñ quedā foraminū inter duas spōdiles fiūt: quedam intra vnam tm̄ inter duas spondiles sunt foramina: q: cum vnaqueqꝫ semicirculos habeat ipsis iunctis necesse est reddi foramina. Hec cōsideranꝰ in colli spondilib⁹: alie eñ sunt superius plusqꝫ mediū habentes circulū: sed inferi⁹ habent minus: quibus iūctis perfectio fit circuli: ꝛ hoc in spōdilibus dorsi. Spondiles renū vnum foramen habent tm̄: q̄ sunt iuxta anum duorum sunt ossium: quorum vnum vocatur iuxta anum. Os istud latum inferiori spondili renum iunctum in similitudinē spondilis de tribus ossibus est factum: quorū duo lata duas habent cōcauitates nō adeo magnas. Hec sunt ossib⁹ coxarū iūcta: in quorū vnoquoqꝫ sunt foramina: a quibus nerui prodeūt: hec nō sunt lateralia: sicut spondiliū. Ossa eñ coxarum in lateribus sunt: foramina ergo ista in medio sunt posita. Alterū os vocatur ipse anus: similiter de tribus factum ossib⁹: hec sunt nature cartilaginum: a quibus tres pares nerui exeūt. Unū par exit de duobus foraminibus spondiliū foramina assimilantib⁹: os tertium inferius foramē habet aliud: vnde exit quidā neruus. Hec de dorsi sufficiant ossibus.

¶ De ossibus pectoris. Capitulū. v.

Pectoris fundamentū supra dorsum est positū cuius magna est concauitas vt intra se posita custodiat. s. cor: ꝛ pulmonem: ꝛ pāniculos ꝛc. Magnitudo cōcauitatis fuit vt pulmo posset huc ꝛ illuc dilatari: constat pectus costis ꝛ teneritate quadā costarū. xxiiij. in anteriores ꝛ posteriores fit diuisio. de. xiiij. anteriorib⁹ pect⁹ ꝯficitur q̄ dorsi sunt ligate spōdilib⁹ septene. s. ex vtroqꝫ latere semicirclo assistante. Si si iūganꝰ circulū facere videnꝰ: hec liganꝰ in anteriorib⁹ cū septem teneris ossibus cartilagini assimilantib⁹: sed tamen in teneritudinis summitate vera cartilago esse cōprobatur: que dum acuiꝰ est sicut gladius: ꝛ ori stomachi superponiꝰ: ad defensionem sui ꝛ cordis ꝛ diaphragmatis. Decē posteriores coste quinqꝫ dorsi spondilib⁹ sunt inserte: he sunt curte vt non possint ad ossa tenera pertingere: earū extremitas ne forte rūperetꝰ est cartilaginea: sunt autē oīa duo ꝛ. xxxvj.

¶ De ossibus spatule ꝛ furcula. Cap. vj.

Spatule ossa duab⁹ de causis fuerunt necessaria aut. s. vt defenderent pectus retro ne pateretur quid lesionis ab exteriorib⁹: aut vt armorum ligarent ossa: que interius sunt cōcaua: exteri⁹ vo gibbosa: erat eñ necessarium vt prodesset costis cōcauitas: que ossa habent nodos quos medici vocant spatularum oculos: quod nomen ex effectu sumpserunt sic: sicut enim oculi totius anterioris defensores sunt corporis:

et ista a posteriori defendunt pectora. Isti quasi oculi ideo sunt cõcaui vt armorũ acumina possint eos ingredi. Habet aũt spatula duo acumina: retro vnũ corui rostro assimilatũ: per qđ eadẽ spatula furcule est admixta ne a superiori locũ suum exeat. Intus vero alterũ ad hoc tm̃ positũ ne subtꝰ exiret acumẽ armorꝝ. Furcule ad hoc fuere necessarie vt armos ligarent: ⁊ a pectore differre facerent ne forte pectus manũ contraheret: horꝝ ossa exterius sunt rotũda interius nõ concaua: ⁊ cum teneritudine pectoris ante ligata: retro vero cum corui rostro: earum ligamẽta sunt ossa cartilaginosa que vocantur spatularũ capita ad hoc posita tñ vt cõcatenationẽ facerent armorum.

¶ De obssius manuum. Ca. vij

Vnaqueqꝫ manꝰ in tria ossa generaliter diuidiṫ in armũ cuius os est magnũ: concauũ atqꝫ rotũdum: ex familiari eñ parte cõcauũ est: ab extranea vero gibbosum atqꝫ rotundũ. Dico autem illud familiare qđ interiori parti corporis videṫ attinere: extraneũ qđ exterius. Hoc aũt fuit solitariũ: q: cũ spatulis vna concatenatiõe est copulatũ: fuit magnũ vt manum ferret ⁊ brachiũ: cõcatenatio eñ manus atqꝫ brachij huic cõnectitur ossi. Rotundũ efficitur vt non facile pateretur: fit autẽ concauũ vt arterie: vene: atqꝫ nerui viam haberent ad manũ atqꝫ brachiũ. Extranea gibbositas familiari parti fuit cõpetentissima. In extremitate superiori est acutum vt spatule intraret concauũ: ⁊ cõcatenatio fieret armorum. qđ adeo est molle vt locũ suum aliqñ cogaṫ exire: mollicies fit ideo vt armus vndiqꝫ sit mobilior. Extremitas inferior attinẽs brachio capita habet duo in familiari parte manus ꝙ nulli ossi colligaṫ: vt nerui: vene: atqꝫ arterie in eo ligarentur: intusqꝫ bina sunt duo: vnuꝫ retro: ⁊ alterũ antea que brachij intrant acumen: vt suam facerent concatenationem. Brachiũ ex duobꝰ constat ossibus. Vnũ supra ⁊ appellaṫ cubitꝰ superior. Alterũ infra ⁊ vocaṫ inferior. est aũt inferiꝰ priori maiꝰ: q: portãs portato maiꝰ dꝫ eẽ vṫ firmius. Hec duo rotũda hꝫ acumina que mala vocanṫ ad extremitatem armi pertingentia: malũ maius est exterius: atqꝫ minꝰ interius. cõcauitatẽ habent armi quã intrant cum extensio fit brachij. Exterior pars manus ex nouẽ minutis conficitur ossibus medulla carentibꝰ solidis ⁊ diuersis: ossa nouẽ habuit vt manus esset mobilis: sunt aũt diuersi forma. s. altera gibbosa: altera concaua: alia erecta: vt cum oĩa iungerentur quasi vnũ os redderet. Ista in duobꝰ ordinibꝰ sunt stantia: ex vna parte cum vole pectinibus: ex altera cum duabus brachij concatenationibꝰ fortiter liganṫ: concatenatio ad superiora habet horum tria: brachij concauitatẽ subeũtia per quam manus lateraliter extẽditur atqꝫ stringitur: concatenatio inferior atqꝫ minor extremitati interioris iũgitur brachij ipsius acumine cõcaui quinqꝫ ossiũ subintrãte. Hec cõcatenatio motũ facit ante ⁊ retro: vola manus in duo diuiditur. Pecten pars vna: digiti vocanṫ altera: q̄ pecten de xiiij. fit ossibus: ne si forte vnum patiaṫ: ⁊ altera non ledantur. Digiti sunt quinqꝫ: quorũ vnusquisqꝫ ex tribus componitur ossibus: que sibijnuicẽ concatenanṫ: ⁊ quattuor digiti cum pectine ligantur: pollex cum brachij interiore: ⁊ in ossiũ iungitur concatenatione: suntqꝫ noduli inferiores superioribus maiores ⁊ latiores: quia portãs eo qđ portatur latius est atqꝫ firmius.

¶ De ossibus pedum. Capitulũ. viij.

Ossa pedum medici in quattuor diuidunt. sunt eñ coxarum: sunt hãcharũ: sunt ⁊ crurum atqꝫ pedum. Hãcharũ ossa ante ⁊ retro superiꝰ cũ ani ligantur ossibus: cuius vnaqueqꝫ pars in tres diuiditur: os mediũ atqꝫ superius ꝓprie vocaṫ hancha: que ligatur cum ani ossibꝰ concauitatem suam intrantibus: hec proprie hãcha vocatur: pixis vero eiꝰ cõcauitas. os scđꝫ est post istud qđ os ylíũ vocaṫ. tertium os peius est: os coxe est necessariũ ꝓpter coxe motum. Ossa interiora ⁊ exteriora ad custodienda spermatis vasa: matricẽ quoqꝫ ⁊ vesicã rectaqꝫ intestina. Os coxe maius est totius corporis ossibus: totũ in extranea parte a superiori aut familiari ab inferiori a posteriori parte concauũ: ab interiori gibbosum duo habẽs acumina: scꝫ superius et inferius: cuius magnitudo fuit duabus de causis: vel quia totius corporis ossium est fundamentũ: vel q: maiorẽ lacertum portat per quem motio fit pedum. Tortitudo extranee partis a superiori parte est: vt locum habeant lacerti: qui si essent extrinsecus in eundo fricarenṫ: tortitudo a familiari parte inferior: ne si essent ex vna parte tortitudines totũ corpus tortum ⁊ inrectũ fieret: concauitas posterior ⁊ gibbositas anterior vt firma esset sessio: acumen rotũdatur superiꝰ: vt hanche pixidem ingrediaṫ. Inferius duo acumina duas cõcauitates cruris sunt subeuntia. Crus eñ duorꝫ est ossiũ que arũdines vocata sunt. Vnum magnũ in familiari parte positum duo habet concaua: que cõcatenatũ genu reddunt inferiori parti coxe iuncta. In huius concatenatiõis spacio supremo est rotundũ os cartilaginosum atqꝫ cõcauũ: cuius concaua cruris ⁊ coxe intrant ossa: hocqꝫ vocatur genu. Arũdo altera in parte est extranea: q: subtilior ⁊ curtior est arundine prima non pertingens a superiori vsqꝫ ad concatenationem poplitũ: sed ab inferiori maiori iũgitur arũdini: his arũdinibus cauille peduꝫ iunctis concatenatio quedam fit: vnde motus procedit calcanei. minus autẽ in iuuamẽto maiori datur vt pondus patiatur facilius: aut vt neruos: arterias ⁊ lacertos tutaretur: aut vt inter ipsum atqꝫ maius cõcatenatio calcanei redderetur. Pedis diuisio est senaria: est eñ cauilla: est ⁊ calcaneus: ⁊ pedis nauicula ⁊ rasca: q̄ sic lingua vocaṫ arabica ⁊ est pectẽ: sunt ⁊ digiti. Os calcanei rotũdũ est superiꝰ a parte familiari: ab extranea parte lõgum est ⁊ subtile subterꝰ latũ atqꝫ solidũ attingens terrã. Rotũdũ ne qđ forte patiaṫ. Lõgitudo atqꝫ subtilitas vt bñ firmareṫ: vel vt supposita patereṫ. Soliditas vt ferre dura posset corpa: cauilla calcaneo est supposita mollibꝰ ligamẽtis retro cõnexa duo habẽs acumina a parte familiari maioris intrans cõcauitatẽ arundinis: ab extranea minoris: hac concatenatione calcaneus sursum ⁊ versum mouetur. Os nauicule ad modũ nauis est factũ superius ⁊ retro: ⁊ vtrinqꝫ operiens extremitatẽ cauille: vnde est ligatũ sicut esset cõcatenatum: per hec peditat lateralis motus: vtrinqꝫ ista cum calcaneo est ligata: sed ab extranea parte infra a familiari altius: vt locus remaneret concauus. Hec concauitas dupliciter fuit necessaria: vt. s. si pes acute rei superponereṫ concauum haberet ad qđ cito confugeret. vel vt calcaneus ad motum leuior redderetur. Rasca quattuor habet ossa. tria posterius cum nauicule retro iuncta ossibus a parte familiari: aut cum tribus ossibus pectinis. Os quartũ qđ vocatur glãdosum in parte minoris digiti est positũ: cuius acumen vt ligetur retro calcanei intrat concauũ: aut cum duobꝰ pectinis ossibus ligatur. Rasca fuit in pedibus necessaria: sicut et in manibꝰ: sed tm̃ ista quattuor: illa ossa hꝫ octo: maior eñ motus manibus ꝙ pedibus fuit necessarius. Pectẽ ex quinqꝫ conficitur iunctis cum quattuor rasce ossibus: tria eñ horũ iunguṅṫ cum tribus rasce: duo cum glandoso vno: pectẽ pedum vtile fuit sicut ⁊ manuũ: quattuor digiti tria ossa habẽt singuli: pollex q̄ est maior tm̃ habet duo: qđ idcirco cõuenit vt pedes essent cõcaui. Intus maiora habuit vt pes posset sustentari: vt sicut manus per pollicẽ tenendi habuit facultatem: ita ⁊ pes sustentãdi in descensum siue ascẽsum firmitatem. Oĩa ergo corporis ossa sunt. xl. ⁊ cc.vij. capitis quattuor paria. xiiij. maxillaria: dentium inferiorũ. xvj. vnum pali: duo menti: dentiũ superiorũ. xvj. spondiles. xxiiij. coxaruꝫ iij. ani. ij. coste. xxiiij. teneritudines. viij. spatule. ij. capitũ spatularum. ij. furcularũ. ij. armorũ. ij. cubitorũ superiorum. ij. inferiorũ. ij. rasce manuũ. xvj. pectinis in manibus. viij. digiti. xxx. hancharũ. ij. calcaneorũ. ij. nauicularũ rasce pedum. x. digitorum. xxx.

¶ De cartilagine. Capitulũ. ix.

Cartilago est ossium teneritas quorũlibet fetuum ossibus assimilata: de qua satis tractauimus in ossium compositionibus: cum quibus iũgitur vt est pectoris teneritas: costarꝫ extremitas: ⁊ hypocundriorũ pars in ano ⁊ hãcha: ⁊ extremitatibus ossiũ acutoruꝫ nariumqꝫ auricularꝫ gutturis: ⁊ canaliũ pul-

monis: que omnia fuerūt cartilaginosa ne forte rumperentur cum plicarentur.

¶ De neruis. Capitulū .x.

Erui sunt necessarij vt sensum atq motū volūtarium ferrent membris totius corporis: ossibus: ligamētis τ cartilaginibus: pinguedini: τ glandibus: in natura enī sua nullū horum habet sensum neq motū. Sed hec singula put dicem⁹ fuerūt necessaria. Quidā medicorū dicunt dētes osseosos sensum habere: q: labiis trementibus τ ipsi tremere videnť: τ dolorem patiuntur: dolor aūt nō est sine sensu: qđ negant alij dicentes dolorē illum esse in gingiuis atq neruis. quorūlibet neruorū fundamentū est cerebrū cum volūtarij motus atq sensus sit firmamentū. Oēs autem nerui aut de cerebro prodeūt: aut de mediatorib⁹ cerebri. Cerebri mediatores dicūtur esse spōdiliū medulle que nucha sunt appellate: qđ ideo oportuit esse ne si omnes a cerebro pdirent immediate: aut rumperētur aut nimia lōginquitate sensus perderenť. Oē brorum ergo propinquorum nerui a cerebro procedentes sunt molliores: de nucha duriores: exeūtes a prora cerebri olfum aliorū sunt mollissimi: q: sensum portant alijs. molliores vt cito muteně circa sentientes. Prodeuntes a puppi cerebri fuerunt duri: vt motū possent pati: q: mollia veloci motu cito rumpuntur. Neruorum a cerebro exeuntiū septē paria sunt quidam ad oculos progrediunť vt darent eis sensū visus. Alteri ad eosdē vt darent eis motionē. Aliorū quidā vadūt ad linguam τ sensum gustus dant τ motus: quidā ad tempora vt motū comedēdi dēt. Isti ijdē ad nariū exeūt extremitatem τ vsq ad labia: quidā ad gingiuas atq dētes tendunt donātes eis tactū. Quartū priorū parium diuiditur p palati summū vt ei donet gustū. Quinti paris pars tēdit ad auriculas: vt auditum eis prebeat: pars ad latitudinē pectoralium lacertorum tēdit vt virtutem det eis motionum. Sexti paris pars tendit ad viscera vt per eā sentiant. Pars ad lacertos gutturales vt eos moueat. Septimum vadit ad lacertos lingue τ gutturis vt inde possint moueri: vnūquodq istorum priusq exeat craneū duobus cerebri panniculis est coopertū: subtilis pāniculus propter nutrimentū sui est venenosus: alter est grossior τ durior ab ossibus cranei defendens neruos. Primū par neruorū a cerebro exeuntiū est cōcauum nulli aliorum tanta concauitate assimilandū: cui⁹ substantia cerebri nature est vicina: concauitas ergo eis omnibus fuit necessaria vt per eos spiritus visionis daretur oculis. Sunt autem isti maiores neruis totius corporis: quod ex duabus causis cōtingit: vel ne cōcauitatis causa rumperentur: aut vt maiorem quantitatē ferrēt spirit⁹. fuerūt molles vt sentientē facerēt velociter: pdeūtq isti duo a duob⁹ quasi vberibus cerebri vicināntes naribus prius concaui ibi iunguntur: a naribus vō procedūt ad oculos hoc modo Cōcauitas ista oculis pmaxime fuit necessaria vt si forte pateretur vnus ramusculus: per alterū alteri lumen oculo preberetur: hoc probare poteris si clauso vno oculo alterū aperueris. Neruus a dextra parte veniens ad dextrū oculū tendit: a sinistra ad sinistrū. Quorū singulus ad oculos vsq progressus ita ibi dilatatur vt vueā tunicam circūdet cōcauus. Spiritus autem visionis a cerebro progrediens: τ eandem percutiens oculū irradiat. Nerui isti egressi a cerebro molles sunt τ lenes: sed quanto plus ab eo elonganť: tāto duriores efficiunť. Ad oculos autem cum veniūt: ibidem rursus mollescunt. Secundū par neruorum a posteriori parte incipit aliorum priorū: quorum vnusquisq exit per foramen cranei qđ vicinum est oculorū singulorum concauitati: quā circūdantes dilatanť: vt p eos oculi moueanť. Par tertium incipiens retro post secundū se diuidit: τ per sedem capitis exiēs a puppi cerebri: quarto pari vnitur: sed postea pricipatur separatum: qui cum exeat a craneo in quattuor diuidiť neruos. Unus foramē exit qđ vena subijt iuuenilis. hic cum per ceruicē descendit in viscera diaphragmati superposita dispergit se per ea. Alter foramē ossis temporis egreditur: τ neruo quarti paris cōmiscetur. Tertius cum foramē ossis ocularis exeat. vnde secundū par iam exierat: in tres alios diuiditur neruos: horum primus furculatus in exterioib⁹ oculorum angulis dilatatur: τ lacertos temporum tandem ingreditur. Alter ab angulis oculorum maioribus narium foramina ingressus ibidem in quattuor diuiditur. Alius in maxillis in duos neruos se diuidit. Unus intrat oris interiora: ab altero extrinsecus vtraq superioris labij extremitas petitur. Quartus tertij paris neruus superius propter incidentē diuisionē intermissus p maxillas se diuidens maximū dat gustum lingue. Hui⁹ altera pars inferioris labri dentes radicat τ gingiuas. Quartū par septem parium principaliū tertio pari sibi iuncto: post ab eo seiungitur: τ per tunicam palati dispartitur vt per ipsum sibi tactus prebeať. Quintū vō par in egressione sua in duo diuidiť paria. Unū a cerebri incipiens prora alterū retro. tertiū principale par: in auricularū secedit foramina: vbi se dilatās eadem circūdat: hoc autem par auribus auditū dat. Secundū par huius quinti a posteriori parte exit prioris p foramē scz vbi petrosum vocať orbū cum tamen sit apertū. Hoc cōmixtum pari tertio ex magna parte secedit in maxillarū lacertos. Altera pars in lacertos temporū vt eorum adiuuet sensum: τ par tertiū. Sextū par principale a puppi videť exire per foramen narium vtriuq in extremitate lauda greca assimilante: ab vno quoq eorum quattuor iterū nerui exeūt. Prim⁹ intrat lacertos gule valens ad fundamēta lingue adiuuās. Par septimū in eiusdē lingue motū. Alter tendit ad lacertos summarū spatularū. Tertius qui est maior ceteris p ceruicem vsq ad venam iuuenilē descendit: per quā vadens in furcula diuidiť multiformiter. Partitur enim in lacertos gutturis τ descendēs ad pectus in furculam aliā diuiditur: τ redit ascendēdo in gutturis lacertos caput habentes inferius. Hic a medicis vocatur tornatilis: hic iterū furculať: et ad cor ex parte diuidiť: ad pulmonē quoq τ ad lacertos ei⁹ τ ad canales eius: qui suppositus diaphragmati l viscera τ os secedit stomachi miscēs se neruis tertij paris. Septimū par principale incipit a puppi cerebri: vnde nucha ortū habuit: hic se in lacertos diuidit lingue: partimq cum cartilagine cōnectitur gutturali scutū assimilanti: in lacertos diuisa inclinatos positos in osse lauda grecum assimilante. Alij a cerebro videnť procedere nucha mediatrice. Nucha enī a cerebro descendit in spōdiles dorsi incipiens a fine puppis: idest a prima spondili colli: ab hac nucha ex necessitate procedunt nerui τ sensum τ voluntariū motū portātes membris sub collo positis. Sunt autē trigintaduo sibi paria τ vnum tm̄ impar. In collo enī octo: in dorso duodecim: in renibus quinq: iuxta anū tres: in ano tres: in fine ani vn⁹. Prim⁹ de octo exit a prima colli spondili secedens in lacertos capitis pars secunda inter primā τ secundā spondilē habet exitum partim in cutem tendens capitis vt sentiat: τ in posteriores colli lacertos pars altera: alij in latos vadit lacertos super spatulas: par tertium inter scđam exiens τ tertiam spōdilē: in alios vtrinq diuidiť neruos: quorum vnus ad lacertos interiores: alter ad lacertos vtrinq vadit posteriores. Par quartum exit per foramina tertie atq quarte spondilis: cuius vnūquodq caput in duo diuiditur: pars horū maior τ plurima contra spondilē in spinam tendit. Inde in lacertos inter dorsum τ collum positos. Inde reuertens in dorsi lacertos furculatur: pars altera minor miscetur cum pari tertio. Par quintū inter quartam atq quintā exit spondilem: cuius vnaqueq pars in duas diuiditur alias: minor pars adeundo spatulas in lacertos diuidiť earum: maior partim procedit in spinam dorsi: partim in latos super spatulas lacertos: partim in lacertos inter collum τ caput positos. Altera pars huius maioris misceť cum septem parib⁹ a ceruice pcedentib⁹: τ secedit postea vsq ad diaphragma. Sextū par exit inter quintam τ sextā spondilē. Septimū autē inter sextam τ septimā. Octauū inter septimā τ octauā. Hec aūt paria partiunť in multa: pars enī in lacertos tendit capitis τ colli. Alia in lacertos dorsi: Alia in diaphragma pter octauum tm̄. Alia in ascellas vsq in concauitatē spatule vt motum det digitis. Alia in brachij cutē vt faciat sentientē. Primum .xij. pariū a pectoris spondilib⁹ exeuntiū inter primā exit τ secūdā: cuius pars vadit in lacertos: aut costas. Alia in lacertos super dorsum. Alia sup primas costas: τ octauo pari coniungitur procedēs vsq ad volā manus vt p ipsum

sibi dentur motus atq; sensus. Alterum par inter secundā ⁊ tertiā exit spōdilē: ⁊ diuidit in cutem armi vt det sensum ei. Altera pars tendit in lacertos costarū atq; pectoris. Tertium inter lacertos spatularū atq; dorsi vt motū prestet eis. Similiter altera .x. paria a spondilibus pectoris exeūtia vni cuiq; mēbro sibi vicino virtutē subministrant: ⁊ vnusquisq; inter duas spondiles exit: sed tamen duodecim ab integre spondilis medio pcedit. quinq; parium in renibus: alij in lacertos supra vētrē: alij vadūt sup penē: alij furculātes descēdunt vsq; ad summos pedes: tria a foraminibus ossium ani exeuntia in lacertos sibi vicinos diuidunt: ⁊ ex magna parte descendūt ad pedes summos: tria ab ano exeunt ⁊ impar vnde primū exit ab osse tertio qd ponit iuxta anum: ⁊ a primo trium ossiū ani: hec autem ⁊ duo alia diuidunt in multa: quedam enī in nariū lacertis: quedā in lacertis virge: alia in vesicam: alia in ipsam virgam: oēs ergo nerui pares atq; principales sunt .xxx.

De ligamentis aut chordis. Cap. xi.

Ligamētū est suba īter neruos atq; ossa ossib? mollior neruisq; durior: incipit enī ab extremitate ossium: ideoq; nullū habet sensū: illa enī tantū sentiūt que de cerebro exeunt. Ligamēta duab? de causis fuerunt necessaria: vel vt ligent ossa in concatenatione sua: vel vt lacerti cum ossib? per ea ligent. Eorū forma est diuersa: aut enim vt nerui sunt rotūdi: q: in locis neruis carentibus sunt posita: vt in concatenatione armi ⁊ cubiti: aut etiā sunt lata vt ligandorū sint culcitra ⁊ firmiter ligent liganda: aut sunt lata ⁊ subtilia sicut panniculi: vt per ea vene defendant atq; nerui. Cubitales aūt chorde et lacerti vndiq; sunt his sicut defensorib? cooperti: ⁊ similiter alij his similes locis. Chorde sunt inter ligamenta ⁊ neruos: q: a ligamētis ossiū ⁊ neruis ad lacertos procedentib? fiunt: cum enī nerui a lacertis progrediunt: in ipsas diuidunt: ⁊ cum eisdem miscent. Ligamentorū pars cum eisdē ab ossibus pdeuntib? est mixta: cōmixtiones horum lacerti vocant. pars neruorū ⁊ ligamētorum in summitatibus est lacertorū in membrorū confinio se mouentiū vbi cum eis miscent ⁊ chorde vocant. Chordarum vo natura ligamentorū ⁊ neruorum est media: vnde etiam sentiendi: ligandi et mouendi habent supplementa: earū forma sicut ligamentorū est diuersa: aut enī est rotunda: aut lata: aut subtilis. Sicut panniculi rotunda in lacertorum capitibus est posita et concatenationi eorum est vicina. Hec autem rotundatur ne quid forte patiatur: quales sunt chorde in brachijs ⁊ rasce concatenatiōe lata in cōcatenatione ipsa: vt eius cōcauitatē teneat. Lata ⁊ subtilis sicut sunt pāniculi triplicis est iuuamenti: aut enim subtilē sensum dat mēbris: sicut chorde sub volis manuū dilatate: que sunt instrumenta vt vole tangant tangēda: aut in duriciem ⁊ sensum prestent: sicut chorde que sub pedum se dilatant plantis. Hec enī ⁊ sensum vt passibilia sentirent dant ⁊ duriciem vt calcatā paterent soliditatē. Tertium iuuamentum est vt pelliculas corporis operirent ⁊ defenderent: sicut chorde super duos lacertos vētris posite que duriciem sibi dicuntur dare. Similiter ⁊ omnes alie lacertorū vētris.

De venis. Capitulū. xij.

Vene incipiētes ab epate fuere necessarie vt sanguinem ab eodē ad mēbra corporis nutrienda ferrent. Sunt autem nature rarioris atq; molioris ꝙ nerui: ⁊ epatis nature fuerūt vicine vt mutarent aliquātulū cuiuslibet rei ad se veniētis succum siue sanguinē: que de vna tunica sunt facte non de duab? sicut arterie. Arterie enī spirit? recipiūt ⁊ sanguinem: iste vo solum sanguinē. Vene ergo exeuntes ab epate sunt due. Vna enī exit ab epatis concauitate que nomē sortita est lactee porte: altera a gibbo epatis vn̄ concaua debet vocari. Porte extremitas anq̄ epar exeat est quinaria exiens ab epate vsq; ad duodenū intestinū videtur pertingere: ibi vo diuiditur in octo duorū ramorū: vna intestinū intrat portās ad epar succum ab ipso intestino recipiendū. Altera secedit ī stomachū ⁊ in aliud intestinū qd porta est vocatum: et inde cibi succum portat siqd ibi reperiat. Reliquarum sex venarū due sunt: quarū vna vadit in latitudinē stomachi diuidendam in dextram sui partem portans illuc ab epate succū vnde ventriculus stomachi cibum digerens sibi sumit nutrimentū: altera ad splenē vsq; progressa: feces sanguinis ab epate trahit. Sz anteq̄ illuc veniat: diuidit in furculas ⁊ in carnē nutriendā secedit quā ponagras vocāt medici. Cum autem de splene venerit paruula vena procedit ab eo vadens in dextrū stomachi latus vt ab eo nutriatur. Hec eadem paruula furculat postea vt ad pinguedinē tendēs rectum intestinū circūdat: ⁊ quicquid ibi cibi reppererit ad epar deferat. Quarta vena in latus vadit dextrū: ⁊ in intestinū qd colon appellāt vadit. Quīta vt similiter superiori faciat. Sexta subtile petit intestinū: ⁊ hec multiformiter diuisa vadit vsq; ad ieiunū: ⁊ inde orbū petet intestinum: ⁊ hoc qd iuxta est colō vt simile faciat superiori: hec est diuisio vene que superius habuit nomen porte. Alterius pars que vocat ꝯcaua multiformiter diuiditur circa epar: postea ab epatis gibbositate exeūtes: quedā cibū a porta ferūt ad concauā: quedā cum ab epate seiungant in duas partes diuiduntur. Vna maior pars petit inferiora tendens ad extremam dorsi spōdilē. Altera minor sursum vadit de qua sum? modo tractaturi: ascēdēs supra pertingit ad diaphragma: ⁊ cum ibi se diuiserit tendit ad pāniculū medij pectoris: et ad panniculū cordis: ⁊ ad glandem que morū vocat a medicis vbi furculata tandē ad cordis auriculam tendit maiorē: vnde egressa in tres diuiditur venas. Vna maior secedit in dextrā cōcauitatē cordis ⁊ inde ī pulmonē tēdit: ex hac exit vena que vocatur arteria. Altera dorsum circūdat ibi se diuidens vt ipsum nutriat. Altera petit inferiora pectoris vt lacertos costarū nutriat aliaq; mēbra costis vicina: que cū cor egreditur multimode diuidit. Subtiliat enī sicut pilus ⁊ in pāniculum mediantē pectus partitur postq; in duas diuiditur venas: quarū vnaqueq; tendit ad furculas vt ibi se dilatans faciat furculas duas: quarū vna in dextrā teneritudinis: ⁊ in eiusdē sinistram vadit vsq; ad cartilaginē que est super stomachi os: ⁊ assimilat gladio. Scōa furcula in q̄nq; diuidit. Prima est super pectus ⁊ in quattuor costas summi pectoris dispartitur. scōa vadit ad spatulas: ad collum. tertia: quarta sex spondilū supremarū colli intrat foramina ascendēs caput postea. Quinta maior ceteris in ascellas vadit: ⁊ ibi in tres se diuidit venas. Prima ⁊ secūda in molliores se dilatant ascellarū carnes: tertia in pectus descendit: ⁊ exteriora petit ventris: quarta in tres diuidit. harū prima in lacertos concauitatis spatularū tendit. scōa in maiorem lacertū. tertia his maior in manus per armū secedit: hec vocatur ascellata que est basilica: hac diuisione executa harū venarū concauitas ascendendo petit furculas: ibiq; vnaq̄q; in duas diuisa occulte ascendit prima ⁊ vocat arteria occulta a parte altera ⁊ vocatur aperta que cum a furculis elongatur in duas magnas partitur venas. Vna per latus vadit in partes inferiores corporis ante et lateraliter. Altera autem dorsum ascendit postea vt circundet furculas: et cū priori mixta vocatur aperta cū appareat: sed anteq̄ misceat in multas diuidit: quarū quedā semp sentiunt: quedā nō in omne tempus: aranee enī tele assimilant: que cū postea adunentur due partes efficiuntur. Vna tendit in latitudinem corporis ⁊ cum redeat in singulari furcularū iungitur: altera colli petit confinia. Vna semper apparentium sensui per spatulas in manum tendit: ⁊ vocatur cephalica ⁊ alibi spatulosa: in istis sunt ⁊ alie due in initio fundate: quarum vna spatularum petit capita: ⁊ ibi est diuisa: altera ad summos ascendit armos. Aperta arteria in duas diuiditur venas. Vna petens inferiora partim diuiditur per maxillas. Altera pars maior mento et lingue et vicinitati sue iungitur vsq; in caput. Occulta arteria ascendit in os stomachi: ⁊ ibi diuisa miscetur cum aperta ⁊ inuoluitur gutturi eiusdēq; lacertis: ⁊ exinde ori stomachi: qd inde remanet ascēdit os qd greco lauda assimilat: ibiq; diuidit pars in prima secedit spondilē ⁊ secundā. Altera subtiliata sicut pilus in primam spondilē: ⁊ caput diuidit: sicq; craneū intrat p foramē ossis lauda vt illa loca nutriat: hic secreta finit arteria. Nūc ergo ad ascellatā que ⁊ basilica siue spatulata dicit reuertē-

dum: que ⁊ cephalica: harū pars in armo multiformiter est diuisa ⁊ in venas q̄ vocat̄ media: sed rursus adunat̄ postea: altera pars remanet integra. Spatulose em̄ pars in cutē armi diuiditur vt lacerti interiores inde nutriant̄. Ascellata similiter in eodē armo spargit̄ vt lacerti exteriores per eā nutriantur: sed in armi cōcatenatiōe his condescendētib⁹ media q̄dā ex vtrisq; ꝯficit̄. hec em̄ q: brachij est media: vocat̄ media. qđ remanet de spatulosa partim in brachij tendit exteriora brachij funis vocanda: ⁊ descendit in rascas manuū inferi⁹ vbi in extraneā rasce partē diuidit̄: pars altera cum ascellate iūgit̄ parte vna: quod remanet de ascellata in ptes duas diuidit̄: quaꝝ vna rursus in duas alias diuidit̄. Una prioris dualitatis inter auricularē digitū ⁊ medicū vadit: hec lingua arabica vocat̄ osilla: altera inter mediū ⁊ indicem vole petit vicinitatē. Maior pars secunde diuisionis in tres diuidit̄. Una inferioris brachij latitudinē vsq; ad rascā tendit manualē. Altera super priorē sita rasce petit confinia. Tertia circa cubiti diuiditur media ascendēs vsq; ad brachij superiora a parte extranea: que in duas diuisa tēdit vsq; ad rascam manuū exterius: ⁊ ibi inter indicē diuidit̄ ⁊ policē. Pars altera petit brachij inferioris extrema in tria ibi diuidenda. Una haꝝ inter indicē vadit ⁊ mediū ⁊ cū mediatrice indicis ⁊ pollicis iuncta ibi tandē efficitur vna. Altera inter mediū ⁊ medicū. Hec est illa quā propter splenē incidūt medici: sanguinē inde emittentes rādiu quousq; per seipsam obturetur. Tertia inter auricularē secedit ⁊ medicū. Hec est diuisio sursum euntis cōcaue. pars descēdentis anteq̄ diuidatur ꝑncipalr̄ in radicē ipsam: sicut pilus partit̄ multiformiter ⁊ subtiliter. Hi aūt q̄si pili i parte dextra renū pāniculos ⁊ sibi vicina loca petūt: q: ea nutriūt. Postq; hec pars principalr̄ furculat̄ ⁊ cōcauitatē renū ingredit̄: per has renes sibi attrahūt sanguinis colamentū: quedā a renib⁹ testiculos intrat: vbi furculat̄: ab his rursum due vene in renum spondiles exeūt: q̄ per duo latera vadunt ad alia: ⁊ ad lacertos iuxta anum. Ab his duab⁹ due venule exeunt: que spondiles intrant ⁊ vt nucha eas nutriūt: que ad spondilū nūc venientes vtrinq; vadunt lateraliter. vna in dextraꝫ coxam. altera in sinistrā: de quarū radice decē exeunt vene. Una in anum vadit. Scđa subtilis sicut pilus ad pelliculas penis. Tertia ad carnem super ossa ani existentē. Quarta ad lacertos qui circūdant nates. Quita ad os matricis: ⁊ partes inferiores ⁊ vesicam. Sexta ad lacertos qui sunt super penis ossa. Septima in eis que sunt super vētrem. Octaua in naturam femineā ⁊ masculi virgam. Nona ⁊ decima in lacertos costarū vsq; in ylia. Facta hac diuisione vna furcula secedit ab eadem radice que in coxas vadit: altera in earū exteriora a parte scꝫ extranea tendēs vsq; ad inferiora: ⁊ diuidit̄ multiformiter in inferioris coxe veniens lacertos: ad genuū concatenationē in tres diuidit̄. Una per medium ⁊ per omnes coxe lacertos superiores ⁊ inferiores partitur. Secunda in cruris exterioris arundinem vsq; in cauille concatenationē: hec autem vena vocatur scia. Tertia in cruris inferiora descēdens vsq; ad eorum gibbosa atq; cauillam: ista a medicis vocata est sophena: que ambe cōueniunt in calcaneū. De scia due vene exeunt circūdantes minorē arundinē ab extranea .i. familiari parte: ⁊ diuidunt̄ in pedē ⁊ supra ⁊ infra. Alie tm̄ minorē circūdant arūdinē. Una ante ⁊ altera retro. He sunt venarū corporis cōpositiones: quarū vndecim sunt diuisiones. Sunt em̄ quedā vene ad vmbilicū fetuū venientes ab epate: alie a porta: alie a concaua. Uene quoq; pectoris ⁊ vene diaphragmatis: spatulosa cum suis ramis: ⁊ ascellata cū suis exteriores arterie: et circūdantes ventrem: vene ossis ani ⁊ vene exteriores ani.

¶ De arterijs. Capitulū .xiij.

Veneque vocantur arterie nature fuere necessarie vt calorem naturalē a corde ad oīa mēbra corporis deferrent ⁊ spiritum vitalē. He autem arterie de duob⁹ panniculis sunt cōposite in forma similes: sed in substantia dissimiles. Earum interiora per latitudinē sunt villosa: quarū substātia est dura ⁊ q̄nquies est grossior q̄ sint exteriora: extrinsecus villosa earū per longitudinē vadunt pauca per transuersum: harū arteriarū substantia est mollissima: qđ eis necesse fuit: quia duos motus habuere. Unum in dilatādo cum sibi spiritum a cordis trahunt imo qđ cum exteriorib⁹ fit panniculis per lōgitudinē. Secūdus est motus constringendi ⁊ fumosam superfluitatē expellendi: qđ cum interioribus fit pāniculis per latum villosis. Hi autem adiuuant̄ per villum transuersum: his pāniculis retinetur sanguis qui a corde trahitur. vnde duriores sunt exterioribus imo venis oīb⁹: qđ eis cōuenit ex motu ne forte rumperent̄. He autē vene a cordis incipiunt sinistra concauitate: ex hac em̄ due procedūt pulsatiue: quarum vna minor panniculū habet vnū mollē. Hecq; vena vocatur pulsatiua: que necessaria ob hoc fuit vt multam quantitatem sanguinis: ⁊ spirit⁹ ferret pulmoni: ⁊ aerē exciperet quē sanguini donaret. hec vena pulmonē intrat: ⁊ ibi multiformiter est diuisa. Altera est priore maior quā aristotelici vocāt orthi: audacēs vo͛ medici. Ista a corde ascendēdo diuiditur in duas. Minor secedit in dextram concauitatē cordis: ⁊ ibi diuidit̄. A maiore cor circūdatur. Quicq̄d remanet de his furculatis in duas se diuidit: vna ascēdit sursum: altera descēdit deorsum: q̄ maior q: inferiora mēbra superiorib⁹ sunt plura: ascēdens sursum duarum postea fit venarū: maior tendit ad gingiuas: ⁊ ex trāsuerso in dextra latera: que ad molliorē ascendens carnem quā appellāt morū glandem in tres diuiditur: due sunt maxime procedentes in latera occulte arterie. vna dextrorsum: altera sinistrorsum: has in colli sentimus lateralibus: iuueniles q; vocant̄: que absconse se cōmiscentes ⁊ in ascensu carneā concauitatē subeuntes multiformiter diuiduntur: ⁊ iuncte sicut vene efficiunt̄ sub⁹ cerebrum se dilatantes vt spiritus animatus digerat̄: postea adiuncte: ⁊ sicut prius due effecte substantiam intrant cerebri vt animatum sibi ferant spiritum. Tertia que remāserat in tres diuiditur alias. Pars ad oculos tendit ⁊ in priores colli spondiles ⁊ spatularū vicinitatē vsq; in earum summitatē: ⁊ descēdens vsq; ad ascellas iungitur cum ascellata ibi absconsa ⁊ in man⁹ diuisa est mltis modis furculata. Parue in lacertis manuū interiores tendunt ab interiorib⁹ vsq; ad cubitos in quibus extra apparent cum ascellata: ⁊ postea redeūtes ad furculas multis modis ibi furculant̄ ⁊ in lacertos brachij diuiduntur. Altera ad manuū rascam vadit per superioris viā brachij. Hec est cuius pulsum in morbis medici tangūt. Altera ab inferioribus brachij ad rascam manuū tendit diuisa in lacertos vole: aliquando apparet retro manum. Altera pars vene ascendens sursum vsq; ad sinistram ascellam per trāsuersum diuiditur in sui lateris mēbra: sicut ⁊ altera iungens se cum ascellata. Uena orthi descēdens deorsuꝫ recta sup spōdiles dorsi vsq; in anū vadit: ad quē anq̄ descendat in procedendo fit multimoda diuisio: eiusq; in vniuscuiusq; spondilis latera ⁊ intrat spondili vicina membra. Una harū subtilis diuiditur per loca pulmonis tendēs vsq; in eius extremitatem ⁊ in canales eiusdem. altera vadit in costas: due alie parue in diaphragma. Alia circundat intestina subtilia que postea diuiduntur intra rectum intestinum ⁊ circūdant ipsum. Hecq; vene pulsatiles miscētur alijs pulsum non habentibus: et cum subtiles vene diuiduntur: singulas spondiles singulum par ingreditur. Quedaꝫ vo͛ vadit ad nuchā: quedam ad hāchas vbi admiscentur venis pulsum non habentibus: que cum ad ossa ani perueniant in duas se diuidunt: sicut ⁊ non habentes pulsum q̄ subtus eos sunt. Una vadit in dextrā: altera in sinistram coxam: sed anteq̄ ad eas veniat: vnaq̄q; furculatur. vna in vesice latus vsq; ad vmbilicum progreditur: que in fetu manente in ventre matris solet inueniri: in perfectis em̄ vix inuenire poteris cum descendit tm̄: ⁊ in lacertos super anum diuiditur: sicut de non pulsatili vena diximus: sed quedam pars in interiora: quedam vo͛ vadit in exteriora. Iste sunt arterie que habētur in corpore. Quedam vo͛ sunt circūdantes fetum. quedam ab orthi procedentes ad venas vadunt vsq; pulsatiles: alie ad quinq; spōdiles: alie in medias furculas; alie vadūt ad ascellas: alie ad iuueniles: alie ad diaphragma secedentes: alie in primis furculate ad epar atq; splenem; et inestina se extendunt.

¶ De carne ⁊ pinguedine. Capitulū.xiiij.

Carnis species in corpore sunt tres. Quedam enī pars neruis ⁊ chordis admixta lacertꝰ: est vocata: de qua carne dicemꝰ in mēbrorū cōpositione. In his autē lacertis maior pars est carnis: alia caro sola inter durā ⁊ mollem est temperata: alia est glandosa. ¶ Sola caro est in coxis: ⁊ in dorso exteriori ⁊ tinteriori atqꝫ inter dētes. Sed que in coxarū iacet parte extranea: ossium super eam quiescētiū est quasi culcitra. Caro exterior ⁊ interior dorsi duabꝰ de causis necessaria fuit. Interior enī dorsi caro interiora calefacit que ꝓpter nuche naturalem frigiditatē: ⁊ ossium atqꝫ neruorū que naturaliter frigida sunt facta est. Estqꝫ eius altera causa. s. concauitatis neruorum ascendentiū: arteriarūqꝫ descendentiū recreatio maxima: ne forte rumpētes deficiant in via. Caro dorsi exterior ab exteriori aere sui est defensio: ⁊ concauitatis spondiliū ⁊ costarū recreatio. Caro inter dentes eorū firmat radices nutriens eos vt sint stabiles. Caro glandosa diuiditˀ in tria: humectationē enī bonā ⁊ iuuantē generat: qđ testiculi ⁊ mamille faciunt ⁊ glandes que subtꝰ linguam sunt: q̄ ori ⁊ lingue humiditatē attrahunt: ne nimia siccitate torpescant ad motum nature. Alia enim glandosa: aut replent loca vacua: aut venarū ⁊ neruorū sunt fomēta qualia sunt in ventre posita: ⁊ ea que vocantur mora: ⁊ que ventriculorū cerebri sunt media. Sunt quedā etiam glandosa expulsum a membris humorē recipientia: qualia sunt nascentia in inguinibus: post auriculas in collo: glādes intestinū circūeuntes vene exeūti ab epate fuere necessarie: que cum exeat intestinum circūdat: vadensqꝫ inter intestinū et stomachū circundat illud qđ porta est vocatū. Huic vene nerui admiscētur ⁊ arterie: que descendētes a corde in corpus inferiꝰ circūeundo intestinis prebent sensum. Hecqꝫ omnia in loca diuidūtur sibi vicina: ⁊ in illa vñ fel currit ad intestina: quorū via ex suspensione nimia non fuisset tuta nisi natura mirabilis eis subsisteret: hec glandosa quibꝰ loca replerentˀ vacua vt in via hac quiescerēt: ⁊ ne nimio interstitio atqꝫ motu se rumperent. ¶ Glandosa fuerūt mollia vt suauius quiescerent super ea: vt si forte aliqua duricies eis obuiasset mollia haberent ad que refugerēt. Glādosum morū est maius: q: a superiori parte costarū dilatatur. glās illa que pinui est assimilata in medio ventriculi cerebri: ad hoc fuit posita vt idē qđ superiora suppleat. Glandosa expulsos hu. tm̄ recipientia in ascellis sunt necessaria: vt hu. malos a corde expulsos recipiant: quos q: debilia sunt in expellendo retorquere nō possunt. Inguinis glandosa ab epate recipiūt expulsa: colli ⁊ post auriculas a cerebro eiecta.

Pinguedo est res humida que maxime inuenitur super pelliculas et neruosa loca naturaliter frigida. Sanguis enī subtilis ⁊ vnctuosus pinguedinē non obseruat in locis calidis ⁊ sibi penetrabilibꝰ. Sȝ cū veniat in loca naturalr frigida ibi tandē se coagulat: et pinguedinem concreat: qđ fecit natura ex necessitate sibi maxima: vt nerui ⁊ pellicule: q: sicca fuerant pinguedine refocillarētur humida: ne forte rumperentur ex nimio suo motu.

¶ De pelliculis. Capitulū.xv.

Pellicule siue pāniculi subtilia et dura sunt corpora quibꝰ cooperiuntur membra: nihil vō subtilius nec preter ossa durius in toto corpore reperitur: qđ fuit necesse vt alia mēbra possent cooperiri ⁊ defendere dura: ne facile rumperētur subtilia: ne nimia corporis quātitas occuparetur. ¶ Membrorū quedā vnū: quedā duos habent panniculos: lacerti vno tm̄ sunt contenti quo vndiqꝫ sunt operti: qui pāniculus ita glutinatur eis vt non facile auferatur: qđ tribꝰ de causis necesse fuit. pmo vt mēbra sibi coadunet: secundo vt ab alijs separet: tertio vt si quando lacerti seinuicem percutiunt: per hunc pāniculū tuti maneant. Interiora membra duos habent. Vnū eadem necessitate qua et lacerti: alterum superpositū priori nō tm̄ iunctū ei nisi vbi mēbra sunt sibijnuicem ligata: qui fuit necessarius vt membrū esset tutius ⁊ ligaretur firmius. Mēbra interiora pectoris duobus sunt operta pāniculis preter illum qui costarum est coopermentū. Mēbra ventris illis ambobꝰ operiuntˀ: quibus etiā cerebrū cooperitur: qđ quomodo fiat dicemꝰ. Sed prius dicendū est de cooperētibꝰ costas. Pāniculus costarū subtilis sicut aranee tela omnes interiores pectoris operit costas: ⁊ mēbra circūdat pectoralia: a quo duo prodeunt pectus partientes mediū: qui in longitudine furcularū incipiētes iunctivsqꝫ ad finem tendūt pectoralis teneritudinis. In cuius extremitatibꝰ anterius solidatˀ: posteriꝰ vō cū pectoris spondilibꝰ vbi iuncti paulatim se separāt: vt ad cor perueniant ad quod dū perueniatˀ: tūc tandē maxime se iunguntˀ eos enim mediat cor cum pāniculis suis: ⁊ postea iunguntˀ cum dorsi spondilibꝰ: vbi perfectissime solidantˀ. Sunt autē in pectore cōcauitates due ad seinuicē separe. Pectoris vō panniculi duplr sunt necessarij. Maior fuit necessitas vt si vna pectoris ꝯcauitas suā actionē amitteret ex passiōe aliq̄ altera expleret qđ infirma nō posset: vt si in vna pte apostema nasceretur: ibiqꝫ flatus amitteretˀ: altera medietas medium flatum et vocem faciat. Si enī vtraqꝫ infirmetˀ morte intercidente vitalis flatus amittitur. Minor fuit necessitas vt ab ipsis exirent ⁊ mēbra concaua operirent: idest pulmonem: neruos: venas ⁊ arterias. Ligētqꝫ mēbra pectoris ne suis excederēt locis. Cordis pāniculus qui sua capsula esse dicitur: ex omnibꝰ cor circūdat partibus: cuius forma forme cordis est imaginata: qui aliquantulū a corde est semotꝰ ne cor a suo motu prepediatˀ. Hic cordis sedi colligatˀ venis et arterijs ab ipso ꝓcedentibꝰ: panniculisqꝫ pectoralibꝰ in acumine cordis ambobꝰ colligatˀ pāniculis in fine pectoralis teneritudinis. Ividem se habēt omnes panniculi mēbrorū pectoris: sed non adeo sunt remoti. Est ⁊ alius arabice syphac vocatus: qui sicut aranee tela subtilisˀ: qui sub lacertis ventris positꝰ a cartilagine gladio assimilāte icipit: que supest ori stomachi tendēs vsqꝫ in os penis: circūdansqꝫ stomachū super os dorsi dilatatur. Est autem circa os stomachi grossior: sed semper subtiliatˀ vsqꝫ ad penis os. Solidaturqꝫ cuȝ diaphragmate superiꝰ ⁊ lateraliter cum lacertis ambobus qui super ventrem dextrorsum ⁊ sinistrorsuȝ ponuntˀ. subtꝰ cum penis osse ligatur ita firmiter vt vix aliquis eradicet: maximeqꝫ cum diaphragmate ⁊ cum lacertis ani vtrisqꝫ ex quibꝰ exeūt chorde subtiles atqꝫ parue: que huic pāniculo vniuntˀ: ideoqꝫ inseparabilis esse probatˀ. Unde quidam putant chirurgici in cōsutura ventris vulnerati solum syphac tangi ⁊ ꝯsui: qđ falsuȝ est cū ita sit operimētū ⁊ coadunatio chordarū. Iste fuit vtilis quinqꝫ de causis. Primo q: operimentum est membrorū omniū sub diaphragmate positorū. Scđo vt defendat ne lacerti ventris cadant sup viscera. Tertio vt cum feces ibi excitantˀ: facile expellantˀ. syphac cū diaphragmate istuc retro: illuc vt ante cogūt feces exire: sicut si cōstringatˀ manꝰ: resqꝫ aliqua liquida mittatˀ. Quarto vt nō multū stomachus inflетur cum res inflatiua comedatˀ: ibi enī destruitˀ ventositas exprimentibus diaphragmate ⁊ syphac. Quinto vt colliget omnia sub diaphragmate membra posita. Dat enī iste syphac pāniclos p viscera vt sicut ⁊ totū corpus cutis: ita ⁊ viscera custodiāt panniculi. s. stomachū: epar: splenē: renes: intestina: matricem: vesicam: testiculos: venas: arterias: atqꝫ neruos. Pāniculꝰ operiēs stomachū grossior est pāniculis aliorū viscerū: ⁊ hoc ideo vt si inflетˀ nō rumpatˀ. hic cū syphac ligatur. Subtiles epatis pāniculi cū diaphragmate sunt ligati ex parte gibbositatis: cū intestinis ex parte sui concaui. Pellicule splenis cum posterioribꝰ ligantur costis ⁊ cum hācbis. Similiter renes: intestina: vesica: matrix: atqꝫ testiculi habent pelliculas se operiētes: ⁊ vicinis sibi membris colligantes. ¶ Testiculorū panniculus qui a syphac ad spermatis vasa disgreditur invtrūqꝫ testiculum diuiditˀ. vnde vtrūqꝫ operitur: sacculusqꝫ testiculorū vocatur. A syphac vō egreditur vnus: ipsius ⁊ intestinorū medius: cui ventris pinguedo coniungitˀ: que arabice zirbū vocatur: ⁊ a pinguedine secedēs intrat intestina que circūdat operiens venas ⁊ arterias: iste vnus atqꝫ solus duas venas atqꝫ neruos ⁊ intestina defendit ⁊ circūligat. Quomō zirbū venis pīguedine ⁊ pāniculis tegitˀ ⁊ ꝯficitˀ: hic mō reticebitˀ. Cum enī de cōpositis sit membris: inter cōposita dicetˀ. Ibi

panniculi oĩa mēbra tegunt: q2 a summo craneo prodeunt: cerebrũq3 operiũt: in quo tantũ duo sunt. vnꝰ grossior dura mater vocatur ⁊ craneo supponit. hic cerebro fuit necessarius: vt a duritie cranei ipsum tutaret q̄ cranei ossibus cõnectitur serrã assimilantibus. Alter est subtilissimus ⁊ colligat arterijs atq3 venis forme assimilatus secũdine. Secundina enim est illa in quo vene arterieq3 ⁊ panniculi sibi inuicem sunt cõnexi. hic fuit necessarius vt per ipsum a dura matre cerebrũ tutaret: venisq3 sibi ministrantibꝰ nutriret atq3 calor naturalis per pulsum daret ei: oẽs ergo vene nerui et arterie his pelliculis intra cerebrũ operiũtur anteq̃ craneũ egrediant. Sed de cerebri dicturi cõpositiõe de his dicemꝰ liquide: sicut enĩ natura mirabilis pelliculas fecit interioribus curandis: ita ⁊ cute extrinsecus circundedit corpus ne quid forte pateretur deforis.

De cute. Cap. xvj.

Cutis aũt in hominibus pulchrior: mollior: subtiliorq3 efficit q̃ i qbuslibet alijs aĩalibꝰ ꝓpter nobilitatẽ tactus. Si enĩ dura ⁊ grossa esset sicut piscũ conchile cũ pateretur nihil sentiret. Si pilosa sicut asinoꝝ atq3 boum: piloꝝ massa attenuaret tactũ: vnde manuũ volis subtilior ⁊ mollior fuit propter tactum ⁊ in capite fragilior q̃ in alijs mēbris: vt fumositates a toto corpe reciperet ⁊ excluderet. Est aũt hec cutis tota vndiq3 perforata vt fumos a se excludat. Hec autem foramina pori sunt vocata. Cutis quoq3 hoĩs nõ in oĩbꝰ mēbris est equalis: cutis enĩ faciei subtilior est alijs causa sensus atq3 claritatis. Si enĩ grossa foret rubor sanguis nõ in ea appareret Grossa est in alijs mēbris sicut in pedũ plãtis: qđ iđ conuenit vt forte pungẽtibus aculeis nõ inde coꝝ lederent lacerti. est ⁊ mollis sicut volaꝝ cutꝰ qđ ideo fit vt cito mutaret in naturã rei sense: est ⁊ dura sicut peduꝫ planta: vt calcare posset dura: est nõ pilosa vt cutis manuũ atq3 pedũ vt maiorē habeat sensum: est et pilosa sicut cutis capitis barbeq3 ⁊ supercilij: qđ dicet cũ de pilis tractabimꝰ. Cutis oĩbus sic cõiungitur suppositis vt nullatenus posset excoriari. Solidatur enĩ cũ lacertis sicut cutis maxillaꝝ atq3 frontis labiorũ q3 ⁊ faciei: narũ quoq3 extremitatis: vel cũ chordis vt cutis volarũ manualiũ ⁊ plantaꝝ pedũ: q̄ chorde exeũt a lacertis medioꝝ brachiorũ q̄ anteq̃ veniãt ad rascã manuũ dilatare plãtas implicant digitorũ ipsaꝝ manuũ: qđ tribꝰ ex causis ꝯuenit: vel ex tactus nobilitate: vel ne pili ibi nascerent quibus tãgendi sensus impediret: vel vt mixtio cutis ⁊ costaꝝ quoddã faceret tẽperamentũ. A lacertis crurũ exeunt chorde ad plãtas pedũ ⁊ venientes ad cauillã ibi tandẽ se dilatãt plãtasq3 operiẽtes se ꝑfectissime alligãt vt vix aut nũq̃ excoriari valeãt. Cutis alioꝝ mēbroꝝ inter se ⁊ lacertos habet panniculum: vnde facilius excoriatur.

De pilis ⁊ vngulis. Cap. xvij.

Piloꝝ ⁊ vngulaꝝ nõ idẽ qđ totius corporis est incrementũ: oĩa enĩ mēbra corporis in longuꝫ atq3 latum vident augmentari: sed hec solum in lõgitudinẽ crescunt. Jrẽ definitũ habẽt mēbra crescendi modũ: hec aũt augmentant interim dũ viuit: qđ ideo fit: q2 q̃dã expulsio sunt corpis. Pili ex fumo calido ⁊ sicco cõficiunt. Subtilitas enĩ fumi dũ egredit extraneo aere exiccat: q2 dum mollities interioris fumi per poros exeat aer exeuntẽ ⁊ nõ se diuidentẽ exiccat. Sunt ĝ pili naturaliter iuuamentũ corporis vel tantũ superfluitatis expulsio. Juuamẽta sunt capilli ⁊ cilia: capili enĩ caput custodiũt honestãtq3 ⁊ defendũt: quibus si careat ⁊ maxima est inhonestas ⁊ precipue in mulieribus. Supercilia defendũt ne quid nociuũ desuper cadat in oculum. Sunt ⁊ honestantia q2 homo dedecorat coꝝ carẽtia. Cilia ante ⁊ retro sursum ⁊ deorsum sunt oculoꝝ iuuamẽta. H habent ꝓpriũ qđ nõ est alioꝝ piloꝝ: ante enim sunt erecta: q2 si forte leuarent sursum oculũ non clauderẽt: neq3 ab aũ veniẽtibus ictibus eum defenderẽt: sed hec sursuꝫ illa deorsum cooperirent visum. Hec eadẽ nõ crescũt q2 naturaliter sicut alia mēbra fundata sunt. Palpebre facte sunt nõ porose atq3 dure vel vt pili semper erecti essent vel ne crescerẽt. Herba enĩ in terra molli nimis inclinat atq3 crescit. In terra dura nõ crescens stat erecta: hec facit natura corporis iuuamenta atq3 ornamenta. Solũ ornamentũ est barba bene apparens ⁊ cooperiẽs maxillas. Est aũt cã cur masculus et nõ femina barbescat: q2 masculi calidiores sunt: in quibus fumus qui piloꝝ est materia: augmentatur magis q̃ in feminis: ⁊ q2 nature sufficiebat expellere per vnũ locũ in masculis expellit per duo loca. i. caput atq3 barbã: vnde fit vt femine calidissime aliqñ videant barbescere: ⁊ ecõtra in masculis frigidis. vñ eunuchi nõ barbescũt q2 perdiderũt mēbra calidiora. Pili ergo isti facti sunt a natura vt essent iuuamẽta ⁊ ornamẽta. Alij oẽs nature sunt expulsiões: q2 mēbra calida ⁊ humida ⁊ inde fumũ emittentia sunt pilosa sicut penis ꝓpter testiculoꝝ cõfinia: ⁊ pectus propter vicinitatẽ cordis: hec omnia nõ sunt naturalia: sed superfluitatis expulsiua sicut videmus in hortis: quedã non studio colẽtiũ nasci. Vngula est solidata cũ carne sibi iũcta et cute supmo: cuiꝰ ligamẽta sunt chordosa: veniũt tamen ad vngulas nerui vene arterie vt eis dent sensum ⁊ naturale nutrimentũ harũ incrementum non longum est atq3 latum sicut alioꝝ est mẽbrorum: erit ergo tantũ longũ sicut ⁊ pilorum.

Finitur liber secundus: sequit liber tertius.

Capitula libri tertij.

De compositis membris. Cap. j.

Talia superius de consimilibus membris tractauimus: de compositis mēbris que officialia dicũtur dicturi sumus. Cõposita membra aut sunt vniuersalia vt caput: manus: ⁊ pedes. Aut particularia q̄ vniuersaliũ sunt ptes: vt lacerti vel musculi: qui ⁊ ipsi sunt cõpositi de carne: de neruis: de venis: de ligamentis: de pãni

culis. Caput aūt mēbꝛū est vniuersale: qḋ de lacertis similibusqꝫ mēbꝛis cōpositū videt̄ esse. Prius de cōpositiōe lacertorum sermonis sumamus exoꝛdium: ignoꝛatis etiā totius partibus: ⁊ ipsum totum ignoꝛabitur.

De lacertis siue musculis. Cap. ij.

Musculus ergo cōponitur de carne neruisqꝫ ⁊ ligamentis: atqꝫ pāniculis vestit̄: ⁊ super ossa ligatur ligamētibus ab ipsis ossibus procedētibus. Nerui aūt a nucha vel cerebꝛo exeūtes ad lacertos: cū ad superioꝛē veniūt extremitatem in multimodā seducunt̄ diuisionē: ⁊ in lacertoꝛū miscent̄ carnē. Ab ossibus quoqꝫ q̄ musculis supposita sunt: ligamenta exeunt q̄ cū neruis ⁊ carne se cōsuūt: ex hisqꝫ coꝛpꝰ conficitur qḋ lacertus vocat̄. Ab inferioꝛi autē extremitate musculi exeūt nerui cū ligamētis que cum misceantur coꝛpus efficiūt: qḋ choꝛda vocatur. Choꝛde autē ⁊ nerui fuerunt necessarij causā volūtarij motus mēbꝛoꝛum. Choꝛde aūt musculi extremitatē exeūtes extēse ligant mēbꝛa concatenationē: cuius causa musculus est factus. Cum autē necessarius sit motus mēbꝛi volūtarius: lacertus in sui oꝛigine retoꝛquet̄: cum quo choꝛde ita foꝛtiter trahunturvt membꝛa concatenata moueant̄ ⁊ in lacerti partē reducant̄. Si enim volas manuū interioꝛ mouerit lacertus ad trahendum lacertum internus tota manus replicatur. Si aūt exterioꝛ dilatat̄ manus extra reclinatur. Oēs lacerti quinqꝫ modis sunt diuersi: scꝫ in quantitate: qualitate: figura: situ loci ⁊ ꝯpositione choꝛdarū ab eis egressarū. In quātitate: quia quidā sunt magni: vt maioꝛa mēbꝛa: sicut coxe per eos possent moueri: quidā parui vt palpebꝛaꝝ lacerti: ⁊ per quos minoꝛes pedū mouentur digiti: vt enim Gal. testat̄: hi pro nimia puitate sui vix inueniunt̄ ab anatomicis. Sunt etiaꝫ lacerti subtiles sicut super ventrē positi: qui ventri ⁊ intestinis fuerunt necessarij in expꝛessionibus digestionis ⁊ vt adiuuarent vesicam ad expellendū vrinā. pꝛosiciūt etiā parturientibꝰ in fetuū exclusionibꝰ: ⁊ ab eisdē diaphragma adiuuatur cū pectus inflat̄ ⁊ expꝛimitur vt vox vel flatus recipiatur: per hos em̄ calefit stomachus. In figura sunt diuersi: qꝛ taliter opoꝛtuit eos figurari pꝛout capacitas est mēbꝛoꝛum vbi sunt positi. Sunt em̄ quidam trianguli sicut lacerti pectoꝛis. Alij rotūdi sunt sicut circūdātes vesicā atqꝫ anū: alij quadranguli sicut super ventrē positi: alij lōgi sicut alij duo super ventrem suspensi. Ex situ loci sunt diuersi: quia qui retro motui fuerūt necessarij super longitudinē mēbꝛoꝛum sunt erecti. Ex cōpositiōe diuersitas est lacertoꝝ super ventrē locatoꝝ: quoꝝ caro neqꝫ neruis neqꝫ ligamētis cōmiscet̄: tn̄ in eoꝛū extremitatibꝰ choꝛde solidantur. In choꝛdarū egressione dissimilitudo videt̄: qꝛ aliqn̄ a lacertis duobus siue tribus vna sola choꝛda egreditur: sicut illa choꝛda grossa que ad pedes ꝓcedit̄: hec aūt a duobus exit lacertis qḋ necesse fuit qꝛ mēbꝛa erāt maxia: qbꝰ nō sufficiebat vnꝰ lacertus. Sunt ergo duo vt tractus sit foꝛtioꝛ: vel si vnus lassescat: alter medietatē suam compleat. In membꝛis quoqꝫ similibus idē inuenitur. Sunt aūt lacerti a quibus due vel tres choꝛde exeunt vel plures que sunt de medio inter. viij. vt in cruris pꝛoꝛa posito. Ab hoc enim. iiij. choꝛde exeunt q̄ ad quattuoꝛ digitos pedū tendunt. huius fuit magnitudo qꝛ si vnus solus esset idemqꝫ paruus: choꝛde adeo subtiles essent vt in digitis illis nō sufficerent. Similiter in quibusdā alijs mēbꝛis inuenies. Sūt aūt quidam lacerti a quibus choꝛde nō exeunt: sed quasi in eoꝛū extremitate lacertoꝛum sunt solidate sicut in lacertis qui super nares sunt: ⁊ qui collum vesice circūdant: hmōi sunt diuersitates lacertoꝛum.

De lacertis mouētibus collū ⁊ caput. Cap. iij.

Lacerti aūt oēs in. viij. diuidunt̄ ptes. Alij em̄ caput ⁊ collū mouētes: alij gulam atqꝫ guttur ⁊ sibi vicina: alij spatulas: alij manū: alij pectꝰ: alij ventrē: ⁊ eius vicina voluntariū motuꝫ habentia: alij pedes: alij coxas. Lacertoꝛū capitis quinqꝫ sunt modi. Sunt quidā faciē mouētes totam pꝛeter mentū ⁊ oculos: alij mentū: alij oculos tantū: alij caput: alij collum. Mouentes faciē sunt sex. Duo mouēt maxillas: ⁊ separant labꝛa: ⁊ hi appellantur lati. Choꝛde de pꝛimo hoꝛum parte a colli spondilis spinis exeunt: ⁊ ad extremas maxillas tendūt: ⁊ separatim mouēt eas: ⁊ in quibusdā etiā hoībus auriculas. Secunda pars choꝛdaꝝ ab ossibus pꝛocedit mediarū spatularū: ascendensqꝫ per collum ad extrema vadit labioꝛū: vna sinistroꝛsum alia dextroꝛsuꝫ: que ambe cum vtrinqꝫ moueantur sicut toꝛtura os mouet̄. Si vna sola: os in choꝛde parte toꝛquet̄. Choꝛde qꝫ tertie partis ab ambabus exeunt furculis: ⁊ ascendendo vadunt in inferioꝛa labꝛa toꝛquentes inferius buccā trahunt. Quarte partis choꝛde in transuersum ab eis furculis exeūt in hūc modum. Pꝛocedēs em̄ a dextra parte petit sinistrā: ⁊ ecōuerso sinistra dextram: que cū trahantur vtraqꝫ labꝛa iunctim egrediuntur. Lacertoꝛuꝫ faciē mouentiū duo superius labꝛa trahunt: alij duo super extremitatē dilatātur narium: vnus super frontē fronti necessarius: vt per eū clauderētur oculi: ⁊ aperirentur. Lacertoꝛū oculos mouentium: quidam palpebꝛas tantū: quidam oculos: quidā visuales adiuuant neruos ne foꝛte rūperent̄ cū ad videndū nimis aperirentur. Palpebꝛas mouentes sunt tres: vnus est suspensus in eodem osse vbi est oculus: choꝛda hmōi palpebꝛaruꝫ cōnectit̄ pelliculis: qḋ necesse fuit vt aperirent̄ oculi. Alij subtilioꝛes: pꝛimo in angulis oculi sunt positi: ⁊ quasi in cōcauitate oculoꝝ sepulti. Choꝛde eoꝛū ad extremitatē cōueniunt oculoꝛū ⁊ palpebꝛarū: ⁊ vtrinqꝫ se cū eis iungūt: hę claudūt palpebꝛas si vtraqꝫ suū officium suppleat. Sed si vna pars illarū patiatur: tūc nō clauditur palpebꝛa: nec aperitur que passio ab Hippo. ossiolos vocatur. Lacerti firmātes visuales neruos sm̄ quosdam sunt duo: tres vero sm̄ alios. Lacerti mouentes oculos sunt sex: duo ipsos oculos regūt: tertiꝰ mouet in partē dextrā: vnꝰ in sinistrā: quintus superius sextus attrahit inferius. Lacerti mentum mouentes sunt quattuoꝛ pares: duo pares ad superioꝛa mentum mouentes. hi sunt ambo lacerti tempoꝝ: ⁊ ambo lacerti q̄ sunt in oꝛe: tertiū par incipit post auriculas: ⁊ parū descendit in collū: post ascendit in mentū inferius mouens ipsum: quartū par est super maxillas mouēs mentū ⁊ vtraqꝫ labꝛa. lacerti hi masticatoꝛes vocant̄. Lacerti mouētes caput dupliciter accipiuntur: aut enim caput mouent solū aut caput ⁊ collū. Solū caput mouentes quidā sunt inferius inclinantes: ⁊ sunt duo pares post auriculas incipientes: ⁊ vsqꝫ ad furculas ⁊ pectoꝛis teneritatē tendunt: quidā in altū erigūt ⁊ retro flectunt: hiqꝫ quattuoꝛ pares sunt: quidam vtrinqꝫ mouent: ⁊ duo pares in cōcatenatione capitis positi: vnus dextroꝛsum ⁊ alius sinistroꝛsum. Caput ⁊ collum mouētiuꝫ quidam mouent retroꝛsum ⁊ sunt pares quattuoꝛ: quidā mouent ante ⁊ in latera vtraqꝫ: ⁊ par vnum subtus os stomachi positum cuius villum cum secunda ⁊ pꝛima spondili est solidatum.

De lacertis mouentibus guttur ⁊ sibi subiecta. Cap. iiij.

Lacerti mouentes gulā ⁊ guttur sunt quattuoꝛ: q̄ a teneritudine costaꝝ pectoꝛis incipiunt: duo iunguntur cū ossibus lauda assimilātibus: ⁊ mouēt gulā inferius ⁊ duo ligant̄ cū cartilagine scuto assimilante: alij quattuoꝛ sunt qui ad inferioꝛa trahūt. Lacerti gutturis sunt. xvj. duo incipiētes a lauda ⁊ duo a scuto: q̄ttuoꝛ ad inuicē iūcti sunt: vt ⁊ scutū stringāt cartilagini: q̄ttuoꝛ cū cartilagine iūgunt̄ q̄ carēt noīe: duo stringūt cartilaginē cipho assimilantē: duo incipiūt ab osse sagitte assimilāte ptingētes ad vtraqꝫ latera lingue. Sūt ⁊ alij q̄nqꝫ a lauda incipiētes: quoꝝ quattuoꝛ linguā mouēt. quintꝰ lauda tenet. Sūt ⁊ duo lingue suppositi p latū villosi. Gule v̄o lacerti sunt duo: vnus dexter: alter sinister. qui necessarij sunt ad vocē emittendā: ⁊ ad trāsgluttiendū. Solius colli sunt quattuoꝛ lacerti. duo retro dextoꝛsuꝫ mouēt collū: alij v̄o ante sinistroꝛsum.

De lacertis mouētibus spatulas. Cap. v.

Lacerti mouentes spatulas sunt. vij. duo a spōdilibus exeuntes: ⁊ per transuersum descendētes: vnus in oculum spatularū ascendens in furculas sursuꝫ: vt versus caput spatulas trahat. Alter ad inferioꝛa tendit: ⁊ iungitur cū spatulis: ⁊ simile

facit priori. Tertiꝰ incipiens a prima spondili secuꝫ oculos spatularũ iũgit: ꝛ spatulas ad collũ erigit. Quartus a lauda incipit iũctus coste superiori: ꝛ rostro adherēs corui: q̄ ad hoc adiuuat vt in partē colli leuet spatalas. Quintꝰ ꝛ sextus q̄ a spinis spondiliũ incipiũt dilatant spatulas atq̄ stringũt. Septimꝰ ab osse pectoris incipit: ꝛ ĩ inferiorē spatularꝫ partē tendit: qd̄ fit vt in vno motu spatulas añ ꝛ retro superius ꝛ inferius trahat ꝛ similiter ad armos inferius ꝛ retro.

De lacertis mouētibus manus. Cap. vj.

Lacerti quibus mouent̃ manus sunt tripliciter alij eñ armũ: alij manualē plantā: alij mouent brachia. Mouētes armũ sunt .xij. tres a pectore descendētes armũ mouēt in partē extraneā horũ vnus qui maior est sub mamillis incipit: alij duo ab ossibus teneritudinis aliorũ duorũ: vnꝰ a costis incipit posterioribꝰ: alter ab hanchis: quibꝰ singulis lata chorda exiēs nectit̃ concatenationi. Armorꝫ quinq̄ incipiunt ab ossibus spatularꝫ ꝛ armo se iungũt. vnꝰ horũ est in lateribus spatularꝫ positus: alij duo in extraneā partē mouēt armũ: sꝫ raro p̄ter hos .xij. quidā alius paruus est lacertus in fundo spatularꝫ positꝰ: iuuās per trāsuersuꝫ moueri armũ. Lacerti mouētes brachiũ q̄ttuor sunt positi sup̄ armũ mouētes per trāsuersuꝫ in hũc modũ: q̄ fuerunt necessarij ad hoc vt brachiũ lateraliter teneret̃ rectum sursuꝫ ꝛ deorsum: duo horũ in anteriori p̄te locati sunt: vnꝰ horum qui etiā maior incipit ab interiori parte lacertorum spatule: alter ab exteriori armo. Sũt ꝛ alij duo lacerti retro dilatantes brachiũ: vnus qui ꝛ maior a familiari parte procedit brachij siue armi: ꝛ p̄tendit̃ ad brachiũ superius: alter qui ꝛ minor incipit ab inferiori brachio. Chorde eorũ nō chordis iungũtur superiorꝫ. In extranea parte brachij sunt decē lacerti: vnus est in medio exterioris brachij incipiens ab extranea parte capitis armi: ꝛ intrat tres alios lacertos sibi iunctos: ꝛ in latere eiũ tres alij sunt iuncti superiori cōcatenationi cubiti: ꝛ est alius lacertus in extraneo latere ab inferiori incipiens parte armi: duo alij lacerti per transuersum inuersant retro brachiũ. Lacerti mouentes plātas manuũ: alij in familiari parte brachij sunt: ꝛ sunt septē p̄ longũ suspensi: alij sunt in ipsis plātis: illi septē sunt sibimet sup̄positi vt nō premantur digiti. Est ꝛ alius paruus incipiēs a media parte capitis armi a parte familiari a quo exit chorda que dilatatur subtus digitos ꝛ plantas: qd̄ fit tribus de causis: vt firmet plātas manuũ: vt bonum donet tactũ: vt ibi pili nascātur. Sunt ꝛ alij duo subtus hos quinq̄ ex trāsuerso positi ad hoc necessarij vt brachiũ suũ cũ tota manu inuersent in faciē sui. Lacerti super manũ locati .xviij. sunt in duos ordines positi. Iuxta cutē sunt septē: horuꝫ quinq̄ digitos mouent sursum: ab vnoquoq̄ horum chorde parue exeunt iuncte cũ cōcatenatione pectinis manuũ: vnꝰ lacertus separat pollicem ab alijs omnibus: ꝛ est alius quo auricularis a medico seiungit̃. In inferiori ordine plantaruꝫ vndecim sunt lacerti: quidā horum cōcauitatē plante faciunt ꝛ a rasca manuũ incipiũt ꝛ alijs iungunt̃: ꝛ in vnoquoq̄ quattuor digitorum bini solidantur in prima concatenatione ipsorum ꝛ per hoc mobiles fiunt.

De lacertis mouentibus pectus. Cap. vij.

Lacerti pectoris: alij pectus dilatant: ꝛ alij constringunt. Dilatantes sunt nouē: quorũ vnus est diaphragma. Alij duo sunt subtꝰ furculas: vnusquisq̄ horꝫ incipiens est ab osse qd̄ vocat̃ caput spatule: ꝛ ibi iungit̃ cũ prima costarũ pectoris: sursum trahit̃ vt adiuuet dilatari pectus: sunt ꝛ tres pares alij: quorũ vnus a secunda exit spōdili sicut diximus alibi: secundus in cōcauitate ossis spatule: tertius incipit a septima spōdili colli: his oībus pectus dilatat̃: duo stringētiũ per longũ ad costas tendunt hi pectus colligant ꝛ constringunt: sunt ꝛ alij tres pares costas inferiores sursuꝫ trahentes: sunt ꝛ lacerti duo in longum in extremitate pectoris viciani teneritudini que est super cartilaginē que assimilatur gladio. Lacerti dilatantes ꝛ constringētes inter costas sunt pectoris. inter duas costas vnus est lacertus: qui in villi cōpositione est diuersus: ex cuius villi cōpositione actus discernit̃ vniuscuiusq̄: q: lacerti qui ex parte costarum sunt maiori dilatant pectus cũ villo exteriori ꝛ stringunt cum interiori: qui autē ex parte cartilaginosa est cum exteriori villo constringit ꝛ cũ interiori dilatat.

De lacertis mouentibus ventrē. Cap. viij.

Lacerti vētris: alij ad ventrē: alij ad testiculos ptinēt: alij ad vesice collũ: alij ad anũ: alij ad ipsaꝫ virgam. Uentri attinentes octo sunt: duo subtiles alios situ loci superātes: q: sũt cuti vicinātes. Incipientes a latere cartilaginis gladio assimilātis ab extremitate costarꝫ postremarum vestientes ventrē totũ vsq̄ in os penis secedunt: quorum villositas per longum vadit qui duabus chordis cum osse ligantur. Sunt et alij quattuor lacerti per transuersum positi ꝛ primis suppositi: quorũ villositas ex transuerso est locata. Hi ab osse hanche incipiũt: ꝛ ad supiores costas veniũt: duo alij a dextris: ꝛ duo alij a sinistris in hunc modũ. Duo quoq̄ alij quattuor sunt suppositi: quorꝫ villositas per latũ vadit: hi a dextris ꝛ a sinistris totũ cooperiētes siphac a spōdilibus renum incipiũt: ꝛ ab ossibus hanche vadunt vsq̄ in extremitatem costarum posteriorꝫ in medio iuncti ab ipsis procedentes pelliculāq̄ assimilantes: ꝛ cũ siphac solidant̃ ne expressionibus nimijs digestiōis ꝛ vrine vel partus rumpant̃: ꝛ firmāt diaphragma ne vocis siue tussis scindat̃ expressione nimia. hi idē stomachũ calefaciũt. Lacerti descēdentes ad testiculos in masculis sunt quattuor: duo a dextris ꝛ duo a sinistris: in mulieribus due: vnus dextrorsum: alius sinistrorsum: q̄ necessarij sunt vt testiculos teneāt ne deorsum cadant. Masculoruꝫ ideo plures: feminarꝫ vō pauciores: q: masculorꝫ testiculi deorsuꝫ pendent: feminarũ vō firmiter sedent. In collo vesice duo sunt lacerti: vnus circũdat collum ꝛ villũ: ꝛ villũ eius per latũ: cuius duplex est iuuamentum: premit eñ collum vesice in effusione vrine: ꝛ illud idem stringit ne vrina añ tēpus exeat. In virga quattuor sunt: duo dilatant̃ in latere vie virgā petentis: quorũ est iuuamētum dilatare viā: vñ sperma in recta via eat ad virgā: ꝛ vt recte exeat eā: duo alij sunt qui ab osse incipiũt penis: ꝛ cũ virga per transuersum iuncti iuuant in erectione virge ne aliquorsum dimittatur cadere: hi cum virga fortiter dilatantur ꝛ sursum erigunt. Si vnus tantūmodo moueat̃ virga in sui partē diuertitur. Lacerti mouentes nates sunt quattuor: vnus in extremitate recti intestini iuuans ꝛ mundificans ipsum: ne quid remaneat indigestũ: alter sibi suppositus extremitatē intestini circũdat stringitq̄ atq̄ claudit ne quid extra ab intestino exeat: cuius superiores extremitates cũ fundamento virge sunt vicinātes: duo alij vtrinq̄ alternatim positi superiꝰ nates leuāt ne colon exeat cũ nimia thenasmō vigeat: inde enim accidit q̄ mollescentibꝰ ꝛ laxantibus his si colon exierit: q̄ ad locũ non possit reduci nisi reducat̃ cũ digitis.

De lacertis mouentibus coxas. Cap. ix.

Lacerti mouentes coxas decem sunt: quorum vnus incipit ab osse hāche: alter ab osse coxe. Exiēs ab hancha duo habet capita que fuerũt necessaria vt latera mouerēt in coxas. Sũt etiā duo alij incipiētes ab osse penis: vnus a parte extranea: alter a familiari qui simul iunguntur ꝛ in acumine maiorum ossiuꝫ solidant̃. Os enim coxe duo habet foramina versus genuũ cōfinia: in parte extranea maius: in familiari minus: horũ iuuamenta coxas dilatant atq̄ stringũt quia qui incipit a parte familiari ante ꝛ in familiari parte regit: alter ab extranea retro regit: ꝛ in parte extranea: est et alius solus ad dilatandum factus.

De lacertis mouentibus crura. Cap. x.

Lacerti mouentes crura sunt nouē: tres maiores in parte familiari antepositi atq̄ locati: vnus incipit a maiori coxe acumine procedēs vsq̄ ad genua a quo exeunt chorde. Duorũ aliorũ maioruꝫ vnus ab eodem exit acumine ꝛ a recto osse seiunctus cũ genu atq̄ cruris ossibus. Sex dilatāt crura: quinq̄ retro positi in coxe parte familiari minores sunt prioribus illis: duo horũ laterales sunt illorꝫ trium: qui incipientes ab osse coxe retroq̄ iunguntur a parte familiari cruris iuuan-

tes motū cruris. a familiari parte tres alij post duos retro
sunt positi incipientes ab osse coxe: ab his vna chorda egre-
ditur ⁊ cōcatenationi cruriū ligat̄: vnus familiarē partē in-
clinat genuū: ⁊ in eadē mouet crura. Medius cū coxe capite
in familiari iungit̄ parte: vt sibi attrahat crus: q: cōcatena-
tioni genuū copulat̄ ⁊ lacertis cruris maioribus. Nonus la-
certus est paruus ⁊ in cōcatenatione genuū fundatus qui
iuuat cruriū motus in vtrūq; latus.

¶ De lacertis mouētibus crura ⁊ pedes. Cap. xj.

Lacerti mouentes pedes atq; digitos sunt dupli-
citer: quia quidā ponuntur in crure: quidā in cal
ce. Lacerti cruris sunt .xiiij. octo retro incipiunt
a coxe capite duo: ⁊ cum maxima chorda ligan-
tur cum calcaneo: hec chorda cum calneū trahat
cum crure ipsum firmat qua patiente videt̄ officiū pedis pe
rire. Est ⁊ alius horū medius lacertus qui incipiens ab ex-
tranea parte arundinis cruris vsq; ad calneum tendit: neq;
ab ipso chorda exit: hic duos priores adiuuat: vt si vnus il-
lorū patiat̄ hic patientis vicē suppleat. Sūt ⁊ alij tres quo
rum vnus ab extranea cruris arundine exit: ⁊ eius chorde
in duas diuise mediū digitū: ⁊ ei⁹ lateralē capiūt minimū:
Secūdus a posteriori pte exit vel incipit cruris: a quo chor
da exira ⁊ in priorē chordā se extēdit: vbi in duas se diuidit
ligans pollicē ⁊ eius minorē digitū exteriorē. Terti⁹ a capi
te exit familiaris arundinis cuius chorda ab extremitate in
īma iungitur cū rasca: ⁊ vsq; in pollicem se dilatat ⁊ retro
mouet pedem: ⁊ in partē familiarem. horū triū naturale est
iuuamētū: scʒ digitos mouere pedemq; firmare. Septim⁹
incipit a coxe acumine maiori vadēs in calcaneū a quo chor-
da exit dilatās se in plantā cui dat duritiē: tactuiq; lenitatē.
Septē priorū vnus qui est maior incipit ab extranea parte
arundinis: a quo chorda exiens vadit in pollicem pedū pe
dem a terra leuās sursum. Alter exit ab eodē loco: vñ prior
tendens in os pollicis: vt pedem in quolibet latere torque-
re possit. Tertius inter duas arundines locat̄ a quo tandē
chorda egreditur vt tendens ad pollicem per eū dilatetur.
Quartus ab extranee arundinis capite incipit: ⁊ digitis
appositus quattuor chordis ligatur ab eo procedentibus.
Quintus ab arundine incipit extranea pollicē constringēs
cum chorda vna. Sextus ab eadem arundine egreditur: et
est paruus: cuius chorda a parte extranea ad minorem digi
tum protenditur. Similiter vnus qui ad secundū a minimo
progredit̄ ambo iuuantes: vt pedem in anteriorem partem
dilatent: sed cū secūdo lacerto pes mouetur ⁊ sursum erigi-
tur. Lacerti super pedem sunt. xxvj. quinq; super calcaneū:
quorū vnusquisq; chordas habet ad digitos euntes vt eos
cōmoueant lateraliter. Septē sunt in medio pedis: quorum
iuuamenta iuuamentis corū qui sunt in media planta sunt
similia: quattuor sunt in rasca positi chordas habētes digi-
tos preter pollicē mouentes. decem reliqui ante vnāquāq;
cōcatenationē sunt positi: duorū horum motum iuuāt sicut
duo in volis manuū. Sed sicut testatur Gal. multi anato
micorū istos negauerunt: quia inuenire non potuerunt: hi
sunt musculi totius corporis qui sunt quingenti ⁊ octogin-
ta vnus.

¶ De cōpositis mēbris interiorib⁹: vt cerebro. Cap. xij.

Compositorum membrorū cōtextio incipienda est
a cerebro: q: cerebrum dignius ⁊ nobilius est om
nibus alijs: q: materiale est fundamentū in homi
ne: vt potestas anime rationalis ad actualia pos
sit procedere: qd̄ in excellētiori loco siue parte positum cau
sa est oculorū. Sicut em̄ homo aliquid discreturus altiora lo
ca progredit̄: vt prospectui detur visus: sic natura mirabi-
lis in arce locauit supiori: vt que sibi cerebrū suppeditat di-
scernere visus valeat. Cerebrū vero corpus est albū: ⁊ sine
sanguine humidū: qd̄ ideo fit: vt cito mutetur in naturā sen
tiendi. Diuidit̄ aūt in duas partes principaliter: scʒ in pro-
ram ⁊ puppim: quarū differentia grossior est cerebri pellicu
la: que duplicat̄ inter duas. Prora maior est puppi atq; mol
lior. maior vt nerui sensuales ab ea procederēt qui sunt se-
ptem pares. Puppis minor est: q: pauci nerui ab ea proce-
dunt: ⁊ a nucha. Mollis fuit prora: quia cuʒ sensuales nerui
ab ea exeunt: hanc emolliri oportuit: vt cito sensum caperēt
nerui. Puppis dura vt facilius motū pateretur. Cerebruʒ
tres habet concauitates que cerebri vocantur ventres: duo
vocantur ventriculi in prora positi: ⁊ vocantur preventricu
li a quibus aer per nares egredit̄ atq; trahit̄: ⁊ ex quib⁹ vox
exit a cerebro. In eisdem quoq; ventriculis spiritus vitalis
in naturā mutatur aīalis: ab his rursus duo capita egrediū
tur duobus assimilata vberibus: quibus odoratus efficitur
cum oportuit esse duos ventriculos a quibus singulis sin-
guli exeūt nerui: qui duo fuerunt vt si vnus pateretur: alte
rum subministraret iuuamentū. Puppis vnus est ventricu
lus qui puppis esse dicit̄ ad quem accedit spirit⁹ animalis
cum in duobus aliquantulum sit mutatus prore vētriculis
qui viam habet perforatam: vnde spiritus animalis ad ven
triculum transeat puppis. Necesse fuit vt duo prore vētricu
li ventriculo inungerent̄ puppis: vnde huius vie perforatio
vētriculorum est continuatio: sed hec via anteq̄ ad puppim
veniat in eundo reperit quedā spatiola vbi dū dilatat̄ quar-
tus vnus ventriculus efficitur: qui ideo rotundatur vt ma-
ior quātitas spiritus suscipiatur ⁊ ne facile patiat̄: huius vē
triculi principiū est quoddam corpus glandosum: cuius for
ma est quasi pinea ad hoc necessaria vt spaciuʒ inter venas:
vnde rete efficitur repleat. Hec aūt pinea vsq; ad locum va
dit sibi destinatum suspensa: ⁊ in eundo quoddam furculuʒ
obambulat lōgū qd̄ hmōi habet concauum. Illud autē fur
culum neruis est initiatum: cuius vnum caput a fine pinee
incipit ⁊ in ventriculis puppis alterū secedit. A cerebro duo
frustula lōga exeūt neruis lateralia: et nares hominū iun-
ctas assimilantia. Hec lateralia medij sunt ventriculi subti
libus operta pelliculis: he pellicule cum naribus sunt soli-
date vtrinq;. substantia neruis non naribus est similis: de
pluribus enim compositus furculis in modum concatena-
tionis de pluribus facte ventriculis subtilibus nares eius-
dem sunt substantie: sed vnusquisq; non est informis: q: in
extremitate sui puppi cerebri iam vicina vbi pellicularū fi-
nitur subtilitas: subtilis est ⁊ gibbosus: vnde paulatim dila
tatur quo ad nariuʒ interstitiū inde repleatur: q̄bus sociat⁹
vnū corpus efficitur cum naribus: vnde cum neruus in lon
gitudine vie dilatetur: nares perfectissime clauduntur: cum
neruus rugatur nares aperiuntur: quia pellicule gibbosita
ti nerui iuncte cum eodem trahuntur. quantitas enim fora
minis fit ex rugatione nerui: eius rugatio longitudinis est
curtatio: latitudinis ampliatio: ⁊ in modū sphere conforma
tio. Iste neruus in dorso nariū ligatur cū duabus chordis
qd̄ fit ne motu nimio de suo loco moueatur. Est autem du
rior cerebro ne forte quoquo modo patiatur. est iuuamētū
vt claudat foramen inter puppim ⁊ medium ventriculum: ⁊
intraturo animali aperiat spiritū: postq̄ v̄o intrauerit clau-
dat: ⁊ hec est forma cerebri qd̄ circundant duo vētriculi: scʒ
panniculi qui vocātur matres cerebri: vnus grossus qui du
ra mater vocatur: hec craneo supponitur: sed in medio cere
bri ingrossatur: q: ibi duplicatur qd̄ in osse lauda firmat̄: in
de duplex descendit in cerebrum per locū: scʒ illum quē due
arterie ascendunt. De hoc enim ventriculo due arterie ascē
dunt que per lauda lateraliter vadunt: ⁊ in fine eius se iun-
gunt vbi terminatur prora ⁊ puppis: illic quoq; accedit al-
tera extremitas ventriculi que iuncta quantuʒ redit maior
q̄ fuerit in ceteris locis: cui vna vena non pulsatiua occurrit
⁊ per longum vadit in proram cerebri: que licet non sit ve
na: tamen quia est concaua ⁊ sanguinem portat vena voca-
tur. Tertia: quia in duabus arterijs in duram matrem de-
scendētibus: quedā concauitas quā ista sanguinē habēs re
plet: vnde ab anatomicis vena vocatur: quia viuente ho-
mine sanguis ibi recipitur: dum v̄o moritur ingrossatur et
coagulatur: hunc locum vocauit torcular eracleus: quia est
concauus: vnde sanguis coagulatus in depēdētiā currit: su
per hoc torcular duplex adiacet vena que diuise ⁊ postea cō
iuncte aliud torcular videntur conficere: que in loco viden-
tur lauda supposito: dura mater non craneo solidatur: sed
potius suspenditur et eius foraminibus egreditur in egres
su huc ⁊ illuc dilatatur: ⁊ vnus solus panniculus efficit̄ in-
tercutaneus: fit autem hec dura mater propter tres necessi

tate eorum aut vt matrem piã craneo suppositã custodiat a duritie cranei: vel vt prora ⁊ puppis per eam differant: vel vt coopertimentum ⁊ defensio sit venarum ⁊ arteriarũ cerebrum circundantium: quia he sunt ad inuicem cõmixte in modum tele: quarum spacia panniculi implent subtilissimi vt nihil vacuum remaneat in eis. Similiter pia mater subtilis ex ambabus conficitur venis intranea parte cranei ad cerebrum descendentibus: ⁊ ambabus arterijs a tela reti assimilante exeũtibus: hec panniculos habet vacuum earum replẽtes sicut secundina. ⁊ propter hoc hi panniculi vocant̃ secundini. Hec autem pia mater dure matri supposita est: que cerebro cõiuncta vndiq; ipsum circundat: ⁊ se spargit ꝑ concauitatem cerebri. Hec mollior est in substãtia ꝙ dura mater ⁊ durior est cerebro cui est coniuncta sicut cutis carni cõglutinata: differens a dura matre paruo quodam interstitio: sed in quibusdam coniungitur illi: sicut cum vene craneum ingrediuntur: et cum cerebrum dilatatur et constringitur subtiliatur pia mater: quia cerebri venas ⁊ arterias colligit: ne forte sint suspense: earumq; concauitates oportet suppleat. Secundo: vt cerebrum coadunet ne dispereat: ⁊ operiens a dura matre defendat: vtpote a cranei duritia ipsa defenditur dura matre. Tertio vt cerebrũ nutriat per has quas habet venas: et spiritum det per arterias quas in se continet. Hi sunt panniculi cooperiẽtes cerebrum neruosq; adiuuãtes: ⁊ dum intrant spiritum sunt protegentes. Post enim nudi ⁊ soli exeunt duritiem cranei. vnde superfluitates suas reijciat cerebrum dicturi sumus postea. Omnis autem superfluitas ipsius vel subtilis est sicut fumus: vel grossa ⁊ coagulata. Fumosa supfluitas a toto corpore tẽdit ad capitis suprema: vñ craneum capiti suppositũ quedam habet ossa serre assimilantia: ⁊ quãdã concauitatẽ habentia. vnde fumus ille exeat: que in similium tractatu membrorũ dixisse nos meminimus. Superfluitas grossa ⁊ coagulata petit inferiora: cui expellende natura mirabilis duo fecit foramina scilicet buccam et nares. Dura enim mater perforata est super nares: ⁊ quasi colatorium quoddam huic superfluitati exhibet. Similiter ⁊ duo ossa narium dure matri supposita sentiuntur esse perforata: vnde superfluitas exeat: ⁊ flatus ab exterioribus introeat. Horum autẽ ossium foramina sunt multiformia: alia enim sunt recta: alia transuersa: quedam vero ex toto lata ad flatum recipiendum sunt facta. Recta: vt emittãt cerebri digesta. Troculata ⁊ trãsuersa: vel ne aer frigidus ⁊ nociuus ad cerebrum introeat subitus: vel ne dũ corpora sicut puluis subeant ab exterioribus superfluitas per buccam emittẽda per duo egreditur loca: vel ab interstitio puppis atq; prore per trãsuersum vsq; in viam primã descendente: hec via quanto plus descendit: tanto magis se rotundat atq; stringit cuidam post cõiungenda glandi que concaua ⁊ rotunda: sicut sphera vicinatur ossi colatorio simili. Hoc autẽ os suppositũ est palato: concauitas ista embotũ est vocata: q: sicut vinũ ꝑ embotũ ita supfluitates iste grosse per hanc semper fluunt. Embotum aũt istud ex pelliculis componitur que a secunda matre egrediuntur: embotum enim cerebro superius: glandi iniũgitur inferius. Glãs autem extra duram matrem locatur. Quantitas autem huius spherice glandis spaciũ illud est qđ inter durã matrem est ⁊ ossa palati vene telate in modum retis ex ambabus iuuenilibus exeũtes venis. circũdant hãc glandem sphericã: venarum vero rete non nostris materialibus retibus est simile. Istud enim ita sibi implicatur vt vix aut nunꝙ dissoluatur. qđ subtus cerebrum dilatatur dextrorsum ⁊ deorsum ante ⁊ retro. dilatatur per spacium qđ est inter duram matrem ⁊ palatum. De hoc reti due vene exeunt quales prius anteꝙ rete inde fieret: fuerunt per dure matris duo foramina intrantes cerebrum: et per ventriculos eius se diffundunt vndiq;: sed de his sufficienter diximus cum de arterijs tractaremus. Rete autem fuit necessarium: vt vitalem spiritum per iuueniles ascendentes venas decoquat: ⁊ in naturam animalis spiritus mutari faciat: cum enim hic subtilior ⁊ alijs dignior sit spiritibus: fecit natura rete vbi immorãs vitalis spiritus decoquatur atq; subtilietur: ⁊ in naturã animalis mutetur: qui etiam per duas venas a tela exeuntes cerebri ventriculos ingreditur: ⁊ ibi magis et magis subtiliatur.

De nucha. Cap. xiij.

Nucha cũ a cerebro emittatur a spondilibus operta defenditur. Spondiles enim sui sunt operimentũ: sicut ⁊ cerebri craneum: propter hoc duobus cerebri panniculis operitur: scilicet dura matre ⁊ pia matre: qui id sibi faciunt qđ ⁊ erga cerebrũ super quos panniculos: alij sunt duo ex ligamentis cõpositi in grossitudine atq; duritie similes dure matri: hi fuerũt necessarij duabus de causis: vel vt nuchã defendant ⁊ operiant: vel vt spondilibus eam cõiungant: qui si quoquo modo patiantur: dura tamen defenditur: ⁊ dura matre patiente nucha remanet illesa. Nucha enim patiente vel incisa sensum amittunt superiora membra: que si inter craneum et primam spondilem incidatur omnia sibi adiacentia sensu ⁊ motu priuantur. Si autem prima renum spondilis patiatur officium pedum amittitur: superiora tamẽ in suo statu reseruantur: vnde intelligitur: vt si qua superior ledit̃ inferiores sine lesione condemnẽtur: qđ facilius exprimemus cum causas motui accidentium dicemus.

De oculis. Cap. xiiij.

Oculi sunt instrumentũ visus: hi etiam duo sunt vt si forte vno patiente: alter vicem suam possit complere. Sunt autem vniuscuiusq; efficiẽtes cause decem: tres scilicet humores ⁊ septẽ tunice: non tamen hec omnia visum faciunt: sed vna res tantũ: alia tñ omnia eius rei solius sunt iuuamenta. Est autẽ solum instrumentum visus: scilicet humor non ex toto rotũdus quia in superficie aliquantulum est planus atq; clarus sicut crystallus. Hic humor grece vocatur crystalloidos: cuius in medio tunicarum est fundatio. Aliquãtulũ est rotundus vt nõ facile patiatur: supficies parũ plana vt rem sentiendã melius percipiat. Si enim penitus rotundaretur non bene sensui rerum aptaretur. Omnis enim res rotunda in latera sua recissa instabilis est ⁊ non firma. Clarus ⁊ liuidus est vt cito in oppositos colores trãsferat̃. in tunicarum medio: ne vndiq; careret iuuãtiũ supplemẽto. Indumẽta vel iuuamẽta sunt duo humores ⁊ septẽ tunice. Humorum vnus clarissimus retro est sicut vitri liquor: qđ fecit natura vt crystalloiden nutriat. Cum eñ alia mẽbra sanguine nutriant̃: sed crystolloidos moueatur. Vitreũ humorẽ fecit natura qui sanguinẽ suscipiat: ⁊ in ipsius essentiam vertat: ⁊ mutatum atq; depuratum ad crystalloidon mittat clarum. Humor alius ante crystalloidon locatur ne ab aere desiccetur: qui clarus atq; albus oui albumini assimilatur euagaydon vocatur: cuius alterum est iuuamentum: vt ab crystalloido asperũ tunice remoueat tactũ. Septẽ tunicarum: tres ante euagaidos: ⁊ tres locãtur post geloydos. Septima que est subtilior inter euagoydon sita est: ⁊ crystalloidõ. Duo nerui cõcaui a cerebro venientes ad oculos in exitu sui duobus induti sunt pãniculis cerebri quos exeunt cum ad ossa oculi veniant: ⁊ dũ dilatentes se extendunt circundat eos tela venarum ⁊ arteriarum a pia matre exeuntium. Horum singulus in medio crystalloidos locat̃: vbi due extremitates euagaydos ⁊ gelaidos esse sentiunt̃. Vene ⁊ arterie ibi cõtexte vocãtur rete ex retis tamẽ similitudine cuius iuuamentum est ad crystalloidem visualem spiritum ferre. Venis quoq; ⁊ arterijs vñ cõficitur sanguis in vitreũ humorẽ subministratur: vitreus ⁊ crystalloidos cum venis ⁊ arterijs creatum sanguinem sibi sugendo attrahunt a reti vitreus humor et crystalloidos a vitreo. Amborũ neruorum panniculi a duabus matribus exeunt cerebri: quorum primus subtilior rete operit ⁊ iungitur cum ipso vt rete coniungatur crystalloido: qđ sit vt venis rete nutriat̃: calor vero naturalis ex alterijs dat̃: hec aũt tunica vocatur secundina: sicut ⁊ mater pia vnde processit est vocata. hanc secũdinã velat grossior pellicula que cõsolidatur vbi ⁊ secũdina reti coniungitur. Grossa fuit necessaria vt oculũ ligaret: ⁊ ab osse eum defenderet: vocatur autem scliros: he sunt extreme tunice ꝑfectissime sibi ⁊ vitreo humori atq; crystalloido solidate in medio. qui locus vocatur xireus: quia in colorum diuersitate yri assimilatur. ⁊ in cir

cuiūdibus tres anteriores tunice ante euagaydon sunt posite: quarum vna albuginem oui velat: cuius forma vue me dietas: leuis in antea: intrinsecus versus albuginem villosa. colo: inter nigrū et venetum medius vnde vocatur vuea que a secundina egreditur: hec sunt eius iuuamēta: corneā nutrit: vnde multis abundat venis. Secūdo crystalloidon et corne est differētia ne crystalloidi cornea duritie sua noceat: vnde oportuit vt esset humida. Tertio: vt nigredine sua spiritum coadunet visibilem ne dispergatur per aerem. Nigri enim coloris naturale est sibi lumen coadunare: candidi vo dispergere: vnde quidā visu deficiente propter splendorem nimiū paruz claudunt palpebras oculorum: vt visus licet paruus ad vueā refugiat: postea amplius egrediatur: vñ dedit natura nimium splēdorē in hac concauitate vuee: que etiam est pertusata vt spiritus visibilis ab ea rem sensam ilico percutiat. Est etiam villosa vt aquā ad oculos descendentem cōbibat: est cornea dura solida atq albo cornu simillima: et subtilissima q̄ ex farculis multis est cōposita: b oū excoriat q̄si squama euellit: exit ab illa pāniculus qui supra vocatus est sclyros: qui sicut dixim⁹ a dura matre egredit. Cornea fuit necessaria vt crystalloiden ab extrinsecis accidētib⁹ custodiat. Clara est et lucida ne visualē spiritum exire prohibeat: quia subtilissimam esse oportebat. Coniūctina tunica est subtilis et alba in omnibus oculi lacertis solidata: non operiens corneam: sed circūdās: hec est illa albedo que videtur in oculo solidata: et exiens a panniculo q̄ intercutaneus suppositus est craneo. Eius fuit necessitas: q: vndiq oculum ossibus circumligat et lacertos operit quibus mouetur oculi. He sunt tres tunice oui albugini apposite. Septima est subtilissima albissima et nitidissima: que oui albugini est supposita: eam tantū partem operit quam vitreus humor operiendam dimisit: vocatur autem aranee tela: quia ipsi est simillima: hec est quā in oculo videmus cū speculum inspicimus: qd ex nimia fit claritate et lucētissima sorbitiōe: he sunt omnes oculi partes: tres humores: sc̄z vitreus albugineus crystallinus: septem tunice: retina: secundina atq dura: aranee tela vuea cornea coniunctina.

De naribus. Cap. xv.

Nares duo sunt foramina nasi in vna cartilagine differentia tamen ad seinuicē: quorum singulum nasuz ascendit: et in duo foramina se diuidit. Primum in buccam transuersum tendit: alterū post matrem duram vadit in ossa colatorio similia: de quibus diximus satis cum superfluitates ab eo exeuntes tetigimus. he vie grossis panniculis sunt inducte que a sexto incipiūt pari: qd diuiditur in os linguam et palatum: guttur quoq et canales pulmonis et in os stomachi. Vie nariū duabus de causis sunt necessarie: prima q̄ et maior est ad opus trahendi spiritus et odoratus: altera vt emittat grossas superfluitates a cerebro veniētes. he sunt transuerse et nō pulmoni opposite: vt si aer frigidus aliquando subeat pulmonem non ledat: et si quid cum aere sicut puluis vel cinis intrauerit pulmoni obesse non possit: sed aer obābulans trāsuersa in eundo depuretur et calefiat: atq solida ne ad pulmonē perueniant repellat. Quidam tamen arbitrati sunt vias in naso apparentes esse odoratus instrumentum: quia oppilatis naribus nullus sentitur odoratus: et si aperiātur ilico sentietur. Sed falsa est eorum opinio: he enim tantum ad proram cerebri ferunt odoratuz. Duo frustula vberibus similia odoratus sunt instrumenta: que vsq ad colatorium descendunt vbi dura mater est perforata: et similiter super eam extrema vberum vsq in ventriculos prore cerebri pertingētia. Odoratus sic efficitur. Fumus odoriferorum corporuz dissolutus et cum aere mixtus per narium foramina ab vberibus trahitur: qui per vberum pertusationes cerebro transmittitur. Si vo in domo fumosa et odorifera flatus suspenditur: odoratus amittit: nares tamen fumo odorifero implentur. qd constat q: cum a loco odorifero semouea mur: et flatus suspēsus antea ab vberibus fugatur odorat⁹ redditur: vnde constat non esse nares odoratus instrumentum: sed potius illa prore frustula que vocantur vbera. Cerebrū enim dilatat et constringit: vt suū calorē custodiat naturalē. Cū dilatatur aerem trahit a naribus pectore quoq et canalibus pulmonis. et qualiscūq fumus cōmisceat aeri eit necesse ad cerebrum trahatur. dilatare em̄ illud flatum trahere dicimus. Cum autē constringitur fumosus aer: et emūctiones a ventriculis cerebri per nares expelluntur: hec autem expulsio flatus est emissio.

De instrumentis auditus. Cap. xvj.

Auditus instrumenta sunt in petroso osse foramina ex pelliculis quibus ea operiūtur et auricule: cū vno tamen horum auditus perficit: qd m̄ duabus de causis alijs adiuuatur. vnuz par neruorum a quinto pari egreditur: quod in foramina petrosi ossis protenditur vbi dilatatur: foramina interius aperiuntur. Que sunt transuersa sicut torcular: ne frigidus aer penetraret cito et pāniculis obesset: et ne aliquod nociuū incidat qd instrumētum auditus impediat. Cartilago exterior que auricula dicit duab⁹ de causis fuit necessaria. Defendit em̄ ne quid in auditu cadat: sicut oculos defendunt cilia. Secūdo: quia vocē adiuuat: vox enim est percussio aeris: que cum ad cartilaginem veniat ibi adunata fortiter intrat foramina.

De instrumento lingue. Cap. xvij.

Lingua est instrumentum gustus et locutionis que de carne molli componitur et spongie assimilatur: ad quā multe vene veniant sanguine plene: vñ rubicunda est colore: hec eadem operitur vestibus quibus spacium bucce et palatū induitur: et os stomachi guttur et canales pulmonis. a superiori parte apparet tota: ab inferiori vsq ad ligamenta: quibus mento est cōnexa: in quibusdā tamen hominibus plusq oporteat vt cōtrahatur lingua ne in partes moueatur diuersas: vnde oportet incidi ligamenta: vt sibi motus per totum os et palatum detur. In ligamentorum lateribus quedā vene sunt que saliuam semper lingue subministrant: he ab initio lingue incipiunt in modum arteriarū: a quibus emanat humectatio phlegmatica que vocatur saliua. Iste a medicis vocantur habitatio saliuaris. Initiū lingue: vnde exeunt he vene: caro est glandulosa atq alba ipsius saliue generatiua: que adiuuat cum saliuā ab illis venis recipiat: vnde humectat linguā atq buccā. Lingue fundamentum vndiq vicinitati gutturis est innexum: vt fere totum videatur esse vnum: cum sit tamen eorum substantia diuersa: hec est lingue compositio et animatorum membrorum interiorum et compositorum.

De instrumētis spiritus: et primo de vuula. Capitulum. xviij.

Animatorum membrorum interiorum et compositorum tractatum compleuimus: de interioribus ergo cōpositis spiritū subministrantibus dicem⁹ sicut de vuula: gutture: et pulmone: diaphragmate: et pectore: de pectore tamen satis dixim⁹ cum de eius compositione tractauimus. Dicendum est ergo de vuula q̄ triplici de causa fuit necessaria: prima q: vocem pulchrā et fortem reddit: secunda: quia aerem alleuiat intrantem: eiusq temperat frigiditatē: vnde quidā moriuntur cum eis radicitus incidatur non tamen amittentes vocem sonoram: sed nimium recipientes aerem qui pectus infrigidat et pulmonem: quapropter incidētem non totā oportet extirpare sed partem: tertia vt recipiat puluerem ne guttur intret vel pulmonem.

De gutture. Cap. xix.

Guttur est extremitas canaliuz pulmonis que est duplicis iuuamenti. Maius et primuz vt aerem emittat flatumq trahat. Secūdo pp̄ter vocē: q: aliquando facit natura duarum vel trium membrarum instrumenta: sicut subtilem fecit matrem cerebrum operientem: que venas et arterias ligaret inuicē et cerebrum ne dispergeretur coadunaret. Aliquando fecit eadem natura vt expulsa alterius rei sint iuuamenta: sicut fumuz causam pilorum esse diximus. Idem fecit natura in pulmone et in eius canalibus vt instrumenta essent flatus ad calorē naturalem cordis refrigerandum: et vt vocuz esset

instrumentum. Aer enim trahitur vt cordis calor naturalis refrigeretur. Aer vero trahitur vt dupliciter nos opituletur vel vt fumosa superfluitas expellatur: vel vt materia vocum efficiatur. His igitur duabus de causis cōpositus est canalis pulmonis: qui tamen flatus ex multorū furculorum concatenatione ⁊ ligamētis cōstruitur vt posset dilatari ⁊ stringi: que duo attinēt volūtario motui: qđ nūq̄ potest fieri nisi ex membris cōcatenatis. Huius canalis substantia cartillaginosa est atq̄ dura: vt cum ventus exeat vox clara fiat Raucitas vocis ex humiditate fit canalis pulmonis: cuius superior extremitas gule vicina est durior omnibus canalibus: hec vocatur guttur: vnde instrumentum vocis fuit: q: durum est inter alios canales pulmonis: qđ ex tribus cartilaginosis fit maioribꝰ. Primū qđ est anterius gibbosum est exterius concauum est intra in quibusdā hominibus tactu sentitur. Secūdum prior est minus ⁊ retro iuxta os stomachi locatur vt illud cōpleat qđ priori defuit cartilagini. gutturi quadam concatenatione ⁊ ligamentis iungitur vt dilatetur ⁊ constringatur inferius ligamentis solidetur: neruisq̄ ligatur: ⁊ duabus costis inferioribus exeuntibus de ossibus scutū assimilantibus. Tertia cartilago tāto secūda est minor quanto prior secunda fuit maior. ista tertia secundā ipsi equitat que ciphū assimilat duo habens cōcaua que fm se intrant furcula que sunt quasi cōcatenata vt in hac cōcatenatione guttur clauderet̄ ⁊ aperiretur. Prima cartilago vbi secunde ⁊ tertie cōiungitur strictior est fundamēto: qđ fuit necesse: vt q: pulmone fundamentum latius esset gulari gutture. Tertia cartilago cōcauitatem habet ex parte vie spūs: vt ex earū trium cartilaginū cōpositione canalis spiritus redderetur similis fistule vel frustule per quē aer ad canalem pulmonis: ⁊ ipsum pulmonē possit transire. Guttur intus eadē veste qua ⁊ lingua ⁊ palatum ⁊ os stomachi induitur in superiori cartilagine assimilante ciphū. Os vnum est duas habens furculas assimilantes duo lauda: ꝙ os illud per collum extenditur: cuius linea mediastina in dorso est prime cartilaginis ⁊ lingue subterior est supposita. inferius lauda est sicut acuminis prime cartilaginis quantitas. Est autem acuminis quantitas iuncta atq̄ solida: vt intret cartilaginum latera: ⁊ ligamenta eius quasi nerui a cartilaginibus egrediuntur: lauda superius cum osse sagitte assimilante ligatur. Hec est cōpositio gutturis ex tribus cartilaginosis. Cōcauitas gutturis per quā aer intrat ⁊ exit habet quoddā corpus qđ lignee fistule assimilatur: cui lignee fistule corpus non esset assimilandum cum ista posterior: illud vero natura primum. Hoc autem corpus fm compositionem nullam habet in toto corpore similitudinem. Cōponitur enim ex glande pelliculis ⁊ pinguedine. vocatur autē gutturis lingua siue cataracta: ⁊ est primum. vocis instrumētum: neq̄ enim potest aliter vox esse nisi ista claudatur cataracta. Si enim via gutturis est aperta impossibile est vocem esse: quia paulatim aer exit: qđ contrarium est formande voci: sed tantum fit quidam flatus si tenuiter exeat paruus: si vero fortiter magnus. Cum vox formatur subito multus aer ex corpore egreditur: cuius via primum a largo prouenit ad angustum: ⁊ post paulatim exiens dilatatur ⁊ angustatur. Hec gutturis cataracta ad flatum cōstringendū fuit necessaria: nō aūt dico ad cōstrictionem ex toto vt intus cōtrahatur: sed in emissione vocum constringitur vtrinq̄ lateraliter pectus: ⁊ cum costis lacertos hypocundrie vicinos: vnde totum pectus ⁊ lacerti mouentes guttur mouentur atq̄ licet fortis sit coarctat̄ ne subito egrediatur: qđ facit lacertus quo ciphum assimilās cartilagini constringit̄. Estq̄ huius rei cōplementum corpus lignee fistule assimulatum coadunata pars parti claudit viam gutturis per lignee huius latera: natura enim fecit duo foramina que ad locum cōcauum secedūt quē aer nō potest subire dū per largitatē vagatur vie. Sed cū ad latera se dirigat illa duo lateralia aperit foramina: vt tandem exire valeat. Hec autē duo foramina a superiori inferius sicut linea sunt extensa: ⁊ sunt quasi pellicule vsq̄ in concauum clause: vt guttur claudatur et nō aīalis aperiatur flatus. Rursus cum cibus cuius glutitus dorsa cataracte tangit subito se cataracta claudit: neq̄ viam ad pulmonem prohibet. Aliquādo enim clauditur potui ne multa quantitas suscipi possit: aliquando enim parū intrat pelliculas: ⁊ ventriculos suos humectat. Guttur est cartilaginosum ⁊ rotundū: vnde fit vt os stomachi in transgluttiendis cibis vsq̄ ad canales descendit pulmonis ⁊ gutturis: ⁊ ita in vomitu vsq̄ ad palatum ascendit: sicut in trāsglutiendo cibo cataracta clauditur ⁊ os stomachi deprimit̄: sic in expellendo vomitu subterior cibus guttur obstruit vt transeat vomitus.

De canalibus pulmonis. Cap. xx.

Canales pulmonis ex multis componuntur cartilaginosis rotundis in modum anuli: ⁊ alternatim sibi suppositi ab inferiori extremitate gutturis vsq̄ ad initium pulmonis per longitudinem colli. Sunt autem ligate sibimetipsis ex pelliculaꝝ ligamētis: neq̄ tñ ex oī pte sunt cartilaginosi: sꝫ tātū in pertinētia colli ꝑpter expeditionē oris stomachi. In pte vo pectoris sunt sicut ligamēta siue chorde. Habet aūt vnusq̄q̄ anulus pelliculas extrīsecus rotūdissimas: q̄ pellicule dure sunt ⁊ solide: he sūt pellicule q̄s aū diximꝰ os stomachi atq̄ guttur circundare. Rursus deforis pāniculos habet vnusquisq̄ anulus sicut operimētum canalis pulmonis. Canalis fuit collo necessariꝰ vt aerem expelleret ⁊ attraheret: flatūq̄ vocis ⁊ vocem susciperet: que cum in furculas perueniat vbi pectoris est spatiositas: per pulmonē se spargendo dilatat̄: ⁊ cū venis ambabus a corde venientibus admiscet̄ sui diuisi ramuli. sunt similiter anuli ex parte cartilaginosi ⁊ ex parte panniculosi: suntq̄ sanguine mūdissimi ⁊ aīali sue nature competenti. Cum enim incisionem rupturā percussionem in aliquo horum patiatur animal sanguinolentū efficitur. vñ tussis nascit̄: ⁊ sanguis ille ad os tunc deueniēs expellitur. flatus eñ sanguine pulmonis impeditur. Canalis hec fuit cartilaginosa ꝑpter vocis instrumentum: qđ neq̄ durū sicut os esse debuit: neq̄ molle. Cartilago mollior est ossibus ⁊ durior aliis corporis partibus: ⁊ ex multis cartilaginosis ⁊ ligamentis efficitur propter flatum dilatandum ⁊ extringendū: qđ fieri non posset si ex vno cartilagine esset.

De pulmone. Cap. xxj.

Pulmo est de molli carne ⁊ aereꝰ spume coagulate simillimꝰ q̄si vasis celatꝰ. Hec vasa sunt triformia: vnū a dextra cōcauitate incipit cordis: alterum a sinistra: tertium a suis canalibus. proueniens a dextra concauitate cordis vena est non pulsatiua: sed forma eius sicut arteria: q: de duobus duris panniculis est facta. vñ vena dicit̄ arteriata qđ fuit necesse vt pulmonem nutrire posset. Duris ⁊ duobus fit panniculis vt subtilitatē sugeret sanguinis ⁊ aeris in nutritura pulmonis. Pulmo eñ subtilis est substātie ⁊ aeree: vnde nutrimentum oportuit habere simile. Exiēs a cordis sinistra: vna est sola arteria: cuius forma est sicut vena: q: vna est ⁊ rara pellicula vnde venata vocatur arteria: hec fuit necessaria: vt spiritum ⁊ clarū sanguinem pulmoni ferat: spūs multam quātitatē fert ꝑpter suā raritatē. vas veniēs a canalibꝰ pulmonis: ꝯpositioī eiꝰ est filiis. Ex cartilaginibꝰ q̄ ⁊ pāniculis canales fiūt pulmonis: vt p cartilagines ori stomachi iūgātur: q̄ cum cartilagine sua cū venata iūgit̄ arteria. Vnūquodq̄ trium vasorum horū cum intret stomachū est quadripartitum: due partes eunt dextrorsum: ⁊ due sinistrorsum. Pulmo enim in duobus diuiditur panniculis pectus mediantibus illud intercidentibus. Quattuor superiores partes per pulmonem postea diuiduntur multipliciter. Canalis pulmonis aliter diuiditur in dextris: que diuisio fuit necessaria vt esset fulcimentum ⁊ quasi culcitra venis vias pectoris adeuntibus: hec est cōpositio pulmonis: cuius iuuamentū est vt cor circūdet vndiq̄: cumq̄ ꝓprio motu careat motꝰ pectoris eū moueri adiuuat. Est aūt pulmo instrumētū spiritus ⁊ motus vocum. Spiritus necessarius fuit propter cor: quia enim cor fundamentum est ⁊ fons caloris naturalis: necesse est aerem trahi: vnde feruor suus refrigerari ⁊ fumosa superfluitas posset expelli. vnde duos motus habuit contrarios dilatandi quo spiritum traheret refrigerādi: constringendi: quo fumose supfluitates possent expelli. ne ergo subito aer

erumperet ad cor: fuit necesse inter ipsum ⁊ guttur pulmo esset mediastinus: vt spiritus refrigerandi ab eo reciperet: ⁊ superfluitatē fumosam sibi redderet: q: etiā animalis vox necessaria fuit: ⁊ sine aere vox esse nō potuit: fecit natura a corde aeris expulsionē vocē esse materialē. Est ergo pulmo cellule similitudo semper seruans aerē frigidū ad cordis feruorē refrigerādum: ⁊ calidū ad vocem atqꝫ flatum: quo mediante si cor careret: ⁊ per se principaliter aerem traheret ⁊ expelleret spissum ⁊ infinitum motum esse oporteret: vnde adeo esset periculosus: vt nec vno momento flatus teneretur. Sed cū quodlibet aīal in loco calido siue in aqua ꝓfundissima seu in loco fetido flatum teneat: constat cor ad pulmonem fugere quoad aliquātulū possit se refrigerare: vnde fit: vt quādiu aer in cella pulmonis sit quodlibet aīal in his viuere possit locis. Sed eo deficiente ⁊ augmentāte fumosa superfluitate in corde vel pulmone: desinit animal vitale esse. Fuit ergo pulmo necessariꝰ: vt aerē excoquat ⁊ naturā trahat spūs quo cum sibi asciscat facilius: sic enim cibū epar in naturam mutat sanguinis: quo membra cetera eū facilius in suam naturam mutent: ⁊ inde cor sibi eum contrahat et in vitalem mutet spiritum: deinde hinc ascendens per arterias ad ventriculos cerebri: ⁊ in animatum spiritum facile queat mutari: sed de his planius postea disputabimus.

De corde ⁊ cerebro. Cap. xxij.

Cor est de multis villis diuerse positis: cuius caro est tota dura. Diuersitas villorum ex diuersitate est motuū dilatandi ⁊ constringēdi. Durities carnis vt velocitas auferat passibilitatis. Pulmo circūdat cor lateraliter. Forma cordis est pinea. Inferior enim eius pars. i. latitudo est opposita superiori corpori. Ponitur autem intus ambas pectoris concauitates quas mediante pāniculo diximus esse diuersas. Caput qđ acumen dicitur in sinistra parte locatur: hoc vo latus cordis spiritꝰ inhabitat vitalis: inde exit arteria maior de qua omnes alie egrediuntur: vnde fit vt pulsus in sinistra parte sit fortissimus. Cor duas habet concauitates: quarum vna est dextra: altera sinistra. in concauum tendit sinistra: dextra infra subsistit. A dextra vsqꝫ in sinistram concauitatem est vnum foramen: quod a quibusdam vocatur tertia cōcauitas: sed non est ita. Dextra autem cōcauitas duo habet foramina. vnū vena intrat concaua portans sanguinem ab epate in hanc concauitatem. Super hoc foramen tres sunt panniculi ad hoc ibi positi: vt aperiant intraturo sanguini ⁊ claudant postqꝫ intrauit ne exeat propter dilatationem cordis: alterꝫ foramen exit vena arterie assimilata vt pulmonē nutriat: de qua satis diximus in tractatu pulmonis. Sinistra itidē duplex habet foramen: vnum intrat arteria vene assimilata. Ista portat spiritū ad pulmonem ⁊ ad arterias ⁊ sanguinē a corde ad pulmonem: super hoc quoqꝫ foramen duo sunt panniculi aperientes se aeri ingredienti. Alterū est foramen sinistre partis: vnde maior arteria exit que vocatur orthi: ⁊ omniū est fons arteriarū totius corporis: hec habet pāniculos sanguini ⁊ spiritui a corde emittēdo. Postqꝫ clauduntur reditū prohibēdo ne exeat. He due cōcauitates cordis semper sunt in pulsu: sed plus sinistra quia sanguis ⁊ spiritus plus ibi regnant: he sunt compositiones cōcauitatum cordis. Foramen qđ a dextra protenditur in sinistram in dextra incipit maiorari: sed postea in sinistram paulatim se stringit: qđ ideo consequitur vt sanguis in sinistra parte subtilior egrediatur. In vnoquoqꝫ cordis concauo frustulū est exterius qđ auricule assimilatur: he due cordis auricule dicūtur. In dextra auricula arterialis solidatur vena: in sinistra vero venose arterie est solidatio. Habet autē in sua latitudine quedam ossa cartilaginosa: que cordis sedes sunt appellata: circūit etiā cor quidam panniculus qui cassula cordis dicitur esse. In huiꝰ pāniculi extrinsecus medio panniculi pectus mediantes solidantur. Iste pāniculus cordi non iungitur: ne forte eius motio impediatur: qui cordi fuit necessarius: vt esset fundamentū caloris naturalis. vnde animal regeretur: sed inferior concauitas dignior est supradicta de causa.

De diaphragmate. Cap. xxiij.

Subtus collum duo sunt concaua maiora: vnū circundat omnia pectoris ossa pulmonē ⁊ cor continens: alterū continet vētris lacertos omnes. Istud incipit ab inferiori teneritudine pectoris vsqꝫ ad inferiora ossa penis: in qua concauitate sunt stomachus epar intestina splen fel renes vesica matrix. Inter hec duo concaua quidam lacertus est rotundus eorum differentia qui dicitur diaphragma incipiens a teneritudine pectoris: ⁊ procedēs inferius vsqꝫ ad. xij. spōdilē vbi solidatur ex omni parte cum chordis ⁊ ligamentis ab eo exeuntibus: operitur autem hic lacertꝰ de vno panniculo superius qꝫ a pāniculo costas circundante egreditur a duobus pectus mediantibus. Subterius est alter pāniculus qui a syphac egredit. Habet diaphragma duo foramina: vnū vnde exit mery: de altero foramine exit vena concaua que spargitur in corporis membra. Diaphragmatis duo sunt iuuamenta: pectus enim dilatat atqꝫ constringit cum alijs lacertis pectoris: scdm est qꝫ differre facit instrumenta spiritus atqꝫ cibi.

De instrumentis ciborum: ⁊ primo de bucca ⁊ superiori pellicula. Cap. xxiiij.

Cibi instrumēta ab ore sunt incipientia: os enim multa habet instrumenta ibi coadunata: scꝫ dentes ⁊ pelliculas: vnde operitur bucca palatum ⁊ linguā: habet inferior pars oris guttur vuulā canales pulmonis ⁊ mery. Dentium iam diximus numerū ⁊ eorū iuuamētum in tractatu ossium. Lingua duarum rerum habet iuuamenta. s. animate rei atqꝫ cibi: cuius cōpositionem superius diximꝰ: ⁊ similiter de alijs tractauimus. Pellicula vnde bucca circūinduitur pellicule circumamittēti os stomachi: ⁊ ipsum stomachū ꝯnectitur: qꝫ quoquo modo cibum mutat ⁊ stomacho aptat: a stomacho enī incipit: vnde eius naturam custodit.

De ore stomachi. Cap. xxv.

Mery quoddā est corpusculum longum rotundū atqꝫ concauum: qđ a stomacho incipit ꝓgrediēs vsqꝫ in superiorem extremitatem gutturis: eiꝰ exordium est angustū: sed postea paulatim dilatatum ad gutturis summitatem veniens: fit latum procedens super spondiles dorsi: vbi multis ligamētis ligatur non tamen spondilibus adherens medijs: quia multo magis adiungitur dextris: et in. xij. spondilem descendit. A spōdili vero mediante mery separari fuit necesse: vt infra corpus viam daret descendenti arterie: hec enim medijs ligatur spondilibus: vt melius custodiretur. Componitur autem mery de duobus panniculis a stomacho egredientibus pelliculis. Horum vnus exterior est carnosus: et villa sua per latum extenduntur. Secundus interior est neruosus: cuius pili in longū extenduntur tñ obliquātur pauci. Est autem officiū meri transglutiēda tranglutire: ab ore enim trahit cibum: ⁊ in stomachum traijcit: trahit cum villis longis: que ascendentia guttur subleuant in bucce superiora: vt expressis sibi cibū trahant a bucca: quem pili per latum positi suscipientes ab eis stringendo mittunt stomachi receptaculis. Si enim res humida quoquo modo fuerit inter manus stricta: humor inde dilabitur: ex his pilis consequitur: vt transglutiendis leuior fit aditus: euomendis grauior exitus: quia ad transglutiendum adiuuant vtraqꝫ villa: vomitus a solo exteriori adiuuatur qđ dilatatū esse diximus.

De stomacho. Cap. xxvj.

Stomachus etsi in sinistris sit locatus: eiꝰ tñ inferiora tendunt in dextra. Hic hꝫ epar dextrum qđ cū qnqꝫ suis frustulis humectat ipsū stomachū. Splen est sinister sibi: subteriꝰ lacerti dorsi: habet gibbum superius qđ greci zedriā vocāt

cuius forma est quasi spherica: sed tñ eius extrema aliquã-
tulum sunt longa. Inferiora superiorib⁹ sunt latiora: fora-
men sue latitudinis versus intestina videtur stringi: foramẽ
stricte partis dilatatur i mery. Componitur autẽ ex duobus
panniculis: interior est neruosus ⁊ villos habet in longitu-
dine ⁊ in transuerso: exterior carnosus est ⁊ per latum habet
pilos cũ pelliculis splenis: lateraliter ligaẗ ⁊ epatis ex parte
dorsi cum spõdilib⁹. Adiuuat autẽ stomachus vt cibũ exco
quat et epati mittat excoctum, vt facilius epar in sanguinis
naturam vertat. sic bucca in opus stomachi cibum adap-
tat inconsumptum: quam stomachi excoctionem vocant me
dici primam digestionem suarum partium. Adiuuamenta
sunt panniculi ipsius villorum quoq ⁊ spherice forme que
in presentia sunt dicenda. Duorũ panniculorum duplex est
iuuamentũ. cibum enĩ a mery sibi vnus trahit: qđ fit cũ pan
niculo interiori per longum villato sicut superius diximus
de mery. stomachus enĩ in transglutiendis surgit ad mery
et ab eo suscipit sibi cibũ: sicut si quilibet manũ ad quãlibet
rem suscipiendam porrexerit. Secũdi panniculi iuuamentũ
est retinere sibi cibum: qui cum peruenit ad stomachum ab
ipso quasi brancatur quoad digerenda digerantur ⁊ retinẽ
da in suum vsum retineantur. expellenda ergo ad intestina
mittuntur. vnde superiora stringuntur: inferiora vero dila-
tantur. Intestino vero se aperiente qđ porta vocatur: strin-
gere illud exterior facit panniculus: vnde villum latum ha-
betur. omne enĩ membrum duobus constans panniculis: si
villum per longum habuerit: inde suscipienda suscipit. Si
fuerit per latum inde reiicitur reiiciendũ: quorum interior
fit neruosus qđ nimia fortitudo fecit sui sensus. Cum enim
stomachus recepta omnibus suppeditet interiorib⁹: digni-
orem sensum oportuit habere: vt et digestionis vacuitatẽ
sentiret. et vnde rursus impleretur expeteret: sed plurimus
tamen sensus in ore suo habetur. ore enim stomachi senti-
mus qđ famem vocamus. Hac ergo necessitate os stomachi
neruosum et ipsum oportuit esse stomachum. Descendunt
autem iterum duo maiores nerui a summitate cerebri per
os stomachi et ipsum stomachum spergendi. Exterior
panniculus fuit carnosus: vt stomachus fiat calidus vt di-
gerere valeat. natura enĩ carnea calida est ⁊ humida. et hic
in parte dextra aptatur epati: habilisq locus inde appara-
tur. Splen enim in sinistra: minoris tamen quãtitatis est ꝙ
epar. epar enim in dextra est. Splen vero locatur i sinistra.
Lacerti inferius. zirbum vero superius vt melius calefieret
ad digerendum stomachus qui ligatur vndiq: ne mot⁹ su⁹
valeat a loco suo extirpare. Fuit rotundus vt passibilitatẽ
reiiciat. ⁊ multam cibi quantitatem suscipiat. Longa sunt
extrema: vt desuper mery iungeretur. In stomacho vero in
ferius. latitudo inferior. et angustia superior. que in huma
no tantum stomacho ideo fuerunt necessaria. quia cum ho-
mo pre alijs erectior sit animalibus: cib⁹ in inferiori semꝑ
suscipitur: vnde fuit latitudo ĩferior vt multitudo cibi inde
posset capi. Latitudo ĩferioris foraminis opposita est mery
vt si forte transglutiretur aliquod durum: et non bene ma-
sticatum: intrare valeat. foramen inferius ideo angustatur
quia cibus in stomacho o nimia excoctione subtiliatus facili
us egreditur: ⁊ rursus ne cib⁹ anteꝙ excoquatur exeat. vñ
et oportet semper claudatur.

¶ De intestinis. Cap. xxvij.

Intestina super dorsi spondiles et os latũ sunt
posita: et ligamentis a syphac egredientibus
ligata: incipientia ab inferiori foramine stoma
chi qđ porta vocatur vsq in anum protendun
tur: et gibbosa in sinistraz a dextra: ⁊ a sinistra
retorquẽtur in dextram. Hec ex duob⁹ compo
nuntur panniculis. Vnusquisq panniculus habet villum
in latitudine rotundum: quorum essentia eadẽ est que in sto
macho dicta. Sunt autem sex numero: tria sunt subtilia que
sunt superiora: et cum porta sunt iuncta: tria grossa ab in-
feriori subtili sunt incipientia. Unum trium subtilium voca-
tur duodenum. quia sua longitudo pro mensura cuiuslibet
hominis duodecim habet digitos: super dorsuz erigitur in
nullam partem sui torquetur: sicut alia circumuoluuntur.
Alterũ vocatur ieiunũ: quia semper est cibo vacuum: globo
so circũactum in similitudinem aliorum. Tertiuz subtile est
appellatum scđo simillimũ. sed tamẽ nũꝙ sine cibi fece inuẽ
tum. Grossorum triũ primũ est orbum appellatum: et inci-
pit a subtili extremitate et est latum: a dextra in sinistrã par
tem circũuolutum: qđ vocatur orbum q: tantũ vno forami
ne est contẽtum per qđ intrantia intrant. ⁊ exeuntia exeunt
qđ egreditur ab eo aliud intrat intestinũ qđ vocatur yleon.
orbum vero intestinum sacco est assimilatuz. Scđm grossoꝝ
illud est qđ vocamus yleon. qđ similiter alijs a dextra in sini
strã tendit. Sed tñ a dextra ascendit sup hancham: ⁊ vocaẗ
yleon qsi dura digestio. vnde ylium dolor in hoc residet in-
testino. Tertiũ intestinũ est rectuz: qđ in ĩferiori ani extremi
tate ponitur et vocatur colon. vbi cum aliquando digestio
inheret: inde colica nascitur passio. Hoc ceteris latius est
intestinis. Intestina hec circũdant vene: nerui quoq et ar-
terie. sed horum maior pars remanet circa superiora: ligan
tur cum pelliculis et glandosa carne in sua concauitate. que
omnia in superioribus sunt dicta. hec est intestinorum com
positio. Iuuãt vt a stomacho digesta recipiant: et inde suc-
cum mãdent ad epar: fecesq forat expellant. A superiori ve
na que vocatur porta vene multe prodeunt ad intestina. ab
intestinis quoq percurrunt ad epar: et he vocantur mese-
raice. per quas cibi succus ad epar tendit ab intestinis. Rur
sus intestina iuuant: quia cibum mutant. cibus enim intra
stomachum receptus: digestus cum portaz exeat: et ad sub
tile intestinuz veniat: ibi aliquas consumens moras: melius
subtiliatur. et inde per meseraicas ad epar progreditur vbi
in naturam sanguinis mutatur. sicut enim bucca et mery ci
bum subtiliant vt stomacho subtiliorem mittãt: sic et in sub
tili intestino nondum bene depuratum in stomacho: multo
maior fit digestio: vt epati mittatur digestibilior. vnde hoc
intestinum stomachi essentie est vicinum. Hec est vna inte-
stinorum necessitas. Singulorum autem virtutem dicturi
sumus et compositionem. Eorum autem globositas et ro
tunditas: ideo fuere necessaria: vt cib⁹ aliquãdiu ibi maneat
qđ si non fieret homo semper comederet: ⁊ semper digere-
ret. Secũdo fuere necessaria vt cibum partim digerant, put
cis suppetit et partim retineant: superflua vero expellant
Duodenum intestinum ad dorsum est erectum: vt venis et
arterijs: atq neruis daret locum. Sic enim locatum minus
obtinet loci spacium. Dicendum est quare ex duobus pan-
niculis fuerunt ⁊ villa per latum succederunt. Duo panni-
culi fuerunt necessarij: vt si vnus pateretur: ab altero sibi
subueniretur: sicut in diuturna videmus dissinteria. quia
aliquando in digestione frustula carnis videmus exire. que
de interioribus panniculis constat esse: non tamen perit in
testinum: quia exterior panniculus facit sibi supplementuz
Eorum villa per latum sunt extensa: vt superfluorum forti-
ter sint expulsiua: vnde fit vt sint duplicia. Inferiora inte-
stina superioribus sunt grossiora et maiora: vt non frequen
tius hominem ad sellam ire oporteat: quia si digestio loca
stricta inciderit facile ea implet ⁊ cito euacuari oporteret: ꝙ
si ampla: contingit econuerso.

¶ De zirbo. Cap. xxviij.

Zirbum ex duobus pãniculis grossis atq spis-
sis componitur: quorum alter supponitur al-
teri. In horũ medio multa est grossitudo mul
te vene et arterie. Grossitudo ista est super in
testina. cuius forma sicut sacculus siue marsu-
pium extat. Incipit ab ore stomachi: ⁊ vsq ad
intestinum qđ vocatur colon tendit. bucca enĩ ibidem est vbi
et principiũ. aliqñ solidaẗ i aliq extremitate epatis: ⁊ in dor
si costis: neq in his determinate: sed sicut solet contingere.

Sepius iungitur cum stomacho ⁊ splene atq; colon: vt stomachus et intestina per seipsum possint caleneri. et vt liget atq; operiat venas quas habent intestina.

De epate. Caplm. xxix.

Epar in dextro latere ponitur: ⁊ super hypocūdria locatur. est autem gibbosum: atq; cōcauū. Concauitas stomacho ⁊ intestinis est finitima amplectitur enim stomachum cum suis quinq; frustulis. Gibbositas diaphragmati est apposita ita vt ipsum tāgat. ligatur cū diaphragmate pelliculis ipsum operientibus. ⁊ similiter costis posterioribus. Cōcauitas etiam sua stomacho ⁊ intestinis cū pelliculis et venis est ligata. Hoc epar nō equaliter se habet in omnibus aīalibus quātitate siue partibus. In hominibus em̄ maius est ꝙ̄ in alijs animalibus eiusdem quantitatis Numerus partiū in quibusdam duarū: in quibusdā trium in alijs q̄ttuor: in alijs quinq;. Epar magnā parte̅ tenet in dextra: ab altera lata sua cōcauitate vena progreditur que vocatur porta. que anteq̄ exeat in q̄nq; diuidit̄ venas q̄nq; epatis intrātes ꝑticulas: vbi vnaqueq; pars quinaria ī multas venas diuiditur subtilissimas que in inferiorem stomachum protēduntur. in duodenum quoq; intestinum: ⁊ ieiunum: atq; rectum. qđ satis diximus cum de venis tractaremus. Necessariū fuit epar vt cibum mutet: ⁊ sanguinem faciat: quē postea per venas in totius corporis membra trāsciat. vnde fit ꝙ substantia epatis coagulato assimilet̄ sanguini: cibus enim in stomacho excoctus ⁊ digestibilis fact⁹ portam ingreditur: ⁊ deīde duodenuum: ⁊ postea in ieiunū ⁊ a ieiuno in subtile intestinū. subtile vero succū bene colatū per meseraicas mittit venas ad venā que vocatur porta. et per hanc eandem epatis intrat ventrem. inde per venas sparsim dilatat̄ que per epar extendunt̄: epar cibū mutat in naturam sanguinis quē per venam maiorem q̄ vocatur concaua: in cetera corporis membra mandat.

De splene. Caplm. xxx.

Splen in parte est finistra: cui⁹ forma aliquantulum est longa: ⁊ parum ꝯtra stomachum concaua. ⁊ versus partes inferiores gibbosa. In his autē duob⁹ locis ligat̄ cum panniculis cui bina cōiungūtur vascula: vnū qđ maioris est quātitatis a gibbositate est epatis ꝑ qđ ab epate sanguinē choleri cum nigrū videtur splen sibi attrahere. alterū minus inter splenē ⁊ os stomachi locatur. vnde cho. ni. ad os stomachi mandatur: vt appetitus inde confortetur. Splenis iuuamētum est vt sanguinē in epate mūdificet ꝑ vasculū supradictū cum quo sibi trahit sanguinis fecem: quā ꝑ aliud vas ori stomachi mittit quātū ad iuuandū appetitū sufficiat. neq; tñ totū ⁊ ilico mittit: sed aliquādiu sibi retinens in sui trāsformat vsus partem. alia pars tandē iam facta cho. nigra: ꝓut dixi: mittitur stomacho in suo appetitu confortando. vñ fit vt splenis substātia quia sugit ⁊ mittit rara fit vt spongia. et grossos hu. sibi contrahat: color eius nigredini assimilatur vt cho. ni. exprimatur.

De felle. Capitulum. xxxj.

Fel super epatis frustulum maius est. huius vnus est tm̄ panniculus fortis et durus: bina habet vascula. vnum in epatis cōcauitate iunctū per qđ cho. ru. a sanguine epatis depuratur. Alterū in duo: vnum horū maius intestino iungitur. vnde co. ru. impleat officium. collo huius furcule due iunguntur vie. vna est illius arterie que exit ab epate altera est nerui ad epar venientis vnde intrat ⁊ sensus datur felli. est autem fellis iuuamentum vt sanguinem a cho. ru. mundificet ne forte ibi remanens eum incenderet.

De renibus. Caplm. xxxij.

Renes sunt in lateribus dorsi spondilium: quorum dexter est excelsior vni epatis instans frustulo: horum concauitas sibi alternatim est apposita: qđ in solo contingit homine: ⁊ singulis due ex concaua inseruntur furcule cum ipsa ingrediatur vena ab epate: vna sanguinem portat: vt ipsum nutriat. altera vt sanguinis colamentum sibi trahat .i. vrinā ambobus quoq; de maiori vena accedunt furcule: vt vitam eis possent dare. ab ambobus duo exeunt vascula longa: et bene concaua pelliculis operta: que iunguntur cum vesica a medicis vocantur emunctoria: per que in vesicam protenditur vrina. ob hoc autem renes fiunt vt aquaticum sugentes sanguinem: cum in epate depurarent.

De vesica. Capitulum. xxxiij.

Vesica in maribus super rectum intestinum ponitur. est aūt vnus panniculus idemq; duplex. durus vt cho. ru. commixtionē ferret. super foramen vnū habet lacertum quo vesica constringitur ne vrina preter velle hominis egrediatur. a renibus ad vesicam tendit vrina per vasa que superius vocata sunt emūctoria: hec cum ipsa solidantur prout diximus: que cum ad vesicam veniunt vesice quodam modo pelliculam excoriant: vt pateat vasculis: post pellicula solidatur: ⁊ vt ante fuit inuenitur: ne forte ventus ingrediatur. et vrine accedenti prout diximus excoriando aperiatur.

De genitalibus. Caplm. xxxiiij.

Matrix in forma sua est sicut vesica: cuius forme maxima est profunditas: q̄ vtrinq; habet quasi quedam frustula cornibus assimilata: quibus differt a vesica. ascendunt autē cornua vsq; ad supradicta emūctoria: ⁊ per frustula arterie intrant que sperma et spiritum in vuluam portant. Vulue substantia est neruosa: vt in cōceptu posset vndiq; extendi. et tunc maxime cum fetus inciperet maiorari. bucca est neruosior vt in cōmixtione maris delectationi eēt assensibilior: moderate dura vt intrando semini extenderetur: et eo recepto clauderetur. qđ vtrūq; non fieret si nimis dura siue mollis esset. Vnus pāniculus pilos habet in compositione deformes: qui vnus est et paruus et in longum extensus: necessarius appetitui trahendi spermatis: est et alius ex obliquo et maior et ad hoc solummodo vt spermatis et concepti fetus esset continentior. est ali⁹ lateralis quo fetus egressurus emitteretur. sed superposita est intestino: et ei vesica superposita: vt vulue subtilitate inferius grossitudine intestinum esset vice culatre: cuius opertorium est vesica: membris sibi vicinis ligatur ligamentis flexibilibus quib⁹ eā extendentibus non tamen rumperetur: vesica longior est inferius ꝙ̄ vulua. et vulua excedit superius: et vesice collum nature feminee est iunctum. Natura autem feminea est spaciosū illud qđ vtraq; penis ossa mediat: super anum locatur. deforis habet frustula de pellibus que vocātur bradara: que frustula sunt in feminis: sicut in marib⁹ preputia: fuerunt autem necessaria vt ab aeris frigiditate vulue essent opertoria. Matricis cōcaua duo sunt magna. vnum dextrum: alterum sinistrum. hec vtraq; in vnum secedunt concauū qđ vulue vocatur collum. quia ergo tria sunt cōcaua antiqui cōsueuerūt dicere vuluas. qđ est videri in interfecto animali: si vuluam circuieris. discoopertis em̄ superioribus pelliculis: duo apparēt concaua tertio iuncta. que quasi due videntur esse vulue. necessaria fuerunt concaua vbi gemini haberēt locum. in his sunt quasi quedam fosse que venarum sunt bucce: vnde menstrua solent venire. Sūt autem aspera ista loca vt inuiscando spermati essent opportuna vbi .s. ligatur secundina. Matrix vero duos habet testiculos in summitate colli positos post frustula que superius vocauimus cornua. quorum vnus dexter: alter vero sinister. minores in quantitate ꝙ̄ sint testiculi masculi. forma eorum rotunda: parū tamen in superficie tenuis plana substantia glandosa: sicut ea sunt que confortant venas eorum mediastinas. duriores feminiīn ꝙ̄ masculini: quibus singulis singule de renibus veniunt vene: que subeunt frustula superius ita vocata. De testiculo vnoquoq; quedam penne videntur exire per quas testiculi sperma iaciunt in vasa spermatis. Talis est vulue forma et compositio sua. que ꝑm tempus et etates in diuersis feminis est diuersa. quia grauide maiores habent ꝙ̄ non grauide. nōnunq̄ grauide minores ꝙ̄ non grauide, quanto plus femine grauidantur

tantoplus carū vulue ꝓpter extensionē maiorātur. Sec in etates: q; minores hñt puelle parue ꝙ pueri e adulte. vetera ne maiores ꝙ iuuēcule: libidinose ꝙ nō libidinose. Sȝ natu ralis matricis quātitas in longitudine ab vm bilico vsq; in naturā femineā. xij. est digitorū; latitudo est spaciolū duorū emunctoriorū. mediū vbi duo vulue cornua se iungunt.

Sicut hip. ⁊ ga. perpenderunt sperma est artifex ⁊ natura creandorū infantium. mēstrua vero sola materia sunt: neq; creat fetus nisi spermata ma ris et femine cōmisceant. vulua em̄ a mēstruis vi cinitus mūdificata in cōmixtione vtriusq; retinet sperma virtute sua cōtentiua. si inquā viri sperma neq; mul tum liquidū: neq; spissum: neq; viscosum fuerit: sperma reti netur: quia bucca vulue fortissime claudit: qd̄ pōt intueri si aliquā bestiā occideris plenā: adeo ei os vulue clausuȝ inue nitur: vt ne ingredi possit acus: qd̄ cōtingit ex nimia ꝯcupi scentia retinēdi spermatis: qd̄ cū virga exeat virtute virge ex pulsiua vadit rectū p vulue collum vsq; in ipsius fundamē tū: vbi dū dilatat vicina loca replent: lateralia vero cornua remanent vacua; ad quorū vacuitates cōplendas exit sper ma de testiculis femine p vasa sui spermatis mixtum cū viri spermate. replet ea loca ad que replēda virile sperma nō po tuerat puenire. ⁊ sic vtrūq; per matricē dilatat mixtum. sȝ cū inter hoc ⁊ vulue essentiā quedā loca vacua remaneant implent illo spermate qd̄ mixtum dixeramꝰ remansisse. Cō mixtio aūt hec duabꝰ de causis fuit necessaria. primo vt sper ma masculinū cōtemperet femineū. masculinū em̄ grossum est et calidū. femineū econtra frigidum ⁊ liquidū. masculinū ergo ex nimia sui spissitudine nō pōt se dilatare: ⁊ ex nimio sui calore materiam destruit infantis. vñ fuit necesse vt suarū qualitatū diuersitate femineū sperma has vtrasq; tempe raret. Scd̄a causa est vt pāniculus inde fieret qui infantulū circūdaret dū sibi cōmixtio circūquaq; spergitur vulue calo re excoquit. vñ panniculꝰ citissime efficit: sicut ex pasta liq da ferro calido supposita citissime fit nebula. Lenitas autē et planities vulue nūꝙ ꝑmittunt panniculū adherere pter supradictas fossulas: ibi em̄ cōglutinatur asperitate nimia qui panniculus ideȝ facit spermati qd̄ ouo nouiter formato suus facit panniculus. In bruto em̄ aīali iam vicinante con ceptu hic panniculus fossulis q̄ sunt venarū ora tm̄ alligatꝰ inuenitur ꝙ vix dissoluat: si tunc aīal interficiat. x. Unde re fert hip. de saltatrice muliere q̄ saltans post septē dies con ceptiōis inter hmōi panniculos sperma emiserit in similitu dine oui nōdū cōpleti. Ad hūc pāniculū totū vndiq; sperma circūeuntē ingrediūtur mēstrua p venarū ora. i. per supra dictas fossulas. nondū em̄ adeo est durus quin facile pfore tur: ad quē etiam sanguis subtilissimꝰ. et spūs per arterias ingrediunt: eumq; ob nimiū sui impetū nō solidari postea permittunt. sperma quoq; naturaliter spiritū habens ⁊ na turalē calorē sibi trahit sanguinē ⁊ spiritū exteriorē. q; dum panniculus induretur foramina nō claudūtur. Uene quoq; ⁊ arterie nascentes in spermate venis ⁊ arterijs ad vuluam ꝑuenientibꝰ sunt iūcte: ⁊ sanguinē ⁊ spm̄ secū ferunt: ⁊ al ternatim sibi solidātur mediātibus venarū ⁊ arteriarū fora minibꝰ. de his aūt venis. et arterijs in modū tele circūuolu tis: circūuoluit panniculus: ꝙ et postea de venis omnibus due tm̄ vene fiunt. de duabus vero arterijs vna sola arteria conficitur q̄ confecta secūdina vocatur. ad hoc necessaria vt illam arteriā: duasq; venas cōfirmet ⁊ defendat: vel vt per venas de menstruo sanguine infantē nutriat; ⁊ per arteriā spiritū subtilē: ⁊ sanguinē sibi tribuat. in hos duos pānicu los alij nascunt duo: vnus secundine ꝑimus a vulua egre ditur. cuius forma fasciole simillima cum infantis iungit ve sica: vt suam vrinam suscipiens ejciat. Cui alter est supposi tus latus atq; grossus: qui fumū ⁊ humectationē infantuli sit suscepturus. Sic em̄ fumus exit de īfante: sicut sudor de perfecto homine. isti sunt panniculi qui operiunt infantulū. Infantulus aūt sic concreatur. vtraq; spermata sibijnuiceȝ cōmixta ex sanguinis caliditate fiunt sicut vesice: sicut in re spissa ⁊ viscosa videtur. que cum igne excoquatur quasi ve sica propter ebullitionē efficitur: que vesice cum sibi postea adiunentur: ⁊ spiritu spermatis adimplētur: in perforatio ne spermatis magis cōcauantur vbi spermatis extremitas induresciat ne spiritum permittat egredi. vnde fit vt spiritus et sanguis panniculū secundine penetrent: ⁊ spermatis cō cauitates repleāt. Uirtus vero formatiua de menstruo san guine infantis membra nititur informare: de solo spermate alba cōficiens membra. scȝ cerebrum: ossa: cartilagines: pel liculas: ligamēta: venas quoq; ⁊ arterias. De sanguine mē struo epar et preter cor omnia membra carnosa. quia cor de sanguine fit arterie. Hec virtꝰ formatiua prius illa efficit mē bra que aliorū sunt fundamentū. vtpote cerebrum cor epar. Cerebrū ex spermatis fit eēntia; cor de sanguine fit arterie epar de sanguine mēstruo p venas ad secundinā veniente. hec tria in formatione sua sunt sibi vicina: sȝ ad seinuicē se cedūt postea. Illa autē vena q̄ de cibus alijs fit vna ad cor veniēs sanguinē subtilē ⁊ spm̄ sibi subministrat. De his fun damētis alia nascūtur tria. De cerebro nerui ⁊ nucha egre diūtur: quā de corde ideo natura fecit exire; q; primuit ne ex vie longinquitate rūperet. De epate vero vene sanguinē deferētes exeūt. His q̄si fundamētis factis: fecit natura ossa hec custodiētia. De spermate em̄ fit craneum vt custodiat cerebrū: spondiles nuchā custodiētes: pectoris costas vt cor pus custodiant: posteriores costas vt defendat epar. illa tn̄ apparent prima q̄ sunt fundamētis vicina sicut sensus in strumēta cerebro vicina: pulmo cordi: stomachus: splen: re nes ⁊ panniculi epatis sunt viciani. Post ista nascunt et alia istis posteriora mēbra in cōcauitate pectoris: pedes ⁊ filia. q̄ paulatim informant oīa ex quo i vuluā incidit sperma. In fans em̄ concreat q̄ttuor gradibꝰ. primꝰ est sicut anatomi cis videt cū spermati adhuc sit vicinus: quē hip. sperma vo cat: alter cū sperma sanguini se admiscet: tamē cerebrū: cor epar nōdum ad plenū formata sunt: sȝ sicut sanguinis sunt massa: quē gradū hip. vocat fetū. tertiꝰ cū cerebro corde ꝙ ⁊ epate iam formatis; alia mēbra apparēt in forma que dr̄ ab hip. embrio. quartus cuȝ oīa apparent eque formata. q̄ gra dus ab hip. infans vocatur. Jam em̄ incipit se mouere ⁊ pe dibus calcitrare. In tribus prioribus infans arbori anima te assimilatur. hec est formatio infantium membrorūq; suo rū. Tēpus ꝯpletionis est hmōi: qui in septē nascit mēsibus si fit masculꝰ. xxx. diebꝰ informatur. ⁊. lx. mouetur. Femīa in xxxv. formatur. in. lxx. mouetur. ⁊. ccx. diebꝰ cōpletur. Deceȝ mensium masculus. xlv. formatur diebus. xc. mouetur. femi na in. l. formatur diebꝰ: in. c. mouetur: in. ccc. nascitur. Nouē mensiū masculus in. xl. formatur diebꝰ. ⁊ in. lxx. mouet. fe mina in. xlv. formā suscipit in. xc. motum ducens. ⁊ in. cclx. nascitur. Masculus iō citius cōpletur: quia sperma vnde na scitur fortius est ⁊ calidiꝰ. Hip. tamē testatur se vidisse mu lierē ante. xxx. diem aborsuȝ fecisse ⁊ abortiuuȝ oīa membra compleuisse. Unde hip. cuiuscūq; forma in. xxxv. diebꝰ com plet. ccxxv. pariūt. modus em̄ cōpletionis dȝ eē duplus mo tui parturitionis: parturitio vero tripla. Si quis autē q̄stio netur cur infans. viij. mēsium nō viuat. Ita respōdendū est testatur hip. oēm infantē in. vij. mēsibus motū habere: ꝙ si adeo fortis fuerit vt exire possit: quoquo mō ad vitā calescit. Si nō exierit: ipso motu ita debilitat ⁊ patit: vt in sequenti mense exiens nullatenꝰ possit viuere. Si aūt ad nonū men sem fiue. ⁊ natiuitas ꝓrelcetur a passione prioris motus in tra vuluam roborat. vnde est probare ꝙ oēs matres pꝰ in ix. pariunt mense. Sciēdū est ꝙ ꝙ in dextro masculus: in si nistro vo latere femina formatur: ⁊ indē q̄libet magis moue tur. masculi in dextris mouent: q; calidiores sunt feminis. vnde latus qd̄ est calidiꝰ vendicauerūt sibi. de sinistro accipi endū ē ecōuerso. Sinister etiā testiculꝰ femie frigidioris na ture ꝯprobat eē. vñ ⁊ sperma fri. ē ⁊ hu. Uniuersalr̄ ḡ dicen dū. q; quāto sperma magis ē cal. sic. atq; spissum: tāto sepiꝰ masculi īde nascunt. ꝙ si sperma aliō fuerit ecōuerso ꝯtigit. Signo mascli ꝯcepti erit hmōi. mr̄ erit pulchri colorꝭ: motꝰ leuioris: dextra mamilla erit maior atq; durior. mamille sū mitas magna atq; dura. pulsus ī dextra manu maior ⁊ spissi or ⁊ plenior. de fēia ꝯcepta accipiēdū est eȝ. De masculo in xxv. diebꝰ femīe fit purgatio. de femia. Lxxxv. Sperma viri si abundauerit plusꝙ femine: infans videbitur pr̄i assimila re. si femine; erit magis matri assimilādꝰ. Quādoq; femine

pariũt geminos. Ba. tñ testaẽ se vidisse mulierẽ tres peperisse. s. duos masculos ⁊ vnã feminã. Quidã dicũt φ mulier iiij. pepit duos filios ⁊ duas filias. Alij fatenẽ se vidisse mulierẽ pepisse q̃nq; masculos ⁊ duas femias. Alij fatenẽ se vidisse mulierẽ peperisse q̃nq;. ⁊ ita q̃ttuoꝛ annis. xx. genuisse et hos vixisse: qđ satis est possibile nature. q: vulua q̃ttuoꝛ hꝫ fossulas: quas dixim⁹ venaꝝ oꝛa p q̃ ad vuluã ascendunt mẽstrua. Dicũt alij mulierẽ in septio mẽse pepisse. in nono vero masculũ alterũ. vñ demõstrãt post pmũ ↄceptũ alterũ cõcepisse masculũ. Hoꝛũ q̃dã dicũt mulierẽ quãdã ↄcepisse: sed post annũ nihil aliđ φ carnis massaꝫ emisisse. hec oĩa nature sunt possibilia. Sꝫ tñ ego nullã vidi q̃ fatereẽ se vidisse.

De mamillis. Cap. xxxv.

Mamille de glandosa carne sunt facte molli et alba: sicut lactis est natura. Sũt aũt vene ⁊ arterie sibijnuicẽ contexte. he sunt imposite pectoꝛi vt coꝛdi essent vicine: qđ caloꝛis fundamẽtum est naturalis: quatinus adiuuarent decoctionẽ sanguis. Que sunt necessarie vt lac generetur vnde infans nutriatur. puer em̃ in vulua posit⁹ sanguine mẽstruo nutriebaẽ: vnde opꝫ puerũ natũ habere nutrimentũ eidẽ sanguini finitimũ. Mamillas ergo hꝫ femina in pectoꝛe. vt he coꝛdi vicine sanguinẽ naturali excoctum caloꝛe in naturã mutarẽt lacteã: cõcaua em̃ vena ad coꝛ veniẽs et de coꝛde ad pectus exiens ascendit vsq; in gutturis furculas. et ĩ duas diuiditur maioꝛes furculas. ⁊ simile faciunt arterie: q̃ ambe furculatim descendunt. ⁊ ambe diuiduntur in ambas: ⁊ multipliciter diuise cũ earum miscenẽ carne. Sanguis veniens ad mamillas excoquitur in via anteφ perueniat ad eas. hic em̃ sanguis per venã cõcauã ad coꝛ ascendit et inde redditur pectoꝛi. et de pectoꝛe redit ad coꝛ: de coꝛde ad mamillas penetrat: ⁊ venatim spargiẽ per mamillas vbi tamdiu moꝛatur quo ad lactis pfectionẽ excoquaẽ. excoct⁹ in mamillaꝝ spongiosam iacitur carnẽ. q: hec caro naturam habet lacteã. Sic fit nutrimentũ cuiuslibet infantis. Jndẽ et epar succũ cibi mutat in naturã sanguinis. vt detur ceteris nutrimentũ mẽbꝛis. ⁊ marie carnosis. Vt autẽ lac de sanguine menstruo fiat: ⁊ a vulua mamillas attingat: signum est: q: a mulieris cõceptione incipiũt menstrua cessare. vt infantib⁹ in vulua positis: inde videatur nutrimentũ dedisse. Mulierũ aboꝛtiuũ faciendarũ mamille emollescũt: etsi ante fuerint dure sicut hip. in apho. testatur. Si mulieri ĩquit postφ geminos cõceperit dextra mamilla emollierit: aboꝛtiuus fit masculus: si sinistra: femina.

De testiculis. Cap. xxxvj.

Testiculi instrumẽta sunt generãdi spermatis et ab hoc cõponuntur de carne glandosa alba molli ⁊ rara vt albũ faciãt sperma. Vnusq̃sq; testiculus vno panniculo est obsitus: qui a syphac egreditur: ad quoꝝ vnũquẽq; vena venit a renibus p quã vis sanguis ei subministraẽ: vnde materia spermatis esse pbatur. hic cũ ad testiculos veniat multipliciter per eos se dilatat. Jterũ due arterie a doꝛsi eueniunt parte: q̃ per testiculos multipliciter diuidunẽ sicut ⁊ vene q̃bus miscẽtur. he arterie per testiculoꝛũ carnẽ disperguntur mixte. Sanguis q̃ spermatis ẽ materia anteφ pueniat ad testiculos ex pte mutaẽ: ⁊ p venas dispergiẽ. ⁊ tũc albescit cũ digestio cõpleaẽ. deĩde carnẽ testiculoꝛũ he vene intrãt: vñ sperma fit pfectũ. De testiculis duo vasa exeunt quoꝛuꝫ substantia est sicut testiculoꝛum. inter hec duo vasa testiculi eijciunt sperma: ⁊ a vasis suscipit virga. sicut a mulierum testiculis suscipit vulua: hec vasa vocãtur spermatis: q̃ longa sunt in masculis. q: de testiculis ascendũt in ossa penis. ⁊ in virgã descẽdunt: hec larga sunt in masculis ⁊ dura. longa vt a testiculis exiens sperma melius excoquaẽ. in via largitas vt cito a virga exeat ⁊ in vuluã ⁊ virga virili. duritia: ne ex vie rũperentur lõginquitate. Jn muliere vasa spermatis cõtraria sunt his. Sũt em̃ curta stricta ⁊ mollia: q: ipsi⁹ mulieris subtile est sperma. vnde fit vt p stricta loca facile currat. curta: q: vicina sunt loca ad que pꝛoijcitur sperma. mollia: quia non longa restabat eis via.

De virga. Capitulum. xxxvij.

Virga est caro neruosa: rotunda: ⁊ cõcaua ab vtroq; penis incipiẽs osse: ⁊ vtrinq; neruos hꝫ sibi oppositos ex trãsuerso. q̃ duplici ex cã fuit necessaria. Pꝛima vt p vasa sua sperma in vuluã pijciat. vnde fuit neruosa vt appetitum concupiscentie in tactu habeat. ↄcaua efficitur: vt accedente appetitu vento impleatur. vnde erigitur. Ambo lacerti sunt sibi oppositi lateraliter: vt nusφ virga possit flecti. vnde rectum sperma in vuluam pijciat. Secũdo: q: cum vesica vie spermatis sit vicina: hac eadem via emittitur vꝛina: vesicam em̃ ex parte ani natura extulit quã ossibus penis admouit: que in masculis collũ habuit qđ virge coniũgitur concauitati que vꝛinam expellit. Mulier cum virga careat: parũ longi colli sibi est necessarium vt in naturam femineam eijciat vꝛinam.

Explicit tertia particula: incipit quarta.

Capitula quarti libꝛi.

Disputatio de virtutibus. Capitu. j.

Constat ex libꝛis superioꝛib⁹ vbi elemẽta numerauim⁹: q: oẽ coꝛpus aĩatũ siue inaĩatũ: sensibile seu ĩsensibile ex q̃ttuoꝛ elemẽtoꝝ ad seinuicẽ cõstaẽ cõmixtiõe. ⁊ q̃dã coꝝ quasi passibilitate coꝛum cõmixtio in vnoquoq; coꝛpoꝛe vocatur complexio. Sunt autem hec calida frigi. humi. sic. Tanta vero in vnoquoq; coꝛpe hoꝛum existit quantitas quanta est necessaria. Complexiones iste sicut instrumẽta sunt nature siue aĩe siue vtriusq;: oĩm em̃ coꝛpoꝝ regimẽta aut ex aĩa ⁊ natura: aut ex sola natura. q: natura aĩata ⁊ naturalia regit mẽbꝛa. sola aĩata regit aĩa. qđ cũ ita sit: necesse ẽ nature atq; aĩe quãdã v̓tutẽineẽ q̃ opationẽ suã valeat ↄplere. virt⁹ ex coꝝ actõib⁹ mõstraẽ: v̓t⁹ vo nature mõ gñat mõ nutrit: mõ pascit. v̓t⁹ vo aĩe solũ viuificat. i. q̃ coꝛ ⁊ arterias ↄstrigit ⁊ dilatat mẽoꝛiã dãs ⁊ itellectũ sensuꝫ φ ⁊ volũtariũ motũ. Jgiẽ v̓tutes gñales sunt tres. vna attinẽs nature: q̃ vocaẽ naturalis. altera viuificãs ẽ soli⁹ aĩe: ⁊ vocaẽ spũaẽ. alia dãs sensuꝫ ⁊ volũtariũ motũ ⁊ intellectũ: silr est aĩe: ⁊ vocaẽ aĩata. Actio v̓tutis naturalis aĩalib⁹ ⁊ arboꝛib⁹ est vniuersalis: q̃ nihil aliđ est: φ q̃ gñat: nutrit: ⁊ augmentat. hec ĩ aĩalib⁹ ⁊ arboꝛib⁹ viuẽtib⁹ eq̃ videnẽ. sꝫ gñatio aĩalis mutatio ẽ subẽ spermatis ĩ subas mẽbꝛoꝝ aĩali cuiusꝫ gñis cõpetẽtiũ. Augmẽtatio ẽ in quãtitate coꝝ maioꝛatio. qđ fit vsq; ad ↄplemẽtũ iuuẽtutis. Nutrimẽtũ ẽ in mẽbꝛis restauratio dissolute rei: vt aĩal pmanere queat. ⁊ ne pꝛopter hoc qđ ab ipso dissoluiẽ pereat: semp enim intus ⁊ exterius aĩalium mẽbꝛa dissoluuntur. Jnterius pꝛopter caẽ. naturaleꝫ semp dissoluẽtẽ ⁊ ↄsumentẽ: exterius pꝛopter aerẽ indẽ faciẽtem. Jn arboꝛib⁹ silr generãtur de coꝝ spermatib⁹ que in frondes ⁊ ramos mutantur. Qđ auteꝫ gñatur necesse est vt augmẽtetur vsq; ad constitutum tempus. necesse est etiam vt nutriatur: et vt subsistat: cũ aer semper ipsum dissoluat.

Uirtus spiritualis aīalibꝰ rōnabilibꝰ: vel irrōnabilibꝰ: ⁊ nō arborībꝰ est cōis. cuius in oībus animalibꝰ est actio cordis. ⁊ arteriarū dilatatio ⁊ cōstrictio: vt calor custodiat naturalē hec est in oībꝰ aīalibꝰ equalr. Uirtus aīata partim rōnabilibus: et partim irrōnabilibꝰ cōis est aīalibꝰ: que eque sensuꝫ et volūtariū participāt motum. Sensum enī dicimꝰ qḋ visu et auditu ceterisqꝫ sensibꝰ ꝑcipit. Uolūtariū motū mutatonē mēbroꝝ in q̄libet loca ad que volūt. he v̄tutes ambe sunt cōmunes. altera eius pars solius aīalis rōnalis est ꝓpria. i. phātasia rō ⁊ memoria. nullū enī irrōnabile hꝫ has perfecte actiones nihil aliud sunt ꝙ̄ quidā v̄tutis motus ad id qḋ efficitur. Motus aūt sunt sex. duo simplices: ⁊ q̄ttuor cōpositi. Simpliciū vnꝰ est cōuertibilis: ⁊ de re in rem mutabilr. alter est localis. i. de loco in locū mutabilis. Motus cōuertibilis duo sunt modi: vel enī eēntialiter mutatr. q̄ motus constructio: vel destructio vocatr: vel in q̄litatibꝰ. vt si quis de calido fiat frigidꝰ de hūido siccꝰ. de albo niger. de dulci amarꝰ. Motꝰ ꝑm locū sunt duo silr modi. aut enī est rectꝰ: vel circularꝰ. Circularꝰ sicut zona in celo habetr. rectus ante et retro dextrorsuꝫ: sinistrorsuꝫ: sursuꝫ: ⁊ deorsum. Cōpositi sunt sicut augmētatio: ⁊ diminutio: ⁊ ꝯstructio: ⁊ destructio. Cōstructiōis enī motꝰ est cōpositꝰ ex motu in eēntiā ꝯuertibili ⁊ ī diuersas q̄litates mutabili. De destructiōe silr itellige cū eadē q̄litatū quātitate q̄ habebatr in cōstructione. Sꝫ tñ harū qualitates ꝯrie erunt accipiēde. si enī cōstructio fit ex calore: destructio fit ex frigore: ⁊ silr in alijs qualitatibꝰ. Augmentatiōis motꝰ est cōpositꝰ ex cōuertibili ⁊ eo qui ꝑm locum est motus: qḋ enī crescere rē facit ⁊ augmētat. quoquomō eā mutat: ⁊ eius quātitatē augmētat in latitudinē lōgitudinē ⁊ ꝓfunditatē: sꝫ tñ in eadē spē ꝑseuerat. Differt aūt augmētandi ⁊ cōstruēdi motꝰ: quia cōstructio speciē aliquā substātialiter in aliā mutat. augmētatio v̄o rei in substātiali eē ꝑmanētis ē alteratio. Destructio de suo eē rei est anullatio: ⁊ diminutio augmētatiōe ēm ꝯ̄ria in re ꝑmanēte est mutatio. Oē qḋ mouetr alicui hoꝝ sex motuū subijcitr. res autē mouēs est faciēs mouere: facere res mota patiēs. Actio naturalis quedā in sola ꝯuersiōe est sicut gn̄are. gn̄are enī est incipere rē q̄ nō fuit: qḋ in corꝑe aīalis facit ꝑmutatio spermatis in sue eēntie mēbra ⁊ q̄litates suas. Est etiam q̄dam actio naturalis q̄ in solo motu est locali sicut in vno mēbro ē appetitꝰ cibi in silitudine sui. ⁊ sicut cōtinentia cū mēbra in se retinēt res tractas. ⁊ sicut expulsio cū res incōueniēs mēbro expellēt⁊ sibi ꝯueniētibꝰ redditr mēbris. Est ⁊ actio naturalis: ⁊ cōuertibilr: ⁊ localis. sicut nutrimētū cuiuslꝫ rei. Nutrimētū est mutatio cibi cōueniētibꝰ mēbris ꝯpetens. ⁊ mēbrorū icrementū in latitudinē ⁊ longitudinē ⁊ ꝓfunditatē. Actio v̄tutis spūalis tantūmō est localis. q: dilatat solū ⁊ cōstringit. Dilatatio est motꝰ a medijs ad extrema. constrictio est reductio ab extremis ad media. Actio v̄tut⁊ aīate: q̄dā ē cōuertibilis. sicut q̄ nihil aliud est ꝙ̄ mutatio mēbroꝝ in q̄litate reꝝ sensu capiēdaꝝ: quedā etiā est localis: sicut volūtariꝰ motꝰ. Q: vero diximꝰ tres eē v̄tutes mēbra regētes: ⁊ breuiter tetigimus qḋ vnaqueqꝫ opatur: opꝫ plenius ⁊ planiꝰ vniuscuiusqꝫ actionē dicamꝰ: ⁊ quomodo operetur. de naturali virtute primo videtur dicēdum esse.

¶ De virtute naturali. Cap. ij.

Uirtus naturalis est in epate: q̄ cū inde ꝑ venas ad membra ꝓcedit alia: epar tñ eā alijs administrat. hec in tres diuiditr v̄tutes: gn̄atiuā virtutē: nutritiuā: pascitiuā. Gn̄atiua est q̄ de spermate ⁊ mēstruo sanguine infans gn̄atur: q̄ operari incipit ex quo sperma in vuluā cadit durās vsqꝫ in ꝑfectionē infantis. Uirtꝰ nutritiua mēbra augmētat ⁊ a paruitate ad magnitudinē mutat: q̄ ꝑseuerat opari ab initio vsqꝫ ad cōplemētuꝫ iuuētutis ibiqꝫ desinit esse. Uirtus pascitiua qualꝫ v̄tutē ad mēbra portat ꝓut mēbroꝝ suppetit eēntia vt restauret dissoluta: nec tñ in lōgitudinē: latitudinē: neqꝫ in ꝓfunditatē crescere faciat. cuiꝰ durat actio vsqꝫ ad mortē a pueri initio. Harū triū q̄dā est cui administratr ⁊ nō ministrat. q: habet alterā v̄tutē sue actiōis adiutricem: est auteꝫ gn̄atiua. Sed sunt alie due q̄ ministrāt ⁊ eis ministratr sicut pascitiua ⁊ nutritiua. Gn̄atiua duas hꝫ virtutes ministrantes: vna vocatr mutabilis ꝑma ⁊ secūda: alia formatiua. Mutabilis prima gn̄atiue est necessaria ad mutandū substātiaꝫ spermatis: ⁊ mēstrua in q̄ntūlibet mēbroꝝ fetꝰ substātias: q̄ opatur cū q̄ttuor qualitatibꝰ. vt mēbra diuersa in suba efficiātur. Si enī cū calido ⁊ hu. opatur: sola caro efficitr. si autē cū calido ⁊ sicco efficiuntr ossa. Solūmō hec eadē virtus in ceteris mēbris opatr ꝑm cōplexionē q̄litatis haꝝ qualitatū in maius siue minus. Ex his q̄ttuor q̄litatibꝰ q̄dā alie hoꝝ cuilibet cōpetentes nascuntr q̄ visu ⁊ tactu: gustu quoqꝫ et odoratu cōprehēduntr. Uisu quoqꝫ rubor discernitr. q̄ calorem precedētē sequitr: ⁊ albedo q̄ frigidū cōcomitatr. Tactu mollities et durities cōprehenduntur: qui humiditatem et siccitatē sequitur: leuitas quoqꝫ calorem sequitur: grauitas vero frigiditatē: raritas calr. spissitudo frigiditatem. Gustu dulce cognoscimus: ⁊ omne dulce calorem sequitur: acidū sequitur frigiditatem. Odoratu aromatica et fetida dijudicamꝰ. Harū qualitatum a principalibus nascentium tanta est quātitas quātum de singulis principalium. hec virtus administrat: sed tamē in singulis est membris prout vniuscuiusqꝫ hoꝝ necessitas expetit. Uirtut⁊ mutabilis tot sunt diuersitates: quot membrorū similiū dissimilitudines. Singulum enim membrum virtute mutabili de sanguine menstruo fit: que non solum fiunt ab eo maiora: sed etiam minora. sicut panniculi stomachi vene ⁊ arterie. Differunt mutabilis prima ⁊ secūda: quia prima spissat sperma ⁊ menstrua ⁊ in substantiam membrorum mutat. Scđa sanguinis substantiam in mēbrorū formatorū mutat essentiā eisdē assimilans: vtraqꝫ tamē operatur cū illis quattuor qualitatibus. Uirtꝰ formatiua format ⁊ designat omnia similia mēbra sue forme cōpetentia: ⁊ ea perforat ⁊ concauat. lenit ⁊ asperat solidat vbicūqꝫ sunt necessaria. he due virtutes tamdiu operantur: quoad fetus forma compleatur. que. xxx. siue. xxxv. si sit masculus perficitur. si femina. xl. diebꝰ. Uirtꝰ augmētatiua que cōnominatur virtus nutritiua: generatiue ministrat virtuti: sibi vero seruit pascitiua. generatiue seruit: q: fetum in longitudine: latitudine: ⁊ profunditate augmētat et extendit quod totum perficitur cum iuuentus que. xxxv. annis cōcluditur cōpleatur. Pascitiua nutritiue ministrat quia cibum in membris solidat et assimilat: qḋ si nō fuisset nutritiua in fetus profunditate ex toto esse defuisset. sicut ⁊ si vesica infletur et dilatetur: sed tamen profunditas nō extenditur. vnde natura mirabilis pascitiuam fecit adiutriceꝫ que etsi nutritiue seruiat: non tamen eam ita pauperauit natura: quin ⁊ alias quattuor virtutes dimiserit sibi seruientes. i. appetitiuam: contentiuam: scđam mutabilem et expulsiuam. He naturales actiones insunt vnicuiqꝫ membrorum. et eorum nutrimento vel regimento: appetitiua enim humores cibi ꝑm suam similitudinem membris dissipat et attrahit: sicut carni temperamētum sanguinis: ossibus sanguinem frigiditati ⁊ siccitati attinentem. cerebro frigidum ⁊ humidum. similiter ⁊ vasa sibi trahunt similia. fel enī sanguinis amaritudinem: splē melancholie superfluitatē. renes aquosos hu. Hec appetitiua v̄tus cum calido ⁊ sicco operatur. quia natura semper sibi attrahit aliquātulum caloris: cuius trahere est triplex. Primū propter vacuitates et extenuationis necessitates sicut canalis in aqua posita si sugatur necesse est vt illuc aqua attrahatur propter aeris vacuitatem quo canalis carere incipit. Secūdum trahere est cum calore: sicut in candela ignis oleum sibi semꝑ trahit. Tertium trahere est naturale: sicut magnetis est sibi ferruꝫ trahere. cum virtute ista membra trahunt sibi conuenientia. Uirtus autem contentiua retinet eis competentia vt ea mutet et excoquat. q̄ cum frigido ⁊ sicco operatur. Uirtꝰ mutabilis tractas res in similitudinē membrorū: ⁊ in eorū substātiā mutat: hec cum calido ⁊ humido opatur. Expulsiua superfluitates expellit quas virtus appetitiua attraxit. hec cū frigido ⁊ hūido operatur. Harū vna digestiōi est ꝓpa. i. mutabilis scđa que vocatur digestiua. quia cibantis similitudine aptat cibum. tres relique sunt quasi digestiue ministre. natura enim fecit appetitiuam vt trahat competentia mēbris digestiua tracta assimilat et consolidat. sicut videmus in diuersis seminibus: nam vna et eadē terra: aqua quoqꝫ cōbi-

bita: ⁊ vnūquodqꝫ semē trahit sibi silia. vnde seminatores ter
re salsitatē dulcorare volentes in terra salsa seminant herbā
que vocaṫ sicla. hec em̄ naturaliter est salsa. vnde a terra tra
hit sibi similia: ⁊ ita dulcoraṫ terra. Similiter de cibis vnū-
quodqꝫ mēbrorū facit: qđ digestiua corū similitudini aptat. cui
necessariū est tempus vt operatio sua cōpleatur. vnde virtu
te indiguit contentiua: que tamdiu cibum teneat donec ex
coquatur. ⁊ assimilet digestiua. q: vero mēbra aliqua traxe-
runt superflua: ⁊ non sibi assimilanda: necessaria fuit virtus
expulsiua expultrix corū que membris erāt inutilia. Opera-
tio ergo pastus digestiue tm̄ ꝓpria esse videtur: pastus em̄
augmentat solidat ⁊ assimilat. sanguis em̄ per venas asper
sus mēbris necesse est circūquaqꝫ dilatetur: postqꝫ solideṫ.
deinde mēbro cuiꝫ assimiletur. vnde cōsequitur vt membra
dilatentur ⁊ augmentetur. qđ testantur qui bolismū patiun
tur. quecūqꝫ em̄ isti comedūt: in nullo eos augmētant. Soli
dationē cōfirmant qui hyposarce morbo laborant: corpora
em̄ eorū augmentantur: sed non solidanṫ. Sunt em̄ liquida
et aquosa: cū in eis calor naturalis non operetur: ita vt cibꝰ
nigrossetur ⁊ inuiscetur ⁊ ita solideṫ. Assimilationē fatētur
qui morphea fatigantur. horū em̄ membra augmentantur
solidantur sed non assimilantur: qđ fit ꝓpter mutabilis se-
cūde defectionem. q: cutis in cōcauitate sua clausum habet
humorem grossum quē virtus mutabilis in sanguineꝫ mu-
tare non potuit. Ex his ergo intelligimꝰ passionibus: quia
augmentari: solidari: ⁊ assimilari: totiꝰ pastus est corporis
vñ hip. cibo imposuit tria nomina. vnū cū iam non est cibus
sed potius succus. alterum cum iam in sanguinē mutatur.
tertium cum augmētet solidet ⁊ assimilet. Unicuiqꝫ mēbro
sumitur cibus in duobus diuersis temporibus: cum em̄ sto
machus cibū sibi venientem digerat: partē sibi competen-
tem retinet quā in sui nutrimēti substātiā cōuertat: post ab
epate sanguis ad exteriores panniculos venit et eos nutrit.
Item meri ⁊ bucca: cum per eos cibus transeat partē suam
recipiunt. i. subtilissimū qđ est sicut fumus vnde nutriūṫ. de
inde sanguis veniēs per venas ab epate ibi diuersas nutrit
eas: subtile intestinum de cibo a stomacho descendente ad
ipsum sibi sumit simile nutrimentū. deinde vene exeuntes
a vena que porta vocatur sanguinē portant vnde ipsum nu-
triant sibi ⁊ grossum intestinū de cibi fecibus sibi simile sor-
titur nutrimentū. ad qđ nutriendum sanguis descendit per
venas in exterioribus suis locatas. ad epar ascendit cibꝰ in
stomacho digestus quē ꝑ venas trahit mediastinas sui ⁊ sto
machi. Rursus cū a stomacho descendit iā excoctꝰ ab epate
sugitur per venas que meseraice vocantur. Similiter ⁊ ce-
tera membra cibum dū succus est tm̄ per venas sibi adiacē-
tes suscipiunt per quas easdem egreditur ab ea cum in san-
guinem est excoctus. Sed tamē singula membrorꝫ illud a
membro debiliori sibi attrahunt. sicut cor ab epate: epar ab
intestinis. intestina a venis vel a fortioribus cuꝫ abundent
multum. nec totum sit eis necessarium. sicut stomachus ab
epate. vt iam exinanitus nutriatur inde. epar enim cum ni-
mium sit inde repletum: membra enim suam nimiam abun
dātiaꝫ expellunt ad debiliora: sicut stomachus ad intestina
vel loca sibi vicina. cum enim stomachus in suis abūdet su-
perioribꝰ ꝑ mery superfluitatē suam expellit et emittit. Si
in superioribus intestinis mittuntur in inferioribus expel-
lenda. duobus modis emittūt expellentia: vel cum sibi sum
pserunt necessaria et remanent superflua. sicut cum stoma-
chꝰ tātū cibi recipit quātū sibi cōpetit: qđ vero sibi supfluit
ad intestinū reijcit. vel cuꝫ eadē superfluitas patiēti mēbro
noceat: qđ fit modo duplici cum multa quātitas sit cōtinēs
membrū grauat vt diutius retinere nequeat. vnde vomitꝰ
vel solutio sequitur que homines propter suum comedere
et bibere patiuntur: vel si cibus in incidentes conuertatur
qualitates: sicut cum in stomacho in cho. mutatur. vnde in-
cenditur cholera tandem in intestinum emittitur ab intesti
no cum incendatur in vicina reijcitur rursus: vel cum vomi-
tu per buccam emittitur. cum hac virtute naturali regimen
tum est corporis. sed cuꝫ rationabiliter diximus hmōi vir
tutis actiones: deinde quomodo ⁊ quāto sensualiter perci-
piantur: qđ duabus similitudinibꝰ in stomacho ⁊ vulua mō
strauit Ga. hec em̄ membra apparent sensibiliora per q̄ cō
paratio fit ad similia membra.

De virtute naturali in stomacho operāte. Ca. iij.

Appetitiua in stomacho in trāsglutiendis appa-
ret liquido. videmus em̄ animal quomodo cibuꝫ
a bucca trahat ⁊ in stomachum mittat. Si qs di-
cat quia cum cibus trahitur motus mery fit vo-
luntarius: ita dicenti obuiabitur. etsi trāsglutire
voluntarium fit homini: motus tamen mery atqꝫ stomachi
est naturalis. qđ facile perpēditur ex suauis cibi appetitu: in
dignatur em̄ stomachus cū amara sibi detur. Item stoma
chū et mery res non masticatas in famelicis videmꝰ trahe-
re preter motū hoīs volūtariū. mery quoqꝫ curtari videtur
et ascendere stomachus ex nimia trahendi victus appetitu.
In quibusdam etiā animalibus curtū mery habētibus sto-
machum vsqꝫ in buccam trahi aspicimꝰ. ⁊ hoc maxie in gu-
losis animalibus: suauem ḡ cibū ⁊ dulcem stomachū ⁊ mery
videmus cito trahentem. quē postea epar ex nimio sui dul-
core a stomacho sibi mutuat. qđ q̄libet facile potest ꝓbare.
Si quis em̄ facilē cibū comedat cui post dulcior succedat: si
vomitꝰ subsequitur dulcior vltimꝰ euomitur. stomachus cū
ex cibi dulcore delectaṫ in ꝓfundū sui illum trāsire cogatur
Econtra. si qs cibum vel potū ꝑcipiat quē stomachꝰ fastidiēs
abhorreat: videmꝰ stomachū ⁊ mery in his cōtrahi ⁊ rugari
que quoquo mō recepta inuita retinentur et coacta. Itē si
qs per pedes suspendatur ⁊ caput inferius habeaṫ: datus
cibus sibi transglutiṫ ⁊ stomacho dimittitur: vnde liquet q:
nisi appetitꝰ naturalis esset stomachus sibi cibū non trahe-
ret. Cōtentiua vero virtꝰ cibum ad stomachū venientem ex
oībꝰ cōstringit lateribꝰ eiusqꝫ inferiora claudit vt nequeat
liquor egredi. Silr cū intestina retinēt cū a stomacho mitta
tur ad eadē. vnde liquidissime cōstat q: v̄tuteꝫ contentiuam
stomachꝰ ⁊ intestina hēant: qđ apertius videṫ si in aīali cō-
edente ⁊ cōededa reuoluamꝰ: si em̄ cibus sibi deṫ: ⁊ ilico in
terficiaṫ illū cibū ex oībus ꝑtibus cum suis panniculis con-
stringit stomachus: ꝙ si aliquādiu differaṫ occidi quoad ci-
bus in intestinis dirigatur: intestina silr vndiqꝫ cōstringunt
feces. vñ intelligiṫ q: intestina ⁊ stomachus v̄tutē hēant cō-
tētiuā qua sibi ꝯueniētia retineāt. virtꝰ digestiua incipit qñ
⁊ cōtētiua: cū em̄ stomachꝰ ꝑ mediatorē mery sibi cibū tra-
xerit: vndiqꝫ ꝓut diximꝰ cōstringit ⁊ in interiorꝝ pāniculoꝝ
vertit naturā: qđ duabꝰ de causis stomachus facit. pmū vt si
bi cibū ꝯueniētē faciat: ⁊ de ipsius ꝯueniētia: īteriores pan-
niculos ſm suā naturā nutriat. Scđa cā est vt leuiorē epati
reddat: quatinꝰ alleuiatū ⁊ depuratū faciliꝰ epar in sangui
nē vertat. sicut em̄ bucca ipm̄ mutat vt stomachus faciliꝰ re
cipiat: itidē ⁊ stomachꝰ facit epati. epar in naturā san. mutat
vt faciliꝰ eū sumāt cetera mēbra. Impossibile em̄ est alicuiꝰ
rei multas q̄litates subito mutari in ꝯrias: nisi ꝑticulari et
paulatim fiat. nō em̄ panis pōt subito ī sanguinē mutari vt
in corpꝰ venerit. Sꝫ priꝰ ī ore aliquātulū mutaṫ: post in sto
macho ſm naturā ipsiꝰ. deīde ī subtile ītestinū mittiṫ: ⁊ ibi
aliquātulū mutaṫ. post epar sibi trahit ꝑ meseraicas venas
⁊ tādē ī sanguinē mutat. vene sanguinē sibi trahūt sctm̄ ab
epare vt faciliꝰ cetera mēbra ī sui mutēt subas. In ore muta
tio cibi facile pōt ꝑcipi: qđ em̄ inter dētes remanet putridū
priꝰ efficiṫ: ⁊ tādē in naturā carniū bucce mutaṫ: sicqꝫ cū car
nibꝰ ⁊ phlegmate misceṫ. qđ digestū ⁊ calidū sibi dat calorē
phlegma em̄ calidū ⁊ digestū sic cognoscimus. q: supimposito
serpigines ⁊ apostemata sanamꝰ: scorpiones interficimus.
Item cibi qualitates intra stomachum naturali calore mu
tate cū digesto miscentur phlegmate vbi maior fit eiꝰ muta
tio. stomachꝰ ei ore ē calidior ꝓpter cho. ru. ad ipꝫ discurrētē
a felle: ⁊ quia calidioribꝰ membris vicinatur: a dextra epar
habens a sinistra vero splenem: cor ⁊ diaphragma superius
dorsi lacertos posterius: in epate plusq̄ in stomacho cibus
mutatur. quippe cum epar illo multo sit calidius: quia natu
ra est sanguinis sibi: sed tamen coagulari. Uirtus expulsi-
ua incipit cum actio digestiue vel contētiue finierit: stoma-
chus enim cum cibum digerat qui sibi similatur. suscipit in-
quātū ei sufficit: qđ remanet q̄si supfluuꝫ ⁊ sibi ꝯriū grauat
eū cū nō sit sibi necessariū. Ore em̄ supiori fortiter clauso: ⁊

inferiori qd porta vocaẽ aperto: in subtile intestinum ꝓijcit
qd sibi simile inde suscipit: succũqꝫ tot⁹ cibi meseraica attra
hit. qd superfluit grossum intestinũ suscipit a subtili. s. feces
grossum siltitudine sua accepta qd grauat eijcit foras. mese
raica vero succũ quẽ accipit humidũ mittit epati: ibiqꝫ in na
turã sanguinis mutatur. deinde vnũqdqꝫ mẽbrum per ve
nas attrahit sibi: put sibi ꝯpetit. qd remanet. q: supfluũ est
ceteris mittit mẽbris eiusdẽqꝫ rei appetiuis. Sꝫ si qd stoma
chus traxit eũ molestauerit expellit. Molestatio em stoma
chi ex nimietate est potus: vel cibi cum de vtroqꝫ plus susce
perit ꝙ oporteat: qd cũ vomitu sicut in ebriosis expellit. vl
cum digestiõe sicut in gulosis. Itẽ si cibus siue potus intus
stomachũ in malas qualitates vertatur: si in superiori natent
stomacho vomitu emittũtur. Si inferiora sui grauentur: cũ
digestione expellũtur. vnde cõprobatur ꝙ virtutẽ expulsiuã
habet stomachus. Nõne vides in vomitu stomachũ cũ alijs
in superiora moueri visceribus: cum digestio durcicat vel acu
tos cũ incensione habeãt humores intestina. nonne cũ alijs
visceribus ea vides moueri ad inferiora: et vltra modũ exire
aliqñ: sicut videmus fieri in tbenasmon. Cõstat ex his oĩb⁹
stomachũ qttuor fulciri virtutibus. appetitiua: contentiua:
digestiua: expulsiua. silr has habẽt cetera corpis membra.

De eiusdem in vulua operatione. Cap. iiij.

Sicut in stomacho has quattuor vtutes cuilibet
reddidimus itelligibiles: in vulua itidẽ faciam⁹
opꝫ: vt ex duobus his in alijs simile cõsideretur
membris. Superius em in membrorũ cõplexiõe
diximus: ꝙ desiderium et cõcupiscẽtiã trahendi
spermatis ĩ vuluã natura fecit: qd fuit necesse ꝓpter gñare.
vtus appetitiua hoc cogit fieri vt in coitu est sentire: q: vir
gam sibi trahit vulua: sicut sanguinem ventosa: hoc tũc tem
poris fit cum femina cõcipit. Cum em vicinit⁹ vulua a men
struo sanguine mũdificet: et ceteris ꝯtrijs eadẽ humoribus de
puretur: tũc maxie iu trahẽdo spermate animaẽ: qd cũ rece
perit vndiqꝫ illud ita brãcat atqꝫ claudit: ne sicut hip. dixit
acus intrare possit: sic vulua manet clausa quoad infantis
impleẽ forma. vñ virtus intelligiẽ cõtẽtiua. Uirtus mutabi
lis circa contẽtiuã eẽ palam fit in mutatione spermatis qli
tatiua: et substãtiali ĩ diuersitate mẽbrorꝫ infantis. Expulsi
ue actus duob⁹ apparet tpib⁹: vel cũ mẽbra ĩfantis supple
antur: vel cum infans moritur. q: infante cõpleto mẽbratim
expellit cõtẽtiue et mutabilis actione iam desinente: succe
dit actio expulsiue qd mẽse. vij. viij. ix. vel. x. fit. Expellit ĩfan
tem vulua duplici de causa. vl quia infans grauat ne ꝓpter
sui quãtitatẽ valeat eum sustinere. vel q: sibi cibũ cõuenien
tẽ non inuenit. Unde pedũ pcussione panniculos circũuolu
tos vt exeat rũpit: ruptis aũt panniculis humores ꝯtentos
intus vulua suscipit: qs cũ ferre nequeat expellit eos foras
Expulsio infantis mortui duab⁹ fit ex causis: vel q: eruginẽ
parit quã ferre natura vulue nõ patiẽ. vel q: rupto aliq pan
niculorꝫ humores expellendi eaꝫ cogunt. Est g in ꝓpatulo
hec mẽbra virtutes qttuor habere. Est em in stomacho ap
petitiua cũ trãsgluttiẽda trãsgluttiat: illa eadẽ coeundo est in
vulua. Cõtentiua in stomacho dum cibi fiat excoctio: in vul
ua dũ infantẽ gñat. Mutabilis ĩ stomacho cibi ĩ naturã suã
est ꝯuersio: in vulua est cũ sperma atqꝫ mẽstrua in diuersorꝫ
mẽbrorꝫ ĩfantis mutat eẽtiã. Expulsiua ĩ stomacho: in sub
tile ĩtestinũ cibi est emissio. in vulua cũ infantẽ pariat. Itidẽ
in ceteris vt intelligaẽ necesse est mẽbris: sine his em nulla
tenus possent regi. He qttuor vtutes nature sunt ministrã
tes: et in custodiẽda sanitate: et infirmitatis curatiõe. has vo
cat hip. infirmitatũ curas: q digne sunt hoc noĩe vocari: q:
pustule siue apostemata sine exteriori medicamine per has
videnẽ curari. infirmitates multe p has sanãtur somno siue
requie. mortuorũ etiã corpora ab harum naturis videm⁹ se
parata et in paruo tẽpore putrefacta.

De virtute spirituali dilatante et constrin
gente. Capitulum. v.

Superi⁹ nos dixisse meminim⁹: q: oĩa corpa trib⁹
regũtur vtutib⁹. naturali: spũali: et aĩali. q: g de
naturali diximus: de spũali ordo expetit dicam⁹.
Uirtus ergo spũalis est illa q viuificat: cui⁹ fun
damentũ est cor. a quo vita ad mẽbra corpis pcedit viuificã
da. hec quãdã habet partem cui ministraẽ: et quãdam mini
strantẽ. Per illam cui ministratur cor et arterie dilatantur: et
constringuntur. que ministrat iram: pugnam: dignationem
et dñationẽ suppeditat. Sed nos prius de dilatante et con
stringente dicemus. Dilatatio est mot⁹ localis a medio in
omnes extremitates. sicut circa fabrorũ agitur folles. cum
em aerem recipiunt: circũquaqꝫ se extendunt. Cõstrictio fit
ecõuerso. i. ab extremitatib⁹ ad mediũ: qd in eisdẽ follibus
videtur. cũ em aer emittatur: folles vndiqꝫ cõstringunẽ. duo
aũt ista virtus complet operatiua: cordis. tamen et arteriarꝫ
motus non ex toto similis est follibus: sicut medici arbitrã
tur. Horum em motus virtute aeris appetitiua perficitur.
que virtus in corde facit idem qd ferrarius circa folles. quia
virtus cordis dilatandi aerem a pulmone trahit. qui pecto
re mediatore ad pulmonẽ vadit. Lacertus em qui est inter
costas pectus cõstringit et dilatat. qd cum dilatatur pulmo
cum eo ampliatur: aeris introitus hunc gestum consequi
tur. aerem enim cum virtute appetitiua cor a pulmone sibi
trahit: postea arterie a corde. hac eadem virtute et trahunt
qd trahere dicitur tractus flatus esse. Uirtus cõstringendi
superfluitatẽ fumosam a corde expellit. idẽ em lacertus qui
est inter costas constringit cor et arterias: qd sequitur dũ pe
ctus constringitur. hac autem constrictiõe fumosam super
fluitatem expellunt cor et arterie. hec autem constrictio cor
dis est emissio. vtrũqꝫ g actus anhelare siue flare diciẽ. Ar
terie que cordi sunt vicine aerem et subtilem sanguinem si
bi trahunt: dum dilatantur et cõstringuntur. aer et sanguis
emittuntur. dum ergo dilatantur vtraqꝫ necesse est accipi
antur: et vtrisqꝫ repleantur. Sed ille arterie que cordi sunt
vicine aerem a foris venientem videntur recipere: inter has
et priores medie recipiunt a corde. he etiã primo sanguinẽ
subtilem a venis recipiunt. Quedã enim foramina hñt vene
inter se et arterias per que sanguis introcat. qd cõprobatur
sanguis venarũ totus dilabitur. hec enim dilatandi virtus
est constringere que anhelitus siue flatus vocatur. qui vo
luntario fit motu: et cũ pectore moueẽ. motus autem pecto
ris fit cum lacertis. oĩs autẽ motus qui cũ neruis fit et lacer
tis est voluntari⁹: qd inde cõprobaẽ: q: cũ hõ velit tenet eũ ali
quãdiu. cũ em fetẽtia sentiamus diu ipsum cohibemus.

De flatus iuuamentis. Cap. vj.

Anhelitus siue flatus est necessarius: vt calor
naturalis per eũ temperetur: et spiritus vita
lis per eum nutriatur. et spiritus animalis ge
neretur. Custodia enim caloris naturalis tra
ctus est frigidi aeris ad sue temperamentum
incensionis: et est expulsio fumosi aeris cũ sanguine cõcrea
ti. nutrimentũ vitalis spiritus: et vt animalis generetur fri
giditatis aeris est tractus. spiritui ergo anhelitus ẽ necessa
rius: vt ex aeris tẽperie augmẽtetur: gñatio vtriusqꝫ tẽpera
menti sanguinis fit fumositate: sicut dicturi sum⁹ cũ de spũ
disputauerim⁹. Tẽperamẽtũ sanguinis ex temperie fit calo
ris naturalis: caloris naturalis tempatio fit ex moderatio
ne diete in cibo siue potu vel in alijs. Unde oportet anheli
tus sit maximum iuuamentum corporis. vitam enim custo
dit que sine spiritu non manebit: neqꝫ spiritum possibile est
permanere sine moderato calore naturali: neqꝫ caloris natu
ralis est moderatio sine anhelitu temperato: qui cuꝫ dietis
taliter custoditur. vt sanguis temperetur: vnde calor natu
ralis nutriatur. hic enim anhelitus magis est necessarius
ꝙ cibus vel potus. Si quis enim suffocatus tandem di
mittatur quoquo modo viuus: vel si sit famelicus: vel siti
bundus: in recipiendo anhelitum: vt calor naturalis refri
geretur: citius festinat ꝙ vt vel famẽ vel sitim placare va
leat expetat. Refrigerato autem calore: et fumosa expulsa
superfluitate: prius potus: deinde cibus queritur: animal
ergo sine potu vel cibo aliquãdiu viuit: sed sine tractu aeris
nullatenus diu viuit. vnde intelligitur non posse sustinere
sine temperamento caloris naturalis: succedit enim causa
mortis de qua ad presens dicturi sumus.

De causa mortis. Capitulum. vij.

GAlienus dixit in libro quē de anhelitu fecit iuuamento. Omne aīal necesse est mori ex corruptiōe cerebri: siue spūs in cerebro existētis: vel ex caloris naturalis corruptiōe. nisi eñ calor naturalis corrumpatur cerebrū non facile corrūpitur: neqȝ calor iste corrūpetur sine causis subsequētibus. spūs aūt nō aliūde corrūpitur nisi cū exinanitur vulneribus cerebro incidētibus et vētriculos ipsius penetrantibus: vel cū caloris naturalis tēperamētum corrūpitur. Si aūt spiritus retineatur vt exinanitio illa dr. sicut ex vulneribus exinanitur. Causa ergo mortis nihil aliud est vt pote. ga. testatur: quod vt caloris naturalis temperamētū corrūpatur. qd contingit ex causis corpus intrinsecus mouētibus: vel extrinsecus ipm turbantibus. Cā interior suorum est instrumentorum vel qlitatum siue sui nutrimēti corruptio. Instrumēta igitur sua sunt cerebrū. cor. et epar. Si cerebrum corrūpitur et motus volūtarius ab eo nō pgreditur ad pectus vnde post cōsequitur quod anhelitus auferatur et calor naturalis extinguatur. corruptū cor vtutē aufert spūalē de pulmone trahentē aerem. et oīa ista auferuntur. Corruptio epatis generationē aufert, sanguinis quo calor nutritur naturalis. horum singulū vel pper malā cōplexionem est. vel pper officialē morbū. Cōplexio mala. vel est calidissima q rē sibi subiectā incendit sicut videtur in peracutissimis fe. quibus cito hoīes mortificantur: vel est frigidissima: sicut in morbo q dicitur cōgelatio. Morbi officiales sunt apostemata calida vel frigida q predicta patiūtur membra: sicut apostemata cerebri que dicimus esse frenesim: vel oppilationem suā: sicut epilepsiā apoplexiam: in qbus morbis cerebrū clauditur frigidis et congelatis humoribus: ne vtus motiua ad spm transire valeat vnde cōsequitur vt spūs auferatur. q oppilatio si ad pulmonē veniat aeris trāsitus denegatur cordi: vnde calor extinguitur naturalis. Vene epatis si oppilētur: ne ad eas possint spūs transire: necesse est vt infrigidētur: neqȝ sanguis in eis gñetur et inde causa mortis cōcomitatur. In his tñ oībus cor patiens mortificat. velocius eñ in passione maxima tñ mortificant cito cerebrū et epar in medio. vnde nō facile infirmus euadit. Calor naturalis corrūpitur in qualitatibus: vel ex maximo calore sicut i peracutis fe. in qbus calor extraneus ad calorē naturalē penetrat vt ipm cito destruat: vel ex potiōe calidissima: sicut est euforbiū et sifia. vel ex nimia infrigidatione q habet calorē cito extinguere: vel ex supradicta congelatione: vel ex frigidissima potione: sicut opio iusquiamo qbus iste calor extinguitur: vel ex nimia inanitione: sicut solutiōe nimia: vel phlebotomia fame vel siti. his eñ omnibus calor destruitur naturalis cū nō habeat vñ nutriatur. nimijs repletionibus. vt si hō humidioribus cibis quoqȝ vel potibus adeo reficiatur vt multis horū cōculcationibus suffocetur: qd ebriosis solet contingere ex ventriculorū et viarū cerebri repletione: et sicut cōtingit pinguissimis hoībus quibus vene et arterie nimia conculcata pinguedine adeo coarctantur: vt calor iste extinguatur. Ab exterioribus calor iste naturalis corrumpitur: vel cū foras totus egreditur: vel intus totus adunatur: vel ex nimia plenitudine: vel ex anhelitus extinctiōe siue ex substātie sue vel ex qualitatū suarū corruptione: vñ foras totum exire cogitur: vel totā suam substantiā et suum nutrimētum expellit: tota sua excluditur substātia cū nimiū gaudiū subito dissoluit: et exire eū facit. vnde cito qs moritur q corpus iterius refrigeratur: vtriusqȝ passio lucerne assimilatur q ad ventū validū ponitur: ipso eñ vento supueniente extinguitur. Audiuimus eñ multos pre nimio gaudio fuisse mortuos. Tota substātia expellitur a rebus in cerebro et pectore nimiā incensionē facientibus: q cum vsqȝ ad ventriculos cordis penetret calorem extinguit naturalem. huius caloris naturalis nutrimentū tollitur ex venarū et arteriarū incisionibus. vnde totus sanguis exiens calorē naturalē extinguit: qd lucerne assimilatur cui oleū subtrahitur. Cause deforis huc itus colligētes timor et dolor sunt subito cōtingētes: qbus dū calor adunatur in vnū cetera mēbra infrigidātur: et inde moriūtur. Ex plenitudine corrūpitur cū quis in aquas submergitur: impletis eñ corporis cōcauitatibus anhelitus oppilatur. vnde hoīes suffocantur et moriuntur: qd lucerne assimilatur q nimio oleo redūdat. Anhelitus extiguitur ex nariū et oris preclusionibus: vel suffocatione cū funibus: qd lucerne ardenti assimilatur: que si vase quolibet subito operiatur extinguitur: cū ad eam exterior aer ingredi nō permittitur Causa vñ caloris substātia corrūpitur: mali est aeris odoratus feretri fumo admixtus q de dissolutis nascitur mortuorum corporibus vel puteorū lutosorum fetoribus: q passio assimilatur lucerne in fumosis locis posite. Itē corruptio substātialis mortis est alicuius venenosi reptilis cuius venenū corpus pforat: et calorem naturalē vitiat. Calor naturalis in qlitatibus duobus modis corrūpitur: vel q ita calefit vt dissoluatur: qd in balneo cōuenit calidissimo cōmorātibus: vel in sole calidissimo estuātibus: qd assimilatur lucerne nimio igni vel soli apposite: vel ex nimia infrigidatiōe. vnde calorē est cōgelare: hoc cōuenit frigida loca obambulātibus: vel sup niuem cadētibus: qd simile ē lucerne frigido loco opposite. Sic naturali calore corrupto ex his omnibus mors sequitur: eius ergo nutrimēto vel tēperamēto viuitur. Cum ergo hō nullatenus possit eē sine anhelitu: constat anhelitum hoīs magnum esse supplementū. Sufficit nobis disputasse de virtute spūali cui ministratur: dicendū est de specie coequeua sibi ea. s. q ministrat.

¶ De virtute spirituali passibili. Cap. viij.

SPiritualis virtus que ministrat iram pugnā indignationē et dñationē suppeditat. hec aūt dicitur ministrare q fit ex causa īteridēte. aliquādo ex naturali calore: que causa ipm mouet calorem: sicut est ira. Ira eñ est feruor cordis per quē calor naturalis subito extra prorūpit: cum aīa ob illatas iniurias excogitatā vindictam explere desiderat. Similiter pugna est cū calor iste ad exteriora exeat: cū quis parē sibi superare laborat. dubitans ne humilis et despectus ab alijs habeatur. Si patiatur vt non ab alio vincatur dñatio est. Indignatio est cū aliqua extranea re calorem hūc agitante aliquis alicui īdignatur se subijcere. his ista sunt contraria. Timor est cum calor se declinat in corporis interiora quādo aīa formidāda reformidat: in auditu sicut tonitruū: in visu sicut leonē siue tygridē videre. Timiditas pugne est cōtraria pter quā calore interius descēdente: vel delitescente ei qui prius ipm impugnauerit velit nolit cogitur quiuis subijci. quod consequitur cum quis a maiore superatur. Dominationi et indignationi cōtraria est humiliatio et deiectio animi. virtus spūalis ministrans est hmōi. Cōcordant autem medici et philosophi: quod he virtutes a principalitate cordis sunt nascentes et rōnabilibus et irrationabilibus competunt animalibus. vtus eñ aīalis ministrata: vel cui ministratur qua cor et arterie dilatantur: et cōstringūtur: aīal quodlibet viuificatur et oībus cōmunis est animalibus: ministrantē similiter constat esse cōmunē. Sed tamen animal rōnale mortale hanc hz cum discretione causa rōnis in cerebro sedentis: vñ cōuenit vt aliquando irā cohibere possit: animal irrationale naturaliter habet et sine discretione.

¶ De virtute animata. Cap. ix.

VIrtutis animalis habitationem et fundamētum cōstat esse cerebrū. est autē trium generum. Vnū qd per se solū explet cerebrū: duobus tamē neruis mediātibus ab eo cōficitur. Qd a solo cerebro efficitur ordinatio est. que in tria diuiditur. s. in phantasiā: rōnem: et memoriam. Sensus et motus voluntarius neruis mediātibus conficiūtur. Illos prius dicemus de virtute ordinationē faciēte. he tres vtutes. s. phantasia: rō: et memoria: mens vocatur. qbus ab irrationabilibus differimus aīalibus. et maxime intellectu quibus alie due ex intellectu pdeūt. Homini hec fuere ppria: qm omnibus animalibus digniorē esse cōstat. animal eñ irrōnale quicqd agit naturaliter facit: et sine discretione vlla. Vnūquodqȝ triū in cerebro locū hz pprium vbi sedent et vnde exeunt: locus eñ imaginatiōis in prora est cerebri Locus vero intellectus siue rōnis vētriculi sunt puppis cerebri: in quibus est spūs animatus qui has actiones consequitur. harū vnaqueqȝ ppriam habet actionem: virtus eñ imaginationis est q format et imaginatur et mittit ad intellectum. Intellectus iudex est et discretor rerū quas ab imaginatione rōnabiliter siue solo intellectu suscipit ad operāda manualia.

manualia. Spiritus animatus illa petit mēbra que operari sunt habilia: vt motum expleant voluntarium: que in solo intellectu sunt ⁊ memorie cōmēdātur. Memoria format intus posita custodiens ea donec ad actum ducas.

De virtute sensibili. Capi.x.

multiplex ⁊ subitꝰ: vno eodēqꝫ tpe multis ingruēs hoībus.
Huius morbi cā vniuersalis est mutatio aeris nos circūdan
tis: qui duabꝰ mutatur ex causis: ex situ regiōis: ex qualitati
bus tpis. Mutatio aeris ꝓpter loca ex fumo fit dissolutiōis
herbaꝝ: fructuū cadauerū: siue similiū putrescētiū: q̄ dū ascē
dit: miscetꝛ aeri. Silr ex fumo lacuū: fossaꝝ: corpoꝝ mortuo
rum loco illi vicinātium: siue extra locum positoꝝ: vel ex fu-
mo resoluto multorū in bello moriētium: vel ex pestilētia be-
stiarū. vñ mutatus aer plures hoīes mortificat: qđ contigit
atheniēsibꝰ de mortuorū ethiopū corruptionibꝰ. Mutatio
similiter substātie aeris est ex tpibꝰ anni: cum suā naturam
exierint. vñ si hyēs sit ca. ⁊ sic. ⁊ sine pluuia: estas vo pluuio-
sa. ver frigidū ⁊ sic. autūnus calidus ⁊ hūidus. vñ loci pesti-
lētia euenit: ⁊ sequinātes: faciētū varietates: pacitate sic. cum
accidētiū pessimitate. Causa hec minor est priore: sicut Hip.
testaꝛ ꝯtigisse in cranon ciuitate de pluuia ⁊ calore. Sic er-
go dꝫ intelligi mutatio aeris ex tpibus anni: qui nō tm̄ mor
tificat hoīes: sꝫ etiā bestias: qđ ex corruptiōibꝰ fit hūoꝝ atqꝫ
spirituū. Aliqñ hec pestilētia in terre cadit seminaria. vñ ar-
bores: fructꝰ ⁊ colores perdūt: ⁊ sicci subsistūt. quos aliqui
comedētes pessimas incidūt infirmitates. Non tm̄ hec corru
ptio aeris cā tm̄ fuit mortalitatis: sꝫ in moriētibꝰ putridorū
hu. subīgrediꝛ materia. vñ pestilētia aeris eis assimilatur. vñ
facile ⁊ citius corrūpūtur corpa malis hu. ⁊ corruptis plena.
Corpa de malis hūoribꝰ mūdificata ⁊ in custodiēda sanitate
nō neglecta: in hac peste tm̄ permanēt sani: quoꝝ cōplexio est
cōtraria cōplexioni mutati aeris: neqꝫ solū mutatum aerē cu
rāt: sꝫ etiā meliorātur mutatiōe eadeꝫ: qđ si nō esset vbicūqꝫ
corrūperetur aer: infirmarētur ⁊ morerētur oēs. Sed dixit G.
in lib. de febribꝰ: ex nulla patitur corpꝰ corruptiōe: nisi corpis
materia p̄parata sit: ⁊ quodāmō subiecta corruptibili cāe.
nam si hoc esset cū quidā estiuo sole siue quolꝫ accidēte febri
citaret: silr alij eisdē causis febricitarēt. Sufficit dixisse de ae
ris mutatiōe quā cū vlr multis fit pestifera: epidimiā voca-
uit. Hip. nāqꝫ differētialiter alibi postea diuisit ita. Oīs epi-
dimia: aut pestilētialis: aut salubris: aut localis: aut in eodē
mortificat loco: aut mortificat ⁊ morbificat.

¶ De diuersitate exercitiorum. Capi. xij.

Quia de rebꝰ nō naturalibꝰ aeris nos circūdantis breui
ter ꝓut tps expetebat cōpleuimꝰ: de scđa pte. i. mo-
tu ⁊ qete dicemꝰ: ⁊ de motu in pmis īcipiemus. Motꝰ ergo
gñaliter in duo diuidiꝛ. vel em̄ aīe motꝰ q̄ eius accidētia di-
cūtur: de qbus postea tractabimꝰ: vl sunt corpis motꝰ quos
exercitia vocamꝰ. Motus corpis vel sunt tēperati: vel intē-

perati. Tempatus motus temperate calefacit corpus: qui si parum exeat tēpamētū; facit morbū intēpatu; cū corpi nimium pstat calorem: et aliqn̄ siccitatē, ꝓpter humectationis dissolutionē. qui si modū egreditur: corp⁹ refrigeratur. calor enim naturalis dissolut⁹ ab eo expellit. aliqn̄ refrigerat et humectat rōne dicēda. Si in vena vel in mēbro aliquo nō principali multa quātitas sit coadunata phlegmatis motus accidēs nimius eā dissoluit: qd̄ etiā in aliq̄ veniēs mēbra nobilia ea refrigerat et humectat. vn̄ totū corp⁹ refrigerat. Mot⁹ aūt necessitates videtur esse tres. Naturalē calorē suscitat et augmētatur: vt actionē suā fm̄ ꝙ opꝫ expleat. Scda vt poros apiat ad supfluitates a corpe expellēdas. Tertia vt fricatōe sua assidua corpis īduret et ꝯfortet mēbra: vt qd̄ agere debēt operētur: nec facile et cito typū patiatur. Qui mot⁹ videtur esse duo: aut vlis aut puat⁹. Vlis quē fm̄ diuersa studia sua hoīes exequūtur ī vita. Hic pricipalr in hoib⁹ est ꝯsiderād⁹ est em̄ actio in hoīe studiosa: vt in ferrario ferratura: in agricola agricultura. Sed exercitium est accidētale studium: qd̄ rursu; in duo diuidit. aut em̄ exercitij mot⁹ grauis: vt cūdo et pōdera ferēdo: aut ī vno loco stādo: et idē operādo: sicut fodere: et fabricare: et silia his laboriosa et onerosa: vl non adeo fortis: neq; tediosus: sicut mercari: ire: redire: contēdere: argumētari: et silia artificialia: vt sucre: scribere. In his ei operationib⁹ totū corpus mouet. Priuatus mot⁹ est exercitiū qd̄ infirmis a medicis iniūgitur: qd̄ iteꝝ in duo diuidit: aut qd̄ per se hō exeqtur: aut qd̄ p aliū circa eū efficit. qd̄ hō p se facit: totū mouet corp⁹: aut ptem corpis. totū corpus sicut luctari: multū gyrari. vn̄ Luca. Sequana gēs frenis ī gyꝛū est optima ducēs. et eqtare: et venari. Pars corpis mouet: vt si manib⁹ lapides iactētur. et a terra leuētur: vel c. tharizetur. ī pedib⁹: vt si in toto corpe pedes tm̄ moueātur. in dorso siue pectore: sicut inclinare: erigere. in instris spūs sicut garrire et alia hmōi. vn̄ corpa exercētur. Qd̄ p aliū circa hoīem operatur est sicut fricare cū mappa: vel cū manib⁹. fricare cū mappa adiuuat: q: febres ex labore nascētes leuiat. digestionem cōfortat. impetiginē et morphea alleuiat. Item mot⁹ gnālis fit trib⁹ modis: in quātitate: in q̄litate: in velocitate: et tarditate. In q̄litate: leniter: fortiter: siue mediocriter. fortiter: vt mot⁹ ille qui nō naturalr est fortis: sicut fodiēdi: arādi: luctādi: vel qui ad velle hoīs fit: vt fricare. de quo iam dixi: eqtare ambulare. leniter siue mediocriter qui pter naturalē et aliorum quelib; quātitatem in his oībus ꝯsiderabis.

De qualitate motus. Capi. xv.

Fortis ergo mot⁹ calefacit: indurat: exiccat corpus. fricari duriter: corpus ꝯfortat: indurat et subtilat. Terminus cuiusl; fortis motus ex spissitudine et grauitate cōsideratur anhelit⁹: et ex nimio sudore ꝓpeditur. Termin⁹ fricādi cum corp⁹ spissu; subtilietur: et cū prius durū fuerit subtile emollitur. Leuis mot⁹ est cū corpus calefit et desiccatur. et leuiter fricādi termin⁹ est: cū corp⁹ aliquātulum rubeat: et ingrosset. Motus mediocris est cū corp⁹ calefit et induratur et exiccatur: tm̄ supiorib⁹ est mediocrior: cui⁹ terminus est cū iam tēperate inspissari incipit anhelit⁹ et sudor: iam p poros cutis egredit. Mediocris em̄ fricatiōis termin⁹ est cū corp⁹ inflet: aliquātulū rubeat: et emarcescere īcipiat. Hec sunt diuersitates q̄litatū motuū. Quātitatū diuersitates silr sūt triplices: aut em̄ est mult⁹: et idē facit qd̄ fortis in q̄litate mot⁹: aut debilis: et mediocris idē faciēs qd̄ due q̄litates supiores. Istos etiā tres mot⁹ ī velocitate debes ꝯsiderare quātitat; et q̄litatis adinuicē. si se adinuicē ꝯponāt: noue reddūt. Si em̄ fort; et mult⁹ calefacit et desiccat vltra modū corp⁹: et ita virt⁹ dissoluit: et deficiēte vtute naturali: refrigerat corp⁹. si fort; et pauc⁹ moderate calefacit et exiccat corp⁹: neq; tūc virtus dissoluit. si debilis et mult⁹ facit qd̄ fortis opatur. si debilis et pauc⁹: facit qd̄ p debilem fiebat supius. si mediocris et pauc⁹: facit qd̄ debilis mot⁹. Diuersitates motuū fm̄ velocitate; et tarditatē. Si velox sit et spissus ide; qd̄ fortis opabit si rar⁹: facit qd̄ debilis. si mediocris multus et velox: facit qd̄ multū fortis: vt dissoluat virt⁹: et calor naturalis refrigeret si fortis: rar⁹ et pauc⁹: idē facit qd̄ mediocris. si cū mediocri fortis inter velocitatē et tarditatē: et raritatē: et multitudinē et paucitatē: facit qd̄ fortis. si debilis cū multo et veloci: facit qd̄ fortis. si debilis cū pauco et raro: facit qd̄ multū debilis. si debilis inter tēpatu; cū multo et pauco inter tēpatu; et velocē et raꝝ: facit qd̄ mediocriter debilis. Si mediocris iter debilē et fortē cū veloce et multo: facit qd̄ multū fortis. si mediocris inter debilē et fortē cu; raro et pauco: qd̄ mult⁹ cū tēpato et sup debile facit. Si tres tēperati ꝯponātur adinuicē faciēt qd̄ mot⁹ tēpat⁹. Si cōponātur adinuicē tres mediocres: faciēt qd̄ mot⁹ sub tēpato: et sup debile. Silr de motib⁹ fricādi intellige. Mot⁹ em̄ iste est triplex. in quātitate. in velocitate. in tarditate. In qualitate. dur⁹ em̄ erit sicut debilis. durum emollit corp⁹: si sit fortis indurat molle: subtiliatq; qd̄ ab eo depellit. mollis fricādi mot⁹ emollit: sicut debilis poros aperit parū inflat. Fricādi mot⁹ inter durū et molle tēpatus: facit qd̄ inter fortem et debilē: indurās corp⁹ ꝯfortās et augmētās. mult⁹ desiccat et minuit: pauc⁹ facit qd̄ mollis. mot⁹ inter paucū et multū: facit qd̄ tēpera⁹ inter durū et molle. Silr inter velocē et raru; et multū: facit qd̄ durus et mollis tēperatus. Silr hi cōponūtur velox: rarus: mult⁹: pauc⁹: sicut et superiores mot⁹: quoꝝ actiones eedē sunt supioribus. Discordātur et aliter artificioꝝ in corpib⁹ qualitates: sicut ferrarij: fornarij: aurifices: q: hec artificia calore faciūt et exiccāt. Balneatium exercitia calefaciunt et humectāt. venatoꝝ et capionum exercitia refrigerant corpa. piscatorum et nauigatoru;: refrigerāt et humectāt. vn̄ opꝫ ꝑspicacem esse medicū in discretionibus hoīū et supioꝝ. Ego tm̄ satis determinaui quid vnusquisq; debeat opari. Motus qui exercitia vocātur sic circa corpa operātur. Quies sibi opposita est vniformis corpus refrigerās et humectās: augmētās phlegma: et nō dissoluens supflua. aliqn̄ tm̄ aliter calefacit qes. Si em̄ aliquis cui huores dn̄antur calidi et nō tēperati: cōmoueat motu tēpato dissoluūtur humores p poros exeūtes. si quiescat claudūtur pori: et humores coadunātur calidi. vn̄ calefit corpus veris febribus. maxime si aer circundās nos sit frigidus.

De actionibus balneorum. Capi. xvj.

Tsi balnea motui nō succedāt ex ꝓcedēti diuisione cū manitioni subiecta sint: opꝫ ea post motum poni et exercitia: cū eoꝝ actiões veniāt post multū motū. Sani em̄ post exercitia vtūtur balneis: vt huores exercitijs nō dissoluti: dissoluātur balneis et siccitas humectet q̄ ex exercitio acquirit: et vt mūdificētur putredines ex fumo sudati corpis ex puluere collecto in exercitijs. Balneū igitur in custodiēda sanitate est vtile sanis: si ante cibū et post exercitia executa fuerint ilico. Balneum ergo exercitio nō precedēti superfluitatem cibi prioris indigestam egerit. coagulatos dissoluit hu. qui per poros ad exeundum erāt parti: qui in aliquod nobile membrum effluūt: vbi infirmitatem pariūt. Silr balneari ilico post cibum nō opꝫ q: humorib⁹ corpus replet et cibi indigesti exeūtes in vijs aliq̄s faciūt oppilatiōes. vn̄ si frequēter fiat hydropisis gn̄at. quā qui euaserint: et l; post exercitia et post cibū se balneauerint: rari sunt corpis pori et largi: et de eoꝝ corporib⁹ supfluitas leuiter dissoluit. quapropter exercitia et balneū pati nequeūt: q: ide corpa deficiūt et subtiliātur si balneant āte cibum. vnde opꝫ ante balneū parum cibi accipi: et tēperatum. alijs post cibu; balneū oī modo est fugiēdum. Ex vero ante cibum et post exercitiū: sanos iuuet balneum cōstat: cū corp⁹ reddat humidū: calorem naturalem cōfortat: et bonā facit digestione;: aufert fatigationē: poros magnificat: supfluitates euacuat: dolores mitigat: ventositates dissoluit. Infirmos ergo opꝫ balneari fm̄ ꝙ expetit necessitas: aut eā sc; euacuādi: vel calefaciēdi: vel refrigerādi: vel humectādi: vel desiccādi. ꝓdest scabiosis: vt humores dissoluant intercutanei: neruos humectat. catarros maturat. vrinā de frigiditate recentem ꝓuocat. yleos iuuat. solutione; aufert de potiōe. multa etiā sunt alia iuuamēta ei⁹ q̄ dicetur cū de morbis q̄bus necesse est balneari tractauerimus. Dixit tm̄ Gale. euacuationes cum balneo et exercitijs subtilibus prodesse humoribus iam eūtem ad exeundum vicinātibus. Humores grossi neq; cū balneis: neq; cum exercitijs sunt euacuandi: sed potius eis nocent: si non prius eos aliter subtilient. Balneū ex tribus cāis mutat q̄litates corpis. ex suo aere: vel ex sua aq̄: vel ex sua operatione diuersa. Aer balnei est triplex: est enim prime case aer qui tepidus est nō calefaciēs corpus: scde car

sic mediocris est: q̄ nō multū calefaciēs corpus dissoluit mediocriter hūores: tertio casu aer multū est calidus: multum calefacit dissoluēs ⁊ euacuans corpis sup̄fluitatē nimiā. Hic actiōes suas duob⁹ modis diuersis diuertit: naturalr̄ vl̄ accidētalr̄. Naturalr̄: q: si paruo tp̄e imorās ibi ludet: hūectat̄ ⁊ calefit corp⁹. hūectat̄: q: aer balnei humectationē interiorem ad exteriora trahit. Sed q: parū in balneo est morans: hūectatio in mēbris remanēs calefacit corpus cū balneū calidū sit. Si multū imoret̄ balneādus: ⁊ mlt̄a quātitas sudoris egrediat̄ corpus calefit ⁊ exiccat̄. calefit ꝑpter aerē balnei. desiccat̄: q: hu. cū sudore euacuant̄. Si mora par̄ excedat modū: refrigerat̄ ⁊ exiccat̄ corpus: calor q̄ naturalis dissoluit̄: hūectatio corpis euacuat̄: vn̄ necesse est deficiat virtus. Si q̄s multū vl̄ vltra modū imoret̄: hūectatio exiccat̄: ⁊ calor naturalr̄ extinguit̄: vn̄ mors subsequit̄. Actio balnei accidētaliter sic est intelligēda. Si in corpe cholerici: ⁊ calidi sint hu. ⁊ bene digesti corpus refrigerat̄ ex aere balnei ex hu. euacuatis: sicut in tertiana vera est videri. Itē accidētaliter balneū refrigerat cū crudis hu. repletū sit corpus: q̄ dū calore balnei dissoluant̄: fluentes vias oppilāt: ⁊ aer balnei prohibet̄ introire. Aliqñ hūores cholerici balneo dissoluti: ⁊ p̄ mēbra ad stomachū fluidi defectionē faciūt ex subtilitate nimia. Aliqñ in aliqb⁹ mēbris hūores sunt pessimi: q̄ cum mēbratim discurrāt causa balnei hūorib⁹ admiscent̄ bonis: illosq̄ in suā ꝑuertūt naturā: vn̄ vitāda sunt balnea ab apostematic̄ febricitātib⁹ ⁊ ophthalmicis ī initio sui morbi. Sȝ cū materia iā se maturauerit succedit ⁊ balneari. Quid aq̄ balnei faciat dicendū est in p̄sentia. Oīs aqua balnei: aut est dulcis: aut nō dulcis. Dulcis aut ca. aut fri. nō multa calefacit ⁊ hūectat: poros aperit. Aliqñ refrigerat accidētalr̄: cū calore naturalē ⁊ hu. cholericos euacuat: multa eñ ei⁹ sunt iuuamēta: sicut in apho. dicit Hip. dissoluit ⁊ mitigat dolorē expellit sup̄fluitatē: mēbris p̄stat hūectationē suauē: idigestos hu. digerit: cutē subtiliat atq̄ mollit: ventositatē crudā dissoluit: somnū dat: rigorē in feb. mitigat: spasmū dissoluit ⁊ thetanū: incēsiōes ex solis ardore refrigerat: ī capite ossiū iuuat fracturas: ⁊ maxīe si carnib⁹ sunt nuda: q̄ oīa ī masculis ⁊ iuuenib⁹: imo in oīb⁹ ꝯsiderāda sunt etatib⁹. Hec oīa ex auctoritatib⁹ Hip. ꝯsiderāda sunt vtilia in aqua balnei. Aqua ca. ⁊ dulcis añ cibū: ⁊ post digestionē cibi corpus humidū facit: humoꝝ abundantiā dissoluit: qd̄ de cibis indigestū remanet in stomacho vel in intestinis dissoluit. cal̄. cōfortat naturalē. Si q̄s post cibū parū se balneat corp⁹ hūectat ⁊ impiguat: si multū est calidū: calefacit multū ⁊ hūectat parum. Si q̄s cibo adhuc indigesto balneat se: gn̄ant̄ in corpe eius grossi hu. atq̄ phlegma poroꝝ faciens oppilatiōes: q: si cib⁹ de stomacho vadit ad epar crudus: necesse est inde generet̄ phlegma: phlegma eñ nihil aliud est q̄ cib⁹ mediocriter digest⁹. Itē in apho. balneū ca. multū: carnes effeminat: neruoꝝ facit incontinentiā: mētis stuporē: sanguinis fluxū: defectiōes sp̄us quib⁹ mors subsequit̄. Itē Hip. in perito. Cōstipati nō debēt balneari quoad feces mundent̄ ab intestinis: neq̄ soluti ventrē s̄m crisim: q: balneū aufert solutionem: neq̄ vomētes ⁊ angustiātes ne forte patiant̄ defectiones: neq̄ in ore stomachi hūorib⁹ abūdātes: neq̄ plusq̄ sufficit sanguinē e narib⁹ emittētes: illi ergo tm̄ balneent̄: qb⁹ necesse est sanguinē fluere a narib⁹: neq̄ tñ quantū sufficit sanguinant̄. Si q̄s in aqua fri. ⁊ dulci balneet̄: corpus refrigeratur ⁊ hūectat̄: aliqñ tñ accidētaliter calefit ex poroꝝ cōstipatiōe ⁊ caloris in īteriora ꝯclusiōib⁹: vn̄ post cibū balneari digestiue v̄tuti cōuenit. Aque frigide bal. tres ꝯñas hn̄t: ex figura: ex etate: ex tp̄e. Si eñ balneās in aqua fri. sit pinguis atq̄ iuuenis: ⁊ hoc in tp̄e estatis: mēbra cōfortant̄: calor naturalis augmētat̄: qd̄ vt fiat corpus fricari op̄ȝ añ balnea: vt fricatio poros aperiat: si corpus macidū sit atq̄ tenue: frigus p̄forat ad interiora mēbroꝝ: mēbra p̄icipalia refrigerant̄: q: calor naturalis ꝯgelat̄: vn̄ fiūt hoīes hmōi patientes: sicut in hyeme serpētes: q̄ cū p̄e carnis paruitate: hyemali penetrant̄ frigore: calor eoꝝ naturalis debilitat̄: ⁊ q̄si exanimes refrigerant̄: ⁊ lȝ manib⁹ sepe sint tacti: tñ tāgētes p̄manēt illesi: silr̄ macidis ex aqua fri. ꝯtingit: nocet eñ aqua fri. in senectute: ⁊ maxīe in hyeme. Vn̄ Hip. q̄ sepe in aq̄ fri. balneant̄: spasmū: thetanū: nigrorē mēbroꝝ patiunt̄ ⁊ rigores patiunt̄ in febrib⁹. Itē Hip. aq̄ inq̄t frigi. spasmaticos ex plenitudine adiuuat: iuuenes tñ et carnosos in estatis medio: q: calor naturalis includit̄ corpori: vn̄ egritudinē ex qua fit spasmus adiuuat. Itē apostema cholericū rubori finitimū: ⁊ ex calore dolorē arteticū. iuuat. fluxui etiā sanguinis: si inde sibi vicina loca laueris subuenit: qd̄ bn̄ Hip. p̄uidit: si eñ loc⁹ bn̄ refrigeret̄ ī circuitu: pori ꝯstipāt̄: ⁊ sanguis coagulat̄: vn̄ necesse ē sanguis ꝯstrigat̄. Post coitū vitādus est frigdo: aq̄: silr̄ post labores: post vētris fluxū nisi cū sit sup̄fluus: aliqñ eñ hmōi aqua subuenit post vomitū: post pharmacias ⁊ vigilias vitāda ē aq̄ fri. Aq̄ nō dulcis balneum corpus oīno reddit siccū: si salsa sit aq̄ ⁊ ca. calefacit et desiccat: adiuuat tñ ꝯ humorē a capite descēdentē in stomachum vl̄ pect⁹. Aq̄ sulphurea calefacit ⁊ exiccat: dolorē neruorū ex hūiditate mitigat: aqua aluminosa ventrē stringit: refrigerat ⁊ exiccat: diuersoꝝ ḡ balneorū diuerse sunt actiones: de qb⁹ adhuc dicem⁹. In balneis fricatio ē cū vnguēto vl̄ sine vnguēto. Sine vnguēto lenis fricatio dissoluit: emollit: poros aperit. fortis calorē dissoluit atq̄ finit: īdurat atq̄ ꝯstipat. Tēpata si sit fricatio ab īteriorib⁹ ad exteriora trahit calor: ⁊ lȝ calefaciat: ipsa tñ eadē hūectat. Si cū vnguēto fri. sicut violato: rosato: hūores dissoluit: corpus emollit: poros aperit. calidū calefacit ⁊ maxime dissoluit: vn̄ in febricitantibus humorē bn̄ nō digerētib⁹. p̄ hoc vnguentū materia humoꝝ expellit̄. Si vnguētū fit sine fricatiōe pori claudūt̄: cibi morū dissolutio ꝓhibet̄. Si post balneū fit vnguētū calor naturalis in corpe ꝯstringit̄. Si aqua fuerit dulcis ⁊ ca. calefacit corpus ⁊ humectat: q: calorē intus cōseruat. Si frigida sit ⁊ dulcis refrigerās hūectat. Hec nob̄ sufficiāt ad hec q̄ balneo attinuerūt.

¶ De cibis disputatio vniuersalis. Ca. xiiij.

Omnia comesta vel bibita vel a corpore mutant̄: ⁊ ipsa postea in cōplexione sua corpus mutantia indefinita vocant̄ medicina: sicut piretrū: zinzib. ⁊ silia eādē cū corporib⁹ habētia virtutē. Vel corpora p̄ ea mutant̄: neq̄ tñ ipsa a corporib⁹ mutant̄ q̄ mortifera potio dicunt̄: q: eoꝝ natura corpi ē ꝯtria: ⁊ fortior in q̄litatib⁹ ⁊ sua sub̄a: de qb⁹ duob⁹ dicem⁹ plani⁹: cū de singulari medicina disputabim⁹. Quedā mutāt corp⁹ postq̄ in naturā corporis ⁊ ipsa mutant̄: q̄ medicina vel cibus appellātur: sicut lactuce: ptisanū: cepe: allia ⁊ silia. quedā a corpore mutant̄: ⁊ in corporis silitudinē vertunt̄: que solū sunt cibus. Hec eñ nature corpis sunt ꝯueniētia: ⁊ sue virtuti habilia: de qb⁹ duob⁹ in p̄sentia dicem⁹: ⁊ necessitates: actionesq̄ singuloꝝ in corporib⁹: q: eñ aialiū corpa rōnabilia siue irrationabilia interiori vel exteriori soluunt̄ calore: solutiōes aūt iste sunt visuales vel visui abscōse: vn̄ eisdē nutriēdis cibi succederēt necesse fuit: oporteret eñ vt ex toto dissoluerent̄: nisi eoꝝ materia refocillaret̄: sup̄ueniēs aūt materia si solutionē corpis exuperat: corpus augmētat ⁊ īpinguat sicut in adolescētib⁹: ⁊ in his qui augmento sunt videmus. Si v̄o cibi materia minor fit dissolutis minuit̄ ⁊ deficit corpus: sicut videm⁹ in phthysic̄. Sȝ si extrīsecus accidētia dissolutiōi sunt eq̄lia ꝯseruant̄ in idētitate corpora: sicut oleū videm⁹ facere in lucerna: nō eñ extinguit̄ illa si nec supra nec infra oleū existat: quoquo modo eñ corpa oīȝ siue quorūdā dissoluta in natura diuersa sunt sine sub̄a: necesse est itidē h̄ se habeāt ⁊ vicē eoꝝ replētia: idcirco cibi natura in q̄litate diuersa ē siue sub̄a. Op̄ȝ ḡ medicū sub̄as ⁊ q̄litates diuersoꝝ noscere ciboꝝ ⁊ potuū: ⁊ diuersitates naturarū ⁊ cōplexionū corpoꝝ: vt hoꝝ noticia regat ⁊ custodiat corpa ⁊ diuersitates naturaꝝ: sed diuersitates naturaꝝ ⁊ cōplonū tūc dixim⁹: cū de cōplone corpoꝝ loq̄remur. De ciboꝝ ḡ et potuū diuersitatib⁹ tñ restat dicam⁹. Ciboꝝ ḡ actiōes ī corporib⁹ sunt duplices: in q̄litate aut sub̄a. In q̄litate: q: q̄dā cibaria sunt ca. q̄dā fri. alia sic. alia hu. ⁊ alia moderata: quoꝝ actiōes: si adeo sunt magne: vt corp⁹ vix toleret ī. iiij. gra. sūt existētes vt allioꝝ ⁊ cepaꝝ calores. Si īfra hūc subsistāt ī. iij. ḡ. medici ponēda autumāt. Si actōes sint pauce ⁊ debiles vt nisi magna inuestigatiōe ad capiēdū sint difficiles ī p̄mo gra. erūt īstabiles. Si actiōes nec fortes mltū sint neq̄ debiles scdo ḡ. attribui debēt. Idē ī speciēb⁹ ⁊ ī pigmēt̄ dȝ ꝯside

rari. Ciboꝝ ſubſtātie diuerſitates: alij em̄ ſunt ſubtiles: alij
groſſi: alij mediocres. Subtiles quoꝝ lꝫ multa ſit quātitas
corpi dant paruū nutrimentū. Groſſi: q: cū ſint parue quā-
titatis: multū tn̄ dāt corpi nutrimētū. Mediocres ſm̄ quāti
tatem ſuā nutriētes corpus. Singuli ciboꝝ hoꝝ corpus bn̄
⁊ male nutriūt. Subtilis cibꝰ bn̄ nutriēs corpus ē ſicut pul-
li: pdices: faſiani: aſcelle āeris: galloꝝ teſticuli. De herbis
lactuce. De piſcibꝰ qui non adeo magne ſunt quātitatis ⁊
ſquamoſi: ſiue ſint aque dulcis ſiue maris: ⁊ q̄ ſemꝑ ſunt la
borioſi: aqua vbi capiunt̄ clara: terra petroſa. De vinis cla-
rum: coloris aurei: ⁊ odoriferū ⁊ ſilia: q̄ poſtea dicēda ſunt:
hec autē nō laborātibus ⁊ ſe nō exercitātibꝰ ↄgruūt: q: ſani
tateꝫ cuſtodiūt: quoꝝ ſupfluitas cito diſſoluit̄ cū ſit parua.
Itē diu infirmātibꝰ hec cōcordant̄: ſed tn̄ nō his q̄ vires cor
poꝝ volunt ⁊ impinguatiōes. Cibus ſubtilis malum nutri
mentum p̄ſtat corpi: ſicut naſturciū: ſinapis: cepe: porri: eru
ca. Oīs cibus ſalſus vel amarus: q: his calidi hūores gn̄an-
tur: q: cibi tales cholericos hu. generāt: lꝫ qualitates corpis
corrūpant: tn̄ illis adiuuant̄: q̄ phlegmatis ſunt viſcoſi: cum
humectationē diſſoluāt. Diuturnos iteꝫ morbos adiuuāt:
q: infirmitatis diſſoluūt materiā. Ga. in li. ſubtilis regimīs:
cū hmōi cibis inq̄t: ⁊ ſana conſeruaui: ⁊ infirmitates curaui
diuturnas: vt nō eſſent alie neceſſarie medicine. Itē ſanaui
multos nefreticos: arteticos: groſſitudines ſplenis et epa-
tis: ⁊ eos q̄ iam fere erāt epilēptici. Regimēta hmōi eſt ſub
tilis dieta cibi ſiue potꝰ per quā nutrimētū corpori bonū cū
multa quātitate ſuppeditat̄. Dieta mala ⁊ ſubtilis vbi opꝫ
⁊ qn̄o cōuenit: ⁊ cū exercitijs groſſus cibꝰ ⁊ bn̄ nutriturꝰ cor
pus eſt ānualis agnꝰ: porcꝰ: vitulus: panis frumēti bn̄ mū-
dus: piſces magni ⁊ carnis dure: pecudū epar: agninuꝫ ſeu
porcinū: recēs caſeꝰ: oua dura: vinū dulce: atq̄ ſpiſſuꝫ. Hec
oīa laborātibꝰ: ⁊ ſe exercitantibꝰ ſunt ↄuenientia: ⁊ his ſilr̄ q̄
vires ⁊ corpoꝝ volūt impinguatiōes. Cibꝰ groſſus ⁊ ma-
lus chimos groſſos ſubminiſtrat corporibꝰ ſicut caro vacci-
na: ⁊ vltra annū ouina: camelina: caballina: caprina: oua du-
ra: fungi: panis azimus. De mēbris: renes: cerebruꝫ ⁊ ſilia.
Iſte cibꝰ eſt malus: ⁊ ſanguis quē generat eſt peſſimꝰ: ma-
xime tn̄ cōueniēs eſt laborantibꝰ: q̄ ſi in preſenti bn̄ digerit̄:
in futuro tn̄ percuſſionē nō euadūt. Mediocris cibus eſt ſi-
cut annualis agnus: heduli: galline ⁊ ſilia. Hec cibaria oībꝰ
ſunt conuenientia: et maxime cōplexioni tēperate.

¶ De granis: et primo de frumento. Cap. xv.

Cum de cibis vtr̄ ſit tractādū a granis erit nobis
incipiendū. Cibus autē a terra naſcit̄: aut ex bru
tis eſt aīalibus. Terrenaſcitiuꝰ: vel anni tēporibꝰ
ſeminādus. vel ex arboreis eſt fructibꝰ. ex tēpori
bus anni naſcētia: grana ſunt vt frumētū: ordeū:
aut herbe vt lactuca: endiuia: aut herbarū fructꝰ: vt cucur-
bita: melones: aut radices vt rapa: baucia. fructꝰ arborei aut
ſilueſtres ſunt: aut domeſtici. cibus ex aīalibꝰ: vel ex ambu-
lantibus ſit: vel ex natatilibꝰ: vel ex volatilibꝰ. Horū omniū
quedā groſſa: quedā carnoſa: vt cerebrū: ſplen: ⁊ epar: ⁊ ſi-
milia. Sūt ⁊ quedā ſupflua vt ſanguis: lac. Hic incipiendū
eſt a grano: ⁊ in primis de frumēto. Frumentū oībꝰ granis
eſt melius: ⁊ tēperamēto ꝓpinquius: ſed tn̄ aliquantulū ca
lori eſt vicinū: vn̄ corporibꝰ humanis eſt acceptabilius: imo
omne granū durū ⁊ pōderoſum: groſſum q̄ꝫ ⁊ nō albū ma-
gis eſt nutritiuuꝫ corpis: album ⁊ nō pōderoſum eſt minus
nutritiuū. Frumētū in aqua dulci coctū multo magis eſt nu
tritiuū: virtutē corporis augmentās: ⁊ maxime ſi coquatur
cum carnibꝰ: eſt em̄ bonū exercitantibꝰ ⁊ laborātibꝰ: ſed tn̄
groſſi chimi inde generant̄. Qui vo comedūt ipm̄ nō coctū:
vētoſitatē patiunt̄: ⁊ lūbricos ⁊ aſcarides gn̄at in inteſtinis
Panis ide factꝰ naturā eiuſdē frumēti comitat̄: ꝙ ſi panis
de frumēto fuerit duro ⁊ ſolido: nutrit magis q̄ ſi de leui ſit
⁊ raro. Panis qui de granorū ſit medullis: qui ſimila a vul
go appellari ſolet: nutribilior eſt ⁊ indigeſtibilior: vnde con
ſtipationē facit interiorē. Panis ſecūdus minus eſt nutriti
uus: et cito digeritur: qḋ ſit q: multū eſt furfureus: horum
duorum mediocris melioris eſt nutrimēti. Panis coctꝰ tē-
perate: vt nec exteriora nimis cruſta: nec interiora nimis mol
lia: bene fermētatus ⁊ quantū ſufficit ſalſus nutriēdis me-
dic cōplexionis corporibꝰ eſt optimus: ⁊ his etiam qui mul-
tum exercentur. Azimus ſiue crudus groſſitudinis eſt nu-
tritiuus ⁊ duriter digeſtiuꝰ: oppilationē facit ſplenis ⁊ epa
tis: gn̄atiuus lapidis in renibꝰ: ⁊ omniū panū eſt peſſimus.
Oīs panis de frumēto calidus eſt in primo gradu: eſt tn̄ bo
nus laborātibꝰ ⁊ ſe exercitātibꝰ: ⁊ calidiſſimū ſtomachū ha
bentibus: ita tn̄ ſi bn̄ digerit̄: q̄cūq̄ comeſturus eſt azimos
panes: vel alios ſuperiꝰ blaſphematos: comedat cū calidis
cos atq̄ diureticis.

¶ De amido. Cap. xvi.

Amidum minus eſt nutritiuū q̄ quodlibet aliud
de grano factū ⁊ durꝰ ad digerendū: quapropter
conſtipatiōes in epate ⁊ in renibꝰ facit: ſed cōue-
nit tuſſiētibus ex gutturis: pulmonis ⁊ pectoris
aſperitatibꝰ: maxime ſi cum zuccara ⁊ amygdal̄.
pultes conficiantur.

¶ De tri. Cap. xvij.

Tri frigidū eſt ⁊ hu. ⁊ ad digerendū durū: chi
morum duroꝝ ⁊ groſſoꝝ generatiuū: qḋ q̄ di
gerere poſſunt: nutrit eos multū: adiuuat tuſ-
ſientes ꝓpter gutturis ⁊ pulmonis aſperita-
tes: ſi cum butyro inde ius fiat: ſi autē cū por-
tulaca vel arnogloſſa ſit coctū iuuat ſanguinis
ſcreatū de pectore: ſed cōſtipatis in viſceribꝰ eſt incōuenibi-
le. Qui ergo ad cibū nō ad medicinā tn̄ eo vti diſpoſuerūt:
deſuꝑ piper aſpergāt ⁊ deinde origanū vel calamentū edāt
ne noceat: ſiue zinzib. et in poſtremis vinū vetus bibant.

¶ De furfure. Cap. xviij.

Furfur calorē habet: diſſoluit atq̄ lauat ⁊ mūdi-
ficat: quapropter ſi cū zuccaro ⁊ amygd. ius ide
fiat: ex humiditate pulmonis tuſſiētes adiuuat:
ꝙ ſi in pectore vel pulmone apoſtema fuerit: cō-
tra hoc valere putanduꝫ eſt: ſi cathaplaſma locis inflatis ex
ventoſitate apponatur tumor diſſoluitur.

¶ De ordeo ⁊ pane ordeaceo. Capitulū. xix.

Ordeū frigidum eſt in primo gradu: ſic. in ſcḋo
minꝰ nutriēs eſt frumēto: ſed tn̄ vētoſitatē gene
rat. Cōfectiōes de ordeo facte ⁊ ptiſanū appel
late frigide ſunt ⁊ hu. aqua coꝝ frigidior: lꝫ hoc
ptiſanū calidā complexionē adiuuat: ſitientibꝰ
prodeſt: eſt em̄ vtilius granis oībus cuꝫ ſit frigidū ⁊ hu. ſm̄
temperamentū: acutis valet febribꝰ digerēs materiā vnde
generant̄: ſitim extinguit: ⁊ naturaliter lauatoriū eſt: vn̄ ſit
vt mēbris oībus cito diffundāt̄: de ſtomacho ⁊ inteſtinis ci
to defluit: et ſi incēdētes inuenerit humores facile expellit:
limoſa interiora: ſiue exteriora mūdificat: qḋ cū ſit viſcoſum
loca incēdio humoris cōbuſta reparat: eſtq̄ lubricū ne me-
ry ſiue guttur inuiſcet ſiue ſtomachū ſicut alia iura faciūt: q̄
cum hec inuiſcēt loca ſupueniēte febris ardore exiccata: an-
guſtiant patiētes: ſuauis eſt ſaporis: nullū rancorē gn̄at in-
firmis: non inflat: neq̄ vētoſitatē vllā gn̄at ſicut alia faciūt
grana. Fabe em̄ pluſq̄ opꝫ cocte nō a ſua diſſoluunt̄ ventoſi
tate. Has oīs habet ptiſanū vtilitates: ſi ſic illud cōficias:
ordeū bonū neq̄ vetus eſſe opꝫ album durū coctū ⁊ excora
tum leue ac piſtatuꝫ: vt exterior pellis auferat̄: neq̄ tn̄ oīno
teratur: accepte mēſure. xv. partes appone aq̄: appone ⁊ in-
tra lebetē ſiue ſtanneū vas coque in tēperato igne. i. carbo-
nes tn̄ ſuppone quoad tres ptes illud coctū redigas: dein-
de coctū fortiter cōterere: ⁊ colare ſatage: hoc colamentū vo-
catur ptiſanū. ¶ Panis ordeacꝰ fri. ⁊ ſic. eſt: minus q̄ fru
mēti nutritiuꝰ: vētoſitatis gn̄atiuꝰ ⁊ ↄſtipatiuꝰ: quē come-
ſturus cuꝫ eo vtat̄ vnctuoſis: ſicut caro groſſa atq̄ butyrū.

¶ De riſi. Cap. xx.

Riſi ca. ē in p̄mo gra. ⁊ ſic. vn̄ vētrē ↄſtrigit: nō multū tn̄
ſimiliū ſit ſibi admixtū: cōſtringit nimiū: maxīe ſi ſit ru
bicundū: ſed albū lotūq̄ ⁊ cū butyro ⁊ amygd. cor. tn̄: nō vē
tris eſt ↄſtipatiuū: mitigat em̄ dolorē tn̄ ⁊ ardorē ſtomachi
⁊ inteſtinoꝝ: eiꝰ nutrimentū tēperatū eſt ⁊ digeſtibile: ſi cū
lacte coquat̄ ↄſtipationē facit: ſed humectat ⁊ nutrit.

¶ De cepis. Cap. xxi.

Cepe in quarto gradu ſunt ca. ⁊ ſic. parū tamē ſunt hu.
coitū mouētes: ⁊ inflantes: dolorē in capite facientes:
oportet ergo comedētes in aceto ↄdire: vl̄ in lacte amygd.

¶ De allijs. Cap. xxij.

A Llia calidiora sunt cepis ⁊ siccioꝛa: maximũ caloꝛẽ corpori faciẽtia: acuta sunt: q̃ si coquanť ardoꝛẽ illũ amittũt: potōi q̃ cibo melioꝛa sunt: cocta mag᷑ nutriũt q̃ cruda: sanitatẽ custodiunt: digerere adiuuãt: constipationẽ vẽtris habẽtes caueant opoꝛtet ⁊ capite dolentes.

De porris. Capi.xxiij.

P Orri minus his duobꝰ calidi sunt: capitis doloꝛẽ faciũt sicut superioꝛa: coitũ mouẽt: emoꝛroydes adiuuãt: siue crudi sint siue cocti: ventositates intestinoꝛum expellũt.

De fructibꝰ herbarũ: ⁊ pꝛimo de melongijs. Cap.xxiiij.

M Elongia vetera ⁊ amara ca. ⁊ sic. si recẽti. ⁊ non amara sunt ⁊ sic. Si cruda comesta ad digerẽdũ dura sunt: cocta facilioꝛa. cũ aceto appetitũ adiuuãt: ⁊ stomachũ ꝯfoꝛtãt: melancholiã gñant: ad comedendũ grata: vñ q꞉ nõ vitãtur subito nocent ⁊ citius.

De cucurbitis. Cap.xxv.

C Ucurbita in scđo gradu fri. ⁊ hu. parũ nutrit: ⁊ ꝓpter hoc cõuenit febꝛicitantibꝰ ⁊ sitientibꝰ: et ex caloꝛe tussientibus: quã si frigide nature velint hoĩes comedere: apponant piper: zinziber: ⁊ silia.

De melonibus. Ca.xxvj.

M Elones sunt fri. ⁊ hu. ĩ scđo gradu: cito digestiui: quia sunt colatiui: vꝛinã pꝛouocãt: impetigine ⁊ moꝛphea inde lauatã mũdificãt: qđ maxime semẽ videť facere: cito in humoꝛes stomachi se mutãt. Ga. inq̃t: melones stomachuꝫ coꝛrũpunt: venenosos hu. gñant. Sepe ⁊ multũ comedẽtes feb. patientur.

De citruliis. Cap.xxvij.

C Itruli ⁊ cucumeres fri. sunt ⁊ hu. caloꝛẽ ⁊ sitim extinguunt: vꝛinã pꝛouocãt: sed citruli sunt frigidioꝛes: ⁊ aliquãtulũ stiptici: quos ambos si multã cpo. habentes comedant: sitim generant: q꞉ conuertibiles sunt.

De cucumeribus. Cap.xxviij.

M Elones palestini qui ⁊ cucumeres dicunť saracenici: fri. sunt hu. Sitientibꝰ ⁊ febꝛicitantibꝰ valẽt: acuta fe. extinguitur: ⁊ si aqua decoctiõis eius detur cũ zuccaro acutis feb. ⁊ ycteriCis: valet similiter cũ spodio caloꝛi epatis: frigidi inde caueãt sibi.

De canna mellis. Ca.xxix.

C Anna mellis ca. est ⁊ hu. in pꝛimo gradu: valet asperitati pulmonis: humoꝛes enĩ viscosos de canalibꝰ eius expellit: sed tamen inflat: vꝛinam pꝛouocat.

De musa. Capitulũ.xxx.

M Usa ca. est in pꝛimo gradu ⁊ hu. multũ nutrit: dura est ad expellendũ a stomacho: maxime si multũ comedať asperitatẽ pulmonis adiuuat: ⁊ pectoꝛis: diuretica est: valet vulneribus atq̃ renũ: libidinem augmentat.

De fungis. Capitulũ.xxxj.

F Ungi fri. sunt ⁊ hu. ad digerendũ duri: multũ comesti angustiã gñant ĩ oꝛe stomachi ⁊ grauitatẽ vsq̃ ad defectionem: melancholiã ⁊ phlegma gñant: quibusdam sunt moꝛtiferi.

De panico ⁊ milio. Cap.xxxij.

P Anicũ atq̃ miliũ sunt fri. ⁊ sic. in scđo gradu: parũ nutriunt: stiptica sunt: panis multũ est plus ꝯstipatiuus: vꝛinã pꝛouocant: ad comedendũ melioꝛa si cum butyro vel amygđ. sint cocta: quibꝰ admixtis hũectanť: ⁊ siccitas eoꝛũ expellitur.

De lentibus. Capi.xxxiij.

L Entes fri. sunt in scđo gradu sic. in tertio. vnde melancholicũ generãt san. quibus si q̃s vtať sepe: cholericus efficiť niger: ⁊ melancholicũ moꝛbũ patiť: sicut cancrũ: elephantiã: maniã ⁊ siliã. Nocẽt iterũ oculis si sicce sint cõplexionis: humidis subueniũt: ⁊ si cum exterioꝛi coꝛio coquanť solubiles sunt: ꝫ sine illo stiptice: erũt melioꝛes ad comedẽdum: si cum blitis cocte fuerint: vel cum spinarchia: vel malua vel atriplicibus: peioꝛes si cũ carne sicca: q꞉ plus melancholice sunt: ad digerendũ dure ⁊ vẽtose: si cũ medietate coquantur oꝛdei: humectant atq̃ nutriunt.

De fabis. Capitulũ.xxxiiij.

F Abe si sint virides fri. sunt ⁊ hu. atq̃ phlegmatice. Si vo sicce inflatiue ⁊ vẽtose: maxime si sint cũ suo coꝛtice: ⁊ ad digerẽdũ sunt dure. Ideoq̃ comedẽtes statim grauitatem capitis ⁊ ventositatẽ ⁊ fatigationẽ sentiũt: q̃ meliores sunt si aq̃ infundanť: ⁊ postea igni assenť: vel si excoꝛientur ⁊ bene coquanť: nullã ventositatẽ faciũt comedentibꝰ: maxime si ciminũ ⁊ piper ⁊ cinamomũ: alichmũ eis admisceanť: si farina de eis fiat: ⁊ sicut ius eas coquat cũ amygđ. ⁊ zuccaro: ⁊ calidas det comedere vł bibere: adiuuãt tussiẽtes: ⁊ gutturis pectoꝛis quoq̃ ⁊ pulmonis asperitates: ⁊ si cũ tunica sua coquanť: vẽtris iuuãt fluxus ⁊ dissinterias et vomitũ: facta inde farina: si faciẽ vł coꝛpus inde laues mundificat cutem de lentigine vel alijs maculis: quarũ nutrimẽtum est temperatũ: quas qui comederint ⁊ vẽtositatẽ fugere voluerĩt cũ calamẽto coquat vel oꝛigano: pipere vel oleo virides comedẽs zinzib. comedat ⁊ oꝛiganũ atq̃ salem.

De cicere. Capitulũ.xxxv.

C Icer ca. est ⁊ sic. tñ aliquid humiditatis habet: ventosum ⁊ inflatiuũ est: vnde coitũ mouet: sperma augmẽtat ⁊ lac: vꝛinã ⁊ mẽstrua ꝓuocat: aqua vbi coquiť cum cimino: cinamomo ⁊ aneto calefacit ⁊ grossos hũoꝛes dissoluit: lapidẽ renum ⁊ vesice frangit: nigrũ foꝛtius est ad hoc q̃ album. Cicer aũt mundificat lentiginẽ ⁊ moꝛpheã: ⁊ alias cutis maculas.

De lupinis. Capi.xxxvj.

L Upinũ in pᵒmo gra. est ca. in scđo sic. nimiã habẽs spissitudinẽ ⁊ amaritudinẽ: si nõ eẽt coctũ: ꝫ si cũ aq̃ ⁊ sale coquať dulcoꝛať: duꝝ est ad digerẽdũ: si comedať hu. grossos gñat: ꝫ multũ nutrit: vñ laboꝛãtibꝰ ꝯuenit: ⁊ se exercitãtibꝰ: q̃ si digestibile vis facere cũ calamẽto ⁊ oꝛigano ⁊ sale ⁊ oleo ⁊ obsomogaro comede: si cũ sua amaritudine comedas: vꝛinã ⁊ mẽstrua ꝓuocat: fetũ moꝛtuũ expellit: lũbꝛicos ⁊ ascarides eijcit: ꝯstipatiões poꝛoꝝ epatis ⁊ splenis ⁊ pulmonis aperit: aqua eiꝰ in qua coquať huic rei ꝓdesse videť.

De fenugreco. Capi.xxxvij.

F Enugrecũ ca. est in scđo gradu atq̃ siccũ: solubile si ante cibũ comedať. Si in cibo nõ adeo doloꝛẽ facit in capite ⁊ abominationẽ: aq̃ vbi coquiť colata: ⁊ cũ melle mixta solutionẽ facit vẽtris: mẽstrua ꝓuocat: parturientẽ mũdificat. Si autẽ fenugrecũ cuꝫ ficubus siccis coquas foꝛtiter: et postea coles: ⁊ colature tãtũdẽ adijcias mellis: ⁊ iteꝝ coq̃s quo ad spissitudinẽ veniat: valet ad veterẽ tussem: pectꝰ mũdificat: ⁊ pulmonẽ de humoꝛibꝰ grossis atq̃ viscosis.

De faseolis. Capi.xxxviij.

F Aseoloꝝ quedã sunt al. que fri. sunt ⁊ sic. quedam rufa: ⁊ ipsa sunt ca. vtraq̃ tñ inflatiua: minus tñ q̃ faba: que si coquanť cum oleo ⁊ obsomogaro ⁊ sinapi: cinamomo ⁊ scariola: eruca et oꝛigano: bene digerunt ⁊ nutriunt. Rufi faseoli mẽstrua pꝛouocant.

De sisamo. Capitulũ.xxxix.

S Isamũ in pꝛimo gradu est cali. in scđo hu: plus tñ q̃ aliud granum habẽs olei. Ideoq̃ emollit stomachũ: ⁊ appetitiuã virtutẽ destruit: abominationẽ facit: humoꝛes gñat viscosos atq̃ grossos: q̃q̃ ardoꝛẽ patiť in stomacho ex nimio calore vel acuta potiõe: aut foꝛti vino: olei sisanimi accipiat coclearũ .j. qđ sibi multũ ꝓdest. si quis aũt comedere vult sisamum vt nõ noceat assatũ in tegula cũ melle comedat.

De papauere. Capi.xl.

P Apauer al. meliꝰ est ad comedendũ q̃ nigrũ: qđ in tertio gradu fri. est ⁊ hu. ⁊ idcirco somnũ pꝛestat. Nigrũ facit constipationẽ vẽtris: vtraq̃ ꝯtra tussem adiuuãt: ad hoc est meliꝰ albũ si cum zuccaro ⁊ melle comedas.

De lactuca. Capitulũ.xlj.

L Actuce fri. sunt in scđo gradu: ⁊ hu. oĩbꝰ herbis nutribilioꝛes: sanguis quẽ gñant melioꝛ est eo quẽ alie herbe pꝛocreãt: somnũ pꝛestãt: sitim mitigãt: siue cocte siue crude sint: libidinẽ auferũt: maxĩe si spma eaꝝ bibať: frigide nature hoĩes cũ apio siue mẽta comedãt.

De scariola. Ca.xlij.

S Cariola siue endiuia nature lactuce est vicina: ꝫ minꝰ fri. ⁊ hu. minꝰ nutrit: amara ẽ ex qua amaritudine splenis ⁊ epatis ꝯstipationẽ aperit: aqua eiꝰ valet ycteriCis: calido apostemati iuuat supposita: nascens in hyeme est fri. ⁊ humidioꝛ q̃ que in estate.

De malua. Cap.xliij.

M Alua mediocriter ca. est ⁊ hu. ventrẽ humectat contra tussim adiuuat: asperitatibꝰ pulmonis: gutturis seu pectoꝛis adiuuat: ita dico si cũ aqua in amygdaleo sit cocta: que si in aqua coquať ⁊ cum oleo ⁊ aceto comedať: ventrẽ soluit.

De bletis. Cap.xliiij.

B Litis q̃ ⁊ sicla diciť ca. est ⁊ hu. in pᵒmo gradu: vẽtrẽ humectat: cõstipationẽ splenis siue poꝛoꝝ epatis aperit:

cõtra tussim adiuuat: quã qui ob hoc comedunt: vt acetũ ⁊ sinapim misceant opoꝛtebit: radix ei⁹ grossiuꝫ phlegma generat: stomacho inconueniens est.

¶ De spinarchia. Capitulũ.xlv.

Spinarchia inter frigidũ ⁊ humiduꝫ est tẽperata: ventrem humectat: contra asperitatẽ gutturis ⁊ pectoꝛis atq; tussim adiuuat: homines frigide nature cũ cinamomo ⁊ pipere comedant.

¶ De caulibus. Cap.xlvj.

Caulis diuerse est cõplexionis: aqua eius frigida et humida mundificãs: ventrẽ emollit: qui vẽtris vult solutionem coquat in aqua: ⁊ eius aquã bibat: qui vo constipationem aquã eijciat: ⁊ caulẽ ibi coctũ comedat: q: frigidus est ⁊ siccus: caules quoq; tenebꝛas oculoꝝ eis qui sicci sunt pꝛocreãt: humidis ecõuerso facit: bonus est cũ carne crassa: aut cum amygda. melancholicis odiosus est.

¶ De blitis ⁊ atripliabus. Capi.xlvij.

Blete ⁊ atriplices frigide sunt ⁊ hu. sed atriplices humidioꝛes ⁊ blete frigidioꝛes: vnde sunt iuuatiue hoibus calide cõplexiõis ⁊ sicce: ⁊ causon ⁊ febꝛi tertiane: sed tamẽ neq; constipatiue sunt: neq; solutoꝛie sunt.

¶ De poꝛtulaca. Cap.xlviij.

Poꝛtulaca in scdo gradu fri. in tertio hu. calidã naturã adiuuat: frondes eius cõgelatis dentib⁹ ꝓsunt. Rami stiptici sunt: sꝑeatui sanguinis ex pectoꝛe ꝓsunt: ⁊ dissintericis ⁊ fluxui sanguĩs ĩ mulierib⁹: de succo ei⁹ cathaplasma factũ: doloꝛẽ capitis vel apostema de caloꝛe mitigat: frigide nature homo cum menta ⁊ apio comedat.

¶ De eruca. Capitulũ.xlix.

Eruca ca. est in tertio gradu: hu. in pꝛimo: sperma augmentat: coitũ incitat: doloꝛẽ capitis facit: opoꝛtet ergo cum lactucis temperetur.

¶ De menta. Cap.l.

Menta in scdo gradu ca. est ⁊ sicca: quiddã habet humiditatis ꝑ quã ardoꝛ mouet̃ libidinis: epatis frigdoꝛẽ adiuuat: stomachũq; cõfoꝛtat ex frigoꝛe defectũ: abominationem: singultũ ex plenitudine curat: digestiuam virtutem confoꝛtat.

¶ De tarcon. Cap.lj.

Tarcon ca. est ⁊ sic. stomachũ cõfoꝛtat: similiter vt mẽta. Sed nimis comestũ: moꝛatur ad digerendum.

¶ De nasturcio. Capitulũ.lij.

Nasturcium ca. est ⁊ sic. phlegma viscosum ⁊ ventositatem dissoluit.

¶ De apio. Capi.liij.

Apiũ ca. est ⁊ sic. in tertio gradu: ventositatẽ dissoluit: vꝛinã ⁊ mẽstrua ꝓuocat: constipationẽ epatis vel splenis aperit: sed tamẽ gignit doloꝛem capitis.

¶ De coꝛiandro. Cap.liiij.

Coꝛiandrũ melius est inter potiones ꝙ herbas annumerandũ: aliqñ enĩ occidit: ⁊ aliquãtula pars coꝛiandri tantũdem facit quantũ multa quãtitas lactucarũ in pꝛestando somno: neq; herba per se est comedẽda: sed cum alijs coquendis admiscẽda odoꝛatus boni causa: masticatũ alioꝛũ odoꝛẽ fetidũ aufert atq; cepaꝝ.

¶ De solatro. Cap.lv.

Solatrũ frigidũ est ⁊ siccũ in scdo gradu: vꝛinã ꝓuocat: cõstipationẽ epatis: vesice atq; renũ relaxat: apostema adiuuat in his membꝛis positum.

¶ De ramis herbarum. Capi.lvj.

Rami herbaꝝ anteq̃ germinẽt: ⁊ virides sunt a qbusdã comedunt̃: ⁊ idẽ eis faciũt qd̓ ⁊ herbe quaꝝ rami sunt: sꝫ tñ plus nutriũt: ⁊ hũidioꝛes sunt sicut sparagi: q ca. sunt ⁊ hu. mediocriter nutriẽtes: ⁊ sperma generãtes: coitũq; cõcitantes: vꝛinã quoq; pꝛouocãtes: cõstipationẽ splenis ⁊ renum ac epatis aperientes: si cocti cũ aqua ⁊ oleo ⁊ obsomogaro comedant̃. Domestici tamẽ nutribilioꝛes sunt ꝙ sint siluestres.

¶ De carambis. Cap.lvij.

Carambi fri. ⁊ sic. sunt ⁊ caulib⁹ similes: sed minus siccatiui: ⁊ mali sanguinis gñatiui: opꝫ comedentẽ ꝓuidere vt bñ coquant̃: ⁊ cũ carne crassa aceto q; ⁊ obsomogaro.

¶ De rapis. Cap.lviij.

Rapa calida est ⁊ hu. grossum cibuꝫ habens: inflatiua ⁊ multũ nutriẽs: sperma augmentãs: ⁊ aliquantulũ est diuretica.

¶ De radicibus. Cap.lix.

Radices in tertio gradu sunt cali. ⁊ sicce: stomachũ male conturbãtes ⁊ q ibi inueniũt: fetidũ reddẽtes ructatũ: quapꝛopter vomituri comedũt: malũ faciũt nutrimentum ⁊ grossum: ⁊ ad digerendũ durum: q̃uis quidã eas solubiles esse dicant: qd̓ est falsum: cũ enĩ in natura sua sint indigestibiles: alia quomodo facient digerẽtes: coitũ quidẽ mouẽt: frondes tamen melioꝛes ꝙ radices.

¶ De fructibus arboꝝ: ⁊ pꝛimo de ficubus. Cap.lx.

Ficus in pꝛimo gradu sunt ca. virides humide in scdo: sicce vo inter siccitatẽ ⁊ humiditatẽ temperate: mediocriter nutriũt: sanguis quẽ generãt melioꝛ est ꝙ quẽ alij fruct⁹ estiui: cito digerunt̃: colatiue enĩ sunt solubiles: maxime si mature sint: tussientes adiuuãt: pectoꝛi: pulmoni: vesice ⁊ renibus mundicias parãt: maxime si aliquid quod colatiuũ sit admisceat̃: sicut calamentũ: oꝛiganũ: ameos. Ficus quidẽ vẽtositatem faciũt: maxime non mature: ad digerendum sunt dure: sicce melioꝛes sunt. Sepe ⁊ multum comedentes: pediculis sunt abũdãtes: maxime qui putredines humoꝝ in coꝛpoꝛib⁹ habent. Virides comedẽtes eas: in fine carũ oxizaccaram accipiant: q siccas manducat: amygd. vel nuces in fine habeat.

¶ De vuis. Cap.lxj.

Vue laudib⁹ ficuũ sunt vicine: que multũ meliores sunt si pellẽ exterioꝛẽ habeant tenuẽ: ⁊ multum intus humoꝛẽ: solubiles enĩ sunt: cõtrarie contrariũ. Que aũt in dulcedine sunt perfecte: calide sunt ⁊ humide: que autẽ acide ⁊ pontice frigide sunt ⁊ sic. acerbe frigidioꝛes ⁊ sicci oꝛes sunt: in hyeme perdurãtes: ceteris vuis sunt nutribilioꝛes. Vue cũ coꝛtice exterioꝛi ⁊ acinis comeste ad digerendum sunt dure: ergo sine his nature erunt digestibilis atq; solubilis. Vue passe naturaliter faciunt qd̓ ⁊ ille vñ fiunt. Sed tñ calidioꝛes ⁊ nutribilioꝛes parũ pectus ⁊ pulmonẽ adiuuãtes si viscosos hu. inuenerĩt: que autẽ macide ⁊ non adeo carnose: stomachũ confoꝛtãt: minus calide ⁊ stiptice: ꝙ si qs vult esse solubilis carnosas comedat sine acinis: aquaꝫ vbi cocte sint ebibens: multo melius erit solubilis.

¶ De moꝛis. Capi.lxij.

Moꝛa sunt fri. in pꝛimo gradu. hu. in scdo. Si bene sint matura sunt solubilia: immatura insolubilia: stiptica ⁊ fri. ⁊ sic. stomacho ca. ⁊ sicco vtilia: que a ieiunis comesta digestibilia: ⁊ bonos hu. generantia: contrario ꝯtraria: maxime si in stomacho inuenerint humoꝛes malos: sunt enĩ conuertibilia.

¶ De cerasis. Capitulũ.lxiij.

Cerasa fri. sunt ⁊ hu. ⁊ moꝛis in actione sua similia: sed tñ cõuertibilioꝛa: ⁊ peioꝛes humoꝛes generantia.

¶ De persicis. Capi.lxiiij.

Persica sunt fri. ⁊ phlegma generãtia: ⁊ grossioꝛ coꝛuꝫ est cibus ꝙ coctanoꝝ: sed nõ facile conuertunt̃: q̃ facile ab ossib⁹ emundant̃ ⁊ separant̃ ⁊ tenere sunt sube: cito digeruntur: cõtraria contrarie.

¶ De malisgranatis. Capi.lxv.

Malagranata fri. sunt: acida sunt frigidioꝛa: in humiditate ⁊ siccitate mediocria: cho. ru. extinguũt: stomachũ ⁊ epar confoꝛtãt: que ex caloꝛe deficiũt: abominationem remouent. Grana solutionẽ vẽtris si sicca fiẽt: q̃ ꝯtraria sunt humoꝛes cholericos ꝯhunt: ne descendãt in stomachũ. Dulcia inter calidũ ⁊ frigidũ tẽperata sunt ⁊ humida: si granata fuerint tenera: tussientes de caloꝛe adiuuãt. Hippocra. in epidy. quedam inquit mulier cum in pꝛecoꝛdijs doleret nullaq; res doloꝛem illum mitigaret: nisi succus maligra. ⁊ farina oꝛdei: hec tandẽ apposuit. vnde ab Hippo. intelligimus pꝛecoꝛdia os stomachi esse vocata: que cum ex cholericis doleret humoꝛibus hmõi cibo recreatur.

¶ De coctanis. Capi.lxvj.

Coctana frigida sunt ⁊ sicca atq; stiptica caloꝛẽ stomachi cõfoꝛtantia: ante cibum comesta constipant: post cibum soluunt: coꝛũ aqua magis stomachum confoꝛtat: substantia constipat.

¶ De malis. Capitulũ.lxvij.

Mala frigida sunt ⁊ sicca: caloꝛem stomachi cõfoꝛtantia non matura stiptica: et ad digerendũ dura: acida sunt frigidioꝛa: dulcia et odoꝛifera: inter calidum et frigidum

mediocria stomachos: ⁊ cardiacos confortant. Sed tamē neruis sunt inutilia.

¶ De piris. Capitulū.lxviij.

Pyra matura ⁊ aquosa sunt tēperata aliquantulū frigida magis ꝙ coctana: ⁊ magis nutritiua. acida frigidiora: ante cibum comesta sunt stiptica: si post cibū: contraria. stomachū confortant: fumum in caput ascendentē ↄtrahūt.

¶ De malis citrinis: Cap.lxix.

Citrina mala in virtute sunt diuersa: cortex eorū cali. ⁊ sic. in tertio gradu: stomachū ⁊ epar ex frigore defecta cōfortat si parū comedat: si multū: ad digerēdū durus. Interior caro frigida ⁊ hu. ē stomachū grauat: phlegma gñat: si bñ digerat multū nutrit: acida pars fri. ⁊ sic. in tertio gradu cho. ru. inde extinguit: appetit⁹ excitat: cardiaca cholerica mitigatur: impetigo cutis inde lauata mundat: congruit febricitātib⁹. Diarria ⁊ vomit⁹ ex calore inde extinguunt.

¶ De granis. Cap.lxx.

Grana ca. sunt ⁊ sic. parū humida vel vnctuosa: emoroydes adiuuātia: qui vult comedere ea nō mundet: ⁊ bñ masticet: ante cibum cum melle manducet.

¶ De prunis ⁊ cerasis. Cap.lxxj.

Pruna ⁊ cerasa frigida sunt ī pmo gradu: humida in scđo: acida frigidiora ⁊ solubilia: dulcia solubiliora: acida calorē extinguūt: sicca minus soluūt ꝙ recētia: sed tñ coctorum aqua ⁊ cū zuccaro ebibita est satis solubilis.

¶ De dactylis. Cap.lxxij.

Dactyli bñ maturi sȝ nō passi ca. sunt ⁊ hu. satis nutritiui: libidinē excitāt: passi calidiores sunt: ⁊ magis mouent coitū: dolorē generāt in capite. Nō maturi sȝ pōtici sunt stiptici stomachi confortatiui: hos sepe comedentes mali sunt sanguinis ⁊ cito patientes. ¶ De oliuis. Cap.lxxiij.

Oliuarū duo sunt gña: oleū eñ emittit vna: aqua altera olei emissiua: magis est nutritiua: aque redditiua stomachum cōfortat: pcipue cū aceto comesta. matura est cali. nō matura frigida. ¶ De nucibus. Cap.lxxiiij.

Nuces ca. sunt ⁊ hu. in scđo gradu: recentes minus sunt calētes: cortex īterior subtilis est parū cōstipatiu⁹: nuces autē nutriunt mediocriter: sed in capite faciūt dolores: multū comeste sitis sunt gñatiue: ⁊ veteres pcipue. si cū ficubus sic. quis comedat: veneno obuiant: sanguis quē generant nō est malus. ¶ De auellanis. Cap.lxxv.

Nuces auellane ca. sunt ⁊ sic. ad digerendū dure: ⁊ stomacho grauissime: multū nutritiue: dicunt quidā medici qui ante cibū cum ruta comedūt: securi sunt cōtra venenum: ⁊ morsus reptiliū. Si tñ cum ficubus māducent cōtra morsus scorpionū adiuuāt. ¶ De amygdalis. Ca.lxxvj.

Amygdale inter calidū ⁊ frigidū ⁊ humiduȝ sunt tēperate: pectus adiuuāt: pulmonē cū sint colatiue mūdificant: mediocriter nutriūt: cuȝ ficubus siccis comeste solubiles sunt: q̄dā q̄ ⁊ amare magis sunt colatiue: pectoris mundificatiue: constipationē epatis aperiūt atq̧ splenis: vrinā prouocant. ¶ De phisticis. Cap.lxxvij.

Phistici inter ca. ⁊ hu. sunt tēperati: stomachi cōfortatiui ⁊ epatis: diuretici: libidinis augmētatiui cōtra morsus scorpionis valēt. ¶ De pilocaractis. Cap.lxxviij.

Xilocaracta sunt stiptica. G. recētia inquit nō sunt stiptica: ad digerendū dura: mali sangui. generatiua.

¶ De capparis. Cap.lxxix.

Cappari duri sunt ⁊ sicci in scđo gradu: cū aceto comesti constipationē epatis aperiunt atq̧ splenis: stomachuȝ mundificant de phlegmate: solutionē vētris faciunt.

¶ De glandibus. Cap.lxxx.

Glādes que ⁊ celsi frigide in primo sic. in scđo: stiptice: ⁊ ad digerendū dure sunt: multū nutritiue: mēstruorū oppilatorie. ¶ De castaneis. Cap.lxxxj.

Castanee minus sunt sicce: ⁊ inter calidū ⁊ frigidū tēperate: inflatiue coitū mouent: multū nutriūt: ad digerēdum dure sunt. ¶ De lentiscis. Cap.lxxxij.

Lentisci ca. sunt in tertio gradu ⁊ sic. spleneticos adiuuant: vrinā ⁊ mēstrua ꝓuocāt: phlegmaticis valēt: coitum mouēt: oleū eorū paralyticis est optimū: apostematib⁹ splenis subuenit. ¶ De mespilis. Cap.lxxxiij.

Mespile frigide sunt ⁊ humide in primo gradu: acide tñ sunt sicce: priores phlegmatis sunt gñatiue. Sequentes calorem extinguunt.

¶ De tuberibus. Cap.lxxxiiij.

Tubere frigide sunt ⁊ hu. digestionis dure: parū nutritiue: aqua in qua sunt cocte: calidior est eis: ⁊ doloris viscerum sunt mitigatiue. G. tñ eas vitupat dicēs: sanitati inquit custodiende: ⁊ egritudini medicāde: nescio quomodo possunt subuenire: sed hoc tñ scio q̄ dure sunt in digerēdo.

¶ De carnibus animaliū: ⁊ ab ambulantibus incipiendum. Capitulū.lxxxv.

Omnis caro ca. ⁊ hu. nutribilis ⁊ sanguinis gñatiua: sȝ tamē alia plus: alia min⁹. Caro quadrupedū porcina: q̄ inter ca. ⁊ hu. temperata est nutribilior ⁊ sanguinis gñatiua: ⁊ ē melior ꝙ quē gñat q̄libet alia caro: nature vicina est humane. Unde Ga. quidā inquit hoīes carnes comederūt humanas ꝓ porcinis ignorātes. inde ꝓbat q̄ humane carni assimilet. Porcellina humidior ⁊ phlegmaticior: agnina calidior est ⁊ humidior: feminina malū sanguinē gñat bñ nutritiua: sic capRina feminina. Hedulina est temperata et bonū sanguinē gñat: bene quoq̧ nutrit. Caprina malum ⁊ melancholicū san. generat. Bouina multum est nutritiua ⁊ grossa: ad digerendū dura: melancholiā gñat. Uitulina est temperata: bonū sanguinē facit. ¶ Omne eñ aīal naturaliter siccum: fetus habet humidiores: ⁊ bonū sanguinē facit: ⁊ propter hoc annuales agni ⁊ heduli sunt tēperati: boues sunt sicci: vituli humidi ⁊ tēperati: agni humidi ānuales tēperati. Castratoꝝ caro cito digerit: ⁊ nutrit melius. Crassa ventrē mollit ⁊ humectat: ⁊ est ad digerēdū dura: macra desiccat: ⁊ facilis est digestionis. Laudabilior est oīs caro que inter crassūȝ ⁊ macidū est temperatior. Iuuenib⁹ seq̧ exercitantibus: ⁊ raros poros habentib⁹ cōuenientior est pecudū caro iam adultarū ⁊ boum nondū in etate perfectoꝝ ⁊ castratorū ⁊ capparū: non exercitantiū vitulina: hedulina: oīs caro siluestris est illaudabilis: sanguinis grossi generatiua: sed tñ capreolina: ⁊ leporina est meliuscula.

¶ De membris animalium. Cap.lxxxvj.

Accidētia q̄ actio naturalis patit ⁊ cause eorū priores duas comitāt ex ordine. Actio v̄tutis naturalis: nutrimētū est in hoīe qd̄ assimilat cibū mēbris suscipiētibus susceptū: h̄ explet cū actionibus desiderij ⁊ digestiōis. De desi derio iā dixim⁹ cū accidētia virtutis aīate di cerem⁹. Accidētia digestiōis sola restāt dicēda. Digestio est triplex: in stomacho cū cibus fact⁹ chilosus qd̄ p̄ma digestio vocat. Scd̄a in epate cū cibi succus mutat in sanguinē: ⁊ se cūda digestio vocatur. Tertia in mēbris est totius corporis cū mutatur sanguis in naturā vniuscuiusq₃ mēbri: ⁊ tertia digestio nūcupat. Vnaq̄q₃ haꝝ suū subsequit effectū cū sup plemētis q̄ttuor virtutū sicut in virtute naturali iam est di ctū. i. appetitiua: cōtētiua: digestiua ⁊ expulsiua. Prima di gestibilis in stomacho patit tribus modis: vel aufertur to ta sicut videm⁹ in fastidio: vel minorat sicut in fūosa vel a cida ructatiōe ꝯsideram⁹: vel suū cursuꝫ egredit sicut cum cibus in ventositatem transducitur quod duobus modis ac cidit: aut interius: aut exterius. Interius cum virtus di gestiua patitur. Passio enim que ex mala cōplexiōe est sto machi calida cibū in fumositatē vel putredinē mutat: frigi da in acetositatem: vel patit ex liquidis in stomacho humo ribus. ꝙ si sint cholerici fumosum ructatū necesse est fieri. si phlegmatici acidū: frigdor vo nimi⁹ fastidiū ⁊ lienteriam ge nerat: nā fortis ventositatē facit. Vel patit ex officiali mor bo sicut apostemate calido vel frigido: vnde virt⁹ deficit di gestiua. Sciendū est autē digestiōis corruptionē ex defectio ne virtutis digestiue esse nocibiliorē: ⁊ maxime ex frigida: vel calida mala cōplexione: hūida em̄ ⁊ sicca digestionē mi nuūt: nō tñ auferūt nisi cū in aliū incidāt morbū. Exteri⁹ vir tus digestiua patitur pp̄ter cibū vel potū vel somnū. si som nus sit multus digestio erit bona: si paruus digestio mala Propter cibū fit quattuor modis. in q̄litate in quātitate in tpe in ordinatiōe. In quātitate si mult⁹ sit cibus vel paruus si est paruus ⁊ stomachus calidus in fumositatē mutat. Si multus ⁊ durus ⁊ fortis virtus longusq₃ somnus digestio tantum comitatur. Si cibus est mutabilis ⁊ calor fortis cor rūpit in stomacho siue somnus longus fuerit siue breuis: si calor deficit ⁊ cibus mult⁹ ⁊ durus fuerit somnusq₃ paruus fastidiū fit. Ex qualitate: q: si calidus est: ⁊ stomachus cali dus in choleri. mutat hūo. sicut mel in iuuenib⁹ ⁊ in cali de nature aīalibus: aut si cib⁹ frigidus ⁊ stomachus silr fri gidus in aciditatē cib⁹ mutat: sicut lac ⁊ cucurbita in seni bus ⁊ stomachū frig. habētib⁹. Ex tpe: q: si q̄s cibū quātū cūq₃ laudabilē accipiat: si anteq̄ cibus ille digeratur: aliū ci bum iterū accipiat: oportet corrumpitur. Similiter si post vigilias nimias cibum accipiat. Ex cibi ordinatiōe: q: cū bō stipticū cibū accipiat: sicut coctana ⁊ pira: ⁊ post cibū solu bilē sicut cibū blitis ⁊ spinarchia vētrē cōstipat: ⁊ cibū neces sario corrumpit. Similiter si cibis vtatur duris hisq₃ cibus succedat facilior: sicut coctana et cucurbita ⁊ melones cibus oportet corrūpat ⁊ in malos humo. mutet. oñis cibus du rus in stomacho diuti⁹ morat: q: difficulter digerit. cib⁹ fa cilior cū cito ad digerendū molliat: pre duritie vo alteri⁹ nō egrediat necesse est corrūpat. Ops medicū vt stomachi di scerna at passiōes q̄litatiuas si fit ex virtute digestiua: vel ex

cibo vel ex somno. Accidētia em̄ ex digestiua ad sanādū sunt dura ⁊ etiā impossibilia. Aliqn̄ etiā cadūt in lienterias: vel cibus nullatenꝰ erga stomachū mutat̄. Accidentia ex cibo siue qualibet cā exteriori facilia sunt curari: q̄ sic possunt discerni Si accidētia q̄ patit̄ stomachus ex cibi sint multa vel parua quantitate: vel calida siue frigida qualitate: vel ꝓpter vigilias vel quaslibet cās exteriores: intelligit̄ nō esse ex digestiua: ꝙ si ecōtrario virtuti digestiue est imputandū.

De accidētibꝰ appetitiue ꝯtētiue ⁊ expulsiue. Ca. xxviij.

Cum q̄ accidētia virtꝰ digestiua patiat̄ dixerimꝰ: oportet de tribꝰ reliq̄s dicamus: appetitiua: cōtentiua expulsiua q̄ in digestiōe sunt prima. Appetitiua ḡ patit̄ in stomacho: vel si tota auferat̄ vel minorēt̄ q̄ ex cōplexiōe mala ⁊ morbo officiali coincidunt. Sed si mala fuerit cōplexio calida vel frigi. ⁊ h̄ fuerit maxima: virtus auferṫ appetitiua. Si nō multa minorat̄ ⁊ ipsa. Si officialis morbꝰ noceat sicut apostema in meri vel in ore stomachi: vel si caro fuerit aliqua superflua que ista claudat ne transire valeat. Si est multa virtus auferṫ appetitiua. Si parua appetit inordinate ⁊ nō ẜm ꝙ oporteat. Patit̄ aūt stomachus ex obdormitiōe spasmo siue tremore sicut ⁊ alia mēbra pati inde diximꝰ: qd̄ cōtingit cū virtꝰ nō adeo sit fortis neq̄ morbꝰ ita maximꝰ vt morbi ⁊ nature accidētia associent̄. Cōtētiua stomachi vel auferṫ tota sicut in liēteria in q̄ cibꝰ sine aliqua mutatiōe egerit̄: vel minorat̄: ⁊ vētositas inflatio vel sonitꝰ cōficiunt̄: qd̄ ex cōplexiōe fit frigida vel cibo qui vētositatē generat vel nō digestiōe nisi parua: ⁊ hic cito exeat: qd̄ fit cū stomachus non adeo teneat vt bene digerat: ⁊ epar cibi succū nō bene attrahat: vnde necesse est vt egestio liq̄da ⁊ velox exeat ex intestino. Si cibꝰ in malā cōplexionē intra stomachū mutat̄: putrida digestio sequit̄. Si ex calida siue choleri. digestione mutatio fit illa sequit̄ ardor ⁊ pūctura. Si ex frig. ⁊ phlegīti. inflatio succedit ⁊ vētositas. Aliquādo stomachus cibū nō retinet ẜm ꝙ oportet sicut spasmat̄ tremēs: vn̄ singultus fit ⁊ vomitus q̄ motus spasmo attinere videt̄: sed nō est certū si in lacertis siue neruis fit spasmus. Singultꝰ ⁊ vomitꝰ actiōes ex cōtētiua ⁊ expulsiua sunt virtutibus. Contentiua cum libenter cōtineat ⁊ expulsiua res ex stomacho velit expellere nociuas: si in superiore stomacho eas inueniat singultū creat: si in fundo vomitū facit: stomachus em̄ leuat̄ vt ori suo vicinet̄: quatinus res nociue expellant̄. Hec sunt accidentia q̄ virtus patit̄ cōtētiua. Expulsiua in stomacho triplici patit̄ morbo: vel em̄ tota auferṫ sicut in yleos videtur: ⁊ hec molestissima habet̄ nascēs ex calido apostemate ī intestino subtili quā feb. sequit̄ semp ⁊ sitis vel ex defectiōe expulsiue: qd̄ ex frigida est cōplexiōe vel ex frigido cibo: vel ex oppilatiōe stercus in cōglobositate intestini exiccante: qd̄ sequit̄ intestini grauitas: ⁊ ad vomitum motio inflatio ⁊ sonitus: aliqn̄ huic morbo ān̄cedit diarria: vel actio expulsiue minorat̄ cū stercus ad egrediēdū induret̄ vel nō ẜm ꝙ opꝫ egrediat̄ qd̄ liēteria sequit̄ cū v̄tus expulsiua cibū moueat anq̄ digerat̄: hoc aūt fit cū hūores acuti pūgunt stomachū: vel etiaꝫ cibi sicut sinapis vel fortitudo aceti vel grauāt eū ⁊ ob h̄ expellunt̄: hec sunt q̄ v̄tꝰ expulsiua ī stomacho patit̄. Opꝫ aūt intelligas q: he tres v̄tutes idē patiunt̄ circa intestina: maxime aūt expulsiua q̄ plus ceteris regnat in eis. Aliqn̄ stomachus ⁊ intestina appetitiuā ⁊ cōtētiuā ⁊ expulsiuā operant̄ extra naturā: cū em̄ a meri stomachꝰ trahit ⁊ ad intestina cibū proijciat: intestina aūt a se alternatim recipiant ⁊ digerēdo eijciāt. qd̄ naturale est: ⁊ vsuale ⁊ cū stomachus ab intestinis accipiat ⁊ in meri proijciat: stomachus extra naturā est cū vomitu. Silr̄ intestina ab inferioribꝰ accipiētia proijciūt in stomachū sicut in yleos videmus: ⁊ cū diu stercus contineatur in yleos: q: cū virtꝰ expulsiua ẜm cursum suum egestionē moueat: neq̄ ꝓpter oppilationē quā inueniat retorquet eā in superiora ⁊ tunc intestina mouēt in alterutra quoad ī stomachū redeat: stomachꝰ in meri ꝓijcit. meri cū vomitu ori reddit: aliqn̄ cū hō p̄ter velle contineat in se egestionē vel vētositatē q̄ ꝓpter timorē retinet siue pudorē seu ꝓpter aliā quālibet rē impedientē: alternatim redit ad superiora quoad per vomitū emittat.

De accidētibus scd̄e digestiōis. Ca. xxix.

Secūda digestio cū sanguis in epate generetur atq̄ venis passiōis est triplicis: vel em̄ tota auferṫ neq̄ sanguis mutat̄: sꝫ cibꝰ remanet sicut priꝰ: vel minorat̄ cū parū digerendo mutet̄: vel nō ẜm cursuꝫ suū digeritur sicut in citrinā ⁊ cholerā rub. mutet̄ qd̄ ycterici patiunt̄: vel in cholerā nig. sicut in patiētibꝰ morphēā nigrā ⁊ elephātiosis vel in phlegma sicut ī hydropisi ⁊ alba morphea: h̄ aūt duplicia sunt interiora ⁊ exteriora. Interiora vel ex mala cōplexiōe calida succuꝫ in cholerā rubeā mutāte: vel ex calidissima in cho. ni. ex incēsione nimia. Ex cōplexiōe frigida in aq̄suꝫ sanguinē mutante. Si frigidissima natura mutata pseuerat vel officiali morbo sicut in venis est cōstipatio ꝓpter hūores viscosos: vel ꝓpter apostema. Tertia ex natura succi a stomacho ad epar veniētis: q̄ si sit mlt̄a nō totā in sanguinē mutat epar. Succi em̄ quātitas mlt̄o maior est. ꝙ ꝯsumēs epatꝭ caliditas. Si parua in cholericos hūores mutat: calor em̄ epatis quātitatē supat succi. Si sit calida in cholericos hu. trāsformat. si sit frigi. in phlegma vel vētositates ẜm frigiditatis quātitates Exteriora sunt ex actionibꝰ patiētiū: sicut in balneo in cibo exercitio ⁊ similibus: hec em̄ oīa si hō nō operet̄ ẜm ꝙ oporteat mali chimi ī corpe augmētant̄ ⁊ mlt̄i. Si q̄s em̄ sepe acciat cibaria calida cholerā generātia: sicut sinapim allia cepas ⁊ silia. ⁊ silr̄ melācholiā gignētia sicut carnē vaccinā lētes: vel si comedat phlegma faciētia sicut lac fungos pisces recētes hūoribꝰ malis abūdabit. Silr̄ quieti ⁊ multū comedētes ⁊ balneari negligētes: vel post saturitatē vl̄ nimiū cei tū balneātes phlegīte abūdēt necesse ē. Cōtrarios his cholerā ru. habere oportebit. hoc mō intelligunt̄ alij hūores generari. hi gn̄ant ẜm qualitates suas passiōes diuersas. Si ex chol. ⁊ in toto corpore aspersa gn̄at̄ ictericia. si in aliq̄bꝰ mēbris herisipilā gignit. Si ē ex chol. ni. ⁊ toto corpe inducta morphea fit nigra: si in vno membro cācer ⁊ sciros. phlegma p totū corpus hypolarcā vel morpheā albā facit. si in aliquo mēbro zimiam. humores aquosi ⁊ in corpore augmentati faciūt hydropisim. si in vno mēbro vesicā necesse est fieri. hec accidentia digestio patitur secunda.

De accidētibus tertie digestiōis. Cap. xxx.

Digestio tertia p oīa mēbra traducit̄ in similitudinē suscipiētiū. huiꝰ accidētia sūt triplicia vl̄ auferṫ tota sicut in ethicis: vel minorat̄ sicut in macilētis: vel cursuꝫ suum egredit̄ sicut in morpheatis. Auferṫ: q: nutrimētū nō inuenit vl̄ q: q̄libet v̄tutū aliq̄ patit̄ accidentia ⁊ actio sua deficit ex cōplexiōe mala. Ex cōplexiōe mala v̄tꝰ mutabilis deficiēs cibū in naturā nō assimilat suscipiētiū: vn̄ in corpore hūores ⁊ male gignunt̄ supfluitates. Si expulsiua fortis fuerit hūores expellunt̄ mali ⁊ cibi boni: vn̄ ⁊ nutrimētū auferṫ. Si debilis hūores remanēt in mēbris ⁊ morbi generant̄ diuersi. Virtꝰ appetitiua si fortis sit ⁊ digestiua debil' nec appetitos cibos mutet nec expulsiua expellere queat: mala mēbroꝝ gn̄ant̄ accidētia. macies ex puitate cibi ⁊ potus est vel ꝓpter accidētia q̄ virtꝰ patit̄ aliq̄. Ictericia ⁊ lepra ⁊ similia nō cibū mēbris assimilant: sed mēbra cibis: qd̄ ex corruptione fit materie debētis mēbra nutrire.

De accidentibus morboꝝ corporiū. Cap. xxxj.

Accidētia morboꝝ corpoꝝ ex corruptiōibꝰ scd̄e ⁊ tertie digestionis sunt ictericia citrina vel nigra elephātia morphea alba vel nigra līgue nigredo ⁊ silia. ycterícia ex epatꝭ caliditate ē nimia vt sanguinē mutet in cholerā ⁊ toti corpori mādet p venas ⁊ cutē corporis in citrinitatē transformet: vel ex venarū nimio calore sanguinē in citrinū mutāte vl̄ ex ꝯstipatiōe vie fell' ad epar tēdētꝭ ne chol. ab epate trahere possit. vn̄ chol. remanēs in sanguine ⁊ p corpus se spargēs tigit cutē qd̄ ex viscoso fit humore in via fellis siue apostemate epatis viā ipsiꝰ fellis ꝯstrigētis. ycterícia nigra ex nimio est calore sanguinē incēdēte ⁊ in choleram nig. mutante: vel ex frigdore idē in melācholiā faciente: vel ex constipatiōe vie splenis q̄ cū feces nō extrahat sanguis dimittit cōtractas sanguini: ⁊ ita per totū corpus sunt dispersi: cutē exteriorē tingunt corporis. Lepra est cū sanguis substantialis ex incēsione nimia corruptus in cholerā nigrā transformat̄: vel cōplexio mem

broꝝ corporis ex nimietate caloris sanguinē incēdit: ⁊ i cholerā nigrā traducit: vel eadē cōplexio mutata in melācholiā traducit ex frigiditate nimia: vñ cibus in materiā eiꝰ cōuertit. Morphea nigra est cū exteriora mēbra siue cutis in nigredinē se mutāt: interiora tamen sana sunt: hec cū fit debilis morphea tñ erit: cū fortissima lepra. Morphea alba ex phlegmatis est causa cū sanguis ex cōplexione frigida ⁊ humida epatis mutat in phlegma: cui assimilat exterioꝝ mēbroꝝ natura. Lingue nigredo est cū fumus epatis pectoris siue stomachi ad linguā ascendit ⁊ incendit. Ex hac rōne oīa accidētia in exteriori cute apparentia sunt cōsideranda.

¶ De accidētibus apparētibꝰ in exeūtibꝰ corpꝰ. Ca.xxxij.

Egredientia corpus in quātitate vel q̄litate corrūpūt. In quātitate si egestio vł vrina vel mēstrua fuerint multa. In qualitate si eadē fuerint nigra. Sūt ⁊ alia a corporibꝰ egredientia q̄ tñ nō sunt naturalia sicut e naribꝰ sanguis emissus: que ex tribus eueniūt rebꝰ: vel ex defectiōe vtutis vel ex materia vel ex mēbris. Ex virtutis defectiōe: vt si qs materiā nō possit cōtinere: ⁊ maxime si fortis sit vis expulsiue ꝓpter materiā multā in quātitate q̄ grauat virtutē ad expellendū sicut est cibus multus: vt fiat inde vomitꝰ: ⁊ sanguis explens sua vasa q̄ quousq3 crepēt ea imp̄mat. In q̄litate vt si acuta vel pūgitiua quā expellere naturā oporteat ne forte magis noceat vel calida q̄ vasa comedat ⁊ apiat: vel hūida subtiliās ⁊ humectās venas vt facile eas crepare faciat: vel si rara sint vasa naturaliter ⁊ subtilia ⁊ ad rūpendū facilia: vel si etiā sint sicca ⁊ ad rumpendum leuia.

¶ De accidentibus in egestiōe apparētibꝰ. Ca.xxxiij.

Accidētia egestiōi attinētia sunt triplicia. in qualitate in quātitate in tēpore. In tpe vt si egestio exeat añq3 cibus digeratur: vel moret postq3 tēpus veniat velocitās exeūdi. Ex mltitudine est cibi virtutē grauātis: vł ex qualitate sui acuta siue pūgitiua quā cū virtus pati nequeat cogit vt añ tps exeat: vel hūida ⁊ lubrica vt nullo cogēte exire valeat: vel ex paruitate sui nutrimenti: vel ex debilitate sensualis intestini grauitatē cibi refugiēti. Mora egestiōis ex defectōe est expulsiue ⁊ fortitudine cōtētiue: vel ex defectione sensualis intestini: vel ex cibis. Si em̄ pauci sint cibi ⁊ parui natura digestiua vtus feces diu retētat vt succū tādem eligēs supflua expellat vel si cibi naturalr sint stiptici vel lacerti vētris adeo deficti vt intestinū exp̄mere nequeāt. In quātitate vel q: multa vel pua egestio fit: vel in nūero assellandi: ex multitudine cibi succū cuiꝰ epar nō suscipiēs crescere ꝑmittit: vel multitudine nimioꝝ hūoꝝ i intestinū descēdētiū. Ex paruitate sic ex puitate cibi, nūerꝰ ad sellā eūdi ē ex defectōe ɔtētiue vtutis ⁊ aliq̄ fortitudine expulsiue: ⁊ lacerti sup anū mollitie. Fortitudo expulsiue ex laxatiue potionis siue cibi est occasiōe vel ex eiꝰ corruptiōe vel ex acutis humoribꝰ a toto corpe in intestinū descēdentibus: vel ex morātibꝰ in ipso intestino sicut vulneribꝰ ex fortitudine sensus intestini. Ɔtra hec paucitas est numeri: cuius cā superiori est ɔtria. In qualitate cursuz egrediēs nature vel ab interioribꝰ est vel ab exterioribꝰ: Ab exterioribꝰ cā est cibꝰ in quātitate vel q̄litate. Quantitas cibi vel in potestate est accipiētis vel i multitudine cibi. Qualitas si cibus in malos chimos mutet: vel si ventositatem faciat. Cibus vētositatem facit vel ex natura sui: sicut faba faseoli: vel ex defectiōe itestinoꝝ ⁊ stomachi. q̄ si sit frigidissimus nulla vētositas efficit: cū em̄ tēpus nimis sit frigidū: neq3 vētosuz est neq3 nubilosum: ⁊ silr calidissimū vtroq3 caret: sicut in estate calidissima nō vētositas vł vel nebula ꝑ. Ventositas stomachi vel intestinoꝝ exit: vel nō exit. Exiēs vel a supiori vt ructatio: vel ab inferiori cum strepitu vel sine strepitu nimia siccitas significat. ex maiori sonitu: maior humoꝝ grossitudo portēdit. Qualitas ab interioribus ex acutis humoribus est in intestinū descendētibus: vel ex alijs nimiū abūdantibus: hoc aūt ex natura est sicut videmꝰ in die cretica vtilis atq3 iuuās: aliqñ de solo morbo vt diarria ex cōsumptiōe mēbroꝝ: vel vtroq3 sicut videmꝰ in ꝓjicietibꝰ lauaturā carnis. Ex vtroq3 infirmitas est q̄dripartita: vel em̄ solus est sanguis: sicut in trūcatis maioribus mēbris: q: cū sanguis loca illa nutriturus nō inueniat quo diffundat: recurrēs ad interiora cū egestiōe inferiori emittit. Solet etiā idē cōtingere in se exercitātibꝰ q̄ cū ad quietē veniūt sanguinē coadunatū ab iferioribꝰ: egerūt: qd ex termino ⁊ nō semper faciūt sicut ꝑiodi: vł sicut carnis lauatura qd ex defectione est vtutis digestiue in epate. Tertia est nigra ⁊ lucida: qd fit cū licet mutet epar sanguinē ꝑm q3 oporteat: tñ ꝑ totum corpus ex cōstipatiōe epatis nō maturat: vñ in eodē coadunatꝰ incēdit ⁊ in nigredinē mutat: ⁊ ita tādē egredit. Quarta cū sanguis exeat paulatim: ⁊ in tēporibus vicinis: aliqñ bonꝰ aliqñ coagulat: interdū cū putredinibꝰ: iterdū sqmosus: vel sicut intestini rasura: q̄ si sint frigida ⁊ dura thenasmon sunt vocata: si neq3 frigida neq3 laboriosa: vocatur dissinteria que ab intestinis vel epate exit.

¶ De accidētibus in vrina apparētibꝰ. Cap.xxxiiij.

Accidentia q̄ patit vrina a renibus sunt: vel vesica. A renibus in quantitate vel qualitate. In quantitate si multa vel pauca exeat vel non exeat: vel cū duritie fiat. In q̄litate ex calida in renibꝰ ɔplexiōe: vt tota aqua sanguinis ad se trahat vt calor ille refrigeret: quā postea vesice mādat ⁊ vocat dyabeta: vel ex epatis frigida cōplexiōe cū aq̄ augmētet in sanguine ⁊ renibus missa ꝓjicit in vesicā: vel ex defectione cōtētiue ⁊ expulsiue in renibus fortitudine. Nō exire vrinā ex fortitudine est cōtētiue: vel ex cōstipatiōe vie vrine. Constipatio ex viscosis est hu. arena lapide in renibꝰ apostemate i via vrine. Cā lapidis hu. sūt phlegmatici ⁊ calores nimij q̄ a calore desiccant ⁊ indurant. In qualitate ex colore sicut nigro ex nimio caloris incēdio: vel nimia frigiditate: vel albo sicut ex cōstipatiōe poroꝝ: vel ex fetore sicut in febribꝰ fetidis est videre. Sūt ⁊ alia accidētia q̄ vrina patit ex vesica. Qd est cū lacertus collū vesice circūdans emollitur ex nimia hūiditate ⁊ vrina nō cōtinet: vel ex defectiōe cōtētiue ⁊ fortitudine expulsiue: vł ex nimie aq̄ potatiōe: vel pustulis nascētibus: vel scabie vesice vt pungat ab vrina nec continere eā valeat: qd cōbustiōe fit nimia. Strāguriā vrine vitio vesice defectio facit expulsiue ⁊ virtutis cōtētiue vel cōplexio sicca qua desiccat vrina: sicut in acutis feb. vel cōstipatio ex viscosis humoribꝰ in via vrine ad vesicā: vel ex sanguine coagulato: vel sanie. In qualitate vrine si sit fetida ꝓpter pustulas ex coloris sui mutatione ꝓpter pustularū saniem. mutatur em̄ color ex sanie seu vulnere seu apostemate.

¶ De accidētibus in mēstruis apparētibꝰ. Cap.xxxv.

Menstrua sunt innaturalia naturā in qualitate vel quātitate exeūtia. In quātitate si plus vel minus q3 oporteat vel omnino nihil exeat. Plusq3 oporteat ex forti est expulsiua ⁊ deficiente ɔtentiua: vel ex materia subtili ⁊ nimis liquida: vel ex abūdania qua adeo grauatur natura ne sufferre valeat: vel ex raritate vulue ⁊ venis que in eius sunt ore. Non exire ɔtrium est rōni nostre: qd ex grossitudine est materie ⁊ eiꝰ spissitudine venaꝝ ⁊ poroꝝ cōstipatiōe: vel defectione expulsiue ⁊ fortitudine cōtētiue. In qualitate si coloris sit nigri: vñ nimia videt incēdio significari. Rubeꝰ em̄ ⁊ citrinus calorē ⁊ cholerā rubeā significāt. Albedo ⁊ liq̄ditas vel spumositas frigdorē hūiditatem vel ventositatē significat.

¶ De accidētibus in sudore apparētibꝰ. Cap.xxxvj.

Sudor est naturalis sicut in diebꝰ creticis vel tēperatis exercitijs vel in balneis. Est ⁊ extra naturā sicut in cōsumptiōe carnis. In hoc em̄ sudore ea tñ exeūt q̄ nō oporteret exire. Est ⁊ mediocris: sicut in nimijs exercitijs. Sudor nō naturalis in quātitate est vel q̄litate. In quantitate si maior sit q3 oporteat: qd ex nimia est materia vel liquiditate sua: vel raritate poroꝝ vel vtute expulsiua. puitas supradictis ē ɔtria. In q̄litate rubor: vñ sāguis vel citrinitas: vñ cholera portēdit rubea: vel putredo vñ hūores putridi signt.

¶ De inanitione nō naturali. Cap.xxxvij.

Inanitio nō naturalis est ex naribus sanguis: vel ex alijs locis: vñ cōsuetudo ꝓfluui nō expescit. fit aūt tribꝰ modis: ex virtutibus: ex materia ex organis. De vtute si fortis sit expulsiua ⁊ defecerit contentiua. Ex materia si sit multa: vnde crepentur vasa: vel acuta vnde perforētur vasa. Ex organis si sint

solida ⁊ cito crepātia: om̄is aūt crepatura vel intima est vel extima. Intima est ex materie abundātia: vñ facile crepent vasa. Extima sicut casus occurrens cōcussio ⁊ magna vox. Hec de causis accidentiū dicenda fuerāt.

¶ Explicit sexta particula.

¶ Incipit septima particula theorice de significationum scientia.

¶ Capitula libri septimi.

¶ De vniuersalibus signatiōibus ⁊ eaꝝ diuisionibꝰ. Cap. j.

HOc plenū ꝓ posse nostro de accidentibus ⁊ eoꝝ causis. i. morbis diximus: ⁊ ipsum tractatū de scientia causaꝝ accidētium titulauimꝰ. Oportet in hoc sequēti opusculo dicamus de morbo ⁊ accidētibus cōsequētibꝰ eū. i. de ipsius significatiōibus: vñ hec particula significatiōnū titulat̄ scientia. He igit̄ signationes sunt generaliter triplices: aut em̄ significāt sanitatem: aut morbū: aut neutrū: quaꝝ vnaqueq; aut p̄terita aut p̄sentia aut futura portēdit. Harū aūt q̄dā sunt vniuersales totius corporis qualitates designātes: alie ꝑticulares. Nos aūt ab vniuersalibus incipiemꝰ quasi dignioribꝰ. Uniuersalis ḡ ex sua actione cognoscit̄ signatio. in sanitate em̄ ꝑfectā mōstrat actionē: in infirmitate corruptā. Haꝝ aūt cā morboꝝ est sanitas aut eoꝝ infirmitas. que vtraq; cōtingit ex tēperamento vel corruptione chimoꝝ. Uniuersalis signatio: vñ vniuersalis inuenit̄ actio spūalis vel natural̄ actiōis ē signatio: qbꝰ duabꝰ actiōibꝰ corpꝰ aīalis regit̄. Sanitate em̄ v̓tꝰ spūalis calorē natural̄ alit̄: ex q̄ calore vita stat aīalis. corruptionē: ḡ ex necessitate sequit̄ mors: tēperamētū sanitas: nō tēperamētū infirmitas. Ex v̓tutibꝰ aūt naturalibꝰ q̄tuor hūores regunt̄: vñ sicut diximꝰ oīa mēbra corpis aīalis gubernant̄. Qd̄ cū ita sit: oportuit fuit rōnis nr̄os āncessores ex his duabꝰ actiōibꝰ ꝑpēdere corpoꝝ sanitates eoꝝq; infirmitates. Ex virtute em̄ spūali sanitas intelligit̄ viriū corporis aīati: ⁊ defectio sui: ⁊ tēperamētū caloris natural̄ ⁊ corruptio tēperamēti ⁊ actiōes rei naturalis ⁊ nō naturalis: ⁊ extra naturā in ipsis: ⁊ in corde qd̄ fundamētū est in ipsis. Sciētia v̓o horū oīm in motibꝰ cognoscere est pulsuū. Motꝰ em̄ pulsualis motiōi cordis est eq̄lis: hec aūt sciētia pulsuū vocat̄ sciētia: ex naturali itidē actiōe tēperamētū hūoꝝ intelligit̄ ī sanitate: ⁊ eoꝝ distēperamētū in infirmitate: qd̄ dat intelligi excoctio in venis: ⁊ nō excoctio in venis: ⁊ nō excoctio ⁊ excoctio in stomacho ⁊ instrumētis spiritus. virtus ista deprehendit̄ circa corpus exeuntia. Excoctio em̄ in venis intelligit̄ in vrinis: q: vrina est colamētū sanguinis. Coctio in stomacho et excoctio instrumentoꝝ spūs ex saliuat ex screatiōe intelligūtur q̄ feces ciboꝝ sunt hec mēbra nutriētiū. Sudoris quoq; sunt signatiōes: sꝫ nō vniuersales: q: sudor subtilis est humor expulsus a mēbris ꝑ poros cutis: q̄ cū ita sint opꝫ dici significationes circa sanitatem infirmitatem ⁊ neutrū: igit̄ incipiendū a pulsu q: dignior esse videtur.

¶ De intelligēdis pulsibus: ⁊ qd̄ ꝑ eos signatur. Cap. ij.

PUlsuū scientia tribꝰ ex causis sciri est molesta. Primo q: nullus adeo expertus est q̄ ꝑuas eoꝝ intelligat mutatiōes. Scd̄o q: cū medicus pulsum implorerit: oīa eiꝰ gn̄a in ꝑuo tp̄e cognoscere necesse est. Tertio q: nō hꝫ cui assimilet: vñ eoꝝ inueniat infirmitates: vñ in pulsibꝰ bn̄ laborāt vt in paruo tp̄e decē gn̄a valeat q̄s agnoscere. Dicēdū priꝰ qd̄ sit pulsus ⁊ quomō fiat. Pulsus ḡ est motꝰ localis arteriaꝝ ⁊ cordis vt dilatādo siue cōstringēdo naturalis custodiat̄ calor: cuius custodia est trahere frigidū aerē cū dilatatiōe ⁊ expellere fumosum cū cōstrictiōe. Dilatare cor ⁊ arterias est mouere a centro in extremitates suas. cōstringere est ab extremitatibꝰ ad cētrū mouere: qd̄ planiꝰ diximꝰ cū de v̓tute spirituali tractauimꝰ. cordis ⁊ arteriaꝝ idē est motꝰ: vñ ex vno oēs intelligunt̄: motꝰ ḡ cordis q̄rēdus est in arterijs. Pulsus aūt sciētia ad hoc tm̄ est necessaria vt spūalis v̓tꝰ q̄ ī corde est intelligat̄: qd̄ nō pōt intelligi ex oībꝰ corpis arterijs ⁊ hoc tribꝰ ex cāis. Quedā em̄ arterie in inferiori corpi sunt sicut q̄ in dorsi lōgitudine sunt. alie in carne sunt fundate: sicut coxaꝝ arterie: alie ossibꝰ sunt opte sicut in pectore: q̄rū motꝰ nō appet in tactu dū sanū ⁊ carnosum est corpꝰ. Scd̄o q: q̄dā lōge sunt a corde nō oī apparētes tp̄e. vñ nō in tactu sunt inuestigāde vt calcaneoꝝ ⁊ plātaꝝ pedū arterie. Tertio q: nō eaꝝ cōpositio est recta: vt q̄tuor digiti plene possint apponi sicut ī auriculaꝝ arterijs: qd̄ cū sit necesse est mēbra nō multū carnosa eligi neq; a corde remota: ⁊ quaꝝ cōpositio sit recta. Unde antiq̄ arterias elegerūt brachij: sunt em̄ faciliores vtiliores ⁊ pulchriores. vtiliores q: cordi ꝓpinquores: faciliores q: brachia nō adeo sunt carnosa: pulchriores q: medicū verenda p̄sertim mēbra feminea discoopire turpe est. Intelligūtur aūt pulsus ex digitoꝝ suꝑ arterias brachij appositiōibus: ⁊ hoc in longū ne infirmi manꝰ dilatet̄ vel stringat̄. Digitoꝝ positio suꝑ arterias est diuersa. Est em̄ vbi opꝫ premi digitos arterijs: sicut vbi pulsus est fortis. qui cū p̄mat̄ digiti repelli vident̄: ⁊ in carnosis arterijs sic debent imp̄mi. In debili aūt ⁊ nudo carnibꝰ opꝫ leniter digiti p̄mant̄. debilis si tenet̄ non mouet̄. Nudus carne eadē nō dꝫ p̄mi rōne. Opꝫ aūt mediocriter p̄mi nec multū fortem nec mltū debilē: nec mltū tenuē nec multū carnosū pulsuꝫ.

¶ De pulsuū generibus ⁊ eoꝝ q̄litatibus. Cap. iij.

PUlsuū qualitates multimode sunt ⁊ diuisiones: mes ƀm v̓tutū diuersitates eos mouētes ⁊ ƀm etiam naturales varietates caloris: ⁊ ƀm q̄ sanguis ⁊ spūs in ipsis habent̄ pulsibꝰ cuiꝫ naturā suā custodiūt siue egrediūt̄: h̄ tm̄ diuersitas in decē tm̄ ꝯcludit̄ gn̄a. Primū ƀm quātitatē dimēsionū. Scd̄m ex p̄te motuū. Tertium ƀm tenorē virtutis. Quartū ƀm ꝯsistētiā organi. Quītū ƀm plenū ⁊ vacuū. Sextū ƀm q̄litates arteriaꝝ. Septimū ex tp̄e q̄etis. Octauū ƀm ordinationē ⁊ inordinationē. Nonū ƀm ꝯcordiā. Decimum ƀm numeꝝ ꝑcussiōis pulsuū. Quātitas diuisionū diuidit̄ in magnū paruū ⁊ mediū: lōgū breuē ⁊ mediū: latū strictum ⁊ mediū: aptū occultū ⁊ mediū. Cū em̄ arteria sit corpꝰ oē em̄ corpus lōgitudine latitudine ꝓfunditate dimetiat̄ necesse est: vt q̄ in tres extremitates has diffundit̄ magnꝰ ⁊ puꝰ vocabit̄: minor ⁊ cētro suo vicinior debil̄ dicet̄: si nec centro suo nec extremitatibꝰ sit vicinꝰ mediꝰ. Si em̄ in lōgitudinē plusq̄ in aliā p̄tē extēdat̄: qd̄ est cū q̄tuor excedat digitos lōgus nūcupabit̄. Si minor curtus. Si tm̄ q̄tuor digitis cōtineat̄: eq̄lis. In latitudine digitos visus exire latꝰ appellabit̄. Minor in latitudine strictꝰ: extremitatibꝰ digitoꝝ eq̄lꝰ dicet̄ tēperatꝰ. Maior in ꝓfūditate aptꝰ dicet̄: ⁊ h̄ est cū altitudo eiꝰ cōsiderat̄. Minor in ꝓfunditate ⁊ in centrū suū reuolutus vocabit̄ occultꝰ: si in latitudine ꝓfunditate atq; lōgitudine minor grossus. Aliq̄n pars cum p̄te cōponit̄ sicut lōgus cū lato atq; stricto: aut mediocri inter latū ⁊ strictuꝫ aut cū aperto aut cū oculto: aut cū mediocri inter hec duo: ⁊ similiter se habēt alioꝝ ad se inuicē cōpositiones. hi sunt pulsus q̄ ex quantitate dimētionū cōsiderant̄: quarū causa est tripertita. Causa em̄ magni pulsus ex fortitudine est spiritꝰ quo dilatat̄ pulsus: ⁊ ex nimio calore quē refrigerare sit necesse: ⁊ ex vasculi mollicie qd̄ dilatatiōi v̓r obedire. minor his cāis est ꝯrius. s. ex defectione sue v̓tutis ⁊ paruitate calo

ria ⁊ duritie sui organi. tẽperatus mediatꝰ in his duobus. Alij q̃dẽ ex his habẽt plus: alij vo minus: q̃ dicẽdi sunt in cã mutatiõis pulsuũ. Tẽpus motuũ diuiditꝰ in velox tardũ et mediũ: velox est q̃ longũ spaciũ breui pficit tẽpore: tardus q̃ paruũ spaciũ in lõgo tpe insequitꝰ: mediꝰ inter hos duos est humidus. vnusquisq3 hoꝝ ex duabus nascitꝰ causis. i. virtute ⁊ calore: velox eñi ex forti calore ⁊ sana virtute. Calor aũt frigiduꝫ aerẽ sibi elaborat attrahere: tardus ex virtutis defectiõe se debiliter mouente ⁊ caloris minoratiõe. Tertiũ sm virtutis tenorẽ diuiditꝰ in fortẽ debilẽ ⁊ mediũ. Fortis q̃ quasi quadã virtute digituꝫ a se videtꝰ expellere. Debilis q̃ digitũ debilẽ percutit: medius inter hos duos est tẽperatꝰ hi duobus sunt modis: fortis ex fortitudine est virtutis et mollitie organi ad mouendum facilis. Debilis ex debilitate est virtutis ⁊ inobedientia organi: medius ab vtroq3 tẽperatus. Quartũ sm cõsistẽtiã organi diuiditꝰ in durũ: molle: mediũ. Durus est q̃ digitis tangentibus q̃si fortis videtꝰ. Differt eñi a forti iste durus: qm̃ fortis est magnus fortitudine sua dilatãs vascula: vñ redduntꝰ quasi maiora. Durus est paruus: q2 durities virtuti nõ obtemperat vt se dilatet. Mollis est quẽ digiti cũ multa suauitate sentiũt vt videatꝰ ab eis separi ⁊ penetrari: hoꝝ medius inter hos est tẽparꝰ. Durꝰ ex siccitate suoꝝ vasculoꝝ: mollꝰ ex sue hũiditatis mollitie. Quintũ sm plenũ ⁊ vacuũ diuiditꝰ in plenũ ⁊ vacuũ ⁊ mediũ. Plenus quadã quasi hũiditate redũdare videtꝰ. vacuus q̃ apparet inflatus: sed cũ tangitꝰ quasi vacuus digitis perforatꝰ. Plenus ex plenitudine sanguinis ⁊ spiritus in vasis cõsideratꝰ: vacuus ecõtrario. medius ab his est temperatus. Sextũ sm qualitates arteriarũ diuiditur in calidũ ⁊ frigidũ ⁊ mediũ: calidus cũ digitoꝝ extremitates sentiũt calidã arteriaꝝ substãtiã: frigidus ecõtrario est intelligendus. Medius ab his duobꝰ tẽperatꝰ. Calor aũt substantie arteriarum ex materia intra eas est habita. i. sanguine ⁊ spiritu: frigidus econtrario: mediocritas ad vtrumq3 est referenda. Septimũ ex tẽpore quietis diuiditꝰ in spissum rarũ ⁊ mediũ. Dixit eñi Gal. pulsus inquit in dilatatiõe ⁊ cõstrictione sua: duas habet quietes. Vna cũ pulsus in dilatatione sua digitoꝝ extremitates percutiat: hanc aũt exteriorem vocat quietẽ. Qð vo dixit Gal. nos sensualiter inuenimus. quies scða in cõstrictiõe est sua qð est cũ pulsus ad centrum suũ redeat: qð nõ facile sensu percipitur: sed tantũ pulsum diu morantem rarum: parum vo tardãtẽ vocamus spissum mediocriter se habẽtẽ temperatũ: spissus ex fortitudine est caloris ⁊ defectiõe virtutis. Fortitudo eñi caloris magnitudinẽ expetit refrigeratiõis. Defectio eñi virtutis cũ semel nõ valeat bis vel ter i appetẽdo laborat: q2 inde vocatꝰ spissitudo ista. rarus ex defectiõe est ⁊ paruitate caloris atq3 fortitudine virtutis: mediꝰ in cõplexiõe ⁊ vtute est tẽperatus. Octauũ sm ordinationẽ ⁊ inordinationẽ diuiditꝰ in põdꝰ laudabile ⁊ nõ laudabile: hoc aũt põdus ex cõparatiõe cõsiderabitꝰ. Cõparatio vo aut motus est cuiuslibet ad motum vt est equalitas sm cõstrictionẽ ad motũ pmũ in dilatatiõe et ecõtrario: aut tẽporalis quietis ad motũ tẽporalẽ sicut in dilatione equalitatis tẽporis cõstrictiõi in q̃ete exteriori ⁊ ecõtrario. Laudabile pondus inter se ⁊ sibi cõsociũ familiatꝰ: sicut pulsus pueri pulsui assimilatꝰ puerili: iuuenis iuuenili: cõplexionis calide eidẽ cõplexiõi. Pulsus illaudabilis põderis est in familiaritate dissimilis sicut pulsus puerilis dissimilis est iuuenibus. Est ⁊ pulsus extra põdus q̃ nulli etati familiatꝰ: hic vo difficulter intelligitꝰ nisi diu inuestigetꝰ ⁊ assidue q̃s coxtatꝰ: q2 quãtitas ẽ tẽporalis motꝰ ⁊ q̃etis. vñ differre videtꝰ pulsus isti. Quidã est cõprehẽsibilis sicut si dicã tps dilatãdi duplũ ẽ q̃eti exteriori: aut triplũ aut vnũ ⁊ mediũ: aut ãplꝰ est: ⁊ q̃dã incõprehẽsibilꝰ tripłr. in dilatatiõe siue cõstrictõe: q2 nõ habemꝰ cui possumꝰ assilare: qð tñ aut mltũ aut nimiũ aut etiã vltra modũ est habẽdũ. vñ hoc genus pulsuũ intellectui est molestissimũ. Nonum vo sm concordiã diuiditꝰ in eq̃le ⁊ in nõ eq̃le: hoc aũt genꝰ in oibꝰ prenominatis inuenitꝰ. Est aũt eq̃lis pulsus cũ pcussio eiusdẽ est eq̃litatꝰ in digitoꝝ extremitatibꝰ sicut si multa ⁊ magna percussio sit: ⁊ in magnitudine eq̃lis nõ pua nõ rara nõ spissa: nec in vllo diuersa. Nõ eq̃lis ẽ pulsꝰ cuiꝰ pcussio diuersatꝰ: siue in motu sicut si mõ sit spissus mõ rarus mõ velox mõ tardus: siue in quãtitate dilatatiõis sicut mõ fortis mõ leuis ⁊ similia. eq̃lis aũt pulsus: aut idẽ est in oibꝰ ⁊ absolute eq̃lis dicatꝰ: aut eq̃lis in sola quãtitate vtute siue motu: ⁊ sm eundẽ modũ eq̃lis dr̃. Nõ eq̃lis slr aut in oibꝰ pulsuũ est generibꝰ: ⁊ absolute non eq̃lis dr̃: aut est in aliquo: in aliquo vo nõ: ⁊ sm eundẽ in quo nõ eq̃lis dr̃ eẽ. Nõ eq̃lis g̃ iste: aut in pulsibus est multis: aut in paucis: q̃ rursus in eisdẽ aut ordinatus aut inordinatꝰ est dicẽdus. Ordinatus est q̃ caude soricine est assimilãdus. hic eñi pulsus pmũ est magnꝰ: post vo paruus: tertio maior: quarto vero loco minimus: ⁊ ita ordinatim pgreditꝰ quoadusq3 ad vnũ de tribꝰ veniat finibus: aut eñi cõtinuatiꝫ minoratꝰ donec ex toto finiatꝰ: ⁊ iste siniua vocatꝰ cauda soricina: aut gradatiꝫ minoratꝰ ⁊ vsq3 ad minimũ pgressus in magnitudinẽ regreditꝰ. in magnitudinẽ vo aut in eãdẽ in q̃ fuerat: aut in paulo minorẽ q̃ incẽperat. Iste vero pulsus retornatiua cauda soricina dr̃. Est et tertiꝰ q̃ cũ pdẽ sit magnꝰ gradatim in minimũ finitꝰ: ⁊ inde subito ⁊ sine graduali reditu in magnitudinẽ resilit priorẽ ⁊ itidẽ minorãdo rursus in magnitudinẽ slr suã regreditꝰ: nõ gradualr: sꝫ celerius: vel potiꝰ subitaneꝰ: hec aũt cauda soricina: aut in velocitate ⁊ tarditate cõsiderabitꝰ: vt si pulsus mõ sit velox postea sit tardus: ⁊ tandẽ in tarditatẽ finiatur: aut in virtute vt si pulsus incipiat esse fortis ⁊ ita gradatiꝫ inde descẽderit quoad fiat debilis: aut a magno ⁊ puo incipiatꝰ sicut iã diximꝰ. pulsus q̃ cauda vocatꝰ soricina ita est intelligẽdus put exposuimꝰ: q̃ iõ sic vocatꝰ: q2 cauda soricis a grossitudine icipiẽs paulatĩ incipit subtiliari. de ineq̃li ⁊ ordinato hucusq3 sufficiat dixisse. Inordinatꝰ pulsꝰ ẽ vbi duo magni ⁊ vnꝰ puus ⁊ alter mediꝰ: aut duo parui ⁊ vnꝰ mediocris: ⁊ alter magnus cui succedat ⁊ puus ⁊ silr. Hic aũt inordinatꝰ in oibꝰ inuenitꝰ pulsuũ generibus: q2 tripłr in vna pcussiõe ẽ diuersus: aut eñi pulsus velox ẽ i pcussiõe: ⁊ tãdẽ in se ipsum redit: aut nõ rediẽs in dilatatiõe sua est inequalis p velocitate ⁊ tarditate sui: aut anteq̃ regrediatꝰ binas pcussiões facere videtꝰ. Primꝰ q̃ cũ velox esse incepent añ pcussionẽ q̃escit: ⁊ post in dilatatiõe sua cõplẽda tradat: aut cũ incipiat esse mediocris indẽ quiescit ⁊ dilatare pigrescit: aut incipiẽs tardare tãdẽ videtꝰ q̃escere priꝰ q̃ festinet i cõplẽda sua dilatatiõe. In hmõi pmis diuersitatibꝰ: q̃dã pulsus inuenitꝰ q̃ capreolꝰ vocatꝰ. Incipiẽs eñi a velocitate añ digitoꝝ pcussionẽ cadere videtꝰ ⁊ post citatꝰ i cõplẽdã dilatationẽ q̃ nomẽ istud a capreoli similitudine sortitꝰ: q2 capolus cũ incipiat saltũ quasi quiescere in aere videtꝰ: ⁊ post in explẽdo cursu est velocissimus: sed nõ regreditꝰ: etsi incipiat esse velox: ⁊ in medio tardare: vñ cõsequitꝰ vt initiũ velox habeatꝰ finis vo tardus ⁊ econuerso: q2 incipit esse tardus in medio velocissimus. vñ cõstat q̃ initiũ sit tardũ: finis vo velox: et si incipiat esse mediocris mutãdus in velocitatẽ vel in tarditatẽ. Tertiꝰ q̃ bis pcutere videtꝰ martellinꝰ vocatꝰ: q̃ cũ digitos pcutiat dilatãdo añq̃ ad cẽtrũ suũ regrediatꝰ: eosdẽ digiti repcutiũtꝰ: qð ex duritie cõtingit organi substãtie: q2 sic in martello ⁊ in incude pcutitꝰ: vt cũ pcutiatꝰ martellus ab incude resilire videatur: resilire aũt illud aliq̃n tertiatur. hic aũt tertiꝰ in q̃litate motuũ ⁊ in tenore vtutis cõsideratꝰ: in alijs nõ ita: impossibile eñi est vt sub vno digito ⁊ in eandẽ partẽ organi magnus inueniatꝰ: ⁊ in paruũ in eadẽ pcussione mutetur: aut vt paruus in eadẽ pcussiõe sit magnus: magnꝰ eñi ex necessitate quattuor digitos videtꝰ trãsire. Silr q̃z latus et strictus nũq̃ in eadẽ pcussiõe inuenietꝰ: neq3 calidus ⁊ frigidus: neq3 mollis ⁊ durꝰ: neq3 vacuus ⁊ plenꝰ. Hec aũt est diuersitas pulsuũ in vna pcussione: ⁊ in eadẽ organi parte. Diuersitas aũt pcussiõis ⁊ in eadẽ pte organi est isti dissimilis. Pulsus eñi sub duobus est digitis q̃dã velox: ⁊ alter sub duobus tardus ⁊ cõuerso: aut sub duobꝰ velox: sub duobus mediocris: aut sub tribus velox: ⁊ sub vno mediocris: aut sub vno digito diuersus. In hac aũt eadẽ rõne fortẽ et debilẽ intellige. Sub hac diuersitate caudã soricinã ⁊ pulsũ inclinatũ est inuenire. Cauda soricina inuenitur cuꝫ pulsus sub vno digito attingenti brachium est grossus: sub digito minor scðo: sub tertio paruus: sub quarto minimus. Similiter hec cauda soricina in forti ⁊ debili raro ⁊ spisso est intelli-

genda. Inclinatus sub duobus digitis medius est grossus sub duobꝰ vo extremis subtilis: cū medijs aptus: in extremis vo occultus. apparet aūt sensui extremitas deorsum inclinari: qđ cōtingit ex defectiōe virtutis substātiā organi ex parte brachij eleuare nō valētes. Eā carnee grauitatē in extremitate iuxta manū ex defectiōe est virtutis illuc vix peruenientis. Inclinatus silr in forti ⁊ debili veloci ⁊ tardo est intelligēdus. Est ⁊ alius diuersus q̄ serra vocaꝛ: q: aut sub vno digito mouet sub tribꝰ est q̄etus: aut sub duobus primis mouet sub alijs q̄ q̄escit: aut sub vno fortis: sub alio debilis: sub alio velox: sub quarto tardus ⁊ in alijs silr. Serra aūt vocaꝛ: q: dētibꝰ serre assimilaꝛ. Hec diuersitas multis alijs modis diuersificaꝛ ⁊ specificaꝛ: sed nō sunt introducēde: q: his quas dixi cognitis cognoscenꝛ ⁊ tacite parū tm̄ inde dicēdū. Quedā pars mouet sursū: q̄dā vo deorsū: q̄dā sinistrorsū: q̄dā dextrorsum: q̄dā posteriꝰ: q̄dā anteriꝰ. Ex his ḡ diuersitatibꝰ in infinitū procedit: q̄propter q̄dā noībus diffiniunꝛ: q̄dā nō. Diffinitoꝝ q̄dā estuosi: quidā vermiculosi: quidā formiculosi: q̄dā phthysici: q̄dā tremētes sunt vocādi. Estuosi sunt cū organi pars auriculari digito superposito superiꝰ ⁊ aū mouet sub altero digito inferius ⁊ tardius. Pars aūt organi dextrorsum ⁊ sinistrorsum sentiꝛ moueri: quedā pars late: q̄dā stricte vtpote videmus in maris tempestate. Vermiculosus estuātis modo moueꝛ: sꝫ estuosus maior ⁊ fortior: vermiculosus vo minor ⁊ defectior: velocior tm̄ ⁊ spissior: q: huiꝰ pulsus cā vtus est defecta. sub digitis sentiꝛ velut vermiū motꝰ. formiculosus sicut ⁊ vmiculosus moueꝛ: minor tm̄ ⁊ defectior ⁊ spissior: cā em̄ eiꝰ ablata ē virtꝰ vn̄ natura spissat ⁊ velociorē facit cā refrigerādi: formiculosus vocaꝛ q: sicut motꝰ formice sub digitis sentiꝛ phthysicus supior ē oībꝰ alijs cū debilitate atq̄ duritie. phthysicus vocaꝛ q: nō ab eadē q̄litate moueꝛ sic morbꝰ phthysicus: qđ inde ꝯsequiꝛ: q: corpoꝝ substātia tota in morbū mutaꝛ: ⁊ vtꝰ ab infirmitate vinciꝛ nō habēs vn̄ morbus supeꝛ: si em̄ vtꝰ morbū vinceret pulsū quādoq̄ magnū ⁊ velocē faceret: vn̄ si supaꝛ ꝯtria operaꝛ. i. paruū debilē ⁊ curtū. Q: si quādoq̄ superat virtus pulsus fit magnus: si vo morbus pulsus necesse est paruus efficiaꝛ ⁊ debiliteꝛ. Tremēs est quo partis digiti anteriꝰ cū spissitudine ⁊ defectiōe pcutiunꝛ sicut videmus cū mēbra tremere sentimus. Ista em̄ de nouo fm̄ concordiā erāt dicēda. Decimū fm̄ numerū pcussionis pulsuū diuidiꝛ in ordinatū ⁊ i nō ordinatū. Ordinatꝰ in diuersis inueniꝛ pulsibꝰ. Diuersitas aūt pulsuū q̄dā est ordinata ⁊ circinans: quedā inordinata: sed de inordinata satis dixisse cōstat. Ordinata est q̄ mouet pulsum ⁊ in idē vnde inceperat reducit ipsum: vn̄ si tres magni sint ⁊ equales ⁊ tres parui ⁊ similiter equales vel duo parui sunt ⁊ equales: ⁊ a capite in magnos ⁊ paruos redeūtes. Similiter i tardo ⁊ veloce est intelligendū: vt si duo sint veloces ⁊ vnus tardus: hoc autē intelligiꝛ in oībus generibꝰ diuersitatē habētibus sicut prima q̄ttuor genera sunt. Primū. s. ex quantitate diuisionis. Scđm ex tēpore motuū. Tertiū fm̄ tenorē virtutis. Quartū fm̄ cōsistētiā organi. Opꝫ aūt intelligaꝛ: q: pōdꝰ laudabile equale ⁊ ineq̄le: ordinatū ⁊ nō ordinatū diuersitatibꝰ attinētia: ħ in his q̄ttuor tm̄ inueniūtur generibus. fm̄ etiā plenū ⁊ vacuū: ⁊ fm̄ qualitates arteriarū in istis diuersitatibus nō est inuenire: q: impossibile est pulsū inuenire q̄ se a duritie moueat in mollitiē ⁊ ecōtrario: aut a calore in frigiditatē ⁊ ecōtrario: aut ex inanitiōe in repletionē ⁊ ecōtrario: hi pulsus in vnā percussionē vel duas ⁊ vsq̄ in decē nō pmouenꝛ vn̄ hec diuersitas tm̄ in his quattuor est inueniēda. Mediocritas iterum in sex inueniēda est tātū. In primo fm̄ quantitatē diuisionū. In scđo fm̄ cōsistētiā organi. In tertio fm̄ qualitates arteriaꝝ. In quarto fm̄ plenū ⁊ vacuū. In q̄nto in tēpore quietis fortitudo ⁊ debilitas: ⁊ alia genera diuersitati attinētia nō habēt mediocritatē. In sexto vo in superioribꝰ inter duo mediocre semꝑ inueniꝛ: sicut inter magnū ⁊ paruū habeꝛ mediū: ⁊ inter velocē ⁊ tardū ⁊ durū ⁊ molle ⁊ spissum ⁊ rarū: calidū ⁊ frigidū: quoꝝ mediū semꝑ est tēperatū: ⁊ naturale hūidū forte ⁊ debile nō habēt mediocre: q: cū mediocria sint tēperata: tēperata vo sana: sanitas quoq̄ cū fortitudine: ḡ fortia necesse est esse sana ⁊ fortiora saniora: vn̄ nō ē necesse in his esse mediocre: pulsus ergo debilis cū defectiōe est vtutis: defectio virtutis ex morbo cōtingit: mediocre inter forte ⁊ debile: neq̄ forte neq̄ debile est: sꝫ extra tēperamentū esse videꝛ: forte em̄ semꝑ mutaꝛ in debile: ⁊ similiter equale ⁊ inequale nō habēt mediocre: eq̄le em̄ est sanū ⁊ naturale: inequale extra naturam ⁊ ex morbo cōtingit. Inter ista mediocre nec equale est: nec inequale. q: equale descendit tm̄ in nō equale. Oportet aūt intelligi nō oēm pulsum equalē esse naturalē: sꝫ equalis in tēperamēto tm̄ erit naturalis: est em̄ eq̄lis in malo sic phthysicus. Pulsus itē laudabilis pōderis ⁊ ordinatus ⁊ nō ordinatus intēperati esse videnꝛ. vn̄ non habēt mediocre: q: inter tēperatū ⁊ intēperatū nihil est mediū. hec sunt decē gn̄a pulsuū que in disputatione superiori deficiūt: oportet ḡ dicamus causas ipsorum ⁊ mutationes eoꝝ: ⁊ qui significent sanitatē aut morbum aut neutrum.

De causis q̄s in pulsu facit res naturalis. Cap. iiij.

Vniusquisq̄ supradictoꝝ pulsuū aut tēperatꝰ ⁊ ex cōplexiōe cuiuslibet hoīs est intelligēdus. Tēperatꝰ in sanis tm̄ est corporibꝰ qui tēperate sunt cōplexiōis neq̄ habēt vn̄ possint mutari: hāc aūt cōplexionē diximus cū de cōplexionibus tractaremus: hic aūt pulsus cū in quolibet inueniaꝛ inter aliorū extremitates tēperatus: dicēdus est hō esse sanus. Si autē hāc naturā exierit quā diximus: ⁊ inter naturas p̄dictas cōputeꝛ: q: hō in morbū aut in neutrū exeat significaꝛ. Pulsus aūt vniuscuiusq̄ ꝓprius si sit dignoscēdus: opꝫ multo tēpore ante in sanis puideat hoībꝰ: vt coꝝ naturales intelligat qualitates: qđ nō pōt cū in sanitate pfectus est: neq̄ cōtrariū patiꝛ quodlibet: neq̄ multi sit exercitij: neq̄ multe quietis: neq̄ multū plenus: neq̄ multū cibo vel potu exinanitus: neq̄ multi coitus: neq̄ multū calidus vel frigidus: hoc cū fuerit pōt intelligi pulsus cuiuslibet naturalis: an cōmuteꝛ in morbū: an in neutrū trāsducatur. Cū ḡ medico sit īpossibile oīū pulsus hoīū cognoscere: nec vniꝰ etiā ciuitatis indigenarū pulsus possit discernere: fit necesse res naturales pulsum a temperamento mutantes discernere. Sunt autē he: naturalis differētia maris ⁊ femine: ꝯplexiōes: figura: etates: ⁊ tempora: ⁊ regiones: aer: cōceptiones: somnus ⁊ vigilie. Differentia maris ⁊ femine: q: pulsus masculi maior ⁊ fortior est: q̄ pulsus femine. Masculus enim nature est calidioris ⁊ fortioris: ⁊ motꝰ maioris atq̄ exercitij. Feminarū pulsus minor est ⁊ debilior atq̄ velocior: qđ fit q: femine debiliores sunt masculis ⁊ minoris exercitij. Minor est ex paruitate caloris naturalis ad cōparationem masculi. velocius: vt natura sepe iterando expleat in feminis qđ per magnum pulsum semel operabatur in masculis: vt tantum scꝫ aeris trahatur ad refrigerandū quātū vnus magnus vna vice trahebat in maribus. Magnus ergo pulsus ex magnitudine est virtutis in omnes extremitates cum dilatantes: ⁊ ex nimio calore quē necesse est refrigerari. In maxio em̄ calore necesse est nature maximū aerē mittere: ⁊ magne vtuti necesse est multū dilatare in maximo trahendo aere: vn̄ consequiꝛ vt pulsus efficiatur magnus: quanto enim maior est calor tāto maiori velocitate operari nature est necesse vt in paruo tpe magna quātitas trahaꝛ aeris in refrigerationē cū aūt deficiat virtꝰ necesse ē aer trahaꝛ spissus vn̄ fit vt ī feminis velocior sit q̄ masculis. Cōplexiones si fuerint calide faciūt pulsum magnū ⁊ velocem causa trahendi multū aerē in refrigerationem. Si frigide paruum faciūt ⁊ tardū causa necessitatis parue refrigerationis. humide pulsū reddūt mollē: sicce durū. Figure quia macidi pulsus maiores sunt q̄ crassi et fortiores. crassi ex nimia humiditate pulsum habent humidiorem et debiliorem: quia caloris sunt minoris q̄ macidi. Sed tamē pulsus est spissior: vt in multo tempore trahat spissum tantū aerem quantū magnus semel in vno impetu traxit. Oportet aūt perquiraꝛ: si macidi naturaliter sunt macri. Si em̄ nō naturaliter sint: nō huic nostro cōpetunt tractatui: de quibus sumus dicturi cū de pulsibꝰ extra naturā disputabimus. Aliq̄n q̄ pulsus crassorū sunt maiores q̄ macidoꝝ: qđ fit cū crassi sint calidiores q̄ macidi hoc considerādū est in feminis similiter: sed tm̄ hec rarissime

videntur cõtingere. Etates v̄o pulsum mutāt a tēperamento q: pueri velocioꝛē habēt ꝓpter calorē refrigerandū naturalē: quoniā caloꝛ naturalis multus est in pueris: tēperate tamē magnitudinis ⁊ virtutis: qui quāto est minoꝛ tanto est velocioꝛ: qḋ facit paruitas virtutis que ad trahendū aerē semel non sufficit. Juuenes in pulsu nimiū sunt foꝛtes ⁊ magnū habēt pulsum: ⁊ in velocitate tēperatū: qḋ fit ex caloꝛe ⁊ eoꝝ virtute. Senioꝛes paruū tardūq; ⁊ debilē ⁊ rarū propter coꝝ frigidā cōplexionē: vñ nō est necesse multū aerem trahi cā refrigeratiōis. Alie etates his affines ſm eā cui magis sunt vicinātes pulsum sunt habentes: q: cū pulsus pueri velocissim⁹ ⁊ spississim⁹ sit tēperat⁹ in multitudine ⁊ paruitate: ⁊ pulsus decrepiti mīm⁹ ⁊ tardissim⁹ ⁊ defectissimus ⁊ iuuenis pfecte iuuentutis maxim⁹ ⁊ foꝛtissimus ⁊ in velocitate ⁊ tarditate temperatus. Ex causis dictis superius cōstat q: pueri pulsus cum magis augmententur a velocitate ⁊ spissitudine minuit ⁊ maioꝛat vsq; quo ad perfectā iuuentutem deueniat: vbi pulsus magnus ⁊ foꝛtissimus ⁊ in velocitate ⁊ tarditate temperatus efficit quoad medietas pertingatur. Cū vero senectus subeat paulatim succedūt sup̄adictis cōtraria donec etas veniat decrepita in q̄ pulsus fit paruus ⁊ tardus. Tēpoꝛa anni sicut ver ⁊ autūnus: q: tēperata sunt inter calidū ⁊ frigidū foꝛtē faciunt pulsum: om̄e eñ temperamētū virtutē custodit ⁊ augmentat: velocitas aūt ⁊ tarditas caloꝛis sunt tēperata. Estas: quia est calidissima pulsuz reddit debilē ⁊ paruū: male eñ cōplexiōi virtus semper deficit: virtute vero deficiēte nō potest dilatari pulsus vt magnus efficiatur: vñ veloꝛ cōsequitur ⁊ spissus vt magnitudo aeris attrahatur. Hyems: q: frigida ⁊ humida facit pulsum tardū: paruū: ⁊ defectū. Paruitas ⁊ defectio ex mala cōplexiōe cōsequit: male aūt cōplexioni deficit virtus. tarditas fit: q: multū opoꝛtet refrigerari: sed tamē pulsus in hyeme foꝛtioꝛ est q̄ in estate: q: caloꝛ naturalis interioꝛa refugit coꝛpoꝛis. In estate caloꝛ dissoluit virtutem: vñ pulsum necesse est esse maioꝛē qui ad refrigerandū sufficiat trahere aerē. Opoꝛtet aūt intelligi: q: vniuscuiuslibet extremitas tempoꝛis tēpoꝛi participat sibi vicinanti: velut prim⁹ mensis veris participat hyemis extremitati: ⁊ medius ipsius est pꝛopꝛius: tertius estati vicinus ipsius cōmunicat qualitatibus. Regiōes mutant pulsum: q: in calida regione habitātes sicut in ethiopia pulsum habēt velocem: sicut estiuus. Inhabitātes v̄o frigidā sicut sclaui habent pulsum assimilantem hyemali. Inhabitātes tēperatas regiōes: vt pote sub recta linea moꝛātes pulsuz habent mediocrē vernali ⁊ autūnali equiparantē. Regiones v̄o inter has posite ſm eas in pulsu sunt habēde q̄ eis ꝓpinquoꝛes esse videntur qḋ de regionib⁹ esse dixim⁹ itidē in aere intelligat. Calidus eñ aer pulsuz faciet estiualē: frigidus hyemalē: tēperat⁹ vernalē ⁊ autūnalē. Pregnātes in pulsu sunt mutabiles: quia pulsum faciunt magnū velocē atq; spissum: qḋ cōsequit: q: caloꝛ fetus caloꝛem eaꝝ augmentat naturalē. Arterie eñ secundine arterijs fetus sunt iuncte: ⁊ he vtreq; arterijs mulierū sunt copulate: sicut in anatomia nostra meminimus nos dixisse. In virtute: q: vsq; in quintū mēsem est pulsus mediocris. Vires eñ muliebres vsq; ad hoc tēpus sunt mediocres: q: fet⁹ adhuc pu⁹ est ⁊ debilis neq; multū cibū de earū coꝛpoꝛib⁹ ad se trahit: vñ pulsus inter velocitatē ⁊ spissitudinē est temperatus. In sexto v̄o mense vires earū incipiunt minuere: fetus eñ maioꝛat: natura grauat: q: maioꝛ cibus iam ab eo q̄rit: quapꝛopter virib⁹ deficiētib⁹ pulsus debilis ⁊ tardus reddit. Sōnus etiā mutat pulsum: dixim⁹ q: caloꝛ naturalis interioꝛa petit coꝛpoꝛis in somno causa cibum digerēdi. Pulsus aūt in initio somni paruus est ⁊ tardus: mediante somno rarescit. Cibus aūt cū digestus fit et p totū coꝛp⁹ se diuiserit: cōfoꝛtat caloꝛ atq; v̄t⁹ et pulsus fit foꝛtis atq; magn⁹: ſ; tñ rarioꝛ atq; tardioꝛ. Post cibi v̄o digestionē si somn⁹ plongetur vt superfluitas expelli differat pulsus fit debilis ⁊ paruus atq; sicut pꝛioꝛ tardus. vñ non opoꝛtet vt postq̄ cibus digerit a somno excitentur ad expellēdas cibi sup̄fluitates sicut egestionē: vrinā: sputa: emūctiones. Si aūt subito quilibet excitet a somno: aut ꝓpter vocē aut ꝓpter percussionē siue metū ab eo egrediētē natura disturbat ⁊ pulsus magn⁹ ⁊ foꝛtis efficit: veloꝛ quoq; atq; spissus inoꝛdinatus atq; tremebundus. cū vero quiescit excitat⁹ pulsus in poꝛē reddit: h̄ est cā naturalis q̄ pulsuz mutat a tēperamēto: ⁊ vnicuiq; hoī ꝓpꝛiū facit. Opz aūt medicū cū pulsuz cuiusq; a ꝓpꝛio statu videat mutatū vt intelligat coꝛpus a sua natura turbatū aliquātula immutatiōe. Causa naturalē mutās pulsuz est biptita: in rē naturalē sez atq; extra naturā: de quibus deo auxiliāte planius dicem⁹ in subsequētib⁹. In presentiarū aūt nō naturalē incipiem⁹.

¶ De mutatiōe pulsus ꝓpter rē nō naturalē. Cap. v.

Passiones in fundo stomachi sunt mala digestio: fastidiositas: diarria: lienteria: vomitus: singultus: inflatio: ructatio: sanguinis et lactis coagulatio. Mala digestio et fastidiositas ex defectione est stomachi in digestione. Si enim cibus a stomacho velociter non descenderit: appellatur mora digestionis. si imperfecte digeritur vel descenderit: pessima digestio fit. si quoquo modo se in aliam qualitatem mutauerit: tunc mala digestio vocabitur. Si nullatenus digeritur cibus: sed potius corrumpitur fastidiositas nuncupatur. quam que patiuntur stomaticos vocamus. Omnes autem he passiones ex uno sunt nascentes: sed tamen ablatio est digestionis. Si enim causa non fuerit fortis: mala digestio est mediocris. He autem cause: aut interiores sunt: aut exteriores. Interiores sunt mala complexio stomachi et hu. in ipso completi et contenti. apostemata et separatio iuncture. Mala complexio in stomacho ca. corrumpit cibaria et in malam qualitatem et putridam mutat. quia calor nimius putrefacit cibum. quod intelligitur ex fumoso ructatu. et viscositate sputi. cuius odor est sicut odor luti putridi vel piscis fetentis. et complexio mala digerit frigida et dura cibaria. sitim et dolorem facit mitigatur in re frigida actuali seu potentiali. Complexio frigida intelligitur ex ructatione frigida. sitis paruitate. et calidi cibi delectatione: dolor mitigatur cum re actuali ca. seu potentiali. Si frigida fuerit ultra modum: non mutat aliquo modo cibum intra stomachum: neque propter frigiditatem facit ructatum acidum. frigiditas enim non mutat cibum. Si frigida et sicca digestionem non confortat: sed potius in initio minuit: neque dolorem facit. sed potius in diuturnitate: quia complexio sicca si nimium dominetur in stomacho facit ethicam. maxime si cum eo iungatur calor. Si vero humida: facit hydropisim propter mutationem cibi ex humiditate: maxime si iungatur cum frigitudine. Nos alibi dicemus de frigiditate hydropisis et de hydropisi que de vitio nascitur stomachi. hu. vero clausi intra stomachum: aut calidi sunt qui ex defectione appetitus intelliguntur et fumoso ructatu sputo viscoso et putrido. Hi quoque hu. aut in concauitatem sunt effluentes: et intelliguntur quia si cibum incorruptibilem accipiat infirmus: sicut frumentum est et ordeum: cum vomitu vel egestione exeunt. et cum eisdem exit cho. aut sunt inuiscati et in tunica sua coadunati. et perpenduntur ex abominatione et vomitu. cum quibus nihil egreditur: et nimia siti. aut hu. sunt frigidi. et intelliguntur ex minoratione cibi appetendi. et acido ructatu. Item hi hu. aut in concauitatem stomachi currunt: quod intelligimus quia cum mundificatorium cibum accipiat infirmus sicut mel et spuat et vomat ipsum: cum eodem phlegmatica exeunt: aut inuiscantur in stomachi tunica quod intelligitur ex abominatione sine vomitu sitis paruitate et appetitus fortitudine: quod oportet discernere inter malam complexionem stomachi. et hu. contentos ibi videas ergo si corpus plenum et vene tumide sunt. et cum cibum accipiant temperatum. aut cum egestione mixtura exit vel cum aliquo hu. intelligimus ex hu. inclusis esse in stomacho Apostemata in stomacho nascentia sunt diuersa. aut enim calida. que ex dolore et pulsatione in fundo stomachi sunt intelligenda: et duritie et calore sub tactu sentiendi. fe. quoque et siti. que cum ad saniem venerint augmentatur fe. et rigores faciunt aut frigida ex grauitate et duritie sine dolore et calore cognoscenda. Separatio iuncture aut de ea est interiori aut de exteriori. De exteriori sicut de vulneribus que patitur stomachus aut acutis potionibus. De interiori sic tumoribus et putrefactionibus. Exterior ca. est cibi inconuenientia. aut in quantitate si plus sit quam stomachus possit digerere: sicut videmus in paruo igne ubi plura ligna apposita non bene comburuntur: aut in qualitate pessima sicut acidum lac: pisces: radices: omnia fricta et ustula: que omnia sunt sicut ignis lignis suppositus humidis: neque tamen ab eo comburendis: aut in substantia cibi grossi. sicut est caro vaccina: et panis azimus aut inordinatione cibi sicut cum quidam grossum aut stipticum manducauerit cibum: postea subtilem quam antea corrumpitur quam grossus a stomacho egrediatur: aut cum cibum accipiat: antequam digerat alium rursus accipiat. que omnia intelliguntur ex infirmi inquisitionibus. Est et alia pas. stomachi. i. cum vomitu et egestione purgatio. quod a comestione sequitur nimia que stomachum grauando noceat et ad expellendum illud quod ori stomachi est vicinum cum vomitu laborat. quod vero est in fundamento cum egestione. aut ex cibi qualitate. qui si fit pungitiuus pungit stomachum. et ad expellendum compellitur: aut viscosus qui in stomacho lubricatur: aut ex alia cibi corruptione. siue in cholericos hu. mutatione: vel quia de alio loco sicut felle descendit: et in stomachum fluens ipsum pungit: ut a se expellere possit: quod intelligitur ex his que a corpore cum vomitu et egestione egrediuntur et de angustia: et abominatione atque siti. hec pas. est facilis in initio. cum ergo cibus exeat corruptus: et dolor augmentetur corruptioque

exeunt hu. stomachũ ⁊ intestina pungentes: et noceant intestino cũ egestione. ⁊ mery cum vomitu: unde stomachus ⁊ intestinũ dolore patiuntur nimiũ: angustiam instabilitatẽ vt cadant in defectionem: ⁊ faciei malitiam: tempora dilatanẽ nares acuũtur: frigescunt corporis extremitates. ⁊ maxime si corruptis hu. corp9 sit apparatũ. Diarria est purgatio humorum diuersorum et subtiliũ. qui aut ex mala sunt ciborũ ordinatione. In quãtitate: si multi sunt ⁊ grauantes stomachum vt expellantur et eos alij hu. consequantur. In qualitate cum homo accipiat cibum facilem ad corrũpendum. sicut melones: cucurbitas: mora: et silia. hec em̃ in stomacho cum corrũpuntur expellũtur: ⁊ cum eis alij hu. egrediuntur aut cibi ordinatione. sicut cum accipiũtur ad digerendũ duriora ⁊ post velociora. aut constipatione meseraicarũ. hę venę si sint constipate colamentum cibi ad epar non põt trãsire. exit ergo cũ egestione qd̃ ex plenitudine est venarum et corporis. digestus est cibus in stomacho ſm ꝙ oportet et in subtili intestino non valens transire ad epar: ⁊ ad alia corporis membra sicq̃ cum egestione exit. qd̃ ex plenitudine multorum hu. nascitur ad stomachum descendentiũ. aut ex corpore sunt toto. aut ex vno mẽbro. hoc aũt aut ſm naturã sicut in cretica die videmus cũ membra nociuos hu. expellãt ad stomachum: vtpote cerebrũ ad stomachum et intestinũ. in quo maxime nociui hu. adunantur: ⁊ ab eo in stomachum propelluntur. hi autem hu. aut salsi sunt: aut acuti facientes egestionẽ sanguinis. Signa salsorũ: quia salsitatẽ vel amaritudinem in ore infirmi sentiunt: acuti pungunt ⁊ nimium sentire faciunt. Si nec salsi nec acuti sunt defectionẽ tantũ faciunt. Differt autem a priori morbo: quia prior facit vomitum. et cho. ru. exit plurimum. Diarria vomitu caret: ⁊ qd̃ exit diuersum est: nec vnius qualitatis. Item prior est acut9 et velociter aufertur: Diarria vero diuturnus est morbus. Species diarrię ex multis hu. ad stomachum fluentib9 sunt diuerse ſm diuersitatem materię. cũ em̃ quedam humiditates ad stomachum a cerebro descendant propter cõplexionem cal. vel frigidaꝫ: augmentanẽ hu. ⁊ descendunt partim in nares: partim in palatũ. ⁊ de palato in stomachum vel intestinum. cõplexionesq̃ eorum corrumpunẽ: vnde deficit digestio eorum. deinde virtus dissoluiẽ. ⁊ aliquãdo ad mortẽ deducit hic morbus. Est ⁊ alia species que nõ multã solutionem habet: sed paruam ⁊ eandem cholericam. qd̃ consequitur ex augmẽtatis in corpore hu. quib9 non oportet corpus nutriatur: sicq̃ in stomachũ et intestinum ꝓpelluntur. Est ⁊ alia species que solutionẽ interpolatam habet duos vel tres dies cessans. ⁊ postea durans. cumq̃ cessauerit reuerteẽ sicut pri9 fuit. qd̃ ↄtingit cũ in illis coadunati chimi expelluntur ad stomachum ⁊ intestinũ sicut fe. coadunatur materia que est interpolata: sin autẽ in dieta. aliquando hec in tertiana est feb. cum cholericos hu. natura expellit in die accessiõis. Est aũt ⁊ alia que nascitur de oppilatiõe meseraicarũ. cũ cibi succus ſm ꝙ oportet ad epar non egrediatur: ſꝫ subtilis ad epar descendit ⁊ ad intestinũ mediocris. sicut videtur in hydropisi que ex cõstipatione cõtingit. hec species consumptionẽ vel constipationẽ facit corporis. quia puissimũ venit ad epar et ad corpus. ⁊ similiter oẽs species diarrię: si morentur cõsumptio corporis sequitur. Est et alia de hu. nascens humidis ⁊ phlegmaticis in intestino in qua dolorem infirm9 patitur ⁊ inflationẽ: qd̃ exit paruum est ⁊ rarum. moratur infirm9 ad sellam diu. Lienteria est cum sicut comeditur a stomacho exit cibus sine vlla sui mutatione: qd̃ ex nimia est defectione virtutis contentiue cibũ tenere non valente. Cõtingit autẽ ex cõplexione frigida ⁊ humida dominante stomacho. et in intestino subtili vnde cib9 lubricus eijcitur. aliquãdo quoq̃ ex intestini ⁊ stomachi defectiõe est cum cibum ſm ꝙ opꝫ non possunt mutare. quia non ſm ꝙ opꝫ mutetur neq̃ tempore cõpetenti. fit autem propter pustulas et vulnera q̃ in inferiori sunt tunica stomachi ad quã cibus veniat: ⁊ illa tangãt vulnera et pũgat. stomachus ex dolore quẽ sentit moueẽ expellens cibum anteq̃ sit digest9 vł mutat9. vt se defendat a sibi nocẽtib9. Intelligim9 hoc ex pustulis ⁊ vulnerib9 q̃ in ore ⁊ lingua infirm9 patiẽ. ⁊ ꝙ calor ⁊ siccitas in ore sentiunẽ. Lienteria ergo sicut dixim9 paruitas est cibi in stomacho morantis. et citus exitus cũ intrauerit. Unde hip. in apho. in lienteria diuturna oxiremia non ta que nõ fuit anteã: bonũ signũ. Oxiremia em̃ ↄtingit ex cibo in stomacho morãti ⁊ cõtinentia cõtẽtiue vtutis. Abominatio ⁊ vomitus aut de cibi sunt quantitete. si plusq̃ oporteat stomachum grauans ⁊ in ore suo natans: q cum sibi noceat ad mery expellat ⁊ de mery cũ vomitu eijciat. De qualitate si cib9 abominabilis sit ⁊ amarus acutus ⁊ pũgitiuus qui cum noceant stomacho expellunt ab eo. hu. si in concauitate stomachi sint: faciunt vomitum. si intra tunicam ei9 et tunice villis inuiscetur: abominatio efficitur. hu. quoq̃ hi aliquãdo nascũtur in stomacho. ⁊ aliquãdo ad ipm̃ effluunt ab alio membro. Nascẽtes in stomacho cõtinui sunt: qꝛ corruptio cõplexionis sue eos gñauit. qui ab alio mẽbro decurrunt paruo tempore ibi quiescũt adunãtes se in locũ vbi descensuri sunt ad stomachũ. Humorum autẽ species intelliguntur ex sapore horum que euomũtur. Si em̃ sunt amara ex cho. ru. Si salsa: dulcia: vel acida: phlegmatica. Aliquãdo est vomitus ſm crisim. cũ natura hu. expellit qui causa sunt morbi a parte superiori. Singultus est spasmus interiorũ panniculorũ stomachi. cã sui cadẽ est que ⁊ spasmi in neruis aut em̃ de plenitudine: aut de inanitõe: aut de pũctura: aut de cõplexione frigida. De plenitudine: sicut videẽ in multũ cibũ ⁊ plusq̃ oportet accipiẽtib9: ⁊ his quorũ dieta est inordinata. De inanitione: sicut post febres ⁊ ventrũ solutiões et post longam cibi abstinentiã: qd̃ intelligitur ex precedentibus. Punctura de cholericis est hu. in stomacho nascentibus: aut de alijs mẽbris ad ipsum fluentibus: vel de potiõe acuta: siue cibo: vel de vino veteri ⁊ puro. Singultus ex frigida cõplexiõe: ⁊ ex frigidi cibi pessima est acceptione q̃ spissatur in stomachi substãtia ⁊ eam spasmat. sicut patiunẽ seniores. ⁊ diuturnos morbos habẽtes. Inflatio ⁊ gurgulatiões aut de interiorib9 sunt: sicut si stomachus nõ bñ sit calidus vt digeri possit cib9: ⁊ vẽtositas dispergiẽ. neq̃ frigid9 quin cib9 muteẽ: ſꝫ cal. ei9 inest defect9. qꝛ cib9 non digeriẽ perfecte vel in ventositatem mutaẽ fumosam et fiunt inflatio et gurgulatio in stomacho: aut de exteriorib9: sicut cum cibus accipiẽ quo vẽtositas generaẽ vtpote fabe: fasceoli. ⁊ silia. Uẽtositas que ex his nasciẽ parũ moraẽ. cũ ructatu em̃ dissoluitur. Ructatus q̃ ex vẽtositate stomachi inflatiua nasciẽ qua vsq̃ in os ascẽdente: ⁊ fum9 ascendit. aut de humorib9 calidis. vn. de ructat9 fit fumosus: aut de frigidis hu. ⁊ fit acidus. aliquãdo quoq̃ ructaẽ acide ex frigidis cibarijs ⁊ multis. que cũ non possit stomachus bene digerere ex caloris defectione: fit inde ructare acidũ. Ructat9 aliquando fit adeo validus vt a stomacho cib9 egrediatur ⁊ digestio ꝓhaẽ. Si aũt ructatus non exeat: generatur ventositas ⁊ inflatio nociua. Lac coagulatũ intra stomachũ fit: cũ qui habent eũ frigidum lac recenter vel frequenter mulsum accipiunt.

De passionibus intestinorũ. Cap. xviij.

Passiones in intestinis sunt dissinteria: tenasmon: colica pas. yleon: ventositas: lumbrici: ascarides: cõtractiões. Dissinteria aut est ab epate ⁊ vocatur epatica. de qua dicturi sumus postea. aut ex intestinis que ex nimio motu fit vel ex ea. apostemate in intestinis nascente et crepante. aut ex hu. qui ab intestinis descendunt: in diarriã. si materia sit acuta ⁊ cholerica: siue salsa ⁊ phlegmatica: vnde panniculi intestini putrefiunt vulnerati. Hanc pas. habentes ante purgẽt cholericos ⁊ diuersos hu. ⁊ postea phlegmaticã hũiditatẽ: qd̃ cogsciẽ cũ in itestinis hũiditas viscosa ⁊ desup tunica ta excoriaẽ: postq̃ cũ excorient q̃dã de itestinoꝝ corpib9 pniciunt: q̃ si sint q̃si frusta carnis subsequitur ꝑditio ifirmi. qꝛ intestini suba sigtur eẽ comesta. ⁊ vsq̃ ad subaꝫ eẽ pforata: qd̃ impossibile ẽ curare. post purgent sanguinẽ q̃ fit cũ venarũ aperianẽ ora q̃ in itestinoꝝ sunt suba. aliqñ putredo ferens exit sicut de corpe mortui. aliqñ sicut piguedo dissoluta i colore ⁊ liquore. hoc aũt est cuꝫ calor dissoluit pinguedinẽ que in membris est pinguib9. que si moretur sicut fex vini efficiẽ Aliqñ est dissinteria ex venaꝝ fissura: cũ in ipsis san. augmẽtatur vnde scinduntur. Putant autẽ quidam esse emoroidem. ⁊ non est emorrois. quia emorrois est ex scissura venaꝝ

que in ano sunt seu natib9. Itē dissinteria ex hu. cho. nigris qualitate pessimis τ descendentib9 ad intestina: q̄ intelligū tur ex cho. ni. egressionib9. aliqñ hec cho. ni. sanguini iungit melācholico que species pessime sunt τ mortales. sicut hip. in apho. solutio inquit i cui9 initio cholera exit nigra: mortalis est. Vulnera intestinorū aut grossi sunt intestini: et intelliguntur: q: ad egestionē surgit infirmus cum punctura siue tortura sentiatur. τ qd̄ exit de vulnere: non cum egestione inuiscatur. vnde vulnera in recto intestino esse intelligūtur. Si cū egestiōe aliquātulū misceatur vulnera in orbo intestino eē intelligūtur aut in colon. Si infirmus sub vmbilico puncturā senserit: vulnus in grosso intestino erit. Si vmbilicū dolor circundederit: vulnus in intestino subtili erit. Item si punctura sentiatur diu ante digestionem: et qd̄ de vulnere exit cum egestione mixtum sit: vuln9 est in intestino subtili. Est enim ex longa via in qua san. et sanies commiscentur. Item si bene sint commixta: vulnus in intestino est supra ieiunū. Hip. in pitoncon noromator. qui habēt inqt dissinteriam patiuntur contractionem exiture ventositatis et sursum redeuntis. defectionem quoq; virtutis. τ frigitudinem extremitatis. Ga. huic capitulo iungit dolorem stomachi: cū plenitudine capitis τ dolore sui. Causa horū quia intestina excoriata dolent. τ impediūtur ex omnibus ad ipsa transeuntibus. maxime si sint acuta τ pungitiua. Cum autē non festinatur ad emittēda que nocent reuertētur ascendēdo sursum. et fit ventositas τ dolor intra stomachum. τ plectudo in cerebro propter ascensionē fumi illius materie ad caput. sequitur semper intestinorum dolorē defectio virtutis τ frigitudo extremitatis. quia calor vadit ad membra dolentia vt ea nutriat atq; regat. Dissinteria epatica est sanguinis emissio puri cū egestione mixti: cui9 initiū est sicut lauatura carnis τ post rubescit deinde nigrum quasi cho. ni. Differētia dissinterie epatice τ intestinorum: quia sanguis cadens de intestinis guttatim cadit. τ est quasi mūct9 nariū qui de epate est quasi lotura carnis est. Hāc passionē sequitur consumptio corporis propter ablationē cibi a membris qui ab epate solet euenire eis. Si infirmus sentiat dolorem epatis certior est causa quia dissinteria epatica. vñ oportet medicū in medicanda dissinteria vt sufficienter consideret ne in errorem cadat. Aliquādo dissinteriam epaticam medicus intestinorū esse putat. quā sicut intestinorum medicat. et ita epatica negligitur: τ sic perit infirmus. Ga. cognosco inquit hoīes hanc pas. habentes quos medici confuderunt quia discretionē eorū ignorauerūt. Aliquādo errāt in sanguine ab epate currēte. quia si sit mixtus cū cho. ru. cū inde transeat leduntur intestina et excoriātur ea. exitq; sanguis cū mutatione mixtus τ de intestinis esse putatur. Causa vñ dissinteria nascit epatica: aut de venar. τ epat. est sanguine τ plenitudine: quā natura eijcit ab epate ꝓpter nocumētū τ plenitudinē sui. et tñ nō in primis mult9 exit sanguis. aut ꝓpter pigriciam τ grossitudinē motus. vñ in epate multus san. coadunatur: τ inde grauatū eū expellit τ eijcit. aut propter incisionem membrorū quorūdā corporis sicut manuū et pedū. τ permanet sanguis illa mēbra nutritur9 in epate τ grauat inde: quē expellit in meseraica. deinde vadit in intestina. hec accidentia subito veniunt: neq; morantur neq; perdiatur ꝓpetitus. Aliqñ venit dissinteria epatis propter defectionem sue virtutis retentiue quā sequit defectio appetitiue. τ in initio eijcit quasi lauaturā carnis. Thenasmon est motus recti intestini cogens hominē ad egestionē: τ tamen nihil nisi parū viscositatis emittit cū sanguine faciētē. Cā ei9 hūiditas est acuta et pungitiua ad rectum descendēs intestinum. τ pungens ipsum cogens ad egestionem infirmum Intelligitur aūt ex his q̄ exeūt. aut enī hūiditas est cholerica: aut salsa. Item dissinteria est ex apostemate in intestinis videtur aūt infirmo in intestinis stercora esse collecta. et vt ad sellam ire debeat: qd̄ intelligit ex pulsatione τ grauitate que in recto intestino est sentire. aut ex stercore sicco coadunato in subtili intestino: vnde op; vt ad sellam exeat: s; ideo quia non exit cito op; exprimi τ thenasmon pati. Aliquādo vnctuosa exit humiditas: τ solutionem esse putat medicorū stulticia: dantq; medicamen stipticum. vnde necesse est eu; occidant. Gal. vidi inquit hominem thenasmon patientem emisisse lapidem; et sanus factus est.

De colica passione. Cap. xxix.

Colica passio nimi9 est dolor quē patitur intestinū qd̄ vocat colon. nascitur ex hu. grossis τ phlegmaticis qui clauduntur in intestini pānicul is. grossa aūt viscositas substantiā claudit intestini: que scil; dissoluitur ab hu. his vñ maximus fit dolor. Hec species pas. maxime est ex defectiōe intestinorū. q̄ neq; digerere: neq; dissoluere possunt hu. aut ex vētositate grossa τ frigida in intestinis clausa τ excedente ea: aut de ea. apostemate siue de aliquo acuto vel pungitiuo hu. Phlegmaticos intelligimus hu. ex multo dolore. τ quia intestina quasi terebello sunt perforata: τ ructatione acida abominatione vomitu cum quo exit phlegma: ventris constrictio vt nec ventus exeat ab inferiori parte. et ex frigiditudine inferioris vmbilici: si q̄s eū tetigerit: τ de ꝑsitentia infirmi de dieta grossu; phlegma gñante. Passio ex ventositate intelligitur et dolore: et extentione que in loco est intestini. et mutatione doloris in latere sui cum gurgulatione: seu grauitate τ nimio dolore: tortura τ abominatione. stercus est leue super aquā natatile. sicut vaccinū. Ex apostemate intelligitur ex calore. τ in loco intestini incensione. τ nimio cum punctura dolore: feb. siti: ardore: vomitu: τ abominatione. In vomitu diuersa sunt cho. sine leuitate. Hec colice species peior est ceteris cū aliquādo se in yleon mutet. Que ex hu. acutis et pungitiuis nascitur: intelligitur autem de nimia siti. siccitate lingue et oris. vrina acuta et rubea. aliquando egestio exit cholerica. vñ dolor augmentatur. τ si antecedens fuerit dieta cholericos hu. generans fit certior. Oportet autem intelligas: quia pas. colica in dolorem arteticum se mutet. vidisse enim memini quendam qui dicebat disconcatenationem in spatulis fieri propter colicam. Oportet in hac pas. cogitare τ sufficienter considerare: quia aliquando cum in renibus fit pas. putatur esse colica. q: in dolore renu; quasi colica patitur accidētia. idest dolorem nimium abominationem. atq; vomitum cum egestionis forti constrictione. et vētositate neq; inferius neq; superius exeūte. Harum duarū pas. differentia. quia dolor colice pas. durior est et fortior: vel magis continuus: neq; loci est vnius: in renibus accidentia sunt minora: neq; dolores mutantur: sed stant in renib9.

De passione yleon. Caplm. xxx.

Yleon est dolor in intestinis nimius: estq; acuta passio τ mortifera maxie si propter acumen doloris sterc9 vomuerit. Hec pas. de apostemate nascitur ea. in subtili intestino: aut de oppilatione stercoris sicci. aut de hu. siccis τ viscosis se inuiscantibus in intestinis. aut de crepatura quā patitur syphac. et exeunt intestina: aut de intestinorum separatione. Aliquando nascitur hominibus cibum ad necessitatem suam explendam non habentibus. aut de potione venefica accepta. Que ex egestionis oppilatione est dolorem facit nimium quasi perforationē terebelli. Que est ex crepatura τ intestinorum separatione aperta est: si ponatur infirmus supinus et si forte intestina exierint tāgatur et reduci possunt cum manu. Que ex nimia est fame ex infirmi capitur interrogatiōe. Oportet autem intelligi q: hec passio periculosa est quoq; mō fuerit. τ maxime si putruerit vomitus. et cum ipso egestio fuerit vel exierit. Si odor corporis fetuerit vicinior est morti.

De lūbricis aut alijs vermibus. Cap. xxxi.

Lumbrici ex hu. sunt phlegmaticis putrescentibus in intestinis vbi nascitur calor extraneus vnde hec animalia generantur: que impossibile est de sanguine nasci. vel de cho. ru. Cholera enim ru. cum amaritudine et acuitate: siccitateq; sua huiusmōi occidit animalia: τ sanguis non exit de venis: vel arterijs. τ si exit apostema gignit. cū pas. alijs. vnde hanc pas. habent pueri. τ hñtes humiditatē phlegmaticā τ grossam cum dieta grossa τ purgandi negligentia: maxime hec pas. nascitur in autūno ex fructuum cō-

estione. Cuius pas. tres sunt species. Una est lumbricorum species: q quasi rami portulate sunt ⁊ in intestino subtili nascuntur propter plurimã cibi humidi abundantiam in hoc intestino se coadunantẽ. Sunt alij lati sicut semina cucurbite plurimũ in grosso intestino nascẽtes: ⁊ maxime in orbo. Sũt ⁊ alij minuti. sicut qui fiunt ĩ aceto vermiculi plurimũ in recto intestino nascẽtes. Significatiões eorũ: q: vermes qui siles sunt his q̃ in aceto fiũt: ⁊ qui semini assimilãtur cucurbitino: facile exeunt cũ egestione ex intestini vbi sunt largitate. Aliqñ paruos vermes hñtes pruriũt iter nares ⁊ purgantur cũ ad egestionem sunt volũtarij. Lumbrici nõ exeũt cum egestiõe: qđ est ex subtilis intestini a magno longinquitate ⁊ strictione ipsius vie, et eorum cum subtili intestino inuiscatione: quapropter non egrediuntur nisi cũ in expulsis hu. a natura expellũtur sicut in cretica die videt̃. vñ ex eorũ accidentibus necesse est intelligãtur. i. tortura abominatione punctura: maxime cum intestina propter inanitionẽ stomachi sunt subtiliata. Lumbrici eñ cum cibũ sunt appetitiui neq̃ inuenerint ĩ intestinis de eorum humectatione trahunt, qui si crescant in intestinis virtus deficit: quia chimus nutriens intestina: ad lumbricos nutriendos vadit. vnde deficit: ⁊ refrigeratur extremitas corporis: strident dẽtes pruriunt labra abominationẽ ⁊ vomitum habẽt. aliquãdo ascẽdunt vsq̃ ad os stomachi. ⁊ cum vomitu exeunt. Tortura intestinorũ est ex hu. acutis: ⁊ pungitiuis qui ad intestina descendunt ⁊ stomachum. aut ex ventositate intestina extendẽte. aut ex grossis hu. phlegmaticis ⁊ viscosis ⁊ inuiscantib⁹ se in intestinis. aut ex sicco stercore in intestinis se claudẽte.

¶ De passionibus natium. Cap. xxxj.

Passiones natium vicine sunt passioni intestinorũ: q: extremitates recti intestini sunt. sunt aũt emorroys. s. morum atrici fissura exire nates foras calidũ apostema. Emorroys est superfluitas nascens super natium ora et similiter morum, sed differũt: quia morũ habet caput rotundũ ⁊ ru. fundamentũ ei⁹ subtile sicut mori forma. Emorroys duob⁹ est modis. quedam capitis est rotundi: sicut vua ⁊ colore purpurea. quedã longa ⁊ in capite grossa: subtilis versus inferiora. ab his duobus aliquãdo multus san. aliquãdo nullus exit. Item sanguis qui morum exit cum impetu exit. exiens emorroydẽ: aliquãdo interpolatur, aliquãdo nõ: cũ stringit̃ vero exit: nimios dolores gignit pruriginem natiũ. ⁊ passiones multas in alijs membris. Si quis ergo cum ferro medicet̃: vna emorroys dimittatur vt sanguis ille egrediat̃. q si non generãtur morbi. sicut hydropisis: mania: phthysis hec sunt passionũ genera propter melancholicum san. intra epar. qui cũ multiplicetur spargitur in inferiores venas. et diuiditur ⁊ exit de natibus: cũ constringitur neq̃ de epate egrediat̃: dura apostemata inde generantur. Calor epatis naturalis extinguitur propter multitudinẽ melãcholici san. ⁊ cõpressionem venarũ epatis. deinde eius cõplexio refrigescit: neq̃ sm q oportet sanguinẽ mutare potest: sed aquosum et phlegmaticũ generat: vnde causa est hydropisis. Si epar confortetur vt san. ille ad venas pectoris vel pulmonis propellatur. ⁊ illo impleantur: ⁊ ꝯculcate crepent̃ ⁊ vulnera faciunt: ⁊ hec est cã phthysis. si aũt san. cerebrũ ascenderit. melãcholiã facit. Ideoq̃ hip. precepit in medicanda emoroyde cũ ferro vnam dimitti: vnde fluat ille san. qui solet in epate coadunari. Similiter si sanguis plusq̃ oportet exeat morbos procreat: sicut corruptionem coloris figure ⁊ cõplexionis hydropisim: ⁊ defectionẽ virtutis appetitiue. Calor eñ epatis deficit neq̃ generatur san. vnde ꝯplexio corrũpitur corporis: ⁊ generat̃ hydropisis. si san. exiens augmentetur perit infirmus: sed tamen hanc habentes pas. non incidunt morpheam: neq̃ zimiã: pleuresim vel periplemoniam. vnde san. non effluit: cuiusdã os est apertum. cuiusdã vero non. qđ ex sensu ⁊ tactu intelligit̃. sed si sit deintus in intestinis: ops copham mitti. cophã inquã vẽtosam: ⁊ limitere focũ ⁊ bõbicinũ sup nates imponẽdũ. extremitas eñ intestini venit foras ⁊ apparet qualis sit. Atrici sunt vulnera occulta in extremitate intestini nascẽtia. aliqñ cõcauitas horũ non ita tangit intestinũ vt perforet ipm. q̃ si cum puluere desiccatiuo medicent̃ sanãtur. Quoddã horũ multũ est cõcauũ perforans cui medicina nullũ pstat psidiũ. itelligit̃ si digit⁹ sup nates ponat̃ ⁊ in atricorũ perforatiões argalia mittat̃. Si autẽ cũ argalia digit⁹ iungat̃: pforatũ esse intestinũ intelligitur. et si extremitate emboti in perforationẽ posueris vulneris. et fumigaueris. ⁊ infirmus qsi fumos graues ad os penetrare senserit pforatum eẽ intelligas. Exire nates aut ex mollitie est lacertorũ. aut ex tenasmõ. Fissura aut ex solutione est humorũ cholericorũ calidorũ ⁊ acutorũ: aut q: nimis est stipticũ ⁊ durũ cũ stercus exeat per nates nimis siccũ. Apostema nascit̃ in natib⁹ sicut in mẽbris toti⁹ corpis ⁊ ex tumore ⁊ dolore ⁊ strãguria ĩtelligitur: qđ si sit calidũ rubescat ⁊ quiescit de causa actuali frigida: si sit supposita: ⁊ nocet sibi res calida. De frigido apostemate ecõuerso accipe.

¶ De passionib⁹ epatis causis ⁊ signionib⁹ earũ. Ca. xxxij.

Passiones epatis aut priuate sunt sibi: aut ĩ alijs nascẽtes mẽbris ppter societatẽ sui. Priuate sibi sunt defectio: apostema: oppilatio in via sua. Que in alijs nascunt̃ mẽbris generãt hydropisim propter societatẽ sui. Defectio epatis: aut ex defectiõe est appetitiue vtutis. vñ trahit̃ succ⁹ cibi de subtili intestino ⁊ meseraicis. Intelligit̃ aũt ex egestiõe alba et liqda: qđ ex defectione est sua in trahendo cibo a meseraica. aut ex defectiõe vtutis ꝯtẽtiue: ⁊ intelligit̃ ex teneritudine et corpis plenitudine: qđ fit ex cibo crudo ⁊ indigesto p corpus dispso. nõ eñ ꝯtentiua tenet̃ vt bene coquat̃. aut ex virtutis digestiue defectiõe. q̃ aut ex ca. est ꝯplexiõe ⁊ intelligit̃ ex desiderij ablatiõe. ardore. siti nimia fe. vomitu solutione cũ qua hu. cholerici exeũt. vrina ni. ⁊ q: plurimi ide cadũt in pas. acutas. que pas. si moret̃: facit ꝯsumptiõem chimorũ corporis: ⁊ his ꝯsumptis ꝯsumptio fit epatis. vñ cũ egestiõe ei⁹ fit egressio. qđ cũ exeat doloris ẽ pessimi minorat̃ q̃ corp⁹ et ꝯsumit̃: aut ex frigida est ꝯplexiõe: q̃ itelligit̃ q: ĩ initio morbi nimiũ hz desideriũ cibi sine fe. ⁊ siti. qđ cum egestiõe exit paruũ ẽ ⁊ tpib⁹ diuersis: atq̃ multis. neq̃ mali ẽ odoris. Si vero moret̃ fe. facit. san. ei⁹ putrescit ex grossitudine sui. ⁊ aufert̃ desideriũ cibi. qđ cũ egestiõe exit qsi fex ẽ san. in die patitur nimiã solutionẽ ⁊ subitã. corpus mutat̃ in marmoreũ col. ⁊ minoratio carnis in facie videt̃. aut ex sicca ꝯplexione qđ intelligitur ex corporis macilẽtia ⁊ siccitate ⁊ egestionis paruitate: atq̃ sui grossitudine: aut de humida complexione. ⁊ intelligitur ex siccitate contraria ratione. aut de defectione vtutis expulsiue q̃ totũ corpori cibum nõ bene mũdatũ mittit. q: vtus hec nõ bene potuit mũdificare. Apostema aut est calidũ aut frigidũ. Si calidũ ĩ dextro latere sentitur: sub hypocũdria dolor ascẽdens furculas cũ fe. ⁊ descendẽs ardore siti siccitate. tussi ad costas. Si infirm⁹ supinus iaceat: sentit grossitudinẽ sub hypocũdria in latere dextro. In apostemate de cho. ru. fiũt hec accidẽtia fortiora ⁊ molestiora. Si apostema ĩ cõcauitate sit epatis ablatio subsequitur desiderij. singult⁹: cholericorũ hu. in initio vomit⁹ sicut oui vitellũ: ⁊ post sicut eramẽtũ eruginosũ: vẽtris cõstipatio: ⁊ defectio frigiditas extremitatũ corpis tussis ⁊ angustia spũs minora sunt. Si apostema ĩ gibbositate sit epatis: fiunt tussis ⁊ spũs augustia fortiora: sentit infirm⁹ furculas trahi ad iferiora cũ grauitate sub hypocũdria. q: ꝯcaua vena furculas ppt apostema trahit ad inferiora. ⁊ in initio lingua ẽ citrina ⁊ post nigra. ⁊ cũ a pte dextra locũ sub hypocũdria tangat grossũ sentit eẽ apostema sicut noua luna. tactus eius calidus. si infirmo precipias vt supin⁹ iaceat: neq̃ sub caput ei⁹ aliquid ponatur. ⁊ eũ duplicare facias genua et pedes ⁊ ꝯsociãdo iungat. ⁊ locũ tetigeris inuenies sicut dixi. ⁊ aliqñ apostema calidũ venit ad lacertos vẽtris. ⁊ differt a supiori q: istud si tetigeris inuenies in forma longũ. aut quadrangulũ. aut vna extremitas erit grossa altera subtilis. Apostema epatis frigidum intelligitur ex grauitate in dextra parte. et sub hypocundria. et tussi parua sine dolore et feb. In loco tacto inuenitur grossitudo: durities: si apostema sit melancholicum. Si phlegmaticum: mollicies. Si defectio et apostema in epate se coadunauerint: fit mollicies egestionis: et similitudo lauature carnis. Oportet autem intelligi: quia tumor in epate cum defectione pessimus

fit morbꝰ. ⁊ ad perditionē ducēs. Cōstipatio aūt de apostemate est cuiꝰ significationē meminimus nos dixisse. aut de grossis hu. in ore venarum a porta se diuidentiū inuiscantibus: et in vena que in gibbo epatis est sita se coadunātibus quā cōstipationē intelligimꝰ ex dolore grauitate et thetinositate in dextro latere sub hypocūdria sine fe. Si oppiletur gibbus epatis: fit vrina aquosa et subtilis. Si in concauitate sua: egestio est liquida.

De hydropisi. Cap. xxxiiij.

Passiones in alijs membris ex colligātia nascentes epatis: quedā species est hydropisis. Ois enim hydropisis ex defectione nascitur virtutis generatiue sanguinis. aut si de sua actione defecerit. hec ex passione epatis nascit̄ qđ fundamētum est ipsius. sicut si cōplexionis est frigide: succum cibi in perfectum sanguinē non valentis mutare. ⁊ aliquando patitur aliquod membrū epati colligatuʒ siue vicinū sicut stomachus qui patitur cū cibum sm̄ ꝙ opʒ digerere non potest. ⁊ ita indigestus ꝑ totū corpus spargit membris corporis in suā naturā eum digerere non valentibus. patiūtur ⁊ ieiunū intestinū: ⁊ meseraica vena cū i mutādo cibi succo deficiāt vt non ad epar mādari valeat. vñ vtꝰ deficit mutatiua san. cū cibꝰ ad ipsam venire nequit. Al: qñ hydropisis ex defectiōe est pulmonis qui non pōt enutriri ex humiditate sanguinis. remanet ergo in san. membra nutriens et eorū cōplexionē humectans. Aliqñ ex defectiōe renū in trahēdo sanguinē aquaticū: aqua cū remanēs in san. nutrit membra et eorū cōplexionē humectat. Spēs hydropisis sunt. iij. tympania: hydropisis: hyposarca. Tympania ē ex defectiōe caloris epatis: nō nimie frigiditat̄ mutat aūt san. in ventositatē inter pelliculas ventris et intestinorum se coadunantē. aut ex multis cibarijs est accipiendis ventositatis generatiuis. Signum eius est quia si super ventrem percutiatur: sonus quasi tympani auditur. Hydropisis ex nimia est frigiditate ⁊ complexioni epatis dñante humiditate. vñ cibꝰ in hūidā ⁊ aquosam mutat̄ naturā q̄ inter pelliculas ventris ⁊ intestinorum coadunatur. huiꝰ passionis causa est ex herbis frigidis: et fructibus: ⁊ aqua frigida. Signum eius infirmi venter mouet̄ ⁊ sonat q̄si vter aqua plenus. Hyposarca est cū cibꝰ i epate i hūiditatē mutat̄ ꝓpter frigidaʒ cōplexionem ⁊ aquosam ⁊ humidam. vnde postea omnia mēbra frigida sunt ⁊ phlegmatica. Que de duro apostemate est vias oppilante epatis ⁊ cōprimēte. vnde spiritꝰ ad ipsum ꝓhibetur trāsire cōplexione refrigerante ⁊ vtute sanguinis mutatiua deficiēte: cibumq̄ in phlegma mutāte aut de apostemate splenis deficientis ab emundādo sanguine de cho. ru. vñ sanguis augmētatur in epate. ⁊ extinguitur eiꝰ calor. aut de fluxu sanguinis: aut de vulnere: aut de mēstruis: aut de emoroide cū fit conclusus: calor epatis de nimio refrigerat̄ sanguine: sicut in lucerna. lucerna ex nimio oleo extinguitur. aut ex frigida cōplexione stomachi cū cibus nō possit bene digeri. ⁊ mādatur crudus epati mutādus in phlegmaticos hu. aut de hu. grossis ⁊ viscosis oppilationē faciētibus in via epatis. spiritūq̄ cōtrahētibꝰ: ⁊ cōplexionē refrigerantibꝰ ex qua oppilatione san. non potest transire: sed aquosior ⁊ subtilior trahitur. vnde mēbra corporis humectant̄. Item fit ex defectione ieiuni intestini et meseraice. Itē post fe. diuturnas ꝓpter nimiā aquā ebibitā ⁊ defectionē cibi in stomacho digerēdi ex calore fe. vñ oppilatio fit. Item ex acuta pas. vel epatis ca. cōplexione ⁊ virtutis dissolutione nō valentis san. gñare. De hydropisi nullꝰ potest curari cū nec ca. nec fri. accipere possit: calidis augmētatibꝰ febrem: frigidis ⁊ hydropisim. Eiꝰ signum. q: corpus est inflatū totum et molle: qđ si tangas cū digitis: forma digitorū ibi remanebit: neq̄ in initio facies tumescit et pedes color corporis est sicut color mortui. cum autē passio tempore moretur longo humectatur corpus ⁊ liquidū efficitur: qđ cum crepuerit aquosa humiditas inde currit. vnde hipp. pustule in corpore hydropici non sanantur. quia pustule non nisi desiccatiuo sanantur medicamine: ⁊ humide hydropisi nō prodest medicina desiccatiua. Omnis hydropisis vniuersaliter pedū ⁊ calcaneorū patitur tumores. quia fumus in eorū nascens corporibus est grossus ex defectiōe caloris naturalis. et sua grossitudine ad pedum descendit inferiora ex longitudine aūt sui a fundamēto caloris naturalis ⁊ epatis ⁊ cordis non potest dissolui. Hydropisis ex stomacho intestinis ⁊ meseraicis proprias habebit dyarriam diuturnā que tumorem non dissoluit. De passione stomachi propter frigiditatē sui: ⁊ quia cibum digerere non possit. crudus autem permanet: ⁊ expellit̄ cum eū grauet. qui cibus cū ad intestinum veniat ieiunū non potest colari sm̄ ꝙ opʒ vt ad meseraicas transeat. vnde expellit ipm̄ ad grossum intestinum que res causa est dyarrie. ꝓpriū epatico apostemati est tussis: durities egestionis. tussis: q: epar tumidū stringit diaphragma propter sui vicinitatē. deinde stringūtur pulmo ⁊ pectus in vijs suis ⁊ impellitur ad tussienduʒ infirmus sperans sibi prodesse. siccitas egestionis: quia ieiunū ⁊ meseraica in hoc genere fortia sunt et sana. ⁊ bene colamentum cibi ad epar mandātia. via autē fellis ad epar est oppilata ex apostematis oppressione. vnde ad fel nō venit nisi paruʒ de cho. ru. ideoq̄ a felle ad intestinum nihil accedet nisi paruissimuʒ: hocq̄ est sicce egestionis causa.

De passionibus splenis. Cap. xxxv.

Passiones i splene sunt: oppilatio: apostema: defectio: ventositas. Defectio cum deficit trahere ab epate feces sanguinis. vñ nigra generat̄ ytericia: q: cū san. cho. ni. immiscet̄: ⁊ ad corpis transit omnia membra. aut defectiōe contentiue virtutis que est in splene generans purgationem cho. ni. cuʒ vomitu ⁊ egestione. aliqñ hec causa est quā expellit natura propter mūdificationē corporis: qđ tolerabile est nature et iuuatiuū. qđ cū obuiat nature neq̄ iuuatiuū ē neq̄ tolerabile: aut ex defectiōe expulsiue. que cho. ni. expellit ad os stomachi. ⁊ defectionem generat desiderij cibi. hanc passionē splen tolerat: sicut et epar ex complexione ca. vel frigida oppilatio nascitur ex grossis hu. ⁊ viscosis in via se inuiscantibus: intelligitur ex grauitate: ventositate: ⁊ thetinositate Aliquando oppilatio fit in via per quā cho. ni. ad spleneʒ ab epate vadit. et ytericiam nigrā facit cum alijs pas. ad cho. ni. pertinentibꝰ: aut in ea via fit vnde cho. ni. a splene ad os stomachi secedit. ⁊ diuersa apostemata gignit propter cho. ni. in his locis cōclusam. sequitur hāc defectio desiderij cibi Apostemata ista aut sunt calida ex calore in tactu intelligenda grauitate quoq̄ dolore: ⁊ fe. atq̄ siti. Aliquando sunt dolores versus furculas et spaculas sinistras: qđ ex vicinitate est splenis ad diaphragma ⁊ societate diaphragmat̄ ad furculas. aliquādo frigida sunt apostemata et phlegmatica ex mollitie tumoris sub tactu intelligēda ⁊ albedine col. in corpore: aut sunt de cho. ni. et intelligitur ex duritie grauitate et grossitudine. ⁊ coloris corporis mutatione in liuiditatem vel viriditatē. hec plurimū nascunt̄ in splene ex grossitudine melancholie cuius fundamētum est splen. fiunt etiam post ca. apostemata cum subtilis dissoluitur materia ⁊ remanet grossa vel inflatiua vētositate in eo se claudēte. Intelligas aūt ex apostematis ad tactum repugnatione. ⁊ nimia thetinatione siue grauitate. hec aliquādo dissoluūtur sed cito reuertūtur propter inflatiua cibaria que accipiuntur. Sequitur autē omnia apostemata splenis vel magnitudinem sui corporis macilentia. vnde hippo. dixit. Si splen fit magnus macrescit: ⁊ si splen macrescit corpus impinguatur. Ga. in libro de membris interioribus: paruitas splenis bonitatem chimorum portendit. eius magnitudo econtrario. Hipp. in epiđ. patiētibus apostema in inferiori parte splenis: necesse est fiat sangnis subtilis. extremitas ca. auricule frigide. subtilitas sanguinis: quia splen semper trahit feces sanguinis cum aūt apostema habeat necesse est plus trahat. vnde sanguinem subtiliat. calor extremitatis quia calor in splene naturalis ab ipso propter apostema fugit. frigiditas auricularum quia cum sanguis subtilis ad auriculas subtilissimus venit que naturaliter sunt frigide neq̄ calefiunt isto sanguine. Item in eodem: sepe inquit habentes catarrum et reuma non patiuntur apostema in splene. Causa huiusmodi rei quia reuma nascitur de subtilibus ⁊ aquosis atq̄ phlegmaticis hu. apostema aūt splenis ex grossis est ⁊ melācholicis.

De passionibus

De passionibus fellis. Capi.xxxvi.

Passio in felle est yctericia: que vel ex oppilatione contingit: vel ex defectione appetitiue virtutis in felle. yctericia enim aut ex actione est nature cho.ru. in exteriora corporis secundum crisim expellente: sicut in.vij. die morbi fit: si morbus augmentatus fuerit: et auferatur fe. infirmus autem quieuerit et morbus declinauerit. Que autem fit et non est huiusmodi: neque secundum crisim: aut ex complexione est ca. quam patitur epar cibum mutans in cho.ni. et mittens per omnia corporis membra: aut ex calore est nimio venis dominante. vnde cibus in cho.ru. similiter mutatur: et toti corpori mandatur: aut de mutatione quorundam hu. corporis qui sunt in membris in cho.ru. quod ex rebus ca. fit et venenosis: vt ex potione ca. et venenose: aut ex complexione membrorum calidissima: que hu. in cho.ni. mutat: aut ex defectione virtutis appetitiue que est in felle: que cho. trahit ab epate: et mundificat sang. remanet autem cho. in epate mixta cum sanguine: et vadit per venas ad omnia corporis membra: aut de oppilata via epatis ad fel que cho. contrahit: ne ad ipsum transire possit: et remanet mixta cum sanguine vadens per venas ad totum corpus: aut ex via fellis oppilata versus intestina. vnde cho. augmentata reuertitur ad epar et cum sanguine vadit ad totum corpus. Intelligitur hec diuersitas: quia illa que de oppilatione est fellis superiori vel inferiori: egestionem al. et vrinam citrinam facit: que non est propter fel: sed propter epatis pas. inde egestio tingitur cum cho. et si fit ex apostemate epatis siue fellis: fit egestio cholerice solutionis et fe. et grauitas in dextro latere. Si ex calore est epatis et venarum fit vrina rubicunda: et desuper citrina: natat spuma. Si epar et vene sunt salubria: fit color naturalis in vrina. Oportet autem intelligas: quia ycterícia propter epar et venas subito appareat et veniat: alie species sunt minores.

De passionibus renum. Capi.xxxvij.

Passiones in renibus sunt arena: lapis: apostema: vulnera: sanguinem mingere: dyabeta. Arena et lapis de calore nimio sunt renum et de hu. grossis et viscosis desiccantibus humiditatem propter calorem: permanetque grossitudo. et fit petra tempore longo desiccata: maximeque si adiuuet vie strictio vnde vrina de renibus transit ad vesicam. Colatur enim vrine subtilitas non grossa: quia via est stricta. arene tamen materia parum est viscosa atque grossa: que cum ad renes veniat parum coagulat: expellitque eam virtus expulsiua cum vrina: et apparet quod eijcitur quasi arena: que in spacio renum inuiscatur: et non exiens coagulatur pre fortitudine caloris: et omni die materia augmentata coagulatur sicut petra. Gale. dixit. aliquando lapis est ex vulnere in renibus saniem facientibus: et non purgantibus. vnde coadunatur sanies et lapis efficitur ex hac causa: et mensura fit lapis in renibus et vesica. Oportet autem intelligas: quia lapis in renibus plurimum nascitur in senioribus: et pueris in vesica plurimum. Causa lapidis in senioribus in renibus: defectio est caloris naturalis: vnde hu. phlegmatici et grossi semper augmentantur in eorum corporibus propter defectionem digestiue virtutis. Item quia via vnde vrina de renibus ad vesicam est transitura: est stricta: propter frigiditatem in vijs eorum. frigiditudo enim semper stringit vias: et materia grossa cum ad renes veniat non potest transire tota ad vesicam propter viam strictam: sed subtiliter colata permanet in concauitate renum grossa: et humiditas cum calore desiccata efficitur petra. lapis iste magnus est propter largitatem concauitatis vesice. Pueri in vesica patiuntur lapidem duabus de causis: quia hu. grossi et viscosi nascuntur in eis propter gulositatem plurimam: quia non de grossis cibarijs cauent sibi: et nimium exercentur post cibum: aut quia eorum via: vnde vrina ad vesicam est transitura: larga est propter fortitudinem caloris nimij naturalis et expulsiue virtutis: vnde materia grossa et subtilis facile ad vesicam transit. via autem. i. collum vesice: vnde vrina exit de vesica est stricta propter paruitatem etatis eorum et suorum membrorum: vnde non currit extra nisi subtilis: grossa remanet in vesica: et cum calore vesice lapidem facit: ideoque non generatur lapis in vesica iuuenum: quia vrina eorum propter calorem est subtilis. plus enim habent caloris quam humiditatis: et seruant se in dieta plusquam pueri: et vesice collum in eis est largum: grossa ergo vrina et subtilis facile exit. propter hoc etiam non nascitur lapis in vesica mulieris: quia vesice earum collum est breue et largum. exit ergo vrina subtilis atque grossa propter has causas. Pas. ergo renum et vesice sanantur difficile propter sue vie stricturam et complexionis sue frigiditudinem. Quidam medici dicunt lapidem in epate generari: et in orbo intestino et in colon et in auriculis: sed et Gale. dicit se vidisse quendam hominem diuturnam tussim habentem et screasse lapidem: et ita sanus de tussi est factus. Causa lapidis nimia fuit caliditas: et augmentatio humorum in his membris se inuiscantium. Significatio arene et lapidis: si a renibus sit: quia vrina exit paulatim cum ardore: et est arenosa. dolorem habet pa. in hanchis et grauitatem in locis renum: et aliquando dolor est cum punctura et aliquando dolor testiculi qui in parte est infirmi renis. dolor quoque est ani: pedis cum dormitatione illius partis quod ex colligantia est renum ad pedem per arteriam. Color arene renes exiens diuersus est. quedam enim nimium est citrina: et est quasi sandaricina: quedam habet colorem arene: et est sicut cinis. Oportet autem medicum perquirere: et intentum esse in hac pas. aliquando enim est in intestinis: et putat quod in renibus. Ga. dixit. quia ex parte renum dolorem passus fuerit ventris et quasi locum perforari terebello senserit. et maxime vnde vrina de renibus ad vesicam tendit. fecit autem argaliam cum oleo cum quo exierunt hu. quasi vitrum dissolutum et dolorem abstulerunt. dixit ergo se cogitasse lapidem haberi in via vrine de renibus ad vesicam et fuisse dolorem in grosso intestino. Apostema in renibus solet esse calidum: quod intelligis ex dolore et grauitate: et ardore infirmi renis parte: et ex siti: feb. et dolore capitis vomitu egestione citrina. duricie vrine: quod cum vulnera faciat: patiuntur feb. interpolatione diuersantes: rigoremque diuersum et doloris augmentum. Infirmus in latere sano iacens renem infirmum sentit quasi suspensum et est de frigore. Signum eius: est grauitas sine dolore. In initio huiusmodi apostematis errant medici non studentes: putantes pas. esse colicam: sed differt a colica: quia in pas. renum ascendit dolor ad femora: et inde vno figitur loco: cum autem fiat argalia: dolor augmentatur: quia intestina materia implentur: et renes comprimuntur: in colica pas. dolor mouetur in intestino. Vulnera in renibus: aut de causa exteriori sunt: sicut percussione et casu: aut de interiori sunt: sicut de acutis et calidis hu. Signum vulnerum dolor est in femoribus sine grauitate et sanie. San. exire: et squamas in vrina. aliquando exeunt frusta sicut carnes: quod est cum renum putrefiunt carnes. Vrina in renum vulneribus facile exit et non dura. Sanguinem exire: aut de interioribus est: aut de exterioribus. De interioribus cum digestiua deficit virtus in renibus et colamentum sanguinis sicut oportet non mutatur: aut deficit contentiua virtus que in venis est: neque sanguinem tenet: sed cum vrina emittit: aut ex largitate est in vie vrine ad renes cum subito exit vrina: et sanguis cum ipsa: et sine dolore: et si sit parua. Aliquando san. de renibus exit interpolando: sicut de emorroydibus: huiusmodi patientes sentiunt dolorem versus femora: sed cum san. exeat: dolor quiescit: aut de marcentibus est venis. vnde in his sanguis paulatim exit: aut ex fissura alicuius vene in renibus ex multi sanguinis conuenientia. Sanguis ab exteriori causa exiens sicut percussione casu saltu: et similibus ex interrogatione intelligitur infirmi. Dyabeta est propter fortitudinem expulsiue virtutis cum qua trahitur colamentum sanguinis. i. vrina: hoc autem ex nimio est renum desiderio ad aquosam humiditatem: quia propter caloris sui multitudinem aquosa desiderantur: vt calor extinguatur: vnde humiditatem trahunt ad epar sibi: et ab omnibus alijs membris: quod facit pati nimiam sitim: et desiderium membrorum corporis ad aquosam humiditatem: et propter defectionem virtutis contentiue que non potest tenere humiditatem sibi venientem. Signum huius pas. intelligende: est non nimia sitis sine fe. et siccitas in corpore non apparet: vrina est sine ardore alba: subtilis sicut aqua. Infirmus cum aquam biberit velociter eam mingit: quia renes trahunt eam ab epate antequam mutetur in eo et expellunt eam ab se cum non possunt retinere. Oportet autem intelligi: quia si senes in renibus patiantur non sanantur. et fit cum diuturnis

multis morbis moriūtur: sicut Hip. in aphorismis testatur.

¶ De passionibus vesice. Capi. xxxviij.

Passiones in vesica sunt lapis vulnera strangu‑ria: exire vrinam preter voluntatem. Lapis in‑de nascitur: vnde et in renibus. sunt aūt hu. grossi et viscosi: et calor in substātia vesice: et angustia sui colli: maxime hoc fit in pueris si‑cut me āte dixisse memini. Itē nascitur in iuue‑nibus bonam dietam non tenentibus: sed potius vnde hu. grossi ⁊ viscosi gn̄antur. Signum huiꝰ pas. dolor est in collo vesice: ⁊ in virga prurigo: ⁊ vrine cruditas: subtilis est ⁊ alba arena exit cum vrina: ⁊ duricies in vrina est. apostema intel‑ligitur sicut ⁊ in renibus: sed tamen dolor huiꝰ est in pene ni‑mius: ⁊ apostema deforis apparet tactui. Duricies vrine in hac passione maior est q̄ in renibꝰ. Sanies exiens de vulne‑ribus maior est q̄ renum. sequitur hanc ventris constipatio ꝓpter cōpressionē vesice ad intestina. Vulnera in vesica sūt sicut in renibus iam dicta. Sed in vulneribus vesice duricies est vrine ⁊ ardor. aliquādo vrina sicut subtilis apparet scintil‑la vel simila: aut furfurea. Strāguria aūt de rebꝰ est quas in vesica iam diximus: aut ex defectione virtutis cōtentiue et emollitōe sube vesice: neq̧ pōt vt vrina exeat exprimere. In‑telligitur q: infirmo vt supinus iaceat p̄cipitur: ⁊ vt vesica prematur: vnde vrina p̄ virgam exit: ⁊ infirmus quiescit: aut de apostemate in collo vesice: vel in lacertis sui colli: aut de hu. grossis ⁊ viscosis inuiscātibus se in via que est inter vesi‑cam ⁊ v̄gam. Intelligimꝰ q: dieta infirmi gn̄atiua grossor̄ et viscosor̄ hu. fuerit: aut ex oppilatione ꝓpter coagulatum sanguinē viam stringētem. Aliqn̄ strāguria nascitur ex acu‑tis hu. in vesica nascētibus: aut de acutis in vrina qualitati‑bus semp̄ vesicam pungētibus. Intelligitur ex vrine rubore ⁊ ardore quē sentit infirmꝰ ⁊ extremitate virge. Exire vrinā preter volūtatem ex lacertor̄ est mollicie circundātium col‑lum vesice: ⁊ ex defectione v̄tutis cōtentiue ꝓpter humidi‑tatem quā patitur. plurimum cōtingit pueris ꝓpter hūidi‑tatem suor̄ membror̄. Item ex mutatione spōdilis apposi‑te vesice qn̄ foras egreditur: ⁊ ligamēta vesice rumpuntur ne vrina teneatur. Opʒ aūt intelligi: q: si hāc pas. seniores patiātur nō sanātur: sicut Hip. testatur.

¶ De passionibus siphac. Capi. xxxix.

Passiones siphac qui in vētre est sunt scissura: crepa‑tura: raritas: ⁊ aliqn̄ zirbum ⁊ intestinum egrediū‑tur extra siphac ⁊ cōtra lacertos vētris: ⁊ aliqn̄ con‑tra vmbilicum ⁊ sub vmbilico: in qua parte zirbum tendit ⁊ intestinum. apparēt aūt quasi tumor ⁊ apostemata: ⁊ vide‑tur esse crepatura. Que aut est in īguinibꝰ ī via ad testiclos descendēti: ⁊ exeunt intestina ⁊ zirbum tendētia in locum il‑lum. si substēt in inguinibus appellatur hernia inguinaria. si descendūt in sacculos testiculorum vocatur hernia testicu‑lorum. Hec pas. nascitur: aut de nimio motu: sicut saltu: aut nimio clamore: aut grauis rei pondere: aut percussione su‑pra vētrem veniēte: ⁊ maxīe si post prādia venerint hec rūpi‑tur atq̧ crepatur siphac: aut de hu. grossis. sicr autē cōtin‑git: aut de ventositate similiter ventrem ⁊ intestina inflante aut de viscosis hu. in intestinis se lubricātibꝰ ⁊ in inguina se proijcientibus. Discretio inter apostema et hunc morbum vt infirmus iaceat supinꝰ precipiatur: ⁊ qd̄ exierit tāgatur: et si potest in locum suum reducatur. Si autem facile redie‑rit crepatura erit: si non: tumor est vel apostema. Opʒ autē intelligi: quia si crepatura sub vmbilicum fuerit molestissi‑ma ⁊ dolētissima fit: vel enim subtile est intestinum: qd̄ cum prematur cibi superfluitatibus dolores sentit infirmus: que crepatura multum est sub vmbilicum non dolet: quia locus ille ab intestinis est longe: neq̧ exiuit nisi solum zirbum. si crepatura subtus zirbum fit in initio nō dolet: quia crepatu‑ra est ibi: vbi intestina grossa sunt: et ex grossitudine sua in principio non exeunt: sed cum crepatura se dilatat: deinde exeunt illa dolorem facientia. Exit foras vmbilicus cum si‑phac crepatur: sicut diximus: ⁊ fit aliquando ex humiditate phlegmatica in vmbilico: aut de sanguine ibi coadunato pro‑pter scissuram vene vel arterie: ⁊ exit sanguis subtus cutem sicut cum patiuntur apostema qd̄ vocatur yporisma. Aliqn̄ quoq̧ fit ex ventositate que crepatura est siphac facit dolo‑rem tumidi corporis: ⁊ tactum mollem sine dolore. Si inte‑stina exierint introcedeunt cum tanguntur digitis: cum in‑firmus balneum introierit: augmentatur vmbilicus et cre‑scit. Si crepatura ex humiditate fit: tactu mollis erit: neq̧ reuertitur cum tangatur digitis neq̧ crescit. Si ex vena est vel arteria: cutis dolor: color violatus erit: aut niger. si ex carne fit superflua: fit dura non crescens neq̧ augmentāda est. si ex vētositate tactus est mollis.

¶ De passionibus generatiuorum membrorum. Capi. xl.

Passiones in generatiuis: aut in testiculis: aut in vir‑ga: aut in matrice: aut in vberibus. In testiculis: aut in eorum substantia: aut inter substantiam eo‑rum ⁊ pelliculas: aut inter cutem ⁊ pelliculas: aut in venis suis: aut in cute exteriori. Si in substantia fit: aufert deside‑rium libidinis ⁊ generare: aut paruitatem facit spermatis: ⁊ apostema atq̧ vulnera. Ablatio libidinis: aut ex discōca‑tenatiōe est hor̄ membror̄: sicut videtur in epilepsia: aut ex paruitate spermatis: aut ex ablatione cibi. Paruitas sper‑matis est: aut ex complexione frigida ⁊ sicca dominā te te‑sticulis que mutare substātiam spermatis non potest: qd̄ de materia sibi venit. Ablatio gn̄andi: aut est de nimis mala cō‑plexione testiculis dominā te: aut nimis ca. qua spermatis in‑cenditur materia: aut nimis frig. que eam cōgelat ⁊ adunat: aut humida: que dissoluit ⁊ subtiliat: aut sicca que īgrossat. Exire sperma preter volūtatem nec virgam exurgere ex vir‑tutis ꝯtētiue est in testiculis defectione ⁊ fortitudine expul‑siue ⁊ calore ⁊ humiditate dominā tibus complexioni sue: qd̄ fit cū spermatis instrumēta patiūtur spasmum: sicut in epi‑lepticis videmus. hec enim membra cum spasmātur: motu non naturali mouētur. deinde qd̄ spermatis habēt expelli‑tur. Apostema calidū ex magnitudine intelligitur testiculo‑rum: ⁊ rubore: ⁊ calore: ⁊ dolore eorum. Frigidū ⁊ phlegma‑ticum intelligitur ex albedine coloris: mollicie tactus: dolo‑ris paruitate. si melācholicum: intelligitur durum ⁊ liuidū: Qd̄ inter eorum substātias nascitur ⁊ pelliculas: adunatio est humiditatis aquose ⁊ frigide sicut videmus in hydropi‑cis: ⁊ intelligitur ex tumore thetinatōe coloris albedine: liui‑ditate ⁊ aque sub tactu apparitione: ⁊ ꝯtingit cum zirbum ⁊ intestinū ad hec membra descēderint: cū pellicule crepue‑rint: nascitur in inguium locis: aut de solutione ligamēti in‑testinorum. Causa horū vniuersalis est: aut salire: aut cla‑mare: aut percussio: aut de humiditate mollificāte ⁊ dilatāte viam intra īguina ⁊ testiculos: quā facit descēdere ab ingui‑nibus ad eor̄ saccellos. Significatio vniuersalis vnde possit ītelligi tumor est in testiculis: vel si in saltu infirmꝰ vel ī qua‑libet alia re se exercuerit: tumor augmētatur: neq̧ si cum di‑gitis tetigeris reuertitur: ⁊ aliquādo egestio in hec loca va‑dit: ⁊ ibi clauditur: ⁊ aliquādo ex hoc dolore gurgulationem est nasci. Ex thetinatione tumor est ⁊ intestinorum descēsio non subito: sed paulatim. iste siphac stringit intestina ab ipso exeūtia: q̄ inter cutem et pelliculas nascitur tumor est carno‑sus: qui ex grossis nascitur hu. in hoc loco descendētibus: q̄ in venis nascitur: varices sunt quar̄ eadem causa que in cru‑ribus dicta. intelligitur: q: venas videmus plenas: atq̧ ro‑tundas. Mollicieм testiculor̄: aut in eūdo grauitatē pluri‑mum in testiculo patiūtur sinistro ꝓpter paruitatem sui ca‑loris. q̄ in cute nascitur exteriori sunt pustule: prurigines: vulnera: ⁊ alia similia: sicut cutis patitur humani corporis.

¶ De passionibus virge. Capi. xlj.

Passiones in virga: aut in sua sunt substātia: aut in via. In sua substātia est illa passio que vocatur mo‑riaphismos: idest sue erections multitudo: ⁊ titilla‑tionis passio apostemata vulnera. In via sua ꝯstipatio. Ere‑ctionis frequentatio ex ventositate est grossa: humida ⁊ vi‑scosa: ⁊ calore moderato: que intelligūtur ex nimia erectiōe virge sine titillatione. aliquando hoc facit abstinentia longo tempore ⁊ post manducat ca. ⁊ acuta: qd̄ contingit ex vētosi‑tate grossa ibi inclusa. Patiūtur huiusmodi humorem cali‑dum ⁊ erigere nimium. aliquādo quoq̧ molliciem vasorum spermatis: ⁊ aliquando spasmum. Qui spasmum incidūt: ⁊

cito moriũtur cum venter eorum intumescit: ⁊ sudor eorum
frigescit. Apostemata et vulnera que patitur virga sunt exte
riorum membrorũ passioni similia. Oppilatio intelligitur ex
ardore vrine ⁊ exeundi duricie: ⁊ ex grossis hu. sanie ⁊ san
guine: ⁊ squamis cum vrina exeũtibus.

De passionibus matricis. Cap. xlij.

Passiones in matrice sunt sanguis fluxus: ablatio menstruorũ: dissolutio: suffocatio: vẽtositas: apostema: tumores: passio que vocatur separatio: ⁊ conclusio: emoroys fissura: vulnera matricis: ablatio cõcipien di: sepissima abortio: duricies parturiẽdi mẽstruorum exitum: ⁊ eorum ablationem sm naturam oportet prius intelligi. Men strua ergo mulierum exeunt cum decimum annum expleant ⁊ plurimum extenduntur in. xl. auferuntur quibusdam circa xxxv. annos: quibusdaʒ vero circa. l. Hermofroditus non ha bet menstrua. Menstrua vero naturalia sunt continua per duorum dierum spacia. ad plurimum. vj. dierum. si vltra trãseunt non erũt naturalia. Grauãtur autem mulieres cuʒ tempus menstruorũ veniat: que mulier mẽstrua sua differt diu: molestum enim ⁊ durum est: quia purgamẽtum multe quãtitatis subito succedit: tempus interpolatum. xx. est die rum: ⁊ vsq; in duos vel plures ascẽdit menses: que autem post istud tempus veniũt naturalia non sunt: ⁊ vocatur hoc tempus menstruorũ cõstrictio. hoc aũt est vel ex pas. in vul ua: vel in toto corpore vel in vno mẽbro. De vulua aũt aut propter apostema: aut ꝓpter vulue torturam: aut aborsu ni mio: aut ex ꝑcussione matricis: aut ex oppilatione: aut ex fri gida complexione venarum ora claudẽte: aut ex humoribus grossis ⁊ viscosis viam implẽtibus: aut ex vulneribus in eis coagulatur sanguis ⁊ oppilatur. ¶ Item menstruorũ cõstri ctio nascitur ꝓpter emoroydas: aut sanguineʒ de naribus vel pectore exeũtem. De toto corpore aut ꝓpter feb. aut ꝓ pter complexionis corruptionem: sicut hydropisis scilicꝫ. de vno membro: sicut de passiõe pectoris: stomachi vel epatis. Aliquãdo ex grossitudine nimia corporis premente venas ⁊ stringente. Significatio vniuersalis cõstrictionis menstruo rum: grauitas est inferioris ventris ⁊ totius corporis: dolor dorsi ⁊ colli: cõstrictio vrine ⁊ egestionis. aliquãdo vrina ni gra est: ⁊ deficit virtus appetitiua. aliquãdo autem appetũt mala cibaria: ⁊ plurimum patiũtur pessima accidentia: sicut defectionem: abominationem: mentis corruptionem: rigo rem: apostemata in inguinibus. Sãguinis fluxus: aut ex de fectione est contentiue virtutis: aut de sang. subtilitate ⁊ sui acumine: aut de eiusdem multitudine: ⁊ venarũ plenitudi ne: aut de scissura venarum matricis ex hu. acutis. aliquan do ex nimia purgatione in parturitiõe: aut de egressione fe tus anteq̃ animetur: quãdo aũt augmẽtatur sanguinis flu xus ⁊ immoratur: mutationem coloris patiũtur ⁊ tumorem maxime in pedibus ⁊ corruptionem virtutis digestiue: qui si augmentetur pereũt. Mollicies est cũ humiditas de ore vulue exiens: que aut in vulua nascitur cum pascitiua defi cit virtus: aut cum hu. de vulua ad alium locum sm purga tioneʒ effluũt. Intelligitur molliciei qualitas ex colore ⁊ sub stantia. Si est rufa: sanguinem significat. si alba ⁊ viscosa: phlegma. si citrina choleraʒ. si nigra melãcholiam. aliquãdo multa effluit. aliquãdo viscosa ⁊ grossa. Aliquãdo possunt in telligi significationes. Si mulieri pannos mũdos lineos in tra se mittere cõmendes albos: ⁊ inspicias eos siccatos. si ru fi sunt sang. portendũt. si citrini cho. si albi phlegma. si nigri melãcholiam. ¶ Suffocatio matricis est ablatio anhelit⁹: que passio est pessima. contingit autem ex colligãtia cerebri ad ipsam: ⁊ cordis: ⁊ multe passiones inde veniunt: sicut ce phalea: apoplexia: epilepsia: defectio. Que autem hãc passio nem habent pereunt cũ suffocatio augmentatur. hec enim ⁊ augmentatur ⁊ mitigatur. aliq̃n interpolatur: sicut in epile psia. Hec pas. ex plenitudine est vulue: ⁊ spmatis cõstrictio ne: cũ femine elongãtur a complexione quã habuerũt in cõ suetudine. Augmẽtatur enim sperma in vasis: qđ cũ inculca tur naturalis calor extinguitur ⁊ cõplexio vulue refrigera tur: aut ex menstruorũ cõstrictione cum longo tardãtur tem pore: ⁊ facit idem qđ sperma. Plurimum nascitur hec passio feminis iuuenibus: et iunioribus propter nimium earum desiderium ad libidinem: aut si nimia menstrua habuerint que postea constricta sunt. Maritate hec non patiuntur: quia in matrice sperma non clauditur. conclusio enim sper matis maxime est causa huius rei. patiũtur inde iuuenes: ⁊ non cõcipientes propter passionem quã instrumenta sper matis sustinent ⁊ venarum ora. vnde menstrua effluũt. ma xime si mulieres non parturiũt propter potionem quam ꝓ hac re accipiũt. Significatio huiusmodi pas. quia in initio sui: ⁊ anteq̃ incipiat augmentari: debilitas est mentis pigri tia: defectio crurium: citrinitas faciei: humiditas oculorum: cum augmentatur: mens alienatur deficit sensus: ⁊ vox au fertur: spissatur pulsus ⁊ diuersatur ⁊ deficit: ⁊ in fine aufer tur infirma vt mortua esse putetur: sed cum licinio bombi cino tentetur apposito naribus: vt si flatus moueatur siue non. intelligatur. facies rubescit: ⁊ q̃si tumescat. matrix sur sum trahitur: ⁊ similiter lacerti in cruribus: cum autem inci pit alleuiari et quiescere emollitur vulua: ⁊ descendit ad in feriora: ⁊ ab ipsa parua fluit humiditas. In ventre inferius gurgulationem et ventositatem ad cũdum patiũtur. Ven tositas ⁊ inflatio quas patitur vulua: aut ex complexione est frigida cum calor naturalis deficiat: ⁊ qđ cibi sibi venit in vẽ tositatem mutat: aut ex abortione: aut ex sanguine os vul ue oppilante: aut de duricie parturiendi: aut de conclusione oris vulue. Aliquando hec ventositas: aut in fundo est vul ue: aut in eius tunicis. huiusmodi infirme patiũtur tumo rem in pectine vsq; in interiora ventris et dolorem cum ex tensione ⁊ vadit vsq; in inguina ⁊ stomachum atq; diaphra gma. Signa propria huiusmodi pas. sunt: quia cum super vmbilicum percutis sonus quasi tympani auditur. Aposte ma plurimum patiũtur cal. et durum. Calidum: aut de cau sa est exteriori: sicut ꝑcussione: aut de interiori: sicut de men struorum constrictione: vel sanguinis in parturitione: aut ex abortione: aut parturiendi duricie: qđ consequitur cum hoc membrum ex nimio motu patiatur: et ad illud hu. tra hantur. hoc apostema: aut in tota est vulua: ⁊ intelligitur ex feb. cõtinua: ⁊ dolore in collo ⁊ in capite ⁊ in craneo. maxime et oculorum grauitate: ⁊ extremitatum mollicie: ⁊ stomachi corruptione et siti: ⁊ constipatione egestionis ⁊ vrine: sicut Hippocra. in aphorismis: que inquit apostema habet in na tibus: aut in vulua: sequitur eam strãguria: quod ex aposte matis est compressione ad collum vesice: et os vulue pro pter apostema qđ est in parte vulue: ⁊ in parte non. Aposte ma autem in puppi eius quo dolor in dorso efficitur. ⁊ consti patio egestionis: aut in prora vnde dolor est penis. et stran guria: aut in superiori parte fit: ⁊ dolor est super vmbilicum ⁊ circa stomachum. Si in lateribus fit dolor in inguinib⁹ co xis atq; cruribus. Si in inferiori sub vmbilico doletur. si in ore eius circa anũ patitur. si vulua cũ digito tãgat dura in uenit. Cum apostema facit vuln⁹: omnia supradicta accidẽ tia augmentantur et diuersa feb. interpolando iungitur et rigor: sed cum crepari debeat: dolor ⁊ feb. augentur: ⁊ pun gunt. Si dolor in inferiori est vulua: ⁊ cum digito super pe nem tangas: sentitur sanies coadunata. hoc autem est cum maius est apostema. Similiter si in ore vulue durum aposte ma vocatum sciros supernascitur vicinum collo vesice: et vulue sine antecedente apostemate: vel alia passio vnde du ricies nasci deberet. nascitur autem ex cholera nigra. sequi tur auteʒ hoc apostema in illa parte vulue tortura: cui si nõ succurratur medicina cadit in hydropisim. Significatio hu ius apostematis est duricies penis et oris vulue: grauitas quoq; ⁊ conturbatio motuum membrorum: ⁊ maxime cru rum: ⁊ pigritia. Aliquando hoc apostema in cancrum muta tur: idest durũ apostema qđ ex cholera nascitur nigra. ⁊ plu rimum in ore vulue: aliquãdo faciens vulnera: ⁊ si non vul neretur: ex dolore nimio intelligitur in inguinibus ⁊ inferio ris ventris dolore: ⁊ oris vulue. color eius q̃si fex vini aut niger. Si fit vulneratum cum his accidentibus sunt pruri rigo ⁊ putredo: ⁊ pertinet colori albo: aut rubeo: aut viridi. aliquando humiditas inde effluit aquosa ⁊ fetida alba: aut nigra siue rubea. Alia quoq; accidẽtia apostemati pertinen

tia huic apostemati innascũtur: ⁊ incurabile efficitur. Sepa-
ratio est apostema nascens in ore vulue aut in ea tota: ⁊ fit
vulua dura et petrosa. Intelligitur hec passio ex macilentia
quã patitur infirma: ⁊ in pulchritudine coloris nõ habita et
defectione virtutis appetitiue et ablatione mẽstrui ⁊ mamil
larum tumore. sperat autem in initio ꝙ sit grauida. Cum au
tem moretur morbus ⁊ prolõgetur hydropica esse putatur.
Differt aũt ab hydropisi ex duricia: neq̧ tamen alia ꝙ̃ q̃ in
hydropisi sunt habẽt accidẽtia: sed si tamen ꝓlõgetur in hy
dropisim mutatur. Conclusio est constrictio cũ duricia oris
vulue: nasciturq̧ ex apostemate phlegmon vocato in exte-
riori parte vulue nascente: cum subtilis sanies dissoluitur ⁊
remanet qđ est grossius: ⁊ inueterascens ingrossatur. In-
telligitur ex apostemate anteriori: ⁊ ex duricie oris vulue in
tactu apparente: ⁊ eius constrictione. Emorroys ex grossis
est hu. et melancholicis. intelligitur in aperiendo ore vul-
ue cum argalia: vt visui appareat ⁊ tactui: in qua cum dolor
augmentatur: coloris rubei efficitur: cum autẽ quiescit ma
teria q̃si fex vini ab ea effluit humiditas. aliquando nigra
fissura ex compressione est in partu nimia. In initio autem
non sentitur propter dolorem partus: post vero sentitur si
cum digitis tangatur. maxime in coniunctione cum ab ea
sanguis effluat. apparet autem in visu cum vulua aperiatur.
Vulnera: aut de exteriori sunt causa: sicut percussione ⁊ simi
libus. aut de interiori: sicut duricie parturiendi et acuitate
expulsionis: aut de tactu secundine siue fetus mortui: aut
de cholericis humo. erumpentibus: et eam comedentibus:
aut de crepatura apostematis siue pustule. Aliquando pu-
tredo est in ore vulue: et intelligitur: quia apparet in ta-
ctu si cum argalia os vulue aperiatur: qualitasq̧ eius inten
ditur ex humiditate que egreditur. si enim sit multa ⁊ quasi
fex vini ⁊ cum dolore: scitur ex apostemate crepatura esse.
Si rubea: fractura est ⁊ constrictio ⁊ fissura. si vulnera sint
immunda exit cum dolore sicut carnis lauatura. si munda
exit sanies grossa: alba: pura: sine dolore. Descendere vul-
uam ⁊ foras exire: aut de causa interiori est vel exteriori. De
exteriori vt ex tactu secũdine potest partum, si durescat ad
exitum: aut non trahatur ſm ꝙ oportet. Similiter ex fetu
mortuo: aut ex casu femine de alto loco super anum: aut de
timore nimio. vnde deficiũt et mẽbra emolliũtur: ⁊ inde vul
ua lubricatur ⁊ foras egreditur: sicut videmꝰ in feminis que
latronum vel pugnantium incidũt manus: ⁊ sicut videtur
in eisdem nauigantibus: ⁊ quibus mortes filiorum nũcian-
tur. De interiori causa est: vt ex humiditate phlegmatica et
viscosa. vnde lubricatur vulua sicut patiuntur mulieres iu-
uentutem exeũtes: propter nimiam adunationem in corpo-
ribus earum ipsorum humorum. Tortura vulue propter chi
mos est grossos ⁊ viscosos in vno latere vulue coadunatos:
ex quibus grauatur ⁊ in aliud latus inuoluitur: ⁊ conceptio
trahitur propter torturam instrumenti spermatis. Ablatio
concipiendi ex mala est complexione matricis: aut ex morbo
officiali: aut de humoribus in concauitate vulue se coadunã
tibus. Ex mala complexione: sicut nimia ⁊ fortis sit subtili-
tas. si non: aufertur vis concipiendi. Si est calida incendi-
tur ⁊ corrumpitur sperma. si frigida constringitur ⁊ conclu-
ditur vulua et venarum suarum ora vnde transit sperma ⁊
menstrua: ad que cum veniat sperma infrigidatur et con-
gelatur in ea. Item in testiculis earum non multum nasci-
tur sperma propter frigitudinem. Si humida: non potest
continere sperma. si sicca sit grossum et durum ibi nascens
sperma: non extendens neq̧ sequens formatiuam virtutẽ.
Ex morbo officiali: aut ex constipatione viarum spermatis:
aut ex apostematibus sicut diximus: ⁊ similibus que intelli-
gũtur ex humoribꝰ in concauitate vulue coadunatis: phle-
gmaticis: cholericis: aut melancholicis: qui intelliguntur ex
humiditate existente exterius: plurime femine pereunt ex
grossitudine sua ⁊ nimia ⁊ vltima. Causa eius est: quia zir-
bum os vulue oppilat: vnde non potest sperma transire: ⁊ q:
stringitur menstruorum via. non ergo ad os vulue menstrua
effluunt: vel spma. que si currũt paruũ est ⁊ nõ valet. vnde
Hippocra. in aphorismis. Si inquit mulier sit in vltima crassi
tudine non cõcipit: quia zirbum os vulue comprimit: si non
macrescat. Ablatio concipiendi propter masculum ex mala
complexione est spermatis: aut morbo officiali. Ex mala cõ-
plexione: quia si sit calida: incendit. si frigida: congelat. si li-
quida: dissipat. qđ consequitur cum sperma femine et os vul
ue masculis assimilantur. si enim dissimilia sint fit genera-
tio multa. Si calida et frigida sicut mixta: aut siccum ⁊ humi
dum tẽperata: fit generatio multa. Ex morbo officiali in ma
sculis: tortura est virge virilis. vnde cum sperma exit non re
cta via tendit in vuluam: qđ potest intelligi si non recte min
git. Oportet ergo intelligi: quia si conceptio propter mascu-
lum vel feminam ablata sit: sedeat mulier super scãnum: ⁊
pannis eã cooperias: ⁊ suffumiga: ⁊ si suffumigatio ad os: ⁊
ad nares pforat: nõ est in culpa mulier: sed masculꝰ. Si em̃
os vulue clausum esset: ⁊ venarum ora: vnde sperma ad vul-
uam transit ⁊ menstrua: non pforaret fumigatio corpus mu
lieb:e. Similiter si ibidem esset humiditas extingueretur fu
mus: sicut calor spermatis extinguitur. si nimius calor fu-
mus dissolueretur. si siccitas vel frigiditas constringeretur:
⁊ dispergeretur. Alij antiqui dicunt: sperma masculi si supra
aquam posueris: ⁊ dilatetur: ⁊ natet super aquam intelligi-
tur esse frigidum: ⁊ subtile: neq̧ proficit si immergitur aque
⁊ coniũgitur valet. Item si vulua in positione sua sit lon-
ga ⁊ magna: breuis aũt virilis virga: non potest virga trahe
re sperma sibi ⁊ ita culpa fit masculi. Item potest hoc intelli-
gi ex significatione quã diximus male complexionis in ma-
sculis siue feminis: ⁊ in testiculis sicut macilitate: crassicie: ni
gredine: albedine: duricie: mollicie: spermatis multitudine
eiusdem paruitate: grossicie: ⁊ subtilitate. Si autem intelli-
gitur quia mulier concipit quousq̧ auferũtur menstrua: et
masculus vsq̧ ad annos. lx. ⁊ plurimum vsq̧ ad. lxx. ſm vir-
tutem caloris naturalis vniuscuiusq̧ hominis: ⁊ ſm calorem
in testiculis. Aliquãdo tamen iuuenes sunt nõ generantes:
sed generant cum in senectute ꝑueniant ⁊ econtrario. Cau
sa est: quia qui complexionem testiculorum habẽt frigidam
⁊ humidam ante perfectam iuuentutem parum generant.
postea vero idonei sunt geniture: quia calor eoꝝ naturalis
confortatur: ⁊ testiculi calidiores efficiũtur. aliquando idem
consequitur ex mutatione frigide ⁊ humide diete in calidam
⁊ siccam. Qui autem in adolescentia sua multũ generãt: sed
cum in etatem perueniant cessant: hi in adolescentia sua
complexionem testiculoꝝ habuerũt calidam ⁊ humidam: in
iuuentute ⁊ senectute calor augmentatur ⁊ desiccatur: neq̧
ad generãdum ꝓficit. Qui em̃ in adolescentia sua paꝝ gene-
rant: ⁊ complexio sua nimis est calida ⁊ sicca: ⁊ incensiua: cũ
aũt ad etatem veniatur calor minoretur et temperatur: aut
ex diete mutatione in temperamentum nimis frigide. vnde
quidam adolescentuli feminarũ sunt generatiui tm̃: sed in
etatem ꝑfectam generant masculos ⁊ ecõtra: causa est com-
plexio eoꝝ ⁊ testiculoꝝ q̃ in adolescentia frigida est ⁊ humi-
da: in iuuẽtute ⁊ senectute calefit. ⁊ parũ desiccatur: ideoq̧
masculi generãtur: aliquando est ex mutatione diete. Opor-
tet hoc in loco dicatur vnde dubitatur scʒ significatio an gra
uida sit: an non: mulier: masculus sentit dum coniũguntur
matricem virgam suam desugentem: sicut sanguisuga dum
sugit sang. neq̧ sperma matricem egreditur: ⁊ a muliere os
vulue clausum ⁊ coniũctum sentitur: sine apostemate ⁊ duri
cie vulue precedẽtibus: qđ ex concupiscentia est matricis re
cipiendi masculini spermatis. Aliquãdo femine paruũ rigo
rem patiũtur in coniũctione ⁊ dolorem in vmbilico inferio-
re ꝑtingentem vsq̧ ad matricem: ⁊ iterum menstrua nõ cur
runt ex consuetudine: neq̧ masculum videtur concupiscere
mulier. In mamillis color est viridis: ⁊ duriores sunt ma-
mille ꝙ̃ soleant esse: albedo in oculis eorum est liuida viridi-
tati cõtigua. facies similiter lentiginosa: abominationem: ⁊
virtutis appetitiue defectionem: ⁊ maloꝝ chimorũ deside-
rium habẽt. Certificatur mulier cõcepisse ex his que Hip.
in aphorismis dixit. Da inqt mulieri mellicratũ in hora som
ni. si circa vmbilicũ torturam patiatur cõcepisse cognoscitur.
si non: ecõuerso. Mellicratum hoc facit: q: ventositatẽ ⁊ in-
flationem gignit: ⁊ vuluam cum recto intestino comprimit:
vt ventositas nõ transeat: sed potius circueat: ⁊ torturam fa
ciat. mellicratũ de crudo melle esse oportet: vt ventositatem

generet. Si vis certificare fetum masculum esse: color mulieris pulcher est et motus levior: venter rotūdus: ⁊ color corporis rubicūdus. Si color est fedus: motus tardus: venter longus in facie lētigo habeatur: ⁊ aliquādo in cruribus pustule ⁊ vulnera fuerint: fetus femineus erit. Causa abortiēdi: aut de interioribus est: aut de exterioribus. De interioribus ꝓpter humiditatem viscosam in vulua: que fetum lubricat: aut ex mala complexione vulue qua virtus deficit cōtentiua: sicut ex vulue apostemate: aut fe. aut nimio cursu menstruorum in conceptione vnde fetui nutrimentum venit minus ⁊ moritur a naturaq̧ expellitur. De exterioribus: sicut saltu: nimio clamore: timore: ira: leticia: que si sint nimia et subita: ⁊ sternutatio continua: aut ex percussione siue casu in vētre siue dorso. aut ex cathartico: aut post mundificationem: aut de nimio cursu sanguinis de aliquo membro corporis. ¶ Duricies parturiēdi: aut ex matre: aut ex fetu: aut ex secundina contingit: aut ex aliqua re exteriori. Ex matre si nimis crassa: aut vulua eius est parua: aut virgo: aut timida: aut debilis: vt fetum expellere nō possit: aut si apostema in vulua habuit siue aliā passionem: aut in alio aliquo membro: aut si non in tempore suo partus exierit. Ex fetu: si nimis magnus vel crassus: aut parum levis: vt ad inferiora non descenderit: aut si magnum caput siue duo capita habuerit: aut mortuus fuerit: aut si plures sint. quidam enim dicunt se vidisse mulierem quinq̧ peperisse: tres aut quatuor multi videre: aut si fetus non ſm ꝙ oportet exierit. caput enim fetus debet exire prius. ⁊ manus eius iuxta coxas extense: aut pedes prius: sed non distorti. Si aliter non exit ſm ꝙ oportet. Ex secundina: aut si non incidatur ex grossitudine sua: aut si ante tempus se scindat: aut si nimis lubrilis sit. Ex causa exteriori: sicut ex frigido aere vuluā constringente: et coagulante: aut calido aere corpus rarificante et virtutem deficiēte: vt fetū nequeat expellere. In his oībus si mulier sternutationem patiatur adiuuat facilitatem partus: sicut Hippocra. in aphorismis. Que inquit pas. vulue patitur: ⁊ subita sternutatio venerit bonum signum est. Dicunt obstetrices: quia parturire feminas longum est: sed dolor debilis: parturire vero masculum dolor acut⁹: sed velox. Si de muliere ante partū exeat sanguis: durior erit partus, si moretur facilior.

¶ De passionibus mamillaꝝ. Capi. xliij.

Passio in vberibus aut vniuersalis est: q: in eis sicut in alijs nascitur membris exterioribus mala complexio: apostemata ⁊ similia: que intelligētur: sicut alias dixisse nos meminimus. Aut propria est: sicut calidū apostema qđ nascitur in ipsis ex coagulatione lactis: qđ ex tumore et dolore intelligitur: duricie quoq̧ ⁊ rubore. Si sanguis coagulatus sit: intelligitur ex duricie: paruo tumore: ⁊ sanguinis dum mulgetur ostensione. dixit Hippocra. hec maniam significare. Gale. enim eum verum dixisse fatetur: non tamen semper: sed raro cum fumus sang. cerebrum ascendit. Aliquando patiūtur mamille: vt vna vel ambe contrahātur in grauidatione: vñ significatur nocumentum fet⁹: vel aborsus. Si vna contrahitur et gemini fuerint: vnus abortiendus erit. si dextra: masculus. si sinistra: femina abortietur. Causa contrahēdi: quia sanguis minuitur in venis: ad mamillas tēdens a menstruis. Item sanguis ab omnibus mēbris ad vuluam descendit propter laborem nature ad expellendum fetum: ergo ⁊ a mamillis. Aliquando patiūtur vulnera in grauidatione: duriciem: dolorem significātem in genibus ⁊ coxis: oculis: sicut Hippocra. dixit. Causa doloris: quia sanguis augmentatus et multiplicatus in mamillis cum natura eum expulerit: aut in inferiora corporis: aut in supiora expellit. Si in inferiora: patiūtur coxe ⁊ genua. si in supiora: ophthalmiam: ⁊ passiones alias oculoꝝ patiūtur.

¶ De passionibus coxaꝝ ⁊ pedum. Capi. xliiij.

Passiones in coxis et pedibus: sunt sciatica: artetica: podagra. Scia dolor est in hācha. hec enim passio in cōcatenatione nascitur coxaꝝ. differt a passione artetica: quia dolor huiusmodi est in coxarum ossibus exterioribus descendens vsq̧ ad cōcatenationem genuum: et aliqñ in calcaneum: ⁊ in extremitatem pedū. ab extranea parte nascitur aut de humoribus grossis ⁊ sanguinolētis: aut grossis ⁊ phlegmaticis in cōcatenatione coxarum inclusis. aliquando in concatenatione sua separantur coxe propter materie viscositatem: qđ si diu moretur: pedes cōtrahūtur: ⁊ claudicatio cōsequitur. pedes enim non cibis reficiūtur: vt oportet. vnde cōtrahantur necesse est: ideo Hippocra. in aphorismis. Qui dolēt inquit in coxis si dolor se prolōgauerit: ⁊ coxa discōcatenetur: necesse pes contrahatur ⁊ fiet homo claudus. plurimum hoc fit in partib⁹ sinistris. Dolor artericus dolor est ⁊ tumor qui in cōcatenatione membroꝝ nascitur. aliquando in concatenatione pedis membrorum: sicut calcaneo: ⁊ maxime digitorum pollicibus: et podagra vocatur. Si in concatenatione manuum ⁊ cubitorum sola artetica vocatur. Nascitur autem aliquando in cōcatenatione maxillarum ⁊ musculorum colli epatis: fellis: splenis: vt causa eius intelligi non possit. Cui⁹ causa concatenatio est defecta ad quam explendam ⁊ extendendam descendit humorum materia: vt membra extendat et eorum ligamenta nimium dolorem ibi faciunt. Causa magnitudinis doloris est duplex. Vna: quia nerui ⁊ ligamenta sunt sensibilia: et materia cum in concatenationem membrorum descendit nō cito dissoluitur propter duriciem illoꝝ locoꝝ: et non habet vbi moueatur: ⁊ currat sicut molliora mēbra. Hui⁹ passiōis pars in dolore est peior podagre. causa: q: materia podagrica in parua descēdit mēbra. i. pollices quorum concatenatio parua est: vt materiam pre paruitate sui capere neqāt si multa sit: vnde nimiū extendūtur: ⁊ dolor augmētatur. Si descēdat hec materia in maiora mēbra: sicut coxas: diuidit in ipsas: vtpote in magna nō extendūtur: neq̧ ita dolor magnificatur. Defectio ɔcatenationis aut naturalis est: ex quo factus est homo: idest initium sumens a parentela: aut ex labore nimio cū fatigata est ɔcatenatio: sicut multo equitatu ⁊ assiduo quo pedum deficit concatenatio: maximeq̧ polliciū: aut etiam ex mutatione. s. ex tenuitate nimia eiusdem concatenationis: aut ex percussione locum incidente concatenationis in quā humo. descendūt: aut q: in pricipalib⁹ mēbris sunt q̄ ad ipsam expellūt: aut ꝓpter laborem nimium: sicut equitare multum ⁊ coitum: que causa huic morbo generando est pessima: maxime si post saturitatem cibi veniat. vnde Hippocra. in aphorismis inqt pueri ⁊ eunuchi non sunt podagrici: qđ consequitur: quia coitu non vtūtur. hec enim causa prout dixi huius morbi est maxima. dixit Ga. super hūc aphoris. etsi eunuchi non coeāt tamen nostro tempore podagrizant: quia taliter dietant vt corpora humoribus impleant: sicut nimi⁹ est potus ⁊ cibus: ebrietas: quies: ⁊ suauitas: mūdificandi corpis negligētia: que omnia sunt podagre causa: sed pueros nūquam vidi podagricos: nisi ꝙ dolorem artericum in manib⁹ siue genibus habent ex vicinitate pedum. Item Hippocra. in alio apho. passio podagre plurimum mouetur in autumno ⁊ vere. Gale. super hoc. in vere propter inordinatam dietam ⁊ grossam in hyeme acceptam. vnde hūores in eorum corporib⁹ adunati cum veris tempus venerit liquefiunt: ⁊ currentes membra pungunt: ⁊ in eis nociui sunt: deinde expellūtur ad debiliora membra huic morbo apparata. In autumno adunantur hu. multi in corpore propter fruct⁹ multos in estate comestos: cum autem autumnus venerit: ⁊ humores augmētati sunt: decurrunt in membra debilia prout dixi. Aliquando podagra est ex parētela. verbi gratia. Si sint quedam membra in corporibus patrum debilia: fiunt in filijs similia: q: membrorum fundamenta ex spermate sunt facta. sperma autem in corporibus huiusmodi mixtum est cum humoribus his: qui morbi huiusmodi sunt generatiui: ⁊ fili⁹ qui de hoc spermate generatur: vt in hunc morbum incidat est apparatus: quia enim pedes naturaliter sunt debiles: et similiter omne membrum debile morbo apparatum est: quia natura hos humores mandat ad ipsū: ideoq̧ cum mēbra corporis sepe videris infirma: ⁊ sepe hu. recipi: intellige debiliora esse oībus mēbris corpis: ⁊ oībus succurrunt alijs. Aliquādo dolor artericus ⁊ podagra nascūtur ex tristicia: angustia: vigilia: ⁊ alijs anime accidētibus: quia humores in interiora cor

pozis mouetur: ⁊ in hanc cõcatenationem debilem mittum
tur. Uniuersaliter autem dico: quia arteticus dolor ⁊ po-
dagra atqꝫ scia plurimum nascũtur cũ cibo ⁊ potu homines
implentur: ⁊ quiescunt: ⁊ coitum sepe operantur ⁊ nimium:
⁊ maxime post cibum. hec autem membra naturaliter: aut
accidentaliter sunt debilia. Materia vnde morbus est: aut
sanguinolẽta est: ⁊ exteriore rubore: ⁊ tumore: ⁊ dolore ĩtel-
ligẽda ⁊ pulsatione nimia iuuamẽtoqꝫ rei frigide actualiter
supposite: aut ecõuerso. cuius dieta fuit antea sanguinis ge
neratiua: aut est cholerica: ⁊ ex nimio dolore intelligitur: et
citrinitate coloris: ⁊ paruitate tumoris: dieta infirmi cho.
fuit generatiua ⁊ iuuat res frigida actualiter supposita: aut
melancholica: quã ex liuiditate coloris est intelligi: ⁊ duri-
cie: cuius iuuamẽtum est res calida ⁊ humida supposita. in-
firmi anterior dieta fuit cholere nigre generatiua: aut phle
gmatica ex albedine coloris: ⁊ paruitate tumoris: ⁊ doloris
intelligenda: sed tamen in concauitate concatenationis sen-
sa. iuuatur autem re actualiter calida superposita: dieta in-
firmi fuit aut phlegmatis generatiua que de viscoso phle-
gmate nascitur. si in concatenatione moretur: augmentat
grossitudinem ⁊ viscositatem eius: ⁊ inde lapis generatur:
sicut in vesica nascitur: qd cum ita sit incurabilis est. Aliquã
do nascitur ex materia quattuor humorum commixta que
diuersitate significationum intelligitur: sed huiusmodi pas-
sionis durus est intellectus. cuius causa multifaria est sicut
diximꝰ: vnde difficulter sanatur. Oportet te intelligere apo
stema nascens in concatenatione saniem colligere: quia hu-
miditas eius est viscosa: cum autem augmẽtatur: vt caro cir
cundans concatenationem infundatur: pustule generantur
sicut in corporibꝰ hyposarcam habẽtibus. Si vero apostema
⁊ tumor in podagra dies moret. xl. statimqꝫ quiescit: si inquã
materia sit grossa. Si enim subtilis sit: minus moratur. Hec
sunt significationes morboꝝ p̃sentium qui in quolibet mẽ-
broꝝ sunt interiorum.

Finitur pars nona theorice.

Incipit pars decima theorice de signis pro
nosticis infirmitatum ad salutem: siue ad mor-
tem attinentium.

Capitula libri decimi.

De vtilitate significationis
nunciatiue. Capi. j.

Intellectus significationum futura-
rum rerum non minus est iuuatiuus: q̃
scire significationem presentium morbo-
rum: magisqꝫ credendum est posse iuuare
cum dignius sit scire. Significatio ergo
nunciatiua quedam morbum denunciat:
⁊ hec in sanis est corporibus: quedã salu-
tem morbi: aut molestationem ⁊ pessimitatem: aut perditio
nem: que tria in infirmis corporibus sunt consideranda. Si
ergo medicus nascituri morbi sit prouidus: dietam ⁊ medi
cinam operatur: vnde morbus curetur: ⁊ sanum corpus s̃m
sui naturam custoditur. Si vero intelligat: q: infirmus mor-
bum euadat: sit in eo medicando fidus ⁊ securus ⁊ solici-
tus: sed preuidens q: infirmus moriturus sit: de nulla in eo
medicina se intromittat. vnde magnum est medico iuuamẽ
tum. Si enim medicus p̃uiderit mortẽ: ⁊ enũciauerit: ama
bitur ab omnibus de sua medicina confidentibus sibi: ⁊ bo-
nam hic famam pmerebitur: in futuro mercedẽ habiturꝰ.

De significatione plenitudinis et
dominatione hu. Capi. ij.

Significatio qua nunciatur morbus qualis sa-
nis corpibus sit venturus: quedam vniuersa-
lis: quedam particularis. Uniuersalis: cuĩ vna
significatione infirmitates nũciãtur multe. hec
autem humoꝝ corpis mõstrat plenitudinem: ⁊
eorundem corruptionem. Particularis: vno indicio: vnum
morbum ostendit. Nos autem in vniuersali incipiamus si-
gnificatione: que in humorum est plenitudine ⁊ eorum cor-
ruptione. Plenitudinis causa: multa est cibi ⁊ potus quãti
tas: exercitioꝝ vel balneoꝝ negligentia: multa quies ⁊ suaui
tas: ex quibus in corpe plures adunantur humores q̃ dissol
uantur: etsi hu. illi de cibo nati sunt laudabili: qd plurimum
inuenimus in hominibus poros corpis clausos habentibꝰ
pp̃ter paruitatem humoꝝ que ab ipsis dissoluitur. Gale. su
per secũdam pticulam epidi. qui sepe inquit: ⁊ multo tem-
pore multum laborauerit: ⁊ omni die in laborem inciderit:
⁊ multum biberit: labor autem suus nõ in suo tempore sit:
diuersi morbi in eius corpe sunt generãdi. Peior erit mor-
bus ⁊ deterior vbi cho. ⁊ viscosum phlegma coadunantur: ⁊
quoꝝ quãtitas ẽ multa. Corruptio aũt hũoꝝ ex multitudie
est illaudabiliũ ciboꝝ malos chimos generãtium. de qbꝰ in
corpibꝰ plus remanet q̃ dissoluat. Unde plenitudo ĩ corpe:
aut ẽ s̃z vasa. i. venas: q: vasa. i. concauitas haꝝ repleta ẽ: aut ẽ
s̃m operationẽ v̾tutis. Que s̃m vasa est multitudo ẽ chimoꝝ
inter venas ⁊ arterias implens eas plusq̃ capiãt ⁊ extendẽs
sicut videtur cum vtres humiditate impleãtur: qd plurimũ
est ex sanguine ⁊ spiritu. Significatio coꝝ: quia corpꝰ appa
ret plenũ: ⁊ vene similiter tumide ⁊ extense: color corpis ru-
beꝰ: tactꝰ calidus: neqꝫ fuit in balneo vel aere calido. hec enĩ
mouent sanguinem in corpus exterius ⁊ vene implẽtur vn-
de color sit rubeꝰ: ⁊ tactus calidus: pigritãtur ⁊ emolliũtur
extendũtur alaurd: sensus turbatur: aliquãtulum memoria
grauat. aliqñ etiã sanguis fluit de naribꝰ. solutio est vẽtris
dieta fuit ãtea vnde plenitudo est orta: somnꝰ multus: graui
tas ⁊ dolor in capite: quibꝰ plenitudo corpis significat. s. ea
que s̃m vasa est: ⁊ est significatio sanguinis: ⁊ si somniauerit
vnde aĩa letificet. ⁊ color fuit rubeꝰ plus plenitudo san. cer-
tificat. Plenitudo q̃ s̃m cõparationem est virtutis: virtꝰ enĩ
est defecta: neqꝫ valet ferre hu. corpis: etsi sint pauci sentit
in corpore grauitas sine apparitiõe plenitudinis aliqua sine
dolore ⁊ nocumẽto. materia enĩ illa nõ ex malis est hu. Hec
plenitudo aut ad cõparationem est virtutis aĩate qua mouet
corpꝰ. vñ grauat nimiũ ⁊ mẽbra durãtur ad motũ: aut ad cõ-
paratioñe v̾tutis naturalis vt a digestione deficiat cibi quẽ bõ
accipiat: ⁊ supfluitas in corpe remaneat que v̾tutẽ grauat:
⁊ si illa abũdantia adeo est multa: vt corpꝰ impleat. Intelli-
gitur aũt ex pigritia ⁊ grauitate ⁊ desiderij cibi defectione:
⁊ videt in somno quasi graue pondus habeat in collo. vrina
est indigesta: ⁊ somnꝰ ⁊ sudor est multꝰ: sed tñ sine rubore ⁊
tumore: ⁊ corpis extẽsione. pulsus vero magnus: q: chimꝰ hoc
faciens nõ est multꝰ: vt corpꝰ inde impleat. multus tñ est ad
virtutis deficiẽtis cõparationem: vt cõtinere nõ queat. Corru
ptio humoꝝ: si mali humores corpis s̃m sanguinem sunt: in
telligit ex significationibꝰ illis: quibꝰ plenitudo corpis que
s̃m vasa fuit: sed habet alia: vt in corpibus eoꝝ humiditas
appareat: aut citrinitas: vene plene. pulsus diuersus parum
habens magnitudinis: in ore dulcedo sentit. Sed tñ q: san-
guis est a cõmixtione alioꝝ hũoꝝ nõ liberat. vnde dulcor il-
le cũ amaritudie ⁊ salsitate cõmiscetur: ⁊ etiã acredine. corpꝰ
febricitat: ⁊ aliqñ pustule apparẽt: dieta hoĩs calida ⁊ humi-
da fuit: sicut carnes ⁊ res dulces. Si etas sit adolescentia re
gio ea: ⁊ hu. tp̃s vernum magis certificatur ex inanitiõe esse
sanguinis. Itẽ si in somno rem rubeã videat que odoris sit

fetidi: aut quasi dulcia comedit cum amaritudine: aut siccitate comixta fit certior res ista. Cũ he significatiões apparent significatur sinochus: phlegmones: variole: morbus pestilẽtialis: squinãtia: sanguinis sputa: ⁊ e naribꝰ sanguĩs fluxus: ophthalmia: emorroys: ⁊ similia: que ex multitudine sanguinis solent nasci. Significatio aliorũ humorũ talis est. Si corpori dominetur cho. ru. corpus in colorem citrinũ erit: aut rufum. defectio appetitiue virtutis: amaritudo in ore sentitur: punctura ⁊ ardor in stomacho: abominatio: angustia: vomitus cholericus: ⁊ egestio: sitis: lingue siccitas: oculorum cõcauitas: rigor: vrina ru. subtilis: pulsus velox: atq spissus: pustule apparẽt cholerice. dieta pr̃ia calida fuit ⁊ sicca sicut sunt allia: ⁊ nasturtiũ: cepe: sinapis: ⁊ simila. Si tempus estiuũ fuerit: regio ca. ⁊ sic. etas iuuẽtus: magis certificatur q cho. ru. dominetur. Si in somno viderit ignem: pirazeon: fulgur: ⁊ rem aliquã citrinam: fit medicus certior in his oĩbus cholericas pas. suspicamur: sicut tertianas causon: frenesim: cholericã pleuresim: ytericiam: apostemata: sicut herisipilas: formicas: epatis calorem: in vrina ardorem apostemata intestinorum: desiderij cibi ablationem: sitim nimiã. Significatio melãcholicorũ hu. dñantium: mutatio ẽ coloris in nigredinem siue liuiditatem. in ore saporem sentit acrem cum nimia siccitate: vigilia cũ nimia cogitatione animi suspitione tristi facie: cõstrictione in stomachi ore. In huiusmodi corpibꝰ morphea nigra videtur: pulsus tardus: subtilis ⁊ rarus. vrina alba ⁊ subtilis: fuit eis dieta cho. ni. generatiua sicut caro vaccina: camelina: caprina: melõgenia: caules: lentes: ⁊ similia. multus fuit labor. ⁊ p venenosa loca deambulatio: ãgustia: atq tristicia: in somno timor: somnia timida: que viderit ⁊ terribilia: sicut res nigra ⁊ tenebrosa in visu pessima. in odore fetida. ex quibus omnibus melãcholia certificatur. maxime si etas fuerit senectus: tempus autũnus: regio frigida ⁊ sicca: que significatiões cum appareant morbos melãcholicos nũciant: sicut lentigines: morpheam nigram: lepram: maniam: mentis pcussionem: dura apostemata: cãcrum: excoriationem cutis: varices: elephantiã: q̃rtanas: dolores splenis: ⁊ tumores. Phlegma corruptũ significat ex pigritia corpis: mẽtis duricia: mollicie: saliua de ore effluẽte: multis sputis: somno nimio: tumore faciei grauitate capitis: mutatione cutis in albedinẽ. defectiõe appetitiue virtutis ⁊ digestiue: sitis paruitate: nisi salsum sit phlegma: qđ intelligitur: q salsus sapor in ore sentitur: pulsus grossus mollis: ⁊ tardus: vrina turbida: infirmi dieta phlegmatis fuit generatiua: sicut sunt pisces recentes: fructus ⁊ similia. ⁊ mũdificandi corpis negligẽtia. maxie si etas fuerit senectus: ⁊ tempꝰ hyemale: regio frigida ⁊ humida: ⁊ in somno quasi aquam currentem desup viderit: aut natando vadit: aut pluuiam viderit siue niuem. certificamus phlegmatis dominationẽ. que signa si viderimus morbos phlegmaticos nũciamus: sicut epilepsiam: apoplexiam: et paralysim. febres quotidianas ⁊ similia. ⁊ mundificandi corporis negligentiã. Qui in somno viderit q̃si in loco putenti sit hu. putridorũ abũdantia in eius corpore cognoscitur. Si in extremitate corporũ sanorũ appareat prurigo: pustule: lẽtigo: significãtur mali hu. in corpore esse. he sunt significatiões malorũ hu. dominãtium ⁊ multorũ. Oportet aũt vt puideas ⁊ res hos morbos generãtes cõtrahas cũ causis cõtrarijs anteq̃ appareãt morbi: fm q sumus dicturi.

De significatione ppria morbi futuri ⁊ passione nunciatiua. Capitulum.iij.

Particularis figtio vniuscuiusq morbi futuri: aut de re itelligitur naturali: aut de re extra naturã. De re naturali si videamꝰ mutasse qualitates sani corpis a naturali cõsuetudine sui: certificatur: q morbꝰ sit vẽturus: aut neutrũ: sicut si augmẽtetur virtus appetitiua: vel minoretur nõ ex cõsuetudine sua: aut saporatur nõ prius saporata: aut horreãtur prius saporata: siue sit cibꝰ siue potꝰ: aut si desideret res calidas. silr si egestio sit minor quantitate cibi: aut ante tp̃s: aut post grossa sit vel subtilis nigra: vel citrina: vel putrida ⁊ similia. Item si vrina plus sit quãtitate potus vel minus: rubea vel alba: aut diuerse colorata: subtilis vel grossa: aut putrida: morãs seu retinnas. Silr vẽtositas extes si augmẽtetur vel diminuat: ⁊ sudor si maior vel minor sit diuersius in colore ⁊ odore: ⁊ mẽstrua si maiora vel minora sint vel diuersiora in colore q̃ esse soleãt: aut si nõ veniãt. similiter ex emorroyde: ⁊ somnus si plus sit vel minus aut consuetudinem suam egrediat. Similiter sternutatio ⁊ ructatio: emũctio: atq sputa: auricularũ q putredo: ⁊ itidem coitus si plusq̃ soleat cõcupiscatur: vel minuat. Similiter obliuio: ⁊ pigritia q̃ non fuerint cõsueta: ⁊ si sensus corporis deficiãt. si corpus augmẽtetur vel minoret: vel in aliũ colorem mutet: ruborem siue citrinitatem: aut liuiditatem: ⁊ similia. De re nõ naturali si suã naturã in quantitate siue qualitate mutauerit. Similiter somnia si sepe eiusdem spẽi sint visa: si cum videantur somniãs excitet: ⁊ iterum obdormienti eadem videãtur: homo in sua sanitate nõ significatur pmanere. he omnes significationes: aut morbũ: aut neutrũ sunt nũciantes. qui aũt hec oĩa accidẽtia pfecte cognoscere laborat: bene cape poterit de loco illo in quo de accidẽtibus disputaui. Opz aũt hec oĩa in corpibꝰ sanis perquiras: neq ĩterrogatiões negligas: qđ si feceris: vẽtura corpibꝰ nõ ignorabis. Significatiões de rebꝰ ex naturã pcipiẽde sũt he. Si q̃s sudorẽ patiat fetentem: futurã expectet fe. q fetor hũorũ putredinem ostẽdit. Silr vrina putida. fe. signif. cat ex putredine. Qui fe. hz cũ tussi sicca: ⁊ febras decessens: tussis vo pmãserit: nũciãtur vulnera in auriculis pmanẽtia. manere aũt tussim: materiã pmanẽtem ostẽdit: q̃ grossa ⁊ ĩdigestibilis ẽ. Terminꝰ vo eiꝰ materie cũ vulneribꝰ solet vẽire semp. Si q̃s raucitatem patiat vocis: ⁊ ruborem coloris cũ liuiditate mixtum: elephantia designat futura. Si in corpe carbũculi augmẽtantur: vulnera significant. si glãdes: tumor iterior. Si quis de morbo acuto sanabit: ⁊ pruriginem in aliquo loco corpis patiat: vulnera ibidẽ futura portẽdunt. maxie si morbus fuerit lõgus. Si dolor capitis senibꝰ immoret: cecitas ⁊ mania designant. Si eñ natura deficiat in digerẽda ⁊ expellẽda illa materia: aut ĩ oclos descẽdet: ⁊ cecitatẽ faciet: aut ĩ cerebri vẽtriculos: ⁊ faciet maniosos. si vo senibꝰ dolor capitis ⁊ hemicranea fuerit catharactas significabit. si q̃s ãte oclos cimices aut muscas viderit. catharactas portendit. Si titillatio illa ex phlegmaticis sit hu. cũ ventositate: hi quoq hu. in lacertis faciei cõcludũtur. et si malos in lacertos maxillarũ descẽderint. fiet paralysis. Qui nimiã dormitationem habet in corpe: epilepsiam videt significare. dormitatio eñ ex oppilatione est nerui: q̃ ne vtus sensibilis ⁊ motiua, put opz quo tpe ad mẽbra trãseant impedit. Si vo moretur hec oppilatio: mollicies mẽbrorũ fiet. i. epilepsia. Qui vo nõ hz stuporẽ ⁊ assiduã vertiginẽ: epilepsiã. i. caducũ morbũ est habiturꝰ q stupor est de phlegmaticis hu. ⁊ grossis dñantibꝰ corpi: ⁊ vertigo illa ex eiudẽ est hu. cũ cerebro dñentur: ⁊ vene eius inde ipleãtur. vñ hec vtraq accidẽtia future epilepsie sunt pnũciatiua. Si infantuli acutas fe. habuerint ⁊ cõstipatiõem vẽtris: vigiliasq ⁊ color eorũ erit ni. viridis vel liuidus: spasmus pnunciat. Habẽtes nimiã plenitudinẽ: ⁊ in capite grauitatem: in corpibꝰ turbiditatem: apoplexiã sunt habituri. hec oĩa accidẽtia nõ sunt nisi ex plenitudine cerebri de hũoribꝰ grossis: qui cũ augmẽtent veniẽtes ad cerebri vẽtriculos oppilãt eos ⁊ faciũt apoplexiã. quorũ cerebrum patit ex casu vel pcussione statim apoplexiã patiũtur. in cerebro eñ frãgitur neruus qui ab ipso ⁊ nucha egredit: vnde sensus aufertur ⁊ motꝰ: q̃bus ab initio dolor ẽ in capite ⁊ in pcordijs. cũ aũt augmentabit mẽtem erit pditurus. Qui hz grauitatẽ in capite cũ augmentet stuporẽ est passurus. Si titillationẽ hz in toto corpe: spasmũ significat: q plenitudinem neruorũ futurã demõstrat. Quibꝰ oculi sũt rubicũdi ⁊ grossi: ⁊ tumor ĩ facie cũ dolore nimio ĩ capite: frenesis portẽdit: q hec accidẽtia mõstrãt dñatiões sanguĩs in cerebro: qđ cũ ipo impleatur cal. apostemata gñant. Ubi tristicia ⁊ aĩa suspiciosa sine cã: melãcholiã pnũciat. tristicia eñ ⁊ timor de cho. ni. oriũt: sicq cũ dñet cerebro iste hu. pcreat pas. hec. Si q̃s hz catarrũ: ⁊ sepe atq multũ: aut asma nũciat: aut piplemoniã: aut vulnera in pectore ⁊ pulmõe: maxie si hõ macer sit: ⁊ strictũ pectꝰ habuerit: q catarrꝰ a cerebro descẽdit ad guttur pul-

monem quoq; ⁊ pectus: qui si sit grossus canales pulmonis oppilantur: ⁊ asma cōcitur. Si acutus eadem membra pū gūtur: ⁊ vulnera faciūt. Titillatio veniens sepe sub hypocū dria: apostema in diaphragmate futurum significat. Qui in pleuresi saniem vł san. screāt: ⁊ in dieb⁹. xl. nō mūdificāt ema pici fiunt: sanies eñ si in pectore moretur ad pulmonē cōfluit: ⁊ cito vulneratur ꝓpter raritatem sue sube. Screare rotūdū ī pleuresi phthysim portēdit: ⁊ si sit cū sigtiōe aliena tioni ptinēte certificat alienatio esse. Si qs hēat grauitatē in dextra pte sub diaphragmate pūcturāq; ⁊ extēsionem: ha bebit epatis pas. epar eñ in latere isto ⁊ ī illo loco positū est vbi si qs grauitatem sentiat ꝯstipationē pūcturam acutos hu. vł apostema ca. significat. Si egestio sit alba yctericiā ꝓ nunciat. cho. eñ ru. nō vadit ad corpis inferiora: sed cū san guine mixta totū corp⁹ pambulat: qđ ꝯtingit ex cōstipatiōe fellis. Quib⁹ facies est tumida: ⁊ silr oculoꝝ palpebre: hydro pisim sigt: q: ṽtus digestiua cū deficiat nec possit ad hec ire loca vt digerat: tumorē creat. Quib⁹ tortura ⁊ dolor est circa vmbilicū: nec mitigat̄ cū pharmacia vel epithimate vł cale factōe alio ve medicamine: tympaniā significat vēturā. Si quis fastidiū h; ⁊ abominatōē ⁊ in sinistra pte sub hypocū dria vētositatem: colicā caueat pas. q: egestio si nō exit clau dit colon: ⁊ in stomachū ascēdit: ⁊ fastidium: ⁊ aboīationē: ⁊ vomitū facit. colon eñ intestinum in sinistra pte est positū. cū ergo egestio nō exeat vētus necesse est vt in hoc loco clau dat. Si qs in femorib⁹ ⁊ in hanchis: grauitatē ⁊ extēsionem habuerit: in renibus habebit passionē. Si in exterioribus locis dolorē habuerit: expectāda sunt apostemata in exterio ribus locis. Si int⁹ silr habebūt intrinsec⁹. Qui mingūt vri nam sicut litargirum pistatum: lapidem in vesica habēt. Si ardor vrine diu moretur vulnera in vesica nūciātur ⁊ virga. Qui habēt egestionem cum tortura: ⁊ ardorem in natibus dissinteriam sunt habituri: q: hu. cū egestione exeūtes cho lerici sunt ⁊ acuti. Si augmentētur prurigo ⁊ ardor natium emorroydas pronūciant. Si pregnātes solutionem ventris patiantur: abortus significatur. Si sang. in mamilla coagu latur futuram maniam significat. menstruus enim sanguis cum ad mamillam venerit: ⁊ virtutem in lac mutādi non ha buerit: sicq; in mamillis permāserit: calefact⁹ ī pessimā mate riam melancholicam mutatur: ⁊ causa manie efficitur: q: fu m⁹ acut⁹ ⁊ pūgitiu⁹ ī cerebrū ascēdit. Si mulier macidissima est ⁊ ꝯcipit abortit̄ fetus anteꝗ ingrossescat: q: si mulier ma cidissima est ⁊ ꝯcipiat nō ingrossescit: vt fet⁹ in sua sanitate p maneat: grossicies est cū sanguis in nutrimētū corpis venit qđ cū nō fiat ⁊ fet⁹ sine cibo remaneat: necesse ē moriat̄: ⁊ eū mulier expellat. Si mulier in mamillis duriciē patiat̄ dolorē mamillaꝝ: ⁊ coxaꝝ: genuum atq; oculoꝝ: neq; īde abortien dus puer nunciatur: q: duricia mamillaꝝ de nimia est sang. abūdantia: que cū augmētatur: duricies cōficitur ⁊ extendit̄ ⁊ natura illā abūdātiam expellit in hec mēbra: ⁊ dolorem ge nerat. fetus nō abortitur: q: sanguis in nutrimētum sui sibi venit. Mulieris pregnātis menstrua si currāt nō ex cōsuetu dine sua: fet⁹ eius nō est sanus. ⁊ silr si lac de mamillis fluat qđ ꝯtingit q: nutrimētum fetus sanguis est menstruus: q̄ si ex ꝯsuetudīe sua currat defectōem significat fet⁹ cū non sibi trahere valeat. Si vero nō mūdificet̄ mulier post ptū mor bus gñatur. sanguis eñ non exiēs: ꝫ inclusus est malus. bo nus eñ puerum nutriuit: ⁊ secum traxit plurimū: hic si re maneat apostema in vulua vel epate generat: ⁊ aliqñ si san guis est pessimus in pditionem portat. Vulnera habētib⁹ ex quib⁹ tumor nascitur qui subito decidat retrosq; sunt vul nera: spasmus nascaturus mōstratur: aut thetanus. si antea significatur mania: periplemonia: sanguis vel saniei egestio vel pleuresis. Si eñ apostema est in ꝓpatulo certificatur in firmus de malis sibi futuris accidētibus. Si subito intus re deat: mouet materiam ad q̄dam membra principalia: ⁊ pessi mos morbos gñat. Si retro vel in dorso fit apostema: fiunt thetanus ⁊ spasmus: q: hec corpis loca plurimū sunt neruo sa. Si aūt materia sit in pectore ⁊ in ipm circūdātib⁹ facit pe riplemoniā: pleuresim: saniem: ⁊ sitia. Si materia in stoma chum descēderit ⁊ in intestina: facit sanguis egestionem. Si quis vulnera in capite patiatur: locus vbi vulnus est emol litur: ⁊ locus oppositus spasmatur. Quecūq; mēbra calesiāt vel frigescāt morbū eorūdem denūciant. Silr in quibuscūq; sudor appareat hu. calidū in eisdem mēbris significat.

De significatione temporum morbi. Cap. iiij.

Primi⁹ sigtiōes morbos sanis corpib⁹ nūciātes futuros. Op; ꝗ dicam⁹ eas sigtiōes: q̄ salutē si ue pditōē: infirmis corpib⁹ sūt portēdētes. Scia aūt harū significationū: aut vtilis est aut pericula ris. Vtilis in tria diuiditur: aut in morbi tpis scīē tiam: aut in acuti seu diuturni morbi differentiam: aut in diem creticā ⁊ eius significātiā. Nos ab vtī incipiētes signi ficatione de morbi ordiemur tpe: q: tēpoꝝ scia maxie est ne cessaria ꝓpter statū. Necessitas hec tpis est duob⁹ modis. vna eñ preuidet̄ futur⁹ morb⁹ ⁊ crisis: ⁊ altera ꝯm tēpamē tū est infirmi. futurū aūt morbū necesse est ꝓuidere: q: pluri mi ī statu moriūtur: cū hoc morbi tps molesti⁹ sit ⁊ piculosi⁹ aliqñ ī augmēto moriūtur: in decliatiōe nō: nisi passiōe alte ra supueniēte: aut de peccato regimēti incidēte. Causa pec cati aut ex parte est infirmi si inobediēs sit: aut medici si in regimētum peccauerit: aut ministri: sicut obiurgatione: cla more: infirmi pturbatione: ⁊ ex motus importunitate: ex q bus morb⁹ reuertit̄. ⁊ plurimū ex morbis salubrib⁹. Si ṽtus deficiat moriūtur. Si fortis sit pa. medicus ꝓuideat ⁊ nūciet q: morbus in tpe status secedet. si ṽtus defecta sit ⁊ vsq; ad statum nō sufficit: operet̄ medicus rem cōfortatiuā virtutis ꝯm dietā ⁊ medicinā. Si morbus sit mortalis: ꝓuideat mor tē āte statū ꝯm q̄litatē defectōis. Regimētū infirmi tale sit: si in statu fuerit: subtilietur dieta ne virtutem ex cibo impe diat: ⁊ morbo nō repugnet. Si morbus ad statū nōdū pue nerit: grossiorem cibū infirmo op; ministrare: ne ṽtus dissol uatur vsq; ad statū. Tēpora morbi sunt quattuor: initium: au gmētum: status: ⁊ declinatio. Initiū insensibile est: q: in tria diuidit̄: aut eñ in tps qđ nō habet latitudinē: ⁊ insensibile est: aut in tps cui⁹ diffinitio est in trib⁹ diebus: qđ esse verū in morbis constat oībus ꝗuis ratio nō recipiat: aut in tps cū mutationem sentiat infirm⁹: ⁊ nocumentū actionis: quoad morbus incipiat decoqui: vel digeri. hoc aūt tēpus certū est initiū. Augmentū ē cū natura icipiat digerere morbū: ⁊ mor bus augmentetur in fortitudine ⁊ ṽtutes deficiāt. Status est augmētum ⁊ cōplementū decoctionis: qđ est cū morbus figitur neq; augmentat̄: ⁊ morbus molestior ⁊ periculosior habetur. Declinatio post statū incipit cū accidētia se figūt: idest nō mouentur: ⁊ minui incipiūt ⁊ virtutes preualent in morbum: infirmiq; quiescunt finiēdo morbum. Hoc tēpus tribus modis intelligit̄. aut eñ ex natura morbi: aut ex acci dentibus cum cōcomitātibus: aut ex decoccione ⁊ eius abla tione. Ex natura morbi res perquirūtur: quib⁹ coadunatis morbus ꝯficit̄: sicut sunt familiaria accidētia. vbi grā pleure sis accidētia familiaria: sicut alibi dictū est: sunt feb. dolorq; pungitiuus: tussis: ⁊ anhelitus. Si ergo hec accidētia ab ini tio morbi nō minuant̄: neq; augmētentur: ⁊ corp⁹ grauetur morbus in augmento esse portenditur. Si virtus morbi in magnitudine augmentetur: ⁊ ibi tandem denigatur: mor bus ad statum ascendisse significatur. Si a quantitate pri us habita minoretur: ⁊ quiddam leuitatis ⁊ quietis sense rit infirmus: intendit̄ morbus esse declinatus. Ex accidenti bus morbū cōcomitātibus: q: in quibusdā fe. dolor capitis: in alijs alienatio mētis: in alijs vigilie. ⁊ alia hmōi: hec acci dentia cum augmētari videamus ⁊ morbus augmētatur si virtuose sigant̄: status morbi perpēdit̄. Si vero minuūtur in declinatione fore designat̄. Ex defectione: si nō appareat aliquid digestionis in vrina: nec in egestione: nec in sputis morbū in initio esse intelligimus: cū aūt aliqua significatio decoctiōis appareat: morb⁹ in augmēto esse est ītelligēdus cū decoctio cōpleat̄ morb⁹ est in statu: ⁊ ī decliatiōē vergit qđ ex q̄ete infirmi: ⁊ leuitate ītelligit̄. Si morb⁹ ex piodibus fe. est: pquirēda sunt accidētia que comitant̄ ī tpe accessiōis ⁊ eius augmētatiōis: minoratiōis ⁊ defectiōis. decoctōis: ⁊ eiusdē ablatiōis: ⁊ festinatiōis ⁊ more: longitudinis ⁊ bre uitatis: ⁊ laboris siue quietis: ⁊ equalitatis in festinatio ne ⁊ mora: longitudine et breuitate: quia si febris ante suū

tp̄s festinet augmentū significat: si morek post suū tp̄s: de-
clinatio portenditur: sed tamen oportet inquiri q: multe fe-
bres ante tempus in sua peryode festinantur: alie moranē.
Unde oportet intelligi q: si feb. festinant ante tempus quo
accipere solebāt: intelliguntē in augmēto esse: si econtra in
declinatiōe. Augmētatio est feb. in lōgitudine et breuitate.
Si eñ tēpus durātiōis vel augmentādi lōgius est q̄ soleat
esse: intelliges in augmento esse: si autem in declinatiōe: si
equale in statu. Si feb. naturalr festinat: ⁊ tātūdē morak ita
q̄ festinare ⁊ morari suum eq̄lia sunt potes intelligere esse
statū. Ex longitudine quietis infirmi taliter p̄pedes: si lon-
ge quiescat infirmus a feb. ⁊ corpus a calore mūdificek ⁊ al-
leuietur: in declinatiōe esse intelligik. Si tp̄s accessionis fe-
bris quieti est equale: ⁊ infirmus a feb. dimissus: neq̄ leuita
tem: neq̄ quietē sentit: in statu intendik esse feb. Op̄z autē
intelligi q: spaciū vniuscuiusq̄ horum quattuor temporū ex
lōgitudine ⁊ breuitate est morboꝝ: q: tēpus initij ⁊ augmē-
ti in acuta egritudine est paruū: ⁊ similiter status ⁊ declina
tionis. Materia eñ hunc morbū generās est subtilis: et ca-
lor fortis: vnde morbi decoctio festinak. In morbo vō diutur
no spaciū hoꝝ. iiij. tēpoꝝ lōgū est: materia eñ vñ exit grossa
est: ⁊ calor paruus: vnde fit vt digestio ⁊ decoctio morentur.
Ideoq̄ diuturnus morbus in estate breuior est cum estiu⁹
calor ad coquendā materiā adiuuet: ⁊ acut⁹ morbus in hye
me longior p̄pter frigiditudinē aeris hu. congelātis ⁊ deco-
ctionē tardātis. testātur hoc breuitas feb. quartane ⁊ quo-
tidiane in estate ⁊ tp̄e calido: ⁊ longitudo earū in hyeme et
autūno ⁊ frigido tēpore. Feb. autē synocho vel kauson: sudo
re superueniēte: neq̄ terminū cōplente: diuturnitatē signi-
ficat: q: multitudinē materie demonstrat.

De scientia acuti ⁊ diuturni morbi. Cap. v.

Scientia acuti vel diuturni morbi necessaria est
duab⁹ de causis: aut ex p̄uidentia vt discernak
vbi morb⁹ finiak: aut ex cibi infirmi ordīatōib⁹.
Ex p̄uidētia: q: passio acuta finik in die cretico:
diuturna cū egestiōe ⁊ solutiōe: medicus ī acu-
ta egritudine salutē infirmi vel perditionē nūciat in tp̄e cri
sis. In diuturna vō ſm decoctionē ⁊ dissolutionē: ⁊ cuz au-
fertur decoctio: ⁊ minorak ⁊ dissoluik virtus. Ex cibi ordina
tionib⁹ sic: q: eñ egritudo acuta velociter venit ad statū: ne
cesse est ḡ cū subtili dieta infirmū nutriat medic⁹ ne natura
infirmi īpediak ex digestōe ciboꝝ ad morbo repugnādū. In
diuturna īfirmitate grossos cibos necesse ē subministrare: ne
ex lōgitudine tp̄is morbi dissoluak virt⁹: cū tñ ad statū per-
ueniak: necesse est vt iam subtilis detur cib⁹: hac de cā mor-
bum acutū intelligere maior est necessitas. Acut⁹ etiā mor-
bus esse intelligik: cuius tēpus paruū est: ⁊ molestationē ha-
bet. vñ Hip. in apho. indiciū inq̄t de morte ⁊ vita nō p̄fectū
est ⁊ certū in egritudine acuta. Hoc aūt dixit propter mole
stationē ⁊ suorū accidētiū duriciē. Unde sicut de vita spera
mus: ita de morte timem⁹: ⁊ ecōuerso. Egritudo eñ acuta
ordinationē habet in suo acumine: est eñ acuta in vltimita
te: cuius termin⁹ est in tertia vel quarta die: vel. vij. vel. xiiij.
aut. xvij. vel. xx. est que vocak acuta mutatiua: cuius termin⁹
est a. xx. die vsq̄ ad. xl. ⁊ ita nullus morbus vocak acut⁹ post
xl. dies finiendus: erit ḡ diuturn⁹: cui⁹ termin⁹ nō est ſm cri
sim: sed ſm dissolutionē sensui apparētē ⁊ materie decoctio
nem. Perditio ex minoratiōe virtutis significak ⁊ ablatiōe
decoctiōis. Quo modo morbus acut⁹ ex crisi intelligak fi-
niendus: ⁊ cū dissolutiōe diuturnus: ex specie morbi ⁊ mo-
tu suo pulsu figura corporis qualitatib⁹: ⁊ ex reb⁹ coniun-
ctis siue disiunctis: attēdi debet ex dicēdis vel ex dictis. De
specie morbi sicut causon: ⁊ vera tertiana: sinocho: ⁊ alijs fe
brib⁹ q̄ apostemata sequunk in viscerib⁹: sicut frenesi: pleu-
resi: periplemonia: squinantia. Itē sunt feb. acute in die ter
tia finiende: q̄rtane vō autūnales: vł hyemales: marie quo
tidiane nō vere tertiane: hemitrite⁹ feb. lipparios: talij mor
bi phlegmatici vł melācholici: morbi sunt diuturni nō cū cri
si finiēdi. Immutatiōe morbi: q: si velox sit mot⁹ ⁊ calor for-
tis: nocumētū graue ⁊ magnū: ⁊ dolor fort(: tūc acut⁹ morb⁹
demōstrak: ꝯria ꝯtrarie sequunk. Ex pulsu: q: si sit magn⁹:
velox: vel spissus: acutus morbus denunciātur. Si paruus:
tardus vel rarus erit diuturnus. Ex figura ⁊ qualitatib⁹ cor-
poris: q: si in prima die apparet minoratio carnis: desiccatio
faciei: mutatio coloris: aut in ruborez: aut in citrinitatē: acu
tum intimat morbū: si econtra diuturnū. Ex rebus quidem
coniūctis siue disiunctis: intelligimus vt ex reb⁹ naturalib⁹
i. etate infirmi sua cōplexione ⁊ regione sua: que si iūgantur
cum supradictis: vt si infirmus sit iuuenis: cōplexio ei⁹ cali-
da: tempus estiuū: regio ⁊ aer calidus: magis est certifican-
dus morbus acutus. Si infirmus sit senior ⁊ regio frigida:
tēpus hyemale sit morbus diuturnus. Si significatiōes in-
ter hec fuerint mediocres: ⁊ mediocris morbus inter acutū
⁊ diuturnū fuerit: oportet vt studeas ⁊ inuestiges has signi
ficationes: ⁊ inter forte ⁊ debile cōpares. Si eñ hec feceris:
de acute egritudinis ⁊ diuturne scientia non falleris.

De intelligenda crisi ⁊ causa eius. Cap. vj.

Tempora morbi diximus acuti: sequik vt de crisi ⁊
ei⁹ causis dicam⁹. Dico aūt q: sal⁹ morbi vł egri:
⁊ mors sunt cōmutatio ⁊ reuolutio morbi: q̄ duo
aut in tp̄e paruo sunt subita: ⁊ ad salutē infirmuz
ducentia: aut ad mortem deferentia. que ducunt
ad sanitatē bone crises esse dicunk: que ad mortē male. hec
autem in acuta egritudine sunt ꝯsiderāda: aut mutatio pau
latim in longo tēpore protrahik ducens infirmū ad salutem
que cū augmētatiōe fit virtutis: ⁊ minoratiōe morbi: si pau
latim: aut hec eadē mutatio paulatim ad mortē ducit: qd̄ fit
cum virtus minoratur ⁊ morbus augmentak: hoc autem est
cum mēbra consumunk ⁊ substantialis humiditas corporis
congelatur: ⁊ calor naturalis extinguik. hec autem vtraq̄ in
diuturna egritudine: aut eñ sunt mutatio inter tardū ⁊ ve-
lox diuersak ⁊ ad salutē ducit: qd̄ fit cū morb⁹ subito ad bo-
nū reuertik: ⁊ post paulatim minorari incipit: ⁊ vir⁹ augmē-
tari quousq̄ morbus finiatur: aut mutatio inter tardum et
velox ducit ad mortē: quod fit cum subita morbi reuolutiōe:
infirmi virtus minoratur: ⁊ paulatim ad mortē dissoluitur.
Hec duo in mediocrib⁹ cōsideranda sunt passionibus: que
inter acutum ⁊ diuturnū morbū habenk. Ergo species cri-
sis sunt. vj. mutatio prima ad bonū subita: ⁊ dicitur bona cri
sis: scd̄a ad malum subita: ⁊ dicitur crisis mala. tertia muta
tio morbi paulatiz ad bonū: ⁊ d: dissolutio: quarta mutatio
morbi paulatim ad mortem: ⁊ d: ꝯsumptio atq̄ finitio: qn-
ta mutatio subita ad bonū que paulatim minoratur vsq̄ ad
sanitatem: sexta similiter ad malū cum virtus deficiat vsq̄
ad p̄dēdū. hec duo vltima cōposita crisis dicunk. Bona cri
sis in statu egritudīs acute fit cū hu. subtilianē: ⁊ natura ad
dissoluendū bonū a malo mouek: ⁊ in expellendū malū mo
uetur ⁊ confortatur vt a corpore eijciatur. Mala crisis simi-
liter est in statu cum nature preualeat morbus: est itaq̄ si-
cut dixit Galienus, crisis mutatio velox et subita super-
ueniens morbo propter duriciem accidentium: ⁊ infirmi ⁊ re
luctamentum ducens ad sanitatem vel ad mortem. Ueloci-
tatem dixit motus propter calorē: calor eñ naturalis natu-
raliter facit velocem mutationē. Duriciem accidentiū ⁊ in-
firmi dixit reluctamentū: q: morbus in vltimitate status: et
virtutis est posit⁹ ex furore humorū: vnde morbus existit: ⁊
ex nature dominatione in morbum vel ex repugnatione: vir
tus eñ repugnat morbo vt euz vincat: ⁊ quoquo modo pōt
se adiuuat vt materiā sc̄z a corpore expellat. Similiter mor-
bus contra virtutem pugnat: ⁊ laborat vt sibi preualeat. Cū
autem virtus morbum superat: fit crisis bona: et infirmum
ad sanitatem ducit: cum morbus virtutē vincit: fit mala cri-
sis: et infirmum interimit. Uocatur autem crisis iudicium: q:
hoc tempore apparet perfecto medico quo vtendum sit in-
firmo ex scientia quātitatis morbi ⁊ virtute infirmi: vñ opor
tet virtutē infirmi inuestigare: q: multū iuuak in p̄nosticis
futuris medicus: non autem ex ratione p̄nt intelligi: sz poti⁹
experimētis ⁊ visitatiōib⁹ infirmi assiduis. Intelligitur aūt
crisis tribus modis: aut ex scientia rerum cum quibus ve-
niat: aut ex sciētia in qua die esse debeat: aut ex sciētia suoꝝ
signorum: idest accidentium malorum.

De qua purgatione crisis veniat. Cap. vij.

Scientia rerū cum quibꝰ crisis sit ventura taliter est inq̄renda: cū em̄ virtus morbo p̄ualeat: aut materiā ciꝰ expellit oīno a corpe vt valeat illud purgare: aut in aliqđ membrū p̄ijcit ignobile atq̧ debile. Purgatio materie expulse ē: cum morbus fit acutꝰ: materia subtilis atq̧ leuis: hoc autē est cum sudore atq̧ vomitu seu egestione: aut sanguine de naribus effluente: mēstruis quoq̧ ⁊ emorroydis. quecūq̧ horum veniant erit crisis inde habēda. Hec q̧ purgatio in quibusdā est maior: in quibusdā minor: ſm quātitatē materie ⁊ locū infirmū. Scđm materiā: q: in cholerica vel pacuta passione crisis erit cū sudore: vomitu siue egestione. In sanguinolentis ergo morbis ⁊ feb. que sequūtur apostemata in viscēribꝰ: si calida sit materia: erit cū sanguine a naribus fluente menstruis vel emorroydis. Scđm locū infirmi: q: crisis in frenesi cum sanguine e naribus erit et nimio sudore in collo ⁊ in capite. In feb. que est ꝓpter apostema epatis: si sit in gibbo sui: erit cum sanguine e naribus dextris: aut cū sudore totius corporis: aut cū digesta vrina. Si sit in ꝯcauitate epatis: plurima crisis cū vētris solutiōe: vomitu: sudore: mēstruis vel emorroydis erit. In fe. ꝓpter apostema splenis: si in sinistra parte apostema erit. Ga. sup primā partē epyđ. vera causon que est ex pura cho. plurimā crisim faciet cū sanguine e naribꝰ effluēte. virtus em̄ caloris in hac feb. leuat sursum sanguinē: ⁊ dissoluit atq̧ ventositatem gignit: vnde vene aperiūtur: ⁊ crepant: atq̧ materia in quedā mandat membra: in quibus inde generant vel vulnera vel apostemata: vel nigrescūt aliqua mēbra: qđ contingit cum morbus non adeo est fortis: et materia est grossa: neq̧ virtus adeo est fortis: vrina aūt clara. plurimū autē hoc est in morbis quorū crisis post dies est. xx. q: quicunq̧ morbus post dies. xx. terminatur materie est grosse vel frigide: ⁊ ad digerendū dure: vnde vsq̧ ad. xx. dies morat vel plus: deinde cum natura confortat in materiā in aliquod membrū expellit eam: vnde generat vulnera nigredinē vel apostemata. Hec vulnera si in aliqua concatenatiōe sit virtꝰ defecta ⁊ infirmꝰ in manibꝰ vel pedibꝰ dolorē artericū habeat: apostemata gignit. Si in infirmitate infirmꝰ laboriosus fuerit vel si febricitauerit: plurimū erit apostema in articulis. Itē q quoddā mēbrorū fatigauerit anteq̄ infirmatꝰ fuerit: in illud membrū morbꝰ incidet. Apostema etiā in mēbris naturaliter debilibꝰ nascit: sicuti in articulis. Si passio fuerit in cerebro: aut nascit in molli carne q̄ est ī collo: si morbi sunt suffocabiles: aut molli carne ascellarū in passione pectoris ⁊ pulmonis ⁊ pleuresi: aut nascit in inguinibꝰ: sicut in fe. apostema splenis vł epatis sequētibꝰ: ⁊ etiā apostemata aliorū mēbrorū q̄ sub hypocūdria sunt. Apostemata itaq̧ pessima mēbra in quibꝰ nascunt denigrātia sunt in fe. q̄ ex viscerū nascūtur apostematibꝰ. cum his omnibꝰ acutus finitur morbus. Qui aūt morbus cū quolibet istorū nō finit: peior q̄ fuerit redibit. Si post auriculas exeat apostema neq̧ saniē facit: reuersionē morbi significat: aut articulorū apostema. Oportet autē intelligatur q: cū morbus finiat sine aliquo p̄cedentiū siue purgatiōe vel vulneribꝰ vel apostematibꝰ non debere te ꝯfidere quin reuertat. Unde opꝫ te fortiter studere in infirmi regimine sicut dicturi sumus in regimēto egritudinē exeūtis. Si em̄ hec feceris et morbus nō fuerit fortis nō reuertitur. Si vo morbus fortis fuerit: ⁊ tu ſm q̄ oportet infirmum bñ rexeris: reuertit: sꝫ nō fortis: ⁊ infirmus debilis sanādus erit. Ergo si negligas infirmi regimentū: reuertit morbꝰ duplus q̄ fuerit ⁊ nō curatur.

¶ De ymeracrisi. Cap. viij.

Ymeracriseos habēda est in die determinato. i. iiij. v. vij. ix. xj. xiij. xiiij. xv. xvij. xx. xxj. xxiiij. xxvij. xx. xxxiiij. xxxvij. xl. ⁊ post. xl. morbus cum crisi non finitur: sꝫ cū egestionibꝰ ⁊ dissolutionibꝰ. Hip. tamē dixit in prono. q: crisis in. xl. vł. lxx. ⁊. cxx. veniat. Item dixit q: infantiū morbus. vij. annis finiatur: aut cū ad etatē perueniat. Ga. nō dixit morbos creticos post. xl. dies p crisim finiēdos. horū em̄ motꝰ est tardus sicut crisis motus: q̄ est post. xx. nō est velox veluti ante dictū est. Uiginti g̃ cretici sunt dies vsq̧ ad. xl. venientes: ⁊ ibi se complentes: dies in medio pretermissi non sunt cretici cum crisis in eis non veniat: vel si eueniat rara est: estq̧ mortalis: aut morbꝰ reuertit peior q̄ fuerit. hi aūt dies cretici icipiūt ex quo infirmus mutationē suarū sentit actionum: ⁊ eorum nocumentū. Passiones mulierū que post partū eis veniūt a die parturiendi: sicut Hippo. dixit incipiunt. Dies cretici quattuor modis diuersant: ex spissitudine crisis in ipsis venientis ⁊ raritate. Scđs modus ex nūcio cretico indicatiuo: q̄ nūciat res post se futuras sic posse eē. Tertiꝰ ex bonitate ⁊ malignitate sua. Quartꝰ ex vt..te ⁊ debilitate. Spissitudo siue raritas: q: sunt quidā dies cretici in q̄bꝰ crisis sepe accidit: ⁊ sunt in quibus raro venit: et sunt in quibus fit et veni mediocris. Dies in quibus venit sepius diuersantur. iiij. spissandi gradibus. Primus gradus est. vij. vel. xiiij. Secundus. xj. vel. xvij. ⁊. xx. Tertius. xj. xvij. ⁊. xxj. Quartus. iij. et xviij. Dies in quibꝰ raro venit crisis in q̄tuor diuidunt. primus. vj. scđs. viij. tertius. xvj. quartus. xix. Mediocris crisis est. xiij. xv. xxiiij. xxvij. Diuersitas diei cretice ex nuncio sic forsan post se venture: vt cum dies indicatiuus quid in die cretica indicatiua post se ventura venire debeat nunciat: vtpote dies q̄rta nunciat q̄d boni ex crisi in. vij. veniat: ⁊ q̄d malignitatis in. vj. Uerbi grā. si in quarta appareāt bone significationes: sicut in vrina coctiones: digestiones: ⁊ corporis infusiōes ⁊ gutte sanguinis e naribus effluentes: ⁊ desiderij cibi excitatiōes: somni q̄es: ⁊ bonitas mētis fit cōplementū morbi in die. vij. Si vero male sint sicut animi debilitates: ⁊ extremitatum frigitudines: sudoris dispersiones: infirmi grauitates: mors infirmi erit in die. vij. dies. vij. nunciatiua est. xj. xj. xiiij. xiiij. xvij. xvij. xx. Diuersitas diei cretice in bono ⁊ in malo est: quia quedam crisis est bona ⁊ fiducialis ⁊ certa: vł bona crisis est cum qua morbus finitur anteq̄ significatio decoctiōis īminuta fuerit ⁊ malis accidētibꝰ caruerit que timenda sunt: sicut tremor cordis: dolor in precordijs ⁊ cum aliqua est purgatione: et ante se bonū nuncium habuerit. Hi dies inter se sunt priores ⁊ potētiores. priores his omnibus. vij. ⁊. xiiij. habentur: post hos in bonitate sunt iiij. ⁊. xx. minores his in bonitate. xj. ⁊ post hanc. xvij. xv. xxj. post hos. iij. est autem dies in qua cū crisis veniat est mala. Crisis mala est quam non precedunt decoctionis significationes: ⁊ accidentia sunt pessima: magna ⁊ molesta. v. vj. xij. post has. ix. post. xvj. ⁊. xix. Diuersitas crisis in virtute ⁊ debilitate est: q: est quedā dies cretica q̄ circulādo currit: quedam vo non circulādo currēs. Circulādo currēs q̄dā ſm. iiij. cōputat vt. iiij. vij. xj. xiiij. xvij. xxj. xxiiij. ⁊ hoc ordine vsq̧ ad xl. sicut dicit Hip. termini inquit q̄ post. xl. dies: circulādo. xx. sunt dies: vsq̧ ad. cxx. cū autē. xx. trāseat: deficit virtus quaternarij: virtusq̧ cretica trāsit in. vij. ⁊ crisis cum. iiij. ⁊. vij. circulantes ipse sunt fortiores et motu velociores. Dies autem cretica que nō circulando currit: est dies illa que inter quaternarios currit: ⁊ est. vij. quorū virtus currit vsq̧ ad xx. quos cum transeat non est virtus in eis. Si autem sit: est debilis. Causa autem diei cretice in. iiij. ⁊. vij. fortior ⁊ velocior cursus est lune: cū em̄ stelle motiue omniū cōstruētorū ⁊ destruendorū sunt in mūdo cause: ⁊ vnaqueq̧ harū habeat proprietatē p se destruendi rē sine altera: et luna habeat proprietatē significādi rem velociter se mouentem ⁊ cōuertibilem: ⁊ illa rōne velocitatē habeat cum omnibus alijs in cōuersione ⁊ motu rerum propter vicinitatē sui circuli in mundo inferiori: actionesq̧ sue in vnoquoq̧ appareant mense: ⁊ plurimū coniungunt cū sole: ⁊ cum inter se ⁊ solem gradus sint. xlv. ⁊ sua figura sit media q̄dratura: qđ in quarta die est sue apparitionis. Item cum actiones sue sint debiles: in illo tēpore cū inter se ⁊ solem gradus sint. xc. ⁊ tūc figura eiꝰ quadratura vocet: ⁊ quia inter se ⁊ solē quarta pars est circuli: qui in die. vij. est a coniūctiōe sui: ⁊ actiones eius in hoc tempore sint fortes: cū inter se ⁊ solem. cxxxv. sint gradus: ⁊ figura sui tres partes sint circuli: ⁊ hoc in. xj. fit die a sui cōiunctiōe: ⁊ actiōes eiꝰ debiliores sint prioribꝰ: cū inter se et solē. clxxx. sint gradꝰ: ⁊ eiꝰ figura oīno vocat opposita: qđ est in die q̄rtadecima: ⁊ figura eiꝰ est pfectꝰ circulus: actiōesq̧ eiꝰ fortes sint: ⁊ silr cū ab oppositiōe solis p. xlv. g̃dꝰ elōget vel. xc. aut. cxxv. mutat suas actiōes circa rerum mutatiōes

qd̄ in vnaquaq; die quarta est. Cum luna inquā in his ꝓsperatur tēporibus facit bonum ꝛ ꝓsperū in signatis reb⁹: ꝛ q̄ per caꝫ in hoc mūdo agunt. Si aūt nō ꝓsperet facit malū ꝛ molestationē cū acut⁹ sit morbus cui ꝓprius est velox ꝛ cōuertibilis mot⁹ ꝛ cā morbi sit nō ꝓsperitas lune in ortu infirmitatis. hoc aūt ɔtingit a loco nō ꝓspero elōget luna cū qd̄ fit in tꝑib⁹ morbi: cū ɔfortat morbi mot⁹: ꝛ hoc est i die. iiij. Cū aūt. xc. elōget gradib⁹: ꝛ figura ei⁹ est q̄dratura de loco nō ꝓspero: ꝛ hoc est in die. vij. cōfortat virtus infirmi: ꝛ similiter cursus est eius cum a loco nō ꝓspero elonget: sicut cum cursus eius elonget a sole: ꝛ itidē motus morbi cōfortat in vnaquaq; die. iiij. et significatio ei⁹ in media est quarta: ꝛ si cursus eius fit p. vij. significatio ei⁹ erit in quarta. Termin⁹ aūt ante. iiij. vel. vij. veniens qd̄ raro cōtingit: ideo cōsequit: q: aut natura instimulat ꝛ cogit vt ante quartā ꝛ. vij. fiat termin⁹: aut dū minuit euētu nature ad cōplēdū terminū qui iā incipit esse. Cā instimulās ꝛ cogēs materiā fortitudo est morbi: velocitas sui mot⁹: subtilitas materie: calor aeris: ꝛ aliqñ ɔtigit ex errore regimēti cibi vl' medicaminū calidorū: vl' ex ira festinat crisis: q̄ autē ꝓpter hanc causam venit hꝫ dura ꝛ molesta accidētia. Et si hec causa est in morbo cuius pertineat ad salutē significatio: crisis non ꝑfecte venit: et reuersionē morbi sigt̄. Cā minus cōpetens eueniēs nature vt non faciat crisim cum debuerit facere: aer est frigidus quo natura cōtrahit ne morbus digerat ꝛ expellat: aut peccatū regimenti: aut de inobedictia infirmi: aut de eius ministris garrientib⁹ ꝛ ad salutē sibi non obediētib⁹: aut infirmū mouentibus. vñ natura deficit ꝛ reuertit morbus. Hoc peccatum si fit magnū: ꝛ significatio morbi pertineat ad salutem: morbus reuertit ꝛ elongat. Si autē cum mala fit significatione: festinat ad mortē: sed si paruū peccet ꝛ significationes bone videantur: bonitas crisis deficit et minorat. Si peccatum fit magnū: signum vō bonuꝫ: elongat morbus: ꝙ si aliqñ nō fit fortis: sed peccatū sibi superuenit: infirmus perit. Oportet aūt intelligi crises ante tēpus festinātes: q: habent fortitudines: opꝫ item intelligi q: quartanarij ꝛ septenarij cōputari debēt duob⁹ modis: iuncti. s. ꝛ separati. Juncti: primus quartanarius cum scd̄o. Cum em̄ finitur quarte diei numerus: ꝛ ab ipso incipit: fiunt. iiij. iuncti cum. vij. ꝛ similiter. xj. cum. xiiij. qui ab. xj. sunt quarto loco: ꝛ. xx. cū. xvij. q: est quartus a. xvij. ꝛ. xxiiij. cum. xxvij. ꝛ. xxvij. cuꝫ. xl. q: est quartus ab ipso. Dies autē qui computātur iuncte sunt ter septem. ꝛ vnus ꝛ vigesim⁹ dies: quia est septim⁹ a. xiiij. Qui computantur separatim: est secundus septenarius: q: cum primus supputet: incipit ab. viij. ꝛ similiter. xxiiij. separatur a. xx. cum em̄ computet vsq; ad. xvij. incipit a. xviij. vsq; ad. xxj. Septenarius primus separat a scd̄o: cū enim veniat ad. vij. incipit ab. viij. vsq; ad. xiiij. ꝛ similiter duo septenarij qui sunt post. xx. computātur separatim a. xxvij. vsq; ad xxxiiij. ꝛ hoc modo cōputant. vij. ꝛ. iiij.

¶ De diuersitate diei cretice ſm naturam numeri ꝛ cursum lune. Capitu. ix.

Post ordinationē totius huius libri cum viderimus: hoc capitulū non plenuꝫ neq; planū esse introducēdis: placuit id subsequēs intromitti vt planior: daret introducēdis intellect⁹: vt cū illud superius qualiter antiqui ꝛ ꝙ acute sensei rint exposuerim: id ꝓsequatur quomodo ꝛ ꝙ plane sentiant moderni. ¶ Dies cretica duob⁹ est modis: aut em̄ laudabilis est ꝛ significatiua salutꝭ: aut pessima: ꝛ nō venit crisis in ea: ꝛ si crisis veniat malū significat. Des laudabilis. i. iiij. v. vij. ix. xj. xiiij. xvij. xx. xxj. Illaudabilis. ij. vj. viij. xij. xvj. xix. horum dierū crisis est mala: q: motus qui inter morbū ꝛ naturam in his diebus est nō ex natura est: sed ex virtute morbi naturam cogentis: ꝛ propter bonam significationeꝫ: morbi significat reuersionē: si malam significationē habeat: mortem appropinquare demonstrat. Dies. xiij. ꝛ. xv. sunt inter bonum ꝛ malū mediocres quos post in loco suo dicturi sumus. Dies bona quedā crisis est propria: quedam vō eius nūcia. q̄ vere crisis: sunt sunt. vij. ix. xx. xxj. nuncie eius. iiij. xj. post has. v. ix. xvij. post quas. iij. ꝛ. xviij. Aliquando tñ in die cretica venit nnucia: et cretica dies in nūcia: causa est grossitudo materie: duricies ꝛ leuitas: subtilitasq;. Si em̄ materia fit grauis: tardat mot⁹: et dies cretica preterijt: venitq; in die nuncia que eam sequitur. Dies illaudabilis peior: est ij. ꝛ post. vj. huic vicinatur. viij. causa vñ. ij. ceteris fit peior: q: materia est cruda: ꝛ non cocta: ꝛ nondū incepit eam digerere natura: neq; eam subtiliare potest ante quartam diem. Cum autem accidentia videris: ꝛ significationē ante materie decoctionē intelligas nature disturbationē: ꝛ hu. in ipsaꝫ coactioneꝫ: cum sua acuitate: ꝛ sua pessima qualitate: vnde non laudat Hippo. sanguinē in febrib⁹ die. ij. effluere de naribus. Dicit etiam ꝙ malum significat. vj. dies: defectioneꝫ nature: et morbi fortitudinē significat: q: vj. vij. est vicina. Cum autē natura virtutē non habeat: vt ad creticam perueniat: sui defectionē: ꝛ in ipsaꝫ significat dominationē. Causa diuersitatis ymeracriseos duobus est modis: aut em̄ ex diuersitate numeri in se: aut ex cursu lune: aut ex luminis acceptione a sole. Ex numeri diuersitate tribus modis. Prim⁹: q: causa numerandi est numerus. vnū vō elementale est causa numeri. Numerus em̄ nihil aliud est ꝙ collectio vnitatis. Vñ vnū est magis ꝓpriū imparitatis ꝙ paritatis: q: palā inuenim⁹ imparitatē in ipso. Par vō in duas equales diuidit vnitates: duo em̄ due eq̄les sunt vnitates. Imparitas separat similia: in vnitate ergo imparitatē inuenies que sibi est propria. vnde si vnum multiplicemus in se fit ipsum. Verbi gratia. Vnum multiplicatū semel in vnum idest vna vice cōputatum non se exit: sed in sui natura integrum existit. Palam ergo est ꝙ vnum lineare: ꝛ vnum naturale: ꝛ vnum superficiale: ꝛ vnum corporale: ꝛ vnum per se non diuersificatur neq; mutatur: si auteꝫ semper multiplicet in se nunq̄ se exit. Impossibile est ergo vt augmentetur: sicut par numerus. Imparitas ergo paritatis est propior. ¶ Secundus modus est q: vnitas cōpositionis est causa imparū ꝛ parū. Item impar causa est diuisionis parū ꝛ imparū: q: impar est diuisus in duas partes in parem ꝛ imparē scꝫ diuiditur: ꝛ par non similiter: q: si diuidat in duo similia diuiditur: siue paria siue imparia sint: ergo par numerus parium ꝛ imparium insimul diuidendo: ū nō esse causa probatur. Vnde palam est q: ab vnitate par remouetur. ¶ Tertius modus q: numerus aut in parem aut in imparē diuiditur. Si auteꝫ vnum seorsum ponamus: ꝛ vnūquemq; imparē numerum naturalē ponamus: ꝛ parem pari ſm ordinamentū iūgam⁹ numerus ex his adunatus inuenitur circulatus ꝛ quadrangulus: longitudine equalis vel latitudine. Verbi gratia. Si vnum accipiamus qui causa ꝛ principiuꝫ imparitatis est: et imparē sibi numerū vicinū iungam⁹. i. iij. fit. iiij. q̄ternari⁹ aūt est q̄drāgulus. duo em̄ i duo multiplicant: lōgitudo em̄ eius duo ꝛ latitudo similiter duo. Item si his quattuor iungamus impar illud qd̄ vicinatur naturaliter trib⁹. i. v. fit. ix. ꝛ hic numerus similiter circulatur. lōgitudo eius. iij. ꝛ latitudo quattuor: ꝛ itidem in imparibus iunctis ratio in infinitum procedit. Palam ergo est q: impar est causa omnis numeri circularis: ꝙ sibi par pari naturalē oppositū nō facit. Si em̄ vnum qd̄ est causa numeri tollamus: ꝛ sibi par naturale iungamus. i. ij. tria tamen redduntur qui neq; circulat: neq; quadrangulatur: sed potius est triangulus. Si aūt tribus scꝫ par naturale. i. iiij. iūgam⁹: fiunt. vij. q̄ numerus nō circulatur cum longitudine latitudo superetur: et similiter vno pretermisso si paria iungamus: sicuti duo et quattuor fiunt. vj. qui ab hac re est alienus: quia lōgitudo ꝛ latitudo eius diuersantur. longitudo. ij. ꝛ latitudo. iiij. Imparib⁹ ergo dignius vnitas cōnumerabitur: ꝛ eius paria numerabilis rei composite plurimuꝫ sunt causa: qd̄ cum fit: necesse est vt quecūq; dies cretica in imparibus comprehendit ad perfectionem securitatis nos deducat ex sua fortitudine quā diximus: q: paribus diuiditur: ꝛ imparibus: qd̄ paribus solū non attribuitur: aut enim in paria tm̄ diuiditur: aut in imparia. vnde paria per se non adeo sunt perfecta: crisis ergo pari attributa numero ex sui imperfectiōe nō ita reddit nos securos. Vnde dixit Hippocra. Quecūq; crisis in numero fit impari: securiores ꝙ in pari nos reddit. ¶ Diximus prout oportuit de fortitudine et debilitate diei cretice ſm

numerū: opꝫ ergo dicat̃ vnde eadē cretica ſm curſum lune diuerſet̃. Dico ergo ſcimuſqꝫ oēs phi ⁊ confirmāt: q: ſol ⁊ ceteri planete cauſa ſunt ↄſtructiōis ⁊ deſtructionis iſtius nr̄i mūdi inferioꝛis: ſꝫ tñ foꝛtioꝛ ⁊ ſtabilioꝛ ⁊ rectioꝛ: atqꝫ mutabilioꝛ in his eſt ſol. Scimꝰ em̄ ꝙ veris: eſtatis: autūni: et hyemis ipſe ſolus ⁊ non alius cauſa ſit: in actionibꝰ rerum que p ea fiunt. i. generare animalia que elementoꝝ ſunt pares: ⁊ cōplere fructus in ſuis actōibꝰ ⁊ ꝑfectionibꝰ: mouere etiā ipa aīalia idē facit ad coitū vt ꝑmaneat genꝰ ſuū: ⁊ alias res que vniuerſales faciunt actiōes. Iterū actiōes lune in hoꝝ ſubſtantijs quas diximus ſunt magne: ſed tñ minoꝛes ſolis actōe: etem̄ poſterioꝛ eſt in oꝛdinatiōe: q: oꝛdinatiōes mēſiū p ipam ſunt ⁊ actōes ſue ī piſcibꝰ maris ſunt apte. Quicqd em̄ facit a ſole accipit: q: lumē ſuū nō eſt nouū niſi a ſole ſeparet̃: neqꝫ illuminat̃ aliqua pars ipſius niſi q̄ a ſole conſpiatur: lumen vo totū ſuum perdit̃: cum inter ipſam ⁊ ſolē vmbꝛa terre opponit̃. Mis ergo actio ſua videt̃ eſſe ſm quātitatem que a ſole elongat̃: lumē eius tunc implet̃ cū opponitur ſibi: mediatur cum quadrat̃: debilius vo eſt tertianū ꝙ quartanū: debiliſſimū vo eſt ſextū nouel·ū cū poſt diſiunctionem appareat abſcōſuꝫ q: lumine ſolis eſt opertū. Magnitudo ergo in fructibus: ⁊ mouendis ad coitū aīalibus: ⁊ menſtruoꝛū curſibus ſm diffinita tēpoꝛa cōſiderat̃: ⁊ ſimiliter epilepſia circulat̃ ⁊ multa alia que ſm ꝙ a ſole incipiunt elongari ſunt habēda. Palā ergo fit intellectui: q: luna adiutoꝛio ſolis indigeat: ſol aūt nulliꝰ neceſſitatē habeat: neqꝫ lune: neqꝫ ceteroꝝ planetaꝝ: nullū em̄ hoꝝ ſibi pōt obuiare in eſtate facienda cū noſtris capitibꝰ ſit oppoſitꝰ: neqꝫ in frigoꝛe faciēdo cū currat declinādo a pꝛioꝛi oppoſito: nec in faciendis tēperatis tempoꝛibꝰ. ſ. vernali: ⁊ autūnali cū curſus ſuus tēperet̃. Unde phi ſolē imperatoꝛi aſſimilauerunt: lunā ſcđo ab impatoꝛe ceſari: ꝙ q: īter nos ⁊ ſolē oppoſita eſt poſſe ſuū in oībus his mundanis coꝛpoꝛibꝰ neceſſe eſt exerceat: neqꝫ tñ in hac dominatiōe ceteris planetis eſt dignioꝛ q: eſt foꝛtioꝛ: ſed q: nobis eſt viciniꝛ. Hec ergo cauſa eſt neceſſaria vt omnis res mūdana ex oꝛdinatiōe ⁊ regimēto fiat lune: ⁊ ſꝫ ſui ſimilitudinē ſe habeat. Que ergo res lunari ſimilitudini magis eſt appetēda vel aptāda ꝙ ipſa natura: ſicut em̄ luna a ſole accipit lucē ⁊ ſibi aſſilat̃: ſic ⁊ natura a luna ⁊ ſibi coaptat̃. Diuerſitas ꝗ diei cretice ſm lunā eſt dicēda. Hec autē diuerſitas eſt multiplex: q: luna a ſole figuras octo accipit q̄ magne ſunt ⁊ aperte: ſed q̄ttuoꝛ ceteris ſunt foꝛtioꝛes ⁊ apertioꝛes in ſuis actionibꝰ. Una cū bicoꝛnis appareat: ⁊ in die quarta. Scđa cū ſoli ſit oppoſita ⁊ lumē ſuū cōpleat: qđ fit cū inter ſe ⁊ ſolē. clxxx. ſint gradus in. xiiij. Secunda die tertia ⁊ quarta cū pꝛimo ⁊ ſcđo a ſole quadretur. Pꝛimū quadratū eſt cū medie lune cōpletur lumē: ⁊ oꝛientalis eſt. Hec autē eſt cum inter ſe ⁊ ſolē a parte oꝛientis. xc. ſunt gradus: ⁊ hoc in ſeptima die fit. Scđm quadratū eſt cū lumen cōpletur medie lune ⁊ eſt occidētalis: qđ fit cū inter ſe ⁊ ſolē a parte occidētꝭ. xc. ſunt gradus: hoc aūt eſt. xxj. die. Sed tñ cum oꝛiētalis eſt: foꝛtioꝛ ⁊ apertioꝛ eſt: q: ad ſui complementū tendit: ergo obſcurioꝛ ⁊ debilioꝛ erit cum occidentalis ſit q: ad defectionem ſui vadit: et ꝓpter hoc fit ſeptima dies foꝛtioꝛ in moꝛbo ꝙ. xxj. Sic ergo he ſunt q̄ttuoꝛ figure lune quas foꝛtioꝛes ⁊ apertioꝛes diximus eſſe: et ideo pꝛiuatioꝛes ſunt diei cretice ⁊ non nūciatiue. Alie vo q̄ttuoꝛ figure que pꝛioꝛibus ſunt debilioꝛes in virtute: Pꝛima eſt: cum media ſit inter ſolē ⁊ pꝛimū quadratū a parte oꝛientis. xlv. ſunt gradus ⁊ eſt in die tertia. Scđa eſt cum inter ſe ⁊ ſolem ⁊ pꝛimum quadratū a parte occidentis cum lumine impleatur quarta ſui: ⁊ ſunt inter ipſum ⁊ ſolem a parte occidentis. xlv. gradus: et hoc eſt. xxiij. die. Tertia eſt cum inter ſignum oppoſitiōis ſit ⁊ pꝛimū quadratū. i. lōge a ſigno oppoſitiōis ex parte meridiei. lxv. gradus: ⁊ a ſole ex parte meridiei. lxvij ſint gradus ⁊ mediū: ⁊ hoc eſt in die. xj. Quarta cum inter ſignum oppoſitiōis ⁊ ſcđm quadratum ſit. i. longe a ſigno oppoſitionis a parte ſeptētrionis. l. gradus: et a ſole ex eadē parte. lxvij. ⁊ mediū: ⁊ hoc eſt in. xvij. die cōpletis lune figurationibus. Reſtat vt dicamus que foꝛtioꝛ ſit: et q̄ debilioꝛ: ⁊ que mediocris. Cum ergo luna in pꝛimo quadrato ſit ſolis: aut inter ſolē ⁊ hoc idem quadratū aſcendēs in oꝛientem ſit foꝛtioꝛ in ſignificatione: ⁊ altioꝛ ⁊ tutioꝛ. Cū autem in ſecundo ſit: aut inter ſolem: ⁊ hoc idem quadratū deſcendēs in occidentē: ſit debilioꝛ ⁊ nō adeo certioꝛ. Cā: q: cuꝫ ſit oꝛientalis ad cōplementū ſui vadit. Cum autē occidētalis: ad defectionē ſui tendit. vnde. iiij. ⁊. vij. foꝛtioꝛes ſunt: ⁊ fidētioꝛes ꝙ. xxj. ⁊. xxiiij. teſtatur hoc exitus maris atqꝫ reditus: quia in. iiij. ⁊. vij. diebꝰ foꝛtioꝛes ſunt ꝙ in. xxj. ⁊. xxiiij. Similiter cum luna ſit inter ſignum oppoſitionis: ⁊ ſignuꝫ quadratuꝫ a parte meridiei ſit foꝛtioꝛ eius actioꝛ ⁊ apertioꝛ ꝙ cum ſit in hac eadem quantitate a parte ſeptētrionis: q: in meridie ad complementū aſcendit: in ſeptētrionē ecōtra: ad defectionē deſcēdit. Item luna figuras habet alias occultas ⁊ debiles in ſignificationibus. ideſt vna die ante coniunctionē ſolis ⁊ vna die poſt: ⁊ ante oppoſitionē vna die: ⁊ altera poſt: q: ante coniunctionem ⁊ poſt ſunt dies pares. i. xxviij. ⁊. xxx. criſis aūt in his nō eſt certa neqꝫ vera: ſm ꝙ paria diximus imperfecta et incompleta. ante oppoſitionem: ⁊ poſt eſt. xiij. ⁊. xv. hi ambo dies: etſi ſint impares nō numerantur: ⁊ ſi. xiij. appareat virtus ⁊ initiū actiōis in ipſam cōplemētum eſt tñ in. xiiij. ⁊ pꝛopter hoc. xiiij. foꝛtioꝛ eſt ⁊ certioꝛ duobus ſcꝫ modis: aut q: complementū actionis in ipa eſt: ⁊ in ipſa apparet: aut q: vis foꝛtioꝛ lune in. xiiij. eſt die: q: plena eſt lumine. xv. q: . xiiij. eſt vicina ⁊ ſcđa ⁊ cōplementuꝫ actionis in. xiiij. impoſſibile eſt quin alterū complementum ſit in ea cum nō a ſeinuicē tantū ſit ſpacij vt natura aliud cōplere poſſit. Actiones em̄ nature non ſunt ſubite: ſed paulatim ⁊ intermiſſe ſm diffinitionē ⁊ oꝛdinamentū. Alie vo que inter duo ſunt q̄drata ſilr nō ſunt certe: q: an̄. vij. ⁊ poſt. vij. vj. eſt ⁊. viij. ⁊ ante. xxj. eſt. xx. ⁊. xxij. hec omnia ſunt paria et ideo debilia. Nona vo nunciatiua eſt: q: natura cum in. xj. criſim facere incipiat in. ix. die nunciat qđ ipſa nona accidentaliter facit: q: ad virtutē ⁊ complementū aſcendit inter pꝛimū quadratū ⁊ oppoſitionē. Hec autem eſt diuerſitas diei cretice ſm naturā numeri ⁊ curſum lune. Sed ſunt homines ſicut ſophiſte hoc conturbātes ⁊ cōtrariantes dicentes: vos auctoꝛitatē feciſtis diei cretice extra naturā numeri ⁊ curſuꝫ lune: dicētes numerū imparem in die cretica eſſe foꝛtioꝛem ꝙ parem: quare ergo criſim in. xiiij. ⁊ nunciū confirmaſtis in iiij. cū hoꝝ dierum ſit paritas. Reſpōdemus his: ſi impares dies cretice dies ſint certioꝛes ⁊ dignioꝛes nataraliter: pares intermiſcētur accidētaliter: q: ſi criſis in. xiij. die incipiat: completur in. xiiij. xiiij. imputat̃: q: in ipa apparet quid natura operetur: et ſilr ſi in tertia die incipiat: cōpletur vo in. iiij. inde vocatur nūciatiua. qđ phi non negligētes cum viderent imparitati hoc cōtingere accidētaliter reuerſi ſunt in ſe actionem inueſtigātes nature: ⁊ naturā inuenerunt rerum altiſſimaꝝ motū ſequentem: qđ cum fiducialiter expleuiſſent ad lunam redierunt terre vicinioꝛē: ⁊ eam diuerſam in menſibus inuenerūt: q: zodiacum in quibuſdā menſibus xxviij. in quibuſdam. xxvij. peragratur manſionibꝰ. Si enim luna appareat veſpere ante. xxx. diem ſignificatur mēſis pꝛeteritus fuiſſe. xxx. dierū: in quo menſe luna zodiacū in. xxvij. diebus habuit expletum. Si em̄. xxvij. duos iungens dies apparet luna ſub ſplendoꝛe ſolis: et ita oēs dies fiūt. xxix. Si autem appareat poſt. xxx. ſignificatur menſis pꝛeteritus fuiſſe. xxx. dierum completus: ⁊ lunam ſuum circulū compleuiſſe in. xxviij. diebus. Si em̄. xxviij. dies iungeris duos apparet luna ſub ſplendoꝛe ſolis ⁊ ita numerus. xxx. dierū completur. Unde opoꝛtet intelligi: q: luna tardum ⁊ velocē habet motum. Uſus autē eſt nature vt moueatur ſm motum altiſſimarū rerum: cum em̄ ſit vna virtus ſuarū virtutuꝫ: fecit eam deus omnipotens ad conſtituendū: ⁊ deſtruendum aptioꝛem. Cum ergo phis hoc appareat certificauerunt q: cum natura feſtinat in ſuo motu ⁊ actione: aut pꝛopter ſanitatem virtutis naturalis: aut pꝛopter ſubtilitatē ⁊ leuitatē materie ſit motus ſuus ⁊ actio ſm lunā zodiacum in. xxvij. diebus cōplentē: ⁊ ſi natura tardetur: aut ex defectiōe ſua: aut ex groſſitudine ⁊ grauitate materie ſit motus: et actio ſm lunam zodiacū in. xxviij. diebus complentem. Bene ergo intelligimus q: diuerſitates motuum criſis ſm diuerſitatē motuū ſunt nature in velocitate ⁊ tarditate: ſicut mutatiōes figurarū lune in velocitate ⁊ tarditate ſunt ex mo

tuum suorū diuersitatibus: in velocitate et tarditate. Sufficit nobis de die cretica ⁊ eius diuersitate dixisse ſm naturā numeri ⁊ cursum lune.

¶ De significatione nunciante crisim. Cap̄. x.

Significatio qua significat̄ crisis: aut future nūciatiua est: aut p̄ntis. Futurā designans crisim: motus est morbi ⁊ furor sui: fortitudo caloris: ⁊ signū decoctionis in vrina ⁊ egestione atq̧ sputis: pulsus magnitudo et eius velocitas: si febris est periodis: festinatio sua ⁊ motus velocitas et molestatio: sicut si tertiana fuerit et iuuenis sit: etas infirmi tp̄s calidū: materia cho. virtus fortis: hec oīa significāt velocitatem crisis. Si aūt cōtrario: sicut si morbi motus fuerit quietus: et calor debilis et nulla coctio appuerit: pulsus paruꝰ: tardus: feb. periodis tardior et debilis eiꝰ actio: quotidiana sit vel quartana: infirmꝰ aūt senior: vel senex: tēpus frigidū significat̄ tarditas crisis. Si significatio mediocris fuerit q̄ inter has duas media sit: fit crisis inter velocez ⁊ tardum mediocris. Cū his significationibꝰ crisis ventura intelligit̄ anteq̄ veniat. Significatiōes presentē crisim ostēdētes magna sunt accidētia semper crisim comitātia: precedunt enim purgationes has ⁊ vulnera in crisim venientia cōturbatio ⁊ angustia ⁊ accidētia magna ⁊ timida. Qui aūt vsus nō fuerit intelligere crisim: nec fuerit assuetꝰ in visitatione infirmi timet ⁊ dubitat. Si in die fuerit crisis: fit molestatio ⁊ periclitatio in nocte: si in nocte futura sit: in die fit molestatio ⁊ periclitatio. Hec aūt molestatio est cōturbatio infirmi: ⁊ surrectio ⁊ iacētis mutatio: in capite dolor: mētis stupor: alienatio: grauitas sensus: splēdor ⁊ mala imaginatio: tenebrositas: lachryme sine fletu: rubor in oculis sine ophthalmia: rubor faciei: menti motus: angustia: anhelitus: tremor cordis: dolor colli: tractꝰ vētris inferioris ad superiora: inferiorū labiorū titillatio: pūctura in stomacho: dolor in dorso: rigor: tremor: angustia in vrina: cōstipatio egestionis: sitis nimia: ⁊ alia magna accidentia. vnde intelligimus q̧ crisis sit presens. Si significatiōes he aut tote aut partim apparuerint in nocte: significat̄ crisis ventura in die illius noctis: q̧ si in die fuerīt erit ī nocte futura. hec signa aut bonā aut malā crisim nūciāt. De bona ↄstat q: ī die crisi cōpetēti nos certificat ⁊ pulsus fortis ⁊ añ decoctiōes bone apparētes: qd̄ cū fit sequūtur bone purgatiōes quas dixi: ⁊ aut sanitas infirmi: aut melioratio fit. si purgatiōes sint de qualitatibꝰ morborū pertinētibus: ⁊ de loco infirmitati vicino fit sanitas certior: vl' melioratio. Species aūt purgatiōis huiusmodi de accidētibus vnāquāq̧ precedentibꝰ intelligimus. Si em̄ infirmi facies ⁊ nares rubuerint: ⁊ grauitates in temporibꝰ: ⁊ dolorē in collo habuerint: ⁊ apparuerint sibi añ oculos tenebrositas: aut splēdor: ⁊ sentiat ↄtentiositatē sub hypocūdria crisiꝫ cū sanguine e naribus venturā significat. Si cum his signis prurigo ⁊ rubor apparuerit in naribꝰ: ⁊ infirmꝰ cū naribus suis iocat̄: intelligit̄ statim futurus sanguis. et si adolescēs fuerit magis certificat̄ sanguis: sanguis em̄ ī adolescētibꝰ est plurimus: in iuuenibꝰ vero et senibꝰ raro sanguis effluit a naribus. Cū infirmus patit̄ in capite grauitatē: ⁊ dolorē in ore stomachi ⁊ titillationē in īferioribꝰ labris: ⁊ sub hypocūdria friguerit: certū signū est vomendi. Si alienationē mentis: stuporē ⁊ ↄstipationē habuerit vrine ⁊ egestionis: ruborem quoq̧ in exterioribus corporis: fumū calidū de capite ascendentē cum infusione: pulsum vero mollē ⁊ estuosum: significatur crisis ventura cū sudore. Si aūt nihil horum precesserit ⁊ infirmus grauitatē puncturā ⁊ gurgulationē sub vmbilico senserit: crisis cū egestiōe futura erit. Si vero patit̄ dolorē ⁊ ↄtentionē in dorso: ⁊ solutionē vētris ⁊ emorroydem in vsu habuerit: tunc crisis erit cuꝫ sanguine emorroydarum: ⁊ silr̄ si est mulier: intelliges de menstruis. Si crisis de hmōi purgatiōe in bona die cretica fuerit: ⁊ p̄cesserit coctio ⁊ fortis pulsus: ⁊ infirmus postea quietē ⁊ leuitatē senserit: ⁊ accidētia que cū crisi fuerāt ablata sint: ⁊ calor ↄuenerit: ⁊ color melioret̄: infirmi quoq̧ pulsus cōfortet̄: crisis bona ⁊ p̄fecta esse intelligit̄. Significationes crisis male bone sunt cōtrarie: accidentibꝰ em̄ que diximus apparētibꝰ: siue partim siue oībꝰ diebꝰ nō creticis: siue noctibꝰ: neq̧ de die bona crisi vel signo apparente decoctionis: pulsu debili et purgationibꝰ in qualitatibꝰ morbo nō attinentibꝰ: mala et periculosa crisis significabit̄. Si significationes fuerint mediocres: crisis non p̄fecta est ⁊ morbus morat̄: neq̧ liberat̄: sed in diē creticā postea futurā morabit̄. Verbi gratia: si in die fuerit. vij. morabit̄ morbus aliquātulū vsq̧ i. ix. vel. xj. si signa fuerint morbi finiēdi: reuertit̄ morbus: et si accidētia fuerint pessima: ⁊ virtus defecta sit periculū. Sed si virtus fortis fuerit salubre erit. Opꝫ autē medicū intelligere: q: periculosa accidētia festināt facere crisim in die q̄nta vel sexta salubria retardant ex acuitate sua.

¶ De significatione particulari vel mortē vel salutem portendenti. Cap̄. xj.

Quia diximus que oportuerāt de significatione vniuersali salutē vel mortē nunciāti: de temporibus q̧ ⁊ sciētia acuti vel diuturni morbi: ⁊ de scientia crisis: opꝫ incipi de significatiōe particulari salutē vel mortē nūcianti in oībus morbis: ⁊ hoc fiet ſm auctoritatē Hip. in prono. ⁊ in apho. ⁊ in alijs suis libris: ⁊ q̄ ex plurimis infirmis visitatis nobis apparuerunt. Incipiamus ergo a malis significationibꝰ p̄ditionem nunciantibꝰ: ⁊ post ab his quibꝰ salus perpendit̄: sed tamē opꝫ intelligi que he significatōes male in magnitudine: paruitate: bonitate ⁊ malignitate sunt diuerse: in quibusdā em̄ fortes: in quibusdā vero debiles: in quibusdā mediocres sunt: qd̄ gloriosus Hippo. mōstrauit in apho. ⁊ ī alijs suis libris: cum exitiosum mortale ⁊ morti vicinū dixit. quibꝰ diuersis mortē significari p̄culdubio intellexit: cum autem malū dixit possibile est infirmum sanari si bona signa apparuerint. Nos igit̄ a malis significatiōibꝰ incipiamꝰ. Significatiōes inquā que malū nunciāt: aut in acuta egritudine: vl' diuturna erunt cōsiderāde. In acuta intelligimꝰ ex accidētibus in qualitatibꝰ: in tactu: in corpus egrediētibus: ex morborum qualitatibꝰ. De corporis qualitatibꝰ: si em̄ facies mortali assimilet̄ malū signū ostendet̄ de virtute ⁊ defectiōe apparente in facie tota quantū remotior est a facie sana. Facies si effigurata fuerit: sicut Hip. dixit: nares acute: oculi concaui: tēpora solida ⁊ lenia: auricule frigide ⁊ cōtracte: cartilagines earū trāsuerse: cutis faciei extēsa: color liuidus vel viridis: super faciē occubās: periculū significāt hec oīa: si non ex solutiōe vētris vel ex vigilijs fuerint: vl' ex labore: vel nimio dolore: tūc em̄ minora sunt ī pessimitate: facies eī hmōi in diuturnis morbis ex nimio labore ⁊ digestionibus fit nimijs p̄pter morbū corpus confundentē: ⁊ humectationis carnosorū membrorū dissolutionē ⁊ eorū desiccationē: spiritꝰ ⁊ sanguinis minorationē. ex labore: dolore: ⁊ vigilijs p̄pter dissolutionē multā spiritꝰ ⁊ humiditatis siccitatē: atq̧ defectionē spiritꝰ ⁊ caloris naturalis: que in extrema corporis pertingere nō possunt: maxime in facie que parū habet sanguinis p̄pter remotionem a corde ⁊ epate que fundamēta sunt spiritus ⁊ sanguinis. Item q: pars plurima faciei sunt ossa. Si em̄ caro ⁊ humiditas dissoluātur: he pessimitates cito in facie ostendunt̄: que si in diuturno morbo fortia apparuerint p̄pter longitudinē morbi necesse est vt post paruum tempus: fortitudinē: molestationē: ⁊ magnitudinem significent morbi: vnde perditionē videntur ostēdere: sed si sint ex labore: vigilijs: digestione: siue dolore minus periculum erit. Si dies tres transierint: ⁊ accidentia permāserint ex morbo esse intellige ⁊ sunt mortalia. Si albedo oculorū est ru. ⁊ vene liuide vel nigre mortē significat certam: quia rubor oculorū si non sit ex ophthalmia: plenitudinem cerebri significat: ⁊ suarum pellicularū ex hu. sanguinolentis. liuiditas venarū oculorum ⁊ earum nigredo: frigitudinē mōstrat oculorū. Hec signa propria ad mortem sunt attinentia. Exire foras oculos in egritudine acuta malum signū si nō sit ex vomitu: vel ophthalmia. Si em̄ non sit ex his duobus pessima materia descēdisse in oculos denotat̄. Si oculi alicui rei sunt alligati neq̧ se mouerint pessimum signum: coagulationem ⁊ mortificationem sui significāt. Si albedo oculorum in somno apparuerit et palpebre sint semiclause: neq̧ hec ex purgatione neq̧ consuetudine: vel in sanitate: pessimum est et mortale: et defectionem cerebri significat. Si

labra vel palpebre: vel nares sint liuide: vel torte: vicinitatē
nunciāt mortis: q: spasmus in cerebro esse significat: liuidi-
tas igit frigiditatē ⁊ mortificationē significat. Frigiditas ex
tremitatū in acuta egritudine malū est: q: apostema calidū
sigt esse in interioribꝰ aut hu. frigi. ī extremitatibꝰ. Minime
pustule in lingua ī egritudine acuta mortis vicinitatē demō
strāt: in meri em̄ ⁊ stomacho pustlas ondūt eē mltas. Si di
giti ⁊ vngues liuidi sint ⁊ virides: ⁊ pulsus deficit: mortē nū-
ciat vicinitatē. Hec em̄ accidētia calorē naturalē extinctū si-
gnificant. Si nigri sunt minus est periculū. Si virtꝰ sit for-
tis: ⁊ infirmus periculi sit tolerabilis: dies aūt sit cretica: sa-
lutem significat: ⁊ infirmus euadit cū vulneribꝰ: ⁊ denigra-
ta mēbra cadunt: q: aliqn̄ hec accidētia materia facit a natu-
ra expulsa ſm crisim ad aliqua mēbra: qd̄ ex virtute infirmi
intelligit: ⁊ signo decoctiōis apparēte. Si in corpore infir
mi vulnera prius fuerint: et viridia vel nigra se fecerint: ma-
lum erit signū. Si infirmus ad mortē deueniat mēbra debi-
lia mouunt aut alia mēbra ꝑpter defectionē caloris natura
lis in ipis. Si in acuta egritudine pūctura qsi miliū appeat
in corpe malū ē: tarditatē em̄ significat materie adhuc ī mor
bo decoquēde: si sit grādiuscula: minꝰ periculū instat. yctē-
ricia ante septimū diē malū est: q: ſm crisim ante septimum
diē esse nō dz. Est aūt hec yctericia ꝑpter epatis ⁊ viarū fel
lis ad epar tendentiū apostema. Si hypocūdria sit subtilis
malū est: q: instrumētorū cibi significat desiccationes: si hec
loca sint cū dolore ⁊ tumida malū est: quia apostema signifi
cat. Qui habet feb. ⁊ frigidas corporis extremitates interio
raq3 incēdētia cū siti mortale est: q: apostema in interioribꝰ
corporis significat: calor em̄ secessit ad apostema: ⁊ silr san-
guis: vnde interiora corpis incēdunt. Si calor sit in corpo-
re febricitātis ⁊ in toto nō equalis: sz caput calidū: plāte ma
nuum ⁊ pedū sunt frigide: vēter ⁊ latera ca. nimis pessimū
est: apostema em̄ in cerebro significat vel epate vel stoma-
cho: si fe. sit pessima: pessimitas sua semp in die cretica cōfor
tatur. Si feb. cum dimittat peior esse q̄ fuerit incipiat: pessi-
ma est: ⁊ si infirmus patit tumorē in facie: ⁊ pedibus ante
xiiij. diē sine dubio in die. xiiij. moriet: corruptionē em̄ epatꝭ
significat. Qui acutas habēt fe. cū nimio calore: ⁊ earū calor
extinguit: atq3 mitigat tactꝰ corporis: ⁊ quiescit sine causa
⁊ sudore: neq3 sanguine a naribꝰ: neq3 vrina: neq3 egestiōe:
nec aliqua alia re cretica apparēte: significat q: cito moriet:
calor em̄ extraneꝰ in interiora perforās corpis ea incēdit cui
virtus naturalis renitit oībus suis viribꝰ: vt materia mor-
bi expellat: qd̄ cū nō possit: cadit ⁊ infirmꝰ morit. Feb. pacu
ta si in diebꝰ paribus augmētet malū est: q: in hmōi neces-
se est crisim. vj. die fieri: hmōi aūt crisis mala est. He sunt si-
gnificationes quas ex corporū qualitatibꝰ intelligimꝰ. Si-
gnificatiōes a materia dicēde sunt que pcipiunt ex eorum
actionibꝰ: si oculos remoueat: ne lumē videat: ⁊ preter velle
suum lachrymet malū est. Si motus oculorū sit nimius vel
qsi suffocati videant: ⁊ vnus sit minor altero: mortale est: q:
remotio oculorū a lumine: defectionē virtutis significat visi
bilis ꝑpter defectionē cerebri nō alterꝰ alicuꝰ mēbri. Ocu
lorum lachrymatio ex defectiōe est virtutis contētiue in ce-
rebro. Si aūt est cum pacutis feb. perditio significat. Si aūt
cum febribꝰ salubribꝰ sanguis effluit a naribꝰ. Suffocatio
oculorū significat vel in lacertis vel in cerebro esse spasmum.
Paruitas oculi ⁊ motus multꝰ: tremorē significat quē lacer
ti patiunt: ⁊ etiam alienatio significat: que ambo mortalia
sunt. Os apertū habere nec posse claudere: pditionē vide-
tur significare: significat em̄ spasmū aut defectionē virtutis
motiue. Si in lecto infirmus cōtra pedes reuoluat: mors si-
gnificatur: q: virtus mortua est q̄ corpus portare debet: et
si inueneris supinū ⁊ collū ⁊ pedes manusq3 extēsa sunt: ma
lum est: sed tn̄ puore minus. Si pedes inueneris discooper-
tos: etiā calidos: ⁊ manus ⁊ pedes nō bene disposita: sed di
sturbata: malū est. ⁊ defectionē virtutis significāt ⁊ in visceri
bus calorē angustiā facientē: ⁊ ideo pedes discooperit in de
lectatione frigidi aeris. Si supinū inueneris ⁊ pedes discoo
ptos ⁊ duplicatos malū est: nō est em̄ vsus sic se hr̄e sanos.
Si corpus graue ⁊ īmobile videris: ⁊ manus ⁊ pedes simi-
liter est malū: q: significat dolorē ventrē circūdantē. Si mor
bum puenisse ad statū videris: ⁊ ipse excitat ad leuandū: et
quicquid inuenerit: firmiter tenuerit: periculū ostēdit: quia
infirmū in statu opz esse quietū: q si nō sit pessimū est: ma-
xime in periplemonia: significat em̄ angustiā ⁊ alienationez
anhelitus: pectus em̄ ⁊ pulmo suffocata sunt: cū em̄ supina-
tur pars supra dorsum iacet: ⁊ pulmo stringit: neq3 aer in-
trare potest vt sufficiat: si sedeat anhelitꝰ melior erit. Stride
re dentes in feb. si nō sue cōsuetudinis fuerit: aut a pueritia
malū est: q: id aut est naturalr si lacerti maxillarū sint debiles
aut de spasmo ibi nascēte: vnde aut maniā: aut mortē signifi
cat venientē: si sensus postea destruet mors significat. Si
infirmus in periplemonia frenesi ⁊ cephalea: manus circa fa
ciem leuat: quasi rem aliquā accepturus: siue lignū: siue ali-
quid aliud de pariete vel de pānis: malū est: q: motus ma-
nuum in his colligēdis ex imaginatiōe est eorū q̄ infirmꝰ ante
se cernit: ⁊ significat plenitudinē cerebri ex hu. malis: quibꝰ
descendēnbꝰ in oculos fit illa imaginatio: ideo ex his mors
significatur. Si ante se viderit homies magnos ⁊ nigros: ⁊
personis pessimos malū est: significat em̄ in cerebro: hu. ma
los incēsos atq3 melancholicos: ⁊ cerebri substantiā esse in-
censam. Si videris infirmū plorare in acuta egritudine ma-
lum est. Plorare em̄ est aut de hu. melancholicis in cerebro:
aut de angustia anhelitus ⁊ pessimitate eius. Ira ⁊ veloci-
tas loquēdi in infirmo antea mansueto in acuta egritudine
malū est: q: multū a sua significatur exisse natura. Idē facit
quies in multū loquace. audacē multū loqui nō est malum.
Si infirmus neq3 audit neq3 viderit ⁊ defecerit: vicinus est
morti. Si in statu febriū viderint in somno niuē sup se cadē
tem malū est. humorū em̄ significat frigitudinē corpori domi
nantem. Anhelitus si sit spissus malū: q: significat dolorē ⁊
incēsionē. si sit magnus ⁊ rarus malū est: q: significat alie-
nationē. Si cum exeat os vel nares frigidū esse sentiat malū
est: q: vicinus est morti: frigitudinē em̄ caloris naturalis: et
eius defectionē significat. Si anhelitus in sua via disturbet
malū significat: q: lacertos pectoris spasmatos esse signifi-
cat. vnde aer disturbat in vijs suis. Fetor em̄ anhelitus ma-
lum significat: q: putredinē in vijs in instrumētis spiritꝰ esse
ostendit. Hunc em̄ anhelitū patiūtur pueri ꝑpter defectio-
nem anhelitꝰ sui. Mutare plorarū in acuta egritudine ma-
lum est: q si contingat iuuenibꝰ hu. melācholica: ⁊ percussio
in instrumētis spiritus significātur. Si infirmꝰ de die vigi-
let bonū: si de nocte vigilet ⁊ de die dormiat malū est: et si
a prima vsq3 ad terciā dormiat nō adeo malū est: q: cum ho-
mines dormire de die naturaliter cōsueuerint ⁊ nature con-
trariatur malū est: sed tn̄ si in sanitate consueuerint non est
tātū malū. Si neq3 de die neq3 de nocte dormiat: malū est:
q: aut nimiū dolorē: aut mētis significat alienationē ꝑpter
cerebri siccitatē. Si somnus dolorē facit mortem significat:
q: in somno naturalis calor in corpore est interiori ad digerē
dam materiā morbi: ⁊ meliorandā: qui si adeo sit debilis vt
hec nō possit facere augmētat morbū ⁊ dolorē facit. Si infir
mo oīa que oportuerit feceris: ⁊ tn̄ nihil eum iuuerit: mor-
bus pessimus est ⁊ durus. Significatiōes eorū que in morbū
exeunt. viij. sunt modis: aut in egestione: aut in vrina: aut
in sputis: aut in vomitu: ⁊ sanguine per nares ⁊ emorroyde:
menstruis ⁊ parturitiōe. Egestio si fuerit viridis: nigra: feti
da: vnctuosa in acuta egritudine malū est. Nigra enim in-
censionē significat. vnctuosa dissolutionē significat carnis ⁊
pinguedis ꝑpt nimiū calorē. viridis: cho. eruginosaz. fetida
putredinē nimiā ⁊ pessimā. aq̄sa: subtil ⁊ alba vl citrinissima
vl spumosa malū est. subtilitas ei significat digestiōis remo
tionē. alba significat q: cho. neq3 ad stomachū neq3 ad īresti
na vadit: sed cum sanguine per totū corpus dispergitur: ⁊
yctericia significatur. citrinissima cho. multā ad stomachum
⁊ intestina descēdisse demonstrat. spumosa mixturā ventosi
tatis ⁊ digestionis significat: sicut videmus fieri in tempe-
state maris: aut de nimio calore superfluo sicut videtur in
caldario bullienti. Si egestio sit parua: lenis: viscosa: alba:
aut citrina mala est. Egestio em̄ ista significat dissolutionez
corporis pinguedinis. Citrinitas aūt calorē fortem aut pin-
guedinem putrescentē. Si sit diuersorum colorum. idest ni-
gra: ⁊ citrina malū est: q: diuersitatē morbi significat. hi em̄

hu. in corpore se coadunantes diuersos in eo morbos signi-ficant: ⁊ materiã multo tẽpore ad repugnandũ ⁊ cõsolidãdũ necessariã: vñ morbi pessimitas significat diuturna: ⁊ si pas-sio sit cholerica cũ fastidio ⁊ hõ digestionez habeat longo tẽ-pore: ⁊ fastidiũ sibi venerit: malũ significat: ⁊ i intestinis apo-stema. Si i dissinteria q̃si carnis frustula exierit: mortẽ signi-ficant: q: vulnera comederũt ĩtestina: ⁊ venerũt vsq; in scdaз tunicã perforãtia: ⁊ excoriauerunt eã: si egestio paulatim ve-niat ⁊ spissa: malũ est: q: cogit infirmũ leuare ⁊ ita deficit vir-tus eius: maxime si sit pungitiua. Egestio pura post dissin-teriam malum est: q: intestina excoriata sunt ab acuta cho. Egestio nigra spõte veniẽs cũ fe. vł sine fe. pessimũ est si nõ minuit: ⁊ oĩa q̃ exeũt de corpe egestiões ⁊ vrine si mali sint coloris pessimũ est: si nõ mutenꝛ aut q̃escãt: q: nigredo ege-stiõis ⁊ vrine ĩcẽsionẽ significãt. Si mutẽt ⁊ paulatiз q̃escãt v̄tutẽ nature malos hu. finẽtẽ ĩ corpe signt. Qualiscũq; mor-bo in initio cho. ni. desursuз: aut deorsuз exeat mortẽ signifi-cat: q: aut materie mł̃titudinẽ: aut v̄tutis ꝯtẽtiue significat defectionẽ: quorũ qualecũq; sit pessimũ est ⁊ mortale. Qua-lis cũq; de acuta egritudĩe aut diuturna defecerit ⁊ aliq̃ alia re: ⁊ ni. cho. exierit: post illũ diẽ moriꝛ: sicꝫ abortiua mulier. virtus eñ in hmõi ecidit: vel hu. hos ipsa natura nõ expu-lit: sed ex sua abũdantia exierũt. Febres peracutas habẽn-tes: si sitptici sunt: malũ significat: calor eñ ascẽdit ad supio-ra. Digestiões sub hypocũdria subtiles nocent stomacho: ⁊ epati: ⁊ alijs instrumẽtis cibi. Si aũt augmenteꝛ dissolutio dubiũ fit de morte. Uẽrositatẽ exire cũ sonitu: cũ sue nõ fue-rit cõsuetudinis: aut inuerecũdus non sit malũ est in acuta egritudine. Si eñ sane mẽtꝭ fuerit: significat magnũ dolorẽ ventrẽ circũdantem. Si aũt extra voluntatẽ mẽtis significat alienationẽ que vtraq; est pessima. Significatiões in vrina sic sunt capiẽde: vrina ni. in masculo seu femina perditionẽ si-gnificat: cũq; sit paucior tãto peior: significat eñ cõsumptio-nem humectationis in corpore ⁊ mortificationẽ instrumenti vrine: vrina eñ ni. ex incẽsione ẽ humorꝫ ꝓpter calorẽ nimiũ: ⁊ inde perditio significaꝛ in oĩbus etatib⁹ nisi signis prece-dẽtib⁹ in die cretico talis ⁊ multa venerit. Puerorꝫ v̄o vrina subtilis ⁊ aquosa malum est: q: naturaliter debet esse grossa cũ hypostasi ꝓpter v̄tutẽ corꝫ corporibus mutabilẽ ⁊ coctionẽ humorꝫ sicut in sputis in pleuresi ⁊ emunctiõe ⁊ reumate: ⁊ sanie in vulnere: q̃ cũ sit grossior: intelligiꝛ decoctio. Si aũt vrina puerorꝫ subtilis est ⁊ aquosa in lõgo tẽpore maluз est: propter cõtrarietatẽ nature eorꝫ: q: si in vrina hypostasis sit nigra: in sũmitate aũt vasis aut nebula descẽderit ad ĩferio-ra ꝑditionẽ significat: quia nigra hypostasis demõstratiua est incẽsiõis: aut nimie frigiditatis: ⁊ si sit in fundo: aut de-scenderit ad inferiora: significat morbi victoriã ⁊ in virtu-tem sui dominationẽ: sicut alba hypostasis cũ lenis ⁊ in fun-do sit: significat sanitatẽ ⁊ decoctionis cõpletionẽ. Uñ nigra hypostasis ablationẽ sigt decoctõis. Urina aq̃sa ⁊ subtił ma-la: q: sigt decoctõis ablationẽ: ⁊ nature defectiõeз ad morbi materie repugnationẽ. Itẽ sigt ascẽsionẽ caloris ad supio-ra corporis: ⁊ futurã alienationẽ. Si aũt vrina sit talis: ⁊ ho-mo alienatus sit: perditionẽ ostendit: q: calor cerebro com-mixtus est. Si aũt salubres fuerit significatiões ⁊ mẽs salu-bris sit: significat apostema futurũ sub hypocũdria: q: mor-bus cum moreꝛ tãdiu grossa materia significaꝛ. frigida ma-teria ad decoctionẽ est dura cui si natura domineꝛ deponit ad corporis inferiora. Urina fetida ⁊ grossa malũ significat: q: fetor putredinẽ: ⁊ grossitudo parit duriciẽ. Urina turbi-da ⁊ nõ declarãda: ⁊ si declareꝛ parua tñ hypostasis efficiꝛ: mala est: cũ multitudinẽ caloris extranei demõstret: faciens quasi ebullitionẽ ⁊ caloris naturalis defectionẽ vt nõ possit digerere materiã. Hypostasis que est quasi farina grossa vł scintillosa: aut furfurea est mala: q: hypostasis ista consum-ptionẽ membrorꝫ significat. Assimilãs grossam vrinã: aut ex incẽsione est grossi sanguinis: aut ex dissolutiõe carnis: pro-pter nimietatẽ caloris. Scintillosa de excoriatiõe durorũ est mẽbrorꝫ vñ priori est peior: furfurea est de excoriatiõe venarꝫ ⁊ inde ẽ pessima. Opꝫ tñ itelligas de vesica ⁊ de renib⁹ aliq̃si exire hypostases hmõi ⁊ nõ significare malũ. Intelliguntur aũt de dolore quẽ sentit infirmus in horũ mẽbrorũ circũda-

tionibus. Paruitas vrine est malũ: significat eñ incẽsionẽ ⁊ humiditatis cõsumptionẽ aut virtutis defectionẽ nimiam vrinã a sanguine diuidẽtis: aut expulsiue debilitatẽ. Uomit⁹ si sit niger vel viridis: vel eruginosus est pessimus: si fetens mortalis: causa ei⁹ eadẽ est quã diximus de egestiõe ⁊ vrina: de nimia. s. inanitione ⁊ frigitudine. Si homo hmõi colores insimul vomat: fit certior ad mortem: q: malorꝫ hu. significat multitudinẽ. Sputa si in passiõe pectoris sint rubicuda: aut pure citrina neq; cũ saliua mixta: ⁊ cũ tussi egrediẽtia maluз significãt: q: purã dñationẽ humoris portendit per se exeũ-tis sicut cũ tussi ⁊ grossitudine sui ⁊ labore nature ad expellẽ-dũ: si viride sit vł etiã spumosuз: fit malũ sicut de egestiõe di-ximus: de hmõi intelligim⁹ colore liuidum ⁊ nigrũ similiter: immo oẽ sputũ ex quo nõ quiescit dolor malũ est: maxime si sit multũ: q: materiã multã ĩ pectore significat ⁊ pessimã. Sputũ v̄o vnde dolor mitigaꝛ bonũ est. Sputũ in phthysi-cis paulatim ⁊ cũ nimio labore mortale est: defectionem eñ virtutis digestiue ⁊ expulsiue ⁊ cruditatẽ materie significat. Si multũ sit ⁊ facile exierit minus pessimitatem ostendit: q: lõgo tẽpore cõsumiꝛ. Sudor si in oĩ die adsit neq; tñ cretic⁹ fuerit: neq; totũ corpus tenuerit: neq; fe. extiguit: neq; cor-pus alleuiaꝛ: sed potius peioraꝛ malus est: ⁊ si sit frigidus ⁊ in capite ⁊ in collo tm̃ sit peior. Si aũt cum acuta egritudi-ne sit mortale: si cũ leui diuersitatẽ morbi significat: q: frigi-dus sudor significat frigidos humores ⁊ caloris naturalis defectionẽ. Si sudor signũ decoctõis ꝓcesserit: multitudinẽ demõstrat humiditatis ⁊ defectionẽ virtutis contentiue: si rigorẽ ⁊ tremorẽ sequitur sudor morbi significaꝛ fortitudo. San. e narib⁹ si sit grossus paru⁹ ⁊ niger mortẽ demõstrat: maxime in fe. acutis: q: significat phlegmonẽ in cerebro esse sanguineũ corrũpentẽ: si fit ĩ diẽ cretica: aut cito moriꝛ: aut post longũ tẽpus liberaꝛ cum alijs crisibus. Si de naribus exeant hu. virides: aut citrini malum: quia in cerebro cho. malã significant dominantẽ: ⁊ ipm incidentẽ. he sunt signifi-catiões pessime quas perpẽdimus ab exeũtibus a corpore. Significatiões de qualitatib⁹ morborũ sic intelliguntꝛ: mor-bus si fuerit ex morbo anteriori ⁊ fortior sit: atqꝫ in nobili-bus mẽbris sit pessimus. Si dolorẽ infirmus patiaꝛ in capi-te fortissimũ: atqꝫ moreꝛ in feb. pacuta: et si male alie signi-ficatiões sint: sine dubio est mortale: q: significat calidũ apo-stema esse in cerebro: ⁊ ĩ sua tunica: si male significatões nõ apparuerit liberationẽ significat cũ sanguine e narib⁹: aut cũ aliquib⁹ apostematib⁹. Sãguis aũt e narib⁹ in hac passio-ne effluit iuuenibus: ⁊ ante. xx. dies: si post. xx. dies ⁊ lenes fuerint cũ apostematib⁹. Si dolor ĩ capite: ⁊ grauitas in col-lo moreꝛ: freneticis necesse est vt veniat spasm⁹: ⁊ cho. q̃si ve-nenũ euomat: ⁊ moriaꝛ: q: dolor ille est ex cholerũ acumine caput ascẽdẽte: ⁊ spasmatur epar cerebri ⁊ suorꝫ pãniculorꝫ siccitate. Uomit⁹ ex multitudine est pessimorũ cholerũ. Ue-locitas mort⁹ ꝓpter pessimitatẽ est morbi ⁊ loci nobilitatẽ. Si infirm⁹ sit defect⁹ in v̄tute sui cũ vomuerit moriꝛ: ꝙ si for-tis vsqꝫ in diẽ tertiũ permanebit. Si mẽs turbetur ex per-cussiõe capitꝭ malũ est: q: significat ꝙ cerebrũ ⁊ sui vẽtriculi patianꝛ. Si in cerebro nascantur vulnera: ⁊ ventriculi perfo-rentur: mors demõstraꝛ: q: in vẽtriculos cerebri spirit⁹ cur-rit animatus: qui si patiaꝛ vita finiꝛ. Si q̃s ex potatiõe vini alienaꝛ: ⁊ rigorẽ patiaꝛ malum est: ex fumo eñ vini ventri-culi cerebri implenꝛ: ⁊ ex calefactiõe sui rigor fit ex multitu-dine caloris vini calorẽ naturalẽ operientis ⁊ extinguentis. Apoplexia in ebriosis spasmũ ⁊ mortẽ gignit: nisi fe. supue-nerit ab ebrietate dissolutis. In apoplexia eñ hmõi vino implẽtur cerebri ventriculi: sed tñ vinum suam plenitudinẽ ex sui subtilitate dissoluit: ⁊ similiter dissoluũtur per ipsum grossi hu. qui causa sunt feb. que res ab humiditate dissolu-ta causa est salutis. Si aũt ecõuerso cõtigerit: solet spasma-ri ⁊ mori. Si alicui subito ĩ sanitate sua dolor capitis veniat ⁊ obmutescit atqꝫ stertit in die moritur: nisi febris superue-nerit sicut in apoplexia dixim⁹: ventriculi cerebri de grossis implenꝛ hu. Stertere in apoplexia: v̄tutẽ ⁊ magnitudinẽ ei⁹ sigt: ⁊ passionẽ lacertorꝫ pect⁹ mouẽtiũ: sicut dixit Hip. apo-plexia si sit fortis nõ sanaꝛ: nõ fortis dura ẽ sanari. apoplexia eñ in acuta egritudie. iiij. vł. vij. die finiꝛ: cũ ꝙ sit in mẽbro

nobili nõ vltra acutã egritudinꝫ põt pati: ſꝫ feb. ſupueniẽte
hu. diſſoluũtur ⁊ morbus curaꝛ. In pacutis fe. ſi ſit dolor in
auriculis interiorib' malũ eſt: dolor eñ in his mẽbris calidũ
apoſtema oſtẽdit eſſe in neruis audit' ex cui' vicinitate cere
brũ patiꝛ: ⁊ ideo hũc dolorẽ alienatio ſequiꝛ: vñ ſubito plu-
rimi ſicut ĩ apoplexia moriunꝛ. Iuuenes ĩ pma hebdomeda
feb. eñ in hac etate eſt peſſima: ⁊ fortiſſima: ꝑpter fortẽ ca-
lorẽꝫ ⁊ multitudinẽ cho. Senes poſt moriunt: q: feb. in ſeni
bus nõ nimis ẽ calida: ꝑpter paucitatẽ caloris: ⁊ cho. ĩ coꝝ
corpib'. aliqñ exeũt vulnera in eoꝝ auriculis et ſananꝛ. Sed
iuuenes ante apoſtemata orta moriunꝛ: ſanitas tñ ſperaꝛ ſi
ſanies ab auriculis exeat cũ bonis ſignificatiõib'. Si puſtu
le qſi cicer apperuerit in ligua: ⁊ corpis frigeſcat extremitas
mors eſt vicina: q: mery ⁊ ſtomachum ſilr habere puſtulas
ſignificat. In collo nigro apparẽte apoſtemate cũ veſicis cũ
mẽtis alienatõe: vł vigilijs malove ãhelitu: malũ ſignificat:
q: materia illa eſt peſſima. In collo vulnera cũ feb. continua
malũ ſignificãt: maxime ſi mala ſigna appareant: quia apo
ſtema ĩ hoc loco trãſglutire: ⁊ anhelare aufert: ſuffocaꝛ ergo
infirmus ⁊ moriꝛ. Subita ergo ſuffocatio in peracutis fe. ſi
nequit tranſglutire niſi cuꝫ difficultate mortale ẽ. Si febrici
tans trãſglutiendi duriciẽ patiaꝛ ⁊ torturaꝫ neqꝫ tñ in collo
apparuerit tumor: mortale ẽ: q: ſignificanꝛ apoſtemata ĩ me
ry: vel ei' lacertis nuchã ⁊ ſpõdiles trahentib': vñ collũ tor-
queꝛ. Habentes ſquinãtiã ſi tumor ⁊ rubor cũ dolore nimio
in collo nõ appareãt: ⁊ volẽtes anhelare ad ſedẽduꝫ excitẽꝛ:
⁊ iacere nequeũt: in. iiij. die vel antea moriunꝛ: apoſtema eñ
in gutture ſignificaꝛ: vñ vie ſpũs oppilanꝛ: et neceſſe eſt in-
firmus ſuffoceꝛ. In ſquinãtia rubore ⁊ tumore nõ apparẽti
bus in gula: mortale eſt ſed tamen tardius priore: q: apoſte
ma eſt in mery: ⁊ gutturis extremitate. Squinãtia in qua ru
bor colli vł pectoris apparuerit: tardior eſt ceteris ⁊ etiã ĩfir
m' ĩde liberaꝛ: ſi tñ ſubito rubor nõ euanuerit ſpes ẽ ſanã-
di. Si rubor extra appeat in pectore vł collo: ſignificat mate
rie ad exteriora expulſioneꝫ ⁊ gutturis liberationem. Si ru
bor in die cretica intus ſe abſcõdat: ⁊ ĩ exteriora corporis ap
pareant vulnera: infirmuſqꝫ ſaniẽ expuat liberationẽ morꝫ
ſignificat. Si autẽ rubor ſine aliq harum ſit ſignificationum
⁊ infirmus a dolore qeuerit mortẽ demõſtrat: aut vt ĩ morbũ
recidat. Quieſcere infirmũ a dolore ex apoſtematꝫ ẽ ad infir-
mũ pulmonẽ deſceſſione: ⁊ pulmo nõ ſentit: vñ nec dolor ſen
tiꝛ. Squinantic' ſi libereꝛ: ⁊ humor ad pulmonẽ digrediaꝛ.
vij. die moriꝛ. Suffocat' cũ fune: vel alia re: ⁊ ſpuma in eius
ore apparẽte: etſi nõdũ mortu' fuerit: nõ tñ liberaꝛ a morte:
ſuffocatio eñ gutꝛ ⁊ canalẽ pulmõis coarctauit: aerẽqꝫ ĩtra
re prohibuit: ⁊ fumoſam ſuperfluitatẽ exire prohibitã ſuper
cor ⁊ pulmonẽ augmẽtauit ad quã expellẽdã iuuit ſe pulmo
cũ labore tamen magno. expulit ergo parũ fumi cũ humidi-
tate: ⁊ hec eſt ſpuma in ore. ſpume eñ cauſa ventus eſt ⁊ hu
miditas: ſicut in maris videm' tẽpeſtate. ¶ Si hñs pleure
ſim non ſpuit: ⁊ orthomiam anhelitus habuerit: nec iacendo
anhelare poſſit: mortur' erit: ex magnitudie eñ ẽ apoſtema-
tis: ⁊ defectiõe virtutis in decoctiõe ⁊ expulſione: ⁊ pars pe-
ctoris ſup pulmoneꝫ cecidit oppilãs vias ſpũs: vñ orthomia
anhelitus ſubſequiꝛ. Qualiſcũqꝫ dolor ĩ pleureſi nõ mitigaꝛ
cum ſputis: nec cum phlebotomia vel pharmacia: nec calefa
ctione vel alio medicamine malũ ẽ: q: empima futurũ demõ
ſtrat. Apoſtema eñ calidũ qđ nõ alleuiaꝛ cũ medicamine ex
pugnãte aut diſſoluẽte: ĩ futuro ſignificat ſaniei collectiõeꝫ.
¶ Cũ aũt ſanies ĩ pleureſim veniat aut piplemoniã et cho.
ſiue ſanies in ſputo appareant: aut vtraqꝫ inſimul: malũ eſt
q: nature ſignificat defectionẽ in materie apoſtematis deco
ctione quam nõ põt mutare in ſaniẽ ꝑpter ſuã peſſimitatẽ.
Si aũt ſaniẽ ſpuerit ĩfirm' in die. vij. moriꝛ in xiiij. Si bone
ſigtiões apperuerit moraꝛ mors ĩ. xvij. q: xvij. dies eſt creti
ca ſicut alibi iã diximꝰ. Si ſigna fuerit mala ⁊ ĩfirmi creuerit
peſſimitas mortẽ ſigt. Si ĩ his dieb' ſanies finiaꝛ: bonũ nũ
ciatur: ⁊ fit mors ĩ. xiiij. q: hoc ſignũ eſt mortale in die illa. Si
bona ſigna fuerit: ꝑtẽdiꝛ mors ĩ. xvij. vł. xx. ſꝫ vtutes ſigno
rum apparentiũ: ſi mala ꝑ bonis: morieꝛ in. ix. vł. xj. ſm vtu
tem ſigni apparẽtis. In pleureſi ſi locus niger fuerit in la-
tere vicinatur morti: q: materia ex peſſimitate ſui ab ĩterio-
ribus vadit ad exteriora: q: materia nigra peſſimitatẽ ſigni
ficat. Ex pleureſi naſcẽs periplemonia malũ eſt: q: multitu-
dinẽ materie ſignificat: quaꝫ cũ pect' nõ capiat ad pulmonẽ
deſcẽdit: ⁊ inde peior morb' fit. Oportet aũt ĩtelligi q: pluri
mi cadẽtes in empima de pleureſi vł periplemonia: ſi ſint ſe
nes vel ſeniores moriunꝛ: alij eñ empici ſicut habẽtes apo-
ſtema ſub hypocundria: iuuenes moriunꝛ: q: in pleureſi et
piplemonia vt' ad q̃ ſcreãdũ adiuuet eſt neceſſaria: vtus ſe
niorũ eſt defecta: ⁊ non põt emittere ſputa: feb. ĩ ipſis nõ eſt
fortis: ⁊ ideo nõ periclitanꝛ ſicut iuuenes: iuuenes in pleu-
reſi ⁊ periplemonia habẽt virtutẽ facile ſcreãdi ſaniẽ q̃ adu-
natur in pectore vel pulmone q: calor coꝝ eſt fortis. ¶ Aliõ
apoſtema fe. facit vt diſſoluẽs humectationẽ fundamẽti mẽ
brorũ. Pleureticis ⁊ periplemonicis diſgeſtiõe ſupueniẽte
malũ eſt: maxime ante diẽ creticã. vij. q: digeſtio non mũdi-
ficat pectus: vel pulmonẽ: ſed virturẽ facit deficere vt morbi
materiã nõ poſſit expellere cuꝫ ſputis. Si digeſtio ante. vij.
diẽ apparuerit mortale eſt: cauſa eſt defectio virtutis contẽ-
tiue: ⁊ mẽbroꝝ pricipaliuꝫ defectio ⁊ diſſolutio. Si puſtule
vel vulnera pleureticis: vł piplemonicis apparcãt pedes cir
cundantia: ⁊ ſputũ qđ ſcreaꝛ durũ eſt ad expellendũ: paruuꝫ
qꝫ ⁊ crudũ: ⁊ in vrina nõ appareãt bõe hypoſtaſes: mẽbroꝝ
vbi ſunt apoſtemata debilitateꝫ ſignificat: q: materia rema-
net in peſſimitate ſua. Si vulnera intus ſe occultauerint et
feb. nõ ceſſauerit: ſputũ vero durũ atqꝫ crudũ permãſerit: in
firm' alienaꝛ: ⁊ moriꝛ: q: hec accidẽtia peſſimitatẽ materie ſi
gnificãt. In pleureſi vel periplemonia: ſi reuma ſuperueniat
malũ eſt: ſignificat eñ multitudinẽ materie ad pectus deſcẽ
dere. Habere empima in pectore ⁊ ſaniẽ qſi lutũ aut feces
inde exire: ſignificaꝛ mors cũ materiã nõ coxerit natura: ſed
remãſerit ĩ peſſimitate ſua. ¶ Phthyſicoꝝ ſcreat' ſi feteat
ſup carbones ꝓiectus: mortale eſt: q: putredineꝫ pulmonis
ſignificat: aut malos hu. ſignificat corporis. Si pulmo corrũ
patur hõ ilico moriꝛ. Si ſputum in phthyſicis conſtringiꝛ:
mors demõſtraꝛ: q: defectio vtutꝫ expulſiue oñdiꝛ. Sanies
ſi ſpuiꝛ pulmo corrodiꝛ: ⁊ cor inde circũdaꝛ. Digeſtio peſſi-
ma: viridis vł nigra: vł fetẽs ſi ſtringaꝛ: mors portendiꝛ: hec
eñ mala materia ſi nõ exeat corrunpit membra. Alienatio in
phthyſicis malũ eſt q: non eſt conſueta. Si capilli capitis ca
dãt phthyſicꝫ: ⁊ cũ digeſtio ſupuenerit mors ẽ vicina: q: cõtẽ
tiue ſignificat defectionẽ: ⁊ humectationis corporis cõſum-
ptionẽ. Dolor capitis ĩ phthyſicis malũ eſt: ſigt eñ peſſimã
ad cerebrũ aſcẽdere materiaꝫ. Sudor multus in phthyſicis
malus: q: ſignificat conſumptam humiditatẽ in mẽbris. Si
phthyſici paulatim et crudũ ſcreauerit cũ anguſtia cito mo-
riunꝛ: ſi cõtrarie contraria: q: multa ſputa ⁊ facilia ſignificãt
fortitudinẽ virtutis pulmonẽ circũdãtis: ⁊ mũdificãtis. Ha-
bentes ſincopim multã ſine cauſa aperta ſubito moriunꝛ: q:
peſſimos hu. ad cor ſignificat effluentes: ⁊ ex coꝝ ſpiſſitudi-
ne cor deficit: ⁊ aliquãdo deſcẽdẽs calorẽ naturalẽ extiguit.
Qui habet fortẽ tremorem cordis: ⁊ ſepe ſubito moriꝛ: hec
eñ accidẽtia: aut ſunt de mala cõplexione: aut de cõſuetudi
ne peſſima: ſi hec cordi ſuperſederint ſepe diſſoluiꝛ virtus ⁊
calor extinguiꝛ. Si vulnera in corpore naſcanꝛ: et vſqꝫ ad cor
perforauerint ſine dubio mortale eſt: q: cor ⁊ pectus funda-
menta ſunt vite. Vomẽtib' ſi ſingultus ⁊ rubor in oculis ſu
peruenerit: malũ ſignificat: q: ſingult' ſtomachi eſt ſpaſm'
qui ex plenitudine vel inanitione naſciꝛ. Si aũt poſt vomitũ
venerit ſignificat q: ex inanitione fit ⁊ eſt peſſimũ. Rubor
oculoꝝ cerebrũ ſignificat ſpaſmatum: ⁊ ſilr ſingultus q̃ poſt
purgationẽ aut aliã venerit ſolutiõeꝫ. Hydropiſis poſt acutã
egritudinẽ cũ dolore ⁊ feb. mortale eſt: q: de frigitudine eſt
epatis: ⁊ defectione virtutis generatiue ſanguinis: cui' cu-
ra calida eſt medicina: quã ſi faciam' materia fe. augmẽtaꝛ:
q: dolor ⁊ feb. ex apoſtematib' ſunt calidis: vel ex punctura
nimij caloris. Si frigida faciam' vt feb. mitigeꝛ: hydropiſis
augmẽtaꝛ: vnde fit vt pereat infirm'. Hydropiſi tuſſi ſupue
niente peſſimũ eſt: q̃ ex ſi humiditate eſt ad pulmonẽ deſcẽ-
dente ⁊ eũ patiente: malũ eſt. Si ſit ex alienatiõe: min' ma
lum eſt. Hydropicis cholericã ſuperuenire egeſtionẽ ma-
lum eſt: q: hydropiſis de materia eſt frigida. Si autem ca.
exeat materia augmẽtaꝛ frigus ⁊ moriꝛ infirmus. In apo-
ſtemate

stemate ca. sub hypocũdria ⁊ oculis multũ ⁊ spissuꝫ mouẽti-
bus. alienatio mẽtis ⁊ ꝑiculũ designat̃. q: signat pas. de apost-
mate esse in ore stomachi: vel in diaphragmate ꝓpter colli-
gantiã horũ ⁊ cerebrũ cũ neruis. manifestat aũt hoc oculorũ
motꝰ q̃ ad cerebrũ colligant̃. Si in cerebro vel in epate: vel
in splene ca. sit apostema: malũ est. q: sunt nobilia membra
corpis regitiua. Apostema in epate singultu supueniẽte ma
lum est. in magno eñ singultu patit̃ stomachus. q: humoribꝰ
ibi gñatis eum pũgentibꝰ fit singultꝰ. Si apostema fit sub
hypocũdria sup lacertos vẽtris nõ molestat nisi magnũ sit.
in magno eñ apostemate deficit natura cũ sibi repugnare
nõ valeat. Qualecũqꝫ apostema ẽ sub diaphragmate ĩ initio
est molestũ. ⁊ si. xx. dies trãseat ⁊ fe. tã diu ꝑmaneat ⁊ nõ dis-
soluit̃ apostema saniẽ facit. Qualecũqꝫ apostema saniẽ facit
neqꝫ caput acutũ in exteriora exierit: ꝫ latũ: molestũ est ma
xime si fuerit magnũ. acutũ eĩ caput subtilitatẽ materie signat
et eiꝰ calorẽ. vñ citius digerit̃ ⁊ sanies efficit̃. exitꝰ eiꝰ cõtra
cutẽ mẽbri nobilis signat salutẽ. Qualecũqꝫ q̃ magnũ ẽ ⁊ latũ
caput hꝫ mltitudinẽ materie ⁊ grossitudinem signat. ⁊ pigri-
ciẽ nature ad digerẽdũ: ⁊ ad exteriora expellẽdũ ostẽdit. Si
apostema intꝰ crepuerit subtilitatẽ nimiã facit defectionẽ ⁊
molestatio fit fortis. Si intꝰ ⁊ extra crepuerit: mortẽ õndit. q:
multitudo passionis ostẽditur materialis. Omne apostema
si magnũ sit ⁊ durũ ⁊ dolorẽ faciat ⁊ molestationẽ: mortem
signat ꝓpter magnitudinẽ ⁊ suã fortitudinẽ. ⁊ in materiã sui
victoriam. Qui hydropisim hꝫ in epate aqua illa ad pellicu
las syphac erũpente: morit̃ aq̃ impleto ventre: q: hydropi
sis ĩ epate vesice sunt in pelliculis eiꝰ ipm operiẽtibꝰ q̃ aq̃ i-
plent̃. cũ aũt he vesice crepuerit ⁊ h̃ eruginosa aq̃ ad syphac
vel zirbum descẽderit: corꝫ subas cõsumit. vñ consequit̃ vt
pereat ĩfirmꝰ. Qui incidit̃ aut decoquit̃ hydropicꝰ aut em-
picus ⁊ saniei vel aq̃ multitudo subita exierit morit̃: q: pur
gatio nimia ⁊ subita ṽtutẽ dissoluit. ita vt restaurari neq̃at
exit eñ cũ aqua multa spũuꝫ quãtitas. Qui hꝫ apostema in
stomacho sub hypocũdria. aut in mẽbro aliq̃ interiori et cre
puerit: ⁊ sanies q̃si fex vini aut olei exierit mortale ẽ: q: natu
rã demõstrat nõ posse digerere. ⁊ ĩde mltã saniẽ fecisse. In
ictericis epar durũ malũ est: durũ eñ apostema epatis af-
futurã plurimuꝫ ostẽdit hydropisim. Si sub hypocundria
diarricis macies ⁊ subtilitas fuerit malũ est. q: hũiditatẽ cõ
sumptam ⁊ exiccatã designat in spũs instrumẽtis. In yleos
vomitꝰ et singultꝰ malũ. ⁊ si spasmus supuenerit mortale ẽ.
in hac eñ subtile intestinũ cõcludit̃. ⁊ cũ natura digestioneꝫ
expellere nequeat ad inferiora: reddit eã stomacho vt exeat
cũ vomitu. vñ stomachꝰ patiẽs singultizat. Si vo cerebrum
patiatur ꝓpter stomachũ fit spasmꝰ ⁊ alienatio. hec aũt acci
dentia sunt periculosa. In yleos strãguria supueniẽte mori
tur infirmꝰ. vij. die si fe. nõ supueniat vel nimia ab ipso vrina
exeat qd. vj. apho. ꝑicula scribit hip. sed Ga. cũ hũc apho.
non intellexerit hip. eũ esse negauit. Qui hꝫ dolorẽ in femo-
ribꝰ cũ fe. ⁊ dolor vsqꝫ in diaphragma ascẽderit: ⁊ inferiora
loca quieuerit. maxime si alie male significatiões apparue-
rint: mortale est. dolor eñ in his locis cũ fe. calidũ apostema
ostẽdit. ꝙ si ad diaphragma ascenderit alienatio fiet ꝓpter
colligantiã cerebri ⁊ est mortale. Si laudabiles apparuerint
significatiões ṽtutẽ ad digerẽdũ morbũ ꝯfortãtes: futura erit sa-
nies. Apostema ĩ vesica si durũ sit ⁊ cũ ꝯtinua fe. mortale est
q: stringit intestinũ ad egestionẽ non expellendã. Si aũt ab
infirmo vrina exierit ⁊ non saniosa liberat̃. si aũt a fe. nõ ces-
sat occidit in ꝑiodi prima. Pregnãtes supueniẽte herisipila
in vulua moriũtur. In stomacho epate renibꝰ magna apo-
stemata sunt mortalia: si parua sunt possibile ẽ sanari. Ga.
vidi inq̃t vulnera in grosso intestino: et egestionẽ ab eis ex-
euntẽ: ⁊ tñ euasit infirmꝰ. Itẽ vidi vulnera a capite vsqꝫ in
subtiles pelliculas ꝑforãtia: ⁊ tñ sũt sanata. Itẽ q̃dã habue
rũt vulnera in circũdãtibꝰ epar. ⁊ epatis parte incisa: tñ li-
berati sunt. ꝫ si h̃ vulnera in cõcauũ inciderint: aut in partẽ
gibbi impossibile est sanari. Vesice cõcauitatem si vulnera
ꝑforẽt: impossibile est curari: q: suba eiꝰ neruosa nõ solidat̃.
Renes sunt carnosi. vñ si vulnera sint in ipsis: ⁊ nõ magna
sint solidant̃. si vero magna sint nõ solidant̃: neqꝫ sanantur
Rigor si sup debile corpus augmẽtet̃ eiꝰ destruit̃ virtꝰ. In
febribꝰ stomachi incensio: ⁊ cordis tremor malum est. q: tre
mor in ore stomachi est ex mltitudine cholerica in ipo. Si in
quibusdã mẽbris sint apostemata seu dolor ⁊ sitis supue-
niat vel angustia: mortẽ significat. q: calor reuertit̃ intra cor
pus. quo circũdante cor ⁊ stomachus incẽdunt̃. Feb. hñtibꝰ
acutas si ab initio cã que in crisim venire soleat sicut pur-
gatio supueniat ⁊ nõ iuuat: in die aũt tertia malis signis ap
parẽtibꝰ ꝓculdubio moriunt̃. si in. iiij. sicut ĩ tertio apparue
rit: mors in. vj. vel. vij. erit. In causon spasmus aut tetanꝰ
malũ est. q: inanitionẽ ⁊ exiccationẽ hũiditatis ostẽdit. Sin
gultus de multa inanitione sicut sanguine: vomitu: egestio
ne: malũ est. q: singultus stomachi est spasmꝰ de inanitione
nascẽs ⁊ repletiõe. si aũt sit ex inanitiõe malũ ẽ: terminꝰ infir
mi in. iiij. die erit: ṽtus eñ sua nõ põt sustinere diutius. Alie
natio ex inanitiõe sanguis. ⁊ spasmus malũ est. q: sanguis
multũ exinanitꝰ desiccat corpus. vnde patiente cerebro fit
alienatio. vtrũqꝫ aũt malũ ẽ: ⁊ ad mortẽ dubiũ. Si in corpe
magnus tumor apperuerit atqꝫ vulnera neqꝫ cũ ipis fuerit
apostema: malũ est. q: apostema intra corpꝰ est. In pueris
pustulis apparẽtibꝰ magnis moriunt̃. q: magnũ dolorẽ pa
ti nequeũt: neqꝫ fortẽ medicinã. Si ĩ febribꝰ tumores appa
ruerint in supioribꝰ palpebris morbꝰ reuertit̃. q: defectio ca
loris naturalis designat̃. vñ mẽbra morti ꝓpinquiora tume
scũt. sicut in corpibꝰ videmꝰ mortuorꝫ. His q̃ habuerint do-
lorẽ in femoribꝰ pustulis apparẽtibꝰ putridis malũ est. quia
mutatã materiã de ignobili mẽbro ad nobile significãt. Si
morbꝰ nõ fuerit ꝫm etatẽ vel naturã infirmi ⁊ ꝫm tpa anni.
malũ est ĩfirmo: q: molestationẽ affert. q: natura morbi ĩ cõ
plexiones istas ꝑualet. vñ molestat̃ natura cũ resistere mor
bo nequeat. Hec sunt q̃ dicẽda erant de molestationibꝰ ad
mortem pertinentibus.

De significationibus salutis. Cap. xij.

Dictis malis significationibꝰ: opꝫ dicamꝰ q̃bus in mor-
bis salutes nũciant̃. Hec certificabunt̃ ex q̃litati-
bus ⁊ corporũ ṽtutibꝰ: aut de eorꝫ actionibꝰ: aut
de egrediẽtibꝰ ab ipsis: aut de morborũ naturis.
De q̃litatibꝰ corpis si infirmi faciẽ sicut sani vide
ris: maxĩe salutẽ eius demõstrat morbi. mlti eñ naturaliter
maciẽ: siccitatẽ: nasi acumẽ: plũbinũ colorẽ: aut aliũ malũ in
sanitate sua habuerũt: q̃ si habeãt infirmi a suis q̃litatibus
nõ mutata eẽ intelligunt̃: neqꝫ hec sunt timenda: ꝫ potius
erũt salubria. Si aũt infirmo nõ diuersus erit color: ꝫ equa
lis in toto corpe: signatur salus de apostemate in visceribus.
ictericia supueniens in die. vij. vel post in die cretica: salu-
tẽ morbi demõstrat. q: cõfortata ẽ natura ad expellẽdos cho
lericos hu. in corpis exteriora. Si crassius a tumore sub hy-
pocũdria liberet̃: morbi demõstrat̃ salꝰ. q: ĩstrumẽta cibi sa-
na salua ⁊ virtuosa certificant̃. Significationes de accidẽtibꝰ aĩa-
tis: sunt sanitas mẽtis. claritas sensualis. leuitas motuũ in-
firmi. bonitas sui. iacere maxĩe ex sani cõsuetudine. q̃ oĩa
morbi salutẽ signat. q: salutẽ cerebri ⁊ sui ṽtutẽ demõstrant.
et facilitatẽ volũtarij motꝰ. ⁊ nature desideriũ ad cõsuetu-
dinẽ implendã. Si de nocte dormiat ⁊ de die excitet̃. ⁊ cum
expgiscat̃ etiã ĩ suis q̃litatibꝰ melioret̃ bonũ est. Silr̃ si alie
natꝰ a somno melioratꝰ excitet̃ laudabile signũ. q: natura in
tpe somni vicit materiã morbi. Sꝫ tñ opꝫ ĩtelligi nõ in oĩbꝰ
morbis laudabilẽ eẽ sanitatẽ mẽtis. q: in diarria et ptisi
moriunt̃ mẽte sani. sed tñ in his ꝑacutis ⁊ ptinẽtibꝰ capiti
Corruptio mẽtis in oĩ morbo ẽ illaudabilis. q: cerebrũ nobilis
simũ mẽbrũ mõstrat eẽ passuꝫ. Sternutatio in frenesi ẽ lau-
dabilis. q: cerebrũ ꝯfortatũ ad expellẽdas supfluitates ostẽ
dit. vñ Ga. ĩ libro accidẽtiũ. sternutatio si de reumate nõ fit
iuuatissima est capiti si fumo caruerit: sed tñ morbidis mala
pectoribꝰ: q: cũ pectora moueant̃ hu. in ipis colligunt̃. Ha
bẽtes dolorẽ in capite ꝓpter apostema sanguinolẽtũ. vl̃ col
lectionẽ crudorꝫ humorꝫ: si sanguis sanies vel aq̃ et corꝫ au
ribꝰ cucurrerit vel naribꝰ: q̃escit dolor ⁊ cessat morbꝰ. Signi
ficatiões de spũalibꝰ actionibꝰ. spũs est bonꝰ ꝑfectꝰ: nõ spis-
sus: neqꝫ rarus: neqꝫ intercidũus. q: demõstrat salubritatẽ.
Spũs vñ vita est ⁊ eiꝰ ṽtus sicut pessimitas pulsus mala est
in morbis oĩbus: q: defecta virtꝰ vitalis õndit̃. Significationes
de naturalibꝰ in comedẽdis cibis desideriũ: bonũ. signat eñ sa

lutē instrumētoꝝ cibaliū. ⁊ v̄tutis regitiue fundamentū. et
appetitū in restauratione a morbo dissolutorū. Signiones
ab exeuntibꝰ corpus bone. de mediocri digestiōe in subtili-
tate ⁊ grossitate: aureo colore nō multū citrino: q: egestiue
signt bonitatē. ⁊ stomachi v̄tutē ⁊ intestini. Si aūt cū digestio
ne in die cretica lūbrici exierint: laudabile ē: q: natura ad ex
pellēdā materiā nociuā cōfortaṫ. vñ lūbrici egrediunṫ. Silr
si digestio in die cretica exeat ⁊ leuitatē infirmꝰ sentiat ⁊ for-
titudinē: posteaq̄ fe. cessat: signū fit salutis ⁊ sepatio morbi
Hñti surditatē subitā post fe. acutā: si succedat egestio chole
rica: cessat surditas que est de ascensione cholerica in caput
hec cum descenderit in inferiora recedit surditas. ⁊ similiter
econtra supueniēte surditate. si quis solutionē cholericā ha
beat solutio cessat. Qui hꝫ maniā solutiōe ab emoroidis su
perueniēte est laudabile. q: materia melācholica de capite
descēdit in vētrē. silr splenetici inde sanātur. Hydropicis si
diarria phlegmatica ⁊ aquosa supuenerit humiditas: morbꝰ
cessat. diarria diuturna vomitu supueniēte cessat. Si q̄s hꝫ
ophthalmiā solutiōe supueniente: cessat. q: materia morbi
ad īferiora descēdit. Urina si boni sit coloris nō multū citri-
na: sꝫ sicut pomi citrini: ⁊ nebula alba ad inferiora vasis de-
scēderit salutē morbi signt. ⁊ melior est hypostasis ī fundo va
sis residēs. q̄ vtraq̄ signt naturā morbū decoxisse. ⁊ mēbro-
rū fundamētꝭ assimilasse. Sꝫ opꝫ intelligi pessimitatē vrine
nō in oī morbo eē illaudabilē: neq̄ bonitatē eiꝰ semp signre
salutē nisi in febribꝰ ⁊ viscerū apostematibꝰ: ⁊ epatis passio
nibꝰ. Passiōes q̄ cerebri. ⁊ cordis ꝑpṫ depulsionē nociuorū
humorꝝ ad inferiora corpis. ⁊ apparitionē coctiōis in vrina
ad salutē sunt potentes. Sputū in pleuresi ⁊ piplemonia si
in initio morbi subtile ⁊ clarū sit ⁊ al. ⁊ post paulatim inci-
piat inspissari ⁊ grossari: ⁊ facile sine duritie screatū fuerit
⁊ expulsio eiꝰ fortis: neq̄ malū colorē habuerit. sic nigrū: vi
ridē: citrinissimū: neq̄ abomīabilē habuerit odorē: signt mor
bi salutē: ⁊ sui tpis breuitatē. Si apostema in pleureticis ⁊
piplemonicis crepuerit: ⁊ saniē cū v̄tute infirmꝰ screauerit
al. ⁊ multam: ⁊ in illa die infirmꝰ cibū q̄sierit: certam salutē
ostēdit. he em̄ signiones v̄tuosam signionē demōstrant. Su
dor in acuta fe. ⁊ in die cretica in calore moderatus ⁊ corpis
cōis totius: ⁊ si tēpora moderata fuerint: ⁊ color eius al. et
odor nō abominabilis: signū est salutis. Sāguis a naribus
in die cretica. ⁊ in sanguinolētꝭ fe. q̄ ex cerebri ⁊ viscerū sunt
apostematibꝰ: signt morbi salutē. ⁊ infirmi v̄tutē. Signiones
de accidētibꝰ ⁊ morbo he sunt: Si morbꝰ post priorē veniēs
est leuior: ⁊ nō in nobili mēbro fit salubris. Dolorē nimiū in
capite hñti si de naribꝰ vel auribꝰ cucurrerit sanies vel aqua
saluabiṫ: q: apostema ī locis erat illis. Freneticis maniacis
emoroide supueniēte: signū est salutis. Squinanticis si in
pectore rubor ⁊ tumor apparuerit: ⁊ nō intꝰ redierit: bonū
signū est: q: signt naturā ab īterioribꝰ ad exteriora expulisse
materiā. Et silr si in lingua vel gula appareat apostema signt
salutē. Diuturnā hñs tussim supueniēte tumore ī testiculis
sanaṫ a tussi ꝑpṫ colligātiā mēbrorꝝ spūaliū ⁊ gn̄atiuorꝝ. Si
periplemonicis vulnera in pedibꝰ apparuerint: ⁊ qd̄ screaṫ
bn̄ sit excoctū ⁊ facile egrediṫ: ⁊ ī vrina lenis appareat hypo
stasis: ⁊ in fundo sedens vasis: salutē signt morbi: q: natura
cōfortaṫ in expellēda materia: ⁊ a nobili mēbro ad ignobile
eā mādat: vñ apostema cessans aliq̄n reuertiṫ. Si in periple
monicis apostema post auriculas fuerit: aut in exterioribus
pectoris: siue sub hypocūdria: salutē signt. et apostema fistu-
lā facit: quia periplemonia ⁊ sibi silia ꝑpṫ grossaꝫ materiā ⁊
viscosam semp durāt. Si aūt bona signa in hac apparuerint
causa: intelligiṫ natura expulisse materiā ad debilia mēbra
sꝫ ꝑpter malignitatē materie moraṫ: ⁊ fistula efficitur. Ri-
gor in acutis fe. supueniēs in die cretica: cessationē earꝝ signt:
q: causa de hu. est putridis intra venas ⁊ arterias. Cū autē
rigor fiat intelligiṫ de venis ⁊ arterijs exisse materiā ad sen
sibilia mēbra. Tertiane pustulis in naribꝰ aut in labijs sup-
uenientibꝰ: febrem cessare signt: ⁊ nocturnalis tertiana non
adeo tardaṫ. Allopicia varicibꝰ supueniētibꝰ: ad capillos ca
pitis reuertiṫ. Podagricis arteticis ⁊ nefreticis varicibus
supueniētibꝰ cessat morbus. Opiremia in lienteria diuturna
innata q̄ ante nō fuerat bonū signū. signt em̄ ꝙ v̄tus digesti-
ua cibū in stomacho mutare incipiat. Qui spasmū hꝫ de ple
nitudine: fe. supueniēte spasmū amittit. Qui dolorē hꝫ ī epa
te de frigiditudine fe. supueniēte dissoluit dolorē. Silr in sto-
macho ⁊ intestinis seu splene: si dolorē habuerint de frigitu
dine vel de vētositate: fe. supueniēs dissoluit dol. Qui in via
veretri pustulas habuerint nō doleṫ: quia acumē vrine cum
trāseat solidat ⁊ desiccat eas. In exeuntibꝰ ab egritudine:
aut nō mūdificatis corpe: prurigines pustule scabies impe-
tigines si supueniant: naturā signt eē virtuosam in expellen
dis malis hu. de mēbris nobilibus ad ignobile. i. cutē: sicq̄
salus corpi. Opꝫ aūt te ītelligere q: pueri plurimū de duris
passionibꝰ ꝑpṫ multitudinē caloris corꝝ sanaṫ. Seniores
vero ⁊ defecti v̄tute raro curātur de forti passione. Si vide-
ris infirmū nō facere ſm ꝙ opꝫ: morbꝰ aūt ꝑmāserit in sua
qualitate ⁊ quātitate: salubre est. ⁊ facile potest curari.

¶ De significatione qua salus vel mors infirmi
possit preuideri. Capitulū. xiij.

Jcms laudabilibꝰ significationibꝰ salutē et pessi-
mis mortē annūciantibꝰ quātū sufficiat. mortem
vel salutē predicere volētibꝰ restat dicamus. hec
scire volens assiduā inuestigationē habere debet
signionū: ⁊ earum numerū cōsiderare maiorem
ipsarumq̄ fortitudinē. sicut diximꝰ quasdā mortē signre: quas-
dā mortales esse: quasdam morti vicināteš: ⁊ quasdam ma
las tm̄: alias malas eē ꝓprie. Silr in salutē significātibꝰ:
quasdaꝫ laudabiles esse diximus: alias laudabiliores: alias
salutem significantes firmiter. opꝫ ergo eas fortiter trutina
re. et earum fortitudinē cognoscere. et infirmū ſm superan-
tes iudicare. Opꝫ item perpēdere quia fortes significatōes
in perditiōe nō coadunātur cum fortibꝰ in salute: quia sunt
quasi extrema cōtraria: q̄ sibi cōiungi sunt impossibilia. Si-
gnificatiōes he nō mutāt suas certitudines ī regionū diuer
sitate: nec in etatibꝰ: nec in anni temporibꝰ. bone em̄ vbiq̄
bone. male autem vbiq̄ male. Si em̄ infirmū leuitatē habe
re atq̄ quietē videris cū signionibꝰ malis. nō credes bonis:
neq̄ dubitabis. sed procuidubio mortē iudicabis. Si vero
videris bona habere signa. sicut pulsus fortitudinē. ⁊ anhe
litus bonitatē: vrine coctionē. ⁊ alia similia: supueniāt autē
periculosa accidētia sicut molestatio mentis alienatio: ima-
ginatio visus obscuritas: dolor in precordijs: nō erit timēdū
tibi. hec em̄ accidētia cito trāseunt infirmi sanitate succedēte
hipp. in apho. testāte. ne sis īquit tutus de leuitatibꝰ quas
preter rationē sentit infirmus: nec timidus de molestationi
bus rōni nō ꝯpetētibꝰ. q: hmōi plurima nō sunt stabilia. qd̄
ideo dixit. Hip. vt bona signa bonum. et mala malū porten
dere semp ostendat. Sed medicum est impossibile in his iu-
dicijs nō peccare. quia videmus perfectos medicos fuisse ⁊
tamē errasse. et maxime in acuta egritudine: ꝑpter motū ve
locē sui de re in rem. Diuturna egritudo nō fallit eos in iu-
dicio. vnde hip. iudiciū in acuta egritudine de morte ⁊ vita
nō adeo ꝑfectū est ⁊ certū ꝑpṫ materie leuitatē ⁊ morꝰ velo
citatē de re in rem. Sꝫ tamē libris semp studens. ⁊ infirmos
visitans. ⁊ bn̄ rem inuestigans: ⁊ ingenium habēs naturale
raro peccat. Opꝫ aūt ītelligas q: impossibile sit in initio oīs
morbi iudicare mortē vel salutē: nisi in eis qui in. iiij. die vel
vij. finiuntur. horꝝ em̄ morborꝝ in initio apparēt signa. Mor
bi qui in. xiiij. vel. xx. vel post finiūtur: nō possunt intelligi q̄
salubres sint: quive mortiferi in initio sui. et ꝑpter hoc opꝫ
inquiri signa vniuscuiusq̄ diei ⁊ videre vbi morbus mute-
tur: ⁊ qualis sit eius motus: ⁊ ad quid deueniat. finis em̄ ho
rum elongatur: atq̄ ipsorum motus ꝑpter materie grossi-
tudinem moratur: ⁊ eorum signa nō apparent in die prima
quia morantur ſm materie diuturnitatem. vnde acutū opꝫ
habere sensum ad intelligendum.

¶ Finitur theorica ysaac israelite in decem
partita libros particulares.

¶ Liber primus practice pātegni ysaac israelite.

¶ Prologus in hanc partem.

Quoniam in prima parte nostri libri pantegni: q̄ theorica nuncupat̄: rōnabiliter dixim⁹ quātū opꝫ medicū scire ac intelligere priusq̄ curare icipiat. Opꝫ nos autē in scd̄a parte quā practicam vocamus ꝯm q̄ necesse est ad finiendā nr̄am intētionē. i. custodire sanitatē ⁊ curare infirmos Incipiam⁹ ḡ a regimēto sanitatis: ⁊ dicamus ꝓut oportet hūana q̄qꝫ corpa ⁊ aīaliū sunt mutabilia ⁊ instabilia: naturaliterqꝫ subiecta cōstructiōi ⁊ destructiōi: quoꝝ mutatio duplex est: necessaria: ⁊ non necessaria. necessaria iterū est duplex. aut em̄ fit intrinsecus: aut extrinsecus. Intrinsec⁹ sicut ex naturali cōsumptiōe cū aīalibus ⁊ terrenascētib⁹ cōicante. videm⁹ em̄ terrenascētia p̄ eam desiccata atqꝫ cōsumpta nec nō ⁊ aīalia per eā ad senectutē accedere: deinde ad finē vite veniētia. Consumunt̄ etiā ꝓpter cal. naturalē coꝝ interiora desiccantē: ⁊ ꝓpter hūoꝝ copiam de cibis ⁊ potib⁹ ḡnatam. Extrinsecus vero veluti ex aere nr̄a corpa circundante. Nō necessarie quidē mutatiōis causa extrinsecus ad corpora nr̄a veniēs destruit ea: sicut est calefactio: infrigidatio: humectatio: desiccatio: lapidis ꝑcussio: gladij incisio: reptiliū morsus. ⁊ silia. Et quia impossibile est corpa liberari eadē mutatiōe naturali: fuit nobis necesse vt ea regam⁹: et accidētib⁹ mutantib⁹ repugnem⁹: vt in sua sanitate custodiant̄ corpa quūsqꝫ ad naturalē veniāt cōsumptionē. ipossibile em̄ est naturali repugnare ꝯsumptiōi: q: mot⁹ ei⁹ est eēntialis. ⁊ impossibile est res naturales ⁊ eēntiales mutari et eis resisti. Si medicus regat ⁊ custodiat corpa ab illꝭ accidētibus: ducunt̄ sana vsqꝫ ad verū tp̄s naturalis cōsumptionis: et est nr̄a intentio vt sanos in sanitate custodiamus: ⁊ egros ad sanitatem reducamus.

¶ Tituli capitulorū libri primi practice.

¶ De disputatione regendoꝝ sanorū. Cap. j.

Q Uia custodiā debiliū corpoꝝ.i. fm aliquā partē sanitatis custodiēde descripsimus. Incipiēdū est a regimine corpoꝝ morbis ꝑparatorum ⁊ repugnationē cause morboꝝ futuroꝝ mōstremus. Dicimus eni occasionē venturorū morborum quā dicimus bifariā diuidi: aut eni fit extrinsecus vt pestilētia quam hip.epidimiā vocauit: aut intrinsecus q aut est de mala cōplexione: aut de malorū hu.copia. Incipiam⁹ ergo ab exteriori. Dixim⁹ in primo lib. q theorica nuncupat vbi de aere disputauim⁹: ꝙ cōmutata aeris cōplexione: et temporibus anni extra naturam exeūtibus fiunt morbi illi pertinētes mutationi. Ex mutatiōe substantie aeris ⁊ ex corruptione ⁊ putrefactiōe morbi generant pessimi: ⁊ mortiferi: sicut pestilentia inordinate feb. variole ⁊ similia. Dicimus etiā ꝙ morbi vniuersaliter de aeris mutatiōe nascētes nō accidūt hoib⁹: qm̄ de mutatiōe cōplexiōis aeris nō infirmant nisi qui similes illi sunt cōplexioni: ⁊ morbi q fiūt propter mutationē substantie aeris plurimū illis eueniūt: quorū hu.ad recipiendū aeris putrefactionē sibi similantē parati sunt: necesse est ḡ cū morbū sentiam⁹ de cōplexiōis aeris mutatiōe: repugnemus cū reb⁹ illi cōplexiōi ꝯrijs cū cibo ⁊ medicina: quā dicem⁹ cū de curis egritudinū disputabim⁹. Si fuerit ex corruptiōe substātie aeris: ⁊ corruptio sit multa ⁊ nascat ex cali.⁊ hu.aeri ptinētib⁹ eū facientibus pu triduꝫ: necesse est vt repugnem⁹ ei cū phlebotomia ⁊ pharmacia hu.cali.purgante: ⁊ frig.⁊ sic. vtant: caueāt aerē cali. ⁊ solē: ⁊ quiescāt in frigi.māsionibus circa quas aqua ⁊ porte septētrionali plage opposite sint: ⁊ domus eoꝝ sint alte in quarū pauimētis frondes ⁊ flores sternant: ⁊ sepe aqua roret: balneentur in aqua fri.⁊ sapida: caueāt plenitudinē cibi ⁊ potus famē ⁊ sitim ⁊ cibū malū chimū generantē. Et si aīalia similiter pestilentiā patiant abstineāt se ab eis: solū modo gallinas pdices oīa iuscellata: ⁊ cōdita cū aceto alijs frigi.⁊ sic.⁊ acetosis comedāt: manducent fructus sicut pira malagrana. coctana ꝑsica citrulos ⁊ similia. Si estas sit et patiant sitim trociscos cāphoratos accipiant cū oxizacca. Scire etiā oportet cali.⁊ hu. cōplexionē habētes magis in hmōi infirmari tpib⁹ ceteris: vñ necesse est cito succurram⁹ eis cū phleb.⁊ reb⁹.fri ⁊ sic.sic supi⁹ dixim⁹. nōnūꝗ autūn⁹ siccissim⁹ est nō pluuiosus: ⁊ estas calidis.⁊ tūc nascit pestilētia q dr causon tertiana.cū chole. vomitu cū angustia: ⁊ siti ideo pri⁹ subueniendū est eis cū fri. ⁊ hu. sicut ptisana siru. ro.cū ꝑsilio .dem⁹ melones palesti. cucur.⁊ silia. Debemus ḡ paſ.venturas ꝓuidere ⁊ ne ad eas pueniant resistere. vbi gra. nōnūꝗ in sqnātiam incidūt ⁊ pustulas i gulā: ⁊ suffocatiōes patiunt. vñ priusqꝫ h incurrāt: subueniēdū est cū phleboto. ventosis in cruribus positis clysterib⁹ hu. deinde cum garga.aq ro.sumac cū sapa de mor̄ de suc.co:iād. ⁊ siseleos ⁊ silib⁹. Itē in h tpe fri.⁊ phleg.morbi eueniunt: sic apople. epilep.⁊ silia: necesse ē iō vt succurram⁹ eis cū mūdificatiuis ⁊ dieta ca. viscosoꝝ hu. extenuatiua. Itē pestilētia qñqꝫ fit ꝑpter putridissimū fumū aeri ꝯmixtū sic de cadauerib⁹ vl herbis vel pomis putridis dissolutū: oꝫ ḡ ab illis locis ad sana mutari: qđ si nō possunt faciāt māsiones in eo loco in quo fumus a vēto nō possit duci: aut habitent in antris vbi nō possit multus aer intrare ⁊ ponant ibi frondes ⁊ flores: fumigent ex aromaticis. s.ligno aloes ambra ⁊ silib⁹. Opꝫ etiā intelligi ꝙ quidā morbi ab vno ad alium mutant sicut lepra scabies phthysis frenesis vari. ophthalmie ⁊ similia. vñ sani sunt prohibendi ne cū eis comedant ⁊ bibant: ne ex eoꝝ spiritu cōtaminati ad eosdē veniant.

De causa morborum. Cap.xxvj.

Causa morborū q̄ ab interiorib⁹ mouet̄: aut est vniuersalis aut ꝑticularꝭ. Ut est ab vniuersali a materia quidē cōplexiōe vniuscuiusq̄ȝ morbi incipiēdū: ⁊ in multis locis scripsim⁹ ꝙ cā ei⁹ est rebus illi cōplexioni ꝯrijs ⁊ oppositis siue sit medicina siue dieta. Plenitudo aūt chimorū si nō fuerit mala nō purgationibus curetur: sed cū rebus eā desiccantibus: si vero mala partim purget̄ ⁊ partim melioret̄. Purgatio aūt plenitudinis in mēbrorū sui cōcauitate ꝑmanētis fiat cū phlebotomia in paucitate: quia phlebotomia humectat ⁊ exiccat ⁊ extrahit ab oībus mēbris maxime sanguinolētos hūo. ꝙ si virtus eorū sit fortis cū phleboto. ⁊ pharmacia curent̄ ⁊ cibum modicū accipiāt. Porro cū mali chimi purgādi sunt: cū cōuenienti pharmacia cōgruisq̄ȝ dietis: ⁊ abstinētia fieri dȝ plenitudo aūt corporis cū phlebotomia pharmacia balneiq̄ȝ indulgētia. Sed si in corpore mala sit materia ⁊ vomitu ⁊ cathartico purget̄: bonaq̄ȝ materia in corpore restauret̄: ergo cū aliqđ signū apparuerit de plenitudine sanguinis sicut in lib. nr̄o theorice diximus: vbi de significationibus fuimus locuti: succurrēdū est aūt cū phlebotomia de vena media brachij: ⁊ minuantur quantū opȝ. Si aūt virtus fuerit: etas iuuenilis tēpus vernale regioq̄ȝ tēperata sanguis vsq̄ȝ ad defectionē extrahat̄: aut quoad rub. co. si nig. fuerit ꝯtinuet̄ ⁊ maxime si cōsuet⁹ fuerit phlebotomia: aut emorroide: aut materia habita cessauerit: sicut Gal. de quadā muliere narrauit: cuius menstrua multis defecerūt mēsib⁹: ⁊ ducta ē ad vltimā maciē ⁊ appetit⁹ defectionē: quā inq̄t cū viderem minui trib⁹ dieb⁹ iūctis sang. iiij. vel tres lib. qđ cū fecissem cōuersa est in paucis dieb⁹ in suā crassiciē. Hmōi aūt mulieris macies fuit ꝑpter mēbrū parui sang. abūdātiā ⁊ multitudinem sanguinis in venis ⁊ arterijs existētē. Et si vt⁹ vel tēp⁹ vel aliud impedierit: paulatiȝ sanguis minuat̄ cū pharma. vel phlebo. ꝙ si etas puerilis sit vētose apponant̄. Si autē medicus vt opȝ quātitatē hu. corpis inuestigare nō poterit ne tradat obliuiōi: sȝ studeat circa eā quātū hūana natura ꝑpēdere poterit. si plenitudinis signū appuerit nō oȝ tardari phlebo. q̄ neglecta diuersi morbi generant̄: vt pustule phlegmones purgatꝭ hu. det̄ corpi bona dieta: phibem⁹ aūt eos a nimio ⁊ grosso cibo: cibent̄ pul. gal. ⁊ siccibus fructib⁹ laganis ⁊ ceteris supradictis: assuescāt qeti: motus em̄ calefacit corp⁹ et eliq̄t hu. q̄ ad q̄dā mēbra fluētes pncipalia ⁊ multa diuersa faciūt pati. Similiter facit bal. deinde iterum videamus: ⁊ si aliquā plenitudinē cognoscamus: alia vice minuam⁹ quousq̄ȝ malā plenitudinis abūdātiā sentiam⁹. Et si nobis aliqua repugnet actio vt nequeam⁹ sanguinem minuere: sicut defectio stomachi curet̄ subtili dieta ⁊ pauca: vt virtutē eorū cognoscimus esse. hoc em̄ custodito natura materiā istā digerit: ⁊ ad bonū cōuertit: q: subtiliat: ⁊ paucitas diete ē ꝯueniēs materie plenitudini: dietā fri. ⁊ sic. accipiat ⁊ digestiōi facilē sicut maligra. suc. sirupū malorū acetosorū oxifeni. cibos iuscellatos fri. ⁊ sic. subtiles: ⁊ si vt⁹ h̄ pati non poterit māducet pullos gal. māsiōes sint fri. ⁊ septētrionales: aspergātur in pauimēto frōdes ⁊ flores fri. hec seruanda sunt quousq̄ȝ sanitatis abūdātiā videam⁹ minoratā ⁊ partim ꝑpter cibi puitatē digestam ⁊ corp⁹ cōuersum in sui naturā. Alij vo si abūdauerint hu. vel corrupti fuerint festinare debemus cū eorū purgatiōe. Si sit chol. rub. ⁊ estas sit precipue si abominationē ⁊ pūcturā patiant̄ in stomacho cum oximel. ⁊ aq̄ cal. alijsve rebus vomitū ꝓuocem⁹. Si nō sit estas catharticū de mirabol. citri. ⁊ similibus ꝑm virtutem tēpus etatē ⁊ regionē ⁊ cōsuetudinē. Ego ꝙ dico. ℞. ʒ. mirabol. citri. oxife. ʒ. x. sirupi ro. ʒ. ij. cho. rub. suauiter ⁊ bn̄ purgare: deinde est necesse bonā in corpe materiā restaurare cū dietis vt sunt gal. ⁊ similia. Si chol. ru. dn̄et̄ purget̄ cū vomitu in estate de se. rad. castanocole. an̄. ʒ. j. ⁊ ß. fac pul. da cum oximel. ⁊ aq̄ cali. Si vo estas nō fuerit purget̄ cū cathartico de agarico. Si aūt cathar. nequeat accipe dande sunt he pil. ℞. agari. epi. poli. sticados. an̄. ʒ. j. bellebo. ni. sal nitri. an̄. ʒ. ß. petre lazuli. ℈. j. fac pul. tēpera cū suc. ozimi da. ʒ. iij. cū ca. dietā hāc accipiāt. s. agnos ānuales iuscellatos: aut pisces assos de fructibus: aut vuas pas. ficus sic. ⁊ similia. de herbis mentā ozimum ⁊ silia. vinū odoriferū cum borragine gariofi. ozimo ⁊ similib⁹ cōditū bibant. Sumāt quotidie de electuario qđ dicit̄ leticia. ʒ. ij. Sirup⁹ valēs melācholicis. ℞. suc. maligra. odorife. lib. iij. coctanorū. lib. v. vini odoriferi dari ⁊ puri ⁊ mediocre tēpus habētis lib. ij. zuccare lib. j. gariofi. ʒ. j. ⁊ ß. ligni aloes. ʒ. ij. frondiū citri. ʒ. v. ozimi borrag. an̄. ʒ. iij. fac sirupū. Caueāt angustiā tristiciā ⁊ irā. ⁊ lȝ his diu obseruatis ad sanitatē nō perducant̄ ad alia tn̄ nō trāseāt. hi enim hu. duri sunt ⁊ inobediētes. vn̄ hip. oīa ꝑm rationē facienti ⁊c. Si sit signū phlegma. purget̄ in estate cū vomitu. Si aūt estas nō sit purget̄ cū pharma. ⁊ stomatico hierap. hierol. asa fetida ⁊ similibus: neq̄ȝ ī initio: sed cū digestū fuerit ⁊ subtiliatum qđ si non sit subtile pri⁹ extenuet̄ cū apozimate rad. deinde purget̄. dietā cal. phlegmatis attenuatiuā accipiāt vinū: citrinū vel aureū bibāt purū ⁊ dietā subtilē accipiāt: tenuis em̄ dieta naturā ꝯfortat ad digerendū phlegma. Phleg. nō est aliud nisi cibus medie coct⁹. vn̄ subtiliata dieta cal. naturalē cōfortat ⁊ digerit ⁊ mutat illud in sang. in cho. aūt rub. aut nig. nullo modo q: sunt sicce.

De regimine corporū suū cursuȝ trāseūtiū. Ca. xxvij.

Primus in theorica vbi de significationibus futurorū morborū disputauim⁹ ꝙ oēs res naturales si augmentent̄ vel minuant̄: aut extra cursum suū exeāt nūciāt morbū futurū aut neutrū: Sic si appareat res extra naturā inuit morbū aut neutrū futurum. Sed incipiendū est de regimine corporū: quorum res naturalis cursuȝ suū trāsierit. Dicamus ergo si quedaȝ res naturalis cursuȝ suū exierit festinādū est vt ad cursū suū naturalē reuocet̄ cū rebus cōtrarijs illis accidentibus ꝑ q̄ a cursu naturali exierit. verbigratia. Si augmētat⁹ fuerit appetitus plusq̄ȝ oporteat: intelligit̄ mala cōplexio fri. oris stomachi dn̄ari: vn̄ dam⁹ vinū cibosq̄ȝ cali. aut si acetosuȝ phlegma videam⁹ villis stomachi inuiscatū esse qb⁹ necessari⁹ est vomit⁹. ꝙ si appetitus minuat̄ os stomachi calefactū esse insinuat: quib⁹ fri. dam⁹: aut cho. hu. stomacho inuiscatos euacuam⁹. Ideoq̄ȝ vomitū cū aq̄ ⁊ oximel. ꝓuocabis. Si auteȝ appetit cali. acuta aut dulcia designat malā cōplexionē frig. oris stomachi dn̄ari: ⁊ dam⁹ frigida cal. extinguētia. Si aūt appetit frig. scim⁹ cali. cōplexionē ori stomachi dn̄ari ⁊ dam⁹ frigida calo. extinguētia. si sitim patiat̄ cali. ⁊ sic. cōplexio oris stomachi dominat̄: ⁊ dam⁹ fri. ⁊ hu. sicut sirupū zucca. ⁊ spodiū. fri. ⁊ hu. cibos naturaliter ⁊ artificialit̄ sumāt ꝑter lac ⁊ pisces q̄ caueāt. si appetitū nō habeāt bibēdi aquā fri. frigi. cōplexio oris stomachi dn̄at̄: aut em̄ phleḡ coadunatū est: vnde dam⁹ calefaciētia sicut mel vinū vet⁹ odorifeꝝ electuariū dyaciminū dyatriō pipeō socrigene vomitiuū ḋ oximel. cū aq̄ ca. aneto ⁊ rad. ⁊ silia accipiāt si phlegma fuerit acetosum. Si aūt egestio augmētata fuerit plusq̄ȝ opȝ ⁊ sit propter nimiū cibū minuat̄ cibus. Si aūt actio nature sit expellentis abūdātiā materie adiuuet̄ natura cum aliq̄ laxatiuo ⁊ nā si citrina sit cū mirabol. citri. Si nigra cū mirabol. inđ. polipo. epithi. ⁊ silib⁹. Si minuat̄ egestio: ⁊ sit ꝑpter paucitatē cibi necesse est plus cibent̄. Si sit ꝑpter stipticū cibū: accipiant vnctuosa iura ⁊ pinguia cū oleo elixa mixta cū obsomo garo ficubus sic. ⁊ silib⁹. Si aūt sit ꝑpter phlegma viscosuȝ ⁊ paucitatē cho. ad intestina descēdētis humectādus ē ventrū cū oxife. hierap. ⁊ silib⁹. Si aūt fuerit ꝑpter ca. ⁊ sic. in intestinis dn̄antē humectat corpus cū cassia fi. māna viol. ⁊ similibus. Si egestio moram fecerit: celeriter exierit: aut cā vnde fiat inuestigāda erit: deinde madefiat. Si vētositatem stomachus ⁊ intestina habuerint: ⁊ sit ꝑpter multitudinem hu. exercitijs vtant̄ tardeq̄ȝ cibent̄. Si aūt sit ꝑpter cibaria vētositatē ḡnantia accipiāt apiū origa. ameos diacalamētū diaspmatō. Urina vltra modū augmentata ꝑpter multam aquā minuenda est. Si ꝑpter actionē nature est ꝑm crisim nō cōstringat̄ nisi defecti fuerit. Tūc dāda est medicina in curis egritudinū dicta. Si aūt ꝑpter renū ⁊ vesice frigiditatē aut ꝑpter mollitiē triferā minorē dem⁹: aut thus cū zucca. Si vrina sit minor ꝙ opȝ: ⁊ sit ꝑpter aq̄ paucitatē aquā fri. bibāt. Si ꝑpter caliditatē ⁊ sic. dam⁹ melones citru. ⁊ eorū spermata. Si ꝑpter hu. gros. det̄ apiū anisum maratrū daucū ameos ⁊ similia. Si cū ardore sit: psilium cū zuccara se. cucume. cucur. ⁊ similibus.

De menstruoꝝ augmento. Cap. xxviij.

Menstrua si augmentent plusq̃ opoꝛtet: ⁊ sit de actione nature sm̃ crisim: aut pꝛopter sanguinis abundãtiã: nõ cõstringant nisi debilitas sibi pꝛopinquauerit. ꝙ si pꝛopter vim expulsiue ⁊ debilitatẽ virtutis retẽtiue fiat: vel largitatẽ poꝛoꝝ vel vie: aut oꝛganoꝝ dissolutionẽ: vtraq̃ bꝛachia ligent: et sumãt acetũ cũ succo poꝛtu. ⁊ bolũ ar. ⁊ sumac. nutriant cũ carne pullina cũ sumac. his non ꝓficientibus cũ medicina curent quam in suo loco scripsimus. Si minuant ⁊ cõstringant: in aqua calida: ⁊ vmbilicus ⁊ pectẽ fomẽtent: vuluam vngãt cũ oleo sambucino: coxe ⁊ crura coꝝ ligent: basilica vena minuat. ꝙ si hec nõ ꝓficiãt cũ medicinis in alijs locis dictis medicentur. Similiter debemꝰ facere ad emoꝛroides si fluãt vel si fuerint cõstipate. Si sudoꝛ sit superfluꝰ ex actione nature sm̃ crisim nõ cõstringat. Si sit ꝓpter nimiũ cibũ minuatur dieta. Si aũt ꝓpter abũdãtiã humoꝛum in coꝛpoꝛe coadunatã excludant cũ pharmacia: sed si fetet significat putridos humo. vñ inuestigãdũ est necessario cuiꝰ hu. sit putredo ista: ⁊ purget cũ rebꝰ cõgruis quã: cõstrigere volẽtes dẽt aquã cali. ad bibẽdũ in qua cocta sint sumac coꝛiãdri se. ⁊ silia: vnguatur coꝛpus cũ oleo vio. vel ro. vel mirti. Sudoꝛẽ aũt si volumꝰ ꝓuocare vnguat cũ camel. anetil. ⁊ similibꝰ: ⁊ oleo vio. ĩ q̃ cocta sint nitrũ ca siafi. i. casialig. cinamo. Sternutatione siue coꝛiza augmẽtata caput cũ aq̃ cal. fomentet in aqua decocta sint camomilla mellilo. ⁊ similia. Si emũctio sit vltra modũ naribus apponimus succũ betonice ⁊ ligni aloes. Si sit cõstricta fomẽtetur caput cũ aqua cali. in qua cocta sint cinamo. ⁊ mellilo. Si sputũ augmentet gargarizet aquã ro. vel aquã decoc. mirte galle coꝛiãdri. Si cõstringat gargarizent hierapi. piretrũ ⁊ silia. Si somnꝰ superfluus sit de hu. cõplexione cerebꝛo dominãte caput calefiat cũ sinapi ⁊ piretro staphisag. cãphoꝛa omnibus pulverizatis: ⁊ cũ melle tẽperatis: similiter de his fiat gargarismꝰ. Si aũt fiat de materia phlegmatica in cerebꝛo existente mũdificet caput cũ hierap. vl' pilulis aureis aut gargarismate pꝛescripto. Si somnus minuat vltra modũ siccitas cerebꝛo dominat. fomẽtet caput cum aqua tepida in qua cocta sint papauer lactu. coꝛtex cucu. vio. nenufar. mãducent papauer lactucas coꝛiandrũ. caput cũ oleo vio. vngat. Cõcupiscẽtia coitus augmentata cali. ⁊ hu. coꝛpoꝛi dominat. res q̃ frigi. calo. extinguẽtes sicut papauer coꝛiand. lactu. ⁊ similia accipiant. Si sit ꝓpter abũdãtiã sanguinis phlebotometur. Si coitus a pꝛopꝛia consuetudine minuat frigiditas ⁊ siccitas coꝛpoꝛi dñatur: vñ calefaciendi ⁊ humectandi sunt cũ carne poꝛcina pecoꝛina cũ cepis vel ciceribus: aut accipiãt ius tritici zinziber diasatiriõ ⁊ silia. Si mẽs turbatur aut grauat phlegmatica materia puppi cerebꝛi dñat: ideoq̃ purget cũ hierapi. hieral. ⁊ silibus. Similiter regenda sunt coꝛpoꝛa a suis qualitatibus in parte mutata: ⁊ obseruanda ne augmẽtata suarũ qualitatũ mutatione ad moꝛbũ deueniant.

De coꝛpoꝛibus extra naturã mutatis. Cap. xxix.

De coꝛpoꝛibꝰ extra naturã mutatis ⁊ ꝑparatis ad tolerãdos moꝛbos disputatio sequitur: igit si quis spõte patit laboꝛẽ moꝛbũ habebit: vñ inuestigãdũ est vnde laboꝛ ipse: ⁊ curetur sicut in laboꝛũ disputatiõe diximus. Si eñ fuerit ex plenitudine calida ⁊ hu. vena media incidat in bꝛachio ⁊ minuatur. Si doloꝛẽ ⁊ fatigationẽ sentit in capite ⁊ pectus ⁊ bꝛachiũ circũdãte mediana incidatur in bꝛachio. Si doloꝛ sit in scapula: ⁊ ad caput ascẽdit: cephalica minuat ⁊ tribꝰ diebꝰ iũctis paulatim minuẽdo quousq̃ sanguinẽ purgẽt: balneẽtur in tẽperatis ⁊ suauibus balneis: dietã subtilẽ ⁊ digestioni facilẽ accipiãt. Jubemꝰ eis vt quiescãt donec cã egritudinis ⁊ fatigatiõis cessauerit: quã cessantẽ ex foꝛtitudine pulsus ⁊ vꝛine cognoscimus digestione. Si fatigatio sit ex plenitudine frigidoꝝ hu. purgentur frigi. hu. Si sudoꝛ vel vꝛina vl' sputũ augmẽtat ⁊ putet copiã hu. ĩ coꝛpe putridoꝝ significat esse: qui rebꝰ supꝛadictis purgetur. Si moꝛphea in coꝛpoꝛe appareat salsum phlegma minuat: ⁊ cõgruã dietã accipiãt. Si vox est rauca ⁊ ruboꝛ in facie significat esse venturã lepꝛã. festinãdũ est cũ sang. detractiõe de vena q̃ in faucibꝰ est aut de cephalica ⁊ paulatĩ cũ apocoꝛesibꝰ multis san. minuatur: demus dietã bonũ chimũ generantẽ: sicut agni heduli gal. ⁊ purget eos cũ apozimate epithi. ⁊ agarici. ꝓhibeamꝰ eos a cibo cholerã nigrã generãte: sicut sunt lentes caul. caro capꝛina ⁊ similia. hãc eñ dietã nisi caueãt ad intolerabilẽ moꝛbũ deueniẽt. Si in coꝛpoꝛe carbũculi aut apostemata nascãtur vlcera nũciãt futura. Phlebotoment q̃ de basilica i. mediana ⁊ purgẽtur cũ cõueniẽti catharti. Si glãdule augmentate fuerint intelligẽdũ est esse de viscosis hu. ⁊ viscosi phlemat; abũdãtia: vñ purgent ab illa materia: ⁊ subtiliter dietent: grossaꝝ aũt dietã caueãt. Doloꝛ in capite in senibus assuetꝰ vl' cuiuscũq̃ etatis sint catharactã nũciat. Festinemꝰ q̃ subuenire cũ pill. õ hierap. hieral. pill. aur. ⁊ silibꝰ q̃bus non ꝓficientibus incidat vena in tẽpoꝛibꝰ ⁊ si õte: caueãt cibos doloꝛẽ capitis generãtes: sicut allia nuces cepas ⁊ lac ⁊ silia. Et si añ oculos q̃si musce vel culices appareant cataractas denũciant: mũdet ergo caput cũ hierap. hieral. ⁊ similibus. cibos chole. nig. generãtes caueant: neq̃ in nocte exerceãt: vel aliquẽ operentur laboꝛẽ qui pertineat laboꝛi oculoꝝ. Jectigatio faciei paralysim sigt: mũdetur ergo caput cũ cathartico: gargari. s. ⁊ supꝛadictis antidotis: similr fiat vbicũq̃ iectigatio est. Cohibeant a cibis viscosum phlegma generãtibus: cal. ⁊ sic. ⁊ fricationibꝰ vtant. Visus ⁊ sensus grauitas epilepsiã sigt: vñ si vene sint plene fomẽtent ⁊ dieta supꝛadicta vtant. Si tumoꝛ ⁊ ruboꝛ ĩ facie sint ⁊ oculoꝝ vene sint plene ⁊ quasi nigre ⁊ doloꝛẽ capitis habeãt frenesim nũciãt. succurrat ergo ad incidendũ cephalicã: ꝙ si virtus sit foꝛtis minuat vsq̃ ad defectionẽ: cibos fri. ⁊ hu. digestioni obiẽdites mãducẽt cathaplasmẽt capita de sandal. aqua ro. cãphoꝛa ⁊ similibus: demus catharticũ de casiafi. mãna ⁊ similibus. ꝙ si assidue tristitiã angustiã ⁊ suffocationẽ patiũt maniaci fiẽt: rationẽ amittẽt: accipiãt apozima epithi hierap. hierãruffini. ⁊ similia. Si vene coꝛum sint plene mediana vena bꝛachij incidatur. Si coloꝛ sanguinis niger sit vsq̃ ad defectionẽ fluere permitte: si vero rub. sit claudat. dieta sit cal. ⁊ hu. sicut ãnuales agni ⁊ heduli ⁊ similia: caueãt cho. ni. gñantia: accipiãt antidota leticiã ꝓuocãtia ⁊ animã cõfoꝛtãtia: mutemꝰ coꝝ animũ a tristicia ad leticiã diuersis musicoꝝ instrumẽtis: ꝙ si frequẽter catarrũ patiunt ⁊ coꝛpa habẽt macilẽta ⁊ pectoꝛa stricta ad piplemoniã ⁊ phthysim veniẽt: vñ oꝫ purgare cerebꝛũ cũ pilulis aureis ⁊ aloe pill. de hiera. interdũ cũ apozimate de aloe: sꝫ si hñt catarrũ demꝰ sirupũ de papauere al. ⁊ cooperiãt capita ꝓpter ca. ⁊ humi. maxime generatas in autumno: humectãda ⁊ impinguẽda sunt coꝛpoꝛa coꝝ grauitas dextri lateris aut hypocundrie nimia pũctio vel extẽsio epatis passionem demõstrat: vnde damꝰ eis oxifenciã cũ apozimate apij maratri rad. ⁊ similia sirupũ de absinthio dialacca ⁊ similia. Similiter faciamus si extẽsionẽ habeãt. Si pũcturã habuerint cali. apostema significat: ideo festinandũ est cũ detractione sãguis de basilica vena. damꝰ eis catharticũ de casiafi. succũ solatri ⁊ scario. cibent et subtili dieta: cathaplasment coꝛpoꝛa coꝝ de sand. aqua ro. ⁊ campho. Si egestio sit alb. ycteriam significat: q: per hoc significatur ꝙ oppiletur furculus fellis debẽs chole. poꝛtare ad stomachũ ad cõfoꝛtandã digestionẽ ⁊ eo oppilato redũdat ad epar: ⁊ admixta cum sanguine: ⁊ delata superius facit ycteriã ꝑinde medicandi sunt sicut in epate calido diximus. Si facies ⁊ inferioꝛes palpebꝛe tumescãt hydropisim scimus esse venturã ⁊ damus subtilẽ dietã ⁊ modicã: pꝛohibemus eos a duris cibarijs vel dietis: maxie dulcibus siue sint cibus siue potus. Jubemꝰ vt operentur ante cibũ exercitia: ⁊ post cibum quiescant: vẽter eoꝝ cũ hierap. ⁊ similibus soluat. Doloꝛ vmbilicũ circũdans cõtinue timpanitẽ significat: quibus tal. pul. det. R. cumini maratri apij oꝛigani ameos carui cala. añ. fac pul. da potui. ʒ. ij. cũ vino odoꝛifero modico. ⁊ similiter cibent: exercitẽtur ante cibũ: ꝙ si habẽt abominationẽ inflationẽ ⁊ ventositatẽ in latere sub hypocundrijs cũ fastidio colicam passionẽ denũciat: quare modice comedant: caueãt aquã frigi. exercitijs balneis ⁊ somno vtantur. laxatiuũ accipiant electuariũ. Cũ doloꝛ ⁊ extensio est in femoꝛibus apostema significat in renibus. Si vero est doloꝛ exterius apostema in exterioꝛibꝰ

lacertis

lacertis expectabis. Si interius: apostema nascatur in substātia renus. vñ basilica vena infirmi lateris incidatur: accipiāt se. cucu. citru. cucur. τ psilium. cuꝫ sirupo viola. cathaplasmentur de sandalis ro. cāphora. litio. bolo ar. cū suc. sca. τ coriādri temperatis: purget cum cathartico de casiafist. τ similibus. Si in fundo vrine arena fuerit: lapidē in renib⁹ demonstrat. subtiliter ꝗ cibētur: tēpate ante cibū exercitetur deinde materia purget. ꝓhibeātur a multo τ viscoso cibo. Silr si in vrina hypostasis sit sicut litargiriū vel argilla: denūciat vesicā lapideꝫ hr̄e: ꝓhibeātur a multo cibo grosso τ viscoso ma͡ie dem⁹ subtilē dietā modicam. τ diureti. vrine ꝓuo. sicut se. cucur. apij: τ similia. ardor vrine vulnera in vesica τ in vētre innuit: τ damus frigida τ hu. sicut ptisanum cum amigdalis. psilium. se. cucu. cucur. τ similia. Caueāt grossam τ dulcē dietam siue sit cibus siue potus. Pūctura τ dolor in intestinis vel stomacho cū solutiōe dissinteriā denūciat. vñ dam⁹ hanc dietam: que. ℞. psilij. boli. τc. qui pruritum habēt in pectine emorroydes sunt venture: ꝓhibem⁹ eos a melācolica dieta. vngam⁹ vētrem cū oleo lini vel cū oleo crisomiloꝝ.

¶ De corpis ornamēto. Capi. xxx.

Bonum est vt sana regam⁹ corpa τ eoꝝ ornamentum τ cōplexioneꝫ τ cōpositionem custodiam⁹: vnde incipiēdum est a capillis. opꝫ eñ regi capillos ne cadāt. cadūt eñ aliqñ ꝓpter impetigineꝫ aut nimiam sic. vñ caput lauari opꝫ cū suc. malue aut bliete: myrto aut iure ciceris vel lupini: cū apozimate coloquintide: aut cū felle taurino: aut aloe cū suc. myrte: sed tñ prius vngatur cum oleo viola. deinde cū sup̄adictis oī hebdomada semel aut bis in bal. masculi sepe caput radāt τ lauēt: cū supradictis. his factis securi erūt ab ipetigine τ capilloꝝ casu. Sed si velim⁹ eos confortare ne cadāt τ curare ne ad caniciem ducantur cum oleo myrtino cum oleo in quo cocti sint embli. mirab. indi. τ suc. myrte: aut cum oleo lapdanino: aut absin. aut papaueris rubei inungātur. Si aūt capilli cā acute pas. cadant tollendi sunt cum psilotro: τ vngatur caput cum superioribus. Si capilloꝝ radix desiccata fuerit: τ ipsi defluāt: vngātur oleo viol. amigd. lauētur cū muscilagine lini. Si pili barbe morētur ad exeūdū: aut supcilia sunt rara: vngātur cū muscilagine vel cū oleo pomi citri. caput etiam vngatur cū amigd. amaris vstis τ baccis lauri cū oleo tēpatis. ¶ Canicies si ante tp̄s venerit ꝓhibemus eos a cibis phlegmaticis: τ dam⁹ ea ꝗ sunt sicca naturaliter τ artificialiter: vt assa: frixa: vetus vinū puruꝫ bibāt. damus vnaquaqꝫ hebdomada tripheram magnā vel minorem: aut antidotuꝫ anacardinū: raro tamen. Et si canicies venerit in ꝓprio tp̄e: hec nō ꝓsunt. vñ necesse est cū hoc vnguēto vngātur. ℞. gallaꝝ ī oleo vstaꝝ. ʒ. x. leris vsti aluminis ana. ʒ. iiij. sal. gem. ʒ. j. fac pul. cum aqua ca. tēpera τ vngatur caput: ex eo in nocte τ desup flores blietaruꝫ τ sambucoꝝ ponātur. mane vo cum aq̄ tepida lauet postea oleo myrtino vngatur. Itē. ℞. aliud floris nucis puluerizati ferruginis plumbi vsti: añ. cocta in aceto ad spissitudinem: papauer ru. flores fabe: oīa trita in mortario plūbeo τ puluerizata cū oleo sisamino tēperētur: postea spacio. xj. dierū ad solem dimittātur oī quarta die agitentur. Aliud ℞. calcis viue. ʒ. j. litar. ʒ. j. τ ß. crete ru. ʒ. ij. cum ca. temperetur. Oleum lapdani tingit cōfortat eos. ℞. olei myrtini. lib. j. lapdani. ʒ. j. coquātur in duob⁹ vasis quousqꝫ species liquefiant. Oleū emblici mūdati myrte corticis: radicis pruni alspini ana: coquātur ad tertiā cum aqua. deinde coletur τ mittatur in eis eq̄le pōdus olei sisanimi τ coquantur in duplici vase quousqꝫ solū oleū remaneat. Oleū absin. silr valēs. ℞. baccarū lauri lapdani absin. pomoꝝ cipressi añ. fac pul. τ ligatum in pāno dimitte in oleo myrtino spacio vnius hebdomade. deinde ex eo vngātur. Crispos capillos facimus: sicut in viatico dixim⁹. planos aūt curamus cū rebus ꝗs dixim⁹ siccitati capilloꝝ ꝓfuisse. Et si volūt aliq̄ ne pili sub alis vel p̄ijs velociter nascātur: τ pulcherrimam habeant faciem: faciāt ꝗ in viatico scripsim⁹. τ fissuras manuū τ labioꝝ curemus cū oleo viol. adipe anseris τ cera.

¶ Explicit liber primus.

¶ Capitula secūde particule practice.

¶ De diuisione curationū egritudinum. Capi.j.

Quia disputationem custodiēde sanitatis: vt oportet cōpleuimus: ⁊ repugnationem futurorum morboꝝ: in precedenti particula rōnabiliter scripsim⁹: necesse est curas p̄sentiuꝫ morboꝝ dicam⁹: primo tñ diuidēda est cura egritudinuꝫ. Dicamus ergo ꝙ curatio egritudinuꝫ tripliciter fit: aut cum dieta: aut pharmacia: aut chirurgia. Sed incipiēdum est a dieta ⁊ medicina. Curatiōis itaqꝫ intētio tribus modis est. Unus est simplicis medicine disputatio: ⁊ vniuscuiusqꝫ medicine ostēsio: videlꝫ cuius virtutis ⁊ nature sit. Scd̄s est vniuscuiusqꝫ morbi disputatio: et que medicina simplex: ⁊ q̄ cōposita sit eoꝝ curatiua. Terti⁹ modus est mēbroꝝ disputatio a capite incipiēdum: ⁊ ordinate dicēdum est vsqꝫ ad pedes: vt qui morbi quibus mēbris eueniāt: ⁊ q̄ sit eoꝝ cura. his em̄ scriptis facillime inueniet quis vtilem medicinā egritudinum. Incipiēduꝫ est ḡ de vtili medicina q̄lis sit cōplexionis virtutis ⁊ iuuaminis.

¶ Qr̄ medic⁹ scire dꝫ vires simpliciū medicinaꝝ. Ca.ij.

Oportet aūt medicum egritudines curare volētem prius studere ad sciēduꝫ simplicē medicinā cui⁹ sit nature iuuaminis ⁊ virtutis. Uirt⁹ itaqꝫ simplicis medicine trib⁹ modis est: vna est complexio ⁊ natura. Scd̄a est actio a p̄ria ꝓcedēs. i. maturatiua: mollitiua: induratiua: dissolutiua: oris venaruꝫ aperitiua: carnium minutiua: attenuatiua: doloꝝ mitigatiua. Tertia est lapides frāgens: vrinā ⁊ menstrua ꝓuocās: pectus mūdificās: lac generās. ¶ Quicūqꝫ vult scire has virtutes: pri⁹ studeat qualiter possit eas ꝓbare. Cūqꝫ hoc scierit opꝫ priusq̄ de simplici medicina disputem⁹: ostēdamus quō ꝓbāda sit. Quaꝝ ostēdēdarum. vj. vie sunt. Prima vt ꝓbemus eam in corpibus infirmātibus. Scd̄a velocitas ⁊ tarditas sue mutationis. Tertia sue coagulatiōis tarditas vel velocitas. Quarta sapor. Quinta odor. Sexta color.

¶ De ꝓbatiōe medicine p experimētum. Capi.iij.

Certissima ⁊ veracissima medicine ꝓbatio ē in corporib⁹ ꝓbāda: sed tñ cum magna cautela: sicut antiqui dixerūt. ſm hoc placitum cōfirmauit Galie. ī simpli. libro medicinaꝝ. Medicina ergo octo modis ꝓbatur. Unus v̄o est: vt sit oībus accidētib⁹ mūda: vt actio sua nature pateſiat. Alius vt sit morb⁹ simplex: cui medicina sit ꝓbāda. Tertius vero modus est vt medicina ꝓbetur multis diuersisqꝫ modis. Quartus vt nec debilior: nec fortior sit morbo. Quintus vt actio eius inuestigetur vtrum citissima aut tardissima sit. Si enim tarde calefaciat corpus prius tñ illud infrigidans manifestum est actionē illius accidētaliter esse. silr̄ est intelligi in ceteris qualitatib⁹. Sextus vt perquiras vtrum actio eius sit in oībus corpibus eq̄lis: an nō. Si em̄ est equalis cōstat eam naturalē esse. nam si nō est eq̄lis accidētalis est. Septim⁹ vt ꝓbetur in corpibus q̄bus cōpatit̄. Nam nō est necessariū corpa passeꝝ infrigidari iusquiamo eo ꝙ hūana ex eo infrigidātur corpa. iusquiamū em̄ nō occidit passeres: sed eis iuuamētum est. cā quasi hec est: q: vene eoꝝ ad cor eūtes sunt āguste vñ neq̄t iusq̄amuꝫ ad cor penetrare: morās ergo mutat̄ in naturā eoꝝ: ⁊ bñ digerit̄. Itēꝫ nō est necesse hoīes ex helleboro nutriri sicut coturnices. his em̄ est iuuamētū. Octau⁹ v̄o modus vt ipa medicina differat a cibo. nā medicina calefacit ⁊ refrigerat q̄lita te: cib⁹ vero cū tota sui sub̄a ⁊ crescit ⁊ augmētat ꝓpter cōitatem quādam quā hꝫ cum eo: vñ cum his octo modis Ga. ꝓbare testat̄ optimū esse dicēs medicamentū in tēpatis corporib⁹ ꝓbari. virtus em̄ eius in ipsis ꝓbata cito manifestat̄ quocirca tēpata medicina q̄liter in nō tēpatis opet̄ cogscit̄.

¶ De ꝓbatione medicine p velocitatem ⁊ tarditatem sue alterationis. Capi.iiij.

Probatio medicine vtrū velociter tardeve mutet̄ p suū calorē nobis ōndit. ea medicina em̄ ad ignis calorē cito pmutata calida esse ptātiue mōstrat̄: sꝫ nō ꝯseq̄tur oēs res ī hūana corpa mutari. Ea em̄ q̄ sunt subtilis sub̄e obtuse ⁊ nō rare pñt teri ⁊ puluerizari tenuissime ⁊ hūana corpa calefacere. Sed si grosse sint sub̄a ⁊ rare necessario p ea corpa minime calefiunt: ad ignis tñ naturā pñt mutari. nam vrūtur ⁊ ꝯsumūtur. calor em̄ hūan⁹ nō itidem operat̄: ideoqꝫ hūana corpa nō calefaciūt. vbi grā. Si oleū ⁊ calam⁹ seu pili abigne tāgunt̄ mox ipsis inuitis vrunt̄. Sed si humanū corp⁹ de eo sit inunctū nō cito calefiet nec calor q̄ apparet generabit̄. Oleum em̄ grossum est ⁊ viscosum: vñ ⁊ corpi adeo iuiscat̄ cito ⁊ ab eo nō separat̄. Ideoqꝫ cā sue subtilitatis non pōt subtiliari ⁊ diuidi. cū aere mixtū ⁊ humanū corp⁹ ingrediēs calefacit: sed corpe aq̄ infuso: q: cito se diuidit ⁊ cū aere mixto corp⁹ ingreditur ⁊ infrigidat. Itē grossicies olei ⁊ subtilitas aq̄ aliter cognoscit̄. Aqua em̄ oleo mixta sup ignē apposita priusq̄ oleū ꝯsumit̄. Itē calam⁹ ⁊ pili lꝫ mox vt ab igne tāgant̄ ꝯsumātur. humanū tñ corpus non cito calefaciūt: qd̄ duob⁹ modis fit. vno ꝓpter essentiā caloris ignis: alio ꝓpter naturā materie. Essentia em̄ ignis calidissima ⁊ subtilissima ē. vñ velociter corpa penetrat: diuidit: dissoluit: ⁊ cōuertit in suā naturā: calor aūt hūan⁹ nō silr̄: q: quidā grossus est ⁊ debilis ⁊ fumosus: ꝓinde nō cito cōuertit corp⁹ in suā naturā. Nam oē qd̄ humanū corp⁹ calefacit prius a corpis calore calefit: deinde in suā naturā mutat̄ corp⁹ calefaciēs. Ex natura materie: q: calam⁹ ⁊ pili neq̄unt teri ⁊ in puluerē redigi: nisi calor hūan⁹ mutet ea ī suā naturā.

¶ De velocitate ⁊ tarditate coagulatiōis. Ca.v.

Uelocitas ⁊ tarditas coagulatōis medicine suā frigiditatē ostēdūt. nā si sint due medicine in grossicie ⁊ subtilitate eq̄les: ⁊ sup frigida ponātur: q̄ earum citi⁹ coagulat̄ frigidior est. Que si sint ineq̄les. vna tñ grossior sit velut altera frigidior ē: eq̄liter coagulabunt̄: grossa tñ ꝓpter sui grossitiē magnā coagulabitur: ꝙ si vna min⁹ sit grossa altera: q̄ altera frigida: neqꝫ eque coagulabit̄: que grossior est ⁊ frigidior citius q̄ minus frigida ⁊ grossa coagulabitur.

¶ De tentatione medicine per saporem. Ca.vj.

Tentatio medicine p saporē innuit nobis cōplexionē ⁊ virtutē suā aptius q̄ per odorē. vñ incipiēdum est ab eo. Sapores igit̄ principalr̄ dicimus esse octo. s. dulcis: vnctuosus: amar⁹: acutus: salsus: stiptic⁹: acetosus: pōtic⁹. insipidus v̄o īter sapores nō est noiand⁹: q: ipse stat p se. Omē em̄ qd̄ ad liguā venit: aut facit sensuꝫ pati aut nō. Nō faciēs pati dr̄ insipidū sicut aq̄ pura: aut terra pura. Inuenim⁹ em̄ inter medicinas q̄sdā terrestres ⁊ q̄sdā aquosas. terrestres: vt ē tuthia: cathimia: cerusa: amilū: ⁊ silia. Aquosas vt ē albugo oui oleū sal nō hñs: cū oleo tñ aerea ps cū aq̄sa dñat̄: ⁊ albugini oui terrestris ps ⁊ aq̄sa. que q̄deꝫ nullā dāt gustui passionē. Eoꝝ v̄o q̄bus gust⁹ patit̄: alia delectatōem alia nocumētū inferūt. Delectatōem inferētia hūane cōplexioni sunt ꝯueniētia ⁊ ꝯferētia: vtpote sibi silia. hoꝝ q̄dem cuicūqꝫ dñat̄ aquositas vnctuosum dr̄. Id v̄o qd̄ terrestreitati subhcit̄: dulce dr̄. Un̄ si aquosuꝫ ⁊ dulce cōmisceant̄ saporitum vl̄ saporiferꝫ nūcupat̄. Id ergo dulce dr̄ qd̄ cū ad liguā venerit suā iplet cōcauitatē ⁊ aspitateꝫ ei⁹ leniēs ⁊ acumen obtūdēs. id v̄o facit vnctuosuꝫ cui⁹ tñ sapor nō itidē vt dulcis recipit̄. Saporitū v̄o inter dulce ⁊ vnctuosum mediocre est. Nocumēta ligue inferētia pūgitiua sunt: quoꝝ alia sunt q̄si inūcturā separātia: alia v̄o sine acetositate ad dulcedinē mutāt̄ sicut dactili: dulcia mala ⁊ silia. Que q̄si inūcturā sunt separātia: eoꝝ em̄ alia q̄deꝫ oēs ptes lingue coadunāt: alia em̄ eas separāt. Hoꝝ v̄o q̄ sunt separātia: alia grossa terrestria: alia

subtilia τ ignea. Grossa terrestria q̄daꝫ linguā adeo separāt τ lauāt donec eam exasperēt τ amara vocatur. Alia separāt τ lauāt linguā: nō tñ in vltimo.i.summa asp̄itate τ denoiant̄ salsa. Ea vo q̄ sunt subtilia τ ignea minuūt τ pungūt linguā τ vocātur acuta. Itē grossoꝝ terrestriū linguā coadunātiuꝫ alia adeo cōstringūt donec asp̄itateꝫ ḡnent τ noiant̄ pōtica. Alia vo min⁹ coadunāt τ ꝯstringūt τ dicūtur acetosa. Igit̄ octo sunt sapores ḡnaliter.i.vnctuosus: dulcis: salsus: amar⁹ acutus: stiptic⁹: acetosus: pōtic⁹. insipidus vo nō est vt diximus noiandus. Omē dulce tēpate calidū est: vñ mollificat τ coq̄t absq3 calefactiōe. Omne vnctuosuꝫ ē aquosum τ aereū ideo mollificat τ calefacit sine nimia calefactiōe. Oē salsum est terreū calidū non tñ igneū: q: mūdificat τ colat sine calefactiōe. Omne amaꝝ terrestre modicū hñs caliditatis: ideirco mūdificat τ oppilationē aperit grossiciem extenuat absq3 multa calefactiōe. Omne acutū calidū τ igneū: quocirca attenuat mūdificat τ vrit. Omne stipticū τ ponticū sunt frigida terrestria: hac de re coadunāt oppilāt: τ īgrossant: τ infrigidāt: τ desiccāt. Oē acetosum ē aquosum τ subtile: ꝑpter h̄ attenuat: apit: incidit: mūdificat infri. τ desiccat. Sed tñ opꝫ scire ꝙ q̄cūq3 ca. τ sic. frigida τ hu. dicim⁹ nō sunt oīa eq̄lia: sꝫ diuersa: sed q: sunt de q̄ttuor elemētis vbi pl⁹: vbi min⁹ ex illis ꝯsistētia. Stipticū tñ τ acetosum sunt in frigiditate eq̄lia sed stipticū est grossum: terrestre. Acetosuꝫ: aq̄suꝫ: τ subtile: sensu: τ rōne intelligit̄. Sensu q: videm⁹ q̄sdaꝫ fruct⁹ ab initio pōticos esse τ siccos stipticos sue arbori siles: sicut sunt vue coctana mala: q̄ paulatim a stipticitate τ pōticitate sua ad hūiditateꝫ τ maturitatē veniūt. Quedā vo prius ad acetositatem veniūt τ ab acetositate tēdūt ad dulcedinē: vt vue τ silia. Quedā vo sine acetositate ad dulcedinē mutant̄: sicut dactili dulcia mala: τ silia. Et fruct⁹ nō coquūtur nisi cū naturali calore q̄ est interi⁹ aereo īmixto q̄ est exteri⁹. Stiptica vero τ pōtica: q: frigida sunt τ grossa: τ mutatio coꝝ nō est ad acetositatē nisi cū calore: mōstrat̄ em̄ p calorē ea subtilitate τ acetositate mutari. Rō est: q: pōtica τ stiptica sunt tarda τ dura ad penetrādum corp⁹ hūanuꝫ τ plurimū coꝝ actio exteri⁹ ē. q: coadunāt claudūt τ inspissant cutem: q: ligāt frigiditatē τ grossiciē. nam frigiditas ꝯstringit τ cōstipat τ inspissat cutē τ grossiciē hꝫ nō pforabilem: sed acetosa cito penetrare: τ in corpib⁹ interiora pforare videm⁹: ꝑinde subtilia dicim⁹. rursus acetosa dicim⁹ subtilia: q: de calore nō forti sunt: sicut videm⁹ cibū in stomacho mutari in acetositatē cū a stomacho nō bñ digerit̄. Stomach⁹ em̄ infrigidat⁹ nō valēs digerere cibū: ꝯuertit eū in acetositatē: sicut videm⁹ ī lieteria. Lac em̄ τ vinū si in frigidissimo stēt loco nō mutant̄ in acetositatē: sed si in aliq̄ acri calore tāgūtur: fiūt acetosa. Preterea nullū acetosum est frigidissimū. calor em̄ est cā acetositatis: neq3 repim⁹ aliq̄d esse frigidissimū acetosum. Stiptica igit̄ τ pōtica grossa sunt τ terrestria. Acetosa vo subtilia τ aquosa. dulcia vo τ amara ca. sed dulcia ca. sunt τ hu. tēperate. silr̄ vnctuosa. amara vo calidiora sunt τ sicciora: qd̄ sensu τ rōne intelligim⁹. sensu: q: si ad aliq̄d liq̄duꝫ interiori calore τ exteriori coquat̄ ad dulcedinē immutat̄. Calore em̄ augmētato ꝯuertit̄ in amaritudinē sicut fit ī melle. Mel em̄ induratū in amaritudineꝫ mutat̄: qd̄ si ad ignem coq̄tur fit amari saporis. rō est: dulcia em̄ τ amara videt̄ esse colatiua τ mūdificatiua. Mel em̄ tēpate colat cū suauitate q̄dā: neq3 saporat aut diuidit linguā. Amara vo fortiter colādo iuuāt mūdant τ saporāt linguā cū horribilitate: vñ videm⁹ terrestria esse grossa. Amara tñ ꝑpt̄ h̄ dicim⁹ esse sicca: q: nō putrefiūt. Acuta calidiora τ subtiliora amaris: q: sūt ignea: ideoq3 rodūt τ incēdūt τ eliquāt τ corpa faciūt tenera. amara vo q: min⁹ sunt calida sunt grossa ac terrestria: si exteri⁹ ponāt̄ τ lauabūt τ mūdificabūt. Interi⁹ aūt posita hūores grossos extenuabūt oppilatiōes venaꝝ aperiēt: grossam capitis ac pectoris hūiditatē mūdificāt: ideoq3 paralytic̄ subueniūt: cito em̄ penetrāt sicut acuta: nec morātur aut īdurātur sicut pōtica aut stiptica. Salsa ca. sunt τ terrea: minoris tñ sunt calidita. tis ꝙ amara.

¶ De scia vtutꝫ medicīe p odorē. Ca.vij.

Scietiā vtutꝫ medicine p odorē opꝫ scire. Olfact⁹ em̄ patit̄ p fumosa aīs p fumū sicut gust⁹ p saporem. nam videmus acutū vt allia τ cepe nō minus ꝙ gustum sapores: olfactū facere pati. Silr̄ multa q̄ īmūda sūt τ putrētia nō gustant̄ quoꝝ naturas odoratu cogitim⁹: cū em̄ gustātur ꝑpt̄ malū odorē ipsa mali saporis esse ōndūt̄: sed tñ q̄dā sunt q̄ naturas suas p odorē nō sūt demōstrantia. Causa ūt hec est: q: vel ex diuersis q̄litatib⁹ cōposita sūt: aut q: null⁹ sunt odoris. diuersaꝝ q̄litatū sunt odorifera: marīe rosa cui⁹ odor sue nature nō ꝯuenit. hoc ei⁹ sapor ꝑstat̄: est aūt cōposit⁹ de amaritudīe pōticitate τ aq̄sitate. Pars vo amara calida ē τ subtilis: ps vo pōtica frigida grossa τ aq̄sa insipida īter grossuꝫ τ subtile mediocris. Odor aūt nō ē nisi res fumosa aerea a corpe p caliditatē dissoluta: qd̄ em̄ aerē odorādo dissoluit: nihil ē pter fumosum aerē. qd̄ em̄ a rosa dissoluit̄ nō est a tota suba: sed ab ea pte q̄ subtilis ē. ꝑpt̄ hoc oīs res hñs odorē est calida: ei⁹ tñ odor nō totā ei⁹ subam ostēdit esse calidā marīe ī rosa. Que aūt null⁹ odoris sūt sicut salsa τ dulcia nō ostēdūt suā ꝯplexionē nisi p saporē. fum⁹ em̄ qui ab eis dissoluit̄: aut est pauc⁹: aut īter subtilitatē τ grossitudinē nō est tēpat⁹: ꝑinde nō ꝯuenit odoratui: q̄re acetosa τ acuta oāt odorē sapores suos ostēdētem: salsa vo τ pōtica minime ipsa em̄ sūt pōtica grossa τ frigida: τ de frigidis nō dissoluit̄ fumosum: q̄ aūt odorē habēt caliditatē τ subtilitatē in suis substātijs esse designāt: nō tñ caliditatis τ subtilitatis quātitatē: ideoq3 rerum ꝯplexiōes τ naturas p ordinē certissime nequiuimus cognoscere.

¶ De cognoscēda medicina p colorē. Ca.viij.

Color min⁹ ꝙ odor cōplexionē ōndit reꝝ. diuersas reꝝ cōplexiōes vni⁹ coloris īuenim⁹: qui tñ aliq̄n demonstrātur sicut videm⁹ in multis radicib⁹ τ seminib⁹. vbi gra vt cepaꝝ sq̄llaꝝ q̄cūq3 ē alba min⁹ ē calida: q̄ vo rubea calidior. Silr̄ cicera faseoli τ multa alia si nigra sunt calidiora esse dicam⁹: si alba minoris caliditat̄. Hec em̄ ē via p quā simplicē medicinā tētare possum⁹: tētatio tñ dꝫ fieri cū magna cautela in corpib⁹: nō em̄ sum⁹ securi q̄n res ꝑbāda mortifera fit. Opꝫ ḡ medicū si aliq̄d ꝑbatū īuenerit ad curādos egros sufficiēs non laborare in alijs ꝑbādis molestū em̄ est. Item oīs medicina qua nūc medici opant̄ nō pri⁹ in hūanis corpibus ab āt̄iqs ꝑbata fuit: sed multis diuersisq3 modis quedā fuerūt cū inuētiōe ꝑbata. Quedam spōte accipientes calefacit eos aut infri. aut humec. aut exic. q: medici postea in alijs corpib⁹ ꝑbauerūt. Alij vo multū laborauerūt in cogitādis τ disputādis rōnib⁹: sꝫ ipsi formidolosi nō ausi sunt ꝑbare: ꝙ cāe multe cognitiōis ei⁹ in somnijs venerūt q̄liter vigilādo eā inuestigauerūt: vñ cū sua audacia eam in corpib⁹ ꝑbauerūt: tādem īueniētes ea rei amāde esse vtilia scripserūt. Quidā in quibusdā irrōnabilibus animalib⁹ ꝑbauerūt q̄dā que hūanis corpibus data iam fuerūt illius magni iuuaminis cui⁹ in irrationabilib⁹ aīalib⁹ fuerāt: deinde indubitāter ea scripserūt. Hippocrates aūt a quadā aue marina clystere facere didicit: q̄ dū vltra modū pisces comederat τ egestio sua indurata esset: os suū fundās īplebat aqua cōuersoq3 capite mitteb̄at rostrū in anum deponebatq3 aquā in ore cōceptam in culū. vñ statim fiebat solubilis. vñ Hip. illud in hoībus cōstipatos vētres habētib⁹ ꝑbauit: τ cōstipationi vtilissimū inuenit. Ampli⁹ reptilia sicut tyri τ serpētes ī hyeme frigidisq3 tpibus intrāt interiora terre: τ supini iacēt vñ visus coꝝ obscurat̄ τ deficit: vere aūt veniēte foras egrediunt̄ visum defectū habētes: tūc eūtes īueniūt maratum: cui⁹ frōdib⁹ comestis vertūt oculos circa herbas visusq3 eis restaurantur: qd̄ olim medici explorātes succū illi⁹ herbe ī collyrijs oculoꝝ miscuerūt: τ īueniētes eum magne vtilitatis esse scripserūt. Dicūt iteꝝ q̄dam accipitrem dolorē vētris habētem: epar delphini comedere: moxq3 a dolore liberari. Sunt τ alia ꝙplura p q̄ āt̄iqui taliter medicinā in hoīb⁹ ꝑbauerūt ꝑinde hec ars nō in pauco tpe inuēta fuit: q: q̄dam a q̄busdā dimissa sunt ab alijs ꝑbata: τ ipsi illa τ multa alia cōperiētes alijs reliquerūt. Non em̄ multū tpis ē ꝙ in psia parui fuerūt scorpiones qui si aliquē mordebāt mors moriebat̄: qd̄ longi tēporis spacio fuerat: sed cū quadā die quēdam mordēt statim sufficiēter sanguinem minuit: τ vnū exagiū cāphore bibēs est liberatus. ꝑpter hoc nō oportet medicinā in humanis corporibus tētare: sed que ab antiquis ꝑbata sunt

nobis sufficiant: malu3 enim est. vnde Hippo. in apho. Uita breuis: ars vero lōga ꝛc. Hec autem dixit Hip. vt ostendat que necessitas est librum aphoris. habēdi: ꝛ demōstrat ꝙ nullus artē3 medicine in vita sua cōplere valet. vnde necessario experimēta antiquoꝝ teneātur: ꝛ alia ꝓbare incipiāt. sic ꝓlixitas artis medicine cōpleri poterit.

¶ De singulis virtutibus medicinarum a prima procedentibus. Capi. ix.

Compleuimus disputationē qualiter medicine ꝓbētur: vt cōplexio sua intelligaꝛ: ordo sequatur a secūdis virtutib⁹ a primis ꝓcedētibus. i. maturatiua oppilatiua ꝛc. Quas vtutes possum⁹ cognoscere intellectis eaꝝ cōplexionibus: q̄ sunt ca. fri. hu. ꝛ sic. q̄ in oībus corpib⁹ in q̄litate ꝛ quātitate nō sunt eq̄liter: sed necessario vna res nō est eiusdem virtutis cui⁹ alia: ideoq3 q̄da3 medicina est aperitiua: q̄dam mollitiua: ꝛ q̄da3 alteri⁹ virtutis. Quaꝝ vnaqueq3 cui⁹ virtutis est nō op3 dici: sed dicamus eā cōplexionem a qua virt⁹ medicine ꝓcedit vt querētes medicinā hmōi virtutē habētem ꝓpter suā cōplexione3 eā inueniam⁹. Quare cōuenit nobis noscere oēm rem in corpibus tripl'r mutari: aut eīm ex actione caloris naturalis ad bonā medicinā corporiq3 cōuenietem mutatur et vocatur digestio: aut mutatur ex calore qui est extra naturam ad malā medicinā ꝛ corpori incōuenientem ꝛ putrefactio nūcupatur: aut eius mutatio est inter hec duo. i. inter digestionem ꝛ putrefactionem: ꝛ d': coadunatio sicut aqua hydropicoꝝ ꝛ sanies in apostematib⁹ coadunatur. Causa q: natura volēs mutare materiā in naturalem qualitatē nō inuenit potestatē in qualitate ipsius materiei ꝓpter illius materie malignitatē. Aliud q: est extra venas ꝛ arterias mutat eā aut in saniem: aut in rem quāda3 nature mēbroꝝ vicinā. que mutatio cū nequeat fieri nisi cum temperātia caliditatis naturalis: necesse est vt medicina sanici collectionem eiusq3 digestionem adiuuās temperate sit cōplexionis aut vicina tēperamento paruo tamen calori pertinens. propterea vbi coadunare volumus saniem: facimus medicinam temperate caliditatis: sicut sunt humana copora: quemadmodum est fomētatio aque caliditatis tēperate aut tepide: vel farina frumēti cu3 aqua ꝛ oleo cocta: panis cum oleo ꝛ aqua coctus ꝛ similia. Aut facimus medicinā viscosam poros claudētem vel calore naturali intrinsecus coadunato ꝛ cōfortato vt apostematis materia digeraꝛ: sicut fit ex axungia porcina anserina: ꝛ silib⁹. Et si apostema est calidū ꝛ tempus estiuum: psilium cū aqua frigida ꝛ oleo rosato iuuat: q: facit calorem naturalē interius coadunari. Aut facim⁹ medicinā vtrāq3 virtutem habētem. i. tēperate caliditatis ꝛ viscosam sicut fit de lini semine vel cathaplasmate decoctiōis bletaꝝ aque ꝛ olei. Sed si corp⁹ vltra temperamētum in caliditate fuerit: decet medicinā in gradu esse frigidā quo calor corpis q̄ tēpamētū exiuit tēpereꝛ: s3 nō est necesse vt medicina apostematis aperitiua sit calida ꝛ sic. poros eīm aperit caliditatē naturalem dissoluit ꝛ apostematis materiam indurat: qđ planius dicemus cū de curis apostematum dicemus.

¶ De medicina mollitiua. Cap. x.

Medicinam mollitiuā oportet fieri ꝓut est causa mēbroꝝ indurata eīm mēbra multis modis indurātur: aut q: desiccātur: aut q: coagulātur ꝛ fit in eis nodositas ꝓpter frigiditatem: aut q: ea plenitudine extēdantur: aut q: hec tria cōmiscētur. Medicina aūt mollitiua mēbris ꝓpter siccitatem induratis ꝛ humectatiua cōueniūt. mēbris vero ꝓpter frigiditatē coagulatis calida sunt necessaria. Extēsis q̄dem ꝓpter plenitudinem subuenit: aut refrigeratiua: vt expellat inde materiam: aut calefactiua vt eam dissoluat: ꝛ per poros excludat aut desiccat ā viscoset: que duobus modis valet: q: humiditatem membroꝝ desiccat coriq3 materiam in siccitatem naturalem cōuertit. Medicina tamen qua siccitatem ꝛ extensionem membroꝝ curamus nondum mollitiua: sed attractiua: et maturatiua. Namq3 recte mollitiua dicitur que dura curat apostemata: sicut scirosim ꝛ duriciem extremitatum lacertoꝝ ꝛ chordaru3 ex grosso phlegmate ortam. Huic eīm medicina calida ꝛ sicca conuenit: non tamen calida multum ꝛ sicca: sed calida in secundo gradu: ꝛ sicca in primo. Nam si calidissima ꝛ sicca est: subtilem partem apostematis diuidit ꝛ dissoluit: de cetero vero desiccat ꝛ indurat. agitq3 in eo qđ ignis in argillā. nam qđ est humidu3 ꝛ subtile dissoluit. aliud petrificat ꝛ indurat: diciturq3 later. Dura ergo apostemata non oportet cum calidissima ꝛ sicca medicina curari: cu3 eius calor fit fm apostematis duriciem. Si enim modica est: ꝛ medicina sit parum calida ꝛ sicca: sicut adeps capraꝝ ꝛ gallinarum: si enim est multa mollior sit medicina sicut est anseris ꝛ hirci pinguedo camomilla ꝛ medulla vituli. Hec enim oīa moderate sunt calida ꝛ sicca: non tn̄ oportet esse salsa ꝛ vetera. quanto enim adeps est veterior tanto siccior estimatur: molliores vero sunt bdellium sigia galbanum amoniacum: oleum vetustissimum: ycleon: adeps porcinus nō salitus.

¶ De induratiua medicina. Capi. xi.

Induratiua medicina mollicie ꝯtraria est: ergo si illa calida ꝛ sicca est: decet istā esse frigidā et humidā sicut semperuiua psiliū portulaca lens aque: hec oīa sunt induratiua: q: cū sua frigiditate materiā coagulāt ꝛ ꝓhibēt ne dissoluatur frigida vero ꝛ sicca indurant: siccitas tamen eorum quandā partem dissoluit.

¶ De oppilatiua medicina. Capi. xii.

Oppilatiua frigida est ꝛ viscosa atq3 terrestris carēs acumine ꝛ pūctione. res enim pūgitiua velociter pforat ꝛ dissoluit ꝛ quandā partem substantie membroꝝ eliquat: vel q: copiā humorum ab interioribus membrorū excludit.

¶ De aperitiua medicina. Capi. xiii.

Aperitiua medicina est cōtraria oppilatiue q̄ est attenuās ꝛ incidēs ꝛ aliquātulū mordicans sicut amara ꝛ vitrea. hec eīm aperit ꝛ mūdificat vias interius ꝛ exteri⁹: que l3 aliqđ stipticitatis agat interius: illud tn̄ nō operaꝛ exteri⁹ ꝓpter angustiam poroꝝ cutis. Stipticitas eīm poros q: sunt angusti claudit: ꝛ mūdificatiuā medicinā vt interi⁹ iret ꝓhibet. sed itrinsec⁹ sua actione fortiter ambit. epar: splenem: renes: ꝛ oīa viscera aperit ꝛ cōfortat ꝛ adiuuat aperitiuā medicinā: vt possit penetrare: ꝓinde absinthiū interi⁹ multū valet. mūdificat eīm ꝛ aperit cū sua amaritudine ꝛ pōticitate. exteri⁹ vero hec nō operaꝛ. vn̄ medicina amaritudinē habēs ꝛ viscositatē absq3 pōticitate intrinsec⁹ ꝛ extrinsec⁹ aperit ꝛ mūdificat sicut lupinus amigdale amare vtice semen yreos abrotanū. hec eīm grossos ꝛ viscosos humores aperiūt ꝛ attenuāt maxime qui sunt in pectore ꝛ pulmōe. Saniē eīm mūdificāt epatis ꝛ splenis: oppilationē aperiūt si oppilatio fortis non fuerit. Forti enim splenis oppilationi fortior medicina cōueniēs est: sicut radix capparis scolopēdria squilla tamariscus radix. hec aūt singula epatis oppilationi ꝓficiūt. spleni vero iūcta ꝛ cum aceto cocta. pectori ꝛ pulmoni valent cum ptisana aut cum mellicrato vel cū oximelle cocta.

¶ De mūdificatiua medicina. Capi. xiiii.

Medicina q̄ est mūdificatiua est eiusdē actiōis: cui⁹ aperitiua: debilioris tn̄. Sūt ꝛ quedā que mūdificāt cutem extrinsec⁹ ab impetigine: serpigine: lētigine: ꝛ silibus. s. semen: melonis: lētis cortex: radices: calami vsti: conche marine vste: spuma marina. amigdale amare staphisagria helleborus alb⁹: ordeū ꝛ fabe: hec curāt cutem cū vi mūdificāte sicut aptitiua intrinsec⁹ in poris operātur. Mūdificatiua nullā habēt pōticitatem a qua virtute oppilationē aperiāt: grossos hūores attenuēt.

¶ De rarificatiua medicina. Capi. xv.

Rarificatiua cutis poros aperiēs calida est ꝛ sic. calor enim corpis substantiā dissoluit: non tn̄ op3 vt multū sit calida neq3 acuta hmōi enim existēs ꝛ cutem tangēs rigorē ꝛ tremorē facit: neq3 multū siccā: q: facit dolorem: neq3 multū sit grossa ꝛ terrestris: q: icidit. vera ergo rarificatiua est camomilla malua sambuci radices ꝛ coꝝ olera vetustissimū oleum abrotanū.

¶ De solidatiua medicina. Capi. xvi.

Solidatiua poros cutis solidās est rarificatiue opposita necessario ergo frigida est ꝛ hu. aquosa vero nō

fortiter oppilans est poros: sed mediocriter sicut est aqua frigida sempuiua portul. ⁊ spine que dicūtur tribuli: ⁊ psilium ⁊ omne qđ sine desiccatione infrigidat. Siłr apposita agūt folia mādragore papauer iusquiamū si moderate ponātur: sed multū apposita sensum auferūt.

¶ De largatiua medicina. Capi.xvij.

Largatiua oīs venaꝝ calida ⁊ sicca ⁊ grossa ⁊ ignea non tamen sit vstiua sicut allia: cepe: fel taurinum: oleuꝫ policarie: ⁊ similia. hec enim aperiūt ora venarum que sunt in ano: que sunt emoroydes.

¶ De cōstrictiua medicina. Capi.xviij.

Medicina constrictiua frigida est ⁊ grossa ⁊ stiptica nullam habēs pūctiones. hec eñ q: grosse sube est poros nō penetrat: ⁊ q: frigida est coadunat ⁊ cōstrigit sicut galla balaustia tulocaracta cortex glādiuꝫ ⁊ silia.

¶ De vstiua medicina. Capi.xix.

Ustiua calida est ⁊ sicca ⁊ grossa in substātia: q̄ cum corpora tāgit velociter perforat propter sui caliditatem ⁊ moratur ꝑpter suam grossiciem. vrit ergo corpus sicut ferrū candens vrit corpus.

¶ De putrefactiua medicina. Capi.xx.

acuitatẽ ⁊ subtilitatẽ similis est assaro in vtute: oppilationẽ
epatis ⁊ splenis aperit: ventositatẽ ventris dissoluit ⁊ visce
rum: vrinã prouocat pistatus ⁊ succus ei⁹ expressus in oculis
missus vnde visum ex humiditate minutũ acuit multum.

¶ De diptamo.

¶ Asiasabeo alasar. i. est digiti citrini quos nos diptamum
vocam⁹: valet ꝯ venenũ ⁊ abortiuũ facit. ¶ De aristologia.

¶ Saronud. i. aristologia est duob⁹ modis: lõga ⁊ rotũda. ro
tũda magis odorifera ⁊ plus tenuis hꝫ amaritudinẽ: acuta
est ⁊ tenuis ⁊ magis lõga: sed ambe valẽt potioni mortifere
⁊ reptiliũ morsui: oppilationẽ aperiunt ⁊ dissoluunt ventosi

tatem spinam silices aut cānam infixā in corporibus extra-
hunt: putrida vulnera mundāt: valēt spasmo neruorum cū
aqua tepida. De longa aristologia.

¶ Longa magis calida ascarides ꝛ vermes occidit: vrinam
ꝛ mēstrua puocat: aborsuz facit: ꝛ fetū mortuū expellit: gros
sitiem vulue dissoluit: ꝛ cū oleo vncto corpore pediculos ne
cat: puluerizata ꝛ vulneribus a spersa diuturna vulnera sa
nat cum melle confecta. De curcuma.

¶ Curcuma est quasi celidonia calida ꝛ sicca in secūdo gra
du: vulnera exiccat: succus eius in oculis missus cōfortat: do
lorem dentium ex frigiditate superposita valet.

De radice celidonie.

¶ Emaymā.i. radix celidonie cali. ꝛ sic. in scdo gradu duo
bus modis est: vna q̄ venit de sene citrina ꝛ subtilis est: hͤ est
melior: alia q̄ venit ex corasen: ꝛ est liuidi coloris peior prio
re: ambe sunt calide ꝛ sicce: virtus earū magis valet in mun
dificandis oculis q̄ꝫ in purgandis venis: cū aceto mixta va
let lentiginibus. De squilla.

¶ Barsara alphar.i. squilla calida ꝛ sicca in secūdo gradu
habet in se subtilitatē ꝛ multū mūdificat nō sumit nisi cocta
vel assata: q: hꝫ in se mordicationē ꝛ acuitatē vnde purgat
os stomachi ꝛ molesta est: assata ꝛ cū melle mixta ꝛ bibita
valet auditui ꝛ tussi de grosso phlegmate. Antique tussi va
let humiditatē pectoris ꝛ pulmonis mūdat: epithimata va
let scissure pedū de frigido. valet hydropicis yctericis ꝛ do
lori renum. De aceto quillitico.

¶ Acetum squilliticū valet multis locis: visum acuit coctū
cū aceto valet morsui tyrie: de aceto factus syrupus purgat
viscosum phlegma mixtū in potione purgat phlegma: opor
tet cauere dissintericis: q: excoriat intestina.

De narcisso.

¶ Basasabamiges.i. narcissus habet in se vires attrahēdi
mollitiē in apostematibus ꝛ pus tollit. De cepa.

¶ Amisal.i. cepe calidū ꝛ siccū in fine tertij gradus habet
in se aliquid humiditatis: vnde auget coitū ꝛ sperma: pista
tum ꝛ cū melle positū sup lentigines mundat: ꝛ caput ablu
tum iuuat: ꝛ morsui serpētis valet: succus eius in oculis mis
sus lachrymas siccat. De radice porri.

¶ Assalacharasa.i. radix porri: cali. ꝛ sicca habet aliquid hu
miditatis vnde sperma auget ꝛ coitū: fumigiū factū ex ea mē
strua educit: pistata cū melle ꝛ duobus exagijs bibitis inci
dit phlegma de pectore ꝛ pulmone: pistata ꝛ cū aceto confe
cta ꝛ sup sciā posita valet. morsui scorpionū valet: ꝛ ad do
lorem neruorū valet: ꝛ dolorē tollit pistata ꝛ superposita.

De radice hellebori.

¶ Eleūdē.i. helleborus tirsim.i. radix eius cali. ꝛ sic. in quar
to gradu habet acuitatē: mūdificat lēntigines ꝛ impetigines
grossas: vrinā ꝛ mēstrua prouocat bibitū: parū vomitū pro
uocat: ꝛ est pestiferū nisi cū cautela ꝛ ratione sumatur.

De allio.

¶ Theamē.i. allium calidū ꝛ siccū in quarto gradu: mēstrua
prouocat: pistatū ꝛ cū aceto confectum valet locis: quibus
phlegma cogerit locū alopitie fricatū iuuat cū melle pistatū
in cauerna dentiū missum prodest dolorē sedat: siluatica for
tiora sunt in actionibus suis. De herba tauri.

¶ Alchimiata.i. herba tauri cali. ꝛ sic. in tertio gradu: pista
ta ꝛ parū bibita cum vino omni veneno valet ꝛ morsibus re
ptilium. Diasco. dicit nascale factū ꝛ in vulua missum abor
sum facit: nō cōcipientibus facit concipere.

De hermodactylis.

¶ Sanuge.i. hermodactylus: albus ꝛ niger: sꝫ melior est al
bus calidus ꝛ siccus: valet dolori neruorū ꝛ arteticis ꝛ scia
ticis bibita. ʒ.j. vel exagium. s. cū zucca. superpositus sup̄ adi
ctis locis valet: rubeus inutilis est ꝛ corpus dissoluit.

De agarico.

¶ Agaricū melius albū: ꝛ q: cito dissoluit: cōpositum est de
substātia terrea ꝛ subtili: ꝛ habet in se dulcorē ꝛ amaritudi
nē: ꝛ ideo mūdificat epar ꝛ splenem ꝛ viscera: ꝛ habet in se
virtutē laxatiuā: vnde purgat cholerā adustā ꝛ cholerā nig.
ꝛ phlegma. valet rigori febriū ꝛ epilepticis: morsib⁹ scorpio
nū. ʒ.j. si bibatur cū vino ꝛ cataplasmetur super toxicum vbi
cunq̄ fuerit siccat ꝛ interiora mūdificat: vrinā prouocat. Si
bibat̄ cū sirupo acetoso valet stranguirie. ʒ. exagium cū ruta
bibitum valet cōtra venenū. De helleboro nigro.

¶ Karabach.i. helleborus: est duob⁹ modis: niger ꝛ albus
niger purgat cholerā: albus phlegma ꝛ humiditatē: ambo
sunt calidi ꝛ sicci in tertio gradu: fortiter laxatiui pestiferi ꝛ
periculosi: sꝫ oportet sumi cū cautela: q: sepe faciūt spasmū
albus pistatus cū aceto positus super lentigines ꝛ impeti
gines vultus pruriginem ꝛ morpheā purgat: super cauer
nas dentium missus eos cadere facit. De pastinaca.

¶ Alges rabiri.i. pastinace de india: ambe calide ꝛ humide:
ideo valet coitui: ventositati stomachi ꝛ viscerū principalis
ter vulue. valet sincopi ex frigiditate ꝛ morsibus scorpionū.

De saturega.

¶ Cornubet.i. saturega cali. ꝛ sicca dissoluit grossam vēto
sitatē digestiuā corroborat. De radice canne.

¶ Assala alchasab.i. radix canne: habet in se vim attrahen
di pistata ꝛ superposita silices ꝛ truncos excutit: pistata cuꝫ
aceto valet dolori neruorū: pistata cū lupinis valet lentigini
faciei. De radice serpentarie.

¶ Assalauphur.i. radix serpētarie cali. ꝛ sic. in fine tertij gra
dus: mūdificat ꝛ incidit grossos humores pectoris ꝛ pulmo
nis stomachi ꝛ viscerum: est aūt alia clarior sꝫ maior pluris
acuminis ꝛ acuta: habet aliquantulū amaritudinis ꝛ ponti
citatis: ideo mūdat ꝛ aperit oppilationē viscerū: incidit hu
mores grossos ꝛ viscosos: valet cancrosis vulneribus ꝛ mor
phee si sit cū aceto posita. De radice affodillorū.

¶ Alacorse.i. radix affodilli cali. ꝛ sic. vsta magis desiccat ꝛ
calefacit similis serpētarie in omnibus actionibus: maxime
valet alopitie superposita: trita ꝛ cū aqua bibita tepida: vri
nā ꝛ menstrua prouocat: valet hypocundrijs tussibus: ꝛ in
guini crepato valet. De radice plātaginis.

¶ Assala souachame.i. radix plantaginis frigi. ꝛ sic. strin
git sanguinē: masticata ꝛ gargarizata valet squināncie ex calo
re: pistata ꝛ bibita cuꝫ sirupo acetoso aperit oppila. renū ꝛ
epatis. De radice spine albe.

¶ Assala abollacha.i. radix spine albe fridi. ꝛ sic. constrictiua
lienterie valet ꝛ dissinterie lapides frangit in vesica.

De radice peonie.

¶ Assala alphiema.i. radix peonie calida in primo gradu in
tertius desiccat ꝛ attenuat ꝛ mūdat: cū melle bibita mēstrua
prouocat: oppilationē epatis ꝛ splenis aperit et renū: cuꝫ vi
no decocta phibet humores fluere in stomacho ꝛ visceribus:
bibita vel collo suspensa valet epilepticis. De cipero.

¶ Assala leodō.i. radix ciperi cali. ꝛ sic. ꝛ desiccat sine mordi
catiōe: antiq̄ vulnera sanat: valet vulnerib⁹ oris ꝛ gingiuaꝝ:
q: constringit: bonū odorē facit: hꝫ in se vires incisiuas: vnͤ
lapidē frangit: ꝛ vrinā puocat. De cortice mori celsi.

¶ Castior: assalatuca.i. cortex radicis celsi est dissolutiua ꝛ
amara: ideo valet lumbricis: ꝛ ascaridibus. ʒ.j. bibita deco
ctionis eius fit contra venenum.

De radice amygdali amari.

¶ Assala alchusam.i. radix amygdali amari cū aceto cocta ꝛ
oleo trita ꝛ frontibus illinita valet dolori capitis ex frigidita
te. ¶ De mineris diuerse sumunt̄ medicine.

¶ Alie lutū: alie petra: alie sal: alie corpa. ex luto sunt diuer
so modo naturā enim vniuscuiusq̄ dicemus.

¶ De virtutibus terrarū ꝛ lutoꝝ. Cap. xlvij.

¶ De bolo armeno.

Tenariliū.i. bolus armenicus: melior rubeus si
milis coloris rose ꝛ purus sine arena vel aliq̄ in
fectiōe inter dētes missus tenet vt colla frigi. ꝛ
sic. ꝛ desicatiuus valet lienterie ꝛ dissinterie. valet
ꝛ sanguinē spuētibus ꝛ cancrosis vulneribus in
ore calidis apostematib⁹ valet superpositus: phibet desce
dere a capite humores ad stomachū vulnera pectoris ꝛ pul
monis siccat: bibitus cū aqua frigida valet in tpe pestilētie
cū catia mixtus valet ruptis ossibus cataplasmatus valet.

De bolo.

¶ Atta cobrosi.i. bolus: melior odoriferus positus ad lin
guā applicat: est frigidus ꝛ desiccatiuus ꝛ cōstrictiuus tem
perate: valet spuentibus sanguinē ꝛ fluxui sanguinis mulie
ris: valet dissinterie bibitus vel clysterizatus: sꝫ pri⁹ purget

tũ purgatiuis dysterib⁹.ʒ.ſ.bibita cũ vino vel aqua valet cõtra tuſſim: cum ſucco ſtringni aut portulace mixtus cancroſa vulnera ſanat.

De ſinopida.

¶ Magra.i. ſinopida frigi. ⁊ ſic. valet calidis apoſtematibus bibita lumbricos necat.

De emathite.

¶ Sedicina.i.emathites melior lẽtiginoſus fri. ⁊ ſic. cõſtrictiuus ⁊ deſiccatiuus. valet fluxui ſanguinis de quocũq3 loco: valet groſſitiei palpebrarũ: puluerizat⁹ lauatuſq3 in oculis miſſus apoſtematibus oculorum valet.

De gipſo.

¶ Gebs.i. gipſũ cõſtrictiuũ ⁊ cõſolidatiuũ: valet fluxui ſanguinis de arteria ſi miſceat̃ cũ albugine oui ⁊ pil. leporum: aduſtũ magis valet ⁊ plus deſiccat.

De ceruſa.

¶ Siſeclatulſi.i. ceruſa melior alba põderoſa frigi. ⁊ ſic. et deſiccatiua vulnerũ: apoſtema calidũ ex ea inunctũ dolorẽ ſedat.

De chimolea.

¶ Themalchimolta.i. chimolea terra eſt vbi aqua iacet: melior mollis ⁊ clara frigi. ⁊ ſic. deſiccat. valet calido apoſtemati mixta cum aceto.

De argilla.

¶ Tenaaſome.i. argilla frigi. ⁊ ſic. cõfecta cũ aceto ⁊ fronti illinita fluxũ ſanguinis ſtringit: oſſa rupta ſanat.

¶ De calce.

¶ Aurora.i. calx nõ extincta multũ vrit ⁊ cõſumit carnem: lota cũ aqua vulnera deſiccat: valet vſtionibus ignis.

¶ De ſpodio.

¶ Alithabaſir.i. ſpodiũ: licet nõ ſit terra: tñ inter illas ponim⁹ q2 cinis ſit: ⁊ omnẽ materiã dimiſit: melius albũ ⁊ frangibile leue frigidũ ⁊ ſiccũ. valet acutis febribus bibitũ cum zucca. ⁊ aqua frigida ſitim extinguit ⁊ vẽtrẽ ſtringit ex cholera maxime ſi bibat̃ cũ ſucco maligra. cũ roſis piſtatum valet vulneribus oris ⁊ gingiuarũ.

De ſapone.

¶ Sabo.i. ſapo: ideo in h̃ capitulo ponim⁹: q2 fit de calce ⁊ cinere vrens ⁊ vulnera mundificans.

¶ De virtutibus lapidũ. Cap̃. clviij.

De marchaſita.

Marchaſita.i. calcitheos ſimilis emathiti: h3 in ſe ſulphur: ideo magis eſt calefactiuũ ⁊ deſiccatiuũ valet ad fluxuʒ ſanguinis: ⁊ apoſtema diſſoluit. Silr̃ operat̃ huic petra molẽdini. i. achigeraatcha. collyrium ſi ex ea fit ſoluit groſſam lippitudinem oculorum.

¶ De petra lactea.

¶ Alchagemo: off alber.i. petra lactea: q2 cũ fricatur quaſi lac emanat̃: virtus eius eſt vt emathitis ſed debilior.

De petra ſerpẽtina

¶ Alchageral chapa.i. petra ſerpẽtina: ⁊ eſt tribus modis: vna quaſi nigra: alia quaſi viridis ⁊ colore cinericio: alia quaſi viridis immixta lineis albis. vſta valet lethargicis: ⁊ cum apozimate ſparagi bibita lapidẽ frãgit renũ ⁊ veſice. valet morbibus hydric ſuperpoſita.

De petra lazuli.

¶ Alchalellara anaro.i. petra lazuli chol. nigrã purgat: valet melancholicis.

De petra iudaica.

¶ Alchacer leuidi.i. petra iudaica: ⁊ eſt duob⁹ modis: vna rotunda: alia plana: ſed longa plana melior. valet ſtranguriẽ vrine. lapidẽ frãgit in veſica. ʒ. ß. bibita cũ vino tẽperata.

De lapide ſpongie.

¶ Alchacer fange.i. lapis ſpongie h3 vim frangendi lapidẽ renum ⁊ veſice.

De magnete.

¶ Magnes lapis eſt ſimilis emathiti: quidã dicũt ſi teneat̃ in manu mitigat dolorẽ arteticũ manuũ ⁊ pedũ: valet ſpaſmo.

De pumice.

¶ Alchate alchaſitior.i. pumex vñ charte fricant̃: habet ſiccitatẽ ⁊ ſubtilitatẽ vnde dẽtes mundat ⁊ albificat: ſup pilos radit vbicunq3 fuerit puluerizatus: ⁊ ſup vulnus aſperſus carnẽ rodit ⁊ ſuper chartas litteras tollit.

De agathe.

¶ Alchaterabal gethes.i. agathes eſt niger cũ odorat̃ redolet vt cera: virtus eius nimis ſicca: ideo vulnus pfundũ cũ fuerit recẽs ſolidat: ſuffumigum ex eo iuuat epilepticos. valet ſtrãgurie mulierum: fumigium ex eo factũ fugat reptilia domus: mixtaq3 emplaſtris valet arteticis.

De myrrha.

¶ Alchacer arabegidi.i. myrrha magne virtutis eſt mũdificatiua: ⁊ inde deſiccat dentes a putredine.

De lepore marino.

¶ Alamabo bochanit.i. lepus marinus: cortex eius de genere oſtrarũ: nimis deſiccat ⁊ mundificat dẽtes a putredine.

De antimonio.

¶ Althimech.i. antimoniũ meli⁹ cũ frãgit̃ lucet: ⁊ plũbei eſt coloris ⁊ cõſtrictiuũ. valet caliditati ⁊ hũiditati oculorũ: puluis eius immiſſus putridis vulneribus valet. bibitus valet fluxui mulierũ: naribus immiſſus ſanguinẽ de cerebro fluẽtem ſtringit: ⁊ in vulneribus miſſus ea ſanat: ⁊ ſuperfluam carnem minuit.

De cathimia.

¶ Glumia alfida: id eſt cathimia melior tenuis coloris litargiri temperata in caliditate ⁊ frigiditate ⁊ ſiccitate in natura ſui deſiccatiua cõſtrictiua mundificatiua: vſta viſuʒ mũdificat ⁊ deſiccat ſine morſura vulnera oculorũ: ⁊ alia vulnera ſanat.

De thutia.

¶ Thutia melior alba que venit de india: ſecũdo poſt hanc viridis.i. charamera frigi. ⁊ ſic. ſine morſiõe maxime lota in collyrijs mixta oculos ſiccat ⁊ clarificat: phibet acutã materiã in oculis fluere. Gal. dicit in lib. de ſimplici medicina magis eſt deſiccatiua q̃ omẽs medicine intrãtes ĩ collyrijs oculorum.

De cathimia.

¶ Glumazep.i. cathimia auri melior tenuis ⁊ coloris nitri eſt vt azuruʒ ſimilis eſt cathimie argenti in actionibus ſuis ſed magis deſiccat ⁊ clarificat. vſta ⁊ lota vulnera oculoruʒ ſanat ſine moleſtia.

De lithargiro.

¶ Mardeſagũ.i. lithagirũ melius frãgibile clarum tẽperatũ in frigiditate ⁊ caliditate ⁊ deſiccatiõe: valet vulnerib⁹ ſcabiei ⁊ calido apoſtemati: mundificat ⁊ aliquantulũ ſtringit: creat carnẽ nudã in vulneribus.

De ferrugine.

¶ Hadabalgadidit.i. ferrugo melior clara ⁊ tenuis multuʒ deſiccat: infuſa in aceto ⁊ bibita cũ vino ⁊ apozimate vue ſicce: aut cũ melle: valet ſtomacho ⁊ ſplenis dolori: pus auriuʒ deſiccat naſcali facto fluxũ ſanguinis arctat panaricijs impoſita valet.

De cancro marino.

¶ Canabaturi.i. cancer marinus melior brance furcate frigidus ⁊ ſic. deſiccat humores oculorũ ⁊ maculas mũdat: viſum acuit ⁊ clarificat: puluis ex eo factus dentes confortat.

De teſta terrea.

¶ Ceſater.i. teſta terrea eſt deſiccatiuũ mũdificatiuũ: maxime lateres que in ignẽ mittuntur: illa enim vulnera ſanant puluerizata ⁊ mixta cũ aceto: ⁊ corp⁹ inunctũ ſcabiẽ curant.

¶ De ſalibus: ⁊ eorũ virtutibus. Cap̃. clix.

¶ De amelech.

Amelech.i. ſal: omnis ſal calidus eſt ⁊ ſiccus ⁊ mũdificatiuus: diuiduntur actiones eorũ ſm ſuã materiam.

De ſale indico.

¶ Amelechindi: id eſt ſal indicus calidior ⁊ ſiccior ceteris.

De ſale naſtico.

¶ Melcamaſti.i. naſticũ: calorẽ habet fortẽ: eſt deſiccatiuuʒ ⁊ ſoluit choleram nigram.

¶ De ſale quod comeditur.

¶ Melechula.i. ſal quod mãducatur melius ⁊ melioris ſaporis ⁊ ventris ſolutiuũ.

De ſale armoniaco.

¶ Roſciatir.i. ſal armoniacus eſt ſubtilis calidus: valet ad caſum vulue inſufflatum: ⁊ ad cancrum eius.

De nitro.

¶ Nitrin.i. nitrũ incidit ⁊ ſubtiliat humores groſſos ⁊ viſcoſos.

De ſale cocto.

¶ Melletali.i. ſal factum qđ fit de vaſceolis marinis calidũ ⁊ mundificatiuũ habet vim vt ſal cõmune: ſed fortius in aceto mixtũ valet: corpus inũctũ a ſcabie mundat: pilos groſſos attenuat.

De ſale nitro armeniaco.

¶ Nitrũ armenie fortius in virtute alter o nauſeã ſtomachi compeſcit: piſtatũ cũ vino ⁊ bibitũ cũ melle ventrẽ ſoluit et ventoſitatẽ: valet febribus cũ rigore inũcto corpore ante acceſſionẽ maxime cum aceto: valet morphee: cum terebinthina mixtũ apoſtema maturat.

De ſpuma maris.

¶ Cebedelbata.i.spuma marina mūdificatiua vulnꝰ oculorum mūdat: vsta ⁊ puluerizata dentes mundat ⁊ albificat: cū aceto mixta alopitiā tollit: ⁊ capillos crescere facit.

De vitriolo.

¶ Jelig.i. vitriolum fit multis: modis melius babilonicū coloꝛ quasi viridis: ⁊ cū frangitur lucet vt aurū attenuat ⁊ vrit.

De terra francigena.

¶ Alchatar.i.quasi terra francigena asuri.i.de suria alchaza temperatior est alchatar: virtus eius est adustiua ⁊ attenuatiua plus vrens ⁊ attenuans ⁊ ardēs: calchatar multum stringit cū caloꝛe maxime carnē exiccat.

De alumine.

¶ Siceb.i. alumē melius albū frigidū ⁊ siccū cōstrictiuū ⁊ carnē mollē solidat: sanguinē stringit: gingiuas corroborat emittentes sanguinem: dentes confirmat ⁊ corroborat.

¶ De virtutibus metalloꝛū. Cap. l.

De ere vsto.

Nalabas nichome.i. es arsum de vena melius rubeū calidū cōstrictiuū: vulnera sanat in corporibus: lotum sanat in humidis corporibus.

De scoria eris.

¶ Thanebilanchas .i.scoria eris melioꝛ nigra ⁊ rubea aliquantulū tenuis: magis attenuat adusta: incidit ⁊ mundat: oculos sanat ⁊ clarificat: grossitiem palpebrarū dissoluit.

De solidatura auri.

¶ Assara asseem.i.solidatura auri: carnē supfluā comedit sine punctione: calida est ⁊ sicca ⁊ tenuis.

De limatura auri.

¶ Bniradaasceb.i.limatura auri ꝯfortat ⁊ spiritū alacrē facit: valet cardiacis mixta cum medicina.

De limatura argenti.

¶ Mozceda alfesa.i.limatura argenti bibita cū medicina valet emoꝛroidis.

De ere viridi.

¶ Smazaar.i.viride es calidū comedit supfluā carnē ⁊ incidit mixtū cum cera ⁊ oleo mundat putredinē vulnerū sine moꝛsione: ⁊ carnē adducit.

De stanno.

¶ Alchalia.i.stānū melius qꝺ stridet inter dētes: habet in se vim aque aliquantulū: limatum ⁊ fricatū super petrā cū vino ⁊ oleo valet apostematibus in pectine ⁊ ano.

De plumbo.

¶ Kalal.i.plūbū similiter fricatū super petrā: ⁊ cū aqua valet vitiosis vulneribus ⁊ maxime oculoꝛū: humoꝛes eorum desiccat: ⁊ carnem adducit.

De argento viuo.

¶ Mosaac.i.argentū viuū melius nouū nondū operatū calidū ⁊ humidū in quarto gradu: si extingatur cum aceto ⁊ oleo fit vnguentū ad scabiē ⁊ necat pediculos maxime mixtum cū aristolo.rotunda.

¶ De vitriolis ⁊ sulphure. Cap.lj.

Lngeg.i. vitrū tritum cū vino forti bibitum lapidem frangit in renibus ⁊ vesica.

De sulphure.

¶ Cebra.i.sulphur est duobus modis: citrinū ⁊ albū: melius citrinū calidū ⁊ subtile: valet scabiosis ⁊ excoꝛiate moꝛphee inunctū: valet puluerizatum moꝛsibus reptilium.

De corallo.

¶ Based.i.coꝛallus: melioꝛ rubeus ⁊ tenuis frigidus ⁊ siccus mūdificatiuus ⁊ constrictiuus replet vulnera ⁊ sanat: lachrymas siccat: pānū oculoꝛū rodit: valet sanguineo fluxui ex omni loco: puluerizatus ⁊ superpositus vrinā prouocat.

De perla.

¶ Lily.i. perla lucida melioꝛ alba ⁊ rotunda ⁊ tenuis est calida ⁊ sicca: humiditatē oculoꝛū desiccat ⁊ mundificat: valet cardiace ⁊ sincopi.

De aspalto.

¶ Sobit bacarses: id est aspaltum calidum ⁊ siccū carnem curat alꝰ creat ⁊ adducit vulneribus.

De mumia.

¶ Mumia valet rupturis vbicunqꝫ fuerint: concussis ossibus: ophthalmicū ex ea factum valet doloꝛi capitis ex frigiditate: valet fluxui sanguinis.

De petroleo.

¶ Mabsthiad.i.petroleū albū calidū ⁊ siccū: valet paralyticis ⁊ doloꝛi neruoꝛū ex phlegmate: apopleticis valet bibitū vel inunctum: nascali facto grossam ventositatē vulue dissoluit: fetū moꝛtuū ⁊ secūdinā educit si retinetur: vermes ⁊ lūbricos necat: valet oꝛthomie et tussi ex phlegmate cū aq̄ ca.

¶ De medicinis q̄ fiūt de aīalibus: ⁊ primo de sanguinibus. Capitu.lij.

Medicine que fiūt ex aīalibus sunt diuerse: alie ex supfluitatibꝰ: alie ex mēbris coꝝ. que sunt ex superfluitatibus alie ex humiditatibꝰ: alie ex humoꝛibus: alie de stercoꝛibus: alie de vrina. Eoꝛū que sunt de hūiditate sunt vt lac sanguis. Que sunt ex superfluitatibꝰ sunt vt oua sudoꝛ sputa. Que fit de humoꝛibꝰ est vt sanguis: incipiamꝰ igitur a sanguine.

Sanguis leporis.

¶ Sanguis leporis valet dissinterie lienterie si māducetur inunctus faciei lentiginē ⁊ impetiginē expellit. Sanguis leporis in patella frixus valet toxicis positis in sagittis: valet dissinterie longe: lienterie: bibitus cū vino valet cōtra omē venenū. Sanguis ceruinus idem facit.

De sanguine belue ⁊ mustele.

¶ Sanguis albumoꝛes.li. belue ⁊ mustele super scrophulas positus dissoluit.

¶ De sanguine columbino.

¶ Dematamen.i. sanguis columbinus valet maculis sanguinis oculoꝛū: ⁊ naribus instillatus fluxū sanguinis a naribus sistit.

¶ De sanguine vaccino.

¶ Dematritan.i. sanguis vaccinus positus super vulnus manans sanguinem stringit.

¶ De virtutibus lactis animalium. Ca. liij.

¶ De natura lactis.

Leben.i.lac melius albū ⁊ mundū substātia recta.i.equalis de sano animali nō proximo partui nec longe.

De lacte asine.

¶ Lera.i.lac asine valet cōtra venenū: valet dissinterie: similiter lusa.i.lac camelinum.

De lacte pecudum.

¶ Lac pecudum valet melancholice cōplexioni: sperma generat.

De lacte femineo.

¶ Almalac.i.lac femineū valet angustatiōibus ⁊ potiōi: valet ethicis ⁊ phthysicis: vulnera oculoꝛū lauat ⁊ mundat.

De butyro.

¶ Zubo.i.butyrū: melius recens: maturat ⁊ aperit apostemata in corpoꝛibꝰ hūanis: similiter in pectoꝛibus vulneribꝰ ⁊ interioꝛibus ⁊ parotidis: aures ⁊ gingiuas pueroꝝ humectat: ⁊ dētes crescere facit si fricent̄ ⁊ cito exire facit: cū melle mixtū pus spuere facit pectoꝛis ⁊ pulmonis: valet pleuresi: solū comestū magis sputū maturat: ⁊ minꝰ spuere facit: cū melle ⁊ amigdalis mixtū minus maturat ⁊ spuere facit.

¶ De coagulo aīalium. Cap.liiij.

Alfrat.i. coagulū meliꝰ siccū: a quo lac abijt calidū ⁊ siccū tenueꝛ: iō dissoluit cū sua virtute lac coagulatū i stomacho.

¶ De coagulo leporis

¶ Aufeateaneb.i.coagulū leporis bibitū valet epilepsie: lac ⁊ sanguinem coagulatū dissoluit.ʒ.j.bibita valet moꝛsibꝰ reptilium dissinterie ⁊ lienterie: ⁊ fluxui sanguinis mulierū ⁊ eū spuentibꝰ ex pectoꝛe: nascale factū ex eo post menstrua concipere facit.

De coagulo caballino.

¶ Amphealcar.i. coagulum caballinum valet dissinterie ⁊ lienterie.

De coagulo ceruino ⁊ hedulino ⁊c.

¶ Amphe agidi.i. coagulum ceruinum: ⁊ gerualdi.i.hedulinū capreoli vituli pulli bubali pulli cerui: oīa ista ꝓsunt hūiditati ⁊ asperitati gutturis ⁊ fauciū sumpta tepida: valēt et vstionibus.

¶ De diuersis virtutibus ouoꝝ. Cap.lv.

De vitello oui.

Vitellū oui cum oleo rosato mixtū percusso oculo superpositū valet: vel ferro inciso doloꝛem mitigat.

De pulis auium.

¶ Sabbit.i.oua assafar.i.auium sperma augent.

De cortice ouorum.

¶ Esira albia.i.cortex ouorū lotus ⁊ puluerizatus oculis immissus pānum rumpit ⁊ vulnera sanat: lentigines faciei cum semine melonis tollit.

¶ De sudore hominis ⁊ saliua eius. Cap.lvi.

Alaras.i.sudor cū nudus exercet omē apostema calidū dissoluit: ⁊ maturat.

De saliua hominis.

¶ Asac.i.saliua hominis valet igni sacro. Similiter cum frumento ieiuno masticato maturat apostema: maculas vulue cū saliua hominis inuncta iuuat: ideo animali saliua hominis ieiuni venenosa est: ⁊ in ore piecta mortifera est ei.

¶ De virtutibus fellis animaliū. Cap.lvii.

De felle porci.

Masara.i.fel causir.i.porci valet vulneribus putridis auriū: sanat ⁊ mundat.

De felle vaccino.

¶ Marchitabar.i.fel vaccinū valet sonitui auriū instillatū: mixtū cū oleo rosato ⁊ in aurem missuz dolorem sedat ex frigiditate aurium.

De felle hirci.

¶ Marateis.i.fel hirci: valet in cataractis oculorum.

De felle vulpis ⁊ aliorum.

¶ Massaras albel.i. fel vulpis ⁊ sabinti.i.castoris valet.

De felle aquile.

¶ Mucab.i. fel aqle valet in cataractis oculorū mixto feniculo cum melle: ⁊ similiter omne fel valet supradictus minutaruz auium fellicula que sunt tenuiora ⁊ maiora animaliū.

De felle gruis.

¶ Mamachu.i.fel gruis calidū ⁊ tenue sternutatoriū ex eo factū cū succo sambuci valet paralyticis.

De felle veruecis.

¶ Damchebs.i.fel veruecis valet dolori auriū ex frigiditate: ⁊ maculas ex vulnere mundat.

¶ De virtutibus vrinarum animaliū. Cap.lviii.

Generaliter oīs vrina animaliū bibita valet dolori neruorum.

De vrina cameli.

¶ Baul.i. vrina gemel.i. cameli calefacit ⁊ desiccat: habet in se pōticitatē: vnde valet hydropisi ⁊ dolori splenis: si caput lauetur valet tinee ex calore: in aurē instillata valet vulneribus aurium: valet ⁊ ventositatibus grossis in stomacho: in visceribus ⁊ vulua si cū vino bibatur: sternutatoriū ex ea factū iuuat nares non sentientibus odorem.

De vrina canis.

¶ Dul.i.vrina rubel.i.canis sup verrucas ⁊ porros posita valet.

De vrina hominis.

¶ Basonasen.i.vrina hoīs valet excoriatis ⁊ putridis vulneribus et tinee.

De vrina puerorum.

¶ Baubalsabul.i.vrina puerorū: ⁊ est maioris virtutis: valet morbis tyrie ⁊ scorpionis marini ⁊ rabiosi canis: si cū vino misceatur valet prurigini scabiei ⁊ morphee lepre: pus ex aure desiccat: si cum cortice mali granati misceatur valet omnibus morsibus reptilium.

De vrina capre.

¶ Baulasmavs.i. vrina capre valet hydropicis.

De vrina vaccarum.

¶ Baubalcara.i.vrina vaccarū valet dolori stomachi ex frigiditate ⁊ emorroydis.

De vrina bubali.

¶ Baul.i. vrina bubaloꝝ mixta cū oleo ⁊ myrrha: ⁊ in aure instillata dolorē sedat ex frigiditate.

De vrina porci.

¶ Baulcebulain.i. vrina porcorum lapidē frangit in vesica.

¶ De virtutibus stercorum animalium ⁊ auium. Capitulum.lix.

Zebel.i.stercus. stercora generaliter calida ⁊ sicca sunt: differunt tamen ſm naturā animalium ⁊ ſm cibos sumentium.

De stercore puerorum.

¶ Zebe ⁊ sabin.i. stercus puerorum lac sugentium ⁊ non cibum sumentium valet squinanticis.

De stercore canis.

¶ Zebel althideb.i.stercus canis calidū est ⁊ siccum mundificat ⁊ valet squinanticis de humiditate maxime canum ossa comedentium: puluerizatum stercus ⁊ per cānulam in faucib9 insufflatum deforis ⁊ deintus fricatū iuuat putredinem vulnerum in visceribus: mundat si cuz lacte bibatur cum aqua tepida bibitum valet dolori ylij.

De stercore lupi.

¶ Zebel.i.lupinū stercus albos habēs pilos admixtos qđ inuenit̄ super spinas: si bibat̄ valet colice passioni: si cum filo lane veruecis quē lupus necauit vel capre tegatur supradictum stercus iuuat: ⁊ in corio ceruino inuolutum ⁊ tractū magis valet

De stercore equino.

¶ Zebela.i. bardoni stercus rōcini bibitum secūdinā ⁊ fetū mortuū expellit.

De stercore asine.

¶ Zebelalchumat.i. stercus asine influentē sanguinem arteriarum narium superpositum stringit.

De stercore capre.

¶ Zebel.i.stercus capre calidum ⁊ siccum cum aceto positum siue mixtum ⁊ super splenem cataplasmatuz duriciem splenis dissoluit. Similiter alia dissoluit apostemata. si adiunctum cum aceto misceatur ⁊ caput vnguatur valet alopitijs. bibitum valet morsibus reptilium: cataplasmatum valet hydropicis ⁊ dolori neruorum.

De stercore soricino.

¶ Zebephera.i.stercus soricis pistatum cū aceto valet porris ⁊ verrucis. similiter minuit omnē carnem superfluā. si cū oleo misceatur ⁊ inungat̄ valet alopitie. pessarium factū et in anū pueri missum ventrē soluit: puluerizatum ⁊ in oculis missum valet alboribus oculorum.

De stercore vaccino.

¶ Zebelbachara.i.stercus vaccinū positū super dura apostemata dissoluit: adustū ⁊ cinis ex eo factus in naribus missus fluxū sanguinis sistit: cū nitro mixtū ⁊ cataplasmatū ventri hydropicorum appositum iuuat: super morsum serpentum cataplasmatum iuuat: cum aceto mixtū ⁊ tumori geniculoꝝ positū tollit tumorem ⁊ dolorem fugat.

De stercore stellionis.

¶ Zebelsac.i.stercus stellionis album melius calidū acutū mundat lentigines faciei: valet alboribus oculorum.

De stercore turdi.

¶ Zebelcorsa.i. stercus turdi q̄ risi comedit: si cū aceto misceatur valet nigre impetigini faciei: similiter mulierū pustulis q: mundat.

De stercore columbino.

¶ Zebelchame.i. stercus columbinū valet omni dolori ex frigiditate: valet hydropicis inunctū: ⁊ cū sirupo acetoso bibitum: cū semine lini ⁊ aceto mixtū ⁊ super scrophulas positū valet: cū semine nasturcij mixtuz diuturno dolori capitis valet.

De stercoribus auium.

¶ Zebel.i.stercora auium tollūt lētiginē faciei cū saliua hominis mixta: ⁊ super porros ⁊ verrucas posita valēt.

De stercore galline.

¶ Zebeltigazeseg.i.stercus galline vel galli si.ʒ.ij.cum sirupo acetoso detur facit reijcere phlegma: cū melle gargarizatum valet squinantie: similiter valet fungis pestiferis ⁊ colice passioni.

De stercore elephantis.

¶ Zebelfili.i.stercus elephantis si femina secum tulerit non generabit nec concipiet: suffumigatū valet febri diuturne.

¶ De tyrijs marinis: ⁊ qbusdā alijs aīalibus. Cap.lx.

Oportet hoīem cauere tyrias marinas: sed capte in locis tempore veris caro illa post incisionem premissis quattuor digitis a capite: ⁊ quattuor a pedibus: ⁊ illud qđ remanet est cōtra omne venenum: mūdificat interiora de putridis humorib9: ⁊ eijcit ad exteriora ⁊ dissoluit a cute cū sudore: ⁊ quodcūq3 sit plenū de malis humoribus eijcit illos: ⁊ qui comedit de carnib9 tyrie generat pediculos: ⁊ excoriat se vt serpēs: purgat corpus de grossis humoribus de quibus generat̄ impetigo morphea ⁊ lepra: valet morsibus reptilium ⁊ omni veneno.

De spolio serpentis.

¶ Salchacharia.i.spolium serpentis si siccũ ⁊ pulueriʒatũ fuerit ⁊ in oculis mittatur cũ vino clarificabit visum.

De hericio.

¶ Cosead.i.hericius: caro eius cocta ⁊ in aceto missa valet leprosis ⁊ spasmo ex plenitudine: valet doloribꝰ renum ⁊ hydropicis: q: dissoluit multum ⁊ desiccat nimis.

De belua.

¶ Cybumens.i.belua si cũ aceto squillitico misceatur valet epilepsie: interiora eius extracta ⁊ salita vel sine sale siccata ʒ.ij.vel exagia duo bibita valet caducis ⁊ morsibus reptiliũ: ⁊ est ꝯ oẽ venenũ: tota in vase eneo adusta valet dolori neruorũ. Sanguis eius sup scrophulas positꝰ valet. Quidam affirmant solũ sanguinẽ eius valere doloribus neruorũ: si corpus eiꝰ findatur ⁊ coriandro impleatur: valet morsibus reptilium: ⁊ cum aceto bibitũ valet epilepsie.

De stellione.

¶ Sabaa.i.stellio. si coquaꝛ cũ aqua ⁊ aneto valet dolori neruorum.

De talpa.

¶ Suten.i. talpa scissa ⁊ calida super morsum scorpionis posita valet.

De ranũculis ⁊ rana.

¶ Esida.i.ranũculus vel rana coctus ⁊ super morsus scorpionum ⁊ serpentum positus valet: siccatus ⁊ pulueriʒatꝰ ⁊ bibito exagio.j. valet morsibus omniuꝫ reptiliũ: cinis ex eo factus valet alopitijs si cũ oleo inungaꝛ: ⁊ sanguis ranũculi viridis: si cum eo gingiue fricentur dentes confirmat: cinis eius fluxũ sanguinis narium sistit.

De gallo ⁊ gallina.

¶ Adducasuser.i.gallus ⁊ gallina si findãꝛ: ⁊ calidis morsibus venenatis supponãtur valet: ius galli pinguis cũ aceto ⁊ cinamomo althinio ⁊ polipodio ventrẽ laxat.

De catto.

¶ Chianatus.i. cattus valet doloribꝰ neruorũ ⁊ emorroidarũ: comestus renes calefacit ⁊ valet doloribꝰ dorsi.

De stinco.

¶ Saganigur.i.stincus caro eius valet coitui: auget sperma: ⁊ desiderium adiuuat maxime vmbilicus eiꝰ: ⁊ pinguedo huiusmodi habet.

De lepore marino.

¶ Aruebatanẽ.i.lepus marinus si comedatur facit empicos: oleum in quo coquitur capillos inunctos cadere facit.

De summitate caude ceruí.

¶ Sũmitas caude ceruí mortifera est exagio.j.bibito.

De hirundine.

¶ Quatil.i.hirũdo cinis valet eius squinanticis cũ melle ʒ.j. bibita: in oculis missus acuit visum: siccata ⁊ pulueriʒata.ʒ.j.bibita valet squinanticis.

De scorpione.

¶ Acab.i.scorpio: pistatus ⁊ super morsum positus serpẽtis dolorem mitigat: pulueriʒatus ⁊ in oculis missus valet lapidem renum frangit.

De sanguisugis.

¶ Alac.i.sanguisuga: si ponaꝛ super putridũ sanguinem attrahit ad se putredinẽ vel super tineã: oportet vt fiat precedente purgatione phlebotomie ⁊ pharmacie ne eius attractione ex humorũ putredine supflui concurrant humores.

De cantaridibus.

¶ Asephara.i.cantarides calide ⁊ acute sunt: scabiei valẽt ⁊ morphee.pediculos necant: mixte cum aceto ⁊ morphee superposite valent: in prouocando vrinam multum valent ⁊ mortificant.

De musca.

¶ Diaben.i.musca valet dolori oculorũ vel ordeolis ⁊ fluxui oculorũ: cinis factus ⁊ cũ melle mixtus valet alopitie.

De grillo.

¶ Serad.i.grillus collo suspẽsus valet quartane febri.

De cancro.

¶ Sararan.i. cancer pistatus ⁊ vulneri superpositus ferrũ ⁊ silices extrahit. Similiter si ponatur cinis cũ aceto mixtꝰ morsui rabiosi canis: superpositꝰ valet morsibus scorpiõis ⁊ tyrie ⁊ serpẽtis ⁊ locis venenatis: similiter ventre scissio ⁊ loto cum anere ⁊ ptisano valet phthysicis.

De pisce.

¶ Sama.i.piscis quẽ alij dicunt trapedinẽ: si super frontẽ nimis ponatur dolorẽ stupefacit: q: reddit locũ insensibilẽ

De salamandra.

¶ Sar.i.salamandra pistata ⁊ posita super locum sagittarum attrahit illas maxime quod est mortis.

¶ De virtutibus pinguedinis aĩaliũ ⁊ auium ⁊ medullis eorum. Capi.lxj.

Quacan.i.pinguedo: oĩs pinguedo generaliter calida ⁊ humida est: diuersis tamen virtutibus ſm aĩalia vnde fit: ⁊ etatem ⁊ eorũ cibaria: ſm eorũ genus sicut masculi vel femine siue castrata vel non.

De pinguedine leonis.

¶ Pinguedo leonis calidior est ⁊ humidior omnibus animalibus ⁊ fortior in dissoluendo apostemata.

De pinguedine porcina.

¶ Pinguedo porcina est humidior omnibus animalibus ⁊ calida minus leonis: est maturatiua ⁊ humectatiua: valet dissinterie que fit in tenui intestino.

De pinguedine caprina.

¶ Pinguedo caprina minoris hũiditatis est ꝙ porcina. valet dolori in visceribꝰ. clystere factũ ex ea valet dissinterie.

De pinguedine vitellina.

¶ Vitellina minus est calida ⁊ sicca ꝙ vaccina: cũ oleo lauri no valet dolori auriũ ⁊ dentiũ.

De pinguedine vulpina.

¶ Vulpina dissolutiua est: cũ oleo yrino valet dolori auriũ cũ licinio immisso. valet etiam dolori dentium.

De pinguedine pisciũ.

¶ Zamei.i.pinguedo pisciũ dissolutiua est: cũ melle mixta ⁊ in oculis missa eos clarificat: visumqꝫ confortat. valet cataractis.

De medulla tibiarũ.

¶ Macho.i. medulla tibiarũ gñaliter est dissolutiua dissoluẽs oẽm duriciẽ: valet scissure manuũ ⁊ pedũ: melior oĩbus ceruina: post vitellina: post bouina: deinde hircina q̃ est siccior oĩbus.

¶ De virtutibus capitũ aĩaliũ. Cap.lxij.

¶ De capite ouis.

Caput ouis si coquaꝛ ⁊ fiat inde clystere iuuat in inferiori dissinteria: ⁊ in doloribus renũ: renesqꝫ impinguat: auget coitũ in his q̃ deficiũt ex tenuitate.

De capite soricis.

¶ Caput soricis siccatũ ⁊ adustũ ⁊ pulueriʒatũ cum melle mixtũ valet alopicie.

De medulla leporis.

¶ Medulla leporis gingiuas puerorũ vnctas ex ea dentes exire facit cito. Gal. dicit ꝙ nõ operaꝛ cũ sua ꝓprietate: sed cum sua virtute qua pinguedo ⁊ mel operantur: si comedatur iuuat in tremore membrorum.

¶ De virtutibus in cornibus aĩalium. Cap.lxiij.

Cornua generaliter sunt desiccatiua. Cornua capre ⁊ cerui adusta dẽtes mũdant: gingiuas molles stringunt: bene ⁊ subtiliter cribrata: ⁊ in oculis missa clarificant ipsos: prohibent materiã ad oculos fluere: maxime post vstionẽ: lota cũ vino mundãt dẽtes ⁊ cõfortãt. Cinis ex eis factus ⁊ lotus valet dissinterie bibitus. Cornua cocta in aceto ⁊ os ablutum valet dolori dentiũ.pistata ⁊ bibita valent morsibus reptiliuꝫ fumigũ ex eis factũ serpẽtes fugat: fluxũ sanguinis stringit ⁊ sputum maxime si cũ dragagãto sumatur. valet dolori vesice: si cũ sirupo acetoso bibatur valet yeteritie.

De cornibus vacce.

Cornua vacce: cinis ex eis factus ⁊ bibitus fluxum sanguinis ex oĩni loco sistit.

De cornibus cerui.

¶ Cornua cerui: cinis vnũ exagiũ bibitũ valet morsibus tyrie ⁊ fumigiũ ex eis factum fugat reptilia.

¶ De virtutibus mẽbroꝝ bestiarũ. Cap.lxiiij.

¶ De pulmone porci ⁊ arietis.

Pulmo porci ⁊ arietis adustus ⁊ cinis super bullas pedũ factas ex strictis sotularibus sanat.

De pulmone vulpis.

¶ Vulpinus coctꝰ cũ aceto squillitico mixtꝰ valet orthomie.

De pulmone asini siluestris.

¶ Asini siluestris pulmo siccatus.ʒ.ij.bibitꝰ valẽt orthomie ⁊ tussibus.

De epate rabidi canis.

¶ Epar rabiti.i.rabiosi canis: ⁊ quẽ momorderit mãducauerit sanabitur.

De epate caprino.

¶ Caprinũ si asseꝛ cũ pipere longo qđ stillat dũ assaꝛ oculis coctũ instilleꝛ prodest amittẽtibus visum ab occasu solis similiter coctum ⁊ fumus eius in oculis fumigatus: ⁊ come

stum idem facit: valet in quibusdã epilepticis.

De epate porcino.

Porcinũ cum aceto comestũ valet morsibus reptilium.

De epate perdicis.

Epar chalaar. i. epar perdicis pulverizatũ exagiũ vnũ bibitũ valet epilepticis. De epate pecorino.

Pecorinũ assatum sine sale dissinteriam stringit.

De epate lupino.

Epar chibi. i. lupinũ epar siccatũ & in antidotis ad dolorẽ epatis satis iuuat.

De testiculis & vnguibus corũ. Cap. lxv.

De testiculis cerui.

Osa. i. testiculus ceruinus siccatus & bibitus valet morsibus tyrie.

De testiculis vitulinis.

Vitellinus siccatus & bibitus coitũ auget.

De testiculis asini.

Asini siccatus & bibit⁹ valet serpẽtis morsibus: idem facit ceruinus. De testiculis castoris.

Geudelbabuster. i. castoris tenuis & dissolutiuus: valet dolori neruorũ de plenitudine grossorũ & viscosorũ humorũ bibitus vel inunctus fortiter calefacit: pdest grosse vẽtositati in stomacho visceribus & vulua: valet paralyticis lethargicis: si cũ mentastro bibat mẽstrua prouocat: fetũ & secundinã expellit: fumigiũ eius idẽ operat: valet tremori membrorũ & singultui ex plenitudine maxime si cũ sisimbrio bibat: cũ sambucelcon mixtus & venter inunctus valet grosse vẽtositati in stomacho: & in virga iniect⁹ strãguriã sedat.

De vngula caprina.

Adalaphy. i. vngula caprina: cũ aceto valet alopitie.

De vngula asini & equi.

Vngula asini siluestris si comburat & bibatur pdest epilepsie: cinis ei⁹ si misceat oleo oliue strophulas dissoluit: si vo cataplasmet cũ oleo oliue sup alopitiã pdest. Eqna idẽ facit. De ossibus aĩaliũ & corio serpẽtũ. Ca. lxvj.

Ossa adusta dissoluunt & desiccãt.

De calcaneo porci.

Calcaneum porci cõbustũ ex eo dentes fricati confortat. valet inflationi stomachi & angustie.

De calcaneo vacce.

Calcaneũ vacce similiter adustũ dẽtes pfirmat: si cũ acetoso sirupo bibatur splenẽ dissoluit: valet coitui & morphee.

De ossibus tibiarũ vacce.

Ossa tibiarũ vacce adusta valent dissinterie si bibantur siccata & trita valent alopitie. De corio serpentis.

Gedub. i. coriũ serpẽtis cũ aceto coctũ dẽtibus ablutis fugat dolorem eorũ. De corio capre.

Coriũ caprinũ & pecorinũ cũ recẽs fuerit suppositũ per cussionibus & vulneribus valet: & variolis: valet & morsib⁹ reptilium. De corio lupi.

Cybenemie. i. coriũ lupi suspensum collo valet hydrofobicis. De soleis.

Solee vste posite super ampullas q̃ fiũt ex angustijs calciamentorũ valent: pulverizate psunt adustioni ignis & fricatis & excoriatis cotis insimul: cola que conficit ex eis valet tinee: & si nux cypressina miscet valet crepatis inguinib⁹.

De squamis ostrearum.

Squama ostrearũ melior alba adusta: si dentes fricent emũdat & albificat: oẽ vulnus etiã desiccat: valet vulnerib⁹ oculorũ & vstionibus ignis. De lapar.

Cadar. i. lapar. similiter agit: sed debilius.

De cancro marino.

Saratan. i. cancer marinus: cinis eius super lentiginem positus pellit: valet bibitus morsui canis rabidi & albor ib⁹ oculorũ: similiter dentes mundat & albificat.

De capillis & lana & pilis bẽls. Ca. lxvij.

Lana adusta cal. & tenuis desiccatiua minuit malam carnem in vulnere: similiter capilli adusti in adustionibus positi valẽt: in tenasmone positi reuocant intus. Capilli hoĩs vsti & cũ aceto mixti valent morsibus canis.

Si quis lanã & capillos vrere facit: hoc modo fiat: in olla rudi cooperta in coopertorio foramine facto: & in igne vel in furno adurantur.

De diuisione dissolutiuarũ medicinarũ. Ca. lxviij.

Postq̃ diximus virtutẽ simplicis medicine & earum iuuamẽ: placet de dissolutiua tractare: & quomodo operari debeat: & q̃d virtus vniuscuiusq̃ in humanis corporibus operetur: & iuuamen vniuscuiusq̃: & quomodo impedimentum sedet: necessariã ergo suã regulã scire generaliter ostẽdã: vt ignorãtibus & scire volẽtibus qualiter operent pateat.

De dissolutiuis medicinis. Capi. lxix.

Dicimus medicinas solutiuas nõ vno modo: sed multis modis ventrem purgare. Alie cũ expressione vel myrobalani: alie cũ salsugine & acumine dissoluunt & mundificant: alie cũ salsugine & dulcedine dissoluunt: alie cum acumine vt euforbiũ: alie cũ viscositate vt mercurialis: alie cũ vtute attractiua purgant sua similia: vt scamonea cholerã rubeã vt magnes attrahit ferrum: alie purgant materiã similẽ sibi hac eadem ratione: sed in attractiõe virtutis medicine in humoribus dissonant.

De eisdẽ dissolutiuis medicinis. Cap. lxx.

Quidã dicũt cũ medicina dissolutiua trahit in stomacho & exiẽs de stomacho venit ad mẽbrũ habẽs plenitudinẽ humorũ similis medicine vbi attrahit sibi similes hũores: & attractos educit mẽbris sibi adunantibus cũ virtute expulsiua: sic q̃ in vnum redeunt & per viscera exeunt: sed hec ratio friuola est: quia quod attrahit non vadit ad illud quod trahitur: sicut ad ferrum magnentem non videmus ire. Alij affirmant cum medicina ad stomachum vadit: attrahit humores sibi similes de mẽbris a se ad stomachũ: vt magnes ferrum: & postea humores & medicina insimul egrediunt p inferiora: nec hoc multũ ratũ est: q: si ita esset q̃ hũores & medicina in stomacho cõuenirẽt: nõ de stomacho egrederẽtur: vt ferrum & magnetem insimul iuncta nõ mutare videm⁹. Alia similitudo. Alij dicunt postq̃ medicina ad stomachũ venit: trahit ad se similes humores de membro proximo vel lõginquo naturam habens similẽ sibi: q̃ per venas sanguinis veniũt ad illud quĩ veniũt ab epate ad illud mẽbrũ sicut diximus in anatomia: & ita per venas illas humores currunt vsq̃ ad illũ locũ qui dicit porta lactis: deinde discurrũt vsq̃ ad duodenum: & ieiunũ intestinum eijcit a se cũ solutione.

Causa q̃re intestina eijciãt a se est: q: grauitatẽ humorũ nequeũt ferre: iõ eijciunt eos: ideoq̃ leniter h' facit natura. Nã vt dixim⁹ attrahit hũores de lactea ad ieiunũ intestinũ: & de ieiuno ad duodenũ: deĩde ad stomachũ: & ibi aggregatos stomachus eos expellit a se cũ alijs hũorib⁹ q̃ñ res nociua: vt hũores acuti & cholerici: idcirco videm⁹ q̃ pharmaciã accipiũt pper acutos humores syncopim pati. Similiter videmus alia pati accidẽtia cũ acuti sint hũores in stomacho vt angustias spũs pati: & syncopim pper sensibilitatẽ stomachi & malos humores: hoc nõ potest fieri nisi malos hũores trahat ad vẽtriculos: aut in faucib⁹ hoĩm: aut in pulmone. Si hũores sint in his locis medicina trahit illos hũores a duodeno ad stomachum: & de stomacho eijcit ad viscera. Si humores sint in venis q̃ sunt in cerebro: op3 vt medicina attrahat illos p venas fauciũ organales: & postea p alias venas ad cõcauitatẽ epatis: l3 post p meseraicas venas ad duodenũ intestinũ vel ieiunũ: & sic ad maiora intestina postea eijcit. Diasco. oĩs em̃ medicine attractiua q̃ cũ virtute attractiua purgat: h3 substantiã velut toxicatã & nature cõtrariã. Oportet g̃ medicũ cũ operat scire medicinã dissolutiuã & cũ ratiõe oĩa facere & dare ſm naturã tẽpus sexũ & etatẽ: ne si superfluat sic pper purgãdos hũores alios attrahat & spasmũ vel mortẽ faciat. q̃ si dat ĩ multa quãtitate vl q̃litate aut extra tẽp⁹ cõgruũ interficit: aut nimiũ purgat: vñ hõ morit: aut multũ tñ infirmat. vñ Hip. dicit in epidimia. & in lib. de hũana natura. q: oĩs medicina cũ ad stomachũ venerit pri⁹ attrahit ad se de hũorib⁹ quos d3 ad se attrahere: si virt⁹ adhuc in medicina erit: post istos attrahit liquidos & tenues. verbi gratia: si cholere rub. purgatiuum dederis: prius pur

gabit cholerā rubeā: q̄ in quantitate vel virtute purgata: attrahit phlegma statim: q: magis tenuis iste humor: est ⁊ liquidus q̄ cholera nigra: post phlegma sequitur cholera nigra quam si adhuc virtuosa fuerit purgabit: ⁊ si virtuosa fuerit adhuc purgabit sanguinem. Quare post nigrā cholerā sanguinem ⁊ non prius: quia sanguis est amicus nature: ⁊ per eū regitur donec eū retinuerit. Sꝫ cū natura deficit ex qua cōtinebat̄ ex defectu ipsius erit: ⁊ est dubiū ⁊ molestū vtrū hō euadat. Si medicina fuerit nature chol. ni. purgās prius nigrā: postea cho. ru. deinde phleg. postea sanguinē. Cā q̄re vt superius: q: natura est defecta: ⁊ ora venarū sunt apta propter acumē medicine inde trāseūtis. Sed nō in oī tpe conuenit dari laxatiuū maxime qd cū attractiōe eius vtutis liberat: q: si ex hmōi medicina sanguis exit moritur hō: q: euacuat vnū ex hūoribus supradictis vel duos. nō semp hoc accidit nisi ex fortitudine vtutis: q: si hō est vtuosus poterit ferre euacuationē plurimorum hūorum. q̄ si medicina fuerit vt vnū purget: sepe deducit duos: tū h̄ accidit q: ppe sunt hūores stomacho 9̄ij ⁊ in hūoribus quos medicina purgare ꝺꝫ. Illā sepe in intestino: aut in meseraica vena: aut in ore stomachi sunt hūores 9̄ij hūoribus deponēdis ex medicina: tūc eñ cōtrarios ppinquos prius expellit q̄ qui longe remoti sunt a deponendis. a se nō accidit nisi natura grauet̄ ab hūoribus ⁊ medicina odio teneat̄ cū vtute expulsiua: ⁊ ita expellunt̄ nō viribus medicine sed viribus expulsiue. ¶ Post euacuatione hor hūorum attractione facta: medicina expellit ⁊ operat̄ hūores quos ꝺꝫ. Et q: ita est rationabiliter oꝫ medicinā dari cū rōne ⁊ cautela: ⁊ cōuenit medico scire quātitatem ⁊ qualitatē medicine vbi cōueniāt vel nō. ¶ Si ita rationabilē dat̄ hūo. medicina deponit quos debet ⁊ purgat corpus ⁊ sanat̄. Si det̄ absq̄ ratiōe ⁊ plusq̄ oporteat absq̄ dubio vnū duorū efficiet: aut mutat corpus de cōplexiōe ad deterius periculū. verbi gratia. Si scamonea detur absq̄ rōne vt plusq̄ oporteat: aut si scamonea fuerit de gn̄e malo: aut simplex detur sine admixtiōe alicuius speciei minuētis acumē aut si det̄ in estiuo tpe: magis purgat ⁊ fortiter: ⁊ nō pōt fieri quin minuat de naturali calore: ⁊ in sincopim deueniat et in angustiā oris stomachi maxime si det̄ cū phlegma dn̄at̄: aut in etate senili: in his eñ cholerā educit cū potius phlegma purgādū esset q̄ iuuat eos retinere magis q̄ expellere ⁊ inde infirmant̄ remanēte phlegmate faciēte ipsas infirmitates. Si eñ postq̄ purgauerit chol. rub. ⁊ virtus aliqua in ea remāsit purgat phlegma: ⁊ postea alios hūores: si virtuosa fuerit vt superius diximus. Si aūt det̄ cū moderatiōe put oportet: ⁊ scamonea fuerit bona: ⁊ misceat̄ cū fene ⁊ aniso ⁊ similibus q̄ acuitatē minuant: ⁊ detur in tpe veris ⁊ in iuuenili etate: ⁊ quibus dn̄atur cholera rub. purgat euꝫ: prodest eis si fiat in certis speciebus laxatiuis. Oportet regulā supradictā habere in omnibus purgationibus: vt cōuenienter purget cum datur sicut dicemus in capitulo post istud.

¶ De dissolutiuis medicinis: ⁊ primo de scamonea. Capitulum. lxxi.

Scamonea calida est ⁊ sicca: cholerā rub. purgat maxie de lōginquis locis: stomacho ⁊ epati nocet debilia naturaliter mēbra habētibus: melior que venit de antiochia cuius color ad albedinē trahit ⁊ cito frangit̄: ⁊ cū frangit̄ color eius est quasi nitri: peior nigra: ⁊ nō ita trāslucēs nec cito frāgibilis oportet vt nō ita cū medicina mittat̄ ne dissinteriā generet ⁊ angustiam: eligatur ergo melior. dosis eius scamonee. ʒ. ß. ad plus. ʒ. j. mixta cū cōueniente medicamine. Si quis plus vo dederit: aut mortē infert: aut dissinteriā generabit: aut nihil videbit̄ impedire cū epar ⁊ stomachū distēperet. Gal. cū ea anisum vel fene misceat̄: que simpliciter vel equaliter misceant̄. Si simplex detur ſm rationē ita vt qui accipit sit sine labore: vel si fuerit calide cōplexionis: necesse est vt asset̄ in euacuato malo citonio vel alia re: ⁊ trita interposita et pasta inuoluta in furno vel igne asset̄: deinde extrahat̄ ⁊ in vmbra siccetur: ⁊ prout cōuenit ſm supradictas mensuras detur.

¶ De coloquintida.

¶ Scandel. i. coloquintida calida ⁊ sicca purgat cū acumine ⁊ cū virtute attractiua: grossiꝫ phlegma ⁊ viscosum purgat de iūcturis ⁊ chol. nig. de cerebro. melior aliquantulū citrina ⁊ collecta in autūno: in vere collecta fit acerba: vñ angustiā ⁊ vomituꝫ ⁊ sincopim in stomacho generabit: superflue sumpta interficit. Cauēdū est ne det̄ sumpta de arbore vbi tantū vnū pomū fit ⁊ nō plus: q: aut superflue purgabit aut interficiet: nec det̄ in tēpore calido: vel misceat medicine q̄ per se est multū laxatiua: sed admixta dragagāto mitigabit̄ ⁊ minuetur eius malitia. Maxima dosis eius. ʒ. ß. et post tres mēses pulpa a pomo extrahit̄: vt virtutis eius malitia minuatur: quia quanto remotior est ab extractione tāto minoris est virtutis.

¶ De aloe.

¶ Sibar. i. aloe calid. ⁊ sic. cholerā rubeā ⁊ malos humores purgat: cerebrum de coagulato phlegmate prohibet fumū a stomacho ad cerebrū ascendere: purgat neruos. visibiles spūs ⁊ oculos clarificat: ⁊ est tribus modis. Unus est succotrinus q̄ melior est ⁊ ceteris laudabilior: vt gūma boni odoris ⁊ frangibilis epatis colorem habens: odor est vt musc. Est ⁊ citrinus minus valens ⁊ minoris virtutis ⁊ nō suauis odoris. Et alius est sabitrinus inutilis magis nocet q̄ prosit nigri coloris ⁊ mali odoris infrangibilis. Aloe nō det̄ in maximo calore vel frigore: in his partibus propinatū nocet emorroidibus ⁊ posterioribus. Mitigabit eius malitia ⁊ nocumentū si cū eo misceas masticē anisuꝫ ⁊ bdelliū: ⁊ detur dimidiū exagiū vsq̄ ad vnū: sꝫ melius si sit lotū q̄ non. Si lauetur cū aqua aromatica melius est: debilius operat̄ ⁊ minus durat.

¶ De turbith.

¶ Turbith calidū ⁊ sic. purgat phlegma sine molestia. melius cōcauū vt calamus ⁊ deforis equale temperatū mediū inter grossum ⁊ tenue in capite albū ⁊ gūmosum qd cito teritur ⁊ cū in ore mittit̄ mordet linguā. Nigrū inutile qd est ptusum habēs foramen qd factū est ab acu. oportet radi deforis donec veniat ad albedinē. tenuissime nō terat̄ cū in medicinis pill. ⁊ apozimatibus mittitur: ne adhereat stomacho vel epati fricet̄ cū oleo amigdalino. Dosis eius ab vno exagio vsq̄ ad duo. in apozimate a duobus vsq̄ ad tria.

¶ De agarico.

¶ Agaricū calidū ⁊ siccum chol. rubeā ⁊ adustam purgat ⁊ phlegma sine molestia: mixtū in medicinis de lōginqs partibus purgat humores: est cōtra venenū bibitū mensurate prodest venenatis. Melius albū qd cito terit̄: cōtrariuꝫ inutile. Dosis eius exagiū vnū cū medicinis mixtū a medio vsq̄ ad vnum.

¶ De polipodio.

¶ Bissibegi. i. polipodiū calidū ⁊ siccū: vtiliter purgat cholerā nig. melius recēs ⁊ grossum deforis intus est viride: cū zuccara tritū suauiter mouet ventrē: multi cū iure hec agūt. Dosis eius a. ʒ. ij. in medicinis: in apozimate vsq̄ ad q̄ttuor.

¶ De epithimo.

¶ Phayaysmō. i. epythimū calid. ⁊ siccū in scdo gradu cholerā nig. purgat. nō det̄ cholericis nimis ne sincopim patiātur: hūo. vstos habentibus ⁊ senibus cōuenit: melius recēs ⁊ parū rubeū odorē thimi habens. Dosis eius a duabus. ʒ. vsq̄ ad tres: in apozimate: a. v. vsq̄ ad. x. cū per se dat̄ coquatur in principio apozimatis cū alijs medicinis pulueriꝫatuꝫ in fine decoctionis colatum.

¶ De granis nil.

¶ Albenil. i. grana nil cal. ⁊ sic. in scdo gradu acutū phleg. purgāt: faciūt sincopim: nō dent̄ sola sed mixta cū myrabol. ⁊ scamonea: iūcta cū istis cito soluūt: exeūt facile ⁊ ita purgant cho. ru. ⁊ phegma: mixta cū turbith operantur fortius dosis eius a media. ʒ. vsq̄ ad vnā.

¶ De hermodactylis.

¶ Caurige. i. hermodactyli cal. in tertio gradu sic. in secundo: de iuncturis phlegma purgant: valēt sciaticis ⁊ arteticis ⁊ paralysi: meliores albi deforis intus ru. ⁊ nig. dosis eius ab. j. ʒ. vsq̄ ad exagium. j. cū zuccaro. mixti cum medicinis a ʒ. ß. vsq̄ ad vnā.

¶ De tithimallo.

¶ Sembrā. i. tithimallus cal. ⁊ sic. in secundo gradu: acute ⁊ fortiter adducit: habēs lacticiniū vt ceteri tithimalli iuuat hydropicos: purgat phlegma de iuncturis ⁊ cholerā nigrā valet colice passioni: lactisicium eius inutile: melior rubeus et lenis grossus: et liuidus durus ad pistandum. Ma-

lus facit angustiam in ore stomachi et sincopim. Cum datur opoztet in lacte morari vna nocte: et extracto de lacte excusso siccetur in vmbra postea misceatur cum aniso maratro cimino et myrob. hec minuunt eius maliciam: si detur colicis de grossa ventositate et grosso phlegmate: misceatur cum bdellio et serapino aut armoniaco: et fiant inde pillule. Si detur colicis misceatur cum stercore lupino. Si detur hydropicis postquam exuerit a lacte et siccatur: misceatur cum endiuia maratro: et corallo et misceatur cum eis parum turbith et salis gemme et aloes et myrobal. valet hydropicis indubitanter. Mesereon genus est titimalli.

De cucumere asinino.

Chelterima.i. cucumeres asinini vel siluestres similes citrolis iunioribus ca. in scdo gradu sic. in tertio: amari sunt et acuti minus tamen coloquintida: sed acutiores: grossum et viscosum phlegma purgant: et cho.ni. et citrinam aquam. valent dolori neruorum de phlegmate et paralyticis. in colica pas. non dentur simplices pro fortitudine sua. misceantur cum aloe: minori centaurea: aut cum hermodactylis vel camepiteos: tunc maturus mixtus cum vino et supradictis valet: melior si colligatur in tempore vindemie tunc maturus: et succus eius fortior: contritus ita et expressus manibus et non pila. Contusus in vase positus ad solem aqua supernatante proiecta: de eo quod remanet in fundo fiant trocisci et post sal super tabulam aspsus siccetur in vmbra et inueterati debilitantur. Dosis.ʒ.j. vel.ij. vt non noceant misceatur dimidia pars gummi arabici et quarta pars amidi.

De helleboro nigro.

Arbaccalmabe.i. helleborus nig. ca. et sic. in tertio gradu cho.nig. purgat et rubeam adustam: melior niger recens et non tenuis nec grossus. valet vt diximus impetiginibus et lentiginibus lepre: et omnibus passionibus ex cholera nigra. Dosis eius a media.ʒ. vsque ad dimidium exagium cum apozimate epithimi et agarici: aut sticados vt auferant malitiam ex eo: et vt non noceat misceatur cum tantundem origani aut nepite.

De centaurea.

Cantanori id est centaurea ca. et sic. melior minor: purgat choleram nigram et viscosum phlegma: valet sciaticis et dolori neruorum: bibita vel clysterizata valet colicis. Dosis eius exagia.ij. in apozimate.ʒ.v.

De euforbio.

Euforbium ca. et sic. in quarto gradu: acutum tenue et rotundum: melius recens et citrinum et lucidum odoriferum et acutum parum in sapore: citrinam aquam purgat et phlegmaticos humores de iuncturis et nodis. valet sciaticis paralyticis si misceatur cum alia medicina. Dosis eius cum medicina quinque vel nouem granorum ordei pensum grosse tritum: plus autem bibitum angustiam et sincopim facit: os stomachi stringit. sudorem frigidum facit. nocumentum tollitur si misceatur cum gumma arabica. valet phlegmaticis et grossas et viscosas infirmitates patientibus: complexioni calide et sanguineis et cholericis rubeis et naturaliter pinguibus inconueniens est et molestum.

De squama eris.

Thibalanachas.i. squama eris melior de cupro tenui et rubeo: phlegma purgat et aquam citrinam hydropicorum. Dosis eius exagium.j. vel.ij. compositum cum terebenthina vt dicemus in compositione medicine.

De alcanna.

Alcanna id est corona solis: alij grana ebuli vel sambuci ca. et hu. purgat phlegma: valet colice passioni. Dosis eius a.x. granis ordei vsque ad.xx.

De medulla croci hortensis.

Zube adortem id est medulla croci hortensis ca. et sic. purgat phlegma: prodest colice passioni: valet hydropisi hyposarce phlegmatice passioni. Dosis eius exagia.v. cum pauco origani et salis gemme.

De semine vrtice.

Hassa magumi id est semen vrtice calidum et siccum: in primo purgat aquam citrinam et phlegma excoriatum.ʒ.ß. cum aqua tepida melius est.

De bdellio.

Mulcal idest bdellium ca. et sic. Dosis eius cum simplex fuerit.ʒ.ij. cum hydromelle vel cum myrob. indis. aut bellericis exagium ß. valet principaliter emorroydibus.

De armoniaco.

Usaac id est armoniacum ca. et sic. phlegma purgat: valet hydropicis: spleneticis: paralyticis et similibus.

De myrobalanis.

Bellerici id est myrobalani: et sunt tribus modis: citrini nigri et indi. nigri ca. et sic. et amari aliquantulum: vnde pro amaritudine habent aliquid caloris: minorem tamen quam citrini: quia non sunt tantum amari: sed acetosi magis: cum eorum proprietate purgant choleram rubeam: et aliquantulum humiditatem stomachi siccant.

De indis.

Indi sunt proximi in virtute et opere kebulis: sed choleram nigram magis deponunt: multis modis dantur. alij simplices: alij cum zuccara: alij cum manna puluerizati et tepefacti aqua. Dosis minor.ʒ.iij. maior.ʒ.v. citrini kebuli indi a tribus vsque ad quinque: alij puluerizati et in aqua tepida mollire faciunt vna nocte: et colatis bibunt. Ista bibitio fit a.ij. vsque ad.ʒ.vij. Citrini kebuli et indi: ita preparati a.ʒ.vj. vsque ad.ix. Oportet scire quando ita sumuntur postquam deduxerunt faciunt sitim et desiccant: mixti cum alijs speciebus in apozimate de citrinis et de alijs.ʒ.vij. dentur secundum humorum virtutem et necessitatem.

De emblicis et bellericis.

Emblici et bellerici sunt similes in virtute et opere kebulis et indis: et ita dentur vt ipsi. Quicunque triferam maiorem ex supradictis generibus quinque conficiunt. valet infirmitatibus de phlegmate et cholera nigra naturali: facit bonum colorem confortat cor et prohibet canos. Emblici in lacte missi diminuuntur ex sua ponticitate et nominantur sor emblici.

De absinthio.

Absinthium ca. in initio primi gradus siccum in secundo ponticum et amarum: aperit oppilationem epatis: valet ytericis ex cho.ru. succus fortior frondibus. valet tertianis: humores de mery et stomacho et venis purgat de eisdem humoribus: cuius apozima si datur valet melancholicis. Et absinthium est multis modis: vnum melius de suria citrinum et quasi pilosum habens nodos vt origanum et odoriferum. Dosis in apozimate ab vna.ʒ. vsque ad.ʒ.ij. et de succo ab vno exagio vsque ad duo.

De eupatorio.

Eupatorium cho.nig. purgat: valet quartane febri et quotidiane et apostemati interiori: de succo cum oleo ro. bibito.ʒ.j. et.j. de yeralogodion... cum sirupo acetoso valet quartane. hec herba si.ʒ.v. vsque ad.vij. in apozimate bibantur valet quartane vt diximus.

De sene.

Sene ca. et sic. in primo gradu: cho.ru. purgat et aliquid nigre: perforat ex longinquis partibus: valet dolori neruorum sciaticis de cholera rubea et phlegmate. si coquantur.ʒ.vij. cum.xxx. et ß. siccarum vuarum et supermittatur parum olei amygdalini et tepidum bibatur purgat cho. ru. et phlegma si misceatur cum.ʒ.v. epithimi purgat nigram choleram.

De fumoterre.

Fumus terre generaliter fri. et sic. habet amaritudinem vnde aliquantulum est ca. de stomacho purgat cho.ru. et hu. vstos. valet scabiei si de succo eius dimidia libra cum zuccara bibatur.

De mercuriale.

Mercurialis frigida et hu. habet viscositatem: vnde si bibatur ʒ.vj. cum.ʒ.xx. de zuccara suauiter cho.ru. purgat maxime si zaccara fuerit ru. necesse est vt non coquatur: quia minuitur de virtute: in loco zaccare succus casiefistule positus tantundem magis purgat: valet tussi sine materia. colice passioni de acutis hu. et de cho. complexione: valet male complexioni epatis: ex ca. apostema in nodis dissoluit cum casiafistula.

De violis.

Viola fri. et hu. cho.ru. purgat. quidam dicunt hoc facere cum viscositate: sed non est ita: sed facit virtute attractiua quam habet in se. Et hoc videri potest: cum manducatur sentitur punctio aliqua que facit velut turbith: et alie medicine que purgant cum virtute attractiua. deducit cum aliqua fatigatione si.ʒ.iij. vel.iiij. misceatur cum zuccara cho.ru. purgant. Si addatur parum scamonee et turbith deducit phlegma et cho.ru. vt non noceat misceatur parum olei irini.

De casiafistula.

¶ Casiafistula ca. et hu. purgat cum viscositate: habet vim dissolutiuā vel mundificatiuā et attractiuā: suauiter purgat stomachum et viscera de cholera rubea. Stercus durum eijcit de ventre: sepe deducit malam humiditatem maxime si misceatur pauco turbith. Si misceātur tamarindi purgat choleram rubeā. valet febri si detur cum succo endiuie. dol. neruorum ycteritie apostemati epatis si misceatur cuscute. cū succo coriandri subuenit squinantie: melius seruatur in cānula vsqꝫ ad opus: cortex eius tenuis et non grossus.

¶ De malis granatis.

¶ Malagranata acerba pistata cum pulpa interiori. ℥. vj. cū ℥. ℥. de zuccara bibitis purgāt cho. ru. cū expressione. Oportet acetosa et dulcia simul misceri: magis purgant et magis extinguūt dolorē capitis et stomachi.

¶ De cotula.

¶ Cotula diascorides dicit: puluerizata et cū melle mixta purgat choleram nigram.

¶ De vomitiuis medicinis. Cap. lxxij.

Oportet scire vomitiuū attrahere hu. ad stomachū de longinqs locis vt laxatiua faciūt: excepto qꝫ vomitiuū sursum: laxatiua deorsum: et in hoc differūt: q: laxatiua attrahunt de natura ad stomachū cū virtute attractatiua et tarde attrahunt hu. et planius qꝫ vomitiuū: qm̄ vomitiuū attrahit de longinquis locis ad stomachū: et viscera cū v̄tute expulsiua eijciūt: et proijciūt a se necessario: et iure facit h̄ expulsiua: q: quodcūqꝫ nocumētū vel ꝯriū est sibi libenter expellit a se deorsū. Sꝫ vomitiuū diuerso operat̄ mō: q̄uis ꝯueniāt attractiōe: differunt tn̄ in pieciōe: nā ista deorsum et naturaliter: istud v̄o sursum et ita ꝯ naturā. in hoc cognoscit̄ qꝫ in vomitiuis fortior est virtus: cūqꝫ hoc faciat vt operet̄ contra naturā: in laxatiuo fit cū adiutorio nature: si ita est vt diximus: necesse est vt dicam⁹ v̄tutes vniuscuiusqꝫ vomitiui. ¶ Vomitiua q̄ purgāt grossos humores: de longinquis partib⁹ et cōcauis locis attrahūt violēter: et deducunt grossos hūores et viscosos vt facit helleborus albus: q: fortius hoc facit: post h̄ cōdisi: deīde narciscus: postea cataputie: postea grana titimalli: deinde castaneole rotunde. oīa predicta attrahūt grossos humores et viscosos. Oportet ḡ dari cū melle et aqua tepida vbi coquat̄ anetū et syrupus acetosus. ¶ Sunt et alia vomitū facientia sed debilius vt sal indi. nitrū semen radicis et sinapis cū acetoso siru. et silia. Que chole. ru. et tenues hu. purgāt suauius sunt hec: semen atriplicis et frōdes cocte in aqua: semen melonis aut carniū eius vel ei⁹ radix: aqua faseoli: aut radix yreos: aut malua cocta et data cū sirupo acetoso. Itē aqua ordei cocta cum petro. aut oximel. cū aneto aut radix narcisci cocta cum dicta aut pisces salsi: et similia. ¶ Sunt dicte medicine q̄ faciūt vomitū. et eijciūt hūores de stomacho et de vicinis locis ꝑ vomitū: et attrahūt phlegma acetosum et cholerā ru. et nig. que est in stomacho. Medicinas vero ꝯpositas laxatiuas et vomitiuas in consequenti in suis locis dicemus.

¶ Quomodo accipiētes vel accepturi vel qui iam acceperunt laxatiuum vel vomitiuum se habeant. Capitulum. lxxiij.

Qui laxatiuū forte vt scamoneā vel turbith et silia sunt accepturi cū cautela et studio fiat. Nō si pro regenda sanitate in tpe temperato vt vere fiat: neqꝫ in regionib⁹ multū calidis vel multū frigidis: neqꝫ in hoīb⁹ siccas ꝯplexiones habētibus: q: sepe hūiditate eoꝝ euacuata ad ethicam febrē deueniunt. Nullo tpe detur spasmū vel dissinteriā hñtib⁹: sꝫ qb⁹ superflui humores dñantur: et ne detur laxatiuū purgās hu. nisi sup̄fluū dñantē. vbi grā. sicut si cholera dñatur phlegmatis purgatiuū dederis: hūiditatē euacuabit: et cho. ru. multiplicabit: vnde vel acuta febris vel mors sequitur. qd̄ hippo. in aphorismis testatur. Si purgentur talia qualia oportet ꝛc. ¶ Item nō opꝫ dari laxatiuū homini equalē et tēperatā cōplexionē habētē et non sup̄fluū humorē: q: per nociuū iuuamentū expellit̄ et fit siccitas: et nulla erit euacuatio. Mēbra eñi bonos diligūt hūores et a se separare nō possunt: remanet ḡ in corpore et malam complexionem generat.

¶ De eisdē laxatiuis accipiendis ꝛc. Ca. lxxiiij.

Oportet volentē accipere laxatiuū vt temperet se ante bibitionem biduo cū subtili dieta tēperata: et tepida aq̄ balneari vt attenuet et eliquet humores vt facillime currāt: abstineat a labore et pipere et silibus: et cum acceperit ligentur eius vine: et circiat bolū armeni cum aceto cōfectū et succū mente atqꝫ sansuci: et ne dormiat postqꝫ euacuare inceperit. somnus eñ̄ prohibet euacuationem: sꝫ in initio absqꝫ lesione parum dormire idem poterit. Et si medicina nō deducit cito moueat corpus et bibat parū aque tepide mixte cum zuccara: et scalpere faciat soleas pedū vt humores currant ad inferiora. ¶ Et ne duo laxatiua detur: vnū sup aliud maxime de fortibus: ne ambo simul iuncta violenter deducant et natura pati nō valeat. ¶ Si sumpta medicina ad purgandum tardauerit et in stomacho molestiam senserit: tunc abundanter aqua tepida detur et penna ī oleo inuncta et ori immissa vomitū irritet vt stomachus de medicina mūdet̄: post potet iuleb. i. syrupū simplicē cū pharmacia. ¶ Et si medicina laxatiua ceperit laxare: nō resistat sꝫ dimittat: donec in ructatu saporē medicine senserit. ¶ Et si multa supuenerit sitis parū psilij et aquā frigidā cum sirupo potet. Si aer fuerit frigidus bibat ius galline et moretur parū et postea manducet. Et si medicina mltū laxauerit ī iure qd̄ bibit sit sumach vel syrupus vtriusqꝫ maligranati aut citonij cum aq̄ frigida vel succ⁹ eorū. Si parū: iteret ius galline cū blicula. Si mediocriter sit syrupus iuleb. Si laxatiuū phlegmat⁹ fuerit bibat vinū citrinū cum aqua mixtū: aut potet oximel. Qui autem biberit laxatiuū per tres dies se custodiat: et in his non multū comedat: ieiunus potet iuleb. ¶ Si fuerit phlegma purgatum sumat mel ro. ¶ Et si superflue laxauerit balneū ingrediatur et crura lauet: et manus aqua tepida. ¶ Et si propter hoc non sisteret: bolū armenicum cum succo mirte: aut citoniorū: aut succo rubi: aut cū alijs restrictiuis. Et si fuerit debilis detur lac vbi ferrū ignitū sit extinctū. ¶ Si patitur singultū: sumat psiliū cum siri. et oleo ro. brachia eius ligentur. Si in ore stomachi incendiū senserit oleū amygdalinum dulce cū succo psilij detur aut cū aqua vbi grana citonij sunt posita. ¶ Si aūt alia accidentia superuenerint: detur medicina sicut inuenies scriptum in accidentibus q̄ scribuntur. ¶ Nam si accidens superuenerit: vnde mors minetur: tunc detur lac cum aristrologia rotunda trita et butyrū q̄ confortent virtutē infirmi: et minuant maliciam medicine. ¶ Si accepte cataputie angustiā fecerint: detur succus psilij cum succo amygdalino et sirupo: iuleb et butyrum et lac dentur cum aqua frigida. ¶ Et si lac titimalli multū deduxerit: lac cum butyro detur: postea detur acetū cū aqua frigida. ¶ Si vero euforbiū sincopim infert: detur psilium cū sirupo ro. et succus mali granati: et aqua ordei cum gumma arabica. olfaciāt sandalos cū aqua ro. et camphora: que prosunt etiam in alijs laxatiuis calidis que superflue ducunt. ¶ Si autem in dissinteriam propter laxatiuum inciderint detur bolum armenicum cū oleo ro. et clysterizabis cū plātagine vt ī suo loco dicemus. ¶ Et si vomitiuū superflue purgauerit et angustiam et sincopim fecerit: et fuerit de fortioribus: dentur trocisci quos sumus dicturi cū de vomitu meditabimur: fiat clystere acutum cū coloquintida et nitro vt materia ad inferiora descēdat. Sꝫ si dato vomitiuo parū vomuerit vel nihil et angustiā fecerit: detur aqua tepida vbi coquatur anetum cum sale et melle et adiuuabit vomere. ¶ Si vero ex helleboro albo: aut alio vomitiuo spasmū fecerit bibat butyrum et oleum amygdalinū cum ordeata aqua et vngantur mēbra cum oleo violato et cera tepida in aqua tepida.

¶ De medicinis eligendis et qualiter seruentur. Capitulum. lxxv.

Postquam virtutes et proprietates simplicis medicine: et eius iuuamentū diximus: oportet vt in eligendis medicinis: et qualiter seruentur ne virtus eaꝝ deficiat et putrefiat: diligēter disserere. ¶ Multi enim medici suas negligunt me-

dicinas: et eas seruare ignorant: sic ꝙ debilitantur et eua-
nescunt et pereunt: vnde in errorem incidunt.
¶ Unaqueq; aūt medicina fortem odorē seu delectabilem
debet habere. Silr de saporib⁹: vt acetosum dulce vel ama
rū. Que fortis est in suo sapore: illa melior est. Itidem et de
colorib⁹: vnaq̄q; res suū naturalē habet colorē: vt viole: ro
se: crocus: absintpium: ysopum: camedreos: sicca. ⁊c̄.
¶ Herbas ergo opꝫ colligere cum sint mature nō multum
sicce: neq; multū virides. ¶ Semina cū fuerit matura ⁊ pō
derosa ⁊ non vana: si nō habeāt semina: colligant̄ in tp̄e cla
ro ⁊ in locis mōtuosis. q: maioris v̄tutis sunt ꝙ de pratis vel
paludib⁹ vel plano. ¶ Succus de recenti fiat herba. ¶ Ra
dices colligātur cū frondes incipiunt cadere: ablute ⁊ in vm
bra siccate non ponātur in humecto loco: hic ēm est modus
eligendi. ¶ Seruādi vero modus ita est: vt herbe ⁊ radices
sint sicce: ⁊ nihil hūiditatis habeant: ⁊ reponātur in arca de
cypresso vel fraxino. Semina in vasis suis recondant̄. ¶ Si
enucleata in chartis bōbicinis inuoluta vasis terreis seruē-
tur. Si vt oportet seruentur: virtus eoꝝ p̄manet in eis vsq;
ad. iij. vel. iiij. annos. ¶ Si fuerint de odoriferis in vasis ar
genteis vel terreis coopertis ⁊ sigillatis. Si medicine q̄ va
lent oculis ꝓ cataractis: seruētur in ereo vase. Si fuerit pin-
guedo vel axungia seruent̄ in vase terreo.
¶ Quia cōpleuimus doctrinā de electiōe et custodia simpli
cis medicine: necessariū est vt medicus in electiōe et custo-
dia simplicis medicine sit studiosus ⁊ nō negligens: vt vna
queq; sp̄es ꝓut oportet seruet̄ et custodiat̄. Nunc de gra-
dib⁹ sequit̄ et de proprietate singularum medicinarum.

¶ Tractatus cōstantini de gradibus medicinarum
s̄m ordinem alphabeti.

Quoniam simplicis medicine dispu-
tationē prout ratio postulauit expleuim⁹
restat vt ordo sequat̄ de vnaquaq; sp̄ē sin
gulariter. Dn̄ dicim⁹ ꝙ antiq̄ cōplexiones
medicine in partes q̄tuor diuiserūt q̄ vo
cant̄ gradus. Nā oēm medicinā dixerūt
esse aut in p̄mo gradu: aut in scd̄o: aut in
tertio: aut in q̄rto gradu. Quoꝝ etiā vnā
queq; partiti sunt trib⁹ modis. s. principio: medio: ⁊ fine. Et
licet inter oēs partes q̄dā extremitates ↄtineant̄: eas tamē
q: nullatenus diffinire potuerūt: in scriptis reliq̄rūt. Uerū-
tamē: q: quātitatē illoꝝ graduū indeterminatā reliquerunt
credūt̄ forte eā nesciuisse: aut sciētes scribere nolle: qd̄ falsū
est eam ignorasse. ¶ Sed gl'iosissim⁹ Ga. post eos veniens
liquido graduū quātitatē in libro de simplici medicina inti
tulato ostendit. Qua. aūt ꝙuis ei⁹ quātitatis difficultatē nō
enucleauerit: sua t̄n verba quātitatē graduū ostēdūt. ꝓinde
tanti viri sermones b̄ enarrare volum⁹: veruntā quedā a no
bis prius dicēda sunt p̄ que ei⁹ v̄ba intelligi valeāt. ¶ Pa-
lam itaq; est ꝙ oēs antiqui cum Ga. cōcordati sunt dicētes
ↄplexiones esse. ix. vnā equalē: ⁊. viij. inequales. Ineq̄liū
vero q̄tuor simplices. ⁊ q̄tuor ↄposite. Ideoq; necessario
oē corpus de q̄tuor elemētis cōstructū vna eaꝝ ↄplexionū
indiget. v̄bi gr̄a: aut est calidū vel fri. hu. vel sic. aut est cali.
et sic. frigidū ⁊ sic. vel calidū ⁊ hu. vel frigidū ⁊ hu. aut equa
le vt nulla qualitas alteri dn̄etur. Hūani autē corpis natu-
ra: aut est calida: aut fri. aut hu. aut sic. aut equalis in cōposi
to corpore. Sed ꝙuis sensualiter inueniri nō possit: intelle-
ctualiter t̄n cognoscenda est. vnde corpus qd̄ d̄r calidū aut
fri. non d̄r alijs indigere qualitatibus. Nomē ēm ab ea que
sibi dn̄atur accepit. ¶ At q̄m intentio medicoꝝ est hūana
corpora in sanitate custodire: ⁊ infirma curare: ⁊ hoc absq;
cibis ⁊ medicis nequeat fieri: ⁊ cibi ⁊ medicine sint corpa de
q̄tuor elemētis cōposita: oportet primū ciborū ⁊ medicina
rū cognoscere naturā: vt q̄dā corpa tēperamētū trāsgrediē-
tia cū medicinis curent̄ opposītis. ¶ Dicētes ḡ medicinaꝝ
alias esse calidas in primo gra. alias: in scd̄o. alias in tertio:
alias in q̄rto. intelligim⁹ h̄ dici ad cōparationē hūane com-
plexiōis. ¶ Cōparatio v̄o alia simplex: alia ↄposita. Cōposi
ta v̄o cū aliq̄d equali ↄplexioni ↄparat̄. Simplex v̄o cū in q̄-
litate cuiuslibet equali ↄplexioni ↄparat̄ qd̄libet. verbi gr̄a
qd̄ in p̄mo gradu ca. est equali ↄplexiōe calidius est: min⁹ t̄n
calidū est calore illi⁹ eq̄ ↄplexiōis: vn̄ nec calefacit eum: nec
augmētat. Nā licꝫ calor nō sit calidior iuncto sibi alio calore
cū videmus calorē calidissime aq̄ minui tepida aq̄ sibi mixta
eodē mō intelligim⁹ de ceteris ca. fri. hu. vel sic. in p̄mo gra.
Ideo antiq̄ maxie Ga. eq̄lē cōplexionē infra duas extremi
tates dixerūt manere. i. inter p̄mū ⁊ q̄rtū gradū. Nā cū oīs
superficies de duab⁹ lineis sit cōtēta: ⁊ ipse linee absq; medio
ↄiungi nō possint: necnon duo medioc̄ra hn̄t: qua de re ne-
cessario q̄tuor gradus fuerunt. Igit̄ calidū in p̄mo gra. mi-
nus est ca. naturali calore. In scd̄o calidū est quasi ille calor.
In tertio gradu maior illo calore. In q̄rto vltra eū est. Eo-
dē mō frigi. hu. ⁊ sic. Et si aliq̄d sensualiter tētare volum⁹
gustare opꝫ: cui si sensus dn̄etur in p̄mo gradu est. Si cū sen
su est equale: vt vnus alteri nō dn̄etur est in secūdo. Si aūt
sensus p̄ eū mutet̄ suā t̄n sustinēs tolerātiā: d̄r esse in tertio
Rursus si sensus p̄ eā mutetur: vt nullatenus ei⁹ acumen
pati valeat: cōstat eē in quarto gradu.

¶ De auro.

Aurū tēperatius est ceteris metallis: hꝫ ꝓprietatē
subueniēdi frigido stomacho: timorosos et cardia
cos confortat: ⁊ est contra melancholiam ⁊ alopi-
tiam atq; tyriam archeatis: ⁊ quibus chirurgia necessaria
est: si fiat cum auro nullam carnis facit putredinem: de quo
fuso visus est aristolus palliola. cuꝫ funditur remanet in loco
quo fusum est q̄si spuma: ⁊ d̄r catbimia auri q̄ valet ↄ oculo
rū dolorē ⁊ pānos hūnib⁹. hūorib⁹ ad oculos decurrētibus
repugnat: palpebras confortat: ⁊ neruos eorum incolumes
seruat.

¶ De argento.

Argentū fri. est ⁊ tēperatū in humiditate: est cōtra hu
midū ⁊ viscosum phlegma: catbimia eius idem opera
tur vt catbimia auri: catbimia tamen auri fortior est ⁊ vtilior
in medicinis.

¶ De agarico.

Agaricus duob⁹ modis est: mascul⁹ ⁊ femina: lau-
dabilior t̄n est femina: cui⁹ forma sic dignoscit̄: in-
tus in ea frustula inueniūtur vnū sup̄ aliud posi-
tum. Masculus vero rotundus intrinsecus lenis: qui vtriq;
calidi sunt in primo gradu: sic. in secundo: grossos et visco-
sos humores attenuant et phlegma dissoluunt et purgant
simul: et valent ↄtra venenū: de quib⁹ exagium vnū pota-
tum contra dolorem epatis et inflationem valet. Strangu-
riam et renum dolorem et ytericiam auferunt. Cutis liuo-
rem et matricis dolorem eiusq; suffocationem curant. Cum
sapa dati prosunt vulneribus pulmonis. Cum oxizacara
splenis tumoreꝫ dissoluunt. Ga. dixit esse mundificatiuum
et oppilationis aperitiuum: ideoq; contra ytericiam de
oppilatione valet. valet etiam epilepticis et febricitantibus
cum rigore. Sciaticis et arteticis occurrit: grossam vulue
ventositatem dissoluit: curat et omnem dolorem qui est in-
tra corpus.

¶ De absinthio.

Absinthium calidum est in primo gradu: sic. in
fine secundi: stomachum confortat: cholerā ru-
beam cum egestione purgat. vnde Gal. in epi-
stola quam glauconi misit: absinthium inquit
duas hꝫ v̄tutes ↄrias. scilicet laxatiuam ⁊ aliā
stipticam: propter hoc si datur cibo nōdum di-
gesto materiam vt fiat inobediens indurat vnde quasi bel-
lū facit. quia laxatiua virtus medicinā mouet: vt cum eges-
tione exeat: et virtus stiptica eam indurat et cohibet ne
moueatur quasi laborat natura. Quo dato cū materia mor
bi digesta est fit obediens et facilis ad exeundū duobus mo
dis. vno quia virtus laxatiua naturam adiuuat ad excluden
dam materiam morbi que est in concauitate membrorum.
Epar confortat: oppilationem aperit: appetitum irritat.
Nullam actionem facit phlegmaticam. Cum vino potatum
vrinam prouocat. Ebrietatiq; repugnat. Cum fisēleos aut
spica bibitum dolorem stomachi et intestinorum de grossa
ventositate factū mitigat. Cū aceto ꝓpinatū suffocationeꝫ
q̄ est ex fungoꝝ comestione liberat. Cum melle tēperatū tu
morē q̄ est sub lingua curat: et nigredinē q̄ est sub oculis ex-
pellit: visuꝫ clarificat. Succus ei⁹ auribus instillatus humi-

ditatē ab eis fluentē deficcat. Cū felle taurino tritū ꝛ auribus iniectū cōfortat ꝛ sonitū ab eis excludit: cū oleo ro. et cera stomacho inunctū ꝯfortat ꝛ dolorē expellit: cataplasmatū duriciē splenis mox dissoluit: tēperatū cum melle ꝛ in vuluā missum mēstrua ꝓuocat. Sirupus ex eo fact⁹ stomacho et epati subuenit: cū oleo coctū ꝛ stomacho inunctū iuuat. Dia. absinthiū si in arca ponaꝛ custodit frumentū ꝛ pannū a tineis. incaustum factū ex aqua vbi fuerit absinthiū seruat chartas incolumes cū eodē scriptas nec vermes nec mures eas rodere poterūt. Quidā precipiūt absinthio nō inuento poni pro eo sehem armenicū. Alij testanꝛ polium eiusdē virtutis esse cuius et absinthiū si pondus. ʒ. j. ꝛ ß. de polio habeatur. Bedagorus dixit si ponaꝛ assa fetida in eodē pōdere quo absinthiū ꝛ iungaꝛ ei dimidiū pondus mirob. indi. illius erit efficacie: cui⁹ est absinthiū.

¶ De acatia.

Acatia fri. est in primo gradu sic. i tertio. vnde dia. Acatia herisipilā hñtib⁹ cōuenit: ignē acrem ꝛ pustulas oēs purgat. Cū succo porrꝛ temperata et vmbilico supposita fluxū sanguinis stringit. valet ꝛ contra oculoꝝ crepaturas: anum ꝛ vuluā exeuntes ex eadē ratione intus cōuertit: q̄ potui data: aut ꝑ clystere iniecta vētrē constipat ꝛ sanguinis fluxū arcet. Bedagorus acatia multum est vtilis cholericis ꝛ ca. apostema hñtibus: ꝑ qua possunt poni lentes absq; suis corticib⁹ eq̄li pondere.

¶ De acole.

Acole valet sicut cuscuta ca. et sic. in primo gradu citrinā aquā hydropicoꝝ ꝛ hyposarcā curat. Epar cōfortat ꝛ odoriferū ructū gñat. Suc⁹ ei⁹ hydropicis calorē nō habentibus subuenit: stomacho tamē nocet quia aliquātulū mutatur.

¶ De borragine.

Borago ca. ꝛ hu. in p̄mo gradu: cho. ru. purgat. Cardiacis subuenit ex cho. nig. patiētib⁹: missa in vino ꝛ potui data leticiā generat. Apozima ei⁹ cū melle vel zuccara bibitum asperitati pectoris ꝛ pulmonis et gutturis valet.

¶ De bedegar.

Bedegar fri. in primo gradu: mediocris inter siccitatem ꝛ humiditatem: stomachū confortat: febrē diuturnā mitigat: eius puluis cū zuccara potatus stomachi phelgma ꝛ cholerā ru. ꝛ putrefactos humores expellit: potat⁹ rigorib⁹ ꝓdest: est contra spasmū qui est ex stomachi defectiōe: masticatus ꝛ sup reptiliū morsus posit⁹ dolorē mitigat. Radix eius valet cōtra fluxū sanguinis vētrisq; cataplasmata mēbra cōfortat ꝛ expellit humores in ea fluētes: apostema dissoluit hu. de cuius apozimate si os fuerit lotū dolorē dētiū placat. Huius arboris cortex ꝛ rami frigidi sunt ꝛ sic. in p̄o gradu: cui⁹ frōdib⁹ cū aceto cataplasmatꝫ scabies ꝛ pustule ꝛ plage curanꝛ: corticis ei⁹ exagio. j. cū aq̄ vel vino potui dato huōres stomachi purgabūtur. Cū aceto temperata cutem morphea habētē ex eo inunctā mūdificat Sup os fractum positū cito sanat.

¶ De bolo.

Bolum fri. ꝛ sic. in primo gradu: valet ꝯtra fluxū ventris ꝛ diarriā fluxū sang. ꝛ dissinteriā emoroydes tenasmon. ꝛ huōrib⁹ a capite ad pectus descendētib⁹ repugnat: ꝓdest emoptoycis: vulnera in pulmone ꝛ catarrū habētib⁹ ꝛ ossiū fracturā solidat vnde Sa. Bolū armenicū valet cōtra pestilentiā: eiq; repugnat. vidi em̄ q̄sdā bibere illud ꝛ ilico a morbo euasisse. Illi autē qui nō iuuanꝛ: ideo cōtingit: q: febris est acuta ꝛ bolū nō valet nisi cum vino. vinū aūt feb. ꝯriū est: ꝑinde opꝫ nos eligere vinū leuissimū et frigidum: raro em̄ inuenimus pestilentiā nisi cuꝫ acuta febre. Sꝫ quidā dicūt bolū armenicū eē chimoleam: qd̄ negat Dia. dicit em̄ chimoleā duobus modis eē: vnā albā: aliā porphiriticā vel purpureā q̄ habēt ambe ventositatē. Quecūq; harū cū aceto temperetur ꝛ super aures imponaꝛ apostema hñtes iuuat. Cataplasmata sup loca igne vsta mitigationē prestat: ꝛ duriciē testiculoꝝ emollit. Calida apostemata ꝛ herisipilā curat. vñ ga. Chimolea inquit est cōposita ex diuersis virtutib⁹: hꝫ em̄ ponticitatem constringentē ꝛ inde dissoluentem: sed lota caret his virtutibus: non lota vtrasq; habet.

¶ De terra sigillata.

Terra sigillata valet contra diuturna vulnera ꝛ putrefacta: siccat em̄ ea: ꝛ facit cōtra morsus serpentis ꝛ oīm reptiliū: mortifere quoq; potioni repugnat. nā si ante mortiferam potionē bibatur: venenū per vomitū foras emittit Cum oleo ꝛ aceto mixta semp calidum apostema iuuat. valet contra fluxum sanguinis vndecunq; fluat: sanat vulnera ꝛ diarriā et tenasmon. Cum aceto temperata ꝛ super morsuꝫ rabidi canis posita cum ad sanitatem perducit.

¶ De brusco.

Bruscum tēperatum est in ca. vt hippo. ꝛ ga. testātur. Succus folioꝝ eius expressus et in ore tentus oris vitia emēdat: prodest stomacho ꝛ dolori ventris a cho. ru. ꝓcedenti: tēperatum cū lacte mulieris ꝛ iniectū oculis vitia oculorum emēdat: potatū cū zuccara emoptoycos sanat: petrā frangit. Succus ei⁹ bibitus ꝛ coct⁹ cho. ru. expellit. Radix eius super tegulam ad ignem siccata ꝛ puluerizata vulnera sanat vel solidat.

¶ De cypresso.

Cypressus ca. est in primo gradu sic. in secundo: habet aliquātulū pōticitatis: nōnulli dicunt eā inter ca. ꝛ fri. esse mediocrē. Cuius frondes ꝛ poma in medicina mittūtur. Que cuꝫ sunt recentia nouā incisionem solidāt. valent crepature intestini ad testiculos descēdētis: si ex eis fiat emplaustrū sup testiculos: ꝓprie em̄ mollia mēbra desiccant: huīditatē nō naturalē attrahūt ꝛ virtutem et duriciam eis prestāt: frondes in puluerē redacte cū modico myrrhe ꝛ cuꝫ aceto siue vino bibite vesicam ne malos recipiat huōres confortāt et stranguriā curant. Sal. Uidi inq̄t q̄sdā herisipilā hñtes cū cypresso ꝛ farina ordei curatos. Cypressi poma recētia potui data cum vino fluxū sanguinis et vulnera intestinoꝝ curāt: huōrib⁹ ad ea descēdētib⁹ resistūt. orthomiā et tussim curant. apozima eius similiter operatur Que cum aceto cocta ꝛ lupinis cōmixta emendat vngues ꝛ eorū lenit asperitates. Frondes trite ꝛ cū aceto mixte capillos tingunt. Mixte cum cera ꝛ oleo et stomacho imposite cum cōfortant. vnde bedagorus ꝓprie cypressus vulnera desiccat: ꝛ intestinis ne ad testiculos descēdāt repugnat: quo non inuento mittitur sarcocolla equaliter ꝛ pondus semis malorum granatorum.

¶ De cuscuta.

Cuscuta diuersaꝝ virtutum est: hꝫ em̄ amaritudinē et ponticitatē: est ca. in primo gradu: sic. in secundo vnde cum sua amaritudine suiq; caloris paruitate humorū quattuor extenuatiua maxime cho. ru. oppilationē epatis ꝛ splenis ꝛ cistis fellis aperit: stomachū cū sua amaritudine ꝛ ponticitate confortat: venas ꝛ vasa de grossis et putridis huōrib⁹ purgat. Cū oxizaccara bibita est optima diu febricitātib⁹ maxime pueris ꝛ hemitriteo laborantibus et veteribus.

¶ De camomilla.

Camomilla ca. ꝛ sic. in p̄mo gradu: attenuat mollit ꝛ dissoluit: frondes ꝛ flores ꝛ radix ei⁹ equalis virtutis sunt: que potui data vrinā et menstrua ꝓuocāt maxime si super aquam decoctionis eius mulieres sedeant mitigat etiaꝫ mulieres difficile parturientes: menstrua prouocat: lapidem frangit: inflationem et ilij dolorē dissoluit: ictericiam curat: epatis dolores dissoluit. eius apozima maxime dandum est cum melle cocto periplemonicis ꝛ empicis: ad mundificandum totum corpus. Oleum eius valet contra febrē periodicā: si ex eo epithimetur. Si vero masticetur oris vlcera sanat.

¶ De cassiafistula.

Cassiafistula mediocris est inter ca. et frig. vnde Sa. medicina temperata equali ꝯplexioni similis neq; in ca. neq; in frigiditate hu. vel sic. potest iudicari proprie cho. ru. purgat: acutū acumen sanguinis extinguit et apostema ex eo generatum dissoluit: gargarizata apostemata gule vel fauciū curat precipue si misceatur cū succo strigni.

¶ De cardamomo.

Cardamomi duo sunt genera: est em̄ mai⁹ ꝛ minus: ꝛ vtraq; sunt calida ꝛ sicca in primo gradu: maius minoris est caliditatis et ponticitatis: sed magis odoriferum. Ideoq; stomachum confortat: et digestionem

adiuuat cū siru.ro.mixtū vomitū cholere arcet. Cū mastice et ligno aloes ꝛ succo mēte pistatū phlegmaticū vomitū ex tinguit maxie si cū suis corticibꝰ bibatur. Cortex eius stipti cior est et stomachi cōfortatior: minus vero plus valet ad stomachum confortandū et virtutē digestiuā adiuuādā: pectoris et gule stomachiq; hūiditatē desiccat.

¶ De celtica.

Celticā dixit Ga. esse eiusdē virtutis cuius est spica: ꝛ ipsius actiōis: hec tñ actio debilior: nisi ꝙ ad ꝓuocandū vrinā est fortior: que cum apozimate absinthij potata ventositatem stomachi ꝛ epatis et splenis destruit. yctericis valet. cum aceto bibita splenis apostema dissoluit: morsus reptilium ꝛ dolorē renum ac vesice curat. Sepe aūt bibita pectus et pulmonē vesicā ꝛ vulnera mūdificat quia vrinā ꝛ mēstrua ꝓuocat.

¶ De cubebis.

Cubebe inter caliditatē ꝛ fri. est tēperatū: ideo animū letificat: oris ꝛ stomacho bonū odorē prestat: solutionē stomachi constipat: oppilationē interiorū membrorū aperit: vrinā ꝓuocat lapidē renum frangit.

¶ De capillis veneris.

Capillus veneris testante Ga. mediocris est iter ca. ꝛ fri. vñ dia. Apozima capilli veneris valet in anhelosis yctericis ꝛ spleneticis strāguriosis: lapidem frangit: cū vino bibitꝰ veneno ꝛ hūoribꝰ a stomacho fluentibus resistit: menstrua prouocat dolorē pectoris ꝛ pulmonis mitigat. In lixiuio coctus furfures eijcit: ꝛ capillos fluētes firmat: mixtus cū viola et in balneo inunctus pruriginē sanat. nā mundat ꝛ trahit grossos hūores ab eis: vñ quidam dicūt capillū veneris cho.ru. de stomacho et intestinis deponere. cataplasmatꝰ valet alopitie ꝛ scrophulis. Coctus cum aqua et ea capite loto pustulas et putredines mundificat: quo nō inuento mittatur equo pondere viola: ꝛ bis tantuȝ liquiritie.

¶ De dactylis.

Dactyli ca. sunt ꝛ fic. in primo gradu: mixti cū pineis mundatis pectoris ꝛ pulmonis passiones curant et orthomiā ꝛ tussim: cū semiē ozimi cardiacis subueniunt: ossa eorū trita ꝛ in vmbilico infantis vel cuiusq; etatis sint posita solutionem stringunt.

¶ De eupatorio.

Eupatoriū ca. in primo gradu sicciū in secūdo: extenuat ꝛ mūdificat: vñ dolorē epatis mitigat: duritiē eius dissoluit oppilationē aperit. Euiꝰ frōdes pistate cuȝ axungia porcina vetustissima valēt cōtra vulnera ad sanandū difficilia. vñ Ga. eupatorium inquit curat diuturnā febrē maxime quartanaȝ. Dia. dixit ꝙ pro eupatorio ponēdū est assarū equali pondere aut absinthij semis: tñ pondus de absinthio addatur.

¶ De endiuia.

Endiuia de amaritudine ꝛ pōticitate est composita fri. ꝛ fic. in primo gradu: cōfortat stomachū oppilationē epatis aperit. Succus eius coctus cuȝ oxizaccara bibitus dispumatꝰ humores putridos expellit ꝛ diuturnam febrē curat. Qui mixtus cum succo marathri: ꝛ oxizaccara erit vtilis febricitantibꝰ: yctericis: spleneticis: epaticis ꝓpter oppilationē dolorē hñtibus: de quo cataplasma factuȝ caloreȝ epatis ꝛ stomachi mitigat eumq; optime confortat mixtus cum polline ordei ꝛ oleo rosato sanat apostema calidum maxie si in oculis fuerit: artetico do. de calore facto mitigationē prestat.

¶ De fumo terre.

Fumus terre ca. in primo gradu fic. in secūdo. vñ stomachum confortat: appetitū irritat: vrinaȝ ꝓuocat: oppilationē epatis aperit. Succus eiꝰ potui datus corpus a scabie ꝛ prurigine et pustulis mūdificat: cho.ru. vstam purgat sanguinē clarificat maxie si cū myrobal. mixtꝰ fuerit. Dia. fumꝰ terre huiꝰ ꝓprietatis est ꝙ corpus ab oī putredine humorū mūdificat.

¶ De fu.

Fu naturā hȝ sicut spica nardi: vesicā eīn ꝛ vuluā ꝛ pectꝰ mūdificat: vñ mēstrua prouocat precipue valet contra apostema qđ in latere est.

¶ De fraxino.

Fraxini cortex ꝛ rami fri. sunt ꝛ fic. in pmo gradu frōdibꝰ eiꝰ cum aceto cataplasmatis scabies ꝛ pustule ꝛ plage vrūtur. Cortex eiꝰ cū vino vel aq̄ bibitꝰ phlegmaticos hūores purgat. Cū aceto tēperatꝰ ꝛ cutem morphea habenteȝ ex eo inunctam omni modo desiccat: sup ossiū fracturā positus eam cito solidat.

¶ De hyacincto.

Hyacincti triplr sunt: rubei. s. ꝛ duri granati: citrini ꝛ veneti. granati sunt oībꝰ meliores: quorū hec ē ꝓprietas ꝙ si mittanꝭ in ignē: ꝛ ignis insufflet rubicūdiores efficiūtur. Si eīn aliqua nigredo depicta fuerit cū ignis destruet: eruntq; omnino clarissimi. Citrini raro ignē patiunꝭ: veneti nullatenꝰ ignē patiunꝭ. Quos oēs aristo. dixit ca. ꝛ fic. esse. Alij dicūt venetos esse frigidos ꝛ ru. ca. citrinos mediocres. Oēs sunt cōfortatiui tristicie suspitiōis ablatiui. vtiles sunt ꝯtra fluxū sanguis. vñ aristo. Qui granatos ī collo vel ī manu vel in aliquo portat mēbro: dicit si intrauerit aliquā pestiferā ꝓuinciā nullatenus ei nocebit.

¶ De karabe.

Karabe fri. ꝛ fic. in pmo gradu: de qua s. exagio bibito sanguinē fluentē de incisione venarū pectoris cōstrigit: sanguinē vndecūq; defluat cōstipat. cuȝ vino bibitū co.ru. purgat. cōuenit cardiacis ꝓpter colligantiā stomachi ꝛ cordis patiētibꝰ: hūiditates a capite ꝛ pectore ad stomachū fluētes arcet. Quidā etiaȝ medici testantur eum stranguriosis valere.

¶ De laudano.

Laudanū ca. ꝛ hu. in primo gradu: loca venarū aperit apostema maturat dolorē vulue mitigat: si suffumiget ex eo secūdinā ꝓuocat. Cuȝ myrrha mixtū ꝛ oleo mirtino atq; pōtico vino capillos cōfortat: atq; cuȝ oleo ro. mixtū auribꝰ instillatū dolorē olo tollit: cum veteri vino bibitum solutionē phlegmaticā arcet. Nōnunquā miscetur cū medicina doloris mitigatiua siue cum medicina tussis curatiua.

¶ De liquiritia.

Liquiritia tēperate ca. est ꝛ humectat moderate: hȝ eīn aliquātulū dulcedinis proinde valet tussiētibꝰ: pectꝰ guttur ꝛ canales pulmonis humectat siue mitigat. Eius apozima cū penidijs mixtū ꝛ in modum electuarij cōpositū pectora mūdat. Cocta in aqua cū recens est ꝛ succus abstractꝰ ꝛ desiccatꝰ succus liqritie vocatur: qui optimus est asperis canalibꝰ pulmonis et tussi et stomacho perusto. vlr pectori cōuenit ꝛ instrumētis spūs. Si auteȝ liquiritia non inueniatur tantūdē dragaganti ponatur ꝛ iungatur sibi s. pondus pinearum.

¶ De litio.

Litium ca. in primo gradu fic. in secūdo: lentiginē faciei mundat: pustulas oris et gingiuarū putrefactas curat oculos clarificat: valet cōtra sabiē ꝛ pruriginē oculorū: ꝛ hūiditatē ab auribꝰ extrahit: sistr humores a vulua fluētes cōsumit: potui datū aut suppositū diuturnā solutionē arcet: vulnera intestinorū sanat.

¶ De lingua auis.

Lingua auis ca. in primo gradu: fic. in secūdo ꝓprietatē habet confortare coitum: paralyticis etiam propinata prodest cum frigida.

¶ De lupulo.

Lupulū ca. et fic. in primo gradu aliquātulū habet pōticitatꝭ cho.ru. purgat: ꝓdest eis q̄ dolorē ī epate patiunꝭ: aut apostema: aut hydropisim: ꝛ cōstipatos ventres purgat. Succus eiꝰ crudus bibitus est magis laxatiuus minus tñ oppilationis apertiuus: coctus autē et dispumatus plus aperit. Mixtus cū succo solatri optimꝰ est cōtra phlegmones q̄ sunt in epate ꝛ splene: ictericiā curat: ventrē humectat ca. extinguit. Cataplasmatus sup splenem dolorē celeriter excludit: auribꝰ instillatus mūdat eas ab oī putredine: sistr operaꝭ in naribꝰ. Succus eius cuȝ oleo ro. tēperatꝰ loca pusta refrigerat.

¶ De myrobalanis.

Myrobalanorū quinq; sunt gña. citrini: indi: kebuli: emblici: bellirici. Citrini fri. sunt in primo gradu. fic. in secūdo cho.ru. purgāt: stomachum confortant. Costa luce filius dixit: myrobalani sunt gūmosi: ideoq; videntur esse laxatiui. Ideo si gummosi non sunt debilioris sunt virtutis. Nam si in aqua calida infundantur et aqua potetur: erunt fortius laxatiui. Si autem ad ignem coquantur erunt debilius laxatiui: ignis enim suam tollit gummositatem. Quidam dicunt ꝙ citrini et indi vnius sunt arboris sed citrini sunt immaturi: indi vero maturi: qui frigidi sunt et fic. in primo gradu: ꝛ vtriq; cholerā adustam purgāt ꝛ stomachum confortant.

¶ De kebulis.

KEbuli in quadā insula indie q̄ zebula nūcupanꝭ nascunꝭ: sunt aūt fri. ⁊ sic. in p̄mo gradu q̄ sunt ceterꝫ meliores cholerā nigrā purgāt aliosq̄ hūores: cōfortāt stomachū ꝯ emoroydas valent ⁊ superfluitates hūoꝝ desiccant. vñ visus obscuritatē ꝓpter fumū a stomacho venientē clarificāt. Sunt etiā vtiles melancholicis et emoroydas patientibus.

¶ De emblicis.

EMblici sunt poma prunis similia: q̄ cum in sua arbore vel in aliquo loco desiccātur tripliciter diuidūtur et ab ossibus separanꝭ. Quoꝝ sapor amarus ⁊ ponticus est. Natura coꝝ fri. ⁊ sic. in p̄mo gradu: stomachū cōfortant ⁊ animū: emoroydas habentibus subueniunt et capillos cōfortant.

¶ De bellericis.

BEllerici eiusdē nature et iuuamēti sunt cuius emblici ideoq̄ adinuicē satis mutari possunt et poni.

¶ De melliloto.

MEllilotum ca. est in primo gradu: est aliquātē ponticitatis: dura et calida mollit apostemata maxie oculoꝝ vulue ani aurium. Cū sapa cataplasmatuꝫ vel cū vitello oui vel polline fenugreci ⁊ semine lini ꝓdest: in aqua coctum fumos capitis curat: succus eius cuꝫ acero mixtus dolorē capitis placat. Dia. vero testaꝭ mellilotum inter ca. ⁊ fri. temperatū esse et propter grossos hūores eliquat. Quo nō inuento mittatur eq̄le pondus ⁊ ß. camomille ⁊ ß. frondiū ficus.

¶ De mirto.

MIrtus fri. in primo gradu sic. in secūdo cuius odor calido fumo ad caput salienti repugnat. Que puluerizata ca. desiccat apostemata. vsta ⁊ cū oleo tēperata vulnera sanat. Succus eius aurib⁹ instillatus humiditatē eoꝝ desiccat. Sapa ei⁹ diarricis ⁊ dissintericis valet q̄ etiā viridis trita et cum aceto mixta capitiq̄ imposita sanguinē de narib⁹ fluentē desiccat vel sedat. Semē ei⁹ habet q̄ddā dulcedinis ⁊ pōticitatis et amaritudinis: cū sua dulcedine iuuat eos q̄ a tussi ca. molestātur: neq̄ nocet pectori ⁊ pulmoni: cū sua ponticitate valet cōtra fluxū sanguinis et cholere solutionē. Stomachū etiā ꝯfortat ⁊ ītestina ⁊ vesicā ⁊ propter coadunationē dulcedinis ⁊ pōticitatis vrinā ꝓuocat dolorem ⁊ punctionē vesice mitigat de quo facto cataplasmate cū frondib⁹ arteticū placat dolorē ⁊ mēbrorū mollitiem indurat: aqua decoctionis mirte vulue foras exeunti valet mulierib⁹ in ea sedētib⁹: hūores de matrice fluentes desiccat. Capite q̄ꝫ cum oleo loto capilli cōfortanꝭ ⁊ augmētātur ⁊ caput a pustulis ⁊ furfurib⁹ mūdificabiꝭ. Dia. sapa mirte valet ad cholericā egestionē: dissinteriā ⁊ ad vulnera intestinoꝝ. Oleū eius capillos cōfortat ⁊ augmentat. Raro etiā corpa habētibus ⁊ nimiū sudātib⁹ maxime ab egritudine exeuntibus ⁊ def. ctionē pre nimietate sudoris patientibus cum oleo mirtino perunctis claudūtur pori et sudor ne exeat prohibetur.

¶ De manna.

MAnna inter ca. et fri. est temperata ventrē laxat. febris acumen extinguit pectora humectat cholericis ⁊ calidis natura cōuenit.

¶ De ozimo.

OZimi duo sunt gn̄a: gariofilatū ⁊ citrinum. Gariofilatum ca. est in primo gradu sic. in secundo. Quidā t̄n dicūt fri. et sic. esse in primo gradu ⁊ cōuenire calide nature. Ego t̄n dico naturā eius ca. esse sed si frigida infundatur ⁊ narib⁹ applicetur: frigiditas aque cū odore per nares deduceꝭ. ideoq̄ infrigidat proinde quidā medici autumāt illō idē esse fri. Sperma ei⁹ stipticū est de quo dimidio exagio potato egestio de calore facta stringiꝭ et mēbra ꝯfortantur. Aliud aūt genus ozimi qd̄ vulgus citrinum appellat: Ga. tristia corda letificans vocauit: cuius natura ca. est in p̄io gradu: de quo ieiunis esui dato fri. ⁊ hu. stomachū cōfortat: oppilationē cerebri aperit defectionem cordis amputat: vigilias ⁊ timorē et cordis tremorem et suspectionē q̄ fit propter cho. ni. ⁊ vrinam expellit eodem modo mandragora facit.

¶ De papauere rubeo.

PApauer ru. ca. ⁊ sic. in primo gradu. Succus eius cum oleo mirtino mixtus oculos mundificat. Radix eius masticata hūores de capite per nares purgat. Succus eius ꝓpinatus venas mundificat: morpheam curat menstrua et vrinā prouocat. Cum sapa coctum ⁊ oculis cataplasmatum apostema dissoluit: ⁊ pustulas in eis natas sanat: visum clarificat: somnū facit temperatum.

¶ De perla.

PErla inter ca. ⁊ fri. temperata: maior est melior: minori: lucida etiam obscura vtilior est: equalis ac rotunda: ꝓpter valet cardiacis: cordis tremori: timorosis suspitiosis de cho. nig. cordis em̄ proprie sanguinē clarificat: eiusq̄ grossiciē extenuat et hūorē in oculis coadunatum desiccat: coꝝq̄ neruos cōfortat. vnde aristoteles. Vidi q̄sdā hoīes aliquas portantes gēmas: cuius liquore corpora lota albe morphee plene liberati sunt. valet cōtra extensionē neruoꝝ oculoꝝ. Quidam tamen dicūt pro. ꝫ. vna gemmarū aliam suo loco posse mutari.

¶ De rosis.

ROsa fri. est in primo gradu sic. in fine secūdi subtileꝫ substātiā et stipticā hꝫ: valet stomacho epati eiusq̄ oppilatiōeꝫ aperit capitisq̄ dolorē ex fumo cholere vel sanguinis tollit: vstaq̄ naribus applicata fluxū sanguinis sistit.

¶ De aqua rosarum.

AQua ro. calorē epatis ⁊ stomachi mitigat ex qua capite sepl⁹loto festinatur caniaces.

¶ De syrupo rosato.

SIrupus ro. dolorē stomachi de ca. curat: ß t̄n acumē febris ⁊ dolorē intestinorū ⁊ colicā passioneꝫ placat Silr̄ facit rodozaccara cū aceto cocta: aut cum vino iuuat et caput ⁊ auriū ⁊ gingiuarū dolorē placat: si os ex eo lauetur aut gargarizetur. Cataplasmata facit cōtra calidas emoroydas: sp̄ma eius puluerizatū putridas gingiuas sanat. Cortex potatus sanguinem manantem stringit.

¶ De oleo rosato.

OLeum roꝭ. bibitum ventrē humectat ⁊ calorē stomachi refrigerat. Cū aceto mixtū et capiti appositum dolorē cuiusq̄ caloris exterioris ⁊ interioris amputat: calidū in aure stillatū calida sanat apostemata. cū aqua rosata bibitum dissintericis subuenit. vniuersaliter valet cōtra omnia vulnera calida siue sint extrinsecus siue intrinsecus.

¶ De rhamno.

RHamnus ca. in primo gradu sic. i secūdo: valet pustulis oris ventris dolorē stomachiq̄ defectionem curat. cataplasmat⁹ herisipilā destruit. Succus ei⁹ oculorū collyrio mixtus siue solus cōuenit omni dolori oculorū maxime pannorum albedinū: bibitus lapidē renū frangit: vnde quidā dicunt eum valere leprosis.

¶ De rubea.

RUbea calida ⁊ sic. in fine primi gradus: hꝫ quiddaꝫ amaritudinis et pōticitatis vñ epar et splenē mūdificat eiusq̄ oppilationem aperit: vrinam prouocat: menstrua augmentat. omnia corporis membra de putredine mundat. vnde dia. Radix rubee mulieribus supposita mēstrua prouocat: et mortuum fetum expellit: que puluerizata et cum aceto temperata morpheā mundificat. Alij dant ad bibendum propter dolorem ilij ⁊ scie cum melle et aqua calida.

¶ De sculcea.

SCulcea est herba super terrā duobus brachijs saliens cui⁹ frondes sunt subtiles ⁊ breues quasi frondes camomille spinam habens modicam et virideꝫ: rami eius multos nodos habent: q̄ calida est in primo gradu: sic. in secundo valet stomacho et epati defecto et est ꝯtra diuturnas febres apostema stomachi curat.

¶ De spica.

SPica calida est in primo gradu sic. in secundo epar ⁊ stomachū confortat eiusq̄ dolores. apozima eius bibitum renes et vesicā ab omni sorditie purgat: menstrua et vrinam ꝓuocat: ictericiā ⁊ oppilationē epatis ⁊ fellis curat: humoribus a capite ad pectus descēdentibus resistit: puncturam stomachi et ventositatem intestinorum amputat mulieribus supposita fluxum sanguinis stringit. Si autem diu moretur in aqua in qua cocta sit: tollit dolorem: et iuuat calidū apostema vulue. Si suffumigetur ex ea aperit oppila-

tionē vulue ⁊ mēstrua ꝓuocat. sup impetigines fricata eas oīno mūdificat. Cū aqua fri. potata abominationē tollit: libidinē augmentat. Cū vino ꝓpinata fit contra morsum scorpionis. Collyriū ex ea factū hūiditatē salsi phlegmatis desiccat pilosq; palpebrarū cōfortat. ¶ De sarcocolla.

Sarcocolla ca. est ⁊ sic. in primo gradu: cuius h' est ꝓprietas: plagas vbicūq; fuerint siue intus siue extra solidat: viscosum phlegma purgat: vñ iuuat sciaticos ⁊ arteticos: hūores ad oculos descēdētes cōstringit: valet cōtra ophthalmiā ⁊ pustulas oculoꝝ: oēm etiā maculam oculoꝝ purgat. Cū croco mixta si in modū vnguēti fiat scrophulas in collo natas curat. ¶ De sticados.

Sticados ca. ⁊ sic. in primo gradu aperit attenuat et oīa viscera mūdat ⁊ mēbra interiora ꝯfortat: pectus ⁊ pulmonē mūdificat: valet cho. nig. q̄ est in stomacho ⁊ in cerebro ⁊ hypocūdrijs. ¶ De storace.

Storax duob' modis est: liquida scilicet ⁊ dr̄ sigia: ⁊ est calamita: ⁊ vtraq; cōuenit medicine ca. in primo gradu sic. in secūdo mollitiua digestionis adiuuatiua: valet tussientib' et catarrū habētib' si ex eo fumigetur aut i potu accipiat. vñ dia. Storax calefacit ⁊ mollit: ⁊ valet cōtra tussim catarrū atq; raucitatē potui datū atq; suppositū vulue inclusa ⁊ dure mēstrua ꝓuocat: de q̄ modicū inglutinatū egestionem curat. Quidā sigiā cum oleo ros. mixtā ꝯ pustulas ⁊ scabiē dicūt valere. ¶ De sponsa solis.

Sponsa solis fri. ⁊ sic. in pmo gradu stomachū cōfortat valet contra morsum scorpionis ⁊ alioꝝ reptiliū. Que mixta cū melle mulierib; supposita mēstrua prouocat: ⁊ silimō etiā endiuia operatur. ¶ De viola.

Viola fri. est in fine primi gradus hu. in initio scdi cho. ru. de stomacho ⁊ de intestinis purgat calorē eoꝝ mitigat: potata iuuat pueros suffocationē habentes: pleureticos ⁊ pectoris aspentatē curat. Naribꝰ applicata dolorē capitis de calidis fumis mitigat. Cataplasmata cū polline ordei valet cōtra calida apostemata. ¶ De syrupo violaꝝ.

Sirupus viol. vētrē humectās tussim de ca. mitigat: calorē pectoris ⁊ pulmonis sedat: pleuresim curat. Silr facit viola mixta cū zuccaro. ¶ De oleo violato.

Oleū violatū totius corpis calorē atq; feruorem aufert: maxime dolorē atq; feruorē totiꝰ corporis mitigat: de quo nascali facto ꝓuocat somnꝰ. ¶ De nitro.

Nitrum duob' modis est. vnū affertur de armenia. alterū de arabia. Uniuersalr nitrū est laxatiuū colatiuū ⁊ mūdificatiuū. Lauat etiā mēbra corpis maxīe si cū aceto misceat. Nitrū vlr calidū est in primo gradu: sic. in scdo: in multis collyrijs mittit. valet contra impetigines ⁊ furfures capitis ⁊ capillos subtiliat: stomacho tamē nocet: qđ subtiliter puluerizatū ⁊ cū aceto mixtū ⁊ bibitū frangit lapidē vesice. Cū potiōe laxatiua mixtū festināter facit eā de stomacho descēdere. Aristoteles dixit ꝙ viscosum phlegma mūdificat si misceatur cū potiōe. s; q: torsionē gn̄at nō oīno laudabile est: vētrē soluit: rigorē febris ꝓhibet: sudorē ꝓuocat. mixtū cū aceto ⁊ gargarizatū sanguisugā gule excludit. Cū oleo mixtū ⁊ aurib' iniectū grauitatē sonitus et ventositatē aufert hūores etiā ad eas fluentes desiccat. Mixtum cū aceto facit contra mortiferos fungos: et iuuat etiam mulieres de quarū vuluis putridi fluunt humores.

Quia sufficienter medicinas simplices in primo gradu caliditatis fri. sic. ⁊ hu. existētes explanauimus: sequitur de his quarū virtutes in secundo gradu existunt. Et primo de aloe. ¶ De aloe.

Aloe trib' modis est. Unū est rubeū de qđā insula indie veniēs q̄ dr̄ scotra. Aliđ est nigrū de psia veniēs. Tertiū est citrinū: ⁊ fit in arabia. qbꝰ oībꝰ laudabiliꝰ est scotrense p̄cipue si fuerit vnctuosū; p̄lucidū: ⁊ rubeū q̄si color epatis cito frāgibile ⁊ odoriferū ⁊ amarissimū sed tn̄ oē aloe calidū est ⁊ sic. i scdo gra. stomachū mūdificat caput ⁊ articulos de phlegmate purgat: ⁊ egestionē ꝓuocat epatis oppilationē aperit. colorē ictericie extirpat: sed tn̄ si sepe ⁊ multū sumat stoma. ⁊ intestina excoriat opꝰ est igit vt preparetur ita vt cū eo mastix aut dragagantum aut bdelliū

ſm proprietatē vniuscuiusq; sumētis. Nonunq; etiā lauetur cū apozimatibꝰ ⁊ aromatibꝰ ⁊ subtilissime terat vt optime lauet ⁊ mundificet stomachū: ppꝛietatē habet solidādi vulnera recentia ⁊ desiccandi ⁊ mundificandi putredinē eoꝝ ⁊ maxime vulnera testiculoꝝ ⁊ preputij sanat. Cū aqua tēperatū valet ad apostemata narū labioꝝ ⁊ colloꝝ. Unde dia. aloe inquit cū melle temperatū aufert nigrorem qui est sub oculis. ꝙ si misceatur cū oleo ros. ⁊ vngatur ex eo frons et tempora mitigat dolorē capitis ⁊ pruriginem oculoꝝ extinguit. Cū vino tēperatū capillos cadētes cōfortat et retinet cū vino ⁊ melle apostemata lacertoꝝ lingue ⁊ gingiuarū et in toto ore existentia curat ¶ De arnoglossa.

Arnoglossa fri. ⁊ sic. in scdo gradu vulnera exiccat et putredinē eoꝝ mūdificat igni sacro repugnat ne ambiat corpus. valet emorroydis et omni calori qui est de ignis vstione: vtilis est emoptoycis dissintericis et quibꝰ mēstrua ⁊ emorroydes fluunt: vulnera pulmonis curat. Radix eiꝰ cocta in aq̄ dolorē dentiū mitigat ore ex ea loto. vñ gal. Succus quinqueruie valet contra oppilationē epatis et renū. Bedagorus. Succus inqt quinqueruie valet cōtra pustulas oris: qui mixtus cum chimolea aut cerusa fit optimus contra herisipilam. ¶ De acoro.

Acorus ca. ⁊ sic. in secundo gradu: splenis ventositatē expellit: stomachū mundificat: epar confortat et eius oppilationē aperit. Apozima eiꝰ valet contra dolorē lateris pectoris epatis ⁊ fracturā lacertoꝝ ⁊ duritiem splenis: vrinā ⁊ menstrua prouocat. Succus eiꝰ mundificat oculos ⁊ lumen oculoꝝ clarificat: mittatur pro eo pondus ꝫ. fustiū gariofiloꝝ aut ciminū equali pondere et pondus semis reubarbari. ¶ De aristologia.

Aristologia duplex est: longa ⁊ rotunda: vtraq; tn̄ calida est ⁊ sic. in scdo gradu: sed rotunda subtilior est ⁊ fortiorē hꝫ actionē. vnde Gal. parū humoris decet euꝫ lōga mūdificari: multū decet cū rotunda. magnaꝫ oppilationē epatis aperit: ⁊ grossaꝫ vētositatē dissoluit. putredinē vulnerū intrinsecus seu extrinsecus existentiū curat venas inter dentes mundificat gingiuas confortat. Dia. aristot. l. lōge. ꝫ. j. exagiū propinatuꝫ cū vino fit cōtra venenū. Cū vino pipere ⁊ myrrha mixta sorditiē parturiētiū mūdificat: et menstrua ꝓuocat. vnū exagiū cuꝫ vino bibitū ventris dolorē placat. Rotūda vero fortiꝰ et velocius idē operatur: valet etiā anhelosis ⁊ splenē durū hn̄tibꝰ febriū rigorē ⁊ lacertoꝝ cōtractionē ⁊ laterū dolorē amputat si cū aqua bibatur Pa. aristologia rotunda cū aqua bibita epilepticis podagricis ⁊ spasmū hn̄tibꝰ subuenit. ꝓ qua ponat equale pondus et ꝫ. aristologie longe. ¶ De ambra.

Ambra de ventre cuiusdā bestie maris egreditur: quidā tamē dicūt in fundo maris nasci: alij dicunt esse sperma ceti q̄ ingens piscis dicitur. Melior et laudabilior est que est varij coloris et vnctuosa ca. ⁊ sic. in secundo gradu: stomachū cōfortat sensum ⁊ oīa interiora corroborat: est et senioꝝ ⁊ frigidas naturas habentium iuuatiua: maxime si in hyemali tpe detur. Quidā tamē dicūt ꝓ ea posse poni cardamomū. i. siluestre carui. ¶ De abrotano.

Abrotanū ca. est in secundo gradu sic. in primo. in cuius apozimate mulieribꝰ sedētibꝰ menstrua ꝓuocat: secūdinā ⁊ mortuū fetū eijcit clausa vulnera aperit: apostema eius sanat lapidē frangit strāguriā soluit potatū lumbricos ⁊ ascarides occidit. Succus eius myrrhe mixtus ⁊ pessarizatus ⁊ sup pectinē cataplasmatꝰ menstrua ꝓuocat ⁊ putridos hūores vulue desiccat dolorē eiꝰ ⁊ phlegmatica apostemata in ea nascētia curat. puluerizatū ⁊ cum farina ordei mixtū dura soluit apostē. Cinis eiꝰ cū oleo vetusto mixtꝰ alopitiā sanat: locis pilos nō hn̄tibꝰ occurrit: abrotanū epithymatū vel inunctū rigorē febris aufert: nocet tamen stomacho. ¶ De aneto.

Anetū ca. ⁊ sic. in scdo gradu: viride tamē minoris ca. et sic. est: apozima eius aut sperma eius bibitū vrinā ꝓuocat: torsionē et inflationē mitigat: vomitū ex cibo natū e in stoma. ꝯpescit: singultū ex plenitudie amputat: coctū i oleo ⁊ epithymatū oppilatos poros apit. Sōnū ꝓuocat ⁊ mollia apost. maturat: tn̄ assuetū vētrē desiccat ⁊ spīna: dolorē vulue

mitigat mulieris i ei⁹ apozimate sedētis. Semē ei⁹ perustū ꝛ emoꝛroydib⁹ cataplasmatū eas oīno sanat: positū super vuluā: aut mollia apostemata in testiculis marie: aut in extremitate virge nascētia ea oīno sanat ꝛ desiccat: anctileon epithimatū rigoꝛē pꝛodicarū febꝛiū curat: laboꝛē articuloꝛū ꝛ doloꝛē amputat: pessarizatū doloꝛem vulue placat.

De amygdalis amaris.

Amygdale amare calide ꝛ sic. in secūdo gradu oppilationē splenis ꝛ epatis aperiunt: pect⁹ ꝛ pulmonē de grosso phlegmate ꝛ viscoso mūdificant renes purgāt: vrinā pꝛouocant: grossam ventositates colice inflationis dissoluūt: pessarizate mēstrua ꝓuocant: potate cum amido ꝛ menta fluxū sanguinis arcent. Oleū eaꝛ ca. ē ꝛ sic. i scdo gradu: oppilationē splenis aperit: pectus humectat doloꝛē auriū ꝛ capitis ventositatem curat: doloꝛē etiā vulue ꝛ ei⁹ suffocationē ꝛ toꝛsionem ꝛ apostemata in eo nata curat: sternutatio si fiat cū eo doloꝛem renū ꝛ strāguriā amputat: mixtū cū melle ꝛ oleo ros. duritiam splenis dissoluit. Oleum amygdalarum amararū valet turbiditati oculoꝛū ꝛ defectioni visus. Radix pulverizata ꝛ cū aceto tēperata fit bonū vnguētū contra lentiginē oēmq₃ foꝛditiē cutis marime moꝛpheā. Cū vino data tussim curat ꝛ lapidē frangit. Paul⁹ dixit absinthiū equaliter valere.

De affodillis.

Affodilli calidi sunt i secūdo gradu: aperitiui sunt vrinā ꝛ menstrua ꝓuocant: vomitū arcent. Sa. rami affodilloꝛ multū valent hydropicis: ꝛ frondes et floꝛes eoꝛ cū modico myrrhe ꝛ croci i dulci veteri vel vino cocti fit optimū collyriū contra humiditatem oculoꝛum et palpebꝛas se inuersantes curat. Cū vino bibiti moꝛsus scoꝛpionū curant: similiter cataplasmati faciūt ꝛ succus radicis eoꝛū: radices ꝙ vste alopitie imposite pilos renasci faciunt Valent etiā si moꝛphea ꝛ impetigo ad solem cū aspero pāno fricata de coꝛngantur.

De balsamo.

Balsamus est arboꝛ nascens in india saliēs super terrā vno bꝛachio aut parū plus. cui⁹ rami perfusi sunt rubeo viridiq₃ coloꝛe quasi rami titimalli. frondes eoꝛū sunt tenues viridē coloꝛē habētes faciūt in capite quasi gingīnas paruas ꝓducētes grana in modum piperis. Ex cuius ramoꝛ scissuris qdā liquoꝛ in canicularibus diebus egredit̄ quasi lac titimalli ereptus Unde dia. in vnoq₃ anno ex hoc liquoꝛe aut. l. aut. lx. libꝛe coadunātur: neq₃ in aliq̄ parte mūdi illa arboꝛ est: nisi in quodam loco egypti. Cuius rami ꝛ carpos ꝛ liquoꝛ cōuenientia sunt medicine: liquoꝛ tñ laudabiloꝛ est: carpos est laudabile. Rami vero minus ceteris laudandi sunt. Oēs tamē calidi sunt ꝛ sic. in secūdo gradu: sed oleum ceteris calidius est valet obscuritati oculoꝛ ꝛ vulue frigiditati: pessarium de eo factum cum oleo ꝛ cera secundinā et fetum moꝛtuū expellit vrinā pꝛouocat diuturnā tussim mitigat ꝛ anhelitus parago rizat: materiā digerit eamq₃ per canalem pectoꝛis ꝛ pulmonis expellit: p quo poni pōt aqua camphoꝛe equali pōdere Carpobalsamū bibitū valet pleuresi phlegmatice: tussientibus sciaticis epilepticis vertiginē et scotomiā ꝛ stranguriā patientib⁹ subuenit: moꝛsus reptiliū curat. pꝛo quo pōt poni pondus et ʒ. xilobalsami.

De bdellio.

Bdellium calidū est in secūdo gradu hu. in pꝛio dissinterie de acuta pharmacia valet curatq₃: apostema: interi⁹ vel exteri⁹ iunctum sanat: frāgit lapidē: tussim mitigat: moꝛsus reptiliū curat: tēperatū cum aceto crepaturā ex eo inunctam sanat: cū cerusa vel ysopo vel sapa apostema testiculoꝛum sanat.

De berberis.

Berberis fri. est ꝛ sic. in secūdo gradu. Sitim de ca. extinguit: epar ꝛ stomachū confoꝛtat: cataplasmatus calida apostemata refrigerat: sanguinis fluxū stringit. eodē mō valet equale pondus rose ꝛ pondus ʒ. sandaloꝛum.

De balaustia.

Balaustia fri. ꝛ sic. in secūdo gradu sanguīs fluxū arcet et vulnera intestinoꝛ curat ꝛ ventrē confoꝛtat hūoꝛibus egrediētib⁹ resistit: egestionē constipat humoꝛibus cū sanguine egredientib⁹ resistit: pulverizata ꝛ super vulnera aut loca excoꝛiata cutis posita ea celeriter curat: oꝛe ei⁹ apozimate loto humoꝛes de gingiuis fluētes desiccat: ꝛ dentes mobiles confoꝛtat. cataplasmata omnē crepaturam solidat.

De coꝛallo.

Coꝛallus fri. ꝛ sic. in secundo gradu: valet oculoꝛū doloꝛi ꝛ obscuritati ꝛ putrefactioni: ꝛ pānis oculoꝛ. hec oīa cū curat ꝛ mundificat: si mittat̄ in collyrio pulverizatus: ex eoq₃ dentes fricatos clarificat ꝛ gingiuas putridas sanat vnde Sa. Coꝛallus inquit vstus et gummi mixtus cū aqua frigida potatus fluxū sanguis arcet de quocūq₃ loco fluat. Item ga. pꝛobauit coꝛallū in collo suspensum oꝛi stomachi doloꝛem habenti valere.

De calamo aromatico.

Calamus aromaticus duobus modis est: subtilis ꝛ citrinū habēs coloꝛē: ꝛ est concau⁹ q̄ desiccatus ꝛ cū digitis fricatus facile frangitur habet odoꝛē suauē q̄ nascitur in india ꝛ persia. Laudabilioꝛ est calam⁹ indie ca. ꝛ sic. in secundo gradu. valet doloꝛi stomachi ꝛ epatis potui datus de quo cataplasma factū vulue curat apostemata: mēstrua pꝛouocat: valet ꝛ veteri tussi si fumigiū ex eo fiat.

De cipero.

Ciperus ca. est ꝛ sic. in secundo gradu odoꝛifer⁹ est ideo attenuat et incidit: humoꝛ superfluitates desiccat: vrinā pꝛouocat marime hydropicis lapidem frangit: stomachū confoꝛtat: pustulas solidat: pulverizatus vulnerib⁹ putridis applicatus ea cito desiccat: suppositus frigiditatē vulue sanat ꝛ oclusum eius os aperit. Decocti datus moꝛsus scoꝛpionis curat: sed tamen assuete bibitus sanguinē coꝛrumpit et desiccat.

De centaurea.

Centaurea duplex est: maioꝛ ꝛ minoꝛ. Quidā dicūt eam ca. ꝛ sic. in secundo gradu. Sa. radices maioris centauree diuersas dixit habere q̄litates fm sui sapoꝛē. vnde diuersas habet actiones: hec eñ habet in se acumen et pōticitatē cum dulcedine: vnde ꝛ cum acumine menstrua ꝓuocat ꝛ moꝛtuū fetū expellit: cum ponticitate vulnus solidat ꝛ fluxum sanguinis stringit. Cū oībus tamē suis qualitatibus anhelosis ꝛ diuturne tussientibus mēbꝛa cōfoꝛtat: cuius succus idem facit qđ radix. Dia. radix maioꝛis centauree cocta cum aliquantula carne incisa solidat eā. radix minoꝛis est minoꝛis vtilitatis et iuuamenti: q̄ tamē cataplasmata solidat vulnera: eius apozima clysterizatū doloꝛē ylij per phlegmaticos ꝛ grossos hu. dissoluit: sciaticis subuenit: succus ei⁹ cū melle oculoꝛ clarificat obscuritatē: pessarizatus menstrua ꝓuocat moꝛtuū fetum expellit. Fit etiam cōueniēs neruis doloꝛes habentib⁹ et oppilato epati: ꝛ indurato spleni si cataplasmet̄ ꝛ potui det̄. ʒ. i. exagium cū vino ꝓpinetur doloꝛem ventris eiusq₃ pūctiōi de grossis hu. grosseq₃ ventositati succurrit.

De coconidio.

Coconidium cal. est ꝛ sic. in fine secūdi gradus: nocet ventri aquā tamē citrinā purgat: phlegma etiā ꝛ choleram ru. cōuenit hydropicis. Cuius frondes cū melle cataplasmate putrida vulnera mūdificant: scabiem ꝛ impetiginē curāt.

De capparis.

Cappari ca. sunt ꝛ sic. in secundo gradu. Quoꝛ poma semen ꝛ frondes ꝛ radix mittuntur in medicinis: tamē frondes ꝛ poma magis cibo ꝛ radix medicine pertinet. Oīa tamē splenē ꝛ epar oppilatū aperiunt: sed radix foꝛtioꝛ est oībus vnde cōuenit contra duritiē splenis eiusq₃ dissoluit duritiem: marime si cum aceto bibatur aut oxizaccara grossos ꝛ viscosos humores eijcit ꝛ egestionē: ꝛ aliquando exit cum egestione quasi sanguis vstus: vnde quidā confidūt ꝙ duritiē splenis dissoluat. Cū melle ꝛ calida aqua potatus arteticum doloꝛem de grosso humoꝛe soluit: cataplasmata cū melle duritiē splenis curat. Pulverizata et cū melle ꝛ aceto temperata albā moꝛpheam mundat: sucus frondiū auribus instillatus vermes occidit. Cataplasmatus scrophas et dura apostemata soluit.

De cerusa.

Cerusa.

Cerusa fri. ⁊ sic. in secundo gradu. valet ad sanandum vulnera ⁊ bonā carnē creādam ⁊ superfluam rodit: cum oleo ro. mixta cōgruit pānis oculoꝝ et pustulis eoꝝ ⁊ scabiei: carnes eaꝝ mūdificat ⁊ sanat: mixta equaliter cum polio ⁊ pice liqda: vnguētum ex eis factum fit pfectum vulneribus vermes habentibus occidit em̄ ⁊ vulnera sanat.

De dragagāto.

Dragagātum fri. in secūdo gradu: hu. in primo mittitur in collyrio: valet ꝯtra tussim ⁊ aspitatem canalium pulmōis vocem clarificat ⁊ cōfortat: valet etiam cōtra pūctionē renū ⁊ vesice q̄ fit ꝑpter vulnera aut scabiem: asperitatē lingue lenit: repugnat ⁊ obstat acumini potus ne intestina vulnerentur. Mixtū cū albugine oui fit optimum ꝯtra ignis vstionē.

De emathite.

Emathitē dixit Ga. paꝝ esse calefactiuū ⁊ attenuatiuū ⁊ pustulas oculoꝝ mundificatiuū ⁊ aspitatem oculoꝝ ⁊ palpebraꝝ lenit: si cū melle tēperatus fuerit. Cum lacte mulieris tēpatus valet ꝯtra alopitiam ardorem ⁊ caloris aspitatē. D. emathistes quiddā habet pōticitatis ⁊ stipticitatis: vn̄ valet ꝯtra apostemata oculoꝝ: si cum oui albugine temperetur.

De folio.

Foliū ca. est ⁊ sic. in scdo gdu stomaticis ⁊ epaticis cōuenit: ꝯfortatiuū est inflationem dissoluit: vrinā prouocat: cataplasmatum apostema oculorū dissoluit eodem modo.

De gariofilis.

Gariofili sunt cali. ⁊ sic. in scdo gradu: stomachum ⁊ epar ⁊ interiora ꝯfortāt cum sua aromaticitate: vētrem cōstipant: cibum digerūt. de quibus. ʒ. j. potui data cum lacte libido augef.

De gariofilato.

Garifilatum ca. est ⁊ sic. in scdo gradu: frigidū stomachum adiuuat: grossum cibū digerit. valet epaticis cardiacā ꝑpter cholerā ni. aut phlegma patiētibꝰ naribus applicatū oppilationem cerebri ⁊ narium aperit.

De gummis.

Gummi similiter vt dragagāti sunt: gūmi tn̄ sunt stiptici ⁊ sicci: pinde stomachū ꝯfortāt ⁊ fluxum sanguinis arcent: mixti cum albugine oui fiunt optimi contra vstionem ignis. idem faciūt qd dragagātum.

De galla.

Galla frigida in scdo gradu: sic. in tertio: q̄ duobꝰ modis est: qdam q̄ nōdum matura q̄ pusilla est: ⁊ altera q̄ est matura ⁊ pforata ptinēs rubori ⁊ tumori: ideo maioris frigiditatis est ⁊ stipticitatis. vnde. D. aqua decoctionis galle vulue exeūti repugnat: hūores ex ea fluētes desiccat. Mulieribꝰ ex ea fomētatis cataplasma sup apostema factū curat. valet vsta sanguinolēte egestioni ⁊ sanguis fluxui de q̄cūq loco manauerit: puluerizata ⁊ naribꝰ isufflata sanguis fluxum stringit. de qua. iiij. ʒ. cū vino seu cū aqua potate vulneratis intestinis diuturneq solutioni valēt: et scissuris calcaneoꝝ ꝓdest: si puluerizata cū sepo caprino scissuras labioꝝ sanat si cū gūmi lentisci tēperetur. D. galla valet locis quibꝰ repugnatio desiccatio ⁊ constipatio optima sunt. huiꝰ arboris cortex ⁊ rami frig. sunt ⁊ sic. in pmo gradu. Sed cū frondibꝰ fraxini cū aceto cataplasmatis scabies pustule ⁊ plage curātur. corticis exagio. j. potato cū vino ⁊ aqua phlegmatici hu. purgātur. cū aceto tēpatus cutis morphea habēs ex ea inūcta oīno mūdificabitur. super ossium fracturā positus eā cito solidat.

De yerba specie abrotani.

Herba species est abrotani nascens in armenia q̄ ca. est in fine secūdi gradus: sic. in tertio: stomacho nocet. est tn̄ attenuatiua vrinā ⁊ mēstrua ꝓuocat oppilationē vulue aperiens: secūdinam ⁊ mortuū fetū expellit: si pregnās ex ea suffumigetur. lūbricos ⁊ ascarides mortuos expellit si bibatur: aut cataplasmetur cū vino cocta: ⁊ potui data fit ꝯtra venenum morsusq reptiliū: que cataplasmata idem opatur: vsta ⁊ cū oleo temperata curat capillos allopitiā habētes. ꝓ qua poni pōt calamētum agreste: aut absintbiū.

De ligno aloes.

Lignum aloes tribꝰ modis est: vnum em̄ fit in quadam regiōe indie q̄ vocatur cume ⁊ ceteris est laudabilius. aliud fit in insula maris indie q̄ vocatur cumar. tertiū fit in quadā regione indie q̄ vocatur sama. lignum tamen aloes vniuersaliter ca. est ⁊ sic. in secūdo gradu cerebrum ꝯfortat: ⁊ oīa mēbra interiora: superfluam corpis humiditatem expellit: maxime vētositatem de stomacho dissoluit: oppilationē aperit: vētrē ꝯstipat. fluxui vrine repugnat qui fit ꝑpter frigus ⁊ defectionem vrine.

De lithargiro.

Lithargirū quidā dicūt nec calefactiuū: nec refrigeratiuū esse: sed mediocre. D. refrigeratiuū stipticū solidatiuū ⁊ oīm cōcauoꝝ mēbroꝝ de bona carne repletiuū. testatur carnem superfluam comedit inūctum pruriginē coraꝝ scabiem sudore alaꝝ ⁊ oīa vulnera ⁊ pustulas curat. Nōnunq distēperatum ⁊ clysterizatū fit optimū vulneratis intestinis: cū oleo ro. mixtū pustulas nariū ⁊ labioꝝ extirpat: coctū cum oleo quousq in modum vnguēti fuerit scissurā cutis diuturnā ex eo inūctam celeriter sanat ⁊ solidat: capite ⁊ dorso inde perūcto necātur pediculi.

De lacca.

Lacca ca. est ⁊ sic. in secūdo gradu: oppilationē epatis aperit: ⁊ ipm ꝯfortat: yctericis ꝓdest: q̄ si lota fuerit melius q̄ non lota operatur.

De lapide lazuli.

Lapis lazuli frig. est ⁊ sic. in scdo gradu. valet oculis si mittatur in collyrijs: pilos etiā palpebraꝝ cōfortat ⁊ multiplicat. de quo. j. ʒ. potatꝰ cū siruppo ⁊ aqua calida fit optimū quartanarijs: ꝓpe em̄ melācolicos purgat humores: qui lotus ⁊ ꝑpinatus sine angustia vomitum prouocat.

De musco.

Muscus est pustula in vētre cuiusdā aīalis nascēs caprcolo siīi qd est idia: q̄ coagulati sanguinis plena ipso aīali quēdam palū vel arbore scalpēte necessario cadit: cuiꝰ natura ca. est ⁊ sic. in scdo gradu: ideoq ꝯgruit senioribꝰ in hyeme: mēbra siquidē defecta aromatizādo cōfortat timorem melācolicū amputat: ⁊ audaciā pstat: oculorum quoq ⁊ oīm mēbroꝝ ventositatē tollit sternuto ex eo facto cū modico croco ⁊ cāphora dolorē capitis de fri. ⁊ hu. curat hūore. Quidam tn̄ dicunt per se muscū cū oleo lambucino femoribꝰ inunctū vel ventri libidinē augmētare. Alij vero dicūt musco nō inuēto castoreum equo pōdere valere.

De mastice.

Mastix ca. ē ⁊ sic. in scdo gdu: pīde phlegma dissoluit stomachū calefacit appetitū excitat vētositates apostemata ⁊ stomachi tumores epatis ⁊ intestinoꝝ curat malas q̄ cogitatōes aufert: cū oleo ro. inuncta stomachum ꝯfortat: cuteq clarificat. vn̄. D. mastix valet emoptoicis ⁊ diu tussiētibꝰ. Johānes damascenꝰ mastix cū aq̄ fri. data stomachū corroborat: superfluā hūiditatē expellit: cū calida tn̄ data nihil valz. Itē. G. mastix tumētibꝰ gingiuis ⁊ scissuris earū atq putredini succurrit ex decoctōis eius aqua ore loto. Itē cleopatras inquit sqinā tū tantūdem valere. Item. D. mastix gūma est ⁊ gūmam lētisci pinee ⁊ cipssi dixit eque valere.

De mace.

Macis est cortex ramorū nucis muscate q̄ venit ex india: cuiꝰ natura ca. ⁊ sic. in scdo gradu. Epar et splenem ⁊ stomachum ꝯfortat: ⁊ eorū putredines mūdificat: sternutatione de eo facta cū oleo violaceo curat hemicraneam de phlegmate.

De myrrha.

Myrrha ca. est ⁊ sic. in secūdo gradu: valet ad lūbricos ⁊ ascarides excludēdos: secūdinā ⁊ mortuum fetū expellit. os vulue attenuat ⁊ aperit. Pessarium de ea cū succo absinthij: aut rute factum menstrua ꝓuocat. cum succo mirte temperata ⁊ superposita putridos humores vulue desiccat. in modū fabe potui data diuturnā tussim ⁊ dolores lateris ⁊ pectoris anhelitum nimiā solutionem ⁊ vulnerata intestina curat: sub lingua missa dum dissoluitur ⁊ inglutitur asperitatem canalium pulmonis lenit ⁊ vocem clarificat. Andromachus dixit vulnera ⁊ pectus ⁊ guttur: ⁊ oīa spūs vasa myrrham mūdificare in modum fabe ante horā accessionis rigorem febris paragorizat. Flodius testatur myrrham in vino temperatam in modū epithimatis capitiq inductā dolorē capitis placare ⁊ catarros in oculis cōstringere. Myr

rya cum collyrijs oculoꝝ mixta vulnera oculorum mũdificat
asperitatem palpebraꝝ lenit: visumq̃ clarificat: pro qua po⸗
test poni amygdala amara: aut calamus aromaticus: aut co
stum amarum.

¶ De menta.

Menta calida est ⁊ sic. in secũdo gradu: stomachũ
cõfortat ⁊ cum reddit odoriferum: digestionem
adiuuat: ⁊ abominationẽ ⁊ vomitũ ex phlegma⸗
te aufert: ructum gñat: sucꝰ eius bibitꝰ valet fri
gido singultui: ꝓpinatus cũ aceto ⁊ succo malo⸗
rumgranatoꝝ acetoloꝝ vel pomi citrini cholerico singultui
optimus erit. Sepe etiã comesta lũbricos occidit: ⁊ libidinẽ
auget. apozima eiꝰ sanat apostemata testiculoꝝ de eo lotoꝝ
⁊ eoꝝ dolorem: mẽta cataplasmata sup vbera lac in eis coa⸗
gulatũ dissoluit. succus eius cũ melle mixtꝰ, in auribusq̃ di⸗
stillatus dolorẽ de frigido ac ventositatẽ amputat: ⁊ dolorẽ
capitis amputat. Lingua cũ frondibꝰ eius fricata oẽm amit⸗
tit asperitatẽ. Cataplasmata cũ sale morsus rabidi canis sa⸗
nat. succus eius cũ sapa pregnãtibus potui datꝰ facilem par
tum facit.

¶ De maratro.

Maratri semen cali. est ⁊ sic. in secũdo gradu: sed herba
dum recẽs est ca. est in medio primi gradus: stomachũ
confortat: oppilationem renũ: ⁊ vesice aperit. Succus eius
coctus ⁊ dispumatus ⁊ cũ oximelle: aut oxizaccara fit opti⸗
mus diuturnas et periodicas febres habẽtibus: vrinã ꝓuo
cat. Succus eius purꝰ visum clarificat: ⁊ aquã in oculis co⸗
adunatã dispgit: si ex ea oculi lauẽtur. in multꝭ collyrijs etiã
congruit. Sperma eius oppilationẽ epatis ⁊ renũ: ⁊ vesice
aperit. inflationem ⁊ ventositatẽ remouet: lapides frãgit: ⁊
menstrua prouocat. valet ꝯtra diuturnas febres potui datũ
cum aqua fri. aboiationem ex hu. hũoribꝰ amputat: tempa⸗
tum cũ melle morsum rabidi canis curat.

¶ De malua.

Malua frig. in scđo gradu: hu. in prio: hꝫ quiddã cali⸗
ditatis accidẽtaliter. vñ si in vino cocta ⁊ cataplas⸗
mata fuerit scrophulas ⁊ apostemata: ⁊ tumẽtes
mamillas curat: pessarizata cũ adipe anserino aperit vulue
conclusionẽ ⁊ eiusdẽ apostema curat: parturiẽtes mũdificat
succus eius cũ vino potatus strãguriã dissoluit: lapidẽ renũ
frãgit: sciaticis subuenit: ⁊ vulnerata intestina sanat: cũ ace
to cocta dolorẽ dentium mitigat.

¶ De memita.

Memite est herba habẽs frondes lõgitudinis vniꝰ
brachij aliquãtulum latas duabꝰ. s. vncijs coloris
est plũbei ⁊ aspera: cuiꝰ rami lenes sunt ⁊ lõgitudo
vnius brachij: in cuiꝰ summitatibꝰ sunt flores citrini: qui q̃si
vaginas seminibꝰ plenas faciũt: quoꝝ color est niger q̃si si⸗
napis q̃ fri. est ⁊ sic. in scđo gradu. valet herisipile ⁊ oibꝰ cali
dis apostematibꝰ: succus ꝯuenit collyrijs ⁊ calide ophthal⸗
mie.

¶ De nuce muscata.

Nux muscata cali. est ⁊ sic. in scđo gradu: os fetidũ
curat: digestiuã virtutẽ adiuuat vẽtositatẽ expel⸗
lit: stomachũ ⁊ epar cõfortat ⁊ ventrem cõstipat.
vnde Ma. nux muscata cutem ab impetigine ⁊ lẽ⸗
tigine curat ⁊ scabiem mũdificat: splenis ⁊ epatis
oppilationem ⁊ dolorẽ dissoluit.

¶ De nucleis.

Nucleus cali. est in scđo gradu: sic. in tertio lapides
renum ⁊ vesice frãgit: vrinam prouocat: corpus de
putridis humoribus mundificat.

¶ De nenufare.

Nenufar fic. est ⁊ hu. in secũdo gradu: est subtile et
penetrabile dolorẽ capitis de calore naribꝰ applica
tum placat: cholericis ⁊ sanguinolẽtis ⁊ oibus ca⸗
lidis passionibꝰ cõgruit. sucꝰ eius tussim calidã ⁊ febres ca
lidas ⁊ sanguinolẽtas ⁊ sitim extinguit: somnũ parat eis: ⁊
oẽm dolorem capitis cataplasmatũ aufert: oleum eius dolo⸗
rem capitis tollit ex calido: vigilias aufert: oibꝰ acutꝭ passio
nibus cõgruit.

¶ De psilio.

Psilium frigidum est ⁊ hu. in secundo gradu. ca⸗
liditatem refrigerat ⁊ sitim extinguit: aspitatẽ
lenit: cum aqua lotum donec viscositatem habe
re incipiat bibitum egrotationem humectat. sic
ca intestina ꝓpter cho. ru. mollificat: maxime cũ
oleo viola. mixtum: assatum ventrem constipat: dolorẽ inte⸗
stinorum ꝓpter acumen materie: vel ꝓpter acutos humo⸗
res ad intestina fluentes mitigat: maxime si cum oleo rosa.
misceaẗ. Cum succo solatri aut cũ succo portulace mixtũ cali
dis podagrizãtibus apostematibꝰ valet: de cuiꝰ viscositate
capite loto asperitas capillorũ mollificatur: cũ aceto ⁊ oleo
ro. cataplasmatũ apostemata in auriculis ⁊ sub auriculis de
calido nascẽtia curat.

¶ De plumbo.

Plũbũ frigidũ est in scđo gradu: quiddã hꝫ hu
miditatis: est ꝑfectum in coagulatiõe: hꝫ quan
dã partẽ aeream. vñ Aristo. in lib. de lapidibus
intitulato: plumbũ inquit esset argẽtũ nisi me
tallum tria accidẽtia pateretur. i. putrorem sui
odoris: ⁊ mollitiẽ sue subẽ: ⁊ q: natura eiꝰ an⸗
te focũ stare non põt: q̃ accidẽtia in terra sicut fetus in vulua
patitur: Cuiꝰ hec est ꝓprietas. Si em̃ accipiaẗ ex eo pistellũ
⁊ mortariũ ⁊ in eo vinũ cũ oleo teraẗ: aut mirtino succo aut
semp uiue: aut endiuie: aut portulace: ⁊ mittaẗ ad solẽ vel ca
lidũ aerẽ et tribꝰ diebꝰ agiteẗ: optimũ vnguẽtũ est ꝯ calida
apostemata atq̃ vulnera iguinũ pectoris vberũ: ⁊ eoꝝ putri
dos humores desiccat. Paulus dixit esse optimum vnguẽ
tum ꝯtra cancrũ: ⁊ pessima apostemata: in quo mortario ter
ra sigillata cũ aceto: aut melle: aut sepo anserino trita fit bo⸗
na inũctio ad vitia piloꝝ cadẽtium sub cilijs. Si de plũbo ta⸗
bula quedã cõponatur: ⁊ sup scrophas imponaẗ destruit eas
⁊ sup femora ligata pollutionẽ aufert: porro si plũbum laue
tur sicut thutia fit iuuamẽtum.

¶ De polio.

Polium ca. est in scđo gradu: sic. in tertio: grossos hu
mores attenuat: hydropicas ⁊ ictericis ꝓpter op⸗
pilationẽ epatis fellis splenis patiẽtibꝰ ꝓdest: mẽ⸗
strua ⁊ vrinã ꝓuocat: vẽtrẽ soluit. cũ aceto bibitũ valet ꝯtra
duritiem splenis. Eius apozima propinatũ lumbricos cucur
bitinos ⁊ ascarides occidit. de quo domibꝰ suffumigatis re⸗
ptilia fugãtur. Capitis tñ dolorem gñat: ⁊ nocet stomacho.
vnde. D. pro polio põt poni equale põdus maligranati ⁊ se
mis casie.

¶ De peonia.

Peonia ca. est ⁊ sic. in scđo gradu. Quiddã hꝫ stiptici
tatis ⁊ quiddã dulcedinis: que masticata sentiẗ in
ore cũ modica amaritudine cũ aliquãtulo acumine
vnde mẽstrua ꝓuocat. Cum melle bibita oppilationẽ epatꝭ
⁊ splenis aperit: cum suo acumine ⁊ põticitate vẽtrem cõsti
pat: ideoq̃ cum vino bibita diarriã curat: in collo pueroꝝ su
spensa timorẽ eoꝝ aufert qđ suũ ꝓprium est. vñ. D. vidi in
quit puerũ. viij. annorũ: in cuiꝰ collo peonia suspẽsa ferebaẗ
⁊ ꝯtigit vt quadã die caderet: qua cadente mox puer in ter⸗
ram cecidit: sed peonia iterũ ligata ĩ collo eiꝰ celeriter a pas⸗
sione euasit. Itẽ a collo pueri sustuli ipse tandẽ cecidit: collo
igitur apposita incolumis releuatus est. Quapropter ꝯfisus
sum quippiã vt tenuissimꝰ fumus dissolutꝰ: ⁊ cũ aere mixtꝰ
cum flamine vo cerebrũ petat. Alij dicũt ⁊ maxie. D. q̃ peo⸗
nia oppilationẽ iuuat.

¶ De prassio.

Prassium ca. est in scđo gradu: sic. in tertio: oppila⸗
tionẽ splenis ⁊ epatis aperit: mẽstrua ꝓuocat putri
dos hũores in pectore ⁊ pulmone existẽtes purgat
puluerizatum ⁊ cũ melle mixtũ putrida vulnera mundificat
eius apozima visum clarificat: cũ felle vulturis mixtũ oculoꝝ
maculas. xxx. annorũ tollit: naribꝰ instillatum corũ pustulas
sanat: dolorẽ dentiũ ex eo lotorũ placat: cũ melle coctũ ⁊ q̃si
diacodion factũ ⁊ datũ ex eo vnũ coclearium valde bonũ est
phthysicis de frigido ⁊ putredinem habentibus: maxime si
cum pineis misceatur. Eius apozima potatum hydropicos
curat: sed tamen renibus ⁊ vesice est nocitiuum. Nonnunq̃
etiam facit mingere sanguinem. Quidã antiqui dixerunt no
cumentum eius restaurari cum seminibus maratri: ⁊ cum
aceto acceptis.

¶ De reu.

Reu aliud indie: aliud ponticũ: indie tñ laudabi
lius: calidũ ⁊ siccum in secũdo gradu: quiddam
stipticitatꝭ habet ⁊ acuminis. valet defecto sto⸗
macho. ventositatem epatis ⁊ dolorem splenis
⁊ duritiam ac hypocũdriacam extensioem cu⸗
rat: renuꝫ dolores ac vesice ⁊ matricis extirpat: sanguinẽ de
pectore manãtem coustringit: anhelitum singultum vulne⸗

racq intestinorum ac diuturnam solutionem et prolixam febrem amputat. Est contra morsus reptilium pulverizatus: et cum aceto temperatus: et faciem et cutem a lentiginibus et impetiginibus mundificat.

De sumac.

Sumac frigidum est in secũdo gradu: sic. in tertio stomachum cõfortat: appetitum excitat: dolores epatis mitigat: valet cõtra solutionem et choleri cum vomitu: fluxum sanguinis et cholere vomitum arcet. De cuius apozimate ore perloto gingiue cõfortantur. Pulverizatum et cũ melle temperatum pdest labijs: et scissuras habentibus. Galie. collyrium de sumac factum prurientibus oculis subuenit. Eius apozima vulnerata curat intestina. Quo non inuento radix herbe acetose ponatur.

De semine croci hortẽsis.

Semen croci hortẽsis cali. est et sic. in secundo gradu: phlegma purgat: colicam passionem curat: tritum et in iure pinguis galline missum potuiq datum phlegma purgat: stomacho tñ nocet.

De squilla.

Squilla ca. et sic. in secũdo gradu: humores incidit: proinde vomitum et egestionem puocat: pectus et pulmonem mundificat de grossis viscosisq humoribus: ideoq valet anhelosis hydropicis yctericis de epatis oppilatione pter grossos et viscosos humores patiẽtibus. Cataplasmata cum rhãno et oleo pedum scissuras curat: opz tñ cauere squillã que sola in campis nascitur nec in circuitu eius alia est: hec enĩ mortifera est ideo nulli medicine admiscẽda est.

De salicibus.

Salices frigide sunt in secũdo gradu: sicce in primo: valet dolori capitis de calore si narib⁹ mittatur: succus eius vulnera solidat. Cortex vstus: et cum aceto temperatus verrucas et poros aufert. Galie. lac inquit a salicibus florem habentibus ereptum visum clarificat oculos defectos cõfortat. Succus frõdium et ramoꝝ potatus mulierem cõcipere nõ pmittit: bibitus etiam sanguinem stringit.

De sisimbrio.

Sisimbrium calidũ est et sic. in secũdo gradu: oppilationem capitis de grosso humore generatam soluit si caput postq̃ fuerit lotum: de eo fricetur: Similiter eius apozima capiti iniectum narium oppilationem aperit. de quo ex agium. i. cum oximelle sumptum valet cõtra morsum vesparum. Siluestre sisimbrium dicitur calamentum esse qđ magis pertinet medicine. fortius enim est eo: qđ potui datum: aut cataplasmatum menstrua et vrinam prouocat: dolorem ventris et duriciem epatis curat: cum aceto coctum: et oleo rosato mixtum capitiq cataplasmatum dolorem mitigat: et fumo a stomacho salienti ad caput repugnat.

De sambaco.

Sambac est arbor: habẽs flores citrinos vel albos que calida est in secũdo gradu: sic. in primo: phlegmaticum humorẽ dissoluit dolorem capitis qui est pter phlegma: aut cho. ni. amputat. valet paralyticis et hemicranicis trita et impetiginibus inuncta oĩno curet easdem: oleũ eius similiter opatur.

De sambuco.

Sambuci cali. sunt in secundo: sic. in primo: sunt dissolutiui et neruoꝝ mollitiui: stomachum molliunt: et vomitum prouocant. Cataplasmati apostema mamillaꝝ sanant: vulnera si clausa sunt aperiunt: et ea ad suam naturam cõuertunt: dolorem aurium placant: bibiti lumbricos et ascarides excludunt: phlegmaticos et melancholicos purgant humores.

De siseleos.

Siseleos calidum est et siccum in secũdo gradu: digestionem adiuuat: vrinam prouocat: stranguriam ex frigiditate dissoluit: anhelituosis et diu tussientibus valet: menstrua prouocat: suffocationem matricis curat: potatus cum vino et pipere calefacit eos qui in itinere frigescũt pter hyemem.

De strigno.

Strignum frigidum est et siccum in secundo gradu: crudum aut coctũ esui datum: aut succus eius potatus calida apostemata in epate: aut in ceteris membris existentia curat: oppilationem epatis aperit. Cataplasmatũ calida apostemata habentibus in exterioribus corporis est optimũ: sanguinis fluxum in mulieribus stringit: succo eius potato aut pessarizato: cataplasmatum super stomachum calidum: mox eũ infrigidat: oibusq calidis apostematibus repugnat si solum aut cũ alijs rebus fuerit mixtũ.

De thure.

Thus calidũ est et siccum in secũdo gradu: cõstipat et calefacit: et visum clarificat. recentia vulnera sanat: fluxum sanguinis vndecũq fluat cõstrigit: pessima quoq vulnera in ano: vel ĩ alio loco nascentia dilatari non permittit: cum lacte temperatum super ea induratum grossum phlegma dissoluit: falsas cogitationes remouet: memoriam corroborat: masticatum cũ origano vel staphisagria phlegma attrahẽdo de capite dissoluit: grauitatem lingue alleuiat: cuz vmbilico maris mixtum et agarico: et aceto temperatum: et super vbera puelle nondũ magnificate cataplasmatum nõ sinit ea crescere vel augeri: cum sepo anatis temperatum fit optimum ad vulnera desiccanda facta propter vstionem ignis: et si dissoluatur cum sapa et auribus instillet mitigat dolorem. Cortex thuris siccio: est thure: ideoq magis valet ad fluxũ sanguinis stringendum: vtilior est vulue de qua feculenti humores fluunt: dolorem stomachi placat: diarriã et dissinteriam et vulnerata curat intestina: si extra cataplasmetur. Quo non inuento duplex pondus galbani ponatur.

De tamarisco.

Tamarisc⁹ ca. est et sic. in secũdo gradu. coctus cũ aceto: aut vino duritiã splenis et dolorẽ dẽtium curat. Ciphus de eis compositus potuq eo tributo duritiam splenis destruit. vnde Galie. vidi inquit capras tamariscum comedere: quibus occisis splenem in eis non inueni. Eius apozima. xl. diebus cum vino potatum omnem splenis duritiam amputat. Muliere lota in eius apozimate humiditates vulue desiccat: pessariuz ex eius cinere factum sanguinis fluxum cõstringit.

De yreos.

Yreos calidus est in secũdo gradu: sic. in tertio: valet cõtra neruorũ dolores de phlegmate et mitigat: tussim placat diuturnã et screatũ facilem reddit: et grossos humores pectoris attenuat: cum aceto potat⁹ morsus curat reptiliũ: splenetics subuenit: spasmum et rigorem febrium sedat: dolorem quoq vulue mitigat: et cũ vino bibitus menstrua puocat. pessarium de eo factũ secundinã: et mortuũ fetuz educit: stomacho tamen nocet. Cum aqua calida bibitus ventris dolorem placat: qui clistus et potatus: vulue dolores curat: si tepidus supponatur. Coctus et cũ oleo rosato mixtus vulnera et pustulas curat. puluis eius putrida vulnera mũdificat. bonam in eis carnem generat.

De oleo yrino.

Yreleon valet dolori neruorũ de phlegmate: et dolori vulue. pessariuz de eo factum valet vulue aperiẽs eam et calefaciẽs: apostema in ea natũ dissoluit: et dolorem aurium de frigido mitigat.

Quia sufficiẽter de medicinis in scdo gradu diximʼ: necesse est vt disputemʼ de his que in tertio gradu consistere videntur.

De magnete.

Aristoteles dixit magnetem esse lapidem in ripa maris indie inuentum: cuius natura calida est et sic. in tertio gradu. Dixit etiam in libro de lapidib⁹ q naute non audent ingredi in mare cum nauibus clauos ferreos habentibus: aut aliquod artificium ferri in eis ducere. Naues etiam illis montibus appropinquanetes omnis clauus et quicquid est ferreum a montanis trahitur. cum proprietate quã habet hic lapis potui datus pondere. ʒ. vnius: vel duarum cuz lacte mulieris prodest eis qui infirmãtur de ferrugine: aut de aliquo ferro venenato sunt sauciati in corpore suo optimũ est: qui mixtus cũ emplastris valet ad extrahendam sagittam de vulnere. Rufus

dicit magnetem confortare melancholicos et auferre ab eis omnem malam suspitionem. Similiter quartanarijs mirares est

De armoniaco.

Armoniacum calidum est in tertio gradu: siccum in secundo: mollitiue et dissolutiue virtutis est. valet sciaticis podagricis et ethicis de viscoso phlegmate. ʒ. j. ex eo cum oximelle potata splenenticos curat. Emplastrum ex eo cum aceto compositum et supra durum epar: aut splenem impositum mox duriciam curat: et lumbricos et ascarides occidit: vrinam et menstrua prouocat. dura apostemata in neruis nascentia curat: et scrophulas dissoluit: si cataplasmatum cum melle et nitro fuerit.

De asaro.

Asarum calidum est et siccum in tertio gradu: vrinam et menstrua prouocat. valet hydropicis: epaticis: et sciaticis: et vulnera mundificat: hydropicos per vrinam expurgat: pro quo pōt poni pondus et semis acori.

De ameos.

Ameos calidus est et siccus in tertio gradu: menstrua et vrinam de grosso phlegmate constipatam prouocat. Cum melle potatus lumbricos cucurbitinos curat: et ascarides occidit: grossam ventositatem dissoluit: lapidem frangit: stomachum calefacit: epar et mesaraicas venas et renes: et vulnera mundificat: quia vrinam et menstrua prouocat. Tritus et cum melle temperatus potuique datus cum calida febrem phlegmaticam curat: et morsus reptilium: assuefactus tamen: aut cataplasmatus cuti colorem citrinum accommodat.

De assa.

Assa calida est et sicca in tertio gradu: aperitiua et expulsiua ventositatis: febrem quartanam curat. Cum calida vel sapa potata putredinem quartane febris mundificat. Cum ouis assis inglutita phlegmaticam tussim curat: posita in naribus valet epilepticis ex phlegmate patientibus: epatis duriciem et eius oppilationem dissoluit. Data cum ficubus siccis prodest vetericis et hydropicis de viscoso phlegmate. mixta cum vino: aut aceto et allopitie imposita eam curat. Collyrium ex ea compositum cum melle acuit visum et cataractis repugnat. cum oximelle bibita lac in stomacho et mamillis coagulatum dissoluit. Bibita cum myrrha et pipere menstrua prouocat. Cum calida potata asperam vocem lenit: et in foramine dentium missa eius dolorem placat. valet contra morsus reptilium et rabidi canis: si emplastrum ex ea componatur: aut potui detur. Gargarizata cum aceto sanguisugam gutturi annexam a carne remouet impetiginem etiam curat. D. pro assa potest poni serapinum.

De amomo.

Amomum calidum et siccum in tertio gradu: mulieri in eius apozimate sedente dolorem vulue placat pessarizatum idem operatur: et menstrua prouocat: eius apozima potatum est optimum paralyticis: epilepticis: nefreticis: et podagricis.

De agno casto.

Agnus calidus est et siccus in tertio gradu: sperma et vrinam desiccat: voluptuosam libidinem mortificat: non solum potatus: sed etiam si quis super eum iacuerit: aut dormierit. Quidam tamen castitatis causa comedunt eum assum: crudus enim capitis dolorem generat. valet etiam diuturne oppilationi epatis et splenis: et est contra hydropisim: menstrua prouocat: cataplasmatus dolorem capitis de humiditate tollit.

De apio et eius speciebus.

Apium calidum est in initio tertij gradus: siccum in medio: oppilationem epatis aperit: vrinam et menstrua prouocat: maxime semen eius: ventrem constipat: habet proprietatem humores superfluos attrahendi ad stomachum: nocet capiti et mulieribus. vnde nocet epilepticis et fetui: quia cum malos trahat humores ad vuluam et misceantur cum nutrimento fetus: generat humores putridos in corpore et pestilentiales. vnde Galie. pregnantibus assuescentibus apio necessario in corpore infantis apostemata et putrida vulnera nascuntur: ideoque medici prohibent pregnantes: et pueros lactentes ab apio: ne puer fiat insipiens: aut epilepticus. Succus apij amphimerine febri valet si soluatur: aut cum succo maratri sit potatus. Semen apij plusquam frondes est diureticum vnde Hippo. Frondes apij vrinam plus prouocant quam ventrem constipant: et radix magis omnibus humefacit ventrem: sed tamen sperma fortioris actionis est quam frondes: et radix maioris quam sperma.

Est et aliud genus apij quod vulgus cerefolium vocat: quod calidum est in tertio gradu: siccum in secundo: cum mellicrato potui datum vrinam et menstrua prouocat: laterum dolorem renum ac vesice placat: ventris torsionem et grossam ventositatem mitigat: ventositatem stomachi et epatis: et viscerum dissoluit: et oppilationem aperit.

Aliud genus est apij quod petroselinum vocatur: et est calidum et sic. in fine tertij gradus. vnde Galie. petroselinum cataplasmatum pustule vel morphee: vel scabiei eas mire mundat: semen eius vrinam et menstrua prouocat. ventositatem et inflationem dissoluit: valet hydropicis et periodicis febribus: dolorem renum et vesice amputat: epar et vulnera mundificat: oppilationem aperit maxime si fuerit in renibus. ventositatem colice passionis dissoluit: vulue superpositum menstrua prouocat: secundinam et mortuum fetum expellit.

De aniso.

Anisum ca. et fri. in tertio gradu: grossos humores attenuat: ventositatem et inflationem dissoluit: oppilationem epatis et splenis aperit: lac mulieribus augmentat: libidinem excitat: vrinam et menstrua prouocat. et sudorem et ventositatem constipat: maxime si assum accipiatur: superfluis humoribus ad vulnera venientibus repugnat: quod si naribus suffumigetur dolorem capitis de grossa ventositate et reumate curat: tritum cum oleo ro. mixtum auribusque distillatum do. eam propter locum: aut casum amputat.

De betonica.

Betonica ca. est et sic. in tertio gradu: cum pusca data valet emoptoycis: cum vino sumpta et melle hydropicos curat: cataplasma de ea factum valet ad oculos ab ictu lesos: succus eius valet aurium dolori: eius folia cum sale trita et cataplasmata valent recentibus vulneribus et fracturis capitis: potata oculorum lachrymas stringit: epatis et splenis oppilationem aperit: lapidem frangit: vrinam prouocat: cum melle sumpta tussim sedat: et ventrem mollit. De radice eius puluis factus: et cum mulsa datus vomitum prouocat: puluis foliorum eius cum mulsa bibitus prodest rupturis: cum mulsa vel vino sumpta obstat veneno: cum tepido vino vetericos curat: et cum mulsa menstrua soluit.

De borace.

Borax calidum est et siccum in tertio gradu: putridos oculos curat: vermes necat: et dolorem mitigat: molestissimum tamen est et fortissimum.

De bitumine iudaico.

Bitumen iudaicum ca. est et sic. in tertio gradu: prodest phlegmaticis: et diuturna febre laborantibus: puluerizatum vulnerata loca solidat: fumus eius suffocationem matricis curat.

De camphora.

Camphora gummi est cuiusdam arboris in montanis indie nascentis: que fri. est et sic. in tertio gradu: calorem et cephaleam cholericam vel sanguine letam naribus applicata: aut cum sandalis vel aqua rosata temperata: aut sola per se mitigat. Huius autem confectio membra principalia et sensus propter calorem defecta confortat. Eius tamen odor assuefactus libidinem extinguit potata melius operatur: porro assueta caniciem festinat venire. aliquantulum camphore cum stiptica medicina mixta stringit cholericam solutionem: sternutatio ex ea cum succo floris poligonie facta sanguinem de naribus fluentem constipat.

De cinamomo.

Cynamomum diuersis modis est. grossum quod de arboribus abscinditur pro quo pōt poni piper album. Est et aliud, quod est cortex ramorum: est et gariofilatum: est et

aliud quasi calamus subtilis qd alithimum d. Omnia ta-
men calida sunt in tertio gradu: sicca in secūdo. Alithimum
tamen qd est quasi calamus: ceteris est laudabilius: q: sto-
machum cōfortat ⁊ aromatizat: ⁊ eius desiccat humiditatē
Oppilationem aperit: cibū bene digerit: phlegma dissoluit:
vrinam ⁊ mēstrua ꝓuocat: tussim etiā de grossa humiditate
⁊ catarrum curat: renūq; dolorem placat: morsus reptiliū
curat: hydropisim tympanitem curat: in collyrio mixtum su-
perfluam oculoꝝ humiditatem siccat. Tritum ⁊ cū aceto tē-
peratum impetiginem ⁊ lentigines extirpat. Grossum vero
cinamomum quasdā habet ꝓprietates: q: duabus.ʒ.ex eo
cum frigida ieiunis datis sanguinem emorroydaꝝ stringit:
vt autē Ga. ⁊ Cleopatras testātur: pro eo casia ponitur: ⁊
ab alijs galāga idē valere d. Cinamomū dictū est: q: cortex
eius in modum cāne fit rotūdus ⁊ gracile: gignitur aūt in
india ⁊ ethiopie finibus frutice breui: duoꝝ tn̄ cubitoꝝ co-
lore subnigro vel citrino vel cinereo: tenuissimaꝝ virgarum.
Illam qd in grossitudie extēditur despectui est. qd vero gra-
cilius: cum frāgitur visibile spiramētum emittit ad magnitu-
dinē nebule seu pulueris.

De casia lignea.

Casia lignea cali. est ⁊ sic. in tertio gradu: stoma-
chum epar vulnera ⁊ omnia membra principalia
confortat: oppilationem aperit: grossos humores
⁊ ventositatem dissoluit: vrinam ⁊ menstrua pro-
uocat: muliere in eius apozimate sedente: vulne-
ra mox cōfirmat: fumigata ex ea dolorē vulue placat: eius op-
pilationem aperit. Mixta cū medicina laxatiua adiuuat ei-
ciendo grossos humores: cum melle temperata super dura
⁊ humida apostemata ca. dissoluit ⁊ curat. Cleopatras cina-
momum alithimum pro casia: ⁊ casiam ꝓ cinamomo posuit
D. dicit duplex poni cinamomum pro casia.

De costo.

Costum duobus modis est. Unum: quod rubeum
est ⁊ graue amariq; saporis: est ⁊ aliud album: qd
inuenitur in arabia: cuius pondus est leue nullam
habens amaritudinem: vtrūq; tamen calidum ⁊ siccum in
tertio gradu est: tamen laudabilius ⁊ subtilius: ⁊ calidius
costum indie: Arabie vero temperatū est: vtrūq; tamen vri-
nam ⁊ menstrua prouocat: dolorem vulue placat: si pessariū
vel calefactio vl' cataplasmata ex eo fiāt. Mulieri ex eo fumi-
gate menstrua prouocat: valet epati ⁊ spleni: eorum aposte-
ma dissoluit: oppilationem aperit: dolorem spasmi laterisq;
curat: Cucurbitinos etiam cum sua amaritudine necat: im-
petiginem mūdificat: potatum cum vino: ⁊ melle libidinem
commouet. D. dicit costum cum vino coctum ⁊ potatum pe-
ctoris ⁊ lacertorum fracturam ⁊ inflationē curat: cum sam-
buceleon epithimatum ⁊ coctum: rigorem aufert. valet etiā
paralyticis ⁊ sciaticas: q: humores intus existentes extrahit
puluerizatum vulnera putrida curat.

De coloquintida.

Coloquintida calida est in tertio gradu: sicca in se-
cundo: phlegmaticos ⁊ viscosos purgat humo-
res. torsionem tamen ⁊ dolorem in stomacho: ⁊ in
intestinis generat: ⁊ ea excoriat: proinde non de-
cet subtiliter puluerizari: ne puluere applicato in
intestinis discoriet ea: Cum eis igitur admiscenda sunt dra-
gagantū gūmi mastix: ⁊ his similia. Multū enim nociua est
stomacho. ꝙ si pomū vnū de coloquintida accipiat: ⁊ de se-
minibus: ⁊ de carne euacuetur: ⁊ de sambuceleon impleat
⁊ cum pasta operiatur ⁊ super ignem ponatur ⁊ bullire tri-
bus vel quattuor vicibus dimittatur: fit optimum epithima
ad capillos denigrandos ⁊ custodiēdos. caniciem venientem
disturbat: ꝙ si de aceto plenū coquatur dolorem dētium pla-
cat: Clysterizatū conuenit sciaticis podagricis ⁊ colicis de
phlegmate: cataplasmatum sciaticos curat.

De carui.

Carui ca. est ⁊ sic. in tertio gradu: viscositatem ⁊ infla-
tionem dissoluit: digestiuā virtutē cōfortat: vrinā
prouocat: stomachū corroborat: lūbricos occidit.

De carui siluestri.

Cardamone. i. carui siluestre ca. est ⁊ sic. in tertio gradu
valet epati diu tussiētibus phlegmaticis ⁊ strāguriosis
morsibus reptilium resistit: ventris torsionem ⁊ dolorem de
grossa ventositate et grosso phlegmate curat. Cum aceto
mixtum scabiem ⁊ impetiginem ⁊ alopitiam sanat: de quo
qui fumigatur sudor eius ꝓuocatur.

De camepitheos.

Camepitheos ca. est ⁊ sic. in tertio gradu: est laxa-
tiuum ⁊ grossoꝝ humoꝝ attenuatiuum ⁊ mēbroꝝ
interioꝝ mundificatiuū: oppilationis epatis ⁊ ma-
tricis aperitiuū: vrine atq; mēstruoꝝ prouocatiuū: ytericiā
curat: de q̇ duo exagia cū ficuū siccarū apozimate nefresim
extirpat. j. exagiū cum vino coctū ⁊ potatū superiora mūdi-
ficat intestina. Eius apozima cū melle potatū dolorē femo-
ris ⁊ coxarum aufert: vulnera solidat: loca putrida siccat: du-
riciem mamillarū dissoluit: si cataplasmetur in vberibus.

De camedreos.

Camedreos ca. est ⁊ sic. in tertio gradu: grossos hu-
mores ⁊ putridos attenuat: splenis dissoluit oppi-
lationem: ⁊ interioꝝ mēbroꝝ oppilationem aperit:
Cuius apozima bibitum vrinā prouocat: pessarizatum men-
strua educit.

De cimino.

Ciminum ca. est ⁊ sic. in tertio gradu: vētositatem
⁊ inflationem stomachi dissoluit: vrinā prouocat:
valet cōtra frigiditatem epatis. qd in oleo coctū
⁊ clysterizatum torsionem ⁊ dolorē de grossa ven-
tositate dissoluit ⁊ inflaturā curat. Cataplasma-
tum cū polline ordei eadem operatur: in aceto missū ⁊ assum
ventris solutionem ꝓpter liquidos humores cōstringit. por-
ro ciminum cū aceto assum: ⁊ in aqua bullitum: valet contra
orthomiā ⁊ tussim ⁊ anhelitū de grosso phlegmate curat: hu-
mores putridos a vulua fluētes desiccat. Cum vino bibitū
morsus reptiliū curat. Pessarizatum cū oleo ventrem ⁊ flu-
xum sanguinis stringit: ⁊ fluxū de naribus: assuete tn̄ quis
ex eo lotus: vel illud sepe potatū citrinitatem in supficie cor-
poris plūbeo colore mixtam patitur.

De cicuta.

Cicuta cali. ⁊ sic. in tertio gradu: grossos ⁊ viscosos
humores attenuat: vrī ⁊ mēstrua ꝓuocat ⁊ augmē-
tat: lumbricos ⁊ ascarides occidit: sciaticos ⁊ arte-
ticos de viscoso phlegmate curat: si ex eius apozimate lauē-
tur aut potētur: grossam quoq; intestinoꝝ expellit vētosita-
tem: colicā passionem ⁊ ylij dolorē curat: pectus ⁊ pulmonē
de grosso viscosoq; phlegmate curat. Si vero. xxviij.ʒ. cicute
cum libris. viij. vini super suauem ignem coquātur quousq;
quarta ps vini cōsumatur: fit optimū apozima epilepticis.
Si vnaquaq; die.ʒ.x. ex eo accipiātur quousq; xl. dies cōplea-
tur: si ex apozimate hoc datū fuerit mulieribus nō concipien-
tibus vel semel pregnātibus eadē die ad vsum cōcipiēdi eas
cōuerteret: sed tn̄ signū quo pricipaliter cognosces impgna-
tas esse est vomitus illius apozimatis: ita ꝙ nullatenus reti-
nere valeāt.

De calamento.

Calamētum triplex est. aquosum: montanum: petro-
sum: oīa sunt ca. ⁊ sic. in tertio gradu. vnde Hippo.
aquosum libidinē extinguit: q: sperma liquefacit ⁊
inuolūtarie expellit. vrī spmate finito corpora deficiūt. Ter-
restre ventrem humectat. Petrosum morsus reptiliū curat:
cum vino bibitum ante potionem venenosam mortifero re-
pugnat: in domibus suspēsum oīa reptilia fugat: cataplas-
matum super morsus reptiliū venenum attrahit de interio-
ribus ad exteriora cū sui subtilitate. Qd puluerizatum ⁊ cū
melle temperatū ⁊ suppositum ventrem mollit: ytericis ⁊
febrem nō habentibus ⁊ melācholicis veteri-ātibus. ʒ. ij. die-
bus tribus cōtinuis potui dare eos mūdificat. vnde D. ca-
lamentū valet lepre: q: dissolutiuā ⁊ attenuatiuā habet vir-
tutem: qd sic testificatur. Uidimus em̄ superficiem corporis
ab oībus maculis mūdificari. Si viride in vino coquatur et
super maculas inducatur. Succus eius auribus distillatus
vermes occidit. Eodem modo vulnerū vermes occidit: men-
strua prouocat: stomachum ↄfortat: digestiuā virtutem adiu-
uat: oppilationem aperit: renū frigiditatem calefacit: vrinā
prouocat: grossos ⁊ viscosos humores pectoris ⁊ pulmōis
attenuat ⁊ mūdat: ideoq; spasmatis ⁊ anhelitUosis succurrit
vomitū cōstringit: valet singultui de frigiditate. fm quosdā

maniacis congruit: quia choleram nigram cum egestione et vrina purgat. Petrosum ceteris fortius: sed tamen in spermate desiccando fortius aquosum.

De ciclamine.

Cyclamen ca. ⁊ sic. in tertio gradu: potatum cum vino morsus reptilium curat: contra venenum facit visum: cum aceto temperatum ⁊ locis sciaticis appositum dolorem cito placat. super allopitiam positum eam optime curat: tussientibus valet.

De diagredio.

Diagredium ca. est ⁊ sic. in tertio gradu: proprie choleram rubeã purgat: p cõtrarium phlegma. Nocet tñ stomacho: epati: ⁊ spleni: amputat appetitum: angustiam facit: et abhominationem: ideoq; antiqui iusserũt cum eo anisum ⁊ daucum: ⁊ apium misceri: aut mastix vel oleum ro. admisceatur vel amygdaleon. Quidam coquũt illud cum citonijs vel pomis: neq; debet teri subtilissime: ne villis stomachi annexum excoriet ⁊ lienteriam generet: in coctanis coctum: ⁊ cum aceto temperatum morpheam ⁊ scabiem acutam amputat. Malum tñ est si assidue fiat: ⁊ aborsum facit. sepe eñ euenit vt mulier inde moriatur: ⁊ ideo caue ne mulieri pgnãti detur.

De dauco.

Daucus ca. est in tertio gradu: sic. in secũdo: fit aũt actio fortior: vrinam ⁊ mẽstrua puocat: phlegmaticam hydropisim ⁊ morsus reptilium curat: oppilatões epatis ⁊ splenis aperit: vulnera aperit ⁊ mundificat: vrinã ⁊ menstrua pessarizatus similiter operatur. eius apozima potui datum mũdificat pectus cum screatibus: ⁊ grossos humores intestinorum dissoluit. vnde dolorẽ ventris ⁊ torsionem amputat. Mixtum cum semine apij fit eius actio fortior.

De doronicis.

Doronice sunt radices albe ⁊ subtiles in india nascẽtes: q̃ sunt ca. ⁊ sic. ĩ tertio gradu: dolorẽ de inflatura ⁊ grossa ventositate: maxime in vulua existente placãt: ⁊ morsum reptilium curant: ideo quidam miscẽt eas in magnis antidotis contra venena existentibus. Similiter galanga valet.

De dampnidijs.

Dampnidij cali. ⁊ sic. sunt in tertio gradu: dolorem epatis ⁊ splenis pper frigiditatẽ ⁊ hũiditatẽ ⁊ dolorem capitis pper phlegma ⁊ grossam ventositatem amputãt: frõdes eorum lapides frãgunt: stomachum nõ defecerãt: vomitum irritãt: frõdes eorum cataplasmate: morsus reptilium curãt. Mulieribus in eorum apozimate sedentibus vesicam ⁊ vuluã iuuãt. Semina calidiora sunt frõdibus. Electuarium ex his cum melle: aut cum sapa cõpositum putrefactionem pulmonis ⁊ anhelitum extirpat: mixtũ cum vino ⁊ oleo ro. ⁊ guttatim auribus instillatum: dolor earum et sonitus atq; putredo curatur: radix cum oximelle potata dolorem epatis placat: eiusq; oppilationem aperit: renũq; ⁊ vesice lapidem frangit. Dampneleon est calefactiuum et humoris venarum apertiuũ: liuorem aufert: ⁊ oẽm dolorem ⁊ oĩa que sunt de frigiditate extirpat: scabiem ⁊ pustulas impetiginem: vermes pediculos ⁊ furfures mundat: allopitiam curat. Caueant tamen ab eo cho. ru. habentes.

De draganto.

Dragãtum .i. vitreolum est quadruplex. est enim album vt sal: qđ fit in india: aliud venit de africa: cuius puluis citrinum habet colorem: ⁊ est aliud qđ fit in gallia: qđ terra francigena dicitur: quartum aliquantulum est viride: melius est ceteris: qđ fit in insula cypri: omne tamen dragantum ca. est ⁊ sic. in tertio gradu: oculorum extremitates mundificat ⁊ palpebrarum: putrida corrodit vulnera: cum succo porri mixtum sanguinẽ de naribus: aut vulnere fluentem constringit: superfluam carnem corrodit: ⁊ fetida vulnera mundat: vstum minus est vritiuum: ⁊ plus desiccatiuum: sanguinem vndecũq; fluat stringit.

De diptamo.

Diptamum ca. est ⁊ sic. in tertio gradu: vulnera de grossis ⁊ melancholicis humoribus purgat: bibitum: aut vulue suppositum menstrua prouocat: secundinam ⁊ mortuum fetum expellit: ferrum ⁊ lignum de vulnere extrahit.

De enula.

Enula calida est in medio tertij gradus: humida in primo: diuturnũ dolorem pper frigiditatem curat: pectus ⁊ pulmonẽ de grossis ⁊ viscosis humoribus mundat: Electuarium de ea cõpositum cum melle diuturnas tusses: ⁊ anhelitus ⁊ inflationem curat ventris: morsus reptilium ⁊ fracturas lacertorum curat: sciaticis ⁊ arteticis de phlegmate patiẽtibus subuenit: assuete tñ sumpta dolorem capitis generat.

De epithimo.

Epithimum cali. est ⁊ sic. in tertio gradu: choleram nigram purgat: ⁊ in ventre ⁊ in intestinis: tolle .ʒ.x. epithimi ⁊ liga in panno tenui ⁊ raro a prima hora noctis vsq; dum aurora apparuerit: deinde pãno expresso vinum calefactum cũ aliquantulo sirupo violato: ⁊ amygdaleon potetur: fit vtilissimũ melancholicis. purgat eñ choleram ni. absq; vlla defectione. Galie. oportet dare melancholicis .ʒ.ij. cum sero: maxime cui cãcer inest. Sed q: epithimũ angustiam generat: debet iungi cũ amygdaleon: neq; subtiliter pulueriʒetur.

De elleboro albo.

Elleborus albus cali. est ⁊ sic. in tertio gradu: stomachum cũ vomitu mũdat: grossos ⁊ diuersos humores expellit. Qui suppositus vomitũ prouocat: Malus tamen est: quia suffocationem ⁊ angustiam ⁊ sincopim facit: ⁊ extremitatum frigiditatem generat: precipue si os stomachi acutum sensum habeat: vnde ante elleborum modicum cibũ dari oportet: ne stomachus sit manitus: aut os eius vacuũ. Quidã tamen accipiunt illum cũ iuribus tritici vel ordei vt nullum nocumentũ inferat. pessarizatus menstrua prouocat: cõmouet etiam sternutationem: qui cum farina mixtus: ⁊ cum melle temperatus occidit mures: si ex eo comederint. Pulueriʒatus ⁊ cũ lacte ⁊ aceto mixtus: ⁊ in circuitu domus perfusus necat muscas. Mixtus cũ aceto alopitiã curat: miscetur aliqñ in collyrijs ad clarificandũ visum.

De elleboro nigro.

Elleborus niger calidus est et sic. in tertio gradu: morpheam scabiem ⁊ impetiginem curat: cholerã nigram ⁊ phlegma purgat: epilepticis paralyticis melancholicis maniacis ⁊ arteticis cõuenit: menstrua prouocat. Qui tribus diebus continuis foraminibus emorroydarum appositus aperit eas ⁊ mundificat. Similiter auribus grauiter audientibus succurrit. Coctus cũ aceto dolorẽ dentium ore ex eo loto mitigat: cum melle temperatus et super rosuram dentiũ appositus eos celeriter curat: alopitie inunctus valet: mixtus cũ lupinis facie ex eorũ aquis lota mũdat eam a lentiginibus ⁊ impetigine. mixtus cum polline ordei: ⁊ cum vino cataplasmatus aquam citrinam hydropicorum curat. Quidã dicunt multum esse laxatiuũ elleborum nigrũ iuxta aquã nascentem ⁊ humido loco ⁊ obscuro.

De elacteride.

Elacterides cali dus est ⁊ sic. in tertio gradu: de quo ʒ.j. potatus phlegma ⁊ cholerã nigrã purgat: valet cõtra hydropicos. radix similiter operatur: succus eius auribus distillatus dolorẽ aufert. Cataplasmatus cum farina ordei diuturna ⁊ phlegmatica apostemata soluit: ⁊ impositus cũ terebenthina apostema velociter vulnerat: Coctus cum aceto ⁊ frigide podagre cataplasmatus eam celeriter curat: ore ex eo loto ⁊ aceto dolorem dentiũ aufert: succus eius cum aceto mixtus scabiem morpheam ⁊ omnes maculas corporis mundificat. Mixtus in medicinis vomitum ⁊ egestionem: ⁊ menstrua prouocat. vnde fit multum ad hoc conueniens. Eius oleum frigida corpora calefacit: ⁊ valet cõtra impetiginem ⁊ totius faciei sordiciem. Sonitum aurium ⁊ grauitatem auditus amputat.

De ferro candenti ⁊ ferrugine.

Ferrum candens in aqua vel vino extinctum: vt D. dicit: optimum est diuturne solutioni ⁊ vulneribus intestinorum: apostemati splenis ⁊ stomachi mollicici. Galie. aqua in qua ferrum candens est extinctum data egrotanti iuuat. Sed ferrugo frigida est ⁊ sicca in tertio gradu: que in vino infusa

⁊ bibita stomachum confortat. Cum aliquo antidoto mixta valet molliciei stomachi: eiusqꝫ corruptioni: neruos enim cō fortat: emorroydas curat: plumbeum colorem aufert: qui est propter emorroydas. Sanguinis fluxum in mulieribus cō stringit: vt mulieres nō cōcipiāt prohibet. Cum aceto temperata ⁊ cocta humores ab auribus fluentes desiccat: sed tamen bibita grauitatem ⁊ dolorem stomachi generat ⁊ singultum. Que bibita cū ex agio semis magnetis lapidis temperati cum vino: si potui detur: mortem sine dubio generabit. Pessarium de ferrugine compositū fluxum sanguinis stringit: temperata cum aceto ⁊ super calidas pustulas imposita siue emorroydas iuuat. Cataplasmata calidam podagram refrigerat: vncta vel imposita super allopitiam capillos restaurat.

¶ De galanga.

Galanga cali. est ⁊ sic. in tertio gradu: stomachum phlegmaticum corroborat: inde digestiuam adiuuat: ventositatem dissoluit: colicam curat: renibus caliditatem ⁊ libidinem augmētat. Eo modo valet cinamomum.

¶ De galbano.

Galbanum calidum est in tertio gradu: siccū in secūdo. Si de eo pessarium aut fumigatio fiat menstrua prouocat: secūdinam ⁊ mortuum fetum expellit. Cataplasmatum cū nitro ⁊ aceto sordiciem pustularum mūdificat: tussim ⁊ anhelitum sedat: mixtum cum melle ⁊ figia equaliter ponderatis fit bonum electuariū humide tussi ⁊ raucitati que fit propter grossos humores ad pectus descendentes. mulieribus autem epilepticis ex eo fumigatis suffocatio matricis ⁊ humiditas epileptie sedatur. Eius autem suffumigium reptilia fugat. Epithimatum super corpora custodit ea a morsibus reptilium: super dentes dolentes impositum dolorem mitigat: cum vino forti pregnanti datum celeriter mortuum fetum excludit laboriosis et spasmatis cōuenit. Similiter oppoponacum et serapinum facit.

¶ De gentiana.

Gentiana calida est ⁊ sicca in tertio gradu: attenuat mūdificat ⁊ colorat: oppilationē epatis ⁊ splenis aperit. ʒ. ij. de ea temperatis cum melle ⁊ aqua calida potuiqꝫ datis aut cataplasmatis morsum serpentum curat: pessarizata menstrua prouocat: secūdinam ⁊ mortuum fetum expellit. Asarum equo pōdere idem operatur.

¶ De hermodactylis.

Hermodactyli cali. sunt ⁊ sic. in tertio gradu: dolorem arteticum ⁊ sciaticum ⁊ podagricum curant: cum sua enim proprietate grossorum et viscosorum humorum sunt dissolutiui: sed tamen molestissimi sunt: quia angustiam ⁊ dolorem stomachi generant.

¶ De indico.

Indicus frigidus est ⁊ siccus in tertio gradu: sanguinem stringit: vulnera mūdificat: apostema dissoluit calorem refrigerat.

¶ De leuistico.

Leuisticum calidum est ⁊ siccum in tertio gradu: cibum digerit: oppilationē epatis ex frigiditate humoris aperit: dolorem stomachi mitigat: vētositatem ⁊ inflationem rugitum ⁊ torsionem dissoluit: menstrua ⁊ vrinam prouocat.

¶ De mumia.

Mumia quidam dicunt esse aspaltum: quedam tamen species est que inuenitur in sepulcris mortuorum. Antiqui enim mortuos ex ea vngebant ne cito putrefierent: aut vermes producerent: cali. ⁊ sic. est in tertio gradu. valet contra fracturam ossium: frigiditatem neruorum: percussionem: fracturam etiam capitis ⁊ niteriorum membrorum: sanguinem de crepatura vel scissura: ⁊ in quocunqꝫ loco interiori fuerit: sedat si cum terra sigillata potetur: que si detur cum modico sambuceleon sternutatio prouocatur: capitis dolorem de frigido mitigat.

¶ De nigella.

Nigella calida est ⁊ sicca in tertio gradu: ventositatem ⁊ inflationem grossam stomachi ⁊ intestinorum dissoluit: superfluos hūores desiccat: cū mulsa temperata ⁊ potui data lapides renum ⁊ vesice frāgit: vrinam ⁊ menstrua prouocat: ⁊ est contra morpheam albam. Cataplasmata cum aceto fit contra scabiem ⁊ pustulas atqꝫ dura apostemata. Cocta in oleo valet reumaticis de grossis humoribus sternutatiōe prouocata ex ea: potata lumbricos ⁊ ascarides necat: febrem phlegmaticam aufert: trita ⁊ cum oleo lentiscino mixta ⁊ in auribus distillata frigidā ventositatem ⁊ oppilationem curat. Mixta cum sanguine tyri: aut hirūdinis imposita super impetiginem: scabiem: aut qualecūqꝫ apostema corporis optime curat. Sternutatio ex ea ꝓuocata valet epilepticis ⁊ paralyticis. Fumus etiā nigellarum reptilia fugat. Multa tamen quantitas ex eis potata mortem inducit.

¶ De oxifenitia.

Oxifenitia sunt dactyli indi: qui frigidi sunt et sicci in tertio gradu: purgant choleram rubeā ⁊ vitam: bullientem sanguinem ⁊ incēdentem refrigerant: acutas febres ⁊ cholericum vomitum arcent.

¶ De origano.

Origanum duplex est: domesticum et siluestre: vtrūqꝫ ca. est ⁊ sic. in tertio gradu: siluestre tamen calidius: vrinam ⁊ menstrua prouocat: ventositatem ⁊ rugitum stomachi ⁊ intestinorum expellit maxime si sint ex grossis humoribus vel cibis indigestis: lumbricos ⁊ ascarides occidit ⁊ expellit si eius apozima potetur. masticatum dolorem dentium mitigat: stomachum pectus ⁊ pulmonem de grossis humoribus mundat: cum ficubus siccis manducatum sudorem prouocat: corpore ex eius apozimate loto scabiem ⁊ ictericiam sanat. Rursus origanum visum propter phlegma obscuratū clarificat: succus eius cum lacte mulieris auribus instillatus dolorem mitigat.

¶ De oppoponaco.

Oppoponacum cali. est ⁊ sic. in tertio gradu: dolorē artericū sciaticū podagricū de grossa vētositate ⁊ viscoso phlegmate placat: cum vino potatum periodicas febres ⁊ diuturnas egritudines curat: fracturas lacertorum solidat: dolorem laterum torsionem tussim strāguriam ⁊ scabiem vesice extirpat: pessarizatum aut cum melle potatum eis qui ex aliqua cogitatione tremescūt subuenit: ⁊ in foramine dentis missum dolorem mitigat: menstrua prouocat: mortuum fetū expellit: ventositatem ⁊ duriciem vulue dissoluit. Collyrium ex eo factū visum acuit. Emplastrum ex eo ⁊ pice compositū morsum rabidi canis curat. Quo non inuento galbanum idem operatur.

¶ De pipere longo.

Piper longum calidum est in tertio gradu: humidum in secundo: ideoqꝫ sensum gustus cum velocitate non perforat sicut piper nigrum. sue enim humiditatis grossitudo prohibet suam caliditatem penetrare: ⁊ sic probatur esse humidum: si diuidatur cito corrodit seipsum. Similiter zinziber vt piper longum digestiuā inde confortat: ventositatem a stomacho ⁊ intestinis dissoluit: libidinem augmentat.

¶ De pice liquida.

Pix liquida calida est ⁊ sicca in tertio gradu: est contra venenum: de qua vnum codear cū melle acceptum valet vulneribus pectoris ⁊ pulmonis: tusses etiam diuturnas ⁊ anhelitus curat: Gargarizata apostemata vue et gutturis ⁊ suffocationem curat. Cum amygdaleon auribus distillata desiccat: humiditates ab eis fluentes cataplasmata cum salice super loca a reptilibus vulnerata cum cera equali pondere mixta sanat: impetiginem et vulnera et etiam ani duriciam soluit. Mixta cum melle putrida vulnera mundat ⁊ sanat: cum sulphure mixta valet contra farsum: ei enim resistit ne corpus perambulet. Pix sicca omnia supradicta operatur licet debilius: sepius tamen miscetur cum emplastris ⁊ vnguētis vulnerum.

¶ De polipodio.

P Olipodium calidum est in tertio gradu: siccum in secundo: choleram nigram et phlegma grossum purgat: cum crassa gallina coctum placat dolorem ylij qui est de plegmate viscoso: tribus. ʒ. de eo cum cassiafistula potatis prosunt leprosis et melancholicis.

¶ De policaria.

P Olicaria calida est in tertio gradu: sicca in secundo: aperitiua: attenuatiua: et stomachi confortatiua: appetitum excitat. Pulverizata et cum oxizaccara potata phlegma et cholerā nigrā purgat: mulieribus in eius apozimate sedentibus duriciem vulue: et calida apostemata dissoluit: cataplasmata interiores curat emoroydes: eius oleum calefacit et mollificat: et ora venarum aperit: vrinam et menstrua prouocat. Pessarizatum dura apostemata vulue dissoluit. Emoroydis ex eius oleo perunctis mox aperiuntur. Est etiam bonum neruis et lacertis vulneratis si lana superponatur.

¶ De sauina.

S Auina cali. est et sic. in tertio gradu: attenuat proinde vrinam et menstrua prouocat. D. Sauina assuefacta sanguinem mingere facit. Cataplasmata cutem ab omni sorditie mūdat. ʒ. x. sauine cum vj. butyri coctis ad conseruationem butyri missis: quia cū eis. ʒ. x. zuccare potui cū caliditate datis fit optima ꝑpter dolorē emoroydarū: pro qua possunt poni equaliter frondes cypressi: et alij dicunt casiam.

¶ De sandalis.

S Andali tribus modis sunt: albus: niger: citrinus: qui omnes frigidi sunt in tertio gradu: sicci in secūdo. Sa. calidis natura cōueniūt: defectū stomachum habentes et cardiacos iuuant: et ad omnes dolores qui nascuntur ex cholera rubea: et ad sanguinem qui est in stomacho. Temperati cum aqua rosarum modicoq̄ cāphore. et temporibus impositi dolorem capitis de calido mitigant. Cum albugine oui et aliquantulum scariole super tempora cataplasmati humoribus ad oculos fluentibus repugnant. Temperati cum succo solatri vel semperuiue: vel portulace calidam podagram refrigerant. Membra p̄terea defecta cōfortant: herisipilam curat.

¶ De spodio.

S Podium est q̄si cinis. quidam aūt dicūt esse cinerem radicis calami in india nascentis: alij autem manifestant esse cinerem ossis elephātis: qđ frigidum est et siccum in tertio gradu: vētrem et vomitum cholericum arcet: stomachum cōfortat: colorem epatis refrigerat: sincopim de choleris ad os stomachi fluentibus curat: putridas pustulas in ore pueri natas desiccat et sanat: si solū seu cum rodozaccara super eas ponatur. Cum calida potatum asperam vocem lenit: et foramini dentis immissum dolorem placat. D. pro spodio serapinum ponitur.

¶ De sansuco.

S Ansucus cali. est et sic. in tertio gradu: capitis dolorem et hemicraneam de phlegmate et cholera nigra curat: si caput ex eius apozimate lauetur: aut naribus applicetur: oppilationem et grossam ventositatem dissoluit: Eius apozima bibitum ꝓdest hydropicis: stranguriam ventrisq̄ dolorem habentibus. Cataplasmatum cum aceto morsus reptilium curat: et cum melle cataplasmatum nigredinem sub palpebris amputat. pessarizatum menstrua ꝓuocat: cum sambuceleon laborem aufert. Cōuenit epilepticis: auribus instillatus dolorem et sonitū placat.

¶ De staphisagria.

S Taphisagria calida est et sicca in tertio gradu: que cum mastice: aut olibano masticata multum phlegma de capite purgat: linguam ꝑpter phlegma grauatam attenuat vel alleuiat. Gargarizata caput de viscoso et grosso phlegmate mūdat. Cocta cum aceto dolorem dentium et gingiuarum putredinem curat. Sternutatio de ea et nigella cū aceto facta iuuat ictericos de oppilatione venarum: mixta cum auripigmento fit contra scabiem et pediculos: pro qua piretrum pot poni.

¶ De squinanto.

S Quinātum calidū est et sic. in tertio gradu: vrinam et menstrua prouocat: apostema in epate: aut in ore venarum existens dissoluit. Epar renes et vulnera mundificat: lapidem frāgit: sanguinis fluxum arcet: dolorem stomachi curat: apozima eius apostema vulue dissoluit: et hydropicis ꝓdest: radix eius stomachum confortat: appetitum auget.

¶ De semperuiua.

S Emperuiua fri. in tertio gradu: sic. in secundo: herisipilam refrigerat: et farsum: et pessimas pustulas exca. curat. Si cataplasmetur in collyrijs mixta calidā ophthalmiā et apostemata oculorum dissoluit: Cum oleo ro. mixta dolorem capitis de calore soluit: aut de cholerico fumo ad caput saliente curat: potui cum vino data: valet contra ascarides: pessarizata humores fluentes a vulua desiccat.

¶ De sanguine draconis.

S Anguis draconis est gūma de quibusdā arboribus in india et persia nascētibus: qui frigidus est et siccus in initio tertij gradus: loca gladijs et alijs incisa rebus solidat: et vulnera in interioribus existētia curat: et ventrem cōstipat. Halie. radices eius arboris viscera de grossis et viscosis hūoribus mūdant. Cum aceto tēperat⁹ morphea curat: et impetiginem superpositus: succus eius in collyrijs oculorū mixtus visum clarificat.

¶ De satirione.

S Atirion calidus est et sic. in tertio gradu: de quo duobus exagijs potatis libidinem auget: et coitus desideriū corroborat. Halie. et D. cōcordati sunt dicentes: satirionem esse paralyticis vtilissimū: et colla post tergū cōuersa habētibus: si cū vino bibatur vētositatem et gibbositatem curat.

¶ De thimo.

T Himum optimum est nature: et est calidum et siccum in tertio: cum sale tritum et cum aceto phlegma salsum purgat: eius apozima cū melle coctū anhelituosis de grosso phlegmate pectoris succurrit: mēstrua prouocat: secūdinam expellit: lumbricos occidit: oppilationem epatis aperit et interiorum membrorum.

¶ De turbith.

T Urbith est radix intus et extra equalis: que aliquando est albi et citrini coloris: et inuenitur in arabia et syria: arbor eius quasi ferula: que cali. est et sic. in tertio gradu: a quibusdā dicitur esse in secundo: phlegma atq̄ frigidos chimos et omnes viscosos humores purgat: proinde vtile est frigide podagre et dolori artetico: nocet tamen stomacho: et facit angustiam. oportet ergo vngi corpus cum oleo viola. aut amygdalino.

¶ De ysopo.

Y Sopum calidum est et siccū in tertio gradu: eius apozima cum ficubus siccis et melle et ruta coctum apostema pulmonis curat: et anhelitum ac diuturnam tussim et catarrum de capite ad gulam et pectus descendentem curat: lumbricos occidit. Eius apozima cū melle bibitum grossos humores purgat: cum ficubus siccis manducatum vētrem humectat: et cutem clarificat. Cum aceto coctū et ore loto dolorem dentium amputat. Auribus ex eo fumigatis dolorem mitigat: pro quo potest poni sansucus.

¶ De ypoquistidos.

y Poq̄stidos sunt rami in silua nascētes: quorum longitudo vnius palmi est: plures tamen sunt sub terra q̄ in superficie: qui in superficie terre sunt: longitudines trium vnciarum frondes habent paruas purpureum colorem habentes: quorum radix est rubea parumper nigredine perfusa: habet etiā asperitatem: que fri. est et sic. in tertio gradu: sanguinem de quocūq̄ loco fluat maxime mulierum constringit: valet diarrhis et dissintericis.

cataplasmati membra confortant: et putrida vulnera mundificant et desiccant. Succus eorum fortius operatur.

¶ De ypericon.

Ypericon calidum et frigidum in tertio gradu: vrinam et mēstrua prouocat. Epar venas et vesicā mundificat: femorum dolores curat: vulnera desiccat: venenum superat. Cataplasmatum vulneribus ea celeriter curat.

¶ De zinzibere.

Zinziber ca. est in tertio gradu: humi. in primo. Epar de frigido et humido oppilatum aperit: grossas stomachi et intestinorum ventositates dissoluit: ventrē humefacit. ʒ. duo ex eo cū calida accepte viscosos humores purgant.

¶ De zinzibere condito.

Zinziber conditum libidinē augmentat: stomachum calefacit: cibum digerit: superfluam stomachi humiditatem de piscibus et fructibus desiccat: pro quo piper album vel longum potest poni.

¶ De zedoaria.

Zedoaria calida est in tertio gradu: sicca in primo: est contra venenū et morsus reptiliū: inflatiuam et grossam ventositatē dissoluit: stomachū confortat: appetitū excitat: putredinem oris propter allia amputat: si post allia accipiat. Similiter etiā vini odorē ab ore aufert.

¶ De medicinis in quarto gradu repositis.

Oporteret nos priusq̄ de simplicibus medicinis: vel speciebus medicine disputare incipiamus: virtutē in quarto gradu existentē: disputare de antiquorum dictis qualiter ipsi de q̄rto gradu senserint: ne qđ in his predictis particulis diximus: artem medicine ingredientibus insufficiens videatur. Antiqui autem concordati sunt dicentes vnamquāq; rem calidam: frigidam: humidam vel siccam esse. Quorū quidē intentio ad comparationē tēperātie humane complexionis fuit. Humana eñ cōplexio ceteris animalibus tēperatior: est: et mediocritati propinquior. Intentio tñ medicorum est ad sanos custodiendos: ideoq; medicinā cōparauerūt hūanis corporib⁹. Quocirca cū inuenim⁹ aliqđ sensui gustus nullam faciēs passionē: sed si ex eo sensus delectetur vt in aqua tepida: intendimus intra quattuor qualitates esse: nulla eñ qualitas dominari cōspicitur: quare temperamentū id esse dicimus. Et si sensus ex eo pati conspiciatur absq; vllo nocumēto: cognoscimus illud a temperamento humane cōplexionis esse translatū in vna qualitate que ostenditur esse in mensura primi gradus. Si vō patitur gust⁹ ex illa re passionē ingerente: repugnatio appet: nocumentū tñ aut dolorē sensui nō attribuit: cognoscit a tēperamento humane complexionis duobus gradibus esse extra. Rursus si illius rei qualitas plus augmentetur: eāq; sensus pati nequiuerit: nisi cū magno dolore: aut nocumento: humane cōplexiōis temperiē tribus gradibus dignoscitur excessisse. Et si sensus super eam nullatenus preualuerit: sed etiam ab ea destruitur: aut cum magna separatione si fuerit ca. aut cum magna cōstrictione si fuerit frigida: credimus eam humane complexionis transiuisse temperantiā que cōsistit in quarto gradu. Et qm̄ sensualiter nequit comprehendi in quo res destructiua ascendere valeat: posuerūt antiqui in fine quartū gradum: q: post destructionē rei nullam formam inuenit ratio quā possint comprehēdere medici: tamē hos quattuor gradus in tribus partibus diuisere: principio: medio et fine.

¶ De argento viuo.

Argentū viuū calidissimū et humidissimū est in q̄rto gradu: ideoq; pediculos necat et omnia reptilia. Mixtum cum litargiro: aceto et oleo fit optimū vnguentū ad curandā scabiem et pustulas. Diascori. inquit: argentū viuum bibitum mortem infert: ad quodcūq; eñ membrū adierit: percutit et rodit illud: euadere tamen poterit qui hoc biberit lac bibendo caprinum plurimū et mouendo se. Et si in igne ponatur destruetur et fumum faciet qui pessimus est in omnib⁹ animalibus. In hominibus percutit sensus et motum voluntarium: vnde surditas paralysis et tremor: vel epilepsia aut mors sequitur. Cui fumo quisquis appropinquauerit mox mollificātur et deficiūt omnes nerui eius et lacerti. Omnia etiam membra que per motum voluntariū sunt composita: vnde pleriq; incidunt paralysim: tremorē: surditatē et animate actionis corruptionē: et habent pessimū colorem et putridum os: et cerebri siccitatem. In quo loco fumus argenti viui fuerit: reptilia aut fugiunt: aut moriuntur.

¶ De antimonio.

Antimoniū calidum est et siccum in quarto gradu: valet oculis si misceatur in collyrijs: q: neruos eorum confortat: et visum acuit: et superfluā carnem palpebrarū: et omne nocumentum ab eis aufert. Seniores eo vtentes habent incolumes oculos: q: omnem maculā curat: maxime si parū musci cum eo misceatur: vulnera oculorum sanat: sanguinis fluxum de naribus stringit.

¶ De alumine.

Alumen diuersis modis est: vniuersaliter tamen calidum est et siccum in quarto gradu: est stipticum: mundificatiuū: visum clarificat: superfluam carnem palpebrarū: aut alicui⁹ membri rodit: pessima vulnera sicut farsum desiccat: et inhibet ne totum corpus perambulet. Cum aceto et melle mixtū dentes infirmos confirmat: valet tumidis gingiuis: et sanguinem de ore fluentē stringit. Pustulas et scabiem sanat: si ex eo fricentur: aut ex aqua in qua infusum sit lauentur. Mixtum cum aceto et galla equali pondere valet ad cōstringendum farsum: ne sana loca perambulet.

¶ De anacardis.

Anacardi calidi sunt et sicci in quarto gradu: valēt lethargie et omnibus doloribus capitis de frigiditate et humiditate venientibus: memoriam custodiunt: molles neruos cōfortant. Soli autem accepti mortes vel lepram inferūt: oportet ergo vt cum alijs speciebus odoriferis eos demus.

¶ De allio.

Allium duplex est: domesticum et siluestre. Domesticū calidum est et siccum in medio quarti gradus: qđ nocet calidis natura: acutam eñ cholerā generat comburentē se: sed phlegmaticis prodest et eis qui parati sunt ad paralysim: sperma desiccat: oppilationē et grossam ventositatē dissoluit. vnde Hippo. allium solutionem facit et vrinam prouocat: visui tamen nocet: q: propter multam dissolutionem et desiccationē quā generat visus deficit: valet contra morsus reptilium: et omēs frigidos humores quasi tyriaca magna: vnde quidam dicunt illud tyriacam rusticorum. Diascorides: allium grossam soluit ventositatē: ventrem humectat: lumbricos et ascarides occidit: vrinam prouocat: morsum rabidi canis curat. Eis autem qui malam potauerunt aquam subuenit. Cataplasmatū lacertis grossos humores habentibus dissoluit eos: dolorem dentium de frigiditate mitigat: sitim propter phlegma in stomacho coadunatum amputat: scabiem morpheam impetiginem et pustulas in quocunq; loco sint curat: si ex eo fricentur. Cataplasmatū et menstrua et vrinam prouocat: et secundinā expellit: cum in eius apozimate sedet mulier. Siluestre allium virtutem habet sicut domesticum: calidius tamen est et siccius.

¶ De arsenico.

Arsenicum duobus modis est: citrinum siccū et rubeū: vtrumq; tamē calidū est et siccum in quarto gradu: rubeum tamen minoris est caliditatis: vnde Aristoteles in libro de lapidibus intitulato: q: oportet inquit arsenicū ad ignē vratur donec fiat albi coloris: et cum eo aliquantulum nitri misceatur: deinde si eri rubeo madefacto superponatur mutat es in albū colorē. Rursus inquit arsenicū cū serapino mixtū valet allopitie. Cum pice mixtum asperas vngulas lenit. Cum oleo mixtū pediculos necat. Cū oleo ro. mixtū pustulas et emorroydas ani sanat. Tritum et cum lacte mixtum mu-

scas occidit. Et si rubeū arsenicum teratur cum iusquiamo τ vnguantur ex eo ale vel pecten pilis euulsis nūquam pili renascentur in eis locis.

De celidonia.

Celidonia est radix intus et extra citrina τ perlucida: cuius sapor est amarus τ ponticus: que nascit in india. Quidam dicunt esse radicē calami indie: cuius natura calida est τ sicca in quarto gradu. Succus eius mūdat τ acuit visum: grossos hu. oculoꝝ desiccat. Cum vino bibita valet ycteritie de oppilatiōe epatis. Masticata dolorē dentium placat. Pro qua omnis celidonia poni potest.

De condisi.

Cōdisi ca. est τ sic. in quarto gradu: puluerizatū τ naribus insufflatū sternutationē prouocat: de quo etiam quantū opus potatum vomitū irritat: vrinā et mēstrua prouocat: grossum phlegma dissoluit τ purgat τ cho. ni. attenuat τ expellit. Cerebrum mūdificat: grossam capitis vētositatē dissoluit τ inde exiccat: fetū post quattuor meses mortuū eijcit si cū melle temperatū superponat vulue.

De calce.

Calx calida est τ sic. in quarto gradu: que mixta cū sepo τ oleo valet pustul. τ putridis apostematibus: vulnera τ omes incisiones solidat.

De euforbio.

Euforbiū ca. est et sic. in quarto gradu: attenuat et vrit. Ideoq; viscosum phlegma incidit et purgat in quocūq; loco corporis: tamē angustiā: siccitatē τ discoriationem generat. Ideo opus eius acumē mitigare cū bdellio: cinamo. spica: casia: assaro et similibus. Euforbiū cū melle collyrizatū valet cataractis oculorū: tēperatū cum oleo veteri aut amygdaleo: veterem allopitiā curat.

De ere vsto.

Es vstū ca. est et sic. in quarto gradu: vulnera mūdificat: tenebrositatē oculoꝝ clarificat: superfluā carnē vulneris destruit: pessimis vulneribus ne dilatent repugnat: sed lotū fit vtile humidis natura sicut eunuchis pueris τ mulieribus.

De flore eris.

Flos eris ca. et sic. in quarto gradu: carnē superfluā corrodit: visum clarificat: carnē natā in naribus: vel in ano incidit: sed cum vino mixtus τ tēperatus cū melle: et palato ex eo vncto putredinē palati excludit: sed loco eius ponit barba aaron: que de ere τ aceto cōponit: eiusdē eīm nature est cuius flos eris: plus tñ vrit et incēdit loca q̄ flos: pro ea tñ ponitur cum ex eo vnguentū propter vulnera c ponimus.

De iusquiamo.

Jusquiamū triplex est: nigrū: rubeū: albū. Albū conuenit medicine: a nigro cauendū est oīno: quia mortiferū est. albi. ʒ. ß. cum mellicrato bibita sanguinē vndecunq; fluit: stringit: somnū prestat: tussim sedat: dolorē dentiū impositū placat. Cataplasmatū calidū apostema τ tumores calidos refrigerat: et in collyrijs mixtū calidā ophthalmiā τ tumores τ calores oculorum sedat.

De nitro.

Nitrū duobus modis est. Vnū affertur de armenia. Alterū de arabia: nitrum tñ vniuersaliter est laxatiuū: colatiuum: τ mundificatiuū: calidū est τ siccū in q̄rto gradu: lauat etiā interiora corporis: maxime si cū aceto misceat: puluerizatum τ capillis aspersum eos subtiliat: stomacho tñ nocet: maxime neruositati: mixtū cum potione laxatiua eā adiuuat: et facit eam festinanter descendere de stomacho. Aristoteles dixit. illud phlegma mundificare viscosum si cum potiōe mixtum fuerit. Clysterizatū ventrē soluit. Cum quibusdā oleis temperatū corpus ante rigorē febris inunctū: febrē prohibet ne veniat: sudorē prouocat. Cū aceto gargarizatū sanguisugas a gula excludit. Cum oleo valet albedini oculoꝝ. Cum aceto auribus distillatū sonitū grauedinē et ventositatē aufert humores etiam ad eas currētes desiccat. Cum aceto potatum fit contra mortiferos fungos: et nocumentum ab eis factum curat: et mulieres de quarū vuluis putridi fluunt humores iuuat.

De nasturcio.

Nasturciū duplex est: album τ nigrū: vtrūq; calidum est τ siccum in quarto gradu: pectus τ pulmonē de viscoso phlegmate mūdat: de quo trite. ʒ. v. et cum calida potate ventrē soluit: et ventositatē intestinoꝝ: propter colicā passionē dissoluit. Assum τ propinatū ventrem et nimiā egestionē constipat: valet etiā in tenasmone: τ discoriatiōe intestinorū de frigiditate. Diasco. Nasturciū ascarides et lumbricos occidit: τ tumidū splenē dissoluit. Corizam et pustulas curat: de quo domibus fumigatis reptilia fugant: tritum et potui datum valet morphee: corpore quoq; ex eo lauato simili operat: temperatum cum aceto τ sic impositū mitigat dolorem.

De opio.

Opium frigidum est in quarto gradu: siccum in primo: de quo sumptū in modū vnius orobi stupefacit sensus ne possint sentire dolorē: prouocat somnū: valet etiā tussientibus et dissolutionē patientibus. Sumptū etiam prouocat somnū moderatū. Multa tamen ex eo quantitate accepta lumē naturalis caloris extinguitur: maxime quibus calor naturalis est defectus et accidentalis dominatur corporibus eorum: sicut ytericis: et insipientibus: his etenim mortiferū est. Sed si aliquantulū opij cum oleo rosato temperetur: et fronti et temporibus inūgatur: cholericos dolores capitis amputat. Mandragora eodem modo facit.

De piretro.

Piretrum calidū est τ siccum in quarto gradu: linguam vrit nimium: phlegma attrahit: ideoq; dētibus de frigiditate τ humiditate dolentibus valet: si calidū imponat dētibus: aut gargarizet mundificat etiā guttur: τ vuā de phlegmatica humiditate: τ linguā aggrauatā de phlegmatico humore alleuiat. Alexāder τ Stephanus testant piretrū tritū τ cū melle potatum epilepticis valere. Collo etiā suspēsum aut naribus applicatum subuenit infantibus epilepsiam habentibus Cum oleo mixtum τ dorso τ pectori inunctum ante rigoris accessionē eam venire prohibet: valet etiam paralyticis et neruorum mollicici totius corporis de frigido τ humido: toto corpore eo peruncto ei sudor prouocatur. Staphisagria pro eo potest poni.

De petroleo.

Petroleum est oleū cuiusdam lapidis cuius color est niger habēs fetorem τ horribilem odorem: calidū τ siccum in quarto gradu: proprietatem habet attrahendi ignem de lōginquis partibus: valet cataractis: τ pānis oculoꝝ: matricis suffocationē curat. Si naribus applicet aut ex eo fumiget aut vulue superponatur humores fluētes a vulua desiccat: habentes suspitionē epilepsie si ex eo fumigent mox eā patiuntur: potatū cū castoreo τ vino mēstrua prouocat: dolorē lateris placat. Cum aceto potatum sanguinem coagulatum vbiq; eliquat.

De pipere.

Piper est semen cuiusdā arboris in india nascentis que habet radices quasi costum: cuius fructus sunt quasi silique faseoli. τ dicitur piper longū quorū cōcauitas paruis granis sicut est miliū impletur: q̄ cum tēpus maturandi peruenerit fiunt eis quasi iuniperi: vel gingiue seminibus plene q̄ dicitur piper. Sed quotquot ex siliquis ante cōpletā maturationē ab arbore auferuntur fiunt albi coloris semina lenisq; superficiei τ vocatur piper album. Eorū aūt que maturant in arbore: fit color niger τ superficies aspera. vnde. D. piper nigrum calidius τ siccius est albo: τ propter hoc antiqui dederunt piper album ad confortandū τ parum calefaciendū: et nigrum ad incidendum et vrendum nimisq; calefaciendum: album enim calidum est in initio primi gradus siccum in fine quarti. Nigrū enim calidum est in medio quarti τ siccum in initio eiusdem: vtrumq; tamen in tussientibus epaticis stomatichis de frigiditate patientibus neruoꝝ dolorem placat: stomachum pulmonem τ pectus mundificat. Datum cum frondibus lauri torsionem ventris mitigat. Masticatū phlegma viscosum dissoluit: mixtū cū collyrijs valet obscuritati oculorum de phlegmate. Cū oleo tritum τ corporibus inunctum antefebriū rigorem eam proculdubio amputat.

De ruta.

Ruta duob9 modis est: sc3 domestica ⁊ siluestris. Siluestris calida est ⁊ sicca in quarto gradu. Domestica in tertio: vtraq3 grossum phlegma ⁊ ventositatē stomachi ⁊ intestinorum ⁊ inflationem ⁊ singultū dissoluit. Cu3 oximell. bibita sperma desiccat: ⁊ desideriū coitus mortificat. Est eñ cōueniens inferioribus intestinis: q: vētositatē ⁊ inflationē ab eis excludit. Cocta cū aceto eiusq3 apozimate sumpto oēm ventositatē ⁊ viscositatē phlegmaticā dissoluit. Cocta cum oleo ⁊ dysterizata melius operat eadē: q: si inuenerit lūbricos ⁊ ascarides occidit vel excludit. Cum vino cocta ⁊ pota valet hyposarce: mixta cū succo maratri ⁊ melle ⁊ collyrio ex ea cōposito valet obscuritati oculo⁊ et incipiētibus cataractis. Manducata vrinā ⁊ mēstrua ꝓuocat ⁊ morsus reptilium curat. Cataplasmata cum melle valet impetigini morphee ⁊ scabiei.

De sale.

Sal quattuor modis est: est eñ qđ fit in salina cōe: et est sal gēma: ⁊ est indicum: cuius color pertinet nigredini. est ⁊ aliud qđ dicit napticū. i. aqua coagulata fluxa de petroleo. Omne tñ sal ca. est ⁊ sic. in quarto gradu: sed non equaliter corpora custodit ⁊ putredinē ab eis mūdat. In auro etiā ruborem augmētat: ⁊ in argēto albedinē: grossos ⁊ duros humores eliquat ⁊ desiccat: cōdudit corpora: prohibet naturalem colorē ne dissoluat ⁊ corrūpatur: pessimis vulnerib9 impositu3 eis ne dilatent repugnat: mixtū cum oleo ⁊ mēbris pre labore fatigatis inunctū oēm dolorē ab eis aufert. Cataplasmatū cū ysopo ⁊ aceto ꝓhibet farsan ne sana loca perābulet: cum semine lini cataplasmatū morsus curat reptiliū. Sal gēma purgat phlegma suauiter: et est vtilius q̄ sal cōe. Indicum purgat phlegma ⁊ cho. ni. et diuersos putridosq3 hu. velociter facit a stomacho potionē descēdere. Napticum calidius et siccius est ceteris: mūdificat ⁊ dissoluit: corporis pruriginē amputat: superfluā carnē palpebraru3 corrodit.

De sulphure.

Sulphur calidū est ⁊ siccū in quarto gradu. Diasco. Sulphur calefacit et diuturnā tussim maturat et mitigat: saniē pectoris excludit. Cum aceto mixtū valet scabiei ⁊ impetigini et allopitie: arbore ex eo fumigata oīa poma ab ea decidunt. Et si rosa aut rubei pāni ex eo fumigent fiunt albi coloris. Mixtū cū melle ⁊ nitro scabiei valet ⁊ pustulis. Puluerizatum corporisq3 stratū sudorē egredi ꝓhibet: reuma et catarrū curat. Cum aqua ⁊ nitro mixtū calidā podagrā mitigat. Aristoteles dixit aquā sulphureā pustulis: scabiei: impetigini valere corporib9 inde lauatis. Morsus reptiliū ⁊ leonum ⁊ diuturnas febres melācholie atq3 dolorem vulue placat. Mulieres cōcipere nequeūtes ꝓpter humores accumulatos vulue excludit.

De semine papaueris.

Semē papaueris nigri frigidū est in initio q̄rti gradus: siccum in medio: bibitū constipationē gñat: naturalē calorē dissipat: eiusq3 lumē obscurat: ꝓinde nocet quib9 calor defectus est sicut ytericis insipientib9: quib9 humiditas cerebri desiccata est: naturalē eñ capit3 calorē desiccat: ⁊ sensus deffectat: atq3 aīalē interficit vtutē: vñ aliqñ ex eo modicā dam9 quātitatē cū vino sc3 eis q̄ solutionē patiunt: ⁊ mulierib9: de quarū vuluis multi manant humores: et illud nonnunq̄ in frontib9 cataplasmamus vigilias patiētib9.

De sinapi.

Sinapis ca. est ⁊ sic. in medio quarti gradus: humiditatē capitis ⁊ stomachi et grauitatē lingue et tumorem splenis dissoluit. Capiti cataplasmata lethargiā et alopitia3 curat: gargarizata ⁊ masticata phlegma capit3 ⁊ oīm instrumēto⁊ lingue excludit: narib9 applicata sternutationē ꝓuocat: epilepticos excitat et vētrē dissoluit: valet eñ dolori qui est de phlegmate ⁊ cho. ni. humores interi9 existētes extra ducit.

De tithimallis.

Tithimalli ca. sunt ⁊ sic. in quarto gradu: cho. ni. et phlegma grossum ⁊ viscosuum purgant et aquā citrinā hydropicorum: sunt tñ angustiosi: qm̄ multa quātitate accepta procuʼldubio mortē inferūt: debent ergo ꝯdiri cum rosis dragaganti mastice: cum melle potent.

De thutia.

Thutia fri. est et sic. in quarto gradu: superfluā carnē vulnerum desiccat et bonā carnē generat: humorib9 ad oculos fluentib9 repugnat. Mixta collyrijs curat vulnera: tumores ⁊ pustulas scissurā manuum constringit.

Hucusq3 compēdiosam disputationē simplicis medicine: et iuuamentum vniuscuiusq3 cuius nature sit: ostendimus: dehinc disputationē vniuscuiusq3 morbi: et que medicina simplex siue cōposita sit. Eorūq3 curationes deo annuente subscribemus.

Capitula libri tertij.

Incipit tertius liber.

De origine diete. Capitulum primum.

Omnis sapiētia: et oīs scientia: oīsq3 pietas ab ipso sunt: qui viuit in eternū: q creauit oīa simul: visibilia et inuisibilia: ⁊ qui formauit hoīem ad suā imaginē et similitudinē: ⁊ insprauit in faciē eius spiraculum vite: ipsum in paradiso constituit: cui salubrē dietā dedit: vt de oī ligno paradisi comederet: sed de ligno sciētie boni ⁊ mali nequaq̄ tētaret. Quā dietā si seruauisset ab aliq̄ egritudine nō lederet. Cui dictū est. In quacūq3 die comederis ex hoc morte morieris. At q: primus homo dietā omnipotētis salubrem suadente diabolo non seruauit: in mortifera egritudine per multa tempora iacendo permansit. Filiosq3 ipsius participes egritudinis genuit: quorum quidā in dei digito hominem de virgine nasciturum; dietamq3 omnipo-

tētis servare: vel servaturū dixerūt. Quidā in humano spū hāc egritudinē mortiferā nō aperte cognoscētes: a qua omnes corporis egritudines intrinsecas: ⁊ extrinsecas pcedentes: eas nōnullis medicaminibus curare tentātes naturas rerū: virtutes simpliciū: quantitatē graduū vtilitates spēɿū ignorantes: per tēpus ⁊ tēpora inutilia medicamina cōposuerūt. Quidā ecōtra suprascripta rationabiliter diuino auxilio cognoscētes: egritudines alias extrinsecas: alias intrinsecas: ⁊ extrinsecas ⁊ intrinsecas esse dixerunt. Egritudines igiṫ q̄dā sola dieta: quedā simplici: quedā cōposita: quedam diuino medicamine curanṫ. vñ Galienus. Hemitriteus inquit magis diuinis ꝙ̄ humanis medicaminibus curatur.

⁋ Cum omnis egritudo mēbro vni corporis accidat: ⁊ non omnibꝰ: febris aūt ecōtrario: qm̄ corpus p eam intꝰ ⁊ extra patiṫ: ⁊ nocet spiritibꝰ ⁊ virtutibꝰ ⁊ actionibꝰ naturalibus omnibꝰ: opereprecīū est vt de curis febriū disputemꝰ. Sed q: operatio medicine tribus modis cōstat: dieta: pharmacia ⁊ chirurgia: ⁊ dieta omniū medicinarum pars sit dignior: merito ab ipsa est incipiēdū. vñ Galenꝰ. Sanaui multos nefreticos paralyticos: fere etiā epilepticos nemō ⁊ diuersis morbis apparatos sola dieta. Dieta ergo duobꝰ modis est necessaria. Uno in sanitate custodiēda: cuiꝰ tēpꝰ ⁊ ordinem ⁊ qualitatē: ⁊ quātitatē: ⁊ numerū in suo loco diximꝰ: cū de custodia sanitatis disputauimꝰ. Secūdo in infirmitatibꝰ curandis ⁊ maxime febribus est necessaria: de qua in cōpetentibus locis disputaturi sumꝰ. Si quis questioneṫ qd differat inter cibū ⁊ medicinā: ita respondendū est: medicina per qualitatē calefacit ⁊ refrigerat corpus: cibus vero crescit ⁊ augmentat corpus propter cōmunitatē quā cum eo habet. Febres itaq̃ aliqñ dieta: aliqñ pharmacia: qñq̃ chirurgia curantur. Sed cum oīm rerū conditor ⁊ cognitor: in cuiꝰ iurisditione oīa sunt posita: omes dies seculi per septēnarium numerū distinguere voluisset: qui in septimo in hoīem adā spm̄ veritatꝭ diffudit: q̇ solē ⁊ lunā ⁊ stellas in ānoꝝ ⁊ mēsiū vtilitatē: vt ex elemētis subsistētia corpa h̾ magis ⁊ minus essent diuersa ꝯstituit. Quoꝝ varietate egritudines quedā in .vij. quedā in .xiiij. quedā in .xxj. terminanṫ: quorum ambiguitates aliquas in libris supioribꝰ enucleauimus: de qua in vltimo capitulo decime particule theorice disputauimꝰ.

⁋ Quod dictū est in creticorū numero: illud idē in dieta et in dādis medicinis ⁊ pharmacijs ⁊ medicinarū opationibꝰ obliuioni ne tradas. Numero itaq̃ cōputato vniuscuiusq̃ scʒ dantis ⁊ accipiētis: et lune ⁊ planetarū per septēnarium numerū creticorū sapientiā dietarū omniū egritudinū scientiam in arcana tui cordis deo annuente firmiter pualebunt.

⁋ De dietis omniū egritudinū. Cap. ij.

Egritudines itaq̃ quedā vniuersales: ⁊ quedam particulares dicunṫ. Uniuersaliū quedā ꝯtinue: ⁊ quedā interpolate. Particulariū quedā intrinsecus consistūt: quedā v̇o extrinsecus apparent: de quibus oībus satis in theorica disputauimꝰ. Similiter ⁊ dieta tribus modis fit: alia subtilis: alia grossa: quedā v̇o mediocris. Subtilis bonū ⁊ malū nutrimentum prestat corpori. Grossa cōuenit laborātibus ⁊ calidū stomachum habētibus. In infirmitate curāda nullo modo est necessaria: nisi infirmus vsus fuerit ea. Mediocris tēperate cōplexioni est vtilis. Gal. in lib. subtilis voluminis. Cum hmōi inquit ⁊ sana corpora conseruaui: ⁊ infirmitates multas et diuersas curaui: vt nō alie essent in corpore (als necessarie) medicine. Oīs itaq̃ cibꝰ ī corpe recepꝰ: aut mutat corpus: aut mutaṫ a corpore. Qui corpꝰ mutat aut actualiter aut potestatiue. Opʒ ergo medicū naturas ⁊ qualitates diuersas noscere ciborū et potuū. Decet etiā omniū egritudinū suarumq̃ causarū accidentiū habere noticiam. Congruit em̄ ei quibus medicaminibꝰ vel simplicibꝰ vel cōpositis oēs egritudines curenṫ. Sed de his oībus satis in theorica disputauimus: nunc de curis omniū egritudinū disputemus.

⁋ De simplicibus medicinis ⁊ compositis. Ca. iij.

Dicimus ergo ꝙ scientia simpliciū medicinarū nō solū ad infirmitates curādas: verūetiā ad cōponēdas medicinas est prelibāda. Harū quedā humores de ore extrahūt vt piretrū: lapatiū: staphisagria: capparus: ficus mature: laudanū: mel: papauer: absinthiū: origanū: raphanū: vua sine semine: sinapis: helleborum albuʒ: elacteriū: thimū: onfacios: anisum: cocognidiū: alphita: rubea: balsamū: amenone sicca: fex vsta.

⁋ De purgatiua per nares.

⁋ Quedā per nares humores educūt vt elacteriū: blete: succus ciclaminis: cortices de radicibus: mel: rapsia: cocognidium: amenone: elleborū albū: onfaciō: brassica: folia olerum molliū.

⁋ De purgatione per oculos.

⁋ Quedā v̇o de oculis producūt vt mel: ysopū: oleū vetus: axūgia galline: anatis: oleuʒ nardinū: nardus: casia: costū: opiū: serapinū: daucū: apiū: malagranata: psiliū: elleborū albū: anetū: ruta: castoreū: lithos: emathites: anserinus adeps fel: smirma: calcethos: sulphur: stipterea nisica: ossa sepie: cortex libani: thꝰ armoniacū: squilla.

⁋ De purgatōe p aures.

⁋ Sunt et alia que per aures educūt humores vt fel taurinum: piper: fel leonis: ciclamen: blete succus: capparis radices: cocognidiū: bdelliū: casia: galbanū: elleboꝝ albū: olfaction: argilla.

⁋ De purgatione per vrinam.

⁋ Que vrinā mouent multa sunt ⁊ diuersa: de quibus supra diximus in precedēti particula. Orobū em̄ amplius deducit sanguinē per vrinā. Capucion vel catapucia choleram per vrinā educit. Si quis eam coctā cum vino ⁊ oximelle et mulsa bibat: euacuat ⁊ bene purgat.

⁋ De purgatione splenis.

⁋ Similiter sunt quedā que per vrinā de splene educunt vt titimalli semen: careos: gerti: ciminū: thimū: agni radix: capparis radix: scolopendrie succus: dragūtea: aristol. lon. origani radix: ⁊ pulegij: coloq̇ntida agrestis: brionia: ciclamē: portulaca: scorpio marinus ⁊ suffocatus in vino: ipsumq̃ vinum potatū.

⁋ De purgatione epatis.

⁋ Que epar purgāt per vrinā sunt hec: agni sperma: folia dauci: maratri: balsa. capinō: anisum: dactyloꝝ ossa: lauri folia: absinthiū: smirma: anagall: menta: squinātū: apiū: siler: iringi radix: epithimi decoctio: assari.

⁋ De purgatione renum.

⁋ Sunt ⁊ q̄ renes purgāt vt apij semē: piper: pastinaca: piretrum: portus: daucū creticū: peonie radix: ossa sepie: cicer albū: semen melonis ⁊ cucumeris et alia multa.

⁋ De purgatione pectoris et pulmonis.

⁋ Sunt autē que de thorace humores educunt vt castoreū sup carbones fumigatū si trahaṫ intrīsecus: coctū iuuat pulmonem ⁊ cerebrū: existēte frigida ⁊ hu. distēperantia: spica nardi p electuario data desiccat reumata capitis ⁊ thoracꝭ silphiū: et quedā alia.

⁋ De rarificātibus corpus.

⁋ Sūt et q̄ rarificant corpus vt camomilla: muscus: costuʒ: libanū: cucumeris agrestis radix: nitrū: oleū vetꝰ: abrotanū vstum.

⁋ De codensantibus vsum.

⁋ Sunt ⁊ que condēsant cutē vt oīa frigida sicut tribuli: psilium: portulaca ⁊ similia.

⁋ De vlcerantibꝰ cutem.

⁋ Sunt ⁊ q̄ vulnerāt cutē vt cātarides: fex aceti vsti: armenone: q̄ habēt flores vt palma: alliū: cinis ficulnee vste. calcucemenon: stipterea: serici teste vste: capita sardinarū vstarū: auripigmentū: sinapis: calx viua non extincta.

⁋ De cicatrizantibus.

⁋ Que cicatrizant hec sunt: simphitū: spodiū: spletar vstuʒ: et his similia.

⁋ De egritudinibus exterioribus partibus corporis contingentibus ⁊ earum curis.

⁋ In exterioribus corpis partibꝰ quedā egritudines inueniunṫ que simplicibꝰ medicaminibꝰ curanṫ: quedā v̇o compositis. Simplici quoq̃ medicina lētigines curanṫ si ex leporino sanguine vnganṫ. Fistule ⁊ cācri cinere de capite canis superapposito mirabiliter curanṫ. Pānus quoq̃ oculorum succo papaueris nigri in oculis misso subtilis fit pannus: et perfectissime curaṫ. Ictus scorpionis stercore gallisupposito sanaṫ. Similiter ⁊ de interioribꝰ passionibꝰ membrorum dicimꝰ. vnde Ga. si peonia collo pueri suspēdaṫ ab epilepsia liberaṫ. Amplius corallū in collo mulieris ligaui ⁊ ori stomachi dolētis profuit. Cinabriū q̄ cum vino potatū mulierem a fluxu sanguinis liberat. Magnetes: radix silicis: terebenthina: radices cāne: diptamum: hec omnia ferrum: spinam: lignum: si in corpore fixa fuerint: sua virtute

attrahunt siue simplicia siue cōposita superponanẜ. At qm̄ curā oīm egritudinum ex simplici medicina impossibile est fieri: necesse est vt de cōpositis medicinis disputemus.

De compositis medicinis.

Cōpositarū quedā acutas febres extinguūt vt sirupus de ribes: electuariū psiliticū: sirup⁹ nenufarinus: rosaceus viol. ꝛ his similia. Quedā interpolatas febres extīguūt: vt muza: rubea: enea: adrianū ꝛ hmōi. Quedā venenatos liberant vt tyriaca: metridatū: ꝛ de simplicibus vt alliū: pimpinella. Queda vō paralyticos adiuuāt vt opopira: esdra: selithe: ꝛ de simplicib⁹: castoreū: costū: et alia multa. Quedā cephalangicos: epilepticos: apopleticos: scotomaticos adiuuāt vt selite: sorytra: sethenite: hieralogodiū arabicū: theodoricon: eupergisticon: ꝛ qdā alia. Quedā vō spiritualiū mēbrorum passiones auferūt vt diaprassiū: dialacca: leticia galieni: diacucurma: ellemiferās ꝛ his similia. Sūt ꝛ alie que passiōes cibatiuorū membroꝝ excludūt vt diafinileon: diarodon: omorusia: trifera saracenica: triasandali: diacostuꝫ: antidotum scorpionis: erithe ꝛ multa alia. Sunt ꝛ q̄ passiōes genitaliū extirpāt: vt sethenite: diamarte ꝛ similia. Que artheticos ꝛ sciaticos curāt: hec sunt vt bndicta: hieralogodiō: oleū petroleū: et de simplicib⁹ vt ciconie stercus: et si p.xxx. annos passio fuerit tapsus barbascus stricta folia habēs: et multa alia.

De simplicib⁹ medicinis oculoꝝ. Cap.iiij.

Culi em̄ q: in excellētiori atq̄ digniori parte nostri corporis sunt positi: necesse est vt de eorū curis simplicib⁹ ꝛ cōpositis disseramus: incipiendū a simplicib⁹. Assa calidior est ceteris gūmis: incēdit ꝛ dissoluit. Serapinū calidū ꝛ subtile mūdificat ꝛ extenuat maculas oculoꝝ: valet cataractis oculoꝝ ꝛ obscuritatibus q̄ fiunt ex turbiditate. Euforbiū subtile ꝛ incensiuum. Myrrha ca. ꝛ sic. est in secūdo gradu. Opiū fri. ꝛ sic. in quarto gradu. Gūma fri. ꝛ sic. oppilatiua. Dragagantum similr. Sarcocola desiccat ꝛ solidat sine nocumēto. Armoniacum apostema oculoꝝ mollificat ꝛ dissoluit. Galbanū valet vt serapinū. Thus ꝛ opoponacū similiter. Hec de gūmis sufficiant.

De succis.

Succ⁹ ypoqstidos cōfortat ꝛ refrigerat. Acatia similiter. Mādragora refrigerat ꝛ dolorē placat. Maratrū valet cataractis ꝛ maculas oculoꝝ mundificat. Frūgintū tumorem oculoꝝ dissoluit. Camomilla dissoluit. Altea vulnera solidat ꝛ maculas mūdificat. Amidū oppilat ꝛ refrigerat. Oculi litij calidi in scdo gradu tēperatius in humiditate qddā stipticitatis habēt: vñ mūdificāt ꝛ attenuāt grossitatē sup pupillā oculoꝝ nascētē. Hec de succis dicta sufficiāt.

De florib⁹

Rosa refrigerat ꝛ dissoluit. Memite similiter. Balaustia desiccat ꝛ cōfortat. Flos papaueris siluestris valet excoriationi oculoꝝ. Crocus tumorē oculoꝝ dissoluit ꝛ sanguinē aufert. Hec de floribus dicta sufficiant.

De folijs.

Foliū apostema oculoꝝ dissoluit. Assarū dissoluit ꝛ carnē minuit. Laurū in vino coctū dolorē ꝛ tumorē oculoꝝ dissoluit potenter. Betonica pcussos oculos curat. Hec oīa folia et frondes sunt.

De lignis.

Macis ꝛ spica attenuāt ꝛ dissoluunt. Cinamomū mūdificat. Lignū ebeni valet cataract oculoꝝ: ꝛ rubore (alibi arbore) oculoꝝ mūdificat. Sādali cū albugine oui ꝛ sarcocola tēperati in temporib⁹ positi humoribus ad oculos fluētib⁹ repugnāt. Ista de virtutibus lignoꝝ sufficiāt.

De seminibus.

Ozimi semē tritū ꝛ in oculis missum pānū aufert. Ciminum puluerizatū ꝛ mixtum cū albugine oui: ad pruritum et mordicationē oculoꝝ certa salus est. Sclaree semen pānum oculorum tollit. Semen lapule vel succus eiusdē q̄ nō potest euelli de pannis nisi cum pilis pannorum: et eius semen est quasi grossi pediculi. expressus et in oculis missus vngulas et pannos oculorum tollit. Galla repugnat humoribus ad oculos fluentibus. Piper longum prodest eis qui ab hora nona incipiunt nihil videre. Hec de seminibus sufficiant.

De metallis.

Emathites desiccat ꝛ valet asperitati palpebrarum: carnem superfluam mundificat. Arsenicū rodit ꝛ incendit. Es vstum vulnera solidat. Calcantum constringit ꝛ desiccat et calefacit. Eris erugo carnem minuit ꝛ attenuat. Jar⁹ multum rodit. Cerusa desiccat ꝛ infrigidat. Plūbum desiccat. Ferrugo desiccat ꝛ constringit valetq̄ contra pustulas spumosas. Cathimia cōstringit ꝛ desiccat ꝛ mundificat: q̄ incensa et lota agit vt superiora sine punctione: iuuat etiam oculorum vulnera quia ea desiccat maxime si sint humida. Antimonium stringit ꝛ desiccat. Scoria eris grossitiē palpebrarum dissoluit. De virtutibus metallorum hec dicta sufficiāt.

De naturis ꝛ speciebus salis.

Sal mūdificat ꝛ desiccat. Similr sal armoniacum. Nitrū colatiuū ꝛ mundificatiuū valet albedini oculorum. Spuma maris vulnera oculorum mundificat. Sal napticum calidi⁹ ꝛ siccius ceteris mundificat dissoluit ꝛ superfluam carnem palpebrarum corrodit. De natura salis hec sufficiant.

De petris ꝛ terris.

Tutia desiccat ꝛ infrigidat sine dolore: maxime si lota est valet etiam vulneribus ꝛ pustulis: ꝛ lachrymis oculorum. Petra molendini soluit grossam lippitudinem oculorum si in collyrio mittaẜ. Cācer marin⁹ hūiditatē oculoꝝ dissoluit vel desiccat. ꝛ coꝝ maculas mūdificat visuꝫ curat ꝛ clarificat. Dragantū. i. vitreolum extremitates oculoꝝ mundificat: et palpebrarum putrida corrodit vulnera. De naturis petraꝝ et terrarum hec dicta sufficiant

De medicinis sumptis ab animalibus et auibus.

Anguis colūbinus ꝛ turturis petiā sanguinis ꝛ ipsum sanguinem oculorum tollit. Stercus colūbarum omnē tumorē oculorum aufert. Fel perdicis maculas oculorum tollit. Omnes felliculi et maxime auium de rapina viuentium sunt calidi ꝛ sicci ꝛ attenuatiui: sed perdicis ꝛ vulturis vtiliores: quia maculas triginta ānorū extirpāt. Albugo oui cōfortat et oppilat. Lac mūdat ꝛ lauat. Castoreū ca. ꝛ siccū maturat ꝛ incidit. Stercus muris grossitudinem palpebraruꝫ potētissime tollit. Stercus lacertarum alborem oculorū potētissime soluit. Cornu cerui oculos clarificat ꝛ materiam ad eos fluere prohibet. Musca ordeolos curat. Vngula asini incēsa ꝛ in subtilissimum puluerē redacta oculorū maculas tollit. Herba que vocatur pes columbinus super frōtē cataplasmata lachrymas oculorum stringit. Vrina puerorū oculos clarificat. Sericum mundificatiuum ꝛ colatiuum est.

De medicinis compositis oculorum. Cap.v.

Ognitis virtutibus simplicium ad curas oculoꝝ pertinētium: de compositis medicinis sermo habeatur.

Ompositā medicina est multimoda: vt collyria emplastra fumigia vnguenta: de quibus omnib⁹ in suis locis dicemus. Sed quia in medicinis oculorum sunt sepe metallica: quia oculi acutissimū sensum habēt: cum eorū medicinis humida viscosa misceanẜ vt metallina confirment: ꝛ quātū conuenit immisceriq̄ debeat: leniscq̄ fiat ne aliquā asperitatē faciat. Qd facit fenugrecum: lac albugo oui: gūmi dragagantū ꝛ similia. Passiones aurium: narium aliorumq̄ membrorum magis compositis medicinis q̄ simplicibus curantur: de quibus in sequētibus practice particulis disputabim⁹. In hac particula .xxiiij. continens capitula: de febribus et apostematibus sequitur disputatio futura.

De his que dominātur medicine.

Vattuor sunt que dominantur medicine. i. materia: forma: artifex ꝛ perfectio. Materia medicine sunt humana corpa ei videlicet subiecta. Forma medicine: temperamētum est complexionis corporis sueq̄ compositionis perfectio Artifex est cibus ꝛ medicina cum eis operata. Perfectio em̄ est regimētū sanitatē custodiēs: ꝛ infirmitatē ad sanitatē pducēs. Oīs questio dꝫ esse rōnioni opposita: ꝛ sm̄ nūerū qōnis debet fieri nūerus responsionis: vnde Aristoteles Inuestigatio inquit rerum cum equali fit numero. Sed q: hec sophistica est disputatio: de his hec dicta sufficiant.

De cura febris ephimere q̄ fit propter calorem solis. Capitulum.vj.

Febris itaq; ephimera q̄ fit ꝑpter cal. solis differt ab illa q̄ fit ꝑpter calore estiui aeris: q: illa que est de calore solis maiorē capitis infert calorē q̄ toti corpori. Illa vō q̄ fit ꝑpter estiuum calorē aeris plus calefacit corp⁹ q̄ caput. vnde huius febris vtilior hec est cura: vt aerē q̄ subtilis est: ⁊ cibū infrigidem⁹ ⁊ humefaciamus ⁊ in pauimēto dom⁹ sternamus flores refrigerātes ⁊ frōdes calidosq; fumos extinguētes sicut violā rosam nenufar frōdes psilij semperuiuā: salicis frōdes: vel frondes basilicō. hec oīa semp sunt cū aqua frigida vel rosata infundēda. Et licet basilicō sit calidū in tertio gradu tñ proprietatē habet inducēdi frigiditatē aque p nares. Sed oportet nos patientū nares sepe humectare cum oleo viol. ⁊ nenufarino in aceto mixtis ⁊ similib⁹. Vngenda sunt tempora de sandalis cāphora ⁊ aqua ro. si nō habēt reuma. Et si habuerint reuma cauēdi sunt ab aceto ⁊ cāphora. Ad nares eorū apponam⁹ fumū aque calide vbi cocta sint viola ⁊ camomilla: caueāt ab omnib⁹ olei inunctionib⁹. Et si nō habuerint capita de humor fumositate plena. neq; reumate bonū est vt capita eoꝝ rorem⁹ post declinationē febris aqua in q̄ decocta sint viola ⁊ camomilla: q: si capita eoꝝ plenitudinē habuerint abstineāt se ab hac aq̄ ⁊ solūmodo fumū eius odorēt. Succū vtriusq; gñis malorū granatoꝝ accipiāt. Comedāt melones palestinos: vuas hyemales: medullam tritici ⁊ cucumeris: oīa cū niue refrigerata si niue fuerint assueti. Vinū bibāt mixtū cum siru. malo. ḡgra. ⁊ viol. Si egestio eoꝝ fuerit sicca humectāda erit cū sirupo viol. vel de prunis ⁊ oxifenicia facto ⁊ his similib⁹. Post febris declinationē bonū est si balneētur in tēperato balneo aerē ⁊ aquā habēte tēperata. Et adducēt in initio prādij medullas citruli et cucumeris cū zuccaro: ⁊ micā panis in aqua lotā. Mūdificato autē stomacho de humoꝝ copia ⁊ febris fumositate expulsa: demus pullos gallinaceos pdices coctas cū iure condito de succo maligra. et aceto vuarum agrestium ⁊ cum ramis portulace: et similibus.

De cura feb. ephimere ꝑpter aeris frigiditatē. Ca. vij.

Patiētes ephimerā ꝑpter aeris frigiditatē oportet eos ante oīa cauere a balneis priusq; morbi fiat digestio et violētia febris sit declinata. Cūq; morbū videris digestum esse ⁊ febrē declinatā: mittendi sunt pedes eoꝝ vsq; ad genua in aquā calidā in qua cocta sint camomilla: sansucus: ysopū: sisimbriū: abrotanū: ⁊ silia. Inclinent̄ sup fumū ei⁹: deīde balneū tēperatū ingrediant̄ ⁊ fricent̄ ibi: vt pori eoꝝ sint aperti: ⁊ calor q̄ ad corporis interiora coadunat⁹ fuerat dispertitus fit ⁊ dilatat⁹: quedā pars etiā eius fit ad exteriora corporis egressa: lauabim⁹ capita eoꝝ cū aqua calida in qua cocta sunt camomilla: anetū: ⁊ misceant̄ in aq̄ q̄dā olea virtutē dissolutiuā habētia: vt sūt camomileō: yreleō: anetileō: ⁊ cauēdi sunt ab epithimatib⁹: nisi cum omnis sudor fuerit egressus: ne cū epithimatū pori claudant̄ ⁊ materia quā necesse est cū sudore exire nō possit exire: sʒ pmanēs ī iterioꝛib⁹ corpis maximū generet nocumētū: ⁊ ducāt patientē ad magnā molestiā pditionis. Caueāt ne diu in solio morentur: q: aqua licet sit humectatiua magis ceteris reb⁹: ei⁹ tñ caliditas pforat corp⁹ vsq; ad interiora: vñ fumi cū sunt in corpe existētes calefiūt: repugnat eis grossities aque: ⁊ ideo melius est si ī aere morent̄ q̄ in solio: q: soliū īplet poros ⁊ claudit eos cū humiditate aque. Aer vō balnei poros aperit ⁊ fumositatē corporis dissoluit. Idcirco exercitia sunt istis cōuenientia: q: exercitia tēperata dissoluunt et rarificant corpus sunt ⁊ via q̄ fumi eoꝝ trāseūt. Oportet illos accipe subtiles cibos ⁊ laudabilē chimū generātes: ⁊ nullā eis frigidationē faciētes: sicut sunt hedulina caro ⁊ ānualis agnus ⁊ similia. Et q: ſm nostrā intentionē opꝫ eorū corpora nō humectari cū artificio īueniēti: ⁊ iura sint cōdita cū albumine oui paucis cepis et modico cimino carni cinamomo ⁊ similib⁹: abstineant se a grossis cibis ⁊ viscosis: potēt vinū cū aq̄ cali. multū: multis operiant̄ indumētis: ⁊ iuxta eoꝝ lat⁹ apponātur carbones ignis vt repugnēt aeris frigiditati. Narib⁹ odorifera applicent̄ q̄ tēperate sint calefacientia sicut sunt sansucus: yreos: sisimbriū: ⁊ de fructibus sicut sunt citruli ⁊ similia. Quicunq; eorum reuma habuerint: caueant sibi a balneo nisi morbo cessante.

De cura ephimere ꝑpter balneū. Cap. viij.

Si ephimera sit ꝑpter balneū aque stiptice sicut vitree sulphuree aluminose: etsi cutē habeāt siccioꝛē ⁊ magis oppilatā q̄ superiores: tñ eius feb. curatio similis est superiori. Oportet eñ sicut dixim⁹ ne balneent̄ nisi febre declināte: sʒ postq̄ declinata fuerit deponāt pedes eoꝝ vsq; ad genua in aq̄ quā dixim⁹: deinde in tēperato balneo balneent̄. Cauendi sunt ab omni olei inunctiōe: bonū est si aliquātulū exercitijs vtant̄. Cibos leues accipiāt q̄ sint faciles ad digerēdū ⁊ bonū generēt chimū: ⁊ aliquātulū frigiditati pertineant: vt valeant fumoꝝ ad interiora coadunatorū acumen extinguere. Vinū non bibant nisi corporis plenitudine careant: et cum omnis fumositas a corpore fuerit expulsa.

De cura fe. ephimere ꝑpter cibos ⁊ potus. Cap. ix.

Oportet patientes ephimerā ꝑpter cibos ⁊ potus calidū epar in sitio curari cū oxizaccara ⁊ succo maligra. cū aqua ro. ⁊ camphora ⁊ cibos accipiāt. s. portulacā atriplicē scariolam pullos gallinas cucurbitā ⁊ similia. Cataplasmemus epar: stomacho tñ cibis inanito: de sandalis: rosis: farina ordei: aqua ro. camphora ⁊ similib⁹. Comedāt melones palestinos malagranata: citrini pomi medullā coctana mespila vuas muzas ⁊ silia.

De cura ephimere propter ieiuniū Cap. x.

In statu ephimere q̄ fit propter ieiuniū nullum cibū opꝫ dari: sed succū accipiāt malo. ḡgra. ⁊ vuarū hyemaliū succū sorbeāt. Et si hec eis nō sufficiāt ⁊ fames eos pcutiat: dādus erit succ⁹ mice panis cū zuccara lote. Declināte itaq; febre si viderim⁹ succū esse digestū: dabim⁹ ptisanam calidam ⁊ expectabimus quousq; sit digesta: deinde mittem⁹ eos in balneū: ⁊ cū corpus calefieri incipiet ⁊ sudorem emittet omnino vngēdus erit oleo viol. vt claudēs poros repugnet humiditati corporis ne extrinsecus exeat: deinde dietentur leuibus cibis ⁊ subtilibus ⁊ ad digerendum facilibus atq; sanguinem tenuem generantibus.

De cura febris ephimere propter laborē. Cap. xj.

Si ephimera sit propter laborem sicut equitare laborare ambulare opꝫ ingeniari vt reqescant. Deinde oleo viol. vel nenufarino vnguant̄. Et si labor modicus extiterit fricent̄ corpora eorum multū: si autē multus fricāda sunt parꝫ: postea in tēperato balneo sepe lauētur: neq; vllā morā in eo faciant ne substātialis humiditas eorū cōsumat̄ ⁊ in ethicā incidant. In soliū descendāt vt corpora eoꝝ humefiāt: exeuntes aūt soliū cū oleo viol. vel nenufarino vnguant̄ vt clausis eorum poris humiditas accidētaliter acq̄sita intus in corpe eorum permaneat. Caueāt coitū ne corpora eoꝝ deficcent̄. accipiāt starnas: pdices: pullos: gallinas: hedulos annuales agnos pisces laudabiles digestioni obediētes. Potēt vinū subtile ⁊ multū mixtū quod mēbra eorū humectet. Vinū enim corporis penetratiuū est: quo eunte aqua cum eo dirigit̄ ⁊ mēbra humefacit. De fructibus comedāt malagranata: vuas: pruna: mala et similia.

De cura febris ephimere ꝑpter bubones. Cap. xij.

Ephimera que fit ꝑpter bubones oportet nos ante oīa studere ad curādas pustulas ⁊ apostemata: q̄ cū bubonib⁹ fuerīt. Deīde balneent̄: in aere balnei morent̄ vt humoꝝ copia paulatim dissoluat̄: nec aliq̄ oleo vngant̄: q̄ volētes in soliū descēdere nec in eo morent̄: dietā accipiāt subtilē ⁊ ad digerēdū facilē: ⁊ substam laudabilē habētē.

De cura febris ephimere ꝑpter vigilias. Cap. xiij.

In ephimera ꝑpter vigilias opꝫ magnū impēdi studium vt ꝑuocem⁹ somnū cū suaui fricatiōe pedū: h' eñ trahit humores in capite existētes: ⁊ repugnat fumo ad caput ascēdēti. Cibū accipiāt modicū q̄ sit facil' ad digerendū: q: natura ꝑpter defectionē nō multū suffert cibū: vinū bibāt tēpatū in quātitate ⁊ vtute: ⁊ a coitu oīno sibi caueant quousq; ad ꝓpriū eoꝝ statū ⁊ vsum cōuersi fuerint.

¶ De cura febris ephimere propter iram Cap.xiiij.

Quando ephimera fit ppter irã:necesse ẽ vt in eius initio ingeniemus quomõ cor eorũ confortetur τ calor extinguatur:qd fit cũ expulsione ire quã ipsi obtinent: deinde in tẽperatũ mittantur balneũ.s.prout eorum fuerat cõsuetudo:τ post sudorẽ vnguant oleo viol.τ camomil. τ postea descendant in solium ibi tamẽ diu nõ morent.Egredientes a balneo comedãt frigida τ humida:abstineãt a vino quousq calor eorũ declinet: sinautẽ multum mixtũ illud accipiãt.Caueant sibi a coitu ne putrefactis eorũ humoribꝰ in putridas incidãt febres: aut ne humores ab eorũ capite descẽdẽtes apostemata generent.

¶ De cura febris ephimere propter angustiã. Ca.xv.

Inter angustiã τ tristiciã est differentia: q: tristicia ad rationalem pertinet:virtutẽ in cerebro existentem: angustia vo ad spirituale virtutẽ in corde existẽtẽ:ideo angustia fit magis causa phthysis q̃ tristicia. Igitur:q: perfecta medicina est que causam egritudinis tollit: necesse est ab ea incipiamus τ ingeniemꝰ quomodo possimꝰ ab eis auferre cogitationẽ τ suspitionẽ cum diuersis generibꝰ musicorũ: et cum omni causa leticiã prouocãte vt obliuioni tradãt tristiciã:et quiescat aĩa eorum a labore:q: aĩa p̃e cogitationis nimietate debilitat atq infirmatur. Similiter et corpus infirmat ppter animã.sicut dicit Aristoteles:viciũ anime sequit complexionẽ corporis: τ corporis cõplexio animã comitat. Proinde oportet non negligere corpus:sed adiuuemus illud cũ rebꝰ humefaciẽtibus.Caueant sibi ab omnibus cibis desiccatiuis ne causa eorũ veniant ad phthysim:q: ethica magis pertinet ad istã q̃ ad ceteras ephimeras. Siccitas eñ istorũ corporibꝰ dominatur: τ corda eorũ sunt calidiora:vnde oportet illos humectari:scz cum balneo tẽperato τ descendant in soliũ: deinde vngant ex oleo viol.Dietã accipiant frigidã τ humidã q̃ fit facilis ad digerẽdũ sicut ptisana:heduli:cucurbita:atriplex: portulaca:blitis.Uinum bibãt qd non fit vetus τ multum mixtũ: De fructibus vo humectãtibus concedat sicut sunt vue:melones palestini:et similia.

¶ De phthysi τ ethica et eius cura. Capitu.xvj.

Ostensa vniuersali disputatiõe de omibus ephimeris:oĩmodo expedit vt de cura phthysis et ethice disputemus.Sed q: phthysis alia naturalis τ fit in senibus decrepita etate:alia nõ naturalis que duobꝰ modis fit:aut cum febre:aut sine febre. Sine febre aut calida aut frigida. Frigida phthysis consumit corpus:et fit vel ppter diuturna apostemata: vel ppt alios diuturnos morbos.Hi eñ morbi qui sunt diuturni nimiũ de substãtiali corporis hũiditate dissoluũt: vñ infrigidato corpore virtus digestiua debilitat. Ideoq cibaria cruda τ indigesta pmanẽt. Phthysis que est calida τ sine febre fit ppter calidos chimos cordi oppositos:quorũ fumus ad cor ascendẽs mutat eius cõplexionez eiq accidentalem parat calorẽ:vnde sanguis corrũpitur:τ mẽbra ab eo non nutrita consumunt.Oportet ergo vt in frigida phthysi primitus epar confortemus vt cibaria digerant:et hoc cum rebus digestiuã adiuuãtibꝰ virtutẽ sicut ligno aloes galanga τ zinzibere:pipere lõgo:cinamomo:spica:garioli.τ similibus.Dieta similiter virtutez digestiuã adiuuet sicut caro pullorũ:perdicũ τ hmõi.Uinũ bibãt roseũ vel dactylicũ vel palmeũ vel cũ supradictis rebꝰ factũ. Balneent aliqñ post cibũ q: digestiue cõuenit virtuti. Nõnunq exercitent ante cibum vt virtus fortior fit in digerendo.

¶ De signis τ causis ethice τ phthysis. Cap.xvij.

Cum in theorica de ethica τ phthysi suffiaẽter disputauimꝰ:placet hic de ea parũ disserere vt i eiꝰ cura non erremus. Phthysis itaq que est cum febre duobꝰ modis est:aut ipsa est per se morbꝰ: aut per aliud.Que vo per se est morbus fit a rebꝰ calefacientibꝰ τ desiccãtibus.Altera vo causa eius est ephimera:maxime si propter anime accidẽtia fuerit sicut ppter vigilias τ cogitatiões tristiciã aut angustiã legere τ inuestigare.Phthysis vo que cũ febre fit τ ppter alium morbuz quattuor fit modis.Aut de ephimera cum propriũ terminũ trãsit:aut ppter acutã febrẽ cum calefacit:τ vltra modum exiccat:aut ppter putridas febres:aut propter diuturnas egritudines sicut tussim dolorẽ pectoris diaphragmatis et his similia:q si plixe fuerint corpus calefaciunt τ desiccant.

¶ De diuisione ethice Cap.xviij.

Ethica tribus fit modis. Unꝰ est in vasis sanguineis τ in venis humorũ existens: τ dicit rorãceus. Secũdus est humiditas in mẽbrorũ concauitate in qbus nõdum natura pfecit tertiam digestionẽ τ dicit cãbiũ. Tertiꝰ est substãtialis humiditas qua regũtur τ custodiunt mẽbra q̃ in vasis sanguineis existit:τ dicit glutẽ siue humiditas spermatica.Est prima species leuior ethice:proinde hec species est ad curãdũ facilis si patiẽs in sapiẽtis manũ incidat.Medicus enim si incipiat calorẽ extinguere velociter cũ frigidis τ humidis:sicut cibis τ potibꝰ aere τ similibus: citissime sanabit infirmũ.Qᵭ si calor humiditatẽ membrorũ desiccet q̃ coagulationi est vicina:fit secũda spẽs ethice que dura est ad sanandũ.Qᵭ si calor membrorũ iã pfectorũ humiditatẽ exiccet:fit tertia spẽs ethice que incurabilis est:quod possumus ppẽdere ex calore solis τ ignis q̃ in lõgo tẽpore humiditatẽ lignorũ exiccat τ separat.Calor enim ignis humiditatẽ lampadis exiccat τ in calorẽ conuertit: hec sunt cause ethice propter aliũ morbũ.Causa ethice q̃ nõ est ppter aliũ morbum humiditas est in cõcauitate cordis venis τ arterijs inhabitans:q si calefiat τ in caliditatẽ τ siccitatẽ ppter anime exercitia mutetur:fiet prima τ simplex spẽs ethice que per se est morbus:hec itaq facile curat. Sed si calor augmẽtet vt humiditatẽ cordis arteriarũ atq venarum desiccet:fit secunda pars ethice q̃ nõ cito curatur.Qᵭ si calorẽ substãtialẽ cordis arteriarũ τ venarum humiditatẽ desiccet:fit tertia spẽs ethice eritq incurabilis.Oportet aũt intelligi quia si oĩa mẽbra fuerint desiccata τ infrigidata:nullã faciemus eis curã quia molestũ est.Sed si hec febris cõposita fuerit cũ febre de putredine difficilis est τ dura ad sanandũ:q: sunt ɔtrarie τ opposite:febri eñ putride necessaria est res lauatiua τ colatiua τ desiccatiua vt lauet corpꝰ τ desiccet humores qui sunt causã putredinis:τ ethice cõuenit res refrigerãs τ humefaciens vt infrigidet τ humectet calorẽ febris τ laudabilẽ corpori prestet humiditatẽ:vñ vtraq cura est inter se opposita. Bonũ est ergo vt cura ethice auferat p cõtrariũ sicut labor cũ quiete: vigilia cũ somno: tristicia cũ leticia:ira cuz patiẽtia. Dãda est sola aqua calida cũ accessio putride febris venerit videlicet cũ rigere incipit.Qᵭ si vomitꝰ spõte veniat bonum est:sed si nõ cũ leuissimo puocemꝰ. Acumine febris cessante τ angustia infirmi desciẽte τ appetitu cibi surgẽte damus ptisanã τ panẽ bis vel ter lotũ in aq frigida cũ zuccaro Damꝰ ordeũ cũ lẽtibꝰ coctũ: sed lẽtes sint mũdate τ elixate τ prima decoctiõis aqua auferat: deinde cũ ordeo misceant. Similiter ramos portulace:lactuce cũ modico coriãdri recẽtis aut veteris cũ aceto τ zuccaro τ modico croco. Si vo sit feb. de putredine phlegmatis ponẽdũ erit in vice portulace τ lactu.pax mẽte τ apij τ blitis:summo mane accipiãt rodo cacarã τ violã cũ zuccaro mixtã. Sed si ca.s.febris ethice nõdũ venerit ad humiditatẽ q̃ coagulatiõi est vicina: demꝰ succũ scariole lupuli τ apij:sz tñ raro ne assuescãt illos sepe maxime succo apij q: calorẽ habet τ siccitatẽ. Dãdi sunt trocisci de rosis τ de berberis:quãdoq mastix τ maratrũ cũ rodo zaccara raro tñ tribuant. Oportet ab aq frigida oĩno caueri Sed si necesse fuerit coquat cũ modico masticis:mixta cum aliquo sirupo det. Qᵭ si apostemata patiũtur in visceribus oĩno abstineant ab aq frigida τ phibeãt eã ne ad cor veniat qm̃ si ad cor veniret cũ sua frigidi.extingueret calorẽ naturalẽ. Oportet iterũ ne cibus in accessiõe putride febris tribuatur neq pax aũt:q: angustiã dabit infirmo τ fe.augmẽtabit. Sz si accessio fit mane ca.aquã damꝰ rigore incipiẽte:τ principiemꝰ infirmũ malũg.sugere i tpe accessiõis:accessiõe vo cessãte dabimꝰ ptisanã:digesta ptisana offeremꝰ cibũ. Sz si fe.i medietate diei incipit augmẽtari:mane dãda erit ptisana:sz rigore incipiẽte ca.dabimꝰ aquã vt vomitꝰ puocet. Recedẽte qdẽ fe.damꝰ ptisanã.cũq digesta fuerit cibũ donamꝰ pur opz:sed tñ minorẽ quantitatẽ cibi q̃ natura digerere valeat incipiẽte quidẽ rigore: vomitũ cũ aqua ca. puocabimus.

¶ De ethica simplici ⁊ eius cura. Cap. xix.

Si ethica sit simplex: bonū est vt curā illius cause incipiamus per cōtrariū: sicut tristicia cum leticia: ira cum patiētia: vigilia cum somno: labor cum quiete: et similia cum suis cōtrarijs. Deinde expellamus materiā putrefieri incipientem cū medicaminibus mūdificantibꝰ absqꝫ caliditate ⁊ siccitate sicut est succus lupuli cū rodozaccara viol. zuc. myrobal. manna. cassiafistu. et similibus mixtis. Materia vero purgata ordinemꝰ aerē: q: necesse est vt sit frigidus ⁊ humidus: ⁊ locus sit septētrionalis. ¶ Indumēta sint fri. ⁊ hu. sicut linea: et sint lota ⁊ aromatizata cū sandal. ⁊ aq̄ ro. Cibaria sumāt infrigidātia: et extraneū calorē extinguētia: ⁊ naturalē confortantia: ⁊ substantialē corporis humiditatē custodientia: sicut sunt ptisana: panis lotus bis aut ter in aqua frigida: aut panis albissimus infusus in vino albissimo ⁊ bñ mixto: et olera sint sicut lactuca: portulaca: cucurbita: bleta: atriplex: omnia condita cum amygdaleō. ¶ De fructibꝰ sicut sunt malag. vtriusqꝫ gn̄is: melones palestini: mala muza: pira: vue hyemales ⁊ similia. ¶ De sirupis: sirupū malorū gra. ⁊ iulep accipiāt: mittamus in aquam quam bibere volunt spodiū: sandalos albos: semē portulace et silia. ¶ De aromatibꝰ sicut sunt frōdes et flores cōfortatiui: refrigeratiui sicut sunt rose: salices: myrte: viole: nenufar ⁊ sandal. Caueant camphoram propter siccitatem quā habet: nisi sint herbe in suis capitibus substātiā humidā habētibꝰ que repugnēt siccitati cāphore. Non enī humiditas capitis siccitati valet repugnare cāphore nisi cū maioris quātitatis fuerit q̄ꝫ siccitas camphore. ¶ Cataplasmata vero que epati sunt apponenda concedamus vt habeant camphoram: q: naturalis humiditas epatis repugnat siccitati cāphore ⁊ conuertit eā ad temperamentū. Sed de hoc reprehendimur a sophistis: quare inquiūt humiditas cerebri siccitati cāphore nō repugnat: cum cerebrū naturaliter sit humidius ceteris mēbris corporis. Quibus ita respondemus. Cerebrū semp moueri propter imaginatiōes ⁊ ratiōes: q: est fundamentū sensuū ⁊ volūtarij motus: ⁊ fumi semp ascendūt ad illud: ⁊ calorē etiā aeris plus patitur q̄ꝫ epar: et ideo cerebrū accidētaliter est siccius q̄ꝫ epar: licet ceteris membris sit humidius naturaliter. Nūqꝫ damus trociscos de spodio ⁊ bolo cū sirupis quos diximus. damus ptisanū si egestio sit humida. Solutio enī vētris in hac passione pessima est: q: membra defecta humores nō possunt expellere per poros: qui in interioribꝰ corporis clausi reuoluunt̄ ad intestina: et in eis duas faciūt actiones vt lubricationē vt egestio nequeat retineri: aut excorient ea ⁊ nascitur dissinteria. ¶ Si aūt tēpus fuerit hyemale ⁊ frigidissimū pānis cooperiant̄: ne frigiditas aeris cutem desiccet ⁊ fumos claudat in interiora. Sed si tēpus sit estiuū domus infirmi sit spaciosa ⁊ septētrionalis: et porte sint septētrionales: ⁊ in pauimēto domus sternamus rosas viol. nenufar: salices: basilicon: semperuiuā: ramos vitiū: ⁊ carui: modicū aque super eas roremus. Et si corpus eorū induat materiā ad putredinē preparatā: vnguamꝰ corpora eorum de succis lactuce portulace: vuarū solat. cum oleo rosato mixtis. Hec tñ inunctio super eorū pectoribus non diu moret̄: q: instrumētorū spiritus est percussiua. Et si virtus eorum fuerit defecta et mēbra dissoluta ⁊ vene apparent albe ꝓpter sanguinis inanitionē: ossa quoqꝫ brachiorū subtilissima: eorūqꝫ concatenatio inanita ꝓxima portēdit̄ mors.

¶ De ethica que fit ꝓpter alios morbos. Cap. xx.

Sed si ethica fuerit ꝓpter alios morbos sicut frenesis: tussis: acuta febris: et hmōi: prohibemꝰ patientes ab aqua ⁊ frigidis: et ab inunctiōe succorum quos superius diximus: nisi cum apostema per qd̄ est febris futura sit calidissimū: q: calidū apostema trahit ad se humiditatē aque ⁊ ꝓhibet eam ne vadat ad cor et noceat calori naturali. vnde Gal. aqua inq̄t frigida in ethica que est ꝓpter alium morbū pessima est: precipue si morbus fuerit diuturnus. Palā est ergo q̄ꝫ nō debet dari aqua in ethica. Debiles caueant aquā: necesse est ergo vt festinemus ad restaurāda eorum corpora in virtute nutrimenti cum cibis ⁊ potibus qui sint faciles: et subito ⁊ multum nutribiles: sicut est vinum albū ⁊ grossum: aut rubeum grossum: sicut Hippo. in apho. facilius est repleri potu q̄ꝫ cibo. sed tñ non dandū est purum in ieiunis: q: mēbris ⁊ maxime stomacho p̄staret caliditatē ⁊ siccitatē: nec subito ⁊ multum dandū: q: sic velociter mēbra non nutrit: si sit multum ⁊ grossum faciendo morā in angustis locis oppilationē generat: vnde oportet nos illud negare in egritudīe existētibꝰ vel eā exeūtibꝰ: ⁊ maxime ethicis. Cibū accipiāt mediocrē: facile nutrieantē ⁊ quiddā grossiciei habentē vt ꝑmanens in mēbris nutriat ⁊ cōfortet. Intētio hip. nō fuit de potu absolute: vl' hūidis cibis absolute: sꝫ de rebꝰ nr̄a corpa facile ⁊ leuiter nutricātibꝰ sicut sunt vina q̄ddā grossitatis habētia ⁊ in mēbris ꝑmanētia: nutrimentū eis inferētia: inferūt ergo nutrimentū de cibis facile nutriētibus ⁊ nature obediētibꝰ sicut sunt lac: ptisana: panis lotus: et similia. Sed si cognouerimus corpori eorum nullā habere materiā seu humores qui sint ad putredinē parati: cauēdi erunt a lacte: ⁊ solūmodo ptisanū ⁊ panē lotū accipiāt. Uniuersaliter dicimꝰ q̄ꝫ lac ⁊ vinum ponticū: perdices ⁊ similia non sunt danda: nisi certissime sciamus febrē ab eis esse ablatā. Ethica vero extincta damus mane lac caprinū statim emulsum: misceat̄ tñ cum aqua calida: ad suauē ignē coquatur vsqꝫ ad aque consumptionem: deinde calidū prout ab vberibus emulsum fuerit accipiat̄: quo digesto demꝰ starnos: perdices: pullos gallinaceos oīa iuscellata: vinū album et ponticum mediocriter mixtum. Sed si nō potuerint lac bibere miscendū erit cū ordeo vel simila tritici. Deinde balneemꝰ eos in balneo aque sapide in temperato aere: et calor aque sit quasi calor lactis cum ab vberibus est emulsū. Et quoniam in istis pori sunt clausi ⁊ oppilati naturaliter: ⁊ nostra intentio est vt aperiantur: et cum nulla res possit inueniri q̄ poros deoppilet ⁊ dilatet et cutem mollificet sicut aqua calida: ideo de balnei vtilitate ⁊ quo tempore ⁊ qualitate ipsius ⁊ de solio balnei ⁊ quātum morari debeat est differendum.

¶ De balneo aque calide Cap. xxi.

Oportet autē diu in solio morari ⁊ aqua solij sit temperata ⁊ solium sit spaciosum: ⁊ ostium balnei vicinū: ⁊ aqua non sit multū calida: quia cū suo calore nimio cutem indurat: neqꝫ multū frigida quia in corporibus debilibus calorē extinguit naturalē ⁊ cutem oppilabit. Mora balnei: quia si videmus rubicūda ⁊ inflata corpora fieri et incipiant minui eos a balneo extrahemus: quia si dimittamus eos plusq̄ꝫ oportet: consumentur. Ideoqꝫ si volumus carnem in corpore augmentare dimittamus in balneo quousqꝫ fiant rubicūdi: ⁊ inflati. Si vero eam minuere volumus post inflationē dimittamus eos in balneo donec inflatio transeat: ⁊ ipsi ad suam naturā fuerint reuersi. Egredientibus itaqꝫ a balneo vngamus eorū corpora cum oleis frigidis ⁊ humidis vt custodiatur humiditas quā ab aqua susceperāt ne aer illam ꝯsumat. Rursus oportet vt in diuersis temporibus balneentur. primum balneum sit mane: priusq̄ꝫ lac aut ptisanum accipiant. Secundum vespere postq̄ꝫ lac ⁊ cibus sunt digesta: sed si amplius balneētur optimū est si virtus eorū sit fortis. Bonū est aūt si lac super infirmū fuerit emulsū priusq̄ꝫ in solio descēdat: ⁊ huiusmodi flores ⁊ frondes mittantur vt viola lactuca ⁊ similia. ¶ Si autem infirmus est ab humoribus mūdificatus ad putredinem se preparātibus: demus eis balneum exeuntibus lac asininum cum ab vberibus fuerit emulsum. Hoc enim lac huic passioni optimū est: quia ceteris est subtilius ⁊ tardius ad coagulationē. Asina sit iuuenis ⁊ sana: lac sit album mediocre inter liquidū ⁊ spissum. lacte digesto iterum ad balneum mittantur. Et si in eo delectent̄ eo q̄ꝫ eis assuetum fuerit: tertio ad balneū dirigant̄: sed spacium vnius ab alio septē sit horis. postea cenēt ꝑdices: pullos gallinaceos ⁊ alas gall. Sed si videmꝰ eorū corpa multa refectiōis quātitate carere: dabimus lac vaccinum: butyrum tamē ab eo prius sit extractum prima vice duas ℥. et sic ascendēdo vsqꝫ ad decem. Sed quia lac ceteris cibis facilius omnia corporis membra nutrit: erit oībꝰ laudabilius ad phthysim maxime mulieris puellam lactantis: post hoc asininum: tertio loco caprinum. Capra vero nutriatur cum ordeo: lactuca: endiuia

coriandro

coriandro frondib⁹ celsi ⁊ his silib⁹. ¶ Si solutionē patiant̄ extinguat̄ lapis ca. bis vel ter in lacte vt adsitas ei⁹ ꝯsumatur. Et si ṽtus eoꝝ cōfortata fuerit demꝰ cancros fluuiales coctos in ordeo vel simila vel try. ¶ Palā est ḡ ꝙ si ethica sit simplex ⁊ corpus sit absq̄ vlla putredinis materia: dam⁹ aquā frigidā ⁊ cetera infrigidātia ⁊ humectātia maxīe si vt⁹ imbecillis nō fuerit. ¶ Si ethica fit ꝓpter aliq̄d supradictorum: ꝓhibem⁹ aquā frigidam: ⁊ cetera infrigidātia. vinū tñ eis concedimus: quia naturalē confortat calorem: sit tamen mixtum et album et lene. Sed quia phthysis est cōsumptio totius corporis ⁊ maxime pulmonis: oportet vt de cura pulmonis parum disputemus.

¶ De cura pulmonis vlcerati. Cap. xxij.

Ulmo si vulneretur ex cholera ⁊ emittat saniē da farinā ordei cōditam cū lacte amygdale dulcis vel vuis purgatis passis. Aristoteles in libro secretoꝝ aureis lr̄is scripto: dicit ꝙ nō solū pulmonis defectionē et siccitatē: veruꝫ ⁊ tot⁹ corporis hūiditatē possum⁹ restaurare. ¶ Ordeū excoriatū ponam⁹ sup̄ tegulam siccā: donec rubere incipiat. deinde laua et pugillū plenū cum gallina. crassa pone in magna olla et tamdiu bulliat donec caro separetur ab ossib⁹: ⁊ aquā illi da bibere: ⁊ fac etiā sirupū de succo cucurbite in pasta inuolute ⁊ cocte cum zuccara.

¶ De phthysi sine febre. Cap. xxiij.

In phthysi que est sine febre dam⁹ sirupū factū de zucca. ⁊ iringi radices: pecorinā carnē nō mltū veterem: vinū non multum vetus. Sedeāt in aqua vbi cocta sint sansucus basilicon yreos frōdes citrulli. fumigentur de ligno aloes: caueāt a coitu: prouocetur eis somnus.

¶ De phthysi calida. Cap. xxiiij.

In phthysi calida si habuerint tussim ⁊ screant album ⁊ viscosum ⁊ grossum phlegma: damus apozima de ysopo: ⁊ electuariū. q̄d. ℞. sebestē .l. iuiubas. xxx. liqritie. ℥. j. vuarū passarū enucleaꝝ. ʒ. xxv. capilłr. ve. ℥. j. ficus. x. oīa in. x. lib. aq̄ coquātur: donec redeant ad duas: deinde da ℥. iiij. ad bibendū cuꝫ. ℥. j. rodozac. postea comedant ius frumenti ⁊ fenugreci. Accipiāt ex h̄ electuario. ℞. maratri radi. apij radi. añ. ℥. j. seminis maratri anisi añ. ʒ. ij. malue seminis ʒ. iij. lini seminis iuiube añ. ʒ. xx. ficus siccas septē: vuaꝝ passarū enudeataꝝ. ʒ. v. oīa in. vj. lib. aque coquātur: quousq̄ ad duas redierint: dabis omni die ad bibendū. ℥. iij. cū rodozaccara viol. zuccara añ. ℥. j. Et si calorē nō habeāt tempusq̄ fuerit hyemale cū melle. ʒ. v. accipiāt illud. Troscisci q̄ valēt ad phthysicos epaticos cardiacos. ℞. gūmi arab. berberis boli añ. ʒ. iiij. basilicō arnoglosse añ. ʒ. ij. coriandri sicci. ʒ. ij. ⁊ h̄. infusi in aceto ⁊ ad solem siccati: dragaganti amidi seminis citroli cucu. añ. ʒ. ij. seminis mirte. ʒ. iiij. seminis maloꝝ citonioꝝ seminis herbe acetose añ. ʒ. ij. liq. ʒ. iij. reub. ʒ. j. et h̄. karabe gēme nō perforate añ. ʒ. ij. Omia trita cum aqua ro. temperētur ⁊ trocisci ex eis fiant: dabis ex eis. ʒ. ij. Electuarium cōueniēs phthysicis tussim hn̄tib⁹ maxime quib⁹ in pulmone et pectore hūores descendūt gros. ⁊ viscosi. ℞. sebesten cētum. iuiubas. l. vuarū passaruꝫ enucleatarū. ʒ. xx. capilli veneris arnoglosse añ. ʒ. v. liquir. ʒ. ij. oīa in. vij. lib. aque coquātur tandiu donec redeant ad duas: deinde. ℥. iiij. sape adde ⁊ zuccari. iiij. et oīa coquātur ad spissitudinem mel. deinde adde puluerē istarū reꝝ. ℞. gūmi dragagāti seminis citonioꝝ. ʒ. viij. se. cucu. ʒ. j. amygd. dulcis. ʒ. viij. se. porł. ʒ. vj. amidi. ʒ. vij. se. papaueꝛ al. ʒ. v. fac puluerē tēpa cū aqua ro.

¶ De febre que dicitur causon. Cap. xxv.

Ixim⁹ in theorica: q: cho. ru. alia naturalis: alia in naturalis. Cho. ru. habitās in felle ⁊ virt⁹ eius in epate. Hec cū dn̄atur corpi gñat febrē q̄ dr̄ causon .i. incendiū. hui⁹ eīm materia est ignea acutissima in cōcauitatib⁹ coadunata videlicet arteriaꝝ venarū cordi viciatiū: ⁊ maxīe venaꝝ ori stoma. et in ꝯcauitate epatis et pulmonis Sed q: vt dicit hip. in apho. acutoꝝ morboꝝ non oīno certe sunt sanitatis ꝓnūciationes. de signis huius febris placet h̄ repetere vt in curis nō errem⁹. Rigor in initio morbi gutte sanguinis ꝑ nares maxīe in scd̄a die: singult⁹: dolor inviscerib⁹. hec oīa signa timorē in causon nunciāt. q: rigor in scd̄a die timorē in. vj. longinquitatē morbi significāt: subita sitis et ablatio: oīa ista signa timorē in causon nunciāt. Palam ergo est ꝙ vbi sanguis ꝑ nares exit nō est rigor: ⁊ vbi rigor nō est sanguinis fluxus ꝑ nares in acuta febre. Sed q: pulsus in hac febre aliq̄n est magnus ⁊ velox: sig̅t apostema in cerebro: aut in diaphragmate eē. Differūt inter vtraq̄: q: apostema cerebri seq̄tur alienatio mentis ⁊ rubor oculoꝝ. Apostema diaphragmatꝭ hꝫ angustiā sp̄us ⁊ pectoris strictură. Sudor fri. si in q̄rta die appareat: aut longitudinē morbi aut morte ī sexta die ꝓnūciabit. Medicus licet sit perit⁹: tn̄ sit studiosus ad cognoscēda q̄ttuor tp̄a morbi. s. principium augmētū statū ⁊ declinationē: ⁊ videat q̄uo possit dietare ⁊ curare morbos ſm̄ q̄ttuor tp̄a. Si eīn videm⁹ ꝙ crisis ī q̄rta die veniat: negeꝛ cibus in his q̄ttuor dieb⁹ nisi ꝯriū ei aliq̄d accidat sicut puericia ca. cōplexio īfirmi por rari ꝯsuetudo multū comedēdi. in his cōplexionib⁹ nō opꝫ mltos cibos ꝓhibere. vn̄ hip. In tenuib⁹ dietis peccāt egrotātes. Si ergo crisis sit in q̄rta die: damus mellicratū si ꝯplexio stomachi patientis sit frigida. Si aūt ca. sirupū rosatū ꝯcedamus eis aut viol. succū maloꝝ gra. ⁊ his silia. Que si eis nō suffecerit ad virtutē regendā: dari cōuenit ptisanū colatum: sed tamē nō multū: q: natura defecta nequit eū degerere: vn̄ dimittit eū: sitq̄ cā pereūdi infirmū. Nā si infirmus sit rari corporis vel puer: aut sit cōplexio calida: vel sit ꝯsuetus multū comedere: accipiat ptisanum colatū pmo ⁊ scd̄o die: in tertio et q̄rto ꝓhibeꝛ. Et si crisis sit in septima die: dam⁹ ptisanum colatū a pma die vsq̄ ad q̄ntā: in sexta et septima negamus ⁊ solos sirupos eis tribuimus. Sili mō facim⁹ in omni statu acuti morbi: licet sit lōgus aut breuis. Eodē mō in ꝑiodicis faciendū est. nec tribuam⁹ cibum in die accessionis: neq̄ concedam⁹ cibum nisi desceēte febre. ¶ Sꝫ q: vtriq̄ morbi molesti sunt ⁊ suspecti ſm̄ v̄ba hippocratis dicentis. Opꝫ inquit non solū seipm̄ prebere q̄ oportet facientē: oblinioni ne tradam⁹. Medic⁹ ḡ si in initio morbi viderit ꝙ necessaria sit pharmacia vel phebotomia: festināter eaꝫ agat priusq̄ morb⁹ cōfortat⁹ augmētetur: ⁊ natura debilitetur. Si vero fuerit necessitas purgādi iferius fiat purgatio cū oxisenitia pruniis iuiub. viol. casiafist. māna rodozac. ⁊ silibus. Si materia leuis ⁊ natatilis appareat: ⁊ dolorē in capite: ⁊ imaginationē ante oculos habeat: ꝓuocanda erit cū vomitu videlicet cū succo atriplicis ⁊ oxizaccara: ⁊ modico salis ⁊ ptisana cuꝫ oxizaccara. Et si febris leuis fuerit ⁊ virtus fortis accipiant hoc catarticū q̄d. ℞. ʒ. septē myrob. citrinorum mundatoꝝ hec enim nō fiant nisi in morbi initio. Et si impediant nos aliqua sicut virtutis debilitas: demus dietā ad digerēdum facilē et laudabilē chimū facientē et virtutē infirmi custodiētem sicut ptisana. ⁊ mica panis lota. hec tn̄ facienda sunt in extremitatibus diei ⁊ maxime in aurora propter aeris fri. cali. febris in illa hora repugnantē. Sed cū h̄ febris ab initio vsq̄ ad statum venerit: fueritq̄ acuta et dura: necesse est vt in oīb⁹ ei⁹ tp̄ibus subtilē dem⁹ dietā: sic eīn conuenit fieri in omni morbo q̄ velocē habet motionē ⁊ statū breuē. Grauior aūt et tardior si fuerit: ingrossem⁹ dietam in initio vt virtus custodiatur: appropinquāte quidē statu subtiliamus eā Bonū est etiā si ca. extinguam⁹ in illis tēporibus videlicet cum succo maligra: vua hyemali melone palestino ⁊ silibus Et si siptice fuerit nature: humefaciamus eū ante statū cū manna viol. zuccara solutis in aqua ca. aut in succo cucurbite assate. ꝙ si fortius volum⁹ humectare: dam⁹. ℥. ij. casiafist. mūdate. Si aūt hec nō sufficiant clystere faciam⁹ humidum q̄d. ℞. spine egyptiace malue ordei mundati añ. ℥. j. furfuris frumenti quātū in vtraq̄ manu pōt capi: sicle .i. blete frōdes duas cucurbite agrestis frondes. x. sebesten. xxx. iuiubas. xx. oīa coquantur in. iiij. lib. aque vsq̄ ad. ij. Deinde colatis in viij. eius vncijs mittantur. ℥. ij. olei violati: vel. ℥. j. oxizaccare obsomogari. ℥. j. sal. ʒ. ij. nitri. ʒ. j. ⁊ fac clystere. Damus etiaꝫ ad refrigerandum stomachi calorem psilium cum succo maligranati: aut cū succo melonis palestini. Si autem dolorem capitis patiantur humectamus nares cum viol. et nenufarino. Similiter crura et plante pedum fricentur cuꝫ plantis

manuũ puellarum vnctis de oleo nenufarino ꝛ viol. In tẽporibus ponimus cataplasma qđ. ℞. sandali albi ro. farine ordei assati. oĩa puluerizata cũ succo semperuiue temperẽtur aut cum aqua ro. aut oleo ro. cũ modico aceti mixto rorãdũ est fronti ꝛ tẽporib⁹. ¶ Cataplasma ponim⁹ super epar et stoma. qđ. ℞. sandali albi ꝛ ru. aã. ʒ.ij. ro. ʒ.ij. ꝛ ß. corticũ cucurbite. ʒ.iiij. frondiũ viridiũ violarũ. ʒ.iij. caphor. ʒ.j. tẽpa cuꝫ succo semperuiue. Simil͛r in pauimẽto frigide frondes ponantur vt salicis mirte rose ꝛ similes: ꝛ sepe rorem⁹ sup eas aquã. Ponimus ante infirmũ vasa magna argillosa et clarissima aqua plena: ꝛ mittimus aquã vnius in aliud. Cauendum est quoqꝫ ne vngatur aut cataplasmet͛ caput de oleo alijsve cataplasmatib⁹. Et si vigilias habuerint iũgimus in cataplasmate quod super frontem ponimus ꝛ tẽporib⁹ semen papaueris ꝛ lactuce. Si aũt dolor capitis nõ cessauerit neqꝫ infirmus reuma aut tussim habuerit: fomẽtem⁹ caput cum aqua calida in qua cocta sint viola camomilla ro. ordeũ mũdatũ. Et si adhuc dolor nõ quieuerit infundimus sup caput eorũ lac caprinũ aut asininũ: postea fomẽtem⁹ illud: cauendũ est tñ ne aliqua istarũ fomentationũ aut aliquã rem quã superius dixim⁹ in statu faciamus: neqꝫ cũ sentim⁹ caput humido fumo plenum. hec aũt si fecerimus augmentatur ꝛ gñatur dolor in capite. Possumus etiã scire vtrũ fum⁹ sit humidus aut siccus. Si humidus sentiũt dolorẽ ꝛ grauedinẽ. Si siccus sentiunt dolorẽ cum vacuitate capitis et leuitate ꝛ inde negamus fomentũ lac et vnctiones. Hec em̃ oĩa nõ desinũt in fumos humores dissolui ꝛ maxime oleũ: qꝛ poros cũ sua viscositate oppilat. Infundimus autẽ manus ꝛ pedes in aqua calida in qua cocta sint viola. camomilla. Fricamus plantas pedũ positas in hac aqua cũ oleo viol. fricamus etiã ꝛ crura: ꝛ ligamus ea a superiori vsqꝫ inferius: hoc em̃ sepe fiat quia deponit materiã ꝛ dissoluit. Benũ est etiã si dolor capitis nõ cessauerit: vt ligem⁹ fundamentũ testiculorũ. Descẽdente aũt materia ꝛ dolore capitis quiescente ponimus caput infirmi super fumũ aque superius dicte. Sed si dolor capitis fit cũ leuitate ꝛ acuitate: scimus illũ fumum esse acutum ꝛ siccum: vnde ponim⁹ in capite oleum ro. ꝛ acetum. Acetũ em̃ attenuat ꝛ aperit: oleũ aũt refrigerat. Et si dolor non cessauerit: frigidiora in capite apponamus: sicut succũ semperuiue: ꝛ ea que superius diximus. Cauẽda est tamẽ camphora in cataplasmationib⁹ frontis et tẽporũ: sꝫ in cataplasmationib⁹ stomachi ꝛ epatis est ponenda. Et si ardorem ꝛ calorẽ nimiũ senserint in stomacho ꝛ primitus pectus habuerint sanũ: ꝛ tussi careant: dam⁹ sirupũ malorum gra. aut de oxisenitia aut de prunis. Si pectus habuerint ĩfirmũ et tussim dam⁹ sirupũ viol. cum psilio. Sꝫ si patiãtur siccitatẽ ꝛ asperitatẽ in lingua: lauam⁹ eã cuꝫ psilio ꝛ succo cucurbite assate hoc mõ: inuoluatur in folijs eiusdem: ꝛ sub cinere coquatur calidissimo: deinde mundetur a cortice et exprimatur: cõpetit in oĩbus acutis febribus. Dam⁹ etiam si sitim habẽt magnã sirupũ squilliticũ cuꝫ succo factũ. Damus et electuariũ psiliticũ ꝛ hmõi. Si autem dietã necesse fuerit ingrossari dam⁹ ptisanũ nõ colatum ꝛ panẽ nõ lotum Caueant amygdalas: qꝛ vt Sa. dicit: cerebruꝫ petũt: dam⁹ quoqꝫ pruna ꝛ mora celsi: oĩa tamẽ sunt cõcedenda in aurora diei febre mitigante. Et si patiant͛ cordis tremorẽ tribuamus psilium cũ succo cucumeris ꝛ sirupo acetoso pomi citrini ꝛ de succo vuarũ agrestiũ. Si tussim habuerint dam⁹ eis hoc electuariũ. ℞. gũmi dragagãti seminis citoniorũ mũdati aã. ʒ.ij amidi. ʒ.j. ꝛ ß. seminis cucumeris. ʒ.ij. ꝛ ß. temperetur cũ sirupo viol. si constipatus fuerit. Si solubilis est cũ rosato. ꝛ fac pilulas in modũ fabe ꝛ vnam sub lingua teneat Vngimus pectus cuꝫ hoc vnguẽto. ℞. dragaganti. ʒ.j. succi malue ꝛ violarie quãtũ sufficit: ponãtur in mortario ꝛ agita quousqꝫ ad mellis spissitudineꝫ redierint: deinde cere albe ʒ.iiij. olei viol. ℥.j. liquefac super cinerẽ ꝛ misce oĩa ꝛ agita quousqꝫ ad modum vnguenti fiant. postꝙ vero stat⁹ trãsierit et febris declinauerit: damus cucurbitam carnes pullorum perdicum ꝛ hmõi. Si autẽ crisis non venerit vt oportet debet primã retinere dietã qua dietauerat ante statũ donec alia crisis veniat. ¶ Oportet aũt intelligi quia alienatio que fit propter apostema diaphragmatis non est continua: sed alienatio que fit propter apostema cerebri incipit in augmẽto sui tota modicum continuatim: neqꝫ febre cessante ꝛ mitigata quiescit ipa: quia passio est in cẽntra cerebri. Ideoqꝫ flatus eius insensibilis paruissimus: facies ꝛ caput eorũ nimium patiunt͛ dolorẽ ꝛ calorem. oculi lachrymantur. nares aquã distillant: ꝛ os eorũ emittit liquorem. Dicũt qdam ꝙ fumus de ebullitione sanguinis qui ascendit ad caput fit calidus ꝛ hũidus: qđ falsuꝫ: qꝛ fum⁹ ad caput ascendens si fuerit humidus eliquabit͛ in pectoris cõcauitatẽ descendens ꝛ de pectore in diaphragma ꝛ ibi apostema generabit qđ vera pleuresis nũcupatur: pars vero fumi q̃ in capite remansit dissoluta per poros cũ sudore ꝛ fumo egreditur. vnde dicimus ꝙ fumus qui fit ex ebullitiõe sanguinis est calidissim⁹ ꝛ siccissim⁹ de gñe cho. ru. vñ non põt eliquari inferi⁹ ad diaphragma: sed in cerebri pelliculis inuiscat͛ ꝛ generat ibi apostema qđ frenesis dicitur. Aliquãdo est ex incẽsione cho. ru. in ventricul͛ cerebri existentis qđ peius est ꝛ molestius. Palam itaqꝫ est ꝙ causa frenesis est de fumo igneo ꝛ sicco. Causa vero pleuresis est ca. fumus ꝛ sanguinolent⁹: idcirco antiqui febrẽ frenesis appellauerunt causon: et febrẽ pleuresis acutam. Quandoqꝫ fit frenesis propter colligantiã neruorũ quã habet cerebrum cũ diaphragmate. Aliquando propter passionẽ matricis. Quandoqꝫ fit propter putredinẽ que est de phlegmate. Nonnunꝙ fit propter adustionem cho. ru. et mutationẽ eius ad cho. ni. hoc genus frenesis pessimum est ꝛ difficile ad curandũ. Si autẽ frenesis fit ex incensiõe cho. ru. in ventriculis cerebri: seqt͛ur cordis tremor: stupor: defectio: mutatio faciei a naturali ad nõ naturalẽ colorẽ sicut ad citrinitatẽ. Et si fit ex ebullitione sanguinis cordis fit naturalis mutatio faciei ad ruborẽ. Medicus licet sit perfectus tamẽ dicta apud se nõ negligat: ꝛ maxime in hac egritudine siue em̃ in diaphragmate siue in cerebro valde sunt timẽda Sed si queratur quid intersit inter febrem causon ꝛ febrem sinocham q̃ inflatiua dicit͛: Rñdem⁹ vrina causon est lucentissima ꝛ rubicũdissima: sed vrina sinoche sine putridine est subtilis alba ꝛ ima. hanc febrem igitur curemus. s. causon sicut superi⁹ dixim⁹: frenesis vero curetur sicut in suo loco dicturi sumus. Sed si ex ignorantia medici et inordinatiõe diete siue ex materie malignitate. xiiij. dies vel. xxj. trãsierit: et scotomia: aut vertigo: aut lethargia sequitur: medicetur sicut infra dicturi sum⁹. Si sincopis ꝛ yctericia sequat͛: ita curent͛

¶ De sincopi et eius cura. Cap. xxvj.

Sincopis est cordis defectio et totius virtutis in se coadunatio et fumose emissionis ablatio Sincopis autẽ huic febri nõ accidit nisi ex plenitudine: vel sanitiõe. Si ex plenitudine: aut ĩ stoma. aut in itestinis: aut ĩ toto corpe. Si fuerit in stoma. hꝫ imaginationẽ añ oculos: dol. in stoma. ꝛ capite: vñ prouocam⁹ vomitũ cũ oximelle aq̃ calida ꝛ sale ꝛ succo crisolocanne: aut ptisano cũ orizaccara. Si in superiorib⁹ intestinis: sentimus dolorẽ ꝛ pũctionẽ ꝛ torsionẽ si cholerica fuerit materia. cuꝫ grauitate ꝛ inflatione: si fuerit melancholica. s. purgetur cum succo lupuli viol. zaccara casiafist. oxisenitia prunis ꝛ ficubus. Et si materia fuerit in inferiorib⁹ intestinis clystere faciamus humidũ qđ. ℞. viol. camomillã ordeũ maluã: sebesten: iuiubas: oleũ viol. zucca. nitrũ ꝛ sisa. Si autẽ sincopis fit ꝑpter inanitionem necesse est fieri aut ex nimio vomitu: aut nimio sudore: sanguinis fluxu per nares: vel nimia solutione. Si ex vomitu damus succum malorũ gra. aut eorũ sapam: sirupum de succo vuarũ agrestiũ: et damus summitatẽ vitiũ rosam spodiuꝫ lignum aloes masticem equo pondere puluerizata cum sirupis superioribus. cataplasmam⁹ stomachũ cum sandal. ru. laudano ligno aloes cãphora: omnib⁹ cum aqua ro. vel cum succo mirte temperatis. Et si fit propter nimiũ sudorẽ vngimus corpus cum oleo mirtino salicino ro. ꝛ similibus. Si autem fit ꝑpter sanguinem de naribus fluentem stringatur sicut in suo loco dicturi sumus: vel pannũ infusum in succo mirte portulace vuarũ agrestiũ malorũ gra. acetosorũ capiti imponimus: manus ꝛ pedes a genu vsqꝫ ad inferius ligam⁹. Et si fortis febris non fuerit: accipe gallas non pertusatas missas ad ignẽ ꝛ in aceto extinctas: deinde puluerizatas misce

ſibi modicum camphore ⁊ licinium lineum in encausto infu-ſum et illi pulueri inuolutum naribus iniice. Si vero ſit pro-pter ſolutionē cho. damus pſilium aſſatum ⁊ ſpodiū cū ſiru-po citoniorū ⁊ aqua frigida. Et ſi nō habuerint ventrē ſanū tribuimus ſirupū mirte: damus ⁊ ptiſanā cū oleo vel ordeo aſſato ⁊ amygdalas cū ſuis corticibus aſſatis. Panē lotum cum amygdalis aſſatis. Succum accipiāt meſpilorū pirorū citoniorū. Vtātur hoc electuario qđ. ℞. citoniorū purgatorū interius ⁊ exterius lib. ij. malorū ⁊ pirorū mūdatorū añ. lib. ß. coquātur cum aqua ro. lib. ſimplici lib. ij. omnia coquant̄ ad ſpiſſitudinē. deinde adde puluerē berberis. ℥. ij. da. ʒ. iiij. cum ſirupo vuarū agreſtiū. Et ſi egeſtio fuerit quaſi lotura carnis: ſignificat contētiuam virtutē in epate eſſe defectam. Da hunc puluerē. ℞. berberis ſpodij añ. ʒ. ij. coriandri infu-ſi in ſucco vuarū agreſtium: aut malorū gra. aſſatorum. ʒ. iiij. gūmi boli añ. ʒ. ij. ſeminis herbe acetoſe. ʒ. iiij. ſe. mirte. ʒ. ij. et ß. omnib⁹ puluerizatis da. ʒ. iij. cum ſirupo citoniorū ⁊ aqua frigida. Sed ſi ad diſſinteriam vel lienteriā vel diarriam de-uenerint: curentur ſicut in ſuis locis dicturi ſumus.

¶ De ycteritia ⁊ eius cura. Cap. xxvij.

Nomen yctericie ſumptū eſt a quadā aue aureū colorem habente in monumētis ⁊ locis deſertis habitāte: ⁊ in nullo tēpore apparēte: niſi in me-dia eſtate: q̄ tota die dormit ⁊ ſomnū terribilem facit. Omnis ycteritia cum febre peſſima eſt niſi cum in die cretica ſit. Illa vero que eſt ꝓpter paſſionē fellis aut epatis peſſima eſt: cui ſuccurrimus cū dieta ⁊ medicina cho. ru. mundificante ſicut cartatico de prunis oxifencia ſuc-co malorū gra. oxizaccara: ptiſana ⁊ ſimilib⁹. Cūq̄ febris de-clinauerit purgetur cum ſucco lupuli cuſcute ſolatri manna viola zuccara. Quod ſi vomitus ei acciderit damus ſuccū malo-rū gra. cum ſpodio et oxifencia cū modico lactis ⁊ aceto ma-ligranati. ſorbeat meſpila citonia ſorbas ⁊ hmōi. cataplaſma-ta ⁊ dieta ſint competentia ſicut in ſeptima practice particu-la dicturi ſumus.

¶ De febre inflatiua ⁊ ei⁹ cura ⁊ de freneſi. Ca. xxviij.

Oportet medicū bn̄ inuestigare chimorū putredines que ex quattuor nascūtur humoribus cū naturam suā siue simplices sint siue compositi egrediuntur. Putredinū autē causa aut ex corruptione est spermatis masculi siue femine siue vtriusqꝫ aut ex corruptione aeris siue cibi ⁊ potus. Ex his enim humoribus corruptis nascitur infirmitas que lepra solet vocari: cuius morbi inuestigatio difficilis ⁊ laboriosa est in sui initio. Postq̄ vo exit in ꝓpatulū dura est ad sanandum. Cū ergo hic morbus vt diximus ex quattuor humoribus nascit᷑: a sanguinis corruptione qui quasi dignior est incipiamus. Si igitur causa lepre ex sanguinis corruptiōe fit: designat᷑ ex rubore ⁊ calore vel calido apostemate ⁊ sanguis cū minuat᷑ putredine cognoscit᷑. Si ex rub. chole. est corruptiōe est siccitas ⁊ asperitas maciesqꝫ: ⁊ hec notant᷑ in pectore: pustule etiam sicce in corpore: scissure in manibus siue pedibus: cutis color citrinus. Si vo ex cholere nig. putredine similiter succedit siccitas: ⁊ manuū ⁊ pedū scissura: ⁊ venarū extensio: spasmꝰ ⁊ digitorū contractio: ⁊ totius corporis titillatio cutisqꝫ nigredo. Si de phlegmatis est vitio corpus glandulosum efficitur ⁊ nimia humiditas per totū corpus: caroqꝫ emollit᷑ cutis alba videtur. Si aūt hūores ad se inuicē componuntur: hmōi causa ex cōpositis oritur. Si cōmixtio sanguinis ⁊ cho. rub. fuerit: apostema calidū multū erit: pūctio nimia est ⁊ incēsio vnde cū scalpatur putredo subsequitur. Quorū duorum caloribus augmētatis vene inciduntur ⁊ nerui; caroqꝫ cōsumit᷑ ⁊ membrorꝫ iūcture separant᷑. Siccitate quoqꝫ crescente putredinis fluxus minuit᷑: si aūt nō cōtrariū comitat᷑. Sanguinis aūt ⁊ phlegmatꝫ cōmixtio glādes ⁊ apostemata facit in toto corpore. Sʒ si calor humiditatē supauerit: putredo exiēs albescit quasi cocta sit sanies. Si aūt frigiditas phlegmatis ardorē sanguinis superauerit: apostema inde nascens in longo tempore nō maturescit. Cū aūt maturauerit sanies albescat. Si vero cho. rub. cū chole. nig. mixta fuerit asperitas denotat pectoris ⁊ siccatio vocis ⁊ scissura pedū ⁊ spasmus digitorū. Et si calor chole. rub. frigiditatē excellit cho. nig. incēdiū maius fit ⁊ membra citius scissuras patiuntur ⁊ mēbrorꝫ cōcatenatio dissoluit᷑. Si aūt ecōtrario cōtrariū comitat᷑. Et si cho. nig. cōmiscet᷑ phlegmati: siccitas glādulosā: pustule sicce: ⁊ salse sunt: mutatiōes cutꝫ liuide sunt aut nigre aut albe aut virides. Et si hūiditas augmentat᷑ glādes etiā multiplicant᷑: si aūt nō eōtrario cōtingit. Morbus ḡ nascēs ex sanguine alopicia vocat᷑. Qui vo ex cho. ru. pereat᷑ leonina nuncupat᷑. Ex chole. nig. elephantia dr̄. De phlegmate tyria nūcupat᷑. Qui morbi cū in corpore emanauerint: necesse est maximuꝫ piculū faciāt. Quidam tn̄ corꝫ maxie in cerebro dn̄ant᷑: quidā vo in corpe solo: ⁊ q̄dā in vtroqꝫ. Sūt ⁊ alij in q̄busdā mēbris sicut in manibꝰ ⁊ pedibꝰ: quidā pilos deponūt: quidā vo nō: alij carnē cōsumūt: alij pruriginē ⁊ scabiē ꝓturiunt et fissurā: alij morpheas nigras siue rufas seu albas: alij impetiginē latā gignūt nigrā ⁊ pessimā. Quidā etiā cutē crepant ⁊ eā reddūt fluidā: alij non: quidam ⁊ vngulas deponunt: quidā corpꝰ desiccāt totū: alij pustulas emittūt fluētes qd̄ ex quātitate cōtingit putredinū. Peior aūt his oīoꝰ vbi sanguis augmentat᷑ ꝓpter velocitatē putredinis eiꝰ est qui de cho. ru. gignit᷑: q: hec ex nimia sui incēsione peiorat᷑ maxime si sanguini misceat᷑. Chole. aūt nig. atqꝫ phleg. paulatim putrefiūt sibi subiecta. Expletis hmōi significationibꝰ atqꝫ causis: opʒ vt subijciatur cura.

De origine lepre ⁊ eius cura. Cap. iij.

Conuenit ḡ chimū certificari vn̄ oriat᷑. Si em̄ ex sanguine est q̄ in supma pte corpis est: et hō si expetit tēpꝰ atqꝫ etas phlebotomandus est eger de cephalica: aut de vena q̄ est in fronte: aut in occipitio ponēda est vētosa ⁊ dādū est catarticū qd̄ iā dicturus suꝫ. Si ḡ sanguis in pectore dn̄et᷑ siue cubitꝰ siue manꝰ de basilica sinistre manꝰ est minuēdus aut de ea q̄ inter mediū ⁊ auricularē digitū cōtinet᷑: aut de ea q̄ inter radicē ⁊ mediū hʒ i dextra manu. vētosandus est q̄ꝫ subter scapulas manꝰ vtriusqꝫ. Si aūt de sanguine inferiorꝫ brachij phlebotomādus est sup calcaneū vtriusqꝫ pedis: ⁊ vētosa in vtroqꝫ crure eiꝰ est leuo palmo adhibēda. Si autem ex cho. ru. fuit cā morbi: incipiēdū erit a catartico aut phlebotomia. Sʒ si in toto corpore iā infirmitas aspgat᷑ añ catarticuꝫ de media vena est minuēdus. qd̄ silr̄ in cūctis obseruat᷑ hūoribus. Si aliqua post catarticū sanguinis corruptio remanebit: aliquātulū cū phlebotomia aut vētosa erit laborādum ⁊ postea adhibēdū erit hō catarticū. ℞. mirob. citri. ʒ. x. bellerici. cuscute. añ. ʒ. v. fumiter. ʒ. vij. orise. ʒ. xx. q̄ oīa in duabꝰ lib. aq̄ excocta vsqꝫ ad. viij. ℥. redigant᷑ ⁊ colent᷑ ⁊ media. ʒ. aloes minutissime puluerizati misceat᷑ ⁊ ad bibēdū egro det᷑: post vo diē. vij. cū supti: a dieta est nutriēdus sicut pdice faleano ⁊ silibꝰ: deide iste puluis erit dādus. ℞. mirobo. citri. ʒ. x. fumiter. eupatorij marathri se. lactuce. añ. ʒ. ij. zucca. quantū oēs spēs habebūt: ⁊ de his facto puluere cū aq̄ cal. ʒ. iij. da quotidie. Et silr̄ aliud catarticū adhibēdū est qd̄ calorē sanguinis extinguit. ℞. absinth. cuscu. añ. ʒ. iij. mirob. citri. ʒ. vij. marathri ʒ. j. ⁊ ß. oriseni. ʒ. xj. rose. ʒ. ij. aq̄ li. ij. coq̄ quousqꝫ ad. vij. ℥. redigant᷑ ⁊ hō colent᷑: ⁊ de maioribꝰ potionibꝰ addant᷑ q̄s dicturi sumꝰ. ʒ. j. ⁊ ß. det᷑ ad bibēdū. Sʒ si cho. ru. vel corruptio ppēdat dcta in pmis phleb. añ catarticū tribuat᷑ ⁊ phlebotomet᷑ sm̄ q̄ in sanguis corruptiōe diximꝰ. ℞. mirobo. citri. ʒ. xj. q̄ coquant᷑ ⁊ colent᷑ in li. j. prunorꝫ sirupi: ⁊ ibi p diē ⁊ noctē teneant᷑ integrā q̄bus. ʒ. vij. casiefi. adhibe ⁊ post colans adiunge. ʒ. ij. vio. ⁊ mediā aloe ⁊ da bibere de hō. v. diebꝰ: sʒ nutriat᷑ cū dieta hūida sicut carne agnina cucurbita crisolocāna gallina bliti portula. malua carne ericij: ⁊ ciꝰ piguedine hedulis aut hobꝰ lactētibꝰ ⁊ silibꝰ: postea phlebotomet᷑ sm̄ q̄ diximus. Que vo chole. ru. iuuāt: silr̄ cōtra corruptū sanguinē

adiuuant τ econuerso. ℞. cuscute absinthij. añ. ʒ. iij. maratri ca pill. veneris. añ. ʒ. ij. miroba. citrini. ʒ. x. casief. ʒ. v. τ lib. j. τ ß. aque adhibe que ad. viij. ℥. redigant τ colatis adiunge. ʒ. iij. radicis τ zinzibe. ʒ. viij. vio. τ. ʒ. ß. puluerizati aloe τ da bibere. Aliud catarticū similiter valet ꝯ chole. rub. incensionem ℞. absinthij cuscute. añ. ʒ. v. mirobala. citrini viola. añ. ʒ. x. casief. ʒ. viij. oxife. ʒ. xv. fumiter. maratri. añ. ʒ. j. τ ß. facto puluere da bibere. Aliud catarticū. ℞. folij. prassij cuscute capillor. veneris absinthij maratri. añ. ʒ. iij. vio. ʒ. v. casief. ʒ. viij. oxifeni. ʒ. xv. fumiterre maratri. añ. ʒ. j. τ ß. in tribus lib. aque coque quousqȝ ad. viij. ℥. redigantur: quibus colatis adhibe ʒ. ß. agarici: aloe. ʒ. ß. facto puluerē dabis bibere. Aliud catarticū. ℞. folij prassij cuscu. capillor. veneris apij absinthij maratri. añ. ʒ. iij. viole. ʒ. v. oxifeni. ʒ. xx. casiefistu. ʒ. vij. rose. ʒ. ij. lacce. ʒ. j. τ ß. fumiterre. ʒ. iij. miroba. citrini. ʒ. x. duas adhibe lib. aque quas ad. vij. ℥. redige colatis. ʒ. j. τ ß. de maiori adiunge potiōe. Puluis tantidē valēs. ℞. miroba. citrini. ʒ. xx. maratri. ʒ. v. masticis. ʒ. vij. psilij. ʒ. x. zucca. ʒ. xxx. de his oībus preter psilium puluis efficiatur τ bibere detur circiter ʒ. ij. aut. iij. Corpore aūt mundificato detˀ ei sternutatorio cum oleo vio. τ oui albugine: oculi lauentˀ cum aqua sumac mali gra. dulcis τ acidi. Si autē in corpore habeantur pustule alique: τ he sint fluide: cū stipticis sunt medicande sicut acatia rosa gūmi arabico carabe balaustia litargi. cerusa alumine myrrha bolo cipresso pill. gall. τ similibus. Unguentum hoc mundificat totū corpus a putredine. ℞. litargiri. ℥. iij. aluminis argenti viui. añ. ℥. iij. rosarū. ʒ. j. sauine figie cathimie. añ. ℥. j. τ ß. ciceris lētis τ calcanti. añ. ℥. j. hec omnia cū succo mirte fructus distemperentur. que coquantur vsqȝ ad consumptionē tertie partis: τ cū oleo ro. quantū sufficit. Deinde totum corpus vngatur in diebus septē: τ in octauo die cū oleo rosa: nono cum aceto vue agrestis: decimo balneo vtatur. Aliud. ℞. ceruse litargiri. añ. ℥. ij. argenti viui. ℥. j. figie fenugreci ypoquistidos sauine acatie. añ. ʒ. j. olei ro. ℥. iij. de his omnibꝰ vnguētū cōficiatur cum sapa mirte τ aceto. Si autē pustule sicce fuerint vt aspere τ cum prurigine ꝓpter chole. rub. fac vnguentū istud. ℞. litargiri. ℥. ij. ceruse. ℥. j. vio. capillor. veneris. añ. ℥. j. cere albe axūgie galline τ ericij figie. añ. ℥. j. τ ß. Aliud qđ ad digitorū cōtractionē valet. ℞. malue capillor. veneris sauine ro. viole aristo. lon. añ. ℥. j. colopho. cere albe. añ. ℥. ij. argenti viui. ℥. j. ceruse. ℥. j. τ ß. litargiri. ℥. iij. axungie galline τ vituli τ ericij axungie medulle vaccine olei sisami τ vio. añ. ℥. iij. calciteos. ℥. j. aluminis sarcocole. añ. ℥. iij. butyri ℥. ij. figie. ℥. ij. de his omnibꝰ vnguentū fiat. Aliud. ℞. butyri. li. j. cere albe. ℥. iiij. argenti viui dragaganti gūmi arabi. masticis colopho. sarcocole aluminis. añ. ℥. j. ceruse viol. añ. ℥. iij. olei sisami. ℥. ij. τ inde fac vnguētū. Aliud. ℞. butyri li. j. cere albe. ℥. iiij. argenti viui. ℥. ij. dragaganti. ʒ. iiij. capill. veneris ceruse. añ. ℥. j. olei sisami. ℥. ij. fac vnguentum. Sufficit dixisse de morbo hmōi a sanguine τ a chole. nascente.

¶ De cura lepre a cholera nigra τ phlegmate causate. Cap. iiij.

Incipiamus ab illa que a cholera nigra vel phlegmate nascitur: cōtra quā optimū est τ pfectissimum antidotum qđ nominatˀ hierapudisum vel pufida i theodoricū cuperiston hieralogodiō merificon τ aliud maius antidotū qđ dicturus sum cum hoc catartico qđ. ℞. miroba. kebu. nigri. añ. ʒ. vij. epithimi. ʒ. v. polipodij ameos. añ. ʒ. iij. polij. ʒ. ij. τ duas lib. aque vsqȝ ad. viij. ℥. redacte: hec colata bibenda da cū qualicūqȝ volueris sirupo τ hiera. ʒ. j. τ ß. Aliud. ℞. kebu. nig. camedreos añ. ʒ. v. ameos epithi. añ. ʒ. iij. polij. ʒ. ij. fac catarticum superiori simile: τ egro cum aliqua hiera da bibere. Aliud. ℞. kebuli. ʒ. xx. nigri. ʒ. x. fumiterre sene. añ. ʒ. x. epithi. ameos. añ. ʒ. iij. polipodij turbith. añ. ʒ. iij. vue passe mūdate. ʒ. xx. que excocta in. vij. lib. aque redacta vsqȝ ad vnam cola τ in duas partes diuide: τ in vna parte illarū pone puluerem hierepi. τ agarici ameos epithi. añ. ʒ. j. q̄ cōposita egro da bibere. Pilule stomatice ad hūc multū valēt morbū. ℞. hierepi. ʒ. x. epithi. ʒ. vij. turbith. ʒ. v. salis indici. ʒ. vij. anisi ameos apij semi. maratri. añ. ʒ. ij. polipodij. ʒ. vij. turbith. ʒ. v. salis indici. ʒ. vij. anisi ameos apij semi. maratri. añ. ʒ. ij. polipodij. ʒ. vij. scamonee assate. ʒ. v. hellebo. nigri bdellij. añ. ʒ. vij. factum inde puluerem distempera cū succo maratri: τ fac pilulas in modum piperis τ da inde bibere. ʒ. iij. vel. v. qđ tñ facies post catarticū de hiera fortiori: deinde da bibere de antidoto qđ dicturi sumus: τ bibat cum aqua quā dicturi sumus. ℞. epithi. ʒ. v. kebuli. ʒ. viij. polipodij. ʒ. iij. camepitheos. ʒ. iij. vue passe mundate. ʒ. x. aque. lib. iij. in vnam redactas: τ ista da bibere. Potio mire ad lepram valens τ oēm chimorū corruptionem τ cōplexionē corporis moderandam τ mundificandā. ℞. agarici coloquintide squille cocte turbith scamonee polipodij hellebo. nigri piperis al. atqȝ lōgi camedreos camepitheos cētaurce. añ. ʒ. xl. siseleos prassij ameos epithi. gentiane euforbij polij absinthij cicute semi. camomille seminis aristo. lō. τ rotūde. añ. ʒ. xx. cocognidij tithimalli cuscute yreos fumiterre petroselini armonia. oppopona. spice nardi casielignee assari cinamomi alithimi amomi calami aromatici mirte folij scordeon aperi yperici. añ. ʒ. x. piperis nigri croci spice celtice squinanti carpobalsami calamenti rute seminis radi. semi. apij castorei. añ. ʒ. x. serapini bdellij. añ. ʒ. xx. carnis tyrie. ʒ. xx. hirundinis cocte. ʒ. xl. pingu. dinis. ʒ. xl. altee. ʒ. xxx. facto puluere de his que possunt puluerizari reliqua sapa liquabis puluerē superiori admisce cū pinguedine: mel qđ sufficit appone τ in vase vitreo pone: cuius tertia pars vacua remaneat qđ postea in eodē mitte a principio kalen. iulij vsqȝ ad kalē. aprilis: deinde perfecta hac potatione dato inde bibere. ʒ. v. cum aqua hoc modo faciēda. ℞. mirobala. kebul. ʒ. vij. ameos epithi. polipodij absinthij polij yrei. añ. ʒ. iij. vue passe enucleate. ʒ. iij. aque. lib. ij. in. viij. ℥. redactas. Aliud antidotū valens ad cholerā nig. τ phlegmatis leprā. ℞. thuris. ʒ. v. mirte. ʒ. vij. opobalsami. ʒ. iij. musceleō. ʒ. vij. scamonee. ʒ. v. musci. ʒ. j. τ ß. omnia hec misceātur: τ. ʒ. j. detur. Aliud. ℞. ambre. ʒ. iij. musci balsami musceleō. añ. ʒ. xx. scamonee agarici fellis vacce nigre. añ. ʒ. vj. oīa mixta detur ad bibendum cū aqua cali. ʒ. v. τ ß. Unguentū hoc valet ad putredinem τ pustulas de cholera nig. τ phlegmate nascentes. ℞. medulle vaccine butyri. añ. lib. j. olei de nucibus τ de lauro. añ. ℥. iij. cere al. lib. ß. sulphuris auripigmenti nitri sanguinis draconis sarcocole floris eris mirte thurꝭ figie armoniaci oppopona. bdellij. añ. ℥. j. aristo. lō. litargiri. cathimie añ. ℥. colopho. li. j. fac vnguentū. Potio aūt laxatiua sumatˀ nō frequēter: sed danda est interuallo aliquātulo. Tyriaca cilie maior τ diapithimū. ℞. miroba. kebu. ʒ. xx. epithimi. ʒ. x. polipodij ameos. añ. ʒ. v. vue passe quantū oēs alie species. Alius puluis sili valēs. ℞. fumiterre. ʒ. xx. altee. ʒ. iij. zuccari quantū erunt omnes alie species. Aliud. ℞. kebuli. ʒ. xx. epithi. maratri fumiterre. zinzibe. añ. ʒ. x. zucca. quantū omnes alie species. Aliud. ℞. kebuli indi. ʒ. xx. epithi. ameos. añ. ʒ. xv. factū puluerem distempera cū. xx. ʒ. amigdaleon: deinde accipiātˀ. ʒ. xx. cuscute. cc. passe enucleate que pistentˀ τ sicut medulla fiāt: τ cū his distemperentˀ oēs alie species τ fac rotunda τ vnūquodqȝ habeat. ʒ. v. lib. vij. alij huic addūt. ʒ. xj. polipodij. Aliud. ℞. kebu. origani epithi. añ. ʒ. x. miroba. citrini. ʒ. vj. zucca. masticis. añ. ʒ. viij. factū puluerē distēpera cum vua passa. Aliꝰ puluis. ℞. kebu. indi emblici τ citrini corticū añ. ʒ. iij. turbith. ʒ. xij. zucca. quātū omnes alie species. Pilule valentes similiter. ℞. coloquintide. ʒ. xviij. aloes. ʒ. xij. scamonee fellis vacce nig. epithi. agarici. añ. ʒ. iij. turbit. kebul. añ. ʒ. vj. armoniaci serapi. oppopona. siseleos. añ. ʒ. v. euforbij castorei. añ. ʒ. j. piperis lō. τ ni. spice cinami. croci costi casie masticis reubar. assari squināti carpob. calami. aroma. añ. ʒ. j. τ ß. distēpera cū succo porri τ fac inde pill. in modū piperis τ da. ʒ. iij. Aliud. ℞. kebu. belliricí embli. sinapis al. sal. indi. sal gēme. acori costi enule pipe. ni. τ al. zinzi. ameos apij. se. siseleos nigelle cicute semi. tapsie sauine. añ. ʒ. iij. scamo. serapi. masti. añ. ʒ. iiij. oppopo. ʒ. xiiij. pinguedinis ericij quātū medietas oīꝫ specierū: q̄ oīa fricata cū felle vacce nig. exiccentˀ in vmbra: deinde tēpera cū succo porri τ fac pilu. in modū piperis τ da. ʒ. ij. Aliud. ℞. agarici epithi. polipodij zedoar derónici. añ. ʒ. v. aristo. lon. τ rotū. helle. nig. añ. ʒ. iij. coloqnti. altee. añ. ʒ. xv. turbith titimal. auellane purgate sal. indici ysopi kebu. gētiane cicute semi. añ. ʒ. x. fac puluerē τ distēpera cō succo solatri τ fac pilu. in modū ciceris τ da inde. ʒ. iij.

De medicaminibus lepre siue morphee. Cap. v.

Medicamen lepre taliter fit: tollimus gomellas .iiij. de farina spelte: deinde mittimus in aquã dieb⁹ nouẽ: et nõ mutamus ibidẽ aq̃ trib⁹ gomellis vel ℥.iiij. de germano .s. soluendo et agitando. Itẽ tollimus de terra q̃ francigena vocat. ℥.iiij. sulphuris ℥.vj. axungie lib. iij. et ponim⁹ cũ supradicto germano et defricamus illud in ficlo et colamus illud vicibus trib⁹ p pannum spissum: deinde tollimus sicut tollimus de supradicto farre et semel excimus: deinde ponimus illa ad ignẽ vsq; quo soluat axungia: sed anteq̃ vngat ipso vnguento facimus illud. Tollimus pugillũ vnũ de puluere stagni et gomellã vnã de tartaro: et ℥.ij. sal. hec oĩa terimus et mittim⁹ cũ .xij. phial. aque: et tamdiu bullire facimus vsq; dũ tingit ipsũ ligneolũ cũ manu minãdo cum ipso ligno super focũ. Et q passionẽ lepre habet pũgimus cũ acu putredinẽ eius donec sanguis exeat cũ illa putredine: et lauamus cũ ipsa aqua quã diximus per oẽs venas: deinde vngimus cũ supradicto vnguẽto. De inde potionem hanc illi damus que. ℞. mali terranei et mali storacis et cucurbite spice grece altee picule casie aloes .ãã. ʒ.j. cere. ʒ.j. succi radicis herbe serpentarie radicis sisami et coque cum oleo quod sufficit. Alia potio. ℞. atriplic s seminis rape se. aneti .ãã. ʒ. ij. myrrhe nigre croci orientalis .ãã. ʒ.ß. agarici albi epithimi camedreos folij cordumeni finoni yperici prasij pulegij cassioli. ãã. ʒ.j. mellis quod sufficit. Item pustulas que sunt super carnẽ cũ acu pũgimus et frequenter infundimus cũ supradicta aq̃: et iterũ oculorũ alia p pilis nascentibus pungimus et cũ melle vngimus et spargimus super ipsã puluerẽ. Item vngimus de ipso vnguento qd̃ est factum cũ sandalis. Iterũ pungimus et spargimus puluerẽ qui factus est ex iaro in omnibus curis lib. j. ante: sz noli terere: ponimusq; phialã mellis .j. deinde implem⁹ cacabum de optimo vino et facimus bullire malũ terraneum cũ ipso cucurbitino: et dimittim⁹ illũ donec finẽ habeat infirmitas ipsa. Vnguẽtũ ad leprã siue pruritũ: flores tithimalli cũ aceto coque fortiter et oleo modico et vnge vsq; dũ sanet. Vnguẽtũ ad hoc vtile nimis: apprehẽsis tribus serpentibus nigris et capitibus et caudis ad mensurã triũ digitorũ abiectis et incisa corũ in olla noua incẽde. Primo addat sapo albus et oleũ in mortario tãdiu agitet donec ad spissitudinẽ mellis veniat et vtere p tres dies. Expletis aũt trib⁹ diebus ad balneã ducat et lauet. Si aũt adhuc aliq̃d infirmitatis inest patiẽti: incide caput testudinis et sanguinẽ ei⁹ collige et loca dolẽtia ex eo vnge cũ pẽna: deinde fac foueã et cũ ligaturis cõtege et pãnis cooperi: intus accende ignẽ cum vitibus et ingrediat patiens ter in die et exiẽs cooperiat panno nouo: et hoc fiat biduo: et quotiẽs exierit de fouea inungat vnguẽto hoc qd̃. ℞. adipis capni, porci. vrsini .ãã. ℥. v. igne solut' addant sauine saluie saturete rute rosmarini absinthij .ãã. manipulũ .j. et pulueres harũ herbarum in frixorio ad ignẽ cũ supradictis adipib⁹ mixtos fortiter cola p linteolũ: post adhibe puluerẽ myrrhe thuris masticis aloes sanguinis draconis .ãã. ʒ.ij. vel. iij.

De morphea et eius cura. Cap. vj.

Galienus morpheã medicari precepit post mundificationẽ corporis: vngat ergo corpus cum lacte calce et anacardo et casia aloe litargiro acacia sulphure et hellebo. al. simplicibus seu cõpositis cum aceto temperatis. Itẽ Hal. apij siluatici succus valet cũ lacte ficuũ mixtus. et sulphur et dragagan. idẽ faciũt. sanguis leporis valet: capparisq; radix cũ aceto similiter. Bibant aũt de hoc antidoto. ℞. miroba. citri. kebu. et bell. et embli. ãã. ʒ. xv. pulueris hierepi. ʒ. xviij. siseleos. ʒ. xv. fumiter. ʒ. xxx. senc. ʒ. xx. agarici turbith .ãã. ʒ. xxx. tapsie. ʒ. x. acori. ʒ. viij. fac puluerẽ adde mel' quãtum sufficit. Alij adiungunt huic. ʒ. xv. hellebo. nigri. Aliud. ℞. kebuli. ʒ. xxx. belli. emblici .ãã. ʒ. xx. epithi. ʒ. xx. masticis. ʒ. iij. ameos calamenti .ãã. ʒ. x. hierepi. ʒ. xx. coloquinti. ʒ. x. nigelle sinapis .ãã. ʒ. v. tapsie. ʒ. viij. fac puluerẽ adde mel' quãtum sufficiat da. ʒ. iij. diebus tribus cõtinuis et tribus intermissis. Vnguẽtũ morphee valet omni cholere. ℞. casie cõdisi sinapis nigelle se. radicis piretri rubee .ãã. ʒ. iij. costi colоq̃n. hellebo. nig. cappa-ris radicum rute alumi. staphisagrie .ãã. ʒ. j. et ß. custorhij sex monee salis aromonia. sanguis draconis ameos .ãã. ʒ. ij. fac puluerem tempera cum aceto: et ex eo vnguantur. Aliud vnguentum: tpe maij aut iunij collige muscas maiores et pone in sextario cum oleo et multis collectis iaceant in oleo et marcescant et sic vnge leprosum inde et mundabitur vsq; ad ossa tamen: et caro mala et vngule mundabuntur.

De impetigine et eius cura. Cap. vij.

Impetigo si fit ex sanguine: medicabitur cũ phlebotomia et pharmacia humores incensos mundificantibus. Secunda species est medicina chole. rub. purgatiua .s. hiera rufi: et maxime sumpta cũ sirupo de fumo terre. balneũ assuefaciat aque dulcis lauet cũ furfure farine vel fabe. Vnguẽtũ oleo frumenti aceto pomi citrini cathimia pistata sulphur cũ aceto cineri. cum semineo lacte gũmi prunorũ farina ciceris cũ lacte ficuũ hellebori nig. cũ aceto acatie. ʒ. viij. gũmi arabi. ʒ. viij. cũ aceto: post lauetur cum aqua dulci et vngatur cum oleo ro. Sed si hec non pfuerint vnguatur de oleo ligni qd̃ vocatur cornus vel de oleo iuniperi: vel de hoc. ℞. ceruse litargiri nitri de butte sinapita cum aceto vnguat ad ignem. Aliud vnguentũ probatum ad impetiginẽ omnemq; serpiginem. ℞. olei lentisci. pill'. serapini auripigmenti misceantur. Aliud ad impetigines siluaticas. ℞. lapatij radicem nitri assi auripigmẽti spice allij terre cum aceto et fac vnguentum.

De scabie et prurigine. Cap. viij.

Si scabies et prurigo de sanguine et chole. rub. cõprehendantur esse: phlebotometur de vena media. Si autem aliq̃d nobis obuiet in minutione purgem⁹ cũ catartico de casiafi. et succo fumiterre et miroba. citri. et similib⁹. frequẽter fiãt balnea in quibus sudẽt: non tangantur epithimatibus: viscositate enim sua prohibent dissolutionem hũorũ et poros claudunt sed tamen parũ olei ro. est adhibendũ. Si scabies fit ex chimis phlegmaticis purgemus phlegma cũ catartico de epithimo siue agarico et similibus: assuefaciam⁹ balneũ in quo sudent: deinde vnguant apij succo vel calamẽti: purgatis aũt corporibus ad exteriora vnguẽta redeamus. vnde Hal. litargirũ cum oleo valet. cinis cauliũ cum petroleo similiter. Diasco. vrinã cũ aceto valere dixit. Sulphur cum lentibus et oleo multũ valet scabiei et impetigini vnguiũ et inguinũ masculis. sulphur cum aceto idẽ facit. Similiter nitrũ cũ melle et sulphure valet. Sal quoq; cũ oleo et aceto si nõ sudent accedant foco: mitigat dolorem et iuuat scabiem et impetiginẽ. Hal. aqua sulphurea vel marina cum sale cocta vel cum frondibus oliuarũ iuuat veteres pustulas scabiem et prurìginem et similia. frondes quoq; olee vel canne cum aqua et aceto. similiter et frondes canne valent scabiei de calore. Unguentum valens scabiei et prurigini de ca. ℞. litargiri. ʒ. x. ceruse cathimie argentee. ãã. ʒ. iij. celidonie sigie argenti viui. ãã. ʒ. iij. olei ro. et aceti quantum sufficit. Aliud desiccans pustulas et vulnera de ca. ℞. acatie gũmi ara. ãã. ʒ. ij. litargiri cathimie argentee .ãã. ʒ. j. et ß. tempera cum aqua rosa. Unguentum quod curat scabiosos leprosos de salso phlegmate et pingues attenuat. ℞. nitrũ salẽ myrrhã pumices assentur ad ignem et puluerisentur: quibus adde piretrum camelentam piper maioranã prassium peucedanum tartarum nigellam aristolo. rotundã hellebo rum album vreos fenugrecum orobum: hec omnia terantur cum oleo et cera vel axungia: vnde vngantur. Quidam addunt nitrum ciminum cardamomũ bolum gũmam hedere coloquintide corticem sinapim litargirum baccas lauri gallam et sagimen.

De pediculis. Capituli. ix.

Pediculi si sint in corpore calido: hoc vnguento vngito: argentũ viuũ cineres filicis cum aceto tempera et oleo: vel litargirũ et argentũ viuũ cũ aceto et oleo tẽpera et vnge. In frigido corpore hoc vnguẽto vtere. Staphisagriã nitrũ auripigmẽtũ cũ oleo et aceto tẽpera: et caput vngito. Item auripigmentum rub. capiti inunge cũ oleo. Similiter acetũ cũ aq̃ marina occidit pediculos; et si nõ habes aquã marinam: sal

⁊ aqua cū modico aceto idem facit. Et ſi poſt infirmitatem pediculi naſcantur: fac vnguentum de ſemine croci hortē ſis: vnge quotidie ⁊ laua cū aqua vbi cocte ſint roſe vel folia pini piſta: ⁊ iſto ſucco ſimiliter vnge.

¶ De puſtulis in capite naſcentibus. Cap. x.

PUſtulas capitis ſic curam⁹: primo hu. eijcim⁹ ⁊ capite raſo vnguentum adhibemus: frondes cipreſſi eiuſdē q̄ fructus: frōdes tamariſci bdellij. de quocūq̄ hoꝝ voluerīs fac puluerē tēpera cū aceto ⁊ oleo: ⁊ vnge. Aliud vnguētū. ℞. litargiri ceruſe. añ. ʒ. iiij. ʒucca. ʒ. iij. galle. ʒ. j. pulueriʒa ⁊ tēpera cum forti aceto: poſtea adiunge cerā albā oleum roſa. et fac vnguentū. Aliud. ℞. ceruſe. ʒ. vij. litargiri cere albe. añ. ʒ. iiij. furfuris nitri. añ. ʒ. vij. olei ro. quātū ſuf. Aliud qḋ crato affirmauit valere ſi naſcantur ex phlegmate. ℞. litargirum rutā ſiccā pulueriʒa ⁊ tempera cū oleo ⁊ vnge. Aliud. ℞. cortices maligra. acatiā: gallā pulueriʒa: ⁊ tempera cū aceto ⁊ vnge. Aliud tolle ramos ⁊ frondes ficus virides: ⁊ cū aqua piſta quouſq̄ efficiantur quaſi medulla ⁊ vnge. Si paſſio ſit diuturna vice aque acetū pone. Si noua: loco aceti aquam mitte. Si fuerint vulnera oleū ro. cum albugine oui pone. Aliud tolle amigdalas amaras munda cū aqua cali. ⁊ piſta vt vnguentum fiat raſumq̄ caput vngas.

¶ De puſtulis in facie naſcentibus. Ca. xj.

SI puſtule ſint in facie ⁊ rubee: pri⁹ phlebotomo purgetur de vena cephalica: deinde purgabis hoc ātidoto. ℞. mirabo. kebulo. mūdato. indoꝝ citri: ⁊ ſandali albi ⁊ viol. añ. ʒ. ij. reubar. gallie bellericoꝝ cuſcute ſquināti dragagāti maſticis ſene turbith agarici ligni aloes, ſpice caſielig. ſalis gēme lapid. laʒuli ſeminis maratri. añ. ʒ. j. cinami gari. añ. ʒ. j. mellis quātū ſufficit: da cū ſcamonea. prodeſt manie ⁊ melācholie ⁊ timidis ex chole. nig. ꝓdeſt fario cancro oris ⁊ pedis ⁊ foco qui naſcitur in aliquo membro. hoc finito fac vnguentū qḋ. ℞. ceruſe litargiri. añ. ʒ. iij. plumbi vſti. ʒ. ij. tempera cum oleo ro. ⁊ aliquātulo aceto. Si puſtule ſint hūidiores adde. ʒ. j. boli ⁊ miſce cū oleo ro. ⁊ ſucco ſolatri. Si autē ſint pruriginoſe adde. ʒ. ß. argēti viui: pone in occipitio vētoſas ſepe. Abſtineant a forti vino allijs acutis herbis ⁊ cepis vel cibis. Aliud ad veſicas que fiūt in facie ⁊ in alijs mēbris ⁊ crepaturis: maxime ſi ſint de cali. ℞. ſucci radi. blete ſucci radi. maratri ſucci morelle: ſucci ſolatri: ſucci herbeventi. añ. ℥. j. aloes. ʒ. v. vitella ouoꝝ trium: tempera vt liquida ſint pēna inunge ter in die vſq̄ in diem tertiū: poſtea laua cū ſpōgia ⁊ iterum inunge.

¶ De puſtulis que herpes milium dicuntur. Cap. xij.

PUſtule que dicuntur herpes miliū naſcētes ex deſudatione ſunt quattuor modis. Sunt em̄ quedā calidiſſime quas aqua frigida adiuuat cū de chole. naſcunt̄ ignea. Quedā ſunt de cholera: ſed tamen groſſa quas balneū iuuat in aq̄ca. Alie inter has duas mediocres. Quarta ſpecies de cho. nig. naſcit̄ que peſſima eſt: ⁊ ad ſanandū dura In curādis trib⁹ generib⁹ cholera purgetur. In quarta vō ſpecie chole. nig. balneū patiens aſſuefaciat. Vngamus cū ſucco ſolatri coriandro cōmixto vel ſandal. ⁊ croco: vel frōdes iuſquiami cū melle: medulla melonis cum ſucco apij in balneo poſt ſudorem iuuat. frondes oliue piſtati. cū aqua cocta valent. He deſudationes plurimū naſcuntur in eſtate cū calor ſit nimi⁹ q̄ fit ex negligētia balnei ⁊ mundificatiōe cutis ⁊ fatigatione corporis. Si aūt augmentent̄ ⁊ vetereſcāt ad ſcabiē deuenient: vnde feſtinandū eſt ad purgandū cholerā rub. Vngat̄ deforis cū medulla ⁊ corticibus melonis: cū ſucco ſolatri. vtat̄ aſſiduis balneis. Similiter ro. ⁊ mirta cocta ⁊ in balneo poſita valent.

¶ De porris ⁊ verrucis. Capi. xiij.

POrri ⁊ verruce ſic ſunt medicāda. ꝑmo chimos vnde fiūt purgemus: poſt deſiccatiuo medicamine extra poſito curent̄ vt eſt oleū mirtinum ro. cinis ramorum vitis cū aceto temperatus acatia cū oleo ro. nigella. ſtercus ouinū vel caprinū cū vino tēperatū valet. Diaſco. dixit lac ficuū cū pinguedine temperatū deſuper poſitū valet. Si iſta nō ꝓfuerint: inciſiua ponant̄. ℞. eruginis eris. ʒ. viij. coloquinti. ʒ. x. nitri. ʒ. ix. ſal. armoniaci. ʒ. vj. aluminis auripigmēti. añ. ʒ. xij. fellis taurini. ʒ. ix. calcis nō extincte. ʒ. xj. tēpera cū lixiuio ⁊ ſuppone. Aliḋ. ℞. ſandaracę auripigmēti ſpume marine equo pondere: tēpera cū ſucco lupini. Si hec non ꝓfuerint: curent̄ ſicut in chirurgia dicturi ſum⁹. Dia. dixit cicer ſanat verrucas ſi ſm̄ vnāquāq̄ verrucā granū accipias: quibus adunatis ⁊ in panno ligatis hoc in carbunculis melius infirmus retro ꝓijciat. Vt verrucas de facie tollas: ⁊ oēm nigredinē: radicē cucumeris agreſtis ſicca ⁊ pulueriʒa: ⁊ miſce cū aqua ⁊ faciē linies. Alia vō die faciē laua cū aqua frigida: hec ſi triduo feceris miraberis. Itē Ariſto. in lib. aureis litteris ſcripto. ℞. floris eris maſticis colophonie oleū roſ. oia decoq̄ ⁊ fac vnguētū: nō ſolū porrū: ſʒ etiā verrucā aufert.

¶ De vulneribus in ſanguine. Cap. xiiij.

SI vulnera ex ſanguine fuerīt phlebotomem⁹ vſq̄ ad defectionē nimiā ſanguinis: niſi aliq̄d obuiauerit. Mundificet̄ ergo corpus cū catartico ⁊ ſubtilibus dictis frigidis ⁊ hūidis: deinde ad vnguenta exteriora redeamus. Vnguentū valet vulneribus ca. ℞. ceruſe litargiri cathimie argētee. añ. ʒ. vj. cere albe olei ro. añ. lib. iij. fiat vnguentū. Aliud. ℞. celidonie litargiri ceruſe ſirici cathimie argētee. añ. ʒ. viij. olei. ʒ. xv. aceti albuginis oui. añ. ʒ. vij. viſci pſilij. añ. ʒ. xv. fac vnguētū. Aliḋ valet humidis vulneribus. ℞. litargiri. ʒ. x. argenti viui ſucci lapacij. añ. ʒ. iij. celidonie. ʒ. j. ⁊ ß. olei ⁊ aceti quantum ſufficit. Aliud deſiccans vulnera ⁊ puſtulas. ℞. boli. ʒ. ij. terre ſigillate. ʒ. j. camphore croci. añ. ʒ. ß. tempera cum aceto ⁊ aqua ro. Aliud valēs vulneribus cruriū. ℞. nigellā coctā in aqua: et poſtea deſiccatam: fiat puluis cum oleo ro. tempera ⁊ crura cum aceto laua ⁊ vnge. Idē valet litargirū cū oleo ro. ⁊ ſemen eruce temperatū cū melle idem facit. Similiter ſuccus apij ſi cū cera ⁊ oleo ro. cum aceto ⁊ aqua vnguētū fiat.

¶ De cura apoſtematis qḋ aporiſma dicit̄. Cap. xv.

APoſtema qḋ vocat̄ aporiſma vt dicit Gal. durum eſt ad ſanādū: q2 nec ſimplici nec cōpoſito medicamine curari pōt: nec pharmacia nec dieta: chirurgia tn̄ curat̄ citi⁹: cuius doctrina in. ix. practice particula euidēter apparebit.

¶ De ſudore. Cap. xvj.

SVdor itaq̄ ſi adeo augmentet̄ vt deficiat inde virt⁹: oportet reſtringat̄ ⁊ infirmi corpus oleo mirtino ſalicino citonino ro. vngat̄. Epithima valēs in reſtringendo ſudore nimio. ℞. ro. ʒ. xx. ſandal. balauſtie. añ. ʒ. x. galle. ʒ. iij. ſpodij frōdiū mirte. añ. ʒ. j. coquant̄ in. ij. lib. aque quouſq̄ ad tertiā redierint: deinde colent̄ ⁊ li. ß. de oleo ro. miſceat̄ ⁊ coquat̄ donec aqua deficiat ⁊ ſolū oleū remaneat: poſtea inde vngat̄. aliquādo ponant̄ infirmo vaſa frigida aqua plena: ⁊ in domo frōdes mirte ſalices ro. Sirup⁹ ro. cum aqua frigida detur prohibeamus nimium exercitium.

¶ De ſudore prouocando. Cap. xvij.

SI incitādus ſit ſudor ex neceſſitate: vngat̄ infirm⁹ cum cameleon muſceleon aneteleon yreleon. Si vngat̄ corpus ⁊ totū dorſū ſudor ꝓuocatur. Idē facit cinamomū alithimū calam⁹ aromaticus piretrū calamentū caſia coſtū reubar. carpob. ſanſucus. quodcunq̄ horū inueneris ſimplex vel cōpoſitū in oleo coctū corpore inuncto ſudor ꝓuocat̄. fumigatiōes etiā adiuuāt de caſtoreo carpob. vitice ſemine cali. oīb⁹ piſtatis ⁊ corpe fumigato eliciat̄ ſudor ſed tn̄ non temere ſunt agēda niſi quis febres habuerit diuturnas: ⁊ maxime ꝓuocatione ſudoris indigeat virtute infirmi ſalua.

¶ De ſacro igne. Cap. xviij.

SAcer ignis ſic curatur: ouo crudo linies corpus vbi feruor fuerit ⁊ ſup foliū blete impone: corpore tn̄ purgato pri⁹ ex acutiſſimis humorib⁹. miraberis ſanitatē. Capre cornu inflāma vſtum et corticem qui exurgit contere cū aceto ſquilliti co ⁊ illinies mirifice ſanat. Alfita cum oliua alba facit ad ſacrum ignem ſi papule lauate fuerint. Alfita aut fimus columbinus cū oleo ſolutus et linteolo imbut⁹ (al's inuolut⁹)

et superpositus: fortius medicamen ad ignem sacrum vel cõbusturas non inuenimus.

De variolis et earũ cura. Cap. xix.

Variole sunt medicãde cũ cali. et humi. rebus q̃ materiã expoliant et extrinsecus expellant. Caue aũt frigidã medicinã que pħoros claudat et cõgelet. Medicina vo cito ejiciens variolas et sine molestatione est succus apij marathri cum zuccara. Accipiat de hac cõfectione arabica probata. ℞. ficus sicce lẽtis mũdate. aã. ℥. x. lacce dragaganti. aã. ℥. v. marathri. ℥. iij. oĩa coquant in lib. j. et ß. aque vsq ad. iiij. ℥. deince cola et mitte ℈. j. de croco et da ad bibendũ ãn cibũ ieiuno et hora dormitatiõis donec tote apparuerint: et deinde cessent. Aliud. ℞. rose lẽtis mundate. aã. ℥. iij. lacce. ℥. ij. marathri seminis citoniorum dragaganti. aã. ℥. j. et ß. masticis. ℥. j. omnia coquãtur et colentur et dentur bibere. ℥. ij. cũ zuccara. Demus ptisanũ trisolocannã cucurbitã biirã. Epithimata omnia vitent ne forte intra reuertant et cadẽtes in cardiacã mortãtur. Studẽdũ est in initio ne in oculis pustule nascantur: sed lauet cũ iota oliue oculos mũdificantes his mũdificatiuis. imponẽda est aqua ro. cũ succo maligra. aut cũ sumac. Si circundãdo os exierit lauet cũ visco psilij et zuccara: post octo dies oportet custodiri de dieta vel medicinis solutiuis: q: hec passio prona est solutioni ventris superuenienti. Que si veniat oportet eã stringi cũ medicinis quas in diarria et in alijs locis dicturi sumus. pustulis effluentibus et incipientibus desiccari impleatur culcitra vbi infirmus iacere debet: de rizi farina vel milij cum croco.

De alopitia et eius cura. Cap. xx.

Dictis curis illarũ passionũ quibus oĩa mẽbra circundantur: dicendũ est de curis illarum passionũ que sunt in quibusdã membris: et incipiẽdum ab alopitia. Si ergo alopitia ex incensiõe sanguinis fuerit: venã cephalicã dextri brachij incidimus: et sanguinem extrahimus ẽm vires patientis vt puta tempore etate et hmõi inuestigatis. Signa sanguinei humoris q: loci sunt rubei coloris. post hec potiões refrigerantes et sanguinem euacuantes exhibeamus vt sunt oxisenitia pruna iuiube sebestẽ viole cassiefistu. mãna et similia. Si cutis est citrina calida et sicca: non dubitamus ex cholera rubea esse: et medicanda est cũ mirobol. citrinis violis scamonea absinth. et his similibus cholerã rub. purgantibus. Et si niger fuerit locus: et velut plumbeas squamas emiserit: ex cho. ni. est que purgãda est cũ epithimo stomaticho hierapigra hieralogod. hiera Gal. et similibus. Si aũt locus albus fuerit et mollis: et ex eo humor sicut oleũ exierit: ex infecto est phlegmate: purgetur ergo cũ agarico hiera forti Gal. theodoricon cũ nuce muscata facto et similibus. Gargarismos facim9 cũ oximel. puluerẽ pigre adiũgẽtes. Uomitũ etiã prouocem9 cũ oximelle admixta aqua cũ aneto salegẽma et similibus. his etiã Gal. pigrã prodesse experimẽtũ testat. humoribus purgatis ad expellẽdã pororũ putredinem inclusam laborem9. Unguẽta igitur lenia sunt adhibẽda: et cauendũ ne cutem corrumpãt: impmis vbi caput radim9 illud pãnis tergimus nimia asperitate vel mollicie carentibus. Gal. testatur si post fricationẽ cutis citius rubuerit celerius potest sanari. Si ex calid. fit hu. totum caput per loca scarificemus et ex testis auellanarum incensis puluerẽ leniter superaspergimus: vel ex puluere stercoris caprini: et vngularũ caprarum puluere cum aceto. Deinde caput cũ hmõi lauetur rebus: quibus furfura ex calore nascentia purgentur: vt in prima practice particula diximus. Si ex frigido hu. patiatur: similiter caput radimus et scarificatum simul cum sanguine et allio pistato inungimus. Quo abluto euforbiũ cũ oleo laurino vel simplici superponimus vel illinimus distẽperatum. Radix quoq canie vel nasturciũ in puluerẽ redactũ et oleo mixtum prodest: vel spuma marina: et quidã admiscẽt nitrum cũ amigdaleo amaro: ficus folia. fimũ colũbinũ. ellebori alb. vel nig. nitrũ: coloquintide pulpas. staphisagriã. fimũ soricinũ thus. quodlibet horũ puluerizatum et cũ aceto temperatum et illinitum valet. Castanearum teste incense et vino mixte prosunt infantibus vt capita emundentur atq capilli nascant in alopitia. Diascori. laudanũ cũ vino et oleo mirtino distemperatũ prodest supercilijs. Similiter condisi puluerizatum et cum aceto distemperatum supercilijs prodesse Diasco. testatur. Super oĩa hec consideremus q omnibus supradictis vnguẽtis ꝓpter austeritatem ceram vel sepum mitigandam vel aliquod vnctuosum humectatiuũ vel oleũ calidum anetinum siue laurinum adiũgendũ est: et oleũ pentadactili: aut oleum de cadina. Et vt barbe libere nascantur supradictis vnguẽtis similiter vtẽdum credimus. supercilijs similiter prodest omne fel. Unguẽtum ad has res pro batum. ℞. euforbij spume marine fimi colũbini. aã. ℥. iiij. ellebo. al. rute semi. corticũ auellane spice indice rapsie nasturcij. aã. ℥. j. ß. fac puluerem: et cum vino cocto vel oleo radicũ: vel aneti leon siue laurino distempera: et caput inunge: totaq nocte inunctum dimitte: sequenti vero die memineris esse lauandũ cum aqua vbi blete: vel fabe sint cocte: quod sepius est faciendum.

De casu capillorum et cura eius. Capitulum. xxj.

Si capilli cadunt ex paruitate cibi: mediocriter cibi donentur: et in balneis temperatis balneentur: ab omnibus salsis abstineant: vngant oleo laudanino vel vino. Si cadant propter poros clausos vnguimus oleo ex amigdal. amaris incensis: vel oleo ex semine radicũ: vel oleo laurino: vel camomileon. Si propter apertionem pororum cum constrictiuis oleis vngat: vt mirtino folijs oliuarum vstis et incensis. ex his omibus fac puluerem equaliter: et in panno leniter ligatis impone in oleo per dies septẽ: inde locũ semp vngito supradictum. Item ad caluos. ℞. laudani adipis vrsini adianti polítrici vsti olei lentiscini equo pondere: tere ad spissitudinem mellis. Aliud. ℞. laudani. ℥. j. arthemesie. ℥. ij. adianthos succi ferule rapsie adipis vrsini. aã. ℥. j. olei mirtini. ℥. xj. nouem italici: cõchas. iij. omnia tere cuz oleo mirtino. Si capilli sint asperi et in summitate deuastẽtur: cũ frigidis et hu. mundificent: psilium em̃ multũ valet huic passioni: similiter aqua ordei. Et si cani sunt curẽtur vt supra de ornamento corporis diximus. Uel fac hoc probatum: ouuz corui tãdiu moueatur in vase cuprino donec mutet colorem: capite raso ex eo vngatur donec ouũ cõsumatur. in ore suo oleum teneat donec oui vnctio desiccetur: dentes em̃ nigri fierẽt nisi sic ageretur: deinde caput liga cũ fascia: et post quartum diẽ soluatur: cani amplius non exibunt. Si capillos rubeos facere volueris lupinos et nitrũ puluerisa: maneatq in aqua calida per dies quinq: et laua exinde. Aliud. feces vini cocti incende et gũmi hedere. tẽpera cũ oleo squinanti. et vnge. Si molles facere volueris et subtiles laua ex puluere nitri et orobi cum aqua marina confecto. Si volueris non nasci pilos sub ascellis vel alijs locis: vnge sanguine testudinis: aut rane vel de ouis formicarum cũ oleo confectis in quo coct9 est ericius. Similiter vnguenda sunt cum opio iusquiamo et similibus. Si crispos facere volueris. ℞. calcis viue. ℥. j. litargiri embli. cl galle. aã. ℥. ij. et fac puluerẽ: et tempera cum succo mirte: deinde vnguãtur et ligentur cum filo: deinde plus vnguãtur et tribus diebus dimitte eos: deinde lauentur cũ aqua calida in qua cocta sit alcãna. Si furfures sint in capite: curẽtur sicut in penultimo capitulo custodie sanitatis diximus. Pustule capitis sic medicentur vti supra in tractatu pustularum diximus.

De fauo capitis et eius cura. Capitulum. xxij.

Fauus vo qui fit ex phlegmate salso: pmo purgemus humorem cuz hierapigra: hiera Gal. hiera rufi: theodoricon et hmõi. gargarismus fiat: qui phlegma depellat: post hoc fac hoc vnguẽtum. ℞. litargiri charte bombacis incense cum aceto tempera et vnge: vel libanum cum aceto pone. Aliud. ℞. cantari. ℥. j. incende: calcis viue. ℥. ij. et cum aceto tempera: subtrahe cibum qui phlegma generat. Aliud. ℞. cathimie litargiri: tempera cum aceto.

De tinea capitis puerorum et eius cura. Capitulum. xxiij.

ARistoteles in libro aureis litteris scripto facit ad tineam hoc vnguentũ. ℞. salis fuliginis olei oliue picis liq̃de equo pōdere: tere h᷑ oīa ⁊ fac vnguentũ ⁊ tinioso capiti de quo fuerint capilli extracti: quotidie pone ⁊ miraberis sanitatē ipsius ⁊ redūdantiā capillorũ. Item galle pertuse. ʒ. v. vrine tauri aceti. añ. phialā vnā fac coq̄ quousq̧ venerit ad spissitudinē fac vnguentũ ⁊ vnge. Aliud. ℞. litargiri ceruse. añ. ʒ. iij. pulueris sarmenti gūmi arabi. galle pondus equale: tempera puluerē cum oleo ro. ⁊ aceto ⁊ vnge. Aliud. ℞. galle nō pertusate. ʒ. x. amigdala. amara. cū corticibus. ʒ. v. tempera cum aceto ⁊ vnge. Aliud. ℞. litargiri ceruse boli. añ. ʒ. ij. acatie sulphuris argenti viui. añ. ʒ. ij. tempera cum oleo ro. ⁊ aceto. Sternutamēta facies tribus diebus infanti ex oleo amigdalino amaro binas guttas per vtrasq̧ auriculas infundens. Si aqua coadunetur in capitibus puerorũ: curetur sicut in chirurgia dicturi sumꝰ. Capitis magnitudo fortitudo ⁊ torsio cum medicinis ⁊ dietis ventositatem dissoluentibus ad tēperiē reducat᷑. Apostema qđ fit sub cute capitis si alia medicina ei nō profuerit chirurgia curet᷑. Farina ciceris aqua fenugre. succus foliorū sisami nitrum fel caprinū arietinū ⁊ taurinū: hec omnia mundificāt capitis furfures.

De lentiginibus in facie: ⁊ earū cura. Cap. xxiiij.

LEntigines faciei sic curamus. Primo cephalicā minuimus: ⁊ si in toto corpore sint de mediana vena phlebotomemꝰ. Et si aliud nobis obuiauerit primo. cū catartico ⁊ pharmacia dissoluamus. deinde ad vnguenta redeamus. Sanguis vespertilionis cū nitro ⁊ sapone mixtus eas mūdat statim. amigdale amare bene pistate semen eruce. Similiter farina orobi cū melle distēperata: vel cū succo citri: vel maligrana. acidi. farina lupinorū. lac ficuum. stercus soricis vetus. semen melonis cum cortice ipsorum: hec omnia lentigines mundant sanguis leporis similiter. Aliud Iohan. damasceni. ℞. farine lupi. ⁊ frumēti amigdale amare mūdate zuccari. añ. exagiū vnū. liquiritie gūmi arab. añ. ʒ. ij. myrrhe nitri costi. añ. exagium vnū: tempera cū lacte mulieris. Aliud. ℞. farine fabarū frumenti. añ. ʒ. iiij. costi. ʒ. ij. tempera cū aqua vbi coctū sit fenugre. Aliud pauli. ℞. risi lib. x. libani. ℥. ix. nitri. lib. j. masticis. ℥. iiij. albumina ouorū. xx. cū corticibus eorū: mell᷑. quantū sufficit. Aliud mundificās faciē. ℞. lupinos farinā fabe semen melonis equo pondere: lētis mundate medietatē oīm: fac puluerē ⁊ vnge cū lacte mulieris vel asine. Aliud ℞. farinā lupini fabarū vel lentiū amigda. ama. añ. ʒ. iij. seminis mel᷑. cucumeris risi dragagā. añ. exagiū. j. melliloti ꝯdisi croci costi. añ. exagia. x. fac puluerem: tempera cum albugine oui. vngatur in nocte ⁊ lauet in die.

De cura pustularū in facie. Cap. xxv.

SI in facie pustule nascant᷑ dure ⁊ sicce parue. ℞. aluminis gūmi arabici lētes puluerizent᷑: ⁊ inde facies lauet᷑. Similiter gūmi arabi. ⁊ nitrū cū aceto temperata faciē de omni re mūdificant. Aliud ℞. cathimie argētee exagiū. j. chimolee boli terre armenice. añ. ʒ. j. sandarace. ℈. ij. tēpera cū aqua ro. Si vincisio fit in mamillis vel aliqua incensio siue in manibus: cura sicut superiꝰ diximus cū de pustulis tractauimus. Si nō pfuerit: curet᷑ sicut in chirurgia dicturi sumus.

De apostemate calcanei quod elephantia dicitur. Capi. xxvj.

APostema quod elephantia dicit᷑: cū dieta ⁊ medicina cholerā nigrā purgātibus medicetur. Et si nō profuerit: chirurgia curet᷑. Caueat que melancholiam generant: ⁊ ab omnibus cibis viscosis.

De varicibus cruriū ⁊ earū cura. Cap. xxvij.

VAricas cruriū difficile curant᷑: nisi corpꝰ ab humore cholerico purgetur quo facto incidantur ⁊ extrahatur sanguis vsq̧ ad defectionem adiuuātibus etate virtute tempore ⁊ consuetudine.

De carbunculis ⁊ cura eorum. Capitulum. xxviij.

CArbunculi: q: de sanguine grosso nascūtur corrupto cū dissolutiuo medicamine curent᷑: corpus tm̄ interius mundificetur: desuper ponēdum est frumētū masticatū vt maturet᷑ siue dissoluat᷑. Gal. granum aque infusum nō valere dicit: masticatū autē pdest per infusionē saliue. Valēt ⁊ ficus non maturate pistate cum cera. nasturciū cum oleo pistatum ⁊ sale valet maturat em̄ ⁊ aperit. Rhānum cum oleo similiter valet. vue passe cum sale pistate similiter. Fermētum cū sale ⁊ oleo similiter valet. farina subtilis temperata cū oleo ⁊ melle ⁊ parū cimini similiter facit. Si aūt saniem habuerit farina ordei vel orobi cū butyro ⁊ sale ⁊ caulibꝰ oībus pistatis saniē eijcit. Nitrū cū terebēthina carbunculū aperit: saniē trahit.

De carbūculis ⁊ alijs vulneribus que farsum dicuntur. Capitu. xxix.

SI carbūculꝰ vel aliud quodlibet apostema pessimū vulnus faciat: ⁊ durū ad sanandū: tetrapharmacō qđ est basilicō solues cū oleo ro. ⁊ replebis vulnus. fortiꝰ medicamen ad vulnera replenda nō inuenimꝰ. vulnere repleto galla cera cum cortice maligrana. puluerizato cicatricē inducit: tolle ea q̄ ꝯ sacrum ignem diximꝰ si indigeas.

De fistulis ⁊ cura earum. Capi. xxx.

VUlnus si. xl. dies transeat appellatur fistula: fac hoc medicamē. ℞. thus aloē lardū equo pōdere: tere ⁊ cū melle confice: ⁊ in fistulā mitte. Cinis de capite canis in fistulā mittat᷑: q: eam cū ragadias fistulam ⁊ omnes spurcitias curat. Si fistula vel aliquod vulnus tumefiat: fac cataplasmata ex stercore capino cū melle tepefacto: q: nō solum tumorē dissoluit: verū etiā fistulā ⁊ cancrosa vulnera sanat: ⁊ etiam tumorē dissoluit: ⁊ saniem ⁊ putredinem attrahit ⁊ excludit ⁊ dolorē mitigat: ⁊ vitiatos neruos expurgat. Si os fistule clausum sit aperiatur cū hermodacti. vel hominis stercore. Si fistula multa ora habuerit ⁊ nō sint recta vt medicina intrare possit: nihil est melius ꝙ medicamen ex stercore caprino supradictum.

De vulneribus planis ⁊ cōcauis. Cap. xxxj.

VUlnera alia concaua: alia plana: alia q̄ nō sunt nisi scissura tantū. In scissura tantū nihil aliud cōuenit nisi puluis rose vel mirte: ⁊ fascia circundetur: videat tm̄ ne inter vulneris labia sit pilus vel aliq̄d aliđ. In ea q̄ sola cutis est āputata stiptica reducant᷑ vt galla cortices malorūgra. litargirū radix lilij cū oleo ro. Vulnera vō ꝯcaua ⁊ non eruginosa q̄ humida sunt ⁊ sordida desiccatiuis egēt ⁊ nō tēperatis vt sunt libanus farina ordei orobi yreos aristo. ro. litarg. ⁊ silia. Vnguentū ad hoc valēs. ℞. libani amidi aloes. añ. ʒ. j. mell᷑ quātū sufficit. Si aūt sicca sint hūectent᷑ cū oleo ⁊ cera. Puluis ad plagā desiccādā ⁊ malā carnē corrodēdā. ℞. myrrhe thuris masti. colophonie picis spice auripigmēti aloes boli gipsi aristo. ro. Alius minꝰ desiccās optimꝰ. ℞. thus vtrāq̧ spicā picē ceparū ⁊ cerā. Aliud pallidis vulneribus ⁊ calidis. ℞. litargi. ℥. j. ceruse. ℥. ß. cere alb. ʒ. vij. olei ro. ℥. ij. Vnguētū qđ pdest vulneribus ⁊ cācro ⁊ his de q̄bꝰ sanguis fluit: incēsioni ⁊ malis carbūculis q̄ pestilētiales dicunt᷑ ⁊ eis q̄ fiūt ex mala materia ℞. adipis vetustissimi lib. ij. olei veteris. lib. iij. calcāti. ℥. iiij. Adeps em̄ fundat᷑ ⁊ sup ignē mittat᷑. oleū aūt cū calcāto tm̄ dat᷑ ⁊ in mortario fiāt medulla diu ducta ꝙ ad ignē moueat᷑ quantum sufficit.

De cā separationis iūcture. Cap. xxxij.

SEparatio iūcture quocūq̧ modo fiat: ⁊ sanguis inde effluat: stringat᷑ supponēdo digitū ⁊ tenendo pāniculū donec sanguis coaguletur in vena vt exeat: deinde supponat᷑ medicina sanguinis restrictiua q̄ duobus fit modis: vel em̄ restringit sanguinem ⁊ carnem non reducit sicut farina frumenti gipsum ⁊ similia. Vel stringit et carnem facit sicut thus aloe albugo oui pili leporis. Gal. in megategni hanc confectionem dicit tribus modis esse debere. Vel em̄ equaliter aloe ⁊ thus ⁊ albugo sunt ponenda: q̄ duris corporibus est vtilis: stiptica em̄ his sunt necessaria. Vel thus duplum ꝙ aloe po

natur: ⁊ thus vnctuosum ⁊ gūmosum eligat: que confectio vtilis est mollibus corporibus que multis rebus indigēt cō fortatiuis. Tertius modus est vt thus plusq̄ de aloe ponatur: non tamen duplum: hoc conuenit corporibus mediocribus. Albugo vo oui apponit vt in similitudine mellis inuiscet: ⁊ pili leporis quantum oportet. Deinde curetur cum vnguētis et puluerib⁹ ⁊ emplastris in chirurgia scribēdis. Pul. Jo. dama. stringēs ⁊ desiccans sanguinē vulneris. ℞. aloe. ʒ. j. thuris corticum. ʒ. ij. sangui. draco. sarcocole. añ. ℈. xij. ramorū cruce rute. añ. ℈. iij. tempera cū albugine oui ⁊ pone pil. leporis. Separatio iūcture ossium cū ligaminib⁹ ossa circundātibus liget: s; tñ mediocriter q: fortia tumorē generāt in circuitu ⁊ pustulas: mollia nō bene iuncturā custodiūt: de quibus in chirurgia dicturi sumus. Dia. farina ordei ⁊ malue seminis cū oleo tēperata valet. Aliud. ℞. aloes acatie mirte betonice malue thuris. añ. ℈. iij. masticis. añ. ℈. j. ⁊ ß. pulueris molēdini quātū cetera tēpera cū ouo vnge neruos ⁊ venas circundantes fracturas cū vnguētis mollientibus de cera medullis bouinis pinguedine vulturis pinguedine renū pecudis oleo ro. ⁊ similibus.

¶ De incendio ignis vel aque. Cap. xxxiij.

Separatio iuncture si fit ex igne vel aqua bulliēti: oportet refrigerare cū rebus frigidis ne ad vesicā perueniat videlicet cum frondibus mirte incensis cū cera ⁊ oleo ro. vel gūmi arabico cū albugine oui: vel cinabrio cū aceto ⁊ aqua rosa. vel scariole succo: vel cū farina ordei oleo ro. ⁊ albugine oui vel oleo ro. cū acatia: stercore agnino cū oleo ro. malua cum oleo ro. Et si vesicauerit succus portulace siue carbones ferrariorū siue chimolea siue simplicia siue cōposita cū oleo ro. ⁊ cera valēt: alumē cū oleo ro. idem facit. Jota oliue salsa iuuat. Itē cerā ⁊ oleum nucū equo pondere liquefac ⁊ vnge mirum est. Item radices filicis combure: ⁊ in cinerē redige ⁊ cū oui albugine misce: mirifice sanat. Si separatio iuncture fiat ex aqua bullienti pilos leporis cū forcipibus minutatim scissos supasperge: ⁊ cū crustā fecerit in primo die tolle: ⁊ iterū pilos leporis vbi prius superasperge ⁊ sic facias vsq̄ ad pfectissimā sanitatē: sed prius accipe mercedem.

¶ De vulneribus crurīū vel pedū propter ocreas. Capitulum. xxxiiij.

Separatio iuncture in crure vel pede si sit ex strictura ocrearū vel calciamentorū: ⁊ sit cū tumore: pulmonē verucis vel ānualis agni siue vulpis superpone. Si aūt vulnera sint sine tumore galla incensa: balaustia cortices maligranati sumac acatia: quodlibet horū puluerizatū superponatur.

¶ De scissuris manuū ⁊ pedum. Cap. xxxv.

Si pedes scissurā patiant: prius purgādi sunt medicina hūorēs: ⁊ post vngat cū oleo vio. ⁊ cera: vel cera ⁊ medulla bouina cū oleo sisamino. vel oleū fenugreci cū cera mixtū valet scissuris pedū de frigiditate aeris. Cōfectio valēs scissuris manuū ⁊ pedum. ℞. medulle bouine pinguedinis galline. añ. ʒ. ß. draga. cere myrrhe. añ. ʒ. ß. olei sericini. ℈. j. vnguētū fiat. Aliud. ℞. bacce lauri aristo. lōge medulle bouine pōdus eq̄le. Aliud valentissimū scissuris. ℞. picule sisameleō pōdus eq̄le. Cancri fluminei cū sisameleō incensi valent. Cepe cocte pistate cū oleo ro. mixte ad idē valent. Cōcule marine incense cum oleo ro. multum valent.

¶ De albedine ⁊ grossitudine vnguiū. Cap. xxxvj.

Diascorides. alumen temperatū cū aqua valet albedini ⁊ grossitudini vnguiū: ⁊ vulneratis vnguib⁹. Feces aceti incēse cū taurino felle idem faciunt. Medulle ossium oliue cū pinguedine ⁊ farina admixte valent superflue carni in vnguibus ⁊ tumoribus siue apostematibus circūdantibus. Galla pistata ⁊ cum melle temperata valet. lētes cum aqua similiter. Stercus palumbinū coctū cū farina ordei valet. assa cū lacte similiter. Citrinitati vnguium semen betice temperatum cū taurino felle valet. Alumen cū pinguedine anatis iuuat. Feces vini incense malos vngues cadere faciunt.

¶ De morsu canis rabidi. ¶ Cap. xxxvij.

Diximus in theorica vbi de passionibus exterioribus disputauimus: q̄ passiões exteriores que dam de inanimatis corporibus: quedā de animatis sunt: ⁊ cum inaīatarū passionum sufficienter scripsimus: ordo expetit vt curas rabidi canis necnon ⁊ aliorum describamus. Oportet igitur vbi morsum rabidi canis ante aque timorem medicemur. Aperiātur vulnera cum igne vel ferro fortiter vt cum sanguine veniētē effluat: apponantur igitur sanguisuge que venenū eiiciant. Dentur ⁊ acuta medicamina que vulnera aperiant sicut allium sinapis sal acetū cepe calamētū. simplicia vel composita cum aceto temperata sunt superpouenda: vel fac hoc experimentum: accipe gallinā viuam ⁊ pone culum illius vbi morsure locus est: tenendo eam in manu: gallina attrahēdo venenum inflabitur ⁊ morietur ⁊ liberabitur homo sine dubio certum est: fac etiam hoc ad morsuram omnium animalium. Et si mala signa preoccupauerint: oportet dari medicamen cholere rubee purgatiuū: ⁊ nutriat cū dieta subtili: ⁊ ad digerendū facili. Demus tyriacum ⁊ medicinā in qua cancri ponant fluminei. Diasco. dixit cineris eorum accipiātur. ℈. iij. ⁊ gentiane. ℈. ij. ⁊ bibant cū vino. Gal. his adiunxit laudanum: hoc modo composuit. ℞. cancri incensi. ℈. x. gentiane. ℈. iij. terre sigillate. ℈. vj. laudani. ℈. iij. fac puluerem et da bibere. ℈. ij. cum aqua vbi cancri cocti sint. Altera quam Eracleus fecit. ℞. cancri incensi. ℈. xv. mirte. ℈. iij. croci. ℈. ij. gentiane. ℈. j. ⁊ ß. piperis albi. ℈. x. vini quantū sufficit: da. ℈. j. et ß. cū vino. Alia Gal. ℞. basiliconis aristolo. lōge. añ. ℈. vj. gentiane. ℈. viij. piperis oppoponaci. añ. ℈. j. ⁊ ß. cum aqua calida. dentur nuces ad comedendum. Nuces etiam cū sale pistate ⁊ vulneri superposite valent. Si aquam timeāt oportet machinari quo detur nesciēti. Faciat ergo cānulam qua gule apposita occulte aquam infundat. Quidā dicūt iecur canis assatum datum comedere iuuat cōtra timorem aque. Item iuuat aqua ferrarij vbi sua instrumēta extinguit insectis ablata. Item medicina morsui canis rabidi est hec: superposita liciū opopponacū cepe sal ruta nuces frumēti frondes ficus menta orobum sulphur: simplicia vel composita cum aceto vel melle superponatur.

¶ De morsu hominis simie vel mustele. Capi. xxxviij.

Morsui hominis vel simie vel mustele prosunt ossa vituli incensa ⁊ cum melle temperata ⁊ superposita. Item tarinum fel illinitum morsum simie ⁊ hominis curat: similiter facit folium.

¶ De morsu serpentis vel tyrie. Ca. xxxix.

Si serpēs vel tyria aliquē momorderit ita succurratur: ligetur locus morsure stricte ne venenum venas perforet ad principalia mēbra: primo ore sugatur: sugens sit satur: ⁊ os eius cū vino ⁊ oleo lauetur: locus tactus cum spongia cali. suffumigetur: vulnusq̄ scarificetur vt venenum egrediatur: vtilis autem est incisio illius loci si in loco sit qui incidi possit: sicut in digitis ⁊ similibus locis. Detur de tyriaca maiori vt sanguinem coagulari prohibeat: q: venenum sanguinem cordis coagulat sicut coagulum lac sed caliditate tyriace dissoluitur: ⁊ cor in expellendo cōfortat sicut ⁊ flamma scilicet cōfortatur ignis in expulsione fumi. Et si tyriacam non inueneris: demus hoc qd̄ sumus dicturi. Succū de frōdibus maligranati cū vino coctū mixtū: vel aqua vbi stercus caprinū vel agninū coctum sit: vel. ℈. j. ⁊ ß. de turbith cum lacte pecudis ⁊ succi de frondibus mirte ⁊ succi sansuci. añ. lib. ß. gētiane. ℈. v. costi. ℈. j. ⁊ ß. omnia coquātur ad medietatem: ⁊ dentur bibenda. Detur cerebrū galline cum vino ⁊ semen caulium: manducet cepas porros allia ⁊ similia. Item iuuat pullus galline scissus per medium ⁊ loco inde suffumigato. Similiter squilla in aceto cocta et frondes malorūgranatorū pistate ⁊ superposite. Itē ficus ⁊ allia pistata similiter valent. Gal. hanc confectionem iuuare cōfirmat. ℞. serapini pipis asse oppoponaci. añ. ℈. ij. galbani sulphuris. añ. ℈. j. ⁊ ß. tempera cum vino et superpone. Sepum caprinum cum pice sulphure et cera mixtum ⁊ morsui serpentis appositum perfecte medetur. Leonis adipe si totum corpus perunxeris serpentes non timebis.

¶ De punctura scorpionis: ⁊ eius cura. Cap. xl.

Scorpij puncturã medicabimur cum tyriaca maiore vel socrugenc. ex quibus vngendus est ille locus: dent ex aristo. longa ⁊ rotũda. ʒ. ij. cum vino baccarũ lauri: butyrũ bouinũ cũ melle: cãcri pistati cũ lacte asinino mittant in vno: agarici radix croci hortẽsis vel frõdes eius cum vino hec omnia prosunt. Quidam medici dicũt dum infirmus illam radicẽ tenuerit in manibus nullũ dolorẽ sentiet. Confectio quam diapancus fecit valet ad morsuz scorpionis ⁊ aranee. ℞. aristo. longe. ʒ. vj. pipe. ʒ. iij. opij. ʒ. j. ⁊. ß. piretri. ʒ. v. tempera cũ vino ⁊ fac pill. in modũ fabe ⁊ da. ʒ. ij. bibendas. Aliud. ℞. calamẽti agrestis ⁊ domestici piperis mirte rute seminis põdus equale: tẽpera cuz melle da. ʒ. j. bibere. Aliud. ℞. rute se. eruce piretri storacis sulphuris. an. ʒ. x. castorei. ʒ. iij. fac puluerẽ ⁊ tẽpera cum sanguine testudinis: ⁊ da bibere. Aliud mitigãs dolorẽ de morsu reptiliũ quã diapancus dicit se probasse. ℞. castorei piperis alb. mẽte opij pondus eq̃le: tẽpera cũ vino da in modũ fabe sicut dixit Gal. Diapãcus vo alio mõ. ℞. mandragore piperis albi castorei opij pondus equale: ⁊ tempera cũ vino sicut diximꝰ. Gal. oportet ꝙ dẽtur allia pistata cũ vino comedenda: bibant vinũ forte: in balneo assuescãt sudare: auellane cũ melle comeste iuuãt vel stomacho inde cataplasmato. Gal. dixit frõdes lauri coctas in vino valere: vel facto inde cataplasmate. Diasco. basilicõ silr valere dixit. Sulphur ⁊ rami malue silr semen lini: similiter valere dicit sansucũ cũ aceto ⁊ sale. oĩa valent si pistentur. Quidã medici dicũt si accipies castorẽũ ⁊ alliuz ⁊ pistes: ⁊ cum oleo temperes: ⁊ cataplas. facias valet. Ego autẽ dico si pimpinella cũ vino bibat: ⁊ cum puluere gentiane allij cinamomi centauree ab omni veneno corpois defendit. ¶ Itẽ dico si stercus galline vel cor ipsius ictui scorpionis apponat: fere super oĩa valet. Similiter si cũ sputo eiusdẽ hoĩs locus pũcture fricet cũ digitis nil meliꝰ. Itẽ si scorpio pistetur ⁊ cũ oleo coquat ⁊ superponatur in initio venenũ attrahit: ⁊ p certo liberat. mirũ est. ¶ Itẽ lac de ficu vel cortex eius cuz sale tritus ⁊ superpositus si estas est aranee morsum ⁊ ictum scorpij curat.

¶ De morsura vesparũ ⁊ apum. Cap. xlj.

Vespe ⁊ apes si quẽquã mormoderint alchãnam cũ ordei farina ⁊ aceto tẽperatã superponimus. Lac sicuũ nuces frondes basilicõ blitis frõdes malue. hec oĩa valẽt siue simplicia siue cõposita pistata ⁊ superposita ad oẽm puncturã vbi dolor est. Telam aranee cum cera alba tere ⁊ cum sale ⁊ cimino impone calidã. ¶ Itẽ ex succo malue si quis vngat nõ mordebitur a vespis vel apibus. ¶ Itẽ musca manibus fricata et morsure vel puncture superposita iuuat.

¶ De medicina custodiente corpus a mortifera potione. Cap. xlij.

Medicina vniuersalis hoibus venenatis iuuatiua hec est: suspitiosos hoĩes cauere: ⁊ inde ipsi suspecti iuuent ne famelici vel sitibundi accipiant ab eis aliquid qđ aperte sit qualitatis sicut dulcedo in dulcibꝰ: acetositas ĩ acetosis: salsuz in salsis: vitent abominabilia ⁊ fetẽtia. Diasco. dixit si q̃s aquam frigi. sufficiẽter ante cibũ biberit: bene has qualitates discernere poterit. Cũ autẽ tetigerit cibũ vel potũ arsura vel iectigatio siue spasmus seu tumor in digito siue in vngue fuerit mortale venenosuz est. Similiter si ori euenerit ⁊ saliua fluere ceperit: ⁊ labia formicauerint: in lingua fuerit ardor ⁊ durities in dentibus: venenosum esse intelligit. Or si cũ ad stomachũ peruenerit ⁊ angustiã generauerit atq3 sudauerit ac vomuerit vel inflauerit: colores mutauerit: riguerit: arsura affuerit: p̃cordia strinxerit: oculi obtinebrauerint: oz festinare vt medicent: alioq̃n morient. Gal. ⁊ Dia. p̃ceperũt quõ p̃uideat si res venenosa timeat. Accipiant q3 sicus siccas cũ nucibꝰ q̃bꝰ venenosa an̄ comesta cõsumũtur: post comestionẽ nõ minus subueniũt. Silr castanee cũ sicubus siccis ⁊ parũ rute faciũt. Idem faciunt auellane ante cibuz cũ pauco vino comeste. Nuces quoq3 virides cũ ruta faciũt similiter. Itẽ calamentũ cũ vino valet. Diasco. terram sigillatã multum valere dixit in venenorũ p̃hibitiõe. Or si antea vel postea quis biberit nihil oberit: q: euoment. Gal. hãc ꝯfectionẽ dicit ꝙ a mortalibus custodit cibis quã Nicodemũ regẽ dicit accipere solitũ cũ suspitionem habebat. ℞. baccarũ lauri terre sigillate. an̄. ʒ. iij. fac puluerẽ tẽpera cũ oleo: ⁊ da cũ tribus. ℥. mellicrati in modũ auellane: hanc si an̄ venenosa dederis permanens in stomacho venientia expellit cũ vomitu quã si quis negligat ⁊ periculũ hoc incidat: oportet in venenosis expellendis laborare anq̃ȝ in corpore dominentur. Expellantur vel cũ vomitu vel cũ egestiõibus: neq3 eñ solũmodo vomitus in his expellẽdis adiuuat: sed etiã cuius qualitatis fuerit denotat: liquore enim vel odore siue sapore cũ vomitu quale venenũ fuerit ostẽdit. Si eñ vnctuosus fuerit vel odoris abominabilis fuerit: intelligit q: rana marina vel lepus marinus fuerit. Si coagulatus sit ⁊ potionatꝰ: intelligit sanguis esse bouinꝰ. De odore intelligit si opium fuerit. De colore si cerusa vel gipsum. Or si ardor fuerit maximus: argẽtũ viuũ esse designat: cui nec tyriaca: nec aliqua simplex medicina p̃ficit preter lardum crudum. Nã quodcunq3 membrorũ interiorũ est perustũ: vt cor pulmo lingua epar cerebrum: lardum crudũ comestũ: omnia defendit ⁊ sanat. Or si venenũ ex mortiferis herbis radicibus seu seminibus cõfectum fuerit: cũ aurea vel menta iusquiamo nigro ⁊ succo cicute cõpositũ fuerit: allia comedant. Si venenũ sit ex aĩalibꝰ vt scorpij serpẽtes vel palagi: aut quorũlibet aliorum tyriaca det. Sed si ex fumo argenti viui quis tremorẽ patiatur mẽbroruz: grilos quotidie comedat: digestionem maxime iuuat in expellẽda materia nociua. vomitꝰ incitet cum oleo vel aqua calida melle ⁊ oleo. aqua de aneto idẽ facit. Si arsura in ventre fuerit demus oleũ ro. cũ aqua frigi. stomacho mundato ⁊ arsura ⁊ dolore cessatis: demus digestibilia: cum clysteri mundificentur intestina de rebus illis venenosis. deinde demꝰ lac post mundificationẽ certam et serũ. Nutriat cum rebus calidis ⁊ vnctuosis sicut sicubus siccis nucibus auellanis fisticis vuis passis sisamo. Nutriamus iuribus galline annualis agni heduli piscibus grossis. Si interiora ventris ardeant vel purgent vel dysterizent gallina grossa coquatur quousq3 in coctione deficiat: ius autẽ illud bibat. Balsamum cũ lacte mulieris multũ valet arsure vel dolori ventris ex rebus venenosis. Detur tyriaca maior: q: cãm cõficiẽdi tyriacã maiorẽ dixit andromacus nõ fuisse: nisi ob causam destruendi res venenosas. Qđ tribus modis facit: vel desiccatione veneni: vel mũdificatione vel expulsione de principalibus mẽbris. i. cerebro corde epate: vel q: membra principalia in venenis expellendis confortat. Qualiter tyriaca cõponatur: ⁊ in quibus temporibꝰ sit danda: quibusq3 deficiat: in. xx. particula totius libri liquido ostendemus. Or sicut andromacus rufus ⁊ Gal. iusserunt accipiat: nõ solũ post venenũ: sed etiã ante vt ab his cibis accipiendis corpus defendatur. Or si nõ inueniatur: tribuas confectionẽ pimpinelle cum vino in tractatu scorpij dictam: quia nullus valet eam appreciare si in mense septembris cõficiatur: quia non solum venenum extinguit: sed etiam demonium ab homine expellit: vt in codicibus quorũdam huius artis auctorum inueni.

¶ De dolore totius corporis. Cap. xliij.

Galienus super epidimia inquit: cui subito in sanitate dolor superueniat subitaneus ⁊ fortissimus vt ilico ad iacendum cogatur: oportet vt ipsa die prima festinetur phlebotomia: ne virtus deficiat ⁊ auferri non possit sanguis quantum sufficiat: vt in viatico diximus.

¶ Finitur liber quartus practice pantegni.

¶ Liber quintus practice de passionibus contingentibus membris interioribus: ⁊ earum curis.

¶ Capitula quinti libri.

¶ Quod in hoc libro de passionibus membrorum interiorum ⁊ earum curis tractabit. Capi.j.

In secunda practice particula curationis intentionem trifariam esse diximus: de duabus simplicibus.s.medicinis exteriorum passionum curationibus: febrium atqz apostematum vniuersalez ac cōpendiosam disputationē fecimus: restat vt de tertio de curis passionū interiorum mēbrorum: deo annuente disputemus: ⁊ incipiēdum est a cerebro: qđ est principale membrū capitis descēdendo vsqz ad pedes. ¶ Et sciendum qđ antidotorum collyriorum ⁊ ceterorum cōpositiōes in.xx.particula describētur. ibi enī qualitatem ⁊ quātitatez oīm in cōpositis ponendorum necnon cōburēdorum euidētissime monstrabimus. in ista vero.xv.totius libri particula: quedā medicinis simplicibus curātur egritudines: vt oculorum: quedā vero cum cōpositis ⁊ magnis antidotis. Quedā enī simplicium oibus nocēt neruis ⁊ cerebro: vt acetum ⁊ oxizaccara ⁊ hmōi. Quedā vero principalibus oibus ⁊ nō principalibus membris interioribus cōgruūt: vt carpobal. xilobal. Cōpositorum alia spūalibus mēbris cōgruūt: vt elenifara. et muscata maior: alia cerebro ⁊ procedētibus ab eo: vt oppopira ⁊ celite.: alia cibalibus cōueniūt: vt diareubar. diaabsin: ⁊ his similia: quedā vero genitalibus mēbris: vt diasene: myrrhe: diamirrhe: ⁊ his similia.

¶ De cephalea ⁊ eius cura. Capi.ij.

Cephalea itaqz si sit ex sanguine vel cholera rubea incidatur cephalica considerans etate: regione: virtute ⁊ cōsuetudine: sed si phlebotomia nō sufficit: scarificemus pleno palmo ab vtriusqz pedis calcaneo. Que prosunt sanguini: prosunt ⁊ cholere rubee. qđ prosunt phlegmati: prosunt ⁊ cholere nigre: Quod si dolor capitis sit ex cholera ru. purgetur cum cassiafistula iuiub. prunis viol. māna. mirobala. citri. ⁊ similibus. Quod si feb. nō affuerit catarticū de mirobala. citri. ē dādū cū hierapi. qđ ex aloe loto cōficit. Si vero sit cū feb. dādus est sirupus viola. vel acetosus: succus maligra. Corpe mūdificato: caput: manus: pedes aqua tepi. infundātur: in qua cocta sint camomilla viola. ordeū excorticatū ⁊ ro. Sed si vigilias patitur incipiēte infirmitate papauer adiungimus decoctioni: ⁊ oleū ro. cum aceto: vel oleū viola. cum suc. portulace vel cucur. super caput infirmi infundimus. vngimus prorā capitis cum sandalis ro. campho. ordeo temperatis cum succo psilij ⁊ aqua ro. P. dicit: si frontem ⁊ tempora cum oleo ro. vnxeris ⁊ opio simplicem dolorem ex calore refrigerabit: ⁊ dormire facit. Item dicit: si folia capreoli vitis tollas: ⁊ fortiter pistes: ⁊ caput vngas: valet humoribus depellendis. Sternutationes prouocemus cum suc. portu. cucur. oleo viol. cum lacte mulieris puellam nutrientis mixto. Si dolor capitis fuerit cum coriza et reumate: nullū cataplasma vel epithima: Galie. testāte in libro capitulari apponendum erit: neqz ro. vel salices: cucur. vel portu. neqz sternutationes vel illinitiones nisi prius humor decidatur. Cibi sint cucurbite blete atriplices portulace. Si sine febre: comedant pullos columbinos: perdices: ⁊ similia: custodiant se a lacte ⁊ acuminibus omnibus ⁊ ventositatem facientibus. vnde Hippocrates. lac dare ⁊c. malum maxime febricitantibus: quia conuertibile est. Si dolor capitis sit ex phlegmate demus hie rāpi. for. Ga. hieralo. theodo. pilulas stomaticas: pilu. de hierapigra sinapim piretrū distēperatas cū aqua vbi camo: nil. maratrū maiorana ⁊ similia sint cocta. Vngimus caput melancholicū amygda. amaris cucur. cucu. ⁊ similibus phlegmaticis conuenientibus Caput cuz oleo sambucino: nardino: camomel. vel muscellino vbi humores: idest fluxus hu. defecerit sternutamenta prouocemus cum suc. caulium: blete: vel camo. Si post sternutationem ardorem in naribus sentiāt: vngamus caput cum lacte mulieris puellam nutrientis. Si non sternutauerint iterum ponimus in naribus nigellam: fimum asininuz. Galie. dicit prodesse capiti si sepe balneetur. Cibus sint volatilia et huiusmodi. Emplastruz de grano arabico myrrha cuscor. croco hortensi capiti apponamus. hoc modo medicādi sunt qui dolorem capitis ex grossa ventositate incurrunt. Quod si dolor capitis ex pūctione vel percussione: vel reumate vel apostemate fit: incidamus cephalicā ⁊ sm vires patiētis bis vel ter subtrahe. Sed si aliquid nobis obuiauerit: damus potum oxise. pruna: mirobal. viola. vuas pas. iuiubas cassiāfistu. mānam: ⁊ similia. de quibus bibat.℥.ij. Aliquando cū succo solatri cocti ⁊ colati cassiefistule munde. an.℥.iiij. cum hierapigra vel aloe epatice.℥.ß. Cataplasma cū sandalis ro. solatro salice violis farina ordei temperatis cum succo psilij ⁊ aqua rosa. capiti apponimus. Sternutatio fiat cū succo solatri ⁊ lacte mulieris puellā nutrientis. Aliud de sandalis albis ⁊ rubeis bolo croco temperatis cum succo solatri. Potes psilium vel ptisanum cum succo maligranati; sirupum viola. vel iuleb:

cum aqua temperatum bibant. ¶ Si tumor siue plaga ex su pradictis euenerit: aqua calida in qua cocte sint lentes ro. mirta laua: ⁊ vnge cū oleo ro. ⁊ albumine oui. odorēt cāphoram ro. violā. mirtam. Cibos damus cucur. atriplices pullos gallinaceos vitella ouorum pisces aspaltices: ⁊ similia. Si dolor capitis ex stomacho fuerit: maxime ex cholericis humoribus in stomacho collectis: vomitu expellantur: veluti cum succo radicis elacterij: vel alijs vomitibus chole. ru. purgantibus in vltima particula scribendis. ieiuno vero sumatur stomachon maxime in estiuo tēpore. Si aliqd obuiauerit nobis vt frigiditas aeris vel niuis: vel tēpus hyemis: purgemus cum miroba. māna casiafistu. sirupo ro. vio. ⁊ huiusmodi. Caueant sibi ab omnibus acruminibus ⁊ ca. cibarijs: ⁊ lacte: ⁊ nucibus: quia conuertabile est. vñ Hippo. in apho. lac dare ⁊c. Si vō dolor capitis ex putrefacto in stomacho phlegmate fuerit: cū cōpetentibus vomitibus purgetur: videlꝫ cum aneto ellebor͛o al. ⁊ similibus: ꝙ si nō possumus demus pigrā ⁊ stomatichon vel scamoneā saracenicā ⁊ huiusmodi. Si dolor capitis ex multa nascitur comestione cibi: vomituꝫ ꝓuocabis: ⁊ sepe. ꝙ si careat appetitu cōforta cum oleo nardino absinth. ⁊ q: in hac pas. est stomachus defectus: cōfortetur cum aromatibus ⁊ similibus. Si dolor capitis sit ex nimia potatione vini: āte oīa cerebrū cōfortetur: q: in hac pas. deficit. accipiat diambrā: dialignū aloes: xilobal: ⁊ comedāt caules cum carne crassa: quia omnibus dolentibus ex ebrietate cōueniunt. Si autem dolor capitis ex calore solis fuerit: vngatur caput cum oleo rosa. aqua frigida mixta cum aqua rosacea. Si dolor capitis fuerit nimius: misceatur cum oleo rosa. suc. portulace vel cucur. vel semperuiue. potent sirupū viola. vel succuꝫ maligranati. ponātur pedes in aqua calida. Si dolor capitis ex siccitate sit aeris: aquā calidam per phialam vitream capiti infundamus: in qua cocta sint anetum rosmarinus mellilotum: vngimus etiam caput cum oleo nardino: sambucileon: dampnileon. Si dolor capitis ex nimijs vigilijs fuerit: fumigetur caput ex aqua in qua cocta sint iusquiamus papauer lupinus: camomil. acetum caueāt. Si dolor capitis sit ex somno multo: purgetur totuꝫ corpus cum hierapigra ⁊ silibus. Si sanguis sit in causa phlebotometur de mediana: et prouocentur sternutationes: fiant cuꝫ celite vel condisi ⁊ similibus. Hieralogodion datū in dolore capitis: qui ex cholera nigra nascitur: vel phlegmate stomachum mūdificat: epar confortat. ℞. carpobalsami: xilo. casie lignee: cinamomi alithimi: spice. masticꝫ: asari: iuiube macis cubebe nucis musca. squinanti. viola. gariofi. añ. ʒ. v. croci. ʒ. iij. aloes epatici. ʒ. x. fac puluerem tempera cū melle: da fortioribus. ʒ. v. et debilioribus. ʒ. iij. cum aqua calida. Cibi leues sint pulli: perdices: leue vinum. Antidotum eiusdem iohannis damasce. facit grosse ventositati ⁊ visus obscuritati ⁊ grauitati totius corporis propter ventositatem ex phlegmate ⁊ cho. nig. ℞. aloes. ʒ. x viij. epithimi costi. añ. ʒ. v. euforbij spice croci camedreos. añ. ʒ. vj. gariofi. ʒ. x. calami aromatici masticis. añ. ʒ. viij. diagredij cocti. ʒ. ij. mellis qd̄ sufficiat da pōdus trium solidorum cū aqua calida. Stomatichon iohannis damasceni purgans choleram nigram ⁊ rubeam ⁊ phlegma sine molestatione vlla. ℞. hierepigre miroba. citri. añ. ʒ. iiij. nitri agarici. añ. ʒ. ij. scamo. ʒ. j. turbit. salis gem. epithimi ameos. añ. ʒ. ij. tempera cuꝫ succo scario. ⁊ fac pilulas in modum piperis: da bibere cum aqua calida. Hierapigra Galieni de libro decolagogi stomachum mūdificat: ⁊ caput ⁊ totum corpus de cholera rubea ⁊ phlegmate. ℞. croci. viola. absin. spice squinanti xilocasie. et assari masticis carpobal. xilobal. cinamomi alithimi: pondus equale: aloes quantum cetera omnia temperata cum succo scario. fac pilulas in moduꝫ piperis. Phlegmaticis turbith coloquintide agarici anisi petro. feni. masticis ro. añ. ʒ. j. fac pilulas cum succo maratri vel apij.

¶ De dolore medij capitis. Capi. iij.

Dolor medij capitis si sit ex sanguine: phlebotometur de cephalica vena. Si sit ex cholera purget̄ cū vomitu competenti. Si autem nobis aliquid obuiauerit: purgetur cum casiafistula prunis mirobalanis citri. sicut in cephalica diximus: sternutationes sunt faciende cum oleo violaceo ⁊ lacte mulieris puellam nutrientis. apponatur de succo coriandri. Si de frigidis patiatur humoribus cum hieripigra forti Galieni. theodoricon: hieralagodion: ⁊ similibus purgetur: sternutatio fiat cum oleo nardino vel camomil. custodiat se a lacte ⁊ caseo: ⁊ ab omnibus acruminibus. Si hec non profuerint: ⁊ dolor sit cum interpolatione cum gargarismis caputpurgijs in vltima particula huius libri scriptis: quia caputpurgium Hippocra. in quo mittit castoreum euforbiū ⁊ huiusmodi: omnē hemicraneam et cephalicam supradictam discutit. Et si visus in hac passione deficit: ⁊ sit propter sanguinis manitionem a naribus constringatur: ⁊ epar confortetur cum aromatibus vt ligno aloes: nuce musca. vino camphora vel aqua rosacea vel sirupo aromatico. Accipiant hieram nostram interdum ad visum acuendum ⁊ clarificandum ⁊ confortandum probatam. fumigetur cum epate caprino: ⁊ idem comedat cum pipere albo. Si patiantur ex abundantia menstruorum: obstringantur cum medicinis in suis locis dicendis: ⁊ vt superius diximus fumigentur ⁊ confortentur. Similiter faciendum est si hemicraneus dolor vel cecitas sit ex multa effusione sanguinis parturientis. Si ex fluxu ventris: medicetur cum psilio assa ⁊ alijs medicinis competentibus. Si autem dolor capitis sit propter coitum: oportet in hac passione cerebrum confortari cum musco ambra camphora ligno aloes. Et si inueterata fuerit passio: ita ꝙ ad tristiciā deuenerit: accipiant quotidie de electuario quod leticia vocatur: aut de eleniferatis. ʒ. ij. medicus licet sit peritus: tamen sit studiosus semper ad causam huiusmodi cognoscendam: si cerebrum ⁊ epar sint defecta: q: perfecta medicina est q̄ causam egritudinis tollit: ⁊ quia in hac passione nonnulli medici decipiuntur: infirmum non dedignentur interrogare. Si dolor capitis est ex multitudine fumi caput ascendentis: purgetur cū apostematibus antidotis pilulis phlegma ⁊ cholerā nigrā purgantibus: scilꝫ theodoricon emperiston hieralogodion. Et si dolor capitis sit ex calido apostemate curetur sicut in septima particula dicturi sumus. Si in summitate capitis sit dolor et mulier sit pregnans: nec abortierit: dandum erit interdū. ʒ. j. ⁊ ß. de sechenete. Et si dolor capitis ita sit premimius: vt vox auferatur: curetur vt in squinantia dicturi sumus. hi mox phlebotomētur de cephalica vena: ⁊ multus sanguis extrahatur: deinde si virtus permiserit: parue vene incidantur secus nares vel sub lingua: vel vena que est secus pollicem pedis. Capiti imponatur vinum ⁊ oleum rosaceuꝫ capite raso: cataplasmatibus cū pane ⁊ farina in aqua ⁊ oleo coctis. de lini se. similiter cocto. Et sciendum est ꝙ in omni cephalea: et hemicranea: si epar ⁊ cerebrum defectionem patiantur: ⁊ venter minime soluatur: hoc facto homo moritur.

¶ De dolore cranei. Capi. iiij.

Dolor cranei si sit intolerabilis: vt nec vocem nec sonitum: nec splendorem ferre possit: et sit ex sanguinolentis ⁊ cholericis humoribus: vel ex grossa ventositate: ⁊ cerebrum sit debile: caute et sapienter medicetur. accipiant quotidie de electuario de leticia vt grossa ventositas dissoluatur: ⁊ cholera rubea purgetur cerebrumqꝫ confortet̄. misceatur cū eleniferatis: vt de electuario quod leticia vocatur. parum musci: vel muse: ⁊ cāphore sic leuis: spolia berne māda ⁊ pullis gallinarum. vinum album ⁊ aureum ⁊ abstineant se a coitu ⁊ aceto: ⁊ lacte. cerebro cōfortato purgentur superflui humores cum purgationibus competentibus: lauetur caput cum aqua vbi coctum sit psilium cortices papaueris viola. ordeum: frondes psilij: et similia. Si dolor sit ex ventositate demus theodoricon: hieram Galieni vel rufini: hieram archigenis. vnaquaqꝫ nocte. ʒ. ij. et ß. lauandum est caput cum aqua: vbi camomilla: sansucus: mellilotum sint cocta. sternutationes fiant de oleo muscellino: anetino: nardino: ⁊ camomillino: lauentur frequenter et balneentur. A cibis abstineant: scilꝫ cimino anisi ⁊ aromaticis. Et tanta sufficiāt industrie sapiētis.

¶ De dolore intercutaneo. Capi. v.

SI dolor sit intercutaneus et in summitate capitis: purgetur stomachus cum pigra et pilulis aureis frequenter. Si autem dolor capitis siue intercutaneus: siue extra cutem sit: et ex supradictis medicinis non mitigetur: scias ex retentione nimia vrine: vel menstruorum vel sanguinis emorroydarum esse vel emunctorio narium: quorum omnium fumus vrine est deterior: de qua passione satis diximus vbi de accidentibus disputauimus: curam quorum in libris antiquorum non inueni. Si enim sit ex retentione menstruorum: vel sanguinis emorroydarum: curetur sicut in locis suis dicturi sumus. Si ex emunctoriorum narium constipatione prouocetur sternutatio sicut diximus in custodia sanitatis. Si aut sit ex fumo vrine caput petente vel menstrui sangui. vel spermatis: vel costipatione pororum: vel venarum: curetur cum hoc medicamine experto remouente dolorem capitis. ℞. hellebori ni. cuscute epithimi polipodij. an. ℥. iij. absinth. castorei cetauree sticados. an. ℥. vij. anisi. maratri: petro. apij. an. ℥. ij. pistentur et coquantur in hyeme cum vino: in estate cum succo maratri apij fumiterre: vel lupuli et coquatur: et huic colature misceatur. ℥. ij. castorei: et tribuatur post cenam. deinde eant dormitum. competit enim viris et mulieribus: quod non solum cephaleam diuturnam vel hemicraneam destruit: sed etiam scotomiam et vertiginem et omnes passiones melancholicas destruit.

¶ De dolore qui accidit post somnum. Capi. vj.

SI dolor capitis post somnum acciderit: caueat sibi ab oleo oliuarum: a lacte: cepis: porris: alijs: eruca: nucibus: caseo: leguminibus et similibus. Accipiat pilulas aureas in somno post cibum. ix. vel. xj. vel. xiij. vel secundum virtutes. his itaque peractis si nullum predictum medicamen profuerit prouocetur sudor: in capite vel exercitio: vel stuphis vel balneis. Sed si ita inueterauerit vt ad perniciem ducat: soporetur sicut in chirurgia dicturi sumus. Incidatur cutis ab vna aure vsque ad aliam totumque corium a puppi vsque ad frontem separetur ferro: rasoque capite vsque ad ossa: ita quod nihil ibi remaneat vt generet spasmum: corio cum bono vino abluto bene: et oleo laurino perfucto operietur: vt prius fuerat in capite: et serico filo suatur: et vnguento solidatiuo vngatur: post tres horas fumigetur cum aceto: et euigilet. capite enim optime ligato: et cum pullis gallinatijs et alijs similibus dietetur per septem dies: hoc non est faciedum: nisi his in quorum capitibus fuerit passio ueterata: que nec dieta vel pharmacia vel phleboto. vel scarificatione: vel sudore: vel alio medicamine curari poterit. scarificationes namque in nulla parte corporis fiant nisi precedente purgatione. quantum et quando in dolore capitis coueniat in chirurgia dicemus. at quia a capite incipit mors et hec passio si inueterauerit ad cecitatem deducit: ideo hic et in theorica de dolore capitis et eius cura vniuersaliter disputauimus.

¶ De frenesi. Capi. vij.

SI frenesim calidam curare volueris: si virtus et etas et tempus et consuedo permiserint: cum phlebotomia curabis de vena cephalica. Si vigilie assint capite raso hoc apponamus. ℞. castor. mandrago. iusquia. se. lactu. singulorum. pondus. opij tertia pars omnium. tempera cum lacte mulieris: et tepefiat scarificentur crura. Si autem fuerit stipticus: clystere fiat cum aqua: in qua coquantur bleta cum oleo viola. optimum est in omni dolore capitis clystere: aut accipiat apozima prunorum tamarindorum. viola. casiefist. Oleum de hedera valet ad dolorem capitis et frenesim. Dandum est electuarium de casiafi. vt in curis spiritualium dicendum. vt electuarium psiliticum. Et quia frenesis fit cum feb. acu. de eius curis satis vniuersaliter diximus: cum de causone satis euidenter disputauimus: non est necesse vt eius curam recapitulemus. Sed quia alienationem patiuntur: ista adiungantur pulmo recens pecoris capiti alligatus valet. Si stipticus est cataplasma ex caput cum se. lini et farina ordei pone tuphas: idest ventosas quattuor circa loca capitis vel in cruribus et coxis. Sed labia et oculi et nares odoferis vnguetis vngantur sicut mirta: castoreo: opio: storace: iusquiamo: in musa decoctis: statim vt mireris quiescunt. vinum omnino caueant. amygda. non comedant: quia dicit Galienus cerebrum petunt. Dietetur vsque ad tertium diem: sicut in causon diximus. Unguentum ad hoc. ℞. pencedani: castorei: olei rosa. equale pondus. fac vnguentum et vnge totum caput: et statim dormit. Aliud. ℞. opij ʒ. ij. fermenti. ʒ. iiij. tritis commisce cum aceto: et vnge omnes pulsus: et quiescit. Item anacardum tritum cum vino bibat et dormit statim.

¶ De frigida frenesi. Capi. viij.

SI frigidam frenesim curare volueris: da potiones caput ex frigidis humoribus purgantes sicut theodoricon pilulas cochias stomaticon et similia. corpore et capite mundificatis: faciemus epithima calidum et dissolutiuum capiti: sicut nardileon: costileon: piretroleon: castoreleon: sisameleon: sambuceleon: dampnileon: et similia. Cataplasmentur cum sinapi et euforbio temperatis cum succo rute: vel de castoreo in cineribus capillorum humanorum cum aceto distemperatis. Cataplasma Johannis damasceni valet ad lethargiam mentem acuit. ℞. sinapis piretri affrodill. an. ℥. xv. castorei eufor. bij. an. ℥. xij. tempera cum succo sansuci puppim cerebri sepe inungito: sternutatio fiat cum celite vel condisi: vel castoreo: gargarismum cum sinapi: origano piretro: staphisagria galaga. propria huius medicina est anacardum. Alia potio anacardina vnaquaque die. ℥. j. ieiunus bibat si solum sit anacardinum mediam. ℥. babat. vtatur diatrionpipereon: diagalanga: diacostorum: trifera magna sine opio. Si inueterauerit infirmitas diacastoreon detur quotidie. ℥. j. cum aqua calida. accipiant oximel. et mellicratum aromaticum. Abstineant a scarificatione et in puppi capitis maxime et a fructibus: et omnibus cibis maxime frigidis et humidis: iaceant in loco luminoso: et ante eos ferantur omnia genera musicorum: nomen eius frequenter vocetur. Capre pili vsti lethargicos excitant: et cum aceto naribus apponantur. Fumus ferule incense: et in oleo extincte valet. Ruta vel sisimb. cum aceto tritum et naribus applicatum valet: aut illine frontem ex sanguine testudinis. pulmo pecoris calidus circa caput ligatus valet inire. Fumus galbani et cornu ceruini naribus applicatus super omnia valet.

¶ De stupore mentis Capi. ix.

SI stupor ex humiditate sit: ponantur pedes infirmi in aqua calida in qua cocta sint camomilla ro. viol. mellilotum et similia naribus apponantur: et ex illa aqua prora capitis lauetur. deinde cum oleo rosaceo et aceto vngatur. Si ex frigiditate sit sola: oportet proram capitis calefacias cum aqua calida: vbi camo. cetaurea mellilotum calamentum et similia sint cocta. deinde vngatur ex oleo muscellino: nardino: et similibus. Si ex frigidi. et humidi. fiat: infirmus excitetur: et sternutatio fiat cum castoreo condisi: pipere: nigella: quibus cerebrum calefaciat: et commoueatur. alia fiat cum celite rosaleon: musceleon: nardileon. odorent rutam castoreum: et fumigatio fiat cum lichinio bombacino prius accenso et exusto. detur mellicratum: aromaticum et oximel ad bibendum cum sirupo calamentino. Medicetur hec infirmitas sicut lethargia: sed in lethargia puppis: et in hoc morbo prora cerebri. Si ex dissolutione et defectione sit virtutis: vngatur cum oleo rosaceo viola. camomil. in aqua coctis. cum sandalis coque et aqua rosacea et oleo rosa. ante infirmum dulcis sonitus fiat de musicorum generibus: sicut cum viella: lyra: simphonia: psalterio: et huiusmodi. his autem aia delectatur: et ex delectatione virtus naturalis excitatur. Si

stupor fit ex nerui concussione: vel ex mala complexione cerebri: aut compressione: aut ex fractura ossium capitis: sapiēs medicus non intrinsecus sed extrinsecus ꝑ posse laborer.

De vigilijs. Capi. x.

Si vigilie fuerint ex cholera rubea: lauādū est caput vbi papauer se. lactu. ⁊ vio. sint cocta. sternutatio est facienda. Cataplasma. ℞. opium lactu. cum se. iusquiami ad libitum puluerizentur cum succo portulace ⁊ fronti apponamus. Mulgeamus super caput eius lac mulieris puellam nutriētis. Dia. dixit: si suppositorium facias ex oleo viola. ⁊ opio somnum facit. Dāda sunt catartica. chole. rub. extinguētia. Danda sunt se. lactu. papaueris iusquiami si sint necessaria. Si vigilie sint ex siccitate cholere rubee: iuuat aqua calida capiti infusa in qua cocta sint camo. mellilotum anetum cortices papaueris se. malue. post capite raso lac mulieris vel asine aspergatur. Sternutationes fiant cum lacte mulieris. Si vigilie sint ex phlegmate salso: sternutationes faciamus cū oleo croci anetileon. camomil. lauādum est caput cum aqua vbi camomil. anetum: sansucus sint cocta. Si vigilie sint ex calido cibo ⁊ calida potione: medicetur prout medico disponendum esse videbitur cum rebus somnum facientibus. ℞. castorei: opij: croci: iusquiami: hellebori nig. mādragore. se. papaueris equale pondus: fac puluerem cum mandragora ⁊ distempera cum succo mandragore. deinde olei sambucini adiunge quantum sufficit: misso autem in vase vitreo ad solem per viginti dies: sunt iterum soli reddenda post: partim de isto ⁊ partim de musceleon frontem ⁊ nares illinies. Aliud. ℞. opij. ℥. x. lactu. se. mundatum mādragore iusquiami. añ. ℥. v. que pistata. iij. lib. succi mandragore sunt ponēde: ⁊ ita imposite. ⁊ cum ipso vase aqua bullienti sunt mittēda ⁊ ibi coquenda. quibus. ℥. ß. olei sericini superadiunge ⁊ tādiu excoquenda sunt quoad solum oleum videatur remansisse ⁊ inde frontem ⁊ caput inunge. Aliud. ℞. opij iusquiami mandragore pondus equale. facto puluere aquā ad misce: ⁊ soli per. xv. dies expone: ⁊ inde caput ⁊ frontem vnge. Trocisci valētes similiter ad idē. ℞. iusquiami se. lactu. se. papaueris albi. añ. ℥. v. cucume. se. portulace. añ. ℥. ij. ⁊ ß. opij croci. añ. ℥. j. fac puluerem: ⁊ tempera cum succo lactu. ⁊ fac trociscos. ij. vnusquisqꝫ habeat. ℥. iiij. da bibere eunti dormitum. Similiter alterum cōfice ⁊ cum lacte se. distempera ⁊ inde caput vngi precipue precipimus.

De passione que chuma vocatur. Capi. xj.

Diximus in theorica ꝙ si cause vigilie ⁊ stuporis misceantur: fit quedā passio que chuma vocatur. medicus: licet sit perfectus: tñ studiosus sit ad differentias harum passionum cognoscendas: cum ad medicum inient: tñ chimiam cum vult medicari: videat an chimia sit an epilepsia: an scotomia: an apoplexia: an suffocatio matricis vt cōtingit mulieribus: quarum differentias in theorica euidētissime demōstrauimus. Et quia hec passio ex stupore et vigilijs est composita: videndum est si in compositione sint equalia: ⁊ tunc medicādum partim cū medicinis in stupore scriptis: videlꝫ cum celite ⁊ huiusmodi: partim cum medicaminibus in vigilia prescriptis. Si sint inequalia videlꝫ si preualeāt vigilie: curetur hec passio in vigilijs scriptis et econuerso. Si stupor mentis maior sit cū fumigijs et alijs medicinis in stupore scriptis medicentur.

De congelatione cerebri. Capi. xij.

Si autem scothocos: idest congelatio ex oppilatione ventriculorum cerebri puppis fit: purget cū theodoricon hieralog. ⁊ similibus: ⁊ cū apozimate in dolore capitis scripto. prouocentur sternutationes cum sinapi condisi. nigella ⁊ his similibus. Similiter est faciendum de humore frigido humi. ⁊ sic. Si autem hec passio fit ex nimia potatiōe aque fri. vel in ea balneatione: adhibēda sunt adiutoria calefacientia fumigia ⁊ dissolutiua. Similiter bonum est si pa. inter duos ignes ponatur ⁊ vngatur eius caput ex oleo laurino: ⁊ de eo in naribꝰ vel aure mittatur. Si ex frigi. humo. vel fructibus hec passio alicui cōtingat: purgetur cum caputpurgijs ⁊ sternutationibus ⁊ gargarismis in. xx. huius libri scribendis: ⁊ dandum de celite ⁊ alio antidoto: in quo mittatur stercus vulpinum: q: in oībus phlegmaticis ⁊ frigidis passionibus melancholie cōgruit. dandum est rothenere: quia multum huic passio prodest: quocūqꝫ modo fiat. Sirupus absin. multum prodest. muscata maior super omnia valet. similiter balnea. Sirupus de sticados miro modo valet. Sed quia hec passio capitis est grauior: sepe purgandum est caput cum hieralogo. archi. laxion vel arabi. vel theodoricon: emperiston: vel [illegible]. vel diapris. vel sarcinam confectam cum balsamo in. xx. practice particula inuenies. Post mundificationem puppis cerebri leuetur caput cum aqua vbi cocta sint camomil. ⁊ anetum ⁊ mellilotum sansucus viola rosa: ⁊ similia sint cocta. vngatur puppis cerebri cum vnguento de menta facto vel mirta croco rosa. sandal. cum albo oui. Vngatur cum dampnileon: castoreleon: nardileon: anetileon: ⁊ similibꝰ. sauinam cū thure sepe bibat. Et q: in hac passiōe oculi sunt aperti: ⁊ est mortuꝰ: nō timidus sit medicus: sed statim percutiat eum ⁊ verberet: ⁊ cum fortissimus fumigijs ⁊ sternutationibus eum expergescat: deinde vt diximus curare satagat.

De corruptione memorie. Capi. xiij.

Corruptio rationis et memorie si sit ex frigi. complexione cum calidis medicinis ⁊ dietis curetur: si enim patiatur grauitatem aut obliuionem: aut abominationē ⁊ pigritiam cū somno mūdificetur sicut in stupore. Qr si de frigiditate ⁊ sicci. fit hec passio: ⁊ infirmꝰ vigilias patiatur: fiant medicine in vigilijs scripte. Accipiant vomitiuū de hellebore albo in antidotario scriptum: quia albos ⁊ viscosos humores purgat. Similiter valet in congelatione. Accipiant antidota hec recipientia: quia thus falsas cogitationes remouet: memoriam corroboret. Muscata minor multū valet huic passioni: confortetur cerebrum cum rebus aromaticis. vt castoreo vel cinamomo ligno aloes: ambra ⁊ silibꝰ. hieralogo. arabi. blanca: ⁊ muscata: super omnia valent. capite purgato cū catarticis gargarismis sternutationibꝰ ⁊ vomitibus. detur quotidie de electuario quod vocatur leticia: vel de elenifantis. ℥. ij. cum apozimate decoctionis thuris.

De scotomia ⁊ vertigine. Capi. xiiij.

Scotomia ⁊ vertigo si tantūmodo sint ex cerebro: soli capiti studium oportet adhibere. Si enim sint cū feb. radat caput ⁊ capiti fissus catulus. vel gallina calida capiti apponatur. Si vigilias patiatur lac muliebre super caput est mulgendum. Si sunt sine feb. purgetur caput cū stomatichon: hiera fortissima Galieni: pilulis aureis: vel demus pigram: in qua due partes sint aloes: ⁊ vna aromaticorum. pedes infirmi in aqua calida sunt ponendi: a vino abstineant: caulibus lentibus lactu. lacte ⁊ similibus. Si ex stomacho fit scotomia catarticon de absinthio ⁊ agarico damus de hierapigra. iuuat ꝗ si incidatur vena cephalica ⁊ sanguis extrahatur: si virtus ⁊ etas permiserint. abstineant a cibis ventositatem generantibus: vomitum prouocemus. Si vero hec passio fit ex colligātia cerebri cum alijs membris: ambe vene incidantur que sunt post aures. Abstineant a lacte caprino: ⁊ ab his que generant humores grossos: ⁊ fiat vnguentum ad vertiginem probatum. ℞. fellis leporis: fellis pecoris: fellis mustele. añ. ℥. iij. castorei. ℥. j. myrrhe. ℥. ij. hec omnia in aceto optime terantur ⁊ detur. ℥. j. cum mulsa vel melle vel aceto. Si scotomia fit ex stomachi colligantia propter frigidam complexionem: vel phlegmaticam: vel passionem: ⁊ infirmus patiatur abominationem ⁊ cordis tremorem: medicetur sicut in sincopi diximus. Si scotomia fit ex

acutis et continuis febribus: curetur cuꝫ mirobalanis citrinis manna sirupo de absinthio ⁊ similibus, maxime si venter sit constipatus.

De ebrietate ⁊ eius cura. Capi.xv.

Si ebriosus calide nature sit: mittamꝰ sibi oleuꝫ rosaceum in capite: ⁊ viol. cum succo cucurbi. et portula. cum aqua viola. et detur ad bibendum succus maligranati cuꝫ sirupo ro. somnus prouocetur cuꝫ sirupo: vt vinū digeratur: post in balneum temperatum ingrediatur: ex aqua calida pedes fricentur cum sale ⁊ oleo viola. vt fumus petens caput infirmi inferius distrahatur: vomitus prouocetur. absinth. cum aqua frigida bibat vel mentam ⁊ absinth. cum oleo viola. vel rosato. Si autem dolorē precordiorum patiatur: vomitus prouocetur cum aqua rosa. psilium potet. coitum vitet ante ⁊ post potum: refocilletur cuꝫ perdicibus ⁊ pullis. portulacis cum aceto vatur maligranati: nutriatur cum piris ⁊ mespil. ⁊ coctanis ⁊ similibus: infundantur testiculi in aceto ⁊ multum valet. Si ebriosus frigi. nature fuerit: bibat oximel. ante balneum dormiat: pedes fricentur cum aqua calida ⁊ sale. absinth. enim cum vino: ⁊ caules cum carne crassa cocti dissoluūt ebrietatem: ⁊ fumum grossum ad cerebrum ascendere non permittunt: nutriātur cum frixis ⁊ assis rebus ⁊ cum omnibus medicinis in custodia sanitatis dictis.

De sternutatione. Capi.xvj.

Sternutatio si excedat modū: caput lauetur cum aqua vbi cocta sint camomil. ro. ordeum mundatum sisimbrium psiliuꝫ succus cor. ozimum naribus apponatur cuius proprietate sternutatio auferatur. Si caput sit cali. nature cū oleo rosaceo ⁊ viola. vngatur vel aqua ro. Si fri. nature: sicut ireleon camomileon ⁊ similia appone.

De epilepsia ⁊ eius cura. Capi.xvij.

Epilepsia cum catarticis humores capitis dissoluentibus ⁊ purgantibus medicetur: videlicet cum hiera Galieni. theodoricon. hieralog. stomaticon: in quo sit coloquintida et similia cum sternutationibus ⁊ gargarismis calidis et dissoluentibus lauetur caput: ⁊ cum eis que in lethargia diximus. capite purgato cum aqua salsa vel sulphurea balneentur. Interdum detur tyriaca maior vel diatesseron vel celite: vel metridatum imperatorꝫ: vel quoddā melius antidotum: in quo aurum ⁊ argentum stercus vulpinum intrāt: vel diatrionpipercon: aut diapharsa ⁊ similia. Sunt enim quedam simplicia si collo patientis suspendantur: valent vt peonia piretrum pili canis albi nullam nigredinem habentis: ⁊ de lapidibus vt cacabre: vel lapides parui rubei in ventriculis hirundinis inuenti. qui si collo pa. suspendantur in perpetuum liberāt. Apprehensis hirūdinibꝰ de nido fissis eorum ventriculis aufer lapides in medio die. vtiles enim sunt: quia epilepticos insanos ⁊ lunaticos sanāt si in collo suspendantur siue bibantur. gagantis fumus repentinos casus epilepticorum liberat. Sunt etiam quedam alia que quocūqꝫ modo accipiantur valēt vt coagulum leporis: cerebrū cerui: cor leporis ⁊ vulturis: fel vrsi: testiculi apri hec omnia multum valent si in mane accipiantur. Sunt et alia composita ⁊ simplicia que si inungātur valent: ⁊ omnia olea que in apoplexia sunt dicenda. Abstineant a lacte caseo caulibus: lentibus: ebrietate: opio: ⁊ similibus. Si a carnibus possunt abstineāt per annum bonum erit eis. Si ex stomacho sit hec passio: cū vomitiuo purgetur in hoc loco dicendo. vnde dubium vtruꝫ lunaticus siue epilepticus sit eger. Quidam dicunt ꝙ si cornu caprinum aduratur: ⁊ ex eo epilepticus fumigetur: mox cadet. similiter epar caprinum facit si comedatur. Alij dicunt si pelles induant caprinas statim cadent. Est ⁊ aliud experimentum ⁊ est ꝓbatum: dic hoc nomen in aure suspecti pa. Recede demon: quia dee fanolcri precipiunt. Si lunaticus vel demoniacus: ibi statim efficitur velut mortuus fere per vnam horam: eo surgente interroga eum de quacūqꝫ re volueris: ⁊ dicet tibi: ⁊ si vero ceciderit scias audito hoc nomine esse epilepticum. Quodcūqꝫ horꝫ supradictoruꝫ patiatur: hoc firmissimo medicamine medicetur. Si patrem habet aut matrem ducat eum ad ecclesiam in die quattuor tēporum: ⁊ audiat missam in sexta feria similiter in die sabbati faciat: die dominico veniente sacerdos vel vir religiosus scribat euāgelium vbi dicitur: Hoc genus nō eijcitur nisi in oratione ⁊ ieiunio: siue sit epilepticus siue lunaticus vel demoniacꝰ curabitur absqꝫ dubio. Et notandum ꝙ ex incestuosis coniugationibus natis nō valet. Quidam autem dicunt ꝙ si capre cerebrum per anulum aureum tractum: ⁊ infanti datum anteꝙ lac sugat tranglutiri datū nec caducus fieri nec phātasticus potest. Quādoqꝫ epilepsia fit a nucha de qua in suo loco dicturi sumus.

De apoplexia ⁊ eius cura. Capi.xviij.

Apoplexie due sunt species: de quibus Hippocra. in aphorismis dicit. Apoplexiam si sit fortis impossibile est curari: debilis non faciliter curatur. Antiqui preceperunt cum maioribus antidotis curari hanc: sicut theodoricon hieralogo. Galieni hierapi. pillulis tapsie fetidis euforbio: interdum tyriaca vel socrugene anacardino ⁊ similibus. Si sit in parte epithima ponatur in loco nō sentiēti de calidis rebus factum. Similiter cuꝫ gargarismis theodoricon ⁊ similibus ⁊ sternutationibus. Item capiti faciamus epithima de anetileon: castoreleon: euforbio. Lauādum est caput ⁊ spondilia si morbꝰ ibidem est: cū aqua vbi cocta sunt camomilla: anetū: mellilotū: sansucus: iuniperus. Cibi sint calidissimi: vinum forte atqꝫ vetus post. xxj. diem balneentur post balneum detur vinum. Si ex nostra vnitiua medicina infirmus febrem inciderit: feb. ipsa sit tibi perfecta medicina: que cum corpus calefacit: dissoluitur humores. Si virtus custodiatur ⁊ eius plenitudo appareat phlebotometur. Si virtus sit defecta caueant phlebotomiā: sufficit enim alteratiua medicina. Et si nō superuenerit fe. vngatur eius pulsus cum vnguento scorpionato feb. enim prouocat. Et si hec febris artificialem modum excedat: ita vt defecter infirmum mittantur brachia in aqua calida: vel infirmus balneum intret. Ita dico humoribꝰ coctis ⁊ digestis. Oleum Johānis damasceni valet paralyticis epilepticis apoplecticis si fiat inde vnguentum vel sternutatio. ℞. nigel. ʒ. ij. super laterem assate ⁊ pistate sicut medulla: deinde accipe aquam vbi infusum fuerit fenugre. per noctem ⁊ diem cola: postea calefac mittens nigellam fac bullire bis vel ter. deinde deponēs a foco dimitte quiescere quousqꝫ oleum natet super aquam post in vase repone. postea castoreum ⁊ galangam coque in aqua ⁊ colatis mitte. ʒ. v. prioris olei in aquam istam da bibere. Aliud valet appoplecticis ⁊ paralyticis ⁊ omnibus mēbris vel morbis frigi. ℞. omfacion. ʒ. j. euforbion. ʒ. v. castoreon. ʒ. xj. terantur ⁊ coquantur in omfacion fortiter postꝙ resederit da bibere cum aqua vbi anisum ⁊ mastix sint cocta. Aliud valēs frigidis passio. gibboso dolori arretico: epilepticis: ⁊ spleneticis ex frigiditate apostematibus duris ⁊ viscosis ⁊ grossis ⁊ frigidis. ℞. sambuceleon: sisameleon: dampnileon. añ. ʒ. iij. olei sisami sambuci. añ. ʒ. iij. cōmisce cum libr. ij. eque: celidonie costi masticis. añ. ʒ. iiij. piretri bdellij: thuris macis cu scute. se. añ. ʒ. ij. pista coque donec aqua pereat: ⁊ solū oleum remaneat ⁊ coque. Aliud. ℞. olei lentisci: olei sambuci. añ. ʒ. iiij. sigie galbani. añ. ʒ. ij. omnia cōmisce in libra vna succi calamenti: aneti: camomil. et coque quousqꝫ aqua ambiletur. Vnguentum valens similiter. ℞. piretri olei lauri. sansuci: staphisagrie. añ. ʒ. ij. nitri sinapis. añ. ʒ. ij. euforbij. ʒ. j. piperis. ʒ. ij. castorei. ʒ. iiij. olei ⁊ cere quātuꝫ sufficit. Sternutatio valēs apoplecticis paralyticis epilepticis: quia cerebruꝫ mūdificat de grossis humoribus. ℞. condisi castorei piperis nigel. pondus equale; fac puluerem tempera cuꝫ succo lilij fac pilulas

in modum lentis: dimitte siccari: ex quibus .ʒ.j. in oleo sansu ci distempera. et sternutatio fiat. Gargarismus. ℞. piretri: sinapis: piperis staphisagrie calamenti zinziberis. an. ʒ.j. et ß. fac puluerem tempera cum melle. fac gargarismum cum oximelle in modum auellane. Aliud similiter origani: sinapis: calamentri: piretri: hierapigre: ysopi: piperis lõgi: põdus equale. fac puluerem: tempera cum oximelle in modum auellane.

De dormitatione et eius cura. Capi. xix.

Dormitationem curabis cum celite mitridato romano cum antidoto in sene probato: et cum catarticis oleis sternutatiõibus et alijs medicinis in lethargia et epilepsia scriptis: et dandum est de sethenete et oppopira: necnon et esdra: et ea que in nucha sunt dicenda.

De melancholia et eius cura. Capi. xx.

Diximus in theorica q melancholie due sunt species. vna in ore stomachi que vocatur hypocõdriaca: altera vero in cerebri essentia que si cum feb. sit: medicanda erit cum cassia manna mirobala. citri. et omnibus medicaminibus in causon: et frenesi dictis. catulus fissus capiti supponatur vel gallina fissa: quia multum valet. Et si dormire nequiuerit: faciamus mulgere lac mulieris super caput eius: et adiutoria in vigilijs supra scripta. Similiter faciendum est si somnia timorosa viderint: que sine feb. in primis auferenda sunt: et false suspitiones cum rationabilib9 et notabilibus et gratis verbis: et vino odorifero: q: multum letificat corda. bibat apozima boraginis et epithimi: vt interdum resoluantur humo. Si hypocundriaci sunt: cum sirupo de sticados vel absinthio et sirupis hypocõdriacis pprijs: vt apozimatibus in nostro antidotario scribendis. Et si in essentia sit cerebri: soli cerebro studium est adhibendum: vt post rasum caput lac mulieris vel asine calidum super caput ponatur. sternutatio fiat cum lacte mulie. et oleo viola. et rosa. q si nõ iuuerit et somnia viderit timorosa: vngatur mollicies manuum et pedum: brachia cubit i pedes crura suauiter fricentur oleo viola. sed si hoc non minuerit: et somnia viderint timorosa: faciamus lac muliebre mulgere sup caput eius. sternutationes de eodem fiant. purgetur cum sirupis et apozimatibus in antidotario scribendis et expertis. et ad omnes melancholie species. Succus polij: maratri: sansuci sisimbrij camedreos et siselei: camepiteos: ameos: ypericon: mente absinthij lupuli: hi oẽs succi cocti et colati valẽt huic passioni cum amygda. vel sirupo vio. vel cassiafist. siue simplicia siue componantur.

De amore qui hereos dicitur. Capi. xxi.

Hanc passionem cum vino odorifero et gratis verbis et diuersis musicorum generibus curabis colloquijs cum dilectissimis: sonis: fructiferos videre hortos et odoriferos et lucidos: et aquã currẽtem videre et claram: spaciari cum pluribus mulieribus seu maribus. hec omnia tristiciam et timorem auferunt. Rufus inquit. vinum est fortis medicina tristibus timidis curiosis et hereosis: similiter balneum. vnde fit cum quidam balneum intrant ad cantandum excitantur vel animantur. sicut lupinorum amaritudo tollitur si in aqua infundãtur. Galie. colloqui cum sapientibus et amicis dilectissimis animus delectatur et gaudet: et de ira ad mãsuetudinem: de tristicia ad leticiam: de auaricia ad largitatem: et de timore ad audaciam excitantur. hec est ordinatio organorum musicorum: atq; vini circa anime sanitatem. expertissimum esse dignoscitur si boni socij aggregẽtur. Galie. colloqui inquit cũ amantibus laborem eijcit et gaudium elicit a membris interioribus. Similiter cibaria letificantia sicut borago: basilicon: crocus: vinum odoriferum: ambra: ligna aloes: ciperum sericum crudum: ustum: aurum: muscus: electuarium qd letificia vocatur: et antidoton helmiferatum vt muscata maior: hec omnia animam letificant.

De mania et alienatione mẽtis. Cap. xxij.

In mania et alienatione mentis curam impendere debemus: sicut in freneticis et acutis passio. in accessiõe lenis sit cura sicut in chronicis egritudinib9: in demersione fortiora adiutoria adhibem9. Sacellus ex farina vino cocta cum absinthio capiti apponatur et stomacho pectori et cordi: vt ex vapore diutius loti sudent. Aliud. ℞. farine se. lini et visci de agrifolio: coquatur cum aceto vel vino in olla rudi quousq; desiccetur. Item adde nitrum et fac bullire ad spissitudinem. Capiti infirmi vsq; ad cutem raso hoc emplastrum appone mirifice sanat. similiter valet ad inflationem ventris et cito sanat. si necesse clysterizentur si vires et etas permiserint et bene comedant: phlebotomentur vsq; ad lippotomiam: idest defectionem vel debilitatem: post triduum infundatur caput oleo rosa. et aceto et esdra: vel peucedanum vel poligonia in oleo rosacco coquatur: et inde caput infundatur anodinis: idest soporiferis inunctionibus: omnes potiões vel trociscos cum aqua calida demus potare. Item anodinis: idest soporiferis inunctionibus nares inungantur vt somnus prouocetur. vomitus interdum prouocetur cum raphano: vt phlegma vel melãcholia purgetur Cibum leuem dato in ipso interdicto quod est accessionis tempus: vt oua sorbilia: vel succum spelte: et dimissionis tempore fortiorem cibum accipiant: et caput cooperiatur lana tincta in oleo anetino: et silentium habeant. post xiiij. diem purgetur cum hierapi. rufi. statim caput radatur arterie capitis incidãtur: sinapismo vtantur: sternutamenta prouocẽtur. his non proficientibus vngatur caput ex hedera et cantaridibus: vt cutis rumpatur et humores egrediantur: et potum accipiãt lac caprinum cum hellebore nigro. ʒ.ij. si plus paueant vel insaniant: caput vngatur ex acopis et tinnatijs: idest calidis. hec omnia faciunt in canicularibus diebus. post curam apoco: vel miracopo. de sansuco caput et stomachus perungantur: vt omnis inquietudo valitudinis imppetuũ expellat. Si mẽtis isania vel alienatio fiat ex potiõe vel comestione pessima: vt est succ9 cicute vel corũ iusquiami mãdragore et cerebrum cate. testudo igniatur tota: et pulverizetur et detur potui. Omnem enim alienationẽ mẽtis et insaniam curat sine dubio. Et sciendũ est q si ex morsura canis rabidi hec passio alicui cõtingat: et spumam reiecerit per os sine dubio die. vij. morietur

De mollicie nuche. Cap. xxiij.

Dictis medicaminibus illarum passionũ que sunt in cerebro: dicendũ est de his que sunt nuche et neruorum et prio de mollitione. Si enim emollitio fit ex plenitudine: curabis cum fortibus medicinis laxatiuis: scz theodoricon pigra emagranicon: et cũ pilulis de hermodactylis vel serapino. ℞. serapini aristol. ro. dapnidij gariofil. piperis albi: camedreos diptami: storacis eqle pondus: castorei duplũ: mellis quãtũ sufficit: da in modum auellane cũ optimo vino: da pilulas de euforbio cũ assa fetida: omnia que epilepticis ꝓsunt: iuuãt istos. dietã paucam accipiãt et subtilem: vtãtur exercitijs balneis salsis et sulfureis et fricationibus aperitiuis.

De epilepsia spasmi. Cap. xxiiij.

Diximus in theorica si oppilatio neruorum fit in omnibus vijs neruorum: epilepsia de spasmo vocatur: quia sensum et voluntariũ motum aufert: hec passio medicetur sicut apoplexia. Constituatur inter duos ignes: et inungatur cũ oleis in apoplexia dictis et axungia veteri cũ medulla ceruina: adipe anserino gallinaceo. dyaptes imponende sunt ad solem vel in loco calido: quib9 vomica sunt dãda. ℞. olei partem: idest aque calide partes. ij. sal. coclearia duo: nitrum: vnũ da potui: in aqua calida et da bibere: et pen

nam in oleo tinctam in ore mitte: et vomitum prouoca. ocopa ces in omnibus passionibus frigidis et pigris vtiles sunt: quod si conficiantur ante vnum diem infundas in aqua tepida. altera die fortiter exprime: vt nullus humor ibi remaneat: tunc teras diligenter: sinapim cum aceto citri: et commisce caricas. Si autem prouocare volueris: due partes caricarum sinapis vna pars. cum volueris vt non vulneretur: linteum infusum in aqua calida et oleo rosaceo superpone.

De paralysi et eius cura. Capi. xxv.

Primus enim quod paralysis aliquando fit in toto corpore: de cuius cura sufficienter dictum est: aliquando in aliqua parte corporis: vt in capite lingua et alijs quampluribus membris: que si fit in maiori parte corporis: multum fricetur: et euaporationes fint ex acopis et vnguenta etiam mantica cum fricatione fortissima: euaporationes in sole calido: et vngantur, cum odoriferis: vt spica: resina pipere: euforbio. adarche adhibeantur: et illis locis cum fortissimis vngatur sicut cum squilla tapsia asa: piretro: sinapi: adarche. Si appetitum non habuerint oximel poterit. Si in aliqua parte fuerint contracta membra vel extensa cum mollibus fricentur: id est medullis ceruorum et vnguentis et adipibus compositis et cibis humidis. Sed si membra dormitationem vel stuporem vel contractionem patiantur: et sine dolore. et hoc ex sanguine fuerit: phlebotometur ex brachio alterius partis. Sed si paralysis in dextra parte fuerit: phlebotometur de dextro brachio. Si aliquid nobis obuiauerit cum doropace lauetur. cum vomitu ex helleboro curabis. Si paralysis caput tentauerit: omnes regiones eius subuertet: idest omnia labra oculos: cilia linguam nares: quod cognoscitur si caput formicet. Si etas permiserit phlebotometur et caput euaporetur ex sacello cum farina tritici cocta in vino. deinde vngatur cum anetileon et desuper lana carpinata loca cooperiantur: et postea ex acopis termachis vngantur: et potest accipi aut oximel cum castoreo. gargarismum ex sinapi: pipere: piretro: stappisagria: origano: agarico: ysopo: theodo. nitro: tusis cum oximelle ad solem. hic gargarismus fiat per triduum: vt omnis humorum grossicies per os eijciatur. Si paralysis fit in labijs piretrum masticent et castoreum: sub lingua teneant nucem muscatam integram: et carbones lentiscinos viuos suffient: vt labia vel cilia: vel oculi ad suam naturam redeant: si fit in naribus vt odoratum recipiant: sternutatio fiat ex nasturcio: piretro: euforbio: sinapi: equo pondere tritis. cum aceto vngatur nares. Et si memoriam vel sensum amiserint: vel sint alienati: stomachum curent: et inter spatulas scarificetur: et caput vngatur ex vnguentis acopis termaticis. purgetur cum helleboro et sambuceleon et fabulis exerceantur: vt sermones componant: et ad sensum pristinum veniant. Si lingua paralytizetur ita vt nullum sensum sentiat: vel sit impedita ad loquendum: vti debet diserigia: idest collutione oris: vel collauatione oris: pipere: sinapi: origano: ysopo. castoreum sub lingua teneant: et omnia acrumina comedant et larzate trito cum oximelle cum penna lingam inungiro et os apertum teneant: vt humores decurrant. Si manus vel pes neque calorem: neque frigus sentiant: vel motu careant: oportet fricari loca illa cum vnguento mordaci squilla: sinapi: pipere: piretro: calce: baccis lauri: et ex oleo et aceto. Et si stupor in illis locis permanerit: balneo sinapismo vtantur: aut ad solem doropace vngatur. vngamus ceruicem et spinam dorsi ex acopis vel miracopis: quia omnes vires et iuncture nostri corporis ibi sunt vnite. Et si paralysis ex plaga nostri corporis euenerit: ista vero phlebotometur: et supradictis adiutorijs vtatur. Et si paralysis tentauerit pedum gressum: vtendum est vnctione ex oleo rutaceleon ordeo cum adipe anserino et oleo laurino: prius tamen ex oleo rutaceo fiat: et sic fiat confectio diuersa ex bitumine auripigmento piretro acatia adarche castoreo: et similibus. vtatur dyaspermate: hydropace: dyaphodon: vel dyarodon: post potum accipiant castoreon aut radicem bradeos cum vino et alia adiutoria supradicta. Si paralysis in gutture et in ore stomachi fuerit: oximel detur cum pipere trito mane coclear vnum acruminibus omnibus vtatur. Stomachus sinapizetur in balneo: si paralysis stomachum tentauerit vt nullum saporem sentiat: nec appetitum habeat quam passionem relinquimus pro nunc. Si paralysis vesicam tentauerit: quod sentitur ex gomorrea vel veretri erectione: renes foueantur cum medulla ceruina tota spina dorsi vngatur: succum aloes accipiant: vel panem in mulsa: primo tamen stomachus curetur: et post phlebotometur: et sic alia adiutoria adhibeantur. Dormitio curetur: sicut emollitio: et cum antidotis in antidotario nostro scriptis.

De spasmo et thetano et eorum cura. Cap. xxvi.

Spasmus enim et thetanus si subito sano homini subuenerit: ex plenitudine intelligitur esse: quibus si febris quartana subuenerit perfecte medetur: si vero fuerit ex sanguine phlebotomia curetur. Si autem ex alijs humoribus curetur cum hierapigra: thedoricon: hieralogodion: stomatichon: et cum oleis: gargarismis: sternutationibus: clysteribus in apoplexia scriptis. Si fit ex manitione: lac asininum ouinum: lac mulieris puellam nutrientis super caput mulgeamus: caput lauandum est cum aqua vbi ordeum malua viola. rosa. stercus caprinum sint cocta: et si fit febricitans regatur in aqua tep. et dulci ponatur. Si pueri patiantur spasmum ex defectione neruorum: faciliter curantur.

De tremore et iectigatione. Cap. xxvij.

Tremor iectigatio et dormitio sunt passiones quarum omnium eadem est cura: donemus que calefaciant et dissoluant superfluitatem minuant sicut mitridatum imperatoris celite theodoricon: hieralogo. arabicum vel latinum: et similia. hec omnia fiant post balnea sulphurea et nitrea et fricationes: quotidie grillos comedant: quod paralyticis valet multum: accipiant esdram opopiram. Descriptio antidoti plesritimon quod miro modo valet paralyticis: arteticis: et matricis multiplicem infirmitatem emendat et epilepticos curat. Recipe castorei herbe paralysis. ana. ℥. iij. bombace: betonice: aurigie: corticis interioris grifacie: verbene venti minoris artetice lacce gummi hedere antimonij. ana. ℥. iiij. saluie. ℥. iiij. mellis quod sufficit da cum succo bombacis vel rominace vel verbene: vel salute calide. hoc autem Alexan. inuenit in libro litteris aureis scripto. et expertum est. Si quis questionetur quid differt inter sensum animalem rationalem et naturalem Solutio sensus alius animalis: alius naturalis: et alius rationalis. naturalis est in omnibus membris naturalibus: que sentiunt materiam que in eis est simul. vnde eam ad se trahunt: sicut folliculus qui sentit amaritudinem sanguinis et eam ad se trahit. similiter caro et cerebrum trahunt ad se nutrimentum similiter lacerti et caro quod calidius et humidius: cerebrum quod est frigidius et humidius. Animalis autem sensus sicut lingua que sentit sapores: oculi qui vident colorem. formam figuram. aures sonitum et similia. Rationalis autem sensus pertinet rationali anime vt apprehendat virtutem rerum.

De gibbositate. Cap. xxviij.

Gibbositas quocumque modo fiat: non curatur. Gal. tamen dicit quod satirion est vtilissimum paralyticis: et colla post terga habentibus: et gibbosis ex ventositate in nucha inclusa patientibus. affirmauit autem Galie. et Dia. quod ventositatem et gibbositatem curat si cum vino bibatur. Deinde de passionibus oculorum est differendum: et primo de opthalmia.

De ophthalmia. Cap. xxix.

Omnia de curis passionum cerebri et nuche: et ab his procedentibus vniuersalem ac compendiosam disputationem scripsimus: ordo expetit: vt de curis ocu

loꝝ differamus: ⁊ incipiamus de passionibus in coniunctiua
nascētibus: ⁊ primo de opthalmia: si sit a causa primitiua. s.
calore solis fumo puluere oleo calido: ⁊ similibus: precipia-
tur infirmo ne se moueat ⁊ alto capite dormiat: lumen ⁊ splē
dorem fugiat: vocem non emittat: cibus sit frig. facile dige
stiuus: potus sit aqua calida clara: neqꝫ fumo neqꝫ pulueri
vel foco neqꝫ soli appropinquet. vtatur balneis aque dulcis
temperatis. his obseruatis non oportet medicari aliter. Et
si contingat ex causa interiori: idest de humoribus a capite
descendentibus ⁊ humores sint sang. cephalicam venam in-
cidamus: vel medianam: vel venam capitis adiuuātibus vir
tute ⁊ etate: ⁊ similibus. Et si non scarificemus. si humores
sint cholerici demus catarticum de mirobala. citri. vio. oxisc.
absinth. casiafistu. māna ⁊ similibus chole. ru. purgātibus.
Aliud preciosius omnibus alijs. ℞. mirobala. citri. munda.
ʒ. iij. kebulorum munda. ʒ. ij. terantur ⁊ temperētur cum isto
sirupo. ℞. zuccari lib. ij. succi maratri. lib. j. aque rosa. lib. ß.
fac sirupum ⁊ tempera. Capite purgato mittatur in oculis
mane ⁊ sero lac mulieris ⁊ oui albu. Item succus rute cum
puluere cimini ⁊ albumine oui sanguinē ab oculis excludit.
Precipiēdum est vt quiescant: ⁊ in loco obscuro maneant:
pedes in aqua calida ponantur: caueāt coitum: paruo cibo
vtantur: in oculis albū collyrium cum aqua rosa. mittamus
roseum collyrium cum lacte asine vel femine est apponēdū
neqꝫ calidū: neqꝫ calefactiuum: neqꝫ dissolutiuū. nam si hoc
fecerimus plus hu. ad illum locum trahimus q̄ a loco dissol
uamus. Iterum debem⁹ scire q̄ humores ad oculum veniē
tes: quādoqꝫ de totius corporis partibus veniūt: aliquando
de solo capite. Si de toto corpe totū corp⁹ est purgādū: ⁊ de
bet confortari. ⁊ ad temperiem duci. Nonnunq̄ dolor oculo
rum fit propter sanguinem in oculo coagulatum cum venis
conclusum. vnde oculorum vene plene videntur ⁊ oculorum
essentia mollis: que passio meri potione: balneo tamen prece
dente curatur. vnde Hippocrates in aphorismis. Dolorem
oculorum meri potio sanat: aut lauacrum: aut phlebotomia
aut pharmacia soluit. Vn̄ dixit: q̄ phlebotomia sanguineis
⁊ cholericis valet: balneū melancholicis: vinum phlegmati
cis: pharmacia quibus abūdat vnus humor. Sed sciendum
q̄ in initio agendum est cum medicinis oculorum cōfortati-
uis: ⁊ humorum cōstrictiuis. in augmēto vel in statu cū me
diocriter confortatiuis ⁊ dissolutiuis: in declinatione cū soli
datiuis agatur. Infundendi sunt oculi cū aqua rosacea: vbi
coquatur camomil. fenugre. oportet inuestigari collyrium:
quod si fuerit stipticum humefiat cū albo oui: lacte mulie-
ris vel apozimate fenugre. qđ si fecerimus in vno die miti-
gabitur passio: aut declinabit. passione declinante balneum
succedat. deinde collyriū fortius pone: vt oculos cōstringat
⁊ cōfortet. Et si ophthalmia in initio cum nimio dolore fue
rit: ponamus collyrium: qđ dicitur dyarodon asperum: apo
stemate declināte diatrion citrinū ponamus: cataplasmetur
mellilото: coriandro: vitello oui pone in vino loto. Et si do-
lor sit nimius: misceam⁹ de apozimate opij: corticis papaue
ris cocti: vel scario. pistatam cum oleo rosaceo: vel farina or-
dei: vel portulace vitello oui vel croco. hec omnia cum oleo
rosaceo vel psilium aqua rosa. infusum oculis superpone. si-
militer ro. virides ⁊ lenticule aque super aquam natantis.
añ. ʒ. iij. tere ⁊ oculis appone. emplastrū fiat de memitha: cro
co: lirio: gūmi: aloe: ⁊ ponatur super frōtem. Si calidissimi
sint humores suc. portu. psilij: celidonie: stigni: ⁊ similia po-
nantur. Si calor nō fuerit multus puluis molēdini minutus
thus ⁊ albu. oui ponātur. hūorib⁹ existētibus frigi. sulphur:
pix: colophonia ⁊ similia ponantur. Si autem de cholera
nigra vel phlegmate patiantur: purgentur cum hierapigra
⁊ ponantur in oculis hec. ℞. aceti fortissimi: ⁊ mittatur in
vase feruenti cum aliquātulis frustis vel nucleis mirobala.
citri. et dimittatur donec fiat vas viride: eiecto aceto viri-
de accipiat: ⁊ in oculis mittatur quotidie. Tumorē in oculis
patiētibus fiat cataplasma ex vuis passis mellicrato ⁊ aceto.
Si his appositis non dissoluatur: misceatur radix trita: tu-
moreqꝫ non dissoluto stercus columbinū apponatur. Si tu
mor vel duricia sit ex apostemate: curetur cū purgatiōe cor
poris ⁊ dissolutione materiei ⁊ cum collyrijs ⁊ cataplasma-
tibus dissoluentibus tumorem ⁊ inanientibus. ponantur su
per oculos oua mixta cum oleo rosa. ⁊ sepum anatis.

De grauedine oculoꝝ. Capi. xxx.

Si oculi sint graues: ita q̄ aperiri non possint
post somnū: assuescant balneo: prudorem autē
amputat balneum ⁊ oleum rosa. temperate: sed
si prudor sit nimio fluxu hūoꝝ medicina cōstri-
ctiua curaṫ: etiā lacte mulieris calido: puluere
thuris oculis iniecto: vel cē sanguine turturis siue pulli co-
lumbini oculis īmisso curam⁹: aut cū aqua fenugreci: cū vi
tello oui in aqua vel vino cocto oculis apposito: aliquando
cum lana succida oleo rosaceo infusa: quādoqꝫ cum ysopo:
aqua rosa. cocto: ⁊ pāno lineo asperso: vel acetum ca. spōgia
infusum oculis est apponendū. Ad petiam sanguinis solus
sanguis colūbinus sufficit. apozima de blitis ⁊ ordeo: ⁊ yso-
po: ⁊ de thure misceatur ⁊ calidū supponatur multū valet.
Si lachryme ex venis cranei inferioribus sunt: vene tēpoꝝ
vel he q̄ post aures sunt incidātur: ⁊ sup frōtem cataplasma
desiccatiuum imponamus. Si a venis sint interioribus: qđ
intelligitur quando lachryme sunt cū sternutationibus: de
mus pilulas coch. de hierapigra: vel pilulas aureas vel theo
do. hieralog. ⁊ similia. cataplasma capiti apponamus: vt hu
mores desiccentur: ⁊ collyrijs in antidotario dictis medicen
tur. Vngule si dure ⁊ veteres sint excoriari oportet: vt di-
cturi sumus in chirurgia. Si autem sint subtiles applica es
vstum calcantum fel porcinum sal armo. fel caprinum. his nō
proficiētibus: medicina putrefactiua ⁊ roditiua apponatur
vt arsenicum: iarus: calamentum: ⁊ similia. hec sunt passio-
num medicamina in cōiunctiua nascentium.

De passionibus corнee. Cap. xxxj.

Passiones cornee sunt cācer: vulnera: ⁊ alia que
in theorica sunt dicta. Cancri difficile curantur
nisi incidantur: quod non est faciendum: sed de
bet corpus adduci ad tēperamentum cū phar-
macia dieta ⁊ phlebotomia. Vulnera q: nō sūt
vniformia multimoda debēt esse medicamina.
Si enim est fissura: nil aliud est necessarium, nisi vt vtraqꝫ
pars fissuretur ⁊ vngatur. Et si caro ex vulnere fuerit remo
ta: in initio medicamen carnem causans vel generans con-
gruit. Et si vulnus reddat carnem: caput ⁊ corpus purge
tur ab humoribus. Et si vulnus sit cū tumore ⁊ nimio dolo
re: collyria in quibus thus mittatur: et metalla vsta ⁊ lota
ponātur. ⁊ collyria desiccatiua malam punctionem facientia
sicut collyria que cerusam recipiūt: ⁊ ponemus eam cum la-
cte: aut apozimate fenugre. Pustulas em̄ curam⁹ si sint ma
gne ⁊ spumose cum maturatiuis ⁊ aperitiuis: ⁊ dissolutiuis
medicaminibus: sicut fenugre. assa: serapino: euforbio: amo
niaco: cinamo. acoro. casiafistu. folio: spica: ⁊ similibus. Si
sint parue cum medicaminibus modice mundificantibus: ⁊
colantibus sicut est cathimia: thus: cornu cerui: caprinū: es
vstum. Galienus dicit antimonium valere cum antidotis: ⁊
collyrijs dicendis. Pustulas cōcauas ⁊ putridas curamus
similiter. pustula in albedine oculi nascēs sicut ophthalmia
curatur. Pāni oculorum si ex vulneribus ⁊ pustulis fuerint
horum vterqꝫ minus est curabilis. Et si fuerint ex humori-
bus inter vueā ⁊ crystallinū se collocantibus ⁊ coagulātibus
⁊ subtiles fuerint: solus succ⁹ papaueris rub. sufficit. ⁊ apo-
zima maioris cētauree cū melle. Si grossior extiterit: necesse
est forti⁹ medicamen dari. s. picē liqdā: es vstū: myrrhā: ster
cus muris: armoniacum: ⁊ similia. Et si in ea aliquid remā-
serit appone galbanū: acatiā: calcantū: ⁊ similia. se. ozimi tri-
tum: ⁊ in oculis missum: valet sup oīa.

De cecitate ⁊ cura. Cap. xxxij.

Cecitas vō si fuerit a stomacho: dāde sunt. ʒ. ij. hiere
pigre. si ex defectiōe stomachi dem⁹ hierāpi. pilulas
aureas ⁊ cochias. Si aūt cataracta ⁊ visus defectio
sit a capite: videdū est si sit ex mollicie vł oppilatiōe nerui cō.

cavi visum deferẽtis: vñ prius medicandus est stomachus τ caput cũ hierapi. maiore: hieralo.. arab. vl' latino: aliisq3 anti dotis cerebrũ mundificãtibus. Deinde facienda sunt medi camina in capitis mollitie τ epilepsia dicta. Sed si visus de fectio fit ex apostemate neruum comprimẽte τ cum oppilã te: mundificet' sicut frenesis τ lethargia. Si fit ex contusio ne vel percussione vel capitis collisione: perspicax medicus non intromittat se de talibus nisi cum magna discretione: τ assidua in theorica nostra lectione. Si cataracta fit curabilis capite τ stomacho purgatis: cum collyriis τ succo maratri: serapinũ assaruz: thus carpob. vel opob. amoniac. τ similia recipientibus curetur: τ dieta sit tenuis: valet quoq3 si inci dantur vene cruriũ: et sanguisuge tẽporibus apponantur. Et si ex grosso humore interuueam τ crystallinũ hu. cecitas fiat: cephalica est incidẽda: τ ide sanguis auferẽdus est quã tum infirmi virtus expetit: oculis vo egredientibus purge tur cum pharmacia τ phlebotomia: deinde ventosa in collo apponatur: oculi ligentur τ cum aqua salsa fumigentur. Si autem cecitas vel visus minoratio fit ex solis splendore: vel acutis cibariis dolorẽ capiti inferẽtibus: aut ex nimio vomi tu: aut ex fluxu sanguinis e naribus: aut ex nimia solutione ventris: aut propter ieiuniũ vel laborem vel frigidũ hu. vel ca. et sic. mundificetur sicut in. xx. capi. de custodia sanitatis diximus. Et si visus deficiat ex neruis vel lacertis mouen tibus oculos: sicut in curis neruorũ diximus curet'. Quali ter cataracta τ vtrũ curabilis sit vl' nõ: cognoscit' in nona pra ctice pticula euidentissime ostẽdet'. Qualiter cataracta vel leporine passiões chirurgia curent': in. x. practice particula euidentissime apparebit.

De his qui non vident ab hora nona in antea. Capitulum. xxxiij.

SUnt quidã a vespere vel ab hora nona in an tea non vidẽtes: quibus cephalica vena est in cidenda de brachio: et danda est hierapigra vl' pilule de stomaticis: et leui cibo sunt nutrien di: τ caput cum gargarismis et sternutationi bus mundetur. vena curis incidat': oculis mel cum alumine τ sale armo. apponat'. Accipiant epar caprinũ in igne assatum cum pipere lon. imponant tamen humecta tionẽ fluentẽ in oculis τ carnẽ illã mãducẽt: similiter ĩ aqua coctum non minus iuuat si oculi ex decoctione illa fumigen tur: abstineant a cena de nocte.

De palpebris τ primo de amatu auratus. Cap. xxxiiij.

SCriptis curis passionum oculorũ: ad curas palpe brarum est transeundũ: et primo de amatu aura tus q̃ in interiori palpebra nascitur τ desuper: cu retur sicut ophthalmia. his non pficientibus cu retur sicut in chirurgia dicturi sumus. Scabiem vo cum stipticis medicinis curamus: τ collyriis in antidota rio' scriptis. Et si est cũ vulnere τ magno prurore conuertã tur palpebre τ cum cortice maligrañ. excorientur: hoc facto cum collyriis archistrati curentur. Grando τ petrositas non curantur nisi fm q in chirurgia dicturi sumus. Uiscositas cum hoc collyrio curatur. ℞. succi rad. affrodillorũ. ʒ. iiij. mir te: croci. añ. ʒ. j. coque in dulci τ veteri vino: fit collyrium opti mum ad palpebras se inuiscantes. Et si palpebra fit inuisca ta: cũ albumine oui medicet' sicut in chirurgia explanabim'. Turbiditas q̃ fit ex grossa vẽtositate cũ dissoluẽtib' medica minib' τ balneis purgatiõib' pcedẽtib' curet'. Si pili in pal pebra supflui fluunt auferendi sunt τ lauentur cũ aq̃ salsa τ aluminosa τ lauentur loca pilorũ τ palpebre cum alumine τ staphisagria τ farina τ stercore equino. Si autem pilis cadẽ tibus grossitudo palpebrarũ appareat: stercus muris cum melle temperatũ valet. Superfluis pilis cadẽtib' vl' ampu tatis aiũt quidã pilos nõ vltra renasci: si radice iã extracto rum cum sanguine testudinis vngas vel cum lendinibus ca luminis. Ordeolũ curat' cũ dissolutiuis vt armoniaco cũ ace to vel ordeo vel zedoario vel cum galbano: fricetur cuz capi tib' muscarũ: vel musce cũ cera alba cataplasmet'. Pediculi cum carone corpis cataplasmet' in balneis sepe factis cure tur: prosunt medicamina in predicta particula scripta: pter argentum viuũ: q: visum aufert. Porruz cum filo ligetur: τ auferatur phlebotomia precedente vel congrua purgatiõe: anus τ formica cum collyriis archistrati vel oribasii. Si pal pebre cadunt ora cum oleo muscellino curent' phlebotomia vel purgatione precedente. Pili in interiori palpebra nascẽ tes τ oclos pungentes: purgetur corpus de humoribus: τ caput similiter: deinde auferantur τ curentur: sicut prediri mus. Si casus aliorũ est ex acutis humoribus: purgetur cũ miroba citri. necnon τ aliis catarticis acutos humores pur gantibus. Si ex allopicia cum medicaminibus dictis in allo picia curentur. Si ex palpebrarum grossitudine cum sterco re muris cum melle temperato: deinde cum melle τ oleo mu scellino quotidie vngatur. Si glans nascitur in palpebra: curet' sicut in chirurgia dicturi sumus. τ sicut q̃ sunt in alia parte corporis. Passio nascẽs inter nares τ palpebrarũ ocu los vocatur grossuz: que nisi cito curetur fiet ex ea fistula pu trefaciẽs ossa: que fistula sic curatur. ℞. carice pinguis. liba ni lasari: pondus equale τ cum vino tempera fac pastillos. ex quo reple cupulã glãdis: τpone in die ac nocte. Aliud. ℞. aloes thuris lazari equale pondus τ suppone: nõ solum ocu lorum: sed etiã omnem fistulam curat.

De dolore aurium. Cap. xxxv.

EXpletis medicaminibus oculorum: de curis pas sionum in auribus nascentium differendum est τ primo de dolore aurium. Si ergo fit ex calore ol. ro. albumi. oui admisce. vel oleũ cũ albu. oui vel lacte mulieris cum succo cucur. vel aceto vel oleo vio. opii. vel myrrha: vel croco. cum oleo viola. vel ros. Si aures dolent ex frigore siue apostemate siue ventosita te: oleum laurinũ: anetinum camomilleon: oleũ de amigda. amaris: nardileon: rutaceleon. τ similia olea calida apponã tur: aliquãdo bouinam siue ouinam admisce vrinã. Itẽ. ℞. medulle ceruine cere ad ignem liquefacte. oleum de nucleis succi poligonie. añ. ʒ. vij. confice τ afforis vnge per girum au rium τ miraberis.

De sanie exeunte ab aure. Cap. xxxvj.

SI sanies de auribus exit: τ sit cum dolore nimio ante oĩa dolor extinguatur cum oleo ro. τ cũ opio τ cera. aut cum succo solatri cum oleo ros. τ albumine oui cocto τ licinio aurib' infuso. ex tincto: dolore earuz mitigato tale quid appona tur vnde sanies mundificetur: sicut est vinum: myrrha: mel. alumen atq3 mirta. cum alumine et cum aceto cocto: vel sal cum lacte mulieris: similiter ouinum τ bouinũ. Hec omnia cum licinio sunt apponẽda. Al'. ℞. thuris. ʒ. ij. myrrhe. alumi nis costi añ. ʒ. j. fac puluerez tempera cũ vino. Aliud. ℞. opii. memithe nitrũ cum melle temperatum. absin. succum bibat corticũ rad. succus cum oxifeniria coctus: τ in auriculis mis sus iuuat. Similiter rutaceus: opium mirta castoreũ equa liter puluerizata τ cum aceto mixta τ auribus cũ licinio im posita.

De sanguine exeunte ab aure. Cap. xxxvij.

SI san. exit subito τ sine dolore: natura eum ex pellit: oportet ergo vt aures eorum mundificẽ tur cũ succo porri mirta τ aceto aut galla in ace to cocta: vel cum corticibus malorũg. cum ace to coctis: vel cum succo rafani cum aceto τ gal la. Si sanguis ex percussione vel vulneribus et similibus exeat: renes boum in aqua τ sale cocti τ parum assati quorum humiditas in auriculis est imponẽda. Si do lor fit ex percussione exteriori: anisum pistatum cum oleo ro. coctũ int' valet his. itẽ thus cũ libano. i. thure minuto τ al bo vel libano. i. cortice libani. Si aũt ex pcussiõe interiori vul nerosa fit: fel bouinũ pistatum cum oleo nardino mixtum au ribus apponatur.

De aliqua re cadẽte in aurem. Cap. xxxviij.

SI in aurib' aliqd ceciderit: puluis seu lapis siue aq̃ siue sanguisuga vl' aliud in aurib' ceciderit: cimices pone super carbones: et ore a perto patiens fumum recipiat. Si alia reptilia ibi ceciderint: succus frondium

persicorum iniiciatur calidus: terebenthina cum lana apponatur: attrahit quicquid in auribus et in oculis ceciderit. Et si non profuerit: accipiat cannulam de canna ex una parte in aurem mitte: et ex altera in ore tene et suge fortiter: siue sit lapis siue granum leuiter extrahere poteris: sin autem incide sicut in chirurgia dicturi sumus. Si vermes sint in auribus: vinum in quo coctum sit absinthiu͂ vel oleum persicorum vel succus foliorum persici siue succus calame͂ti siue radicis in auribus mittatur. Si aqua in aure sit desiccetur: accipiatur aru͂do et auri imponatur: cuius caput extrinsecus oleo inunctu͂ foco accendatur vt aqua desiccetur: vel lana calida cum oleo calido infusa auribus apposita: vel quodlibet bobicinum rotundu͂ in terebenthina inuolutum auribus imponas: deinde sternutamenta sunt facienda.

De auditus diminutione. Cap. xxxix.

Si auditus minuatur non patiente aure: et co͂tingat ex apoplexia: vel febre acutissima: impossibile est curari. Si contingit aliter monstratur quod fit ex passione cerebri vel eius neruorum. Si ex plenitudine co͂tingat: purgetur caput cum hierapigra: stomaticho͂: pilulis cochijs: fumiganda sunt capita cum aqua vbi cocte sint herbe ca. et diuretice: sternutatoes et gargarismata ex calidis et diureticis sunt facie͂da. olea calida in auribus sunt pone͂da: sicut anetileon: camomilleon: oleu͂ de amigda. amaris. et similia. oua formicarum et oleum de nucleis persicorum: oleum laurinu͂ in cepa al. calefactu͂ valet: vel quod melius est muscelinu͂ cum pinguedine que fit de anguilla du͂ assatur. quodcu͂que istorum in auribus mittatur valet multum. Fumigetur auris cum fumo aque vbi cocte sint frondes lauri: menta: absinthium: mellilotu͂: fenugre. anisum. Aliud. Rx. succi semperuiue: olei oliuarum: succi teste porrorum: lactis mulieris puella͂ nutrientis. an. ℥. vij. o͂ia tribus diebus et noctibus suspende ad sole͂ serenum et vtere. Apu͂ lotium et auribus immissum surdos perfecte sanat: vel eis medetur. Aliud. Rx. hellebori albi: castorei. an. ℥. j. nitri. ℥. ß. coquantur in bono vino et mitte in aures: aures enim prohibeantur a magnis vocibus et asperis et velocissimis: vbicu͂que hec tria co͂ueniunt: necesse est vt auferant auditum: sicut et tonitru͂ Ha. testante.

De sonitu aurium. Capitulu͂. xl.

Si sonitus aurium fit ex grossis humoribus et ventositate: sic inde medicabitur vt surditas: sed tame͂ stomaticho͂: hierapigra: gargarismis et sternutationibus oleo cum aceto et castoreo ponatur eode͂ modo myrrha: nitrum cum oleo ro. distempera: in quo pe͂na infusa ter vel bis infundatur in auricula. fel capre infusum cum succo ro. aut cum succo porri tepefacto: in auribus instillato aures sanat: et dolorem tollit. Si aures intrinsecus sint: ruta͂ et fel capre et lac mulieris tempera cum melle et infunde et co͂misce et vtere. summa͂ medicinam inuenies. Succus porri cum lacte mulieris et succus radicis cum oleo ro. valet. castoreu͂ cum oleis calidis prodest. Si patiantur ex defectione nerui acetu͂ calidum cum succo absinthij prodest. oleu͂ ro. cum oleo rafani: fel ouinu͂ cum succo porri prodest: omnia etiam huiusmodi sunt ponenda calida. species no͂ pure sed sole: sed optime colate sint. Unguentu͂ Johan. damasceni vale͂s ad grauitate͂ auditus in sonitu et vocibus ex ventositate grossa vel frigiditate venie͂tibus. Rx. castorei: helebori albi: costi. an. ℥. j. rute: mirte: nitri: piperis. an. ʒ. ij. euforbij. ʒ. j. fac puluere͂ et mitte. ℥. iiij. succi: rafani: vel amigd. amara. anetileon: camomilleo͂: nardileo͂. an. ℥. iiij. quodlibet horum coquatur quoad solum oleum remaneat: coletur et in aurem mittatur. Et si verruca vel porrus vel caro supflua sit in auribus et potest fieri incidatur: sin autem corpus purgetur: et sicut de his et alijs membris nascentibus in precedenti particula diximus: medicetur.

De fetore narium. Capitulu͂. xlj.

Aliquando homines in naribus fetores patiuntur horrendos: qui multipliciter esse videntur: vel ex humoribus salsis et fetidis a capite descendentibus: siue ex alijs non salsis humoribus vel vulneribus vel pustulis siue apostematibus fetentibus. In naribus autem considera͂tes nihil horum videntes perpendimus quod a capite sunt egredie͂tes: caput ergo mu͂dificetur cum hierapigra: hiera. g. hiera. arab. theodorico͂ et similibus. Capite mundificato ad nares redeundu͂ est: in quibus si cali. fiunt humores designatur quod sunt ardentes et pungentes: erit ergo apponendu͂ vnde refrigerentur. sternutationes faciende sunt cum oleo ro. vel viola. in capite ponenda est aqua in qua ro. mirta viol. cortic. papaueris sint cocta. Si ex pustulis vel vulneribus fit: cephalica͂ venam incidimus nisi aliquid contrarium sentiamus: si phlebotomare nequimus scarificemus et a summitate narium minuamus. neque digitis vel manibus pustulas fricemus. Si pustule sint nimium hu. vel liquide: oleo mirtino vel ro. vel viola. sunt vngende. Hoc vnguentu͂ est adhibendu͂. Rx. litargiri ceruse cathimie argentee. an. ʒ. ij. acatie: gall. sano͂. rub. gu͂mi arab. an. ℥. ß. fiat vnguentum cum oleo et cera. si pustule sint sicce cum oleo viola. et alijs viscosis sicut semine citoniorum: psilio: dragaganto: cera. et similibus sunt humecta͂de. Unguentu͂ Johan. damasceni vulneribus narium et pustulis labioru͂ carnibus superfluis valet maxime siccis. Rx. cere al. ℥. iiij. medulle bouine. ℥. ij. gu͂mi arab. dragaga͂. an. ℥. ß. olei vio. sisami amigd. quantu͂ sufficit: sc. citonij aut psilij. vnguento hoc vngende sunt interius. Puluis calamenti naribus insufflatus succurrit pustulis fetentibus. fetentes pustulas similiter iuuat alume͂ cum melle distemperatum de quo vnum licinium est apponendum. Si naribus pustule: vel porri: vel caro superflua: siue polipus nascatur: perfectior medicina vt medicetur sicut in chirurgia dicturi sumus: deinde mirte myrrhe aluminis. an. ℥. j. cortic. coloquintido͂. ʒ. j. et ß. fac puluere͂ et licinio aceto infuso naribus apposito puluere͂ superaspergas. Et si naribus oppilatio quelibet innascatur: accipiantur nigelle: condisi: costi: an. ℥. ß. omnia in sansuci succo distemperentur et oleo viola. et sternutatio conficiatur.

De coriza. Capitu. xlij.

Si autem coriza fit ex calore: cum frigidis medicetur. caput inclinet super aquam vbi camo. ro. mirta sint cocta: similiter super lapide͂ aceto infusum fumigetur cu͂ charta bobicina caput cooperiatur vt fumus perforet cerebru͂: similiter cu͂ furfure ordeaceo est fumigandus: epithima in capite cu͂ oleo ro. et camomil. ponatur. ca͂phora cu͂ oleo ro. est odoranda: laua͂dum caput cum aqua vbi mirta balaustie ro. sint cocte: precipie͂du͂ est ne de naribus humores audeat trahere temere: time͂du͂ enim est ne in pulmonem et guttur descendat et causa maioris morbi fiat: neque supinus vel in lateribus iaceat: balneum in aqua seu in aere temperatu͂ habeat cibum leuem et facilem digestioni comedat. Si coriza fit ex fri. cura calida et subtilis est adhibenda sicut inclinari caput super aquam ca. vbi camo. anetum: mellilotu͂: sansucus sint cocta. fumigandi sunt cum thure: ligno aloes: caput studiose cooperiatur: neque nimio somno vtatur: somnus enim cataractas aperit. Ungatur caput cum anetileo͂: pigameleon: et mittat in naribus nigellam: et balneu͂ non intret: aqua capiti no͂ aspergatur. In coriza sternutatio fiat: nigellam assam et subtiliter in aures mitte: cibum ca. accipiat: plenitudine͂ caueant.

De fluxu sanguinis e naribus. Cap. xliij.

Sanguinis fluxus e naribus aliqu͂ est vtilis: aliqua͂do non est bonus. Utilis si in causone vel frenesi contingat: et menstruis et cataractis calidis ex motu nature. Et fluxus sanguinis no͂ bonus ex calore nimio in corpore exteriori: qui cum bulliat fumum ascendere facit ad capitis superiora et implens venas crepat eas et fit fluxus sanguinis. Si autem sanguis in fluxu seu cursu augmentetur: vena͂ cephalicam incidamus.

Si sanguis fluit ad dextram narem: a dextro brachio est minuendus. Si a sinistro: a sinistra phlebotomādus erit: ligetur extremitas corporis cum pannis lineis. ꝙ si his omnib⁹ sanguis non constringitur: cum rebus stipticis erit medicandus: cortices oui incēsos naribus insufflemus vel lichinum incausto infusum: gallam non pertusatā in aceto infusam. Item cataplasma cum galla puluis inde factus cum lichino narib⁹ imponatur. sternutatio fiat cum camphora et oleo rosa. cum succo hypoquistidos: camphore ⁊ oleo ro. imponatur fronti ⁊ cera cum aceto distemperata. Cataplasma faciamus de sandal. ro. ordei farina: mirta cum succo portul. aqua ro. et aceto temperata. Infirmus iaceat supinus et in faciē mittamus aquam frigidā cum aceto mixtam. Quidaꝫ dicunt ꝙ stercus asininum cum aceto infusum naribus odoratum sanguinem stringit: si v̉o non: stringamus manus: a summo vsqꝫ ad extremū ligemus: ex parte naris fluētis ventosetur sine scarificatione.

De fissuris labiorum. Capitulū. xliiij.

SI labra patiantur fissuras vel pustulas seu vulnera: medicentur cum oleo ro. vel viola. vel cū cera: et si pustule sint hu. ro. sicca cum gummi temperata vnge labra vel cū sandal. ru. Aliud ℞. gummi arab. ceruse equale pōdus: tempera cum aqua rosa. Aliud. ℞. gummi arab. ro. ceruse. añ. ʒ. x. cere. ʒ. iiij. litargiri: cathimie argentee: emathitis: añ. ʒ. ij. croci. ℈. ß. olei ro. qd̄ sufficit ⁊ vnge. Si cum multa sit cōcauitate axungia anseris: capre: vel medulla bouina labra inungantur.

De paralysi lingue. Cap. xlv.

SI lingua paralysim patiatur ita vt loquela ablata sit: si plenitudo corporis sit: cephalicā venam phlebotomo incidam⁹: ⁊ est faciendū ſm vires pa. q: hu. cum sanguine sunt mixti. Si morbus sit ex cerebro vel neruo per quem transit virtus: dandū est aliquid per qd̄ cerebruꝫ mundificetur sicut hiera for. Ga. hieralo. mephi. theodoricō: emperiston: hiera archigenis. Hiera. per interualla purget cum gargarismis: sternutationibus calidis ⁊ odoriferis: fumigetur caput vbi camo. mellilotū. anetum ⁊ similia sint cocta: post vngemus caput vnguētis calidis ⁊ dissolutiuis. Si sit in lingua mala cōplexio cali. phlebotomāde sunt ambe vene sub lingua: purgandum est caput cum miroba. citri. casiafist. in apostemate calido faciemus gargarisma cum succo portu. solatri. coriandri: maligrana. cum aceto. similiter gargarizent aquam vbi lentes ordeuꝫ liquiri. sint cocta. Si durum apostema sit gargarismus fiat cū lacte mulieris ⁊ sapa ⁊ aqua vbi ficus sicce ⁊ maratrū sint cocta. In fri. ⁊ hu. apostemate qd̄ albedo ⁊ mollicies portēdit: demus hieras quas superius diximus: ⁊ tyriacā maiorē. fricem⁹ linguā cum sacrugene filonio: balneandus est sepe in aere calido. gargarismus fiat cum sinapi et melle. Aliud gargarisma Iohan. damasceni qd̄ dissoluit phlegma lingue: ad capitis dolorē valet ⁊ ad paralysim. ℞. origani: piretri: zinziberis: piperis nigri et albi ⁊ longi cinnamomi: ysopi: nigelle: sansuci: costi: pondus equale: fac puluerem tempera cum sapa ⁊ fac gargarismū cum oximelle. Si pustule vel vulnera sint in lingua: precipiatur vt succus celsi sub lingua teneatur vel arnoglosse solatri: cum quibus sand. ru. misceantur: vel aqua vbi sumac siue balaustia sint cocta: lentes: mirta ro. qui medicādus est vtpote de bucca diximus. Si vulnera sint in lingua farina lētium cū oleo vel cum albumine oui iudicamus esse superponenda. Unguentum Io. damasceni predictū multū valet.

De mollicie lingue. Cap. xlvj.

SI lingua molliciem patiatur: cephalica minuatur: vel collum scarificemus consideratis virtute ⁊ etate ⁊ alijs: deinde lauetur bucca cum succo arnoglosse sumac: mirte: balaustiarum: rosarum: siue simplices: siue composite in aqua cocta sint: deinde vero est balneanda cum aqua rosacea et aceto. Si patiatur apostema calidum oportet scarificari ⁊ catarticuꝫ de casiafistu. dari benedicta cum succo solatri vel coriandri vel cum aceto vel arnoglosse succo vel lacte acido vł iusquiamo cū aceto cocto. Si apostema sit ex frigiditate et sic. ex plenitudine lauemus buccam cum aqua vbi cocta sint mastix: vł cum aceto in quo cocta sit squilla: vel vino in quo coctum sit sumac: vel aqua cum melle ca. vel oliuaruꝫ iota. Si gingiue patiantur pustulas et vulnera: cū aqua ro. vel aceto vbi rose sint cocte: ⁊ balaustie bucca lauetur: si sint cum siccitate aqua ro. cuꝫ psilio vel cum semine citoniorū videtur prodesse. Si ex diminutione carnis: detur medicina solidatiua ⁊ carnis repletiua sicut sanguis draconis: thus: farina orobi: mel: acetuꝫ squilliticū aristo. ro. et similia. Si v̉o super gingiuas caro crescit superflua: sal et costum cum pipere tritum super gingiuas pone vel asperge.

De dolore dentium. Cap. xlvij.

DEntes si dolorem patiuntur ex calidis ⁊ acutis humoribus a capite descendentibus: cephalica phlebotometur. Si aliquid sit contrariū minuantur ambe vene sub lingua. dandum est catarticum de hierapigra vel casiafistu. Si sint ex frigido et calido: pilule de stomaticon et auree sunt dande. catarticū de mirobal. citri. et oxifenicia ⁊ vomitus iniungatur. Dolores dentium ex grossis humoribus a capite descendētib⁹ cū theodoricō ⁊ similib⁹ purgari volūt: ⁊ similiter dolores a stomacho veniētes: gargarismos faciamus ⁊ sternutatiōes grossos hūores purgātes. Purgatis humorib⁹ capitis vel stomachi redeundū est ad medicandū dentes cum stipticis confortantibus dentes: et humori repugnantibus curent. In bucca succum solatri portet. scariolus est apponēdus vł mirta cū aceto cocta. Si dolor sit ex frigiditate dentes fricentur cum zinzibere ⁊ melle. Si ex frigiditate ⁊ humiditate cum piretro: staphisagria: ysopo puluerizatis: et cum melle ⁊ aceto temperatis fricentur. acetuꝫ et sal in bucca positum: helleborū nigrum cum piretro: ysopo staphisagria cum aceto ⁊ melle temperata et super dentes posita. Aliud valēs ad dolorem dētium propter frigidā ⁊ grossam vētositatē. ℞. piretri: ysopi: hellebori nigri: rad. calamenti: cucu. agrest. rad. ceparū. añ. ʒ. j. coque cum oleo ⁊ aceto tādiu quoad solum oleum remaneat. Inde dentes fomentato dolentes: partem tū tolles cū oleo ro. mixtā ex parte dentium dolentiū mitte in auriculam. Si dolor tamē non mitigetur: filoniū vel socrugene vel tyriacam magnaꝫ super dentes ponimus. Si v̉o dolor qescat res alia doloris mitigatiua ponat vt opiū: iusquiamus ⁊ similia. Si dolor ex phlegmate sit: rad. cucu. agrest. eufor. super dentes sunt apponēde. qd̄ in principio morbi: vel in statu est obseruādū. Aliud lac ficuum caricas pingues sinapis equo pondere ⁊ ponantur in cubito alterius partis. Aliud similiter physicū: alliuꝫ cum vite al. et sale tere: et pone in dorso brachij illius per totam diem donec vesica surgat. Aliud physicuꝫ. ℞. cornu cerui: de sil. linietis ʒ. iij. coque in forti aceto donec mollescat: ex quo aceto gargarismū sepe fac. Cortex de mora bullita cum vino ad medium gargarizetur. Itē auriculam incide in summa qua dolet in terram tingat in guttam sanguinis. Ut nunꝗ amplius dētes doleant: incide hederam et in crastino resinam que inde exierit tolle: ⁊ in dentes mitte: et de genesta viridi diuisionē fac: ⁊ dentes tunc cline.

De dentibus putridis. Capitu. xlv.

SI dentes putridi sunt vel perforati et humiditas superabundauerit: a dentib⁹ medicandis est incipiendum cum competentibus purgationib⁹. ꝙ si nō abundauerit: sed

si in radicibus dentium comestio vel perforatio videatur:
gallam non perforatã puluerizemus: et cum oleo lilij calido
post terebẽthinã distemperemus ⁊ dentibus superponamꝰ.
Similiter mel. ⁊ piretrũ cũ melle tantũ valet. nigella assata
⁊ cum aceto tẽperata valet. Similiter lac ficuum cum panno
lineo colatũ ⁊ piculam in dente ponamus. Si cum aceto mi
sceatur ⁊ inde bucca lauetur similiter videtur prodesse. Si
dẽtes sunt perforati ⁊ dolor nõ minuit vermes habere sunt
intelligendi. vnde myrrha ⁊ storace foramina sunt implen⸗
da. similiter pipere: piretro: filonio vel opio: rad. coloquin⸗
tide ⁊ semine eius infirmus fumigetur: os habeat apertũ:
vel cũ sinapi: iusquiamo vel dẽte canino: hec em̃ dolorẽ miti
gant et vermes expellunt. Aliud. ℞. iusquiami se. bõ. ⁊ ro.
porri tẽpera cum picula ⁊ dentiũ imple foramina. Aliud. ℞.
sandarace: arsenici. añ. exagiũ. j. aluminis: galle: añ. ʒ. ij. spu⸗
me marine: piretri: myrrhe: añ. ʒ. ß. oleĩ lilij: gũmi arab. ʒ. j. et
ß. tempera cum vino ⁊ mitte in eodẽ foramine. si non profue
rit ferro extrahant̃. Et si aliq̃d nobis obuiauerit incidãtur
radices dentium: ⁊ hec medicamẽ mittimus. ℞. farine fru⸗
menti. ʒ. j. tẽpera cum lacte tithimalli et impone denti. si nõ
frangatur: eradicetur. Similiter fecem olei cum oleo ⁊ vino
coctã in spissitudinẽ redactã impone. Idem facit cortex rad.
celsi et piretri equo pondere temperata cum aceto ⁊ sale su
per dentem infirmi pone. ne sanos tangat: fac cassulam vnã
de cera: et sapienter cum cassula pone. Idem rad. coloquin⸗
tide cum aceto temperata facit. hec non tangantur a sanis
dentibus. Item si stercus corui dẽti apponatur dẽtes rum
pit ⁊ dolorem tollit.

De motione dentium. Cap. xlix.

In dentium motione si acuti humores abũda⸗
uerint purgentur: postea cephalica minuatur:
aut scarificetur in ceruice: postea acatia denti⸗
bus superponatur: galla: cortices maligra. su⸗
mac: balaustia: que omnia dentes constringũt:
et cum aceto coquantur ⁊ gargarizẽtur. Aliud
℞. galle: alumi. catapuc. cortic. maligra. equale põdus: pul
uериza mitte interius ⁊ exterius. Et si motus dẽtiũ fit ex fri
giditate ⁊ humiditate: aluminis. ʒ. iiij. sal. ʒ. ij. pulueriza sup
dentes pone: et cum alumine dentes fumigemꝰ. Aliud. ℞.
aluminis incensi: cinerem tamarisci salis equo pondere: pul
uerizata sup dẽtes pone. in auriculas pijcẽda sunt olea ca.
Si dẽtes patiant̃ ex ciboꝝ acruminibꝰ: portu. vel succꝰ eius
vel radicule sunt masticande: siue cepe ⁊ amigdal.

De dolore dentium alterato. Cap. l.

Si dolor dentium sit alteratus: fricentur his
fricationibus. ℞. sulphuris cõbusti spume
marine. añ. ʒ. xv. sal gem. ʒ. xxx. facto puluere
frica dentes. Aliud dentes confortans ⁊ mũ⸗
dificans. ℞. farinam ordei ⁊ sal que posita in
charta bõbicina cũ melle distemperata ⁊ cũ
sapa postea ⁊ cum sale desiccatos frica. Aliud dentes mũdifi
cãs ⁊ albificans: sanguinẽ gingiuaꝝ stringit: bonũ odorẽ fa
cit. ℞. gallie mus. spume marine: cornu ceruini vsti. añ. ʒ. iiij.
aluminis nitri: cortic. maligrana. galle: balaustie: añ. ʒ. ij. spo
dij: spice: costi: ligni aloes: cardamomi. añ. ʒ. j. fac puluerem.
Aliud dentes mundificans: bonum odorem reddens: vuulã
cadentem leuat: dolorẽ gule: oris: dentiũ alleuiat. ℞. cornu
ceruini vsti. ʒ. iij. ciperi: piperis. añ. ʒ. iij. myrrhe exagium. j.
aluminis: salis armoniaci: añ. ʒ. j. fac puluerẽ ⁊ tẽpera cum
sapa: temperatũ pone super carbones: assa ⁊ iterum puluе⸗
riza. Aliud. ℞. farine ordei ⁊ salis cum melle tẽperata ⁊ incẽ
sa. añ. ʒ. xv. cõchule marine incense: spume marine. añ. ʒ. x. spo
dij: cineris marmoris al. lateris veteris ⁊ al. añ. ʒ. iij. sandal.
ru. gallie musca. se. ro. spice. añ. exagiũ. j. fac puluerẽ. Aliud
℞. vngule: caprine: ossium dactyl. cornu caprini: cochule ma
rine: ossium miroba. equale pondus. hec omnia prosunt in⸗
censa spuma marina: gallia mus. equo põdere puluerizata.

De fetore oris propter gingiuas. Cap. lj.

Si fetor oris ex putredine gingiuarũ vel dentiũ
nascatur: detur medicina hu. desiccans: carnẽ pu
tridam corrodens ⁊ carnem sanam cito produ⸗
cens: bucca lauetur cum aceto vbi mixta coqua⸗
tur balaustia: dentes studeat lauare ⁊ gingiuas: ne aliquid
cibi ibi remaneat: ⁊ fricationibꝰ vtatur superioribus: cibos
humidos caueat: maxime lac ⁊ ex lacte fem. vtat̃: qua buc⸗
ca prout diximus odorificetur. Si autem fetor oris non est
ex gingiuis: sed si sit ex phlegmate in stomacho putrefacto
cum vomitu sepe stomachus mundificet̃: ⁊ cum pil. de hie⸗
rapigra vl̃ cochijs vel aureis ⁊ stomaticho maiori. abstineat
ab omni genere piscium et grossis carnibus et herbis phle⸗
gma generãtibus: gingiuas ⁊ os mundet cum panno aspe⸗
ro: ⁊ cum vino odorifero lauet: masticet corticem citri. vtat̃
pillu. Io. damasce. odorando valentibus ori. ℞. gariofi. nu⸗
cis mus. cinami. añ. ʒ. ix. sandal. ro. añ. ʒ. x. cubebe. ʒ. vij. carda⸗
momi. ʒ. iiij. ligni aloes. ʒ. j. gallie mus. ʒ. v. fac puluerem tem
pera cum succo malorũgra. et aqua. ro. postea fac pilulas in
modũ ciceris ⁊ sub lĩgua vnã vel duas teneat. Aliud eiusdẽ
℞. ciperi: cinami. alithimi: cardamomi: nucis musc. gariofi.
Vomitus si sit propter abominationem vel cibi multitudinem: aut si propter sui saporis horri bilitatem fastidiantur: dabis ut vomat oximel. igitur detur cum aqua calida. Si autē fuerit p pter phlegma da oximel. de rafano cum aqua calida: vel oximelle cum pauco sale. Item atri plex cum se. melonum rad. añ. manducent pisces recentes cum fabaria vel fasceolis et semine melonum: deinde oximel cum sale: deinde kebulos conditos: zinziber conditum diambram: muscascā. Item oportet ut post multos dies mundificetur cū apozimate aloes et triferia et similib⁹. caue ant sibi ab eis que phlegma generant: utātur exercitijs añ cibum cibisqꝫ subtiliantibus: comedant volatilia digestioni facilia: sumac cum acuto obsonio. carui mēta galanga apio et similib⁹. Si autem vomitus fuerit ßm crisim: non cōstrin gatur nisi ultra modum augeatur. si vero non sit in die cri sis et sit cholericus: da sirupum granatorum cum menta fa ctum succum granati oxifeniciā coctana: singulorum pon dus unum: coquantur cum menta cola et da potui. Si vir tus defuerit: da aquam carnium pecorum pullorū gallina rum cum passemacijs: aquam quoqꝫ coctanorum et malorum in qua sit spodium dabis. cataplasmetur stomachus cum co ctanis: malis: sandalis: cāphora aqua rosacea. Pulvis iste valet. ℞. granatorum berberis añ. ʒ. v. sumac. ʒ. iiij. corticum fistici rosarum spodij añ. ʒ. ij. reubarbari carabe ligni aloes masticis añ. ʒ. j. da. ʒ. ij. cum sirupo de ligno aloes. Aliter. ℞. corticum fistici pondus unum: masticis ligni aloes pondus ß. macis: mente añ. ʒ. iij. da potui cum aqua coctanina. Item si natura sit stiptica fac clystere aut suppositoria: p cibis dās volatilia facilis digestionis: sicut perdices: starni cum aceto ruta: apio: coriandro: menta: pipere: cinnamomo alithimo: galanga. Si autem propter hoc nō extinguatur et materia sit melancholica: incide basilicam sinistre manus: vel ponā tur ventose in crure et sub umbilico vel in costis. frica pedes nimium ut materia trahatur inferius. Si propter hoc non extinguitur: ventose in spatulis imponantur. he enim fiant sine scalpellatione. Hec cōfectio valet vomitui cholerico. ℞. ligni aloes gallie spodij sumac rosarū añ. ʒ. iij. malorum gra natorum. ʒ. x. berberis mirte añ. ʒ. v. confite. ʒ. iij. galange. ʒ. j. et ß. fac pulverem. da exagium unū cum oxifenicia. Sirup⁹ valēs cholerico vomitui. ℞. aque coctanorum malorum gra natorū añ. lib. j. aque rosacee oxifeni. ana lib. ß. mente phialā unā coq̄ donec tertia pars deficiat: deinde adde ligni aloes masti. gallie ana. ʒ. ij. posita in panno in caldario ponantur donec ad medium coquātur: post adde lib. j. zucca. coque ut fiat syrupus magistralis. Sirupus extinguēs vomitū. ℞. aque coctanorum malorum vini odoriferi añ. lib. j. mente gemellā unam: calamēti. j. coque ad medium mittens ligni aloes ma sti. spice gario. carda. añ. ʒ. j. zinziber. ʒ. iij. fac pulverem mitte in sirupo dū est calidus. Inquire si corpus sit plenū: nam si sic extiterit da proprium laxativū. Si autem materia in sto macho permāserit: fac clystere sine acumine. Si materia est cholerica: fiat temperamentum: corpore aūt purgato da con fortativa stomachi.

De singultu. Capitulum. xxj.

In singultu ex inanitione vel cal. da aquam ro saceam cum visco. psilij: vel rosarum vel violarū aquam cucumeris palestini: aquam citruli cu curbite portulace. dabis et hunc sirupum cum oleo violaceo et amigda. et similiter ptisanū cum amigdalis et zuccara. similiter cerotum stoma cho inducatur factum ex aqua cucur. et semperviue. et sternu tatio ex frigidis rebus provocetur. Si autem sit ex plenitu dine: da vomitivū cum aqua calida et oximelle cum aqua de radicibus aneto et silib⁹ mūdificativis. Aut dabis hunc pul verem. ℞. cimini. anisi: apij: ameos añ. pōdus unū castorei urine cameli añ. quadrās pondus: da exagiū. Et trocisci va lentes siliter. ℞. myrrhe aloes: assari: squinanti: calamēti mē te ro. apij thuris absin. añ. ʒ. ij. opij. ʒ. j. tempera cum vino: fac trociscū exagiū dans cum aqua mente. Item castorei. ʒ. j. cū aceto propinata valet. si non quieverit hac medicina: fac ster nutationē cum condisi: pipere: et similibus. teneant flatum quia propter hoc effunditur singultus. Itē detur ex trocisc. ligneis. ʒ. j. multū valet. Electuarium Io. damasce. valet cō tra singultum ex frigiditate stomachi. ℞. rute. ʒ. xxx. fenugre. ʒ. xv. aneti se. anisi. añ. ʒ. viij. olei lib. ß. omnia trita in vino et aq̄ lib. ß. calidissima die ac nocte permaneant: deinde cola. co quantur cum oleo donec sufficiat quod potui dabis cū suc. rute et aqua calida. Sternutatio provocetur cū pipere con disi synapi et similib⁹. ligentur digiti manuū vel pedum.

De ventositate stomachi. Cap. xxij.

Si ventositas et inflatio stomachi ex nimio cibo sint exorta: oportet cavere cibos gros sos et ventosos sicut fabas: cicera: fasceolos: ficus: uvas et similia. utantur balneis prece dente exercitio: et ante cibum stomachus fri cetur: calefiat quoqꝫ cum sale et cimino. da bisqꝫ ei seminum pulverem. ℞. ameos aneti maratri anisi añ. ʒ. v. seminis rute carda. zinziber. piperis: cinamo. alithimi cimini: absinthij: thuris: acori añ. ʒ. ij. ciperi calamenti nigel le añ. ʒ. j. cum vino veteri tempera. Item nastur. ameos anisi apij añ. ʒ. ij. zedoar. carpobalsami añ. ʒ. j. castorei. ʒ. ß. da. ʒ. ß. cum vino odorifero. Item idem facit terra sigillata. dabis fidenticon diaciminum cum calida. dissolvunt enim ventosi tatem et digestionem adiuvant. Hoc electuarium valet. ℞. cimini: ameos: apij añ. ʒ. iij. nigelle xilobalsami carpobalsa mi masticis añ. ʒ. ij. seminis rute. ʒ. j. et ß. castorei galbani. añ. ʒ. j. liquefiēda cum balsamo liq̄fiant. mellis qd̄ sufficit cū vino odorifero dabis. Itē democriti phi experimētum. ventosas maiores umbilico apponas: que subito multos liberant. Ca lusporcinus combustus et potui datus idem facit a multis

em̄ expertum. Aristologie. ℈. j. datus cum ca. fortius aliquid non inuenimus.

¶ De eructuatione. Cap. xxiij.

Causa eructuatiōis vētositas est inflatiua: quā p os expellit natura. ventositas hec est ex defectione stomachi: vel ex mala complexione ex humorum dn̄atiōe. Si hu. sint calidi: fumose eructuabitur: si frigidi sint acetose vt in viatico legitur. Si ructatus fit ex calida complexione: stomachus refrigerandus est cum frigidis sirupis ro. s. ꝛ viol. Si ex calidis chimis: purget cuꝫ apozimate absinth. vel aloes: vel oxiseni. cum orizacea. siue ptisano cum suc. maloꝝ gra. ꝛ silib⁹. Si ex frigida sit cōplexione sine materia: calefaciamus cum rebus calidis sicut cortice pomi citrini: pipere: gario. tyriaca maiore: diagalan. sotrugene ꝛ similib⁹. Si ex frigidis chimis: dem⁹ hierāpi. diazinziber diaspermaton diacori. Si infirm⁹ stomachus illa vētositate impleatur nec eructuatio fiat: detur vnde eructuatio fiat: sicut mastix ciminū: leuisticū: anisuꝫ: squinā. zinziber carui: caride: piper lon. ꝛ silia: sapam: diacitonitē. Oscitationem nimiā patientes similiter adiuuantur cum sirupis antidotis apozimate que in tractatu melancholie ꝛ nostro antidotario scripsimus.

¶ De lacte in stomacho coagulato. Cap. xxiiij.

Si lac in stomacho coaguletur: da coagulū leporis: aut assam fetidam: aut cum aceto: aut cū vino veteri. Ad sanguineꝫ coagulatū da nasturcij ʒ. iij. vel. iiij. cuꝫ aqua calida. Si dolor fuerit ī stomacho vt in libro litteris aureis scripto ex secretis secretorū aristoteles ꝛ alexander testantur: da triferam magnā cum aqua calida: ꝛ fac hoc vnguētum. ℞. colūbarie j. vbene costi. masti. an̄. oīa terant ꝛ in lib. j. olei viol. coquātur: ꝛ parū cere apponatur ꝛ ca. stomacho impone: qḋ nō solū dolorē aufert: sed etiā appetitū irritat.

¶ De dissinteria. Cap. xxv.

In vulnere intestinorū maxime superiorū dabis in initio pul. carabe: dabis sirupum mirtinum ꝛ trocisc. de balau. cum sirupo mirtino vel cuꝫ suc. quīqueneruie: siue trocisc. de corall. Cōfectio valet dissinterie. ℞. terre cipri gummi an̄. pondus vnū: san. draco. suc. ypoqsti. an̄. ʒ. j. fac pilulas dans. ʒ. ij. cū sirupo mirtino vel cum succo arnoglosse: dabis lac in quo lapis fluuialis sit extinctus vel ferrū. Si fuerit fe. non dabis lac sed trocisc. de spodio cum sapa mirtina vel coctanina ꝛ interuallo cum terra cipri. post scḋam autē horam dabis hunc puluerē. ℞. spodij terre ciprine armenice amili an̄. ʒ. iij. ro. carabe an̄. ʒ. ij assentur ꝛ puluerizentur: da. ʒ. iij. cum sapa coctanina ꝛ mirtina. da perdices: starnos ꝛ similia cocta cum succo malorū gra. extremitates hedoloꝝ cum portu. Si aūt fe. adest detur panis in aqua rosacea infusus: iura milij vitellū oui in aceto coctum miliū cum lacte. ꝙ si detur ius rizi cum sero caprino ius passemacij: amigdal. assatarum cum oleo rosaceo. ius rizi cum sumac sumatur. Item si sit fe. sit dieta cum aceto ꝛ sumat coctana pira: mala: mespila: castaneas ꝛ silia. in aqua bibenda spodiū mittatur ꝛ bolū atqꝫ gūmi. caueant acetosa salsa ꝛ omnia cibaria ventositatem habentia ꝛ leuitatem: sicut est bolum amilū: volatilia ergo ꝛ grana viscosa demus. Pul. iste celeriter dissintericis ꝛ vulneribus intestinorū medet. ℞. psilij assi. ʒ. vj. mirtilloꝝ berberis castanee portu. an̄. ʒ. iij. herbe ace. qnque. boli: gūmi: terre cipri. chimolee amidi an̄. ʒ. v. coralli: carabe: balau. spod. an̄. ʒ. iiij. cācri: cōchule marine: acatie: ypoquisti. an̄. ʒ. ij. coriandri ro. an̄. ʒ. iij. assata pistentur preter psiliū: da. ʒ. ij. cū sapa coctanina vel mirtina. Fe. aūt nō existente: da lac bubalinū in quo lapis vel ferrum candēs extinguatur cū pauco passemacij. Or si vulnera in intestinis accidant non fortiter stiptica dabis: sed pulue. istum ℞. se. malue. ʒ. v. boli gū. an̄. ʒ. x. fac pul. da. ʒ. iij. cū sapa. Si vero ꝓpter hoc solutio non accidat: addantur pruna ꝛ parum cassiefist. Si aūt vulnera sint in intestinis inferioribus ꝛ presens medicina nō valeat: fac clyste. nā valet ex īfirmi loci vicinitate neqꝫ deficiet. vnde oportet sang. vel dol. cuenientem ꝛ pūcturam clysteri curari quod. ℞. succi qnqueruie portu. aut virge pastoris singuloruꝫ lib. s. in his mittatur vitellum oui assum cum aceto boliqꝫ ꝛ gūmi an̄. ʒ. j. acatie ypoquisti. san. draco. an̄. ʒ. ij. fac pulue. ꝛ mitte oleū viol. ꝛ fac clystere. Si autē dolor sit ꝛ angustia: ponatur aqua cucur. ꝛ viscus psilij cum humiḋ. tempera. Item si san. emittitur cum dol. ꝛ punctione ꝛ intestinorum rasura: fiat clystere cum mitigātibus dolorem sicut. ℞. risi lentiū excor. ordei mundati assa. an̄. ʒ. v. mirtillorū balau. an̄. ʒ. iiij. coquantur in. iiij. lib. aque ꝛ accepta vna addat gūmi terre ciprine san. draco. acatie charte bombicine vste. an̄. ʒ. j. vitella ouorū in aceto elixa pinguedinis renū capre. fac pul. mittens cum vitellis ouorū ꝛ sepo deinde in aqua calida omnia tempera ꝛ fac clystere. hoc facies semel aut bis. aut fortius. ℞. rizi lentis mundate ꝛ assate an̄. ʒ. x. farine ordei assati ꝛ milij balau. florum gra. florum glanḋ. mirtillorum ypoquistiḋ. an̄. ʒ. v. coque in. iiij. lib. aque vsqꝫ ad vnā: cola ꝛ da ꝛ accepta lib. ß. adde terre cipri. chimolee: gūmi assati: ro. an̄. ʒ. ij. acatie san. draco. ypoquistiḋ. ceruse plumbi vsti carabe coralli charte asse an̄. ʒ. j. fac pul. ꝛ accepis. ʒ. iiij. ꝛ vitellis ouorū. iij. in aceto coctis olei ro. sepi caprini misceatur cū pauco aque ꝛ facies clystere biduo. Aliter. ℞. rizi farine ordei assati an̄. ʒ. xx. ro. balau. mirtillorū an̄. ʒ. v. coque in. iij. lib. aque cola ꝛ accepta lib. ß. addatur charte bombine vste san. draco. gūmi terre cipri. ceruse an̄. ʒ. j. vitellū oui. j. ro. ʒ. iij. fac pulue. admiscendū cum aqua: hoc facies tādiu donec passio ꝛ egri virtus permiserint. Item oportet cibum minui vt stercus minuatur: da lentes preparatas sicut in ethica diximus. Si autem passio prolongetur vt fiat quasi farsa nec possit ex hoc clysteri vulnus eius desiccari: et qḋ egreditur est sanies siue san. fac clystere de auripigmēto acutū ꝛ incidens ꝛ desiccans queādmodum fieri oportet in vulneribus exterioribus: quibus vnguentis nō proficientibus ignē apponi iudicamus: vnde cōueniunt huiusmodi incensiua sicut ignis. Prolōgante tamen passione trocisc. valēt de auripigmēto ru. ℞. charte asse. acatie san. draco. gūmi galle chimolee an̄. ʒ. iiij. tempera cum suc. mirte ꝛ fac trocisc. Aliter. ℞. auripig. ru. ꝛ citri. aluminis galle eris vsti sang. draco. an̄. ʒ. iij. opij gūmi ceruse an̄. ʒ. iij. fac pul. tempera cuꝫ succo mirte et fac trocisc. ex quibus cum necesse fuerit accipias. ʒ. ij. miscens cum. ℥. iij. aque in qua cocta sint lentes et rizi farina ordei: fac clystere. Si autem vulnera ipsa in recto intestino fuerint: fac suppositoriuꝫ qḋ possit attingere ad locum. Suppositorium. ℞. acatie succi ypoquistiḋ. balau. ceruse terre ciprine an̄. pondus vnum: fac suppositorium cum succo mirte. Aliter. ℞. auripig. vtriusqꝫ an̄. ʒ. ij. calcis viue. ʒ. iij. san. draco. acatie: litar. cathimie argētee suc. ypoquistiḋ. an̄. ʒ. ß. tempera cum aqua gūmi: fac suppositorium. Item si in superiori intestino vulnera fuerint: da potabilē medicinā. Si vero in superioribus et inferioribus que potu sumūtur et clysteri vtendū est. vnde hi postqꝫ sanantur caueant laxatiuum maxime scamoneā ꝛ coloquintiḋ. Si auteꝫ indigeant laxatiuo: dabis mirobal. sene. fumū terre ro. cassiāfistu. ꝛ lupulos et similia. Emplastrū: cinerem et acetū tādiu coque vt acetum deficiat: ꝛ de vino per. iij. vices superfundatur: et exinde stomachum cataplasma. mirum est.

¶ De dissinteria epatis. Cap. xxvj.

Hanc passionem difficile curare poteris: difficile em̄ sanatur propter epatis defectionē: causa quare defectio fit epatis difficulter cognoscitur: causaqꝫ qua debilitatur. Ait Gal. cognoui inquit hoīes hn̄tes hanc passionem ex epatis defectōe: ideoqꝫ p stulticiā medicoꝝ periere: nā h̄ passio fit aliqn̄ ex acuta materia descēdēte ab epate ad itestīa: tūc emittit rasura

quã stulti medici vulnera putant ee intestinorũ: ⁊ curãt sicut vulnera intestinorum neglecto epatis medicamine: et ideo perit infirmus. vnde oportet bene inuestigari cum signis epati pertinẽtibus: cũq; cognouerint studeãt primo ĩ epate cõfortãdo malãq; ꝯplexionẽ mutãdo: deĩde ꝯstrictiua sanguinis dando ⁊ ꝓhibẽdo passionẽ cũ puluere in q̃ ponũtur berberis lacca rubea terra sigillata spod. ⁊ similia. Trocisc. de spod. stiptici valẽt. Puluis iste valet. ℞. ro. ʒ. vj. berberis ʒ. iiij. lacce lote. ʒ. iij. spod. ʒ. j. ⁊ ß. sand. herbe acc. reubar. añ. ʒ. iij. amidi: croci: gummi añ. ʒ. ij. fac puluerem: da cum lacte exagiũ vnũ. Si de trocisc. de spod. dederis infirmo cũ sapa granatorum fit iuuatiuum. Cataplasmetur epar cum rebus confortatiuis ⁊ sanguinẽ stringẽtib⁹ sicut cum istis. ℞. sand. al. ⁊ rub. añ. ʒ. vj. sumac balau. añ. ʒ. iiij. terre api. suc. ypoquisti. añ. ʒ. ij. fac puluerem tempera cum suc. quinq;neruie vel virge pastoris ⁊ supponatur epati. sirupũ constrictiuũ similiter ex his facias rebus: vel ex sand. omnibus sumac ypoquisti. balau. poligonia ⁊ similibus.

De tenasmone. Cap. xxvij.

Hanc passionem ex pungitiua materia exortam curamus psilio ⁊ oleo violato vel nenufar. iuribus quoq; vnctuosis fomentationibus ventris cum aqua calida: inunctionibus ex oleo violato vel nenufar. si autem solutio sit cholerica dabis pulue. de terra sigillata. Item si sit ex humiditate viscosa ad intestina fluente: caueat sibi a frigidis: dabisq; miclete et parum de se. apij et porri cum aqua calida: da. ʒ. ij. nasturcij cũ aqua calida. similiter trocisci lignei valent: dabis suppositurã hãc ℞. mirre pondus vnũ: opij croci añ. pondus ß. tempera cũ aqua pluuiali. Aliter. ℞. myrrhe: storacis: thuris: opij: croci añ. pondus equale: fac suppositoriũ. Trocisc. valẽt similiter ℞. ameos apij añ. ʒ. iij. spice: assari: myrrhe cro. añ. ʒ. j. ⁊ ß. opij castorei iusquiami añ. ʒ. j. fac trocisc. ʒ. ß. Aliter. ℞. nucis asse. ʒ. iij. thuris: masti. spice: nucis mus. zinzi. sauine añ. ʒ. ß. ciperi ʒ. v. iusquiami. ʒ. ij. da. ʒ. iij. cum ca. Aliter. ℞. apij ciperi spice añ. ʒ. v. lig. al. caude gallie añ. ʒ. j. ⁊ ß. Si autem solutio sit phlegmatica dabis hunc pulue. ℞. nucis asse sauine balau. spice gari. ciperi: thuris: lapdani: cimini ru. añ. ʒ. ij. gallie masti. calami aro. macis carda. anisi: apij: galle. reubar. añ. ʒ. j. granorũ granatorũ. ʒ. vj. da cum aqua calida. Philoniũ p se valet: oportet tamen eum qui ex humiditate patitur sibi cauere a cibis frigidis: manducet ciceres vel cicera cum pullis columbi: dieta sit subtilis. Si autem tenasmõ fit ex aposte mate in intestinis ⁊ sit in extremitate recti intestini: fac suppositoriũ de malua ⁊ semine lini: tempera cum suc. fenugre. quod suppositoriũ si nõ possit ibi pertingere: fac clystere cũ aqua caul. fenugre. ⁊ malue furfuris seminis lini ficus ordei mundati sisamini olei. precipe egro vt ipse sustineat clystere fecem quoq; vini supponat. Istud quoq; cataplasma applicetur. ℞. caul. elixi: olei rosacei: vitelli oui: misceantur. et in loco extra ponantur infirmo. Si autẽ calor apostematis sit fortis adde solatrũ vitellum oui. clysteriza quoq; caulem et solatrum vitellum oui cum oleo rosaceo. Si autem fuerit propter stercus in intestinis clausum: dabis satirianã diasenicũ trociscos viol. ꝙ si calor illic extiterit da casiãfistu. cum pauco turbith. dyamascena vel dyamuscum cum pauco scamo. fac suppositoriũ ex malua ⁊ nitro ⁊ zucca. cibi sint iura auiũ bleta cũ pauco polip. seminis croci hortensis ⁊ similib⁹ ventrem soluentibus. Ra. vidi inquit tenasmonem patiẽtem lapidẽ emisisse ⁊ sanus factus est. Item Ra. a nullo medicorũ liberato fecit trociscos arsenicos: ⁊ exiuit mlta sanies: vnde intellexi vulnera esse mũdificata. festinaui aũt hũidis ⁊ liberatus est eodẽ die. Similiter liberaui aliam romanã videns egestionem esse multum saniosam: cui feci clystere cum obsomogaro ⁊ melle cum quo multa quantitas saniei egressa est: iussi autem alia vice fieri ⁊ exiuit cũ eo lapis ĩ forma oui galline. tunc iussi clystere fieri cũ. ʒ. iiij. trocisc. arsenic. ⁊ sanata est. caue ne hoc facias cum videris aliquid de substantia intestini egredi.

De colica passione. Cap. xxviij.

Colica si fit ex materia grossa phlegmatica: satiriata curabis aut diasenicon: aut cito. laxatiuis: cũ aqua calida: locus vbi dolet calefiat cum sale calefacto. in fontẽ bal. descendat in quo cocta sint camomil. caul. tribuli ⁊ silia. vngatur ex oleis tribuli ⁊ silibus. soluta materia ⁊ dolore quiescente da pilulas de serapino. ʒ. ij. vel. iij. vel pilulas fetidas cum aqua calida si hoc nõ sustinuerit ꝓpter etatis ⁊ regionis calores ⁊ tempus da casiefistu. ʒ. x. mell. ro. ʒ. xv. liquefiant in aq̃ decoctionis maratri ⁊ misceantur cũ. ʒ. j. turbith. vel hierepigre. aut pill. has dabis. ℞. hierepi. turbith añ. ʒ. j. coloquinti. ʒ. quadrantẽ: sal. indi. ℈. ij. scamo. ℈. j. bdel. ʒ. ß. tempera fac pilulas Aliter valet colice phlegmatice. ℞. oppopona. tithimal. añ. pondus vnũ: soluatur oppoponacũ in aqua calida ⁊ ponatur parum croci da ei exagiũ vnũ. ℞. tithimalli. ℈. ij. serapi. opobal. bdellij castorei añ. ʒ. ij. agar. ʒ. ij. cũ aq̃ vbi cocta sint maratrũ ⁊ anisũ da. Alr. ℞. turbith. ʒ. ij. aloes. ʒ. iij. tẽpera cum melle da exagiũ vnũ cũ aqua rad. sambucel. Valet aqua rad. ℞. corticũ. apij: maratri añ. ʒ. iiij. masti. spice añ. ʒ. ij. centau. mino. ʒ. v. capill. vene. seminis malue añ. ʒ. iiij. ficus. x. passas xx. coque in. iiij. lib. aque vsq; ad. j. vel. ij. da. ʒ. iiij. cũ exagijs duob⁹ hierepi. ⁊ exagio vno sambucel. Si aũt id vice sambu. ponatur bene erit. ℞. tithimalli. ʒ. xx. coconidij. ʒ. x. carpobo. ʒ. xx. turbith. ʒ. x. carpob. sambuci. ʒ. xx. contũdens coque ea in quinq; lib. aque vsq; ad medium: ⁊ mitte lib. j. olei syricini coque donec deficiat aqua: da exagia duo: aut vnũ cũ aqua rad. Item si detur cum aqua vbi cocta sint ficus fenugrecũ maratum semen lini, passi capilli vener. fiet bonum. Item clystere ex eis bonum fiat. Item si ex eis nullum iuuamen factum apparuerit nec dolor quiescat maxime si in inferioribus intestinis sit passio: tamẽ transierit clystere multum proficiet prius tamen mollificatiuum. Clystere mollitiuum valẽs colice pas. nõ forti. ℞. ficus. x. seb. iuiub. añ. ʒ. xxx. passi. ʒ. xv. tribuli camomille mellil. aneti añ. ʒ. x. blete caul. añ. ʒ. ij. viol. malue furfur. añ. ʒ. iiij. coque in. iij. lib. aq̃ vsq; ad med. cum sepo anatis obsomo. añ. ʒ. iij. rubee zuccare nitri añ. ʒ. j. clysterizetur calidũ. Aliud ad idẽ si fit propter phlegma. ℞. ficus. x. centaur. maioris ⁊ mino. añ. ʒ. v. capill. veneris. ʒ. iij. caul. blete añ. ʒ. x. mell. ʒ. vij. coloquinti. ʒ. iij. fenugre. se. lini añ. ʒ. v. apij: anisi: maratri: cimini. añ. ʒ. iij. fenugre. seminis lini añ. ʒ. v. apij: anisi: maratri cimini añ. ʒ. iij. coque in. ij. lib. aq̃ vsq; ad med. lib. ⁊ mitte. ℥. ß. olei syricini. ⁊ adipis colũbi. obsomogari añ. ʒ. j. nitri exagiũ vnũ. Si passio sit fortis et phlegmatica vice syricini mittatur sambuc. vice zucca. mel. oppopon. amo. añ. ʒ. ß. fell. tauri. hec addantur vel minuantur ẽm fortitudinem patientis ⁊ imbecillitatem. Aliquando sufficit hoc suppositorium. ℞. malue rute añ. pondus vnum: coloquinti. pondus ß. scamo. quadrans: tempera cum zuccaro. Aliter. ℞. coloquinti. fellis caprini: ⁊ tauri: malue añ. pondus vnum. Si autem his exhibitis passio nõ mitigetur: fiat medicamen in quo mittatur stercus lupi. hoc enim propter proprietatem eius. Ra. in libro compositarum medicinarũ inquit: qui partẽ vnam stercoris lupi acceperit ⁊ ad coxã infirmi ligatam suspenderit: aut pectinem eius perunxerit soluitur egestio. hoc idẽ sepius se probasse testat. Accipiat ex eodem stercore qđ super spinas inuenitur. ʒ. iiij. cimini anisi maratri zinzibe. piperis salis napt. añ. ʒ. j. aloes. ʒ. ij. fac puluerem tempera cũ melle qđ sufficit da. Confectio de stercore lupi valet. ℞. stercoris lupi turbith añ. ʒ. v. apij: maratri: añ. ʒ. iij. fac puluerem da. ʒ. iij. cum aqua calida cum clysteri facto vel suppositorio soluatur natura. Tamẽ si quedã pars remaneat dabis hoc apozima quod mundat intestina ab eo qđ remansit. ℞. corticũ apij: maratri añ. ʒ. v. ficus. x. passul. xx. coquãtur in. x. lib. aque vsq; ad vnã: accipe mediũ ⁊ mitte mellis. x. ʒ. casiefistule penidiarũ añ. ʒ. xx. turbith. ʒ. j. sambuceleõ exagium vnum: da calidum de die in diem. Si hec passio sit ex grossa ventositate dabis pilulas de fetida pondere. iij. ʒ. serapi. ʒ. j. dabis hanc confectionem. ℞. hierepigre: turbith añ. ʒ. j. seminis apij: anisi: ameos añ. ʒ. ß. castorei

euforbij añ. quadrantē exagij: fac pilulas tempera cum suc. apij: da exagiū vnū. Aliter. ℞. titimalli: coloquinti. añ. pondus vnū: oppoponacis pōdus vnū ꝛ ß. castorei zinziberis piperis bdel. añ. pondus. ß. da. ʒ. ij. Dabis etiam hanc radicū aquam. ℞. corticum rad. apij feniculi ana. ʒ. x. seminis apij: feniculi: anisi: ameos: fube fenugreci ana. ʒ. iij. seminis rute: ordei: ana. ʒ. ij. rafani: aneti: yreos: squinanti ana. ʒ. v. calamēti: organi: cumini añ. ʒ. iij. masti. casiefist. spice nard. assari añ. ʒ. ij. passorum. ʒ. xx. ficus. x. iuiube. xx. coquantur in v. lib. aque vsq ad vnam cola: ꝛ acceptis. ʒ. xj. cum exagio vno sambucel. ʒ. j. ꝛ ß. socrugene. ꝙ si dederis. ʒ. ß. tyriace in aqua in qua coctū sit cuminum: aut apium: valet. Ungatur venter ꝛ circunstantia oleo isto. ℞. aque succi rute apij ani. maratri añ. lib. ß. cimini ameos añ. ʒ. v. coque cum succo maratri: apij: ꝛ rute. donec deficiant tres partes: deinde adde oleum onfacion ꝛ syricō coque donec solum remaneat oleū vngatur. Bibatur exagium vnū cum penidijs seu cū melle. Clystere. ℞. tribuli aneti rute calamenti camomil. ameos abro. maiorane añ. gomellam vnā: se. apij ani. maratri añ. ʒ. v. ficus. x. bliti: iuiube: sebesten añ. ʒ. xxx. coque in quinq lib. aque: vsq ad vnam ꝛ ß. cola medietatem: ꝛ adde nitri bdellij serapini oppoponaci ana. ʒ. ß. castorei. ʒ. iij. mell. ʒ. x. dissoluātur ꝛ in colatura ponātur. ʒ. xx. obsomog. ꝛ costilcō fac clystere. Si autem clysteri fortiori necesse fuerit vti: fac iterum clystere donec mundetur. Aliter valet grosse ventositati. ℞. succi porri: blete: calamenti: rute añ. ʒ. xx. olei nucum nardil. costilcō añ. ʒ. xv. mellis. ʒ. x. casto. coloqnti. añ. ʒ. j. fac clystere. Aliter. ℞. aque rute lib. ß. seminis apij: ani. maratri: nigelle añ. ʒ. v. casto. ʒ. j. olei lib. ß. coque donec deficiat aqua et lib. ß. dabis sepi galline. ʒ. ij. fac clystere cum oleo ꝛ melle. Si autē dolor confortetur neq quiescat cum laxatiuo vel clysteri: da philonij exagiū vnū: sedeat in aqua decoctionis camo. abro. rute mellilori frondium lauri ꝛ similiū. stomacho inanito sedeat ī aqua. Colica si sit ex vētositate vł phlegmate cibi sint iura ciceris cum cimino: aneto: cinamo. ali. galā. pipere porris: perdicib9: pullis: gallinis: ꝛ columbis. iura quoq gall. in quo si mittatur parum polipo. iuuat. similiter si mittatur parum de semine croci hortensis ꝛ dampnil. parum manducent. abstineant se a carnibus ambulantium animalium: et aqua frigida temperata cum melle. Si autem sitim nō sustinuerint: da parum vini veter9 odoriferi. Si hūc ordinem tenuerint in ea colica que est ex ventositate et non valet: pone ventosam in inguine super ventrem ad locum infirmum: quia iuuat multum. Item si fuerit ex materia cholerica fūgitiua ad intestina descendente nihil horū dari oportet: q: calida sunt: da ergo lupili. ʒ. viij. cum. ʒ. xx. casiefistu. ʒ. v. turbith. ꝛ dei amigd. da q succi solatri malue añ. ʒ. iij. casiefist. ʒ. xx. iuiub. sebesten. capill. veneris se. malue añ. ʒ. iij. coque in. iij. lib. aque vsq ad vnam: accipe. ʒ. viij. ꝛ casiefistu. ʒ. v. ꝛ amigda. exagiū vnū: iura gallinarum assatarum solutis da calidū: potui da aquam calidam cum amigd. iura gallinarū assatarū cū mica panis ꝛ amigd. Item viscū psilij cū se. cocta nor. ʒ. iij. aut oleū de casiafistu. cū amigd. electuariū cucur. dulc. ʒ. iij. ꝛ ß. turbith. ʒ. j. scamonee. ʒ. ß. Clystere. ℞. sebestē iuiub. añ. ʒ. xx. ordei mundati. ʒ. xx. furfuris malue añ. gomellam vnam: coquantur in qnq lib. aque vsq ad vnā: mitte. ʒ. x. casiefistu. zucca. ʒ. v. olei viol. ʒ. ij. obsomij. ʒ. j. ꝛ ß. fac clystere cum apozimate ordei: in quo cocte sint iuiube. sebe. malua: oleum violarū nenufar. añ. ʒ. xx. fiat clystere. Cib9 sit ius galline vnctuosum cum oleo amigd. spinar. atriplex bliti lupili viol. nenufar. ꝛ similia. Sedeāt in aqua in qua viol. malue: ordeum: ꝛ similia sint cocta. Si colica ex calido sit aposte mate: nō dabis in initio laxatiuum: quia in futurū in yleos conuerteretur: sed ex basilica extrahe sanguinem paulatim prout oportet: multotiēs da prisanum ꝛ calefiat locus cum malue solatri viol. añ. ʒ. xx. pistentur ꝛ adde farinam ordei sand. malue mellil. camomil. añ. ʒ. iij. pistetur: ꝛ cum supradictis misceantur. adde oleum viol. pistetur sepū anatis ꝛ desuper applicabis. Si ꝑpter hoc dolor non quiescat da solat. lupuli añ. ʒ. xx. casiefistu. ʒ. x. amigda. ʒ. x. Et fac clystere hoc. ℞. amigd. ʒ. j. mellil. viol. nenufar. capill. veneris añ. ʒ. x. bliti lupuli malue añ. ʒ. iiij. iuiub. ʒ. xx. sebestē. xxx. coquāt in. iij. lib. aq vsq ad vnā. Dodo autē vsq ad statum accedente da apozima sicuti viol. ꝛ malue ꝛ dietam in colica acuta scriptā. Dis aliquādo difficultas vrine accidit: eo ꝙ apostema vesicam comprimit vnde valet vt incidatur vena sophena: ꝛ super pectinem et femur predicta olea calida oleum viola. camomil. ꝛ similia inungantur.

De yliaca passione. Cap. xxix.

Ileos difficile curatur: illud tamen qd ex calido fit apostemate: curari debet cum incisione vene basilice vel mediane: si tempus et etas ꝛ cetera permiserint. da sirupum in calido apostemate: dictum in colica: tamen nō est phlebotomandū nisi certissime cognoueris ex apostemate cē stiptico. scias enī ꝙ si habens huiusmodi apostema phlebotomatus fuerit in initio morietur. Si sit ex grossis hu. ꝛ phlegmaticis in subtilissimo intestino contentis: demus medicinam phlegmati conuenientem: sicut apozima de radicibus cum hierapi. ꝛ socrugene cum sambucel. trocisc. assuescant cum aque decoctione ani. apij maratri. Si dolor cōfortetur diafloniū cum acaristo ꝛ theod. multum valet cum hierapi. tyriaca ma. ꝛ similia. vnde debet sibi cauere a filonio nisi dolore non mitigato: quia illaudabilius erit in futurum generare defectionē caloris naturalis et mollitiem intestinorum Hippo. in secūda epidi. particula. Bonum est inquit in hac passione si de phlegmate fuerit: dari vinum vetus ꝛ purum et hoc paulatim vt somnum prouocet et si accidat dolor ex eo in pedibus. intentio eius est in calefaciēda et digerenda materia ꝛ intestinis cōfortandis ꝛ in ea expellēda. At si hec passio fuerit propter stercus in subtili īcestino clausum: necesse est dari laxatiuū electuariū ꝛ pilulas: siue prefata clysteria fieri. Si autem propter medicinam mortiferantē: da quod est contrarium illi veneno. vomitiuū quoq ꝛ metridatum et similia. Item si contigerit ex abstinentia dabis iura vnctuosa cū crassa carne micā panis in ea miscens: paulatim tamen donetur: viscera quoq cū oleo ro. infunde. Si aūt sit ex crepatura intestini: ad sua reducantur loca ꝛ ligentur et ligata constrictione curent. In hac etiā iliaca postq̄ sanantur non oportet ad consuetam dietam duci: sed cauendus est cibus grossus: vtātur penidijs zuccara quoq: in quodam tempore melle ro. in quo coctū erit anisum ꝛ se. apij: assuescāt vti exercitijs ꝛ ventris et intestinorum fricationibus cum oleo: in quo coctum sit ciminū: aut apium: aut anetum: deinde paulatim cibus augeatur curata passione. Si vero sit ex labore passio his augmentetur cibus: et manducent panem furfureum amigda. ꝛ zucca. iura cum pull. aut sepo galline crasse aut cum amigd. manducēt pruna in sirupo viol. infusa ante cibum. ij. vel. iij. horis: vno quoq die tertio sumant casiafist. Aut illud apozima. ℞. ficus. vij. passi. ʒ. xv. viol. ʒ. v. coq in. iij lib. aque ad. iij. quotidie da. ʒ. iij. cum amigd.

De torsione intestinorum. Cap. xxx.

Hec passio si sit ex ventositate grossa: cum pauco seminis apij: ani. curabis. ℞. maratri: ani. ameos equali pondere fac puluerem: da. ʒ. ij. cum veteri vino odorifero. Si autē ventositas non multum fuerit grossa: da calamētum cū aqua calida. Itē si solutio extiterit: da nasturcium aut midete. non autem existente solutione da nastur. ʒ. ij. seminis apij: ameos ana. ʒ. ß. da penid. ʒ. j. fac puluerem dans cum aqua calida: da socrugene. ʒ. ß. cū hierapigra: soluatur aūt turbith. ʒ. j. cum aqua calida in qua coctū sit anisum. Si autem torsio sit propter stercus clausum in intestino: da laxatiuum: sicut pilulas de hierapigra: pilulas de violis: vel diafenicon cum philonio vel diamascenon. Item si stercus sit in inferioribus intestinis: fac clystere. si autem sit ex mala complexione da plis ris. ʒ. ß. cū aqua ꝛ oleo rosaceo. Item si sit propter cholericā materiam in intestinis: da ei psiliū cū aq ro. et oleo rosato.

Item. ℞. psilij: portu. cucurbite cucumeris an. pondus vnu spodij. ʒ. ij. pistentur preter psilium: ⁊ cum oleo rosaceo tempera vel cum sirupo violaceo.

De probatis experimentis ad reptilia ejicienda a corpore. Capitulum. xxxj.

Herbam basilicam cum radice simul tere: ⁊ cum noua ceruisia cola ⁊ da bibere ieiuno: ⁊ si fastidiu facit: sal masticet. Sed si magnus serpens propter hec non expellitur: accipe succuz mori terrestris nigri coclearia. iij. da cu. xv. granis canabi: si autez des femine tolle cimas. iij. de canabo ⁊ da bibere cu supradicto succo. Item si idem crassantus ex supradictis no exierit: fac hoc sex carbones roborinos ardentes in vase petroso mitte: lac quoq caprinuz superasperge vaseq coopto vt fumus in ore egroti per fistula ingrediatur: ⁊ cu transglutiat si scaridius fortis est exit. si serpes sibilans egredit. Si rana vel crassantes vel tortuca vel lacerta sit morit et exit. h oia expellit basilicu: siue sint in precordijs: siue in stoma. siue in intestinis: si cum melle ⁊ ceruisia plenus ciphus sumatur: que in montibus ⁊ locis petrosis ⁊ arduis nascitur folia habet porro similia et satis viridia ⁊ crispa ⁊ fistulata melior. postq eiecta fuerit statim ipsa die anteq manducet accipiat vinum cal. aut ex oleo ⁊ vicell. Si rane et crassantes propter h no exierint: fac qd superius diximus de moris vel se. canabi: qd medicamen ad omnia genera lumbricoruz valet. Si mora desunt lac caprinum sume: quia cantaridem ⁊ lincitre et serpentem et salamandram expellit. Si basilica no valet ad lacertas ⁊ scaridios herba murco similis minoris eos expellit. Si colubri vel lumbrici oua fecerint in ventre vel in intestinis: herbam domacia accipe cuius radices habent testiculos ad modu nucis auellane. ex quibus si lapsus fuerit homo vsq ad. iij. grana in mero nouello p. viij. dies: die tame interpolata morietur. Sz si aliqd venenu nouellum mortiferu alicui datu sit cuiuscuq generis sit: da terre sigilla. ʒ. iij. cum vino mero per vomitu venenu foras emittitur. Mr si aliqua rubigo veneni in corpore remanserit vel intestinis ex quo aliter sit agnosceetur: deinde cutis incisa cum bifurcatis lignis aperta teneatur: ⁊ vinu calidum cu penna anseris super caput animalis illius aspergatur vt inebriet. caue tame si rubea fuerit maxime iuxta cor et pulmone ne caput eius tangas cum penna: nisi inebriatus fuerit: postea extrahe deinde ablue locum. Qualiter soporetur homo ad eius incisionem in chirurgia dicetur.

De lumbricis. Capitu. xxxij.

Hos curados esse dico cum rebus cotrarijs eos occideribus ⁊ cum egestione eos expellentibus hec aut faciunt ca. ⁊ sicca ⁊ acuta: nam hec pas. no fit nisi de materia frigida ⁊ hu. Amarissima quoq quibus virtus est laxatiua: hoc ide operatur. nam amaritudo horum cofusa est ⁊ vermica: occidit em ⁊ expellit eos. hec em medicina est absin. lupinus epithi: costus amarus ⁊ similia. siue simplicia: siue coposita sint data cuz melle ⁊ aqua ca. occidut em hec et expellunt aliquado viua ⁊ defecta: et etia mortivicina: his datis emittuntur da lupini. ʒ. iij. vel. ij. turbith cum melle. Aliter. ℞. absin. abro. lupini an. pondus vnu: tepera cu melle da. ʒ. iij. cu aceto ⁊ aqua. Aliter. ℞. squille absin. abro. an. tepera cu melle da. ʒ. iij. cuz aceto ⁊ aqua. Aliter. ℞. costi. ʒij. turbith. ʒ. iij. tempera cu melle da. ʒ. v. cum aqua calida. Aliter. ℞. sigie. abro. an. podus vnu lupuli. ʒ. ij. da cu melle temperatuz. Item vniuersaliter dico hec q medicina diceda si detur cu aceto occidit lumbricos ⁊ ascarides. ℞. lupuli: ysopi: abro. absinth. costi. amari: calamenti: sauine. hec debet dari stomacho inanito: triduo ante dato lacte caprino: deinde dabis hec stomacho vacuo existente.

De lumbricis ascaridibus et cucurbitinis. Capitulum. xxxiij.

Lumbricorum quidam dominantur in superioribus intestinis. s. in intestino subtili: ⁊ hi vocatur lumbrici: quia sunt longi: quidaz in grosso intestino sunt qd est sub vmbilico ⁊ ascarides ⁊ cucurbitini vocantur: sunt ⁊ alij nascentes i inferiori intestino qd est vicinu ano: hi sunt vermes minuti qui teneriores sunt alijs: oportet ergo vt occidantur ⁊ occisi expellantur. Ga. dicit q cortex maligra. si bibatur lumbricos ⁊ ascarides et vermes occidit. Item succus frondium persici idem facit. ascaridibus fortior est medicina sicut abro. absin. armoniac. lupini ⁊ huiusmodi. Alij dicut q os calcanei combustuz et pistatu cum melle datu lumbricos occidit. Pueri medicandi sunt cum succo abro. vel absinth. vel armoniaco cum pauco oleo. Cofectio valens lumbric. vermibus ⁊ ascaridibus vbicuq sint. ℞. absinth. ficle. amoniaci calamenti an. ʒ. iiij. polij: prassij: myrrhe an. ʒ. ij. se. apij: ani. mara. aloes an. ʒ. j. fac pulue. da. ʒ. iij. bibere cum. ʒ. iij. lactis vel aceti: vel cu apozimate sticados vel camepbito. Si huic medicine admisceatur fel taurinum et vnguatur croco vmbilicus occidetur lumbrici ⁊ ascari. ⁊ vermes vt in initio diximus. Democritus physicus dicit de miris experimentis ⁊ alij mocreda vocant: hoc per triduum bibatur: fortiusq adiutorium ad oia genera lumbricorum non inuenimus.

De emoroidis. Capitulum. xxxiiij.

Emoroide sanguinem emittentes subscriptis curari oportet: eger assuefaciat vomitum ⁊ desiccatiuam medicinam: sicut carabe corallus gumma: et viscosis ⁊ solidatiuis sicut terra cipsina. bolo. ⁊ somnifero sicut philonio per se tyriaca. trociscis de campho. ⁊ carabe. Medicamen vtile emoroydibus quibus sanguis desluit. ℞. trociscoz de carabe. ʒ. j. ß. mirobala. indi. bellir. embli. an. ʒ. v. succi porri. ʒ. iij. coralli. carabe: conchule asse. an. ʒ. j. ⁊ ß. bdellij. ʒ. x. fac puluerem solusq bdellium in succo porri temperetur medicina fac pilu. ʒ. iij. Aliter. ℞. mirobalano. indi. bellerico. embli. an. ʒ. iij. seminis mirte florum glandi. hypoquisti. balausti. an. ʒ. ij. masti. spice carda. gar. an. ʒ. j. seminis porri. ʒ. iij. bdellij. ʒ. x. bdellium liquefactum cum succo cypressi fac pilulas da. ʒ. iij. cum aqua calida. Emoroydes ex quibus sanguis non emittitur aperiantur vt sanguis exeat: in his enim malus est sanguis: cholera nigra existente dolor erit. vt igitur aperiantur cum acuta re vngantur sicut suc. allij: cepe. ⁊ similibus. apertis autem sumant mirobalanos indos. ⁊ kebulos conditos. pill. de bdellio et triferam minore. Pul. valens emoroyd. dolori ⁊ ventositati. ℞. mirobala. ind. embli. frixorum cum oleo. an. ʒ. x. se. porri. se. nastur. frixi ameos. an. ʒ. xv. cicute fenugre. an. ʒ. vij. sauine amygdalarum amararum ossium crisomilorum an. ʒ. v. masticis nucis muscate an. ʒ. ij. caro. ʒ. j. fac puluerem da ʒ. iij. cum aqua calida. Mr si dederis succum porri cum. ʒ. xj. olei nucum valet. Item si locus vngatur cum oleo veteri valet. Item mirobala. frixa in butyro bouino ⁊ se. maratri an. pondus vnu: nastur. duo: vnaquaq die tria da cum vino valet. Pilule mingantes dolorem ex ventrem soluut. ℞. mirobola. indi. kebuloz bellirico. bdellij an. ʒ. j. ⁊ ß. cinamo. sal. indi. origani. yreos: cicute: capparis: ameos: casiafist. masti. an. ʒ. j. ⁊ ß. penid. turbith: an. ʒ. ix. aloes. ʒ. xx. serap. ʒ. ij. fac puluerem ⁊ gumis in aqua porri solutis fac pilu. da. ʒ. iij. triduo Catapl. vales dol. ani. propter emoroyd. ℞. bdellij dissoluti in oleo lini: porri: aneti: malue an. gomella vna: coctis in butyro vaccino ⁊ pistatis: adde vitelli oui cataplasma ⁊ mitte in ano. Pul. valet. ℞. sauine tribuli amigda. amar. ameos an. podus vnu seminis porri: vtriusq aristologie piretri an. pondus ß. pistatis farina ordei addatur cum aqua coquantur in fumo: deinde pistentur: ⁊ cum oleo nucum temperetur da cu vino. Item si cum eis sit apostema ca. cataplasma fac. ℞. ceruse. ʒ. v. litar. ʒ. iij. masticis. ʒ. ij. tempera cum vitello oui in oleo violato. Aliud vales apostemati calido et emoroydis. ℞. camomile: malue: mellilotí ana. gomellam

vnā fenugre.se.lini añ.ʒ.iij. lentis.ʒ.x.coquantur et additis ij.vitell.ouorum fac cataplasma. Aliud desiccās emor.ani. ℞.pulue.nucis cipressine coloquintide cinerem:in ano ponas:sed prius lauetur anus cum vino stiptico mane et sero Aliud mitigans dolorē emoroyd.si non fit cū fe.allia mundata pistentur ꝛ in oleo lini in modum vnguēti tēperentur Aliud. ℞.corticum maligranati nucū cipressi. florū glanď. añ.gomellam vnā: pistentur et in vino stiptico coquantur: cola et eo lauetur anus mane et sero. Unguentum desiccās emoroyd.℞.myrrhe.ʒ.j.succi hypoquistidos.ʒ.ij.thuris.ʒ.iij.pistentur et cum vino tēperentur.fac vnguentum. Aliud ℞.celidonie litar.añ.ʒ.v. fac pulue.cum oleo rosaceo:misce donec fiat vnguentū additis cere.ʒ.ij.Aliud desiccans emoroyd.℞.picis.ʒ.x.olei nucū:opij thuris añ.ʒ.j.casie.pumicis argenti triturati cum argento viuo añ.ʒ.j.misceantur cum pice ꝛ oleo ꝛ licinio infuso loco īfirmo inducatur. Oleum valēs emoroyd.℞.suc.porri.lib.j.se.cicute corticum papaueris añ.ʒ.x.rute gomeliā vnā:coquantur ꝛ immissa lib.j.olei syricini coque donec remaneat oleum solū. Aliter. ℞.sygie libani corticū capparis:corticum papaueris cicute costi omnium añ pondus vnū:sulphuris ß.fac pulue.mitte olei sambuci triplex pondus coque sufficienter. At si bibatur vel inungatur valet. ℞.aque porri.lib.j.corti.capparum cicute añ.ʒ.x.aristi.lon.costi.añ.ʒ.v.sansuci.ʒ.iij.pistentur addito oleo crisomelorum lini añ.lib.ß.coque donec deficiat aqua et da ʒ.j.vel vnge. Suffumigatio. ℞.bdellij seminis porri.corticū capparis thuris bdellij añ.pondus vnū. Si autē emoroid. ita ingrossentur vt prefata nihil adiuuent: fac incisiua sicut calcem viuam aurip.i balneo,ardoremqꝫ sustineāt donec incidantur: deinde lauentur cum vino et suppone cortices coloquin. et lupinos assos equali pondere.hec enim maxime desiccant. Si autem non sufficiant pone desuper vitreolum es vstū mane ꝛ sero:et cū hec eleuabis laua cum vino: ꝛ desuper pone iterum. hec sufficiant donec nigrescant: tunc auferatur medicina et vnguentum de cerusa mittatur: donec refrigeretur: vitellū oui:farina ordei oleū rosaceū:postea applicabis ad refrigerandum. Si autem hec que sunt acuta minime sustinuerint: incidantur cum ferro: et ligentur. de quibus qualiter incidimus ostendemus. Ga.atrici inqt sunt quasi canales cāne opertorium intus et extra habētes sed non sanantur nisi chirurgico ferro.

De passionibus natium. Cap.xxxv.

Si in natibus alique incidant passiones: vt emoroyd.vel apostemata: vel aliquid aliud oportet quid ꝛ vnde sit intelligamus: vt ſm ꝙ oportet medicetur. Apostemati igitur calido in natibus siue emoroyd. exorto frondes malue ꝛ solat.superponant: viole quoqꝫ et lentes mundate in aqua cocte. deinde pone oleum rosatum ꝛ vitellum oui temperata. Aliter. ℞.ceruse.ʒ.v.olibani. ʒ.vj.cathimie argentee.ʒ.ij.fac pulue.misce cū oleo rosato ꝛ cera aqua scariole malue ꝛ desuper inducātur. Unguētū fissuris manuū ꝛ ani valēs. ℞.medull. cruris bouis ꝛ cerui adipis eorum añ.ʒ.x.mumie.ʒ.iij.cere.ʒ.ij.liquefiant in oleo rosaceo.deinde cetera misceantur ꝛ vnge basilicon desuper collocando. Aliud.℞.resine:picis añ.pondus aquale:liquefiat cum oleo viola.ꝛ adipe galline: vitello oui: ꝛ pauco opij et inungatur. si autem ca.fit cum ipsa fissura vngatur cum vnguēto de cerusa qð fit cū albugine oui ꝛ pauco campho. atqꝫ sola.malue ꝛ portu.cum oleo rosato ꝛ cera fiat vnguentum: deinde vngatur: sedeant in aqua calida: exeuntibus desuper aspergatur puluis subscriptus. ℞. nucū cipressi nitri. acatie suc.ypoquistidos galle añ.pondus vnū: fac puluerē et desuper ponatur. Aliud.℞.cathimie argē.succi ro.sumac añ.ʒ.iiij.mirte.ʒ.ij.fac pulue. ꝛ desuper asperge.prius tamē lauetur cum vino stiptico. Pul. ℞. litar.libani añ.pondus vnū: nucum cypressi pondus ß.rasure plumbi: cōchule asse. añ.ʒ.j.fac pulue. Si tumor extiterit anusqꝫ exierit: accipe lētiū:corticum granati:florum glandiū añ. pondus vnū: coquantur cum succo mirte: deinde miscens oleū rosaceum in mortario mittes ꝛ applicabis. Item si anus paralysim patiatur fac quod Gal. dicit in libro passionarij ꝛ est in fine.

De dolore epatis ex caliditate. Cap.xxxvj.

Cum dolor fit in epate ex complexione calida: primo basilicam dextre manus incide: ꝛ sang. quātum oportet extrahe: deinde succus porri cū mirob.citrinis detur: aut succus lupuli cū zuccara ꝛ casiafistu.postea oxizaccara cum scariola summo mane: tandē post vnā horam cū ptisana. cataplasmetur cum sanda.et ceroto facto ex succo endi.cum portu. et semperuiua cortice cucurb. cum oleo et cera. His non proficientibus da trociscos de spod.cum suc. endiuie serum cum succo cucurbite ꝛ oxizaccara factum cum hoc puluere. ℞.mirob.citrini.ʒ.x.lacce lote.ʒ.iij. spod.ʒ.iiij. maratri.ʒ.j.fac puluerem da.ʒ.iij.cum lib.ß.seri in primo die in scđo die cum.℥.viij.in tertio cum.℥.x.hoc fiat de cura continuis diebus. capra sit iuuenis non multū longe a parturitione nec multū viana: nutriatur ex coriandro bedegar: farina ordei lactucis ꝛ similib⁹. His non proficientibus da lac camelinum primo die tm̄.℥.iiij.deinde octo diebus minue vel adde cum hoc pulue. ℞. mirob.citrini.ʒ.x.ro.lacce spodij añ.ʒ.v.reubar.ʒ.iij.nitri.anisi añ.ʒ.ij.da cum lacte prefato.ʒ.iij.ꝛ cum zuccara. Si autem contrariam vis mollificare amplius in vnaquaqꝫ die addantur viole ꝛ nutriatur ex pullis iusellatis ꝛ malisgrana. Si autem calor fortis extitat: da lac bubalinum ꝛ trociscos de spodio ꝛ campho.ſm fortitudinē caloris.epar cataplasmet ex ro.sanď. endiuia semperuiua frond. vitis succo ro. addito pauco masti. ꝛ spice. et virtus epatis custodiatur. Cataplasma. ℞.sanď.al.et rub.añ.ʒ.vj. ro.ʒ.v.nenufar.viol.añ.ʒ.iij.sulphuris: terre aniene añ.ʒ.ij. casielignee.ʒ.j.masti.folij añ.ʒ.j.fac puluerem: ꝛ cera in oleo rosaceo vel nenufar.liquefacta puluis abbibeatur ꝛ fiat cataplasma. Aliud. ℞.sanď.al.et ru.farine ordei viol. nenufar malue añ.ʒ.iij.ro.ʒ.iiij.casielignee croci añ.ʒ. ß.fac puluerē tempera cum oleo et cera. Trocisci ad dolorem epatis. ℞. ro.se.scariole cuscute seminis citruli cucurbite ana.ʒ.iij. se. lactu.portu.añ.ʒ.iiij.sanď. al.spodij añ.ʒ.ij.reubar. maratri anisi añ.ʒ.j.tēpera cū succo scariole. da cū oxizaccara. Aliud ℞.ro.ʒ.iiij.berberis.ʒ.iij.se.scar. cuscute añ.ʒ.ij.ꝛ ß.spodij.ʒ.j.lacce reub.añ.ʒ.j.se.cucumerꝫ melo.añ.ʒ.ij.succi liquiri.ʒ.j. croci.ʒ.ß.tempera cum suc.scario. da cum oxizacca. ꝛ aqua calida. Si autem feb.fit et tussis addatur gūmi dragagandi amidi añ.ʒ.j.succi liquiricie.ʒ.ij.da cū sirupo viol. Cibus sit feb.non existente ius pullorum cum granatis: ꝛ vua acerba cum pauco cinamomo ali.spica.coriandro menta: pisces asprātiles cum zuccara ꝛ aceto iusellatos: caueant humorisiam si habent fe. diacurcuma cum oleo rosaceo ꝛ ptisano: si tussis existit da maluam. Item si fit materia solubilis da trociscum de spodio cum sirupo stiptico sicut mirtino vel cotanino.cataplasmetur venter ex frigidis ꝛ siccis: sicut rosa sanda. balau.bolo.equali pondere: soluantur cū succo qnqꝫ neruie.cibus sit stipticus.

De dolore epatis ex frigiditate. Cap.xxxvij.

Si patiatur epar dolorē ex frigida complexione dabis trociscos de reubar.euforb.de absinth. de lacca ꝛ silia.cū oximelle squillitico: ſm ꝙ supra.cataplasmet epar ex dialoe vel diastonicon. dabis apozima de rad.cū diacucur. vel dialacca cum amigd. athanasia cum epate lupino. Antiqui dicunt ꝙ parum epatis lupi datū cum reubar. prodest dolori epatis siue fit ex frigiditate: siue ex caliditate. calefiat epar ieiuno stomacho cū panno infuso in aqua squinā. spice assari suc.squinā. Trocisc.ad dolorē apatis ex frigiditate ℞.masti.spice assari lacce lote añ.ʒ.iij.ro.ʒ.iiij.anisi.ʒ.ij. suc. squinātí absinthij reubarbari añ.ʒ.ij.croci.ʒ.j.tempera cum suc.apij.fac.ʒ.j.ꝛ ß.da cū oximelle squillitico cū suc. endiuie

amare. Item suc.endi. valet contra dolorem epatis ex frigiditate vel calo.q: est penetrabilis ppt amaritudinē. Trocisci valentes ad dolorem ex frigiditate. ℞. berberis.ʒ.iij.masti. spice.suc.squinā.an̄.ʒ.iij.reub.croci.an̄.ʒ.ß.liquiri.lacce lote. an̄.ʒ.iiij.absinth.ʒ.ij.tempera cum suc.apij. aut maratri.fac trocisc. da cum oxifenicia: frigiditate forti existente da suc. xreos. Apozima valēs ad idem. ℞.radi. apij maratri an̄.ʒ.v.se.apij anisi.maratri an̄.ʒ.iiij.masti.spice ana.ʒ.ij. squinanti.cupato. absinth.ameos: folij: calami.aro.ana.ʒ.xv.lacce. reubar.costi.rubee an̄.ʒ.iij.passu.mūda.ʒ.xx.coque i q̄ttuor lib.aque vsq3 ad.j.cola.dans.ʒ.xl.cum paucissimo amygdal. et olei laurini: ꝛ cum athanasia.da puul. de aloe. Si stipticus sit cataplasmetur ex camo.mellik.aloe.absinth. an̄.ʒ.xv. masti. assari.costi.casie. carabe.xilob.an̄.ʒ.iiij.croci.ʒ.ij.fac. pul.tempera cum yreleon et nardile.addita cera. Aliter. ℞. masti.absinth.spice squinanti.aloes.an̄.ʒ.iiij.carpob. florū casie. an̄.ʒ.ij.ro.ʒ.vj.sanō.ʒ.iij.lini gal.ʒ.ij.lauda. ʒ.j.ꝛ ß.galange.ʒ.ij.fac pul.tempera cum yreleon. ꝛ cera. dieta sit starnus cū iure ciceris aneto cinnamo.galan.panis infusus in vino odorifero bono: da apium nastur.rutam maratrum.et similia. Si mala complexio fuerit humida: da medicamina hydropicorū. Item si sicca da medicamina ethicorum: addemus in ea parum stipticū ꝛ odoriferū vt confortetur.

De apostemate calido epatis. Capi.xxxviij.

Sunt generare nolentes: aut propter nocumentum filiorum lactātinum: quia concubitus valde nociuus est lactātibus vt in custodia sanitatis diximus: maxime si conceperit: aut propter timorem patris: aut matris: vt puelle: vel propter pessimas matricis passiones vt cancrū in matrice habentes: quia si talis conceperit periculum mortis inducit. de quibus nolumus librum nostrum denudare. Pueri dens annorum octo: auro vel argento inclusus ⁊ brachio suspensus efficit vt non concipiat mulier. muri viuenti cor exemptum ⁊ brachio mulieris suspensum efficit vt non concipiat. leene vulue particulā si in brachio suspensam habuerit mulier non concipiet. officula que inueniūtur in corde aut in vulua ceruc: eff. ciūt vt mulier non concipiat.

¶ De gomorrea. Cap.iiij.

Sperma si inuoluntarie exierit: cum frigidis cibis ⁊ medicinis constringatur: sicut lactu. portula. crisolocāna cucurbi. cucume. citru. melo. ⁊ omnibus frigidis ⁊ hūidis: vel frigidis ⁊ siccis vt cū sumac ⁊ aceto: ⁊ similibus. Et si epileptico hoc cōtingat: allia comedat: quia sper

ma deficcant. vngamus dorsum et virgam cum frigidis rebus sicut succo solatri: iusquiami: oleo rosaceo: portulaca: litarg. se. portulace: cum succo lactuce balau. portula. aneti rute. ar noglo. omnium horum se. valent siue cum viuo: siue cum frigida sumatur. ruta et iusquiamus cum sirupo de mirta prosunt et aceto. agni spermatis rute. ana. ʒ. ij. balau. ʒ. j. da cum aqua: supque infundatur aqua fri. a cibis calidis abstineat.

¶ De pollutione. Capi. v.

Pollutio non est aliud quam cum somnus elongatur: et corpora sordat. Pollutionem sepe habentes cum frigidis medicinis et cibis vel vnguentis: sicut dicturi sumus in propria passione: que manasissines dicitur: idest sepe exigentibus curentur.

¶ De apostemate testiculorum. Capi. vj.

Apostema testiculorum si sit ex cal. minuatur de vena sophena et in dorso scarificetur: et post humores ca. cum pharmacia purgemus: post hec ad apostemata redeamus cum epithimatibus et cataplasmatibus de rhamno cum oleo rosaceo apostemati supponatur ireleon cum succo solatri et croco: et farina ordei cocta cum melle et aqua. Cataplasma valens ad apostemata calida in testiculis. ℞. rosa. vio. sanda. alb. et rub. ana. ʒ. iij. radicis malue: et eius se. ana. ʒ. v. memite. ʒ. iij. tempera cum succo solatri. Si ex frigore sit apostema ponamus vuas passas ciminum fabas coctas: vel mellilo. cum sapa coctum. vitellum oui: farina tritici. Aliud cataplasma valens similiter. ℞. balau. farine fabe: et ciceris: camomil. ana. ʒ. vj. thuris: croci: myrrhe: cimini. ana. ʒ. j. axungie renum capreoli: cere sisameli. medulle bouine: vitelli oui: fac vnguentum. Si apostema sit durum multum accipe bdellium: et misceatur cerusa: et sapa. et impone bolum super duriciem testiculorum et mollit. Sed si ventrem habuerit inflatum et testes fac minutionem in vna venula sub mentula: et fabam fractam bene temperatam cali. superpone si testiculi cali. tempore sint inflati: sed si faba fracta cum succo radicis ebuli temperetur et calida supponatur: omnem inflationem testiculorum aufert.

¶ De crepatura testium. Capi. vij.

Si adunatio aquose humiditatis fit inter substantiam testiculorum et eorum pelliculas: super crepaturam ponamus plumbum concauum cum acatia et ligetur plumbum panno bombicino: subtus plumbum vngamus vnguento solidatiuo et ventositatis expulsiuo sicut aloe: myrrha: thure: litio: acatia: suc. hypoquisti. bdellio. et similibus. Si magnificetur crepatura et aliquid viscerum illuc descendat: erit molestissima: et ad medicandum dura: nec aliquid possunt perficere medici nisi cum solutione ventris et dissolutione sue ventositatis sicut pilulis fetidis: pilulis de serapino: bdellio: dyaroma: socrugene: trifera magna. vnguenta sint stiptica. abstineant se a grossis cibis et ventositatem generantibus: a coitu: a saturitate: a labore ab exercitijs quantum possunt. Cataplasma valens ad idem. ℞. masticis: thuris: nucis cipressi: frondium tithimalli: myrrhe: farcocole equali pondere tempera cum aceto. Aliter. ℞. balau. acatie: nucis: cipressi: pondus equale: masticis: thuris: myrrhe: croci: sarco. sangui. draco. ana tempera cum oleo rosaceo et aceto.

¶ De tumore testiculorum. Capi. viij.

Tumor carnosus inter spaticulas et cutem testiculorum ex grossis humoribus ortus: curetur cum dissolutiuis liquefacientibus sicut est armoniacum: nitrum: fermentum: stercus columbinum et caninum: purgentur grossi humores qui sunt causa huius passionis. horum enim perfecta est medicina que causam egritudinis tollit.

¶ De testiculis varicosis. Capi. ix.

Si testiculi varicosas venas habeant: purgentur melancholici humores qui sunt in stomacho: dietam accipiant bonum sang. generantem: caueant a melancholicis cibis et potibus: coitu vtantur.

¶ De vulneribus testiculorum. Capi. x.

Vulnera testiculorum et pruriginem et pustulas si sint ex calidis sic sunt medicanda: chimolea cum aqua ca. est supponenda: acatia: cerusa: cum oleo ro. litar. cathimia argentea cum oleo ro. Vnguentum ad pruriginem testiculorum ex cho. ru. et san. adusto. ℞. medulle bouine ʒ. ß. olei ro. ʒ. j. ceruse. ʒ. vj. sulphuris extincti. ʒ. ij. cere. ʒ. ij. acatie se. rosarum ana. ʒ. ij. opij. ʒ. j. fac vnguentum. Aliud valens similiter. ℞. ceruse. ʒ. v. sulphuris viui. ʒ. ij. opij. ʒ. j. temperenter cum aceto. Si testiculi ex sudore sint vulnerati: fac vnguentum de alumine et galla: et desuper iniice. Si fissuram habuerint: accipe thus minutum rhamnum cum oleo rosato et oui vitello: et fac vnguentum. Et si calorem et ruborem et inflamationem patiantur sine apostemate: curentur cum vnguento de albumine oui et oleo oliuarum: quia omnem inflamationem soluit et maxime refrigerat.

¶ De satiriasi. Cap. xj.

Galienus omnis inquit medicina vel dieta que coitum augmentat: huic passioni est nociua: danda sunt ergo mitigantia et refrigeratiua nullam ventositatem facientia: vngamus virgam dorsum anum et testiculos cum suc. solatri portula. lentigi. aque sempuiue: iusquiami: lactu. ro. ceruse: acatie: et similium. cingulum plumbeum renibus superponamus. se. rute. lactu. portula. cum suc. coriandri et parum campho. agni sperma facit similiter si superponatur. assuefaciat sedere et dormire super frigidam culcitram. Galie. dicit quod mulieres athenienses in festiuitatibus suis vbi sedent et dormiunt ponunt agnum herbam propter castitatem. Iaceat semper in latere et non supinus: dorsum enim cum calefit arterie et nerui necesse est calefiant: et ad virgam calor conueniat: et ex desiderio coitus eam moueat. Item opium iuuat: et campho. cum oleo rosato. temperata: et virga inde inuncta.

¶ De apostemate virge. Cap. xij.

Apostema in virga curatur sicut alia apostemata corporis. Si enim apostema sit cholericum vel sanguineum fermentum et vitellum oui misceantur et supponantur. Si phlegmaticum sit vel melancholicum: cum aloe oui vitellum crudum. aristol. equo pondere misceantur: et superponantur. ad omnem infirmitatem virge: et ad omne malum bonum est et probatum.

¶ De vulneribus virge. Cap. xiij.

Vulnera virge sic sunt curanda sicut vulnera testiculorum: scilicet cum aloe. semine aneti vsto. aristol. longa et rotunda et similibus. Et si virga sit contusa folia oliuarum terantur cum melle et superponantur. Si vulnera sine apostemate sint: medicentur cum ceruse litar. ana. ʒ. j. et ß. cum oleo rosaceo. Si sint humida mittamus cortices cipressi et emathiten. Similiter virga si pruriat mittamus crocum carpob. ex quo faciamus clystere in virga: et si apostema videmus: vnguento medicemus quod. ℞. thuris. ʒ. ceruse. ʒ. iiij. tempera cum aqua inde se vngat et postea lauetur cum aqua maratri. vlcera veretri et testiculorum pruriginem. aloe cum vino lotum et tritum mire vulnera sanat. myrrha cum aloe trita mire vlcera sanat. cera cum portula. et oleo rosa mixta ad idem probata est. Ad ventris dolorem et tumorem betonicam cum vino tritam ca. superpone lenticule quoque in aqua cocte cum oleo rosa. idem faciunt. si veretrum fomentetur cum aqua in qua saluia sit cocta pruriginem tollit: et tumorem. farina ordei in mulsa cocta: dolorem et tumorem intestinorum tollit. Si autem nimium rubeant: chimolea cum aqua ro. illiniantur et cum desiccata fuerit: cum aqua ca. testiculi abluantur. Vua passa cum cimino et melle et farina fabe trita: et in linteo induta testiculorum tumorem in pueris optime sanat.

¶ De oppilatione vel constrictione virge. Cap. xiiij.

Si oppilatio vel constipatio fit ex lapide vel sanie: vel sanguine: curetur cum medicinis et cibis in stranguria et passionibus renum et vesice dictis: scilicet cum diureticis et lapidem frangentibus et aperitiuis.

¶ De retentione menstruorum. Cap. xv.

Menstruis mulieribus deficientibus succurrendum est: prouocanda enim sunt cum phlebotomia sophene vel de venis sub crure existentibus. hec autem fiant ante tempus menstruorum. scarificatio pedum valet. similiter et coxarum. cum phlebotoma

mus vel scarificamus parum sanguinis extrahatur: et in alto die similiter fiat de alio pede. Galienus in epidimia: femina cui per quattuor menses ablata erant menstrua: et facta est iam multū macida et appetitum perdiderat quā cum vidi tribus diebus sanguinem minui: in prima die lib. j. et ß. in secunda. lib. j. in tertia. viij. ℥. quod cum fecerim paulo post figura rediit prout fuerat. Similiter valet menstruis calamentum agreste et domesticum cum aqua et melle coctum de q̄ aqua da bibere. assuefaciāt balneare et post accipiāt. ʒ. ij. diatesseron et castorei. ℈. j. cum aqua mellis: aliquādo potest dari hierapig. maxime que facta est cū cinamo. ali. demus etiā que vrinā prouocant: sicut maratrū: anisum: ciminum: apium: casiā: spicam: squinantū: et filia. Demus apozima de radicibus de absinth. et de faseol. ℥. iij. olei nardi. ʒ. j. galb. ʒ. ß. cū apozimate de sauina vel de aniso. Apozima valēs ad menstrua puocāda. ℞. calamēti: sticados: petro. sauine: prassij: camedreos: camepi. polij: ana. ʒ. iij. maratri: anisi: apij: ameos: dauci cretici: squinanti: cuscute. ana. ʒ. j. casie. aristolo. long. genciane: baccarum lauri: reupō. ana. ʒ. j. et ß. omnia in aqua coque: et da bibere. ʒ. iij. Pilule valētes similiter. ℞. hierepi. ʒ. iij. absinth. turbith. aā. ʒ. iiij. scamo. armo. oppopo. serapini bdellij castorei. ana. ʒ. j. et ß. tempera cū succo apij. fac pilulas da bibere. ʒ. iij. cum apozimate de calamento. Nastale faciamus de calamento: genciana: alumine: myrrha temperatis cum ireleon. similiter absinthiū: nitrum: ysopum. lac ficuum oui vitellum ireleon. Electuarium ad hoc valet. ℞. myrrhe nigelle: calamenti. ana. ʒ. ij. mellis quātū sufficit. Oportet vt mulier interiora vulue inungat cum oleo rosaceo vel ireleon: ne fortitudo medicīe apostema generet: vel vulnera. Calefactio vero non minus est iuuamentum de calamento: camomilla: sansuco: mellilo. casia. aneto. calamēto aromatico: mēta ireleon. et similibus siue simplicibus siue cōpositis: hec coquantur in aqua et spongia infusa calefiat cum ipsa. similiter his coctis in vase mulier supersedeat: vt totus fumus interiora vulue penetret. Si ista minime pfuerint: fac pessariū in nostro antidotario scriptū: qđ si nō profuerit: fac fumigiū ibidē scriptum.

De supfluo fluxu menstruorū. Capi. xvj.

Sanguinis fluxum si restringere volumus: phlebotomemus mulierē in supioribus: vt materia ad superiora trahatur. hec fiant si sanguis in causa fuerit: fiat scarificatio inter mamillas et cupphas illic ponamus: vt dicit Hippocrates. menstrua si velis retinere sitiam maiorem mamill. appone. vel scarificemus sub femoribus. Si cholera rubea sit in causa dāda sunt catartica et antidota que eam purgent. Si phlegma sit in causa vel cholera nigra: faciamus catartica: vel demus antidota sibi attinētia: deinde redeamus ad medicinā sang. strigentem: vt est acatia corallus gummi mirta. se. balau. portula. se. cornu cerui. bolum. cōchula marina et similia. Uniuersaliter itidem medicandum est: sicut in fluxu sanguinis de pectore et alijs membris. Cibos demus: perdices: fasianos: et similia. Mulier sedeat in aqua vbi cocta sint tamarisci: cortices granatorum: galle: mirta rosa. et similia. ventosam apponamus mamillis: et exugamus sanguinem sine scarificatione. nastale faciamus de galla alumine: thure: gallie: equo pōdere tempera cum aceto. Trocisc. valent similiter. ℞. balau. cōchule marine acatie. ana. ʒ. ij. galle. sanđ. sauine cupularum glanđ. boli: violarum: gummi: aluminis. ana. ʒ. j. et ß. fac cum succo virge pastoris: et da bibere. similiter fac nastale. Puluis valet similiter. ℞. cōchule marine: cornu cerui. ana. ʒ. vj. balau. carabe coral. spodij rof. ana. ʒ. iij. fac puluerē et da bibere. Silphiū tritū: et cū vino potui datū valet. Hec si nō pfuerit fac hoc experimētū sinapis. ʒ. j. tere et da potui cū vino.

De sordicie matricis. Capi. xvij.

Si de vulua pessimi humores fluant: cum cibis et medicinis curentur. Si humores sint rufi phlebotomētur et scarificentur. Si citrini cholera rubea purgetur. Si nigri vel liuidi melancholia. Si viscosi vel albi cum sotira purgentur: et cum alijs antidotis phlegma purgantibus. Ualet etiā hoc apozima. ℞. acatie lini se. balau. coralli: arnoglosse: mirte: et similiū. Aqua decoctionis galle humores grossos vulue desiccat. Similiter apozima tamarisci multum valet. Cortex thuris: diptamus: ciminum: nitrum: litium: tamariscus: squinantū: ciperus: anetū: aneticon: abrota. mirtus. hec oīa valent huic passioni: siue composita: siue simplicia donentur: siue cataplasmentur: siue fomentētur: sed diptamus et cortex thuris et tamariscus vtiliores sunt ad expellendos et desiccandos humores vulue feculentos.

De suffocatione matricis. Cap. xviij.

De hac passione Galienus inquit: vidi mulierem patientem suffocationem matricis: nec flatum nec pulsum habentem: quā cū vidissem quasi mortuam et parum differentem a mortuis: multiq; medicorum astantium mortuam esse putauerūt tamen aliquantulū motus in medio corporis erat: qđ certificare volentes lanam rarissimam carpinatam acceperunt: et eam naribus applicauerūt: de cuius motu eam viuere certificati sunt: quia flatum habebat: et animal flatum habens viuit. Prima medicina huic morbo est machināda: fricemus manus et pedes illius mulieris cū dāpnileon: naribus applicemus res abominabiles odores habentes: sicut castoreū galbanū. piculam: lanam combustam: lichniū accensum et extinctum: fumū pilorum: vel quod melius est: oleū petro. et huiusmodi inferius fumigētur cū odoriferis fumigationibus: sicut ligno aloes musco: costo: ole a odorifera ponamus in vulua: sicut ireleon: muscel. camomil. nardil. vt sperma trahatur ad inferiora: ventosas ponamus in pectine vel in inguine vngamus vuluam cum oleis odoriferis interius et exterius: demus de diacimino cum succo apij calamenti: sirupū hierāpigram cum succo absinthij demus. ʒ. ij. de agarico cū vino odorifero. lauemus vuluam de absinthio: squinan. camomil. sansuco: aneto: calamento. Sed quia hec passio grauissima est et dure sunt eius cause: videlicet retentio spermatis et ablatio menstruorum: quorum fumus ascendit ad diaphragma quod est coniunctū cum gula: et gula est instrumētum vocis. vnde hec passio fit cum sincopi: medicetur sicut in illa passione diximus. Si enī hec passio fit ex ablatione menstruorum: demus parum de diamarte: caueant ab oximelle: quia vulua neruosa est et oximel neruis nocet et acetū similiter. Et si vulua erga aliquod latus distorqueatur vel sursum vel inferius: medicetur sicut in tractatu de sincopi diximus. Et si hec passio sepissime cōtingat: demus de diaspermaton ʒ. ij. et ß. de diambra: de resechenete: quia multum valent his passionibus. Item confectio valēs ad suffocationem matricis. ℞. succi: iusquiami. ʒ. ij. et ß. castorei piperis alb. costi myrrhe opij. ana. ʒ. j. et ß. tēpera cū vino dul. et da bibere. Urtice se. vulue inflationem statim iuuat.

De ventositate vulue. Cap. xix.

Uentositas vulue et inflatio si fit ex complexione frigida: curetur cum cimino: aniso: betonica: myrrha: origano: cipero: et his similibus. demus quotidie triferā magnā cū vino vel succo betonice: vel decoctione galan. Puluis valēs ad hoc ℞. zedoara: deronici: betonice: se. apij. ana. ʒ. ij. castorei. ʒ. j. ameos. ʒ. iij. zuccari. ʒ. xx. fac puluerem. Resechenete omnem matricum ventositatem extirpat. Danda sunt omnia confortatiua: vt gallia: lignum aloes spica et similia. Et si hec passio fit ex abortu: succurratur hoc medicamine experto. ℞. succum diptami: siue puluerē: da febriēti cū aqua calida: non febrienti cum vino: fetum mortuum eijcit. Sed si volumus q mater cum puero liberetur anteq̄ puer sit penitus abortus: lac caninum cum vino demus: et melle equali mensura: liberabitur. Sed si hec passio fit ex sanguine orta vuluam oppilante: demus trocis. Galie. quos scripsimus in passione renum: qui experti sunt ad coagulatum sanguinē

vbicunq; sit. similiter oleum petro. operatur et certius. Item si sit propter parturiendi duriciem: medicetur sicut in prima practice particula diximus: cum de custodia sanitatis diximus. Si enim ventositas vulue et inflatio sit propter oris eius conclusionem: vngatur cum sambucel. daphnil. irelcon et his similib9. abrotanum: ciperis myrrha. hec omnia vuluam clausam aperiunt siue bibantur: siue suffumigentur: siue cataplasmentur.

De apostemate vulue. Capi. xx.

Si apostema sit in vulua: perquirendum est vnde sit: quia si sit ex calore basilica vel mediana est incidēda: et hoc sm virtutē pa. Galien9 mulieres in vulua habentes apostemata venā pedum oportet minuere: melius enim iuuat q̄ si in alio loco fiat. Item dicit: passionibus vulue nocet super manum minuere. menstrua enim cōstringit: tractus sanguinis ad superiora corporis fit. Si mulier est fortis auferatur bis in die sanguis: si debilis semel: post danda est medicina que in acuto apostemate valet sicut succus solatri cum casiafistu. manna: mel. rosa. et similia. Cataplasmetur in primis cum repugnantibus calori membri illius: et cum confortatiuis sicut portula. solatro semperuiua: psilio: arnoglo. endi. oleo rosaceo: et similib9. post dissolutiua ponamus: sicut endiuiam: caules: oleum violatum: se. lini: maluā: fenugre. axungiam anseris: galline: mellilo. albu. oui: et similia. de omnibus siue simplicibus: siue compositis fiat cataplasma vel nastale. Diascorides dicit. spica nardi cocta in aqua valet si in ea sedeat mulier. Nastale pauli valet ad calidam vuluam et duriciem suam et inflationem et inuersationem ac ventositatem. ℞. axungie porci. medulle vituli. ana. ʒ. vij. croci: axūgie galline. ana. ʒ. iij. masticis mellis. ana. ʒ. ij. ysopi. ʒ. ij. et ß. tempera cum lacte mulieris et oleo rosaceo. Si apostema sit frigidum: cum dissolutiuis est medicādum sicut fenugreco: melliloto: semine lini: menta: sansuco: et similib9. et epithima faciamus. et nastale de eisdem. similiter demus apozima de radicib9 ad bibendum: et de squinanto: q: squinantum apostema vulue destruit. pilulas de serapino et balnea assuescant: epithimata danda sunt. similiter cibaria leuia et grossos humores non generantia. interdum demus ʒ. j. sotyre: vel. ʒ. j. et ß. effatell. quia multum valet cum apozimate squinanti: et si certificemur in apostemate collectam esse saniem: primo danda sunt ipsa cataplasmata maturatiua et aperitiua sicut ex fenugreco: semine lini: farina tritici: ficub9 fimo palūbino coctis. Si crepuerit apostema et sanies in vesica effluat: lac detur asininum: caprinum: se. cucu. melo. clysterizemus in vulua cum ptisano et melle. Cōfectio vnguenti vel nastalis. ℞. axungiam anseris: galline: vituli: cere. ana. ʒ. x. vitelli oui assi. ʒ. v. bdellij: myrrhe. ana. ʒ. j. et ß. croci irel. ana. ʒ. j. nardil. quātum sufficit.

De cancro matricis. Capi. xxj.

Hec passio si non amittitur in principio cadit mulier in hydropisim: q: ex cholera nigra fit: succurrendum est igitur in primis vt causa morbi auferatur cum medicinis cholerā nigrā purgantibus in antidotario scriptis: et cū cataplasmatib9 in tertia particula scriptis: caueant ab omnibus choleram nigram generantibus et grossam ventositatem facientibus. in omnibus eorum medicaminibus: stercus caninum et columbinum ponantur: quia omnem duriciem dissoluūt.

De apostemate melācholico matricis. Capi. xxij.

Apostema melācholicū matricis: si in cācrū mutetur: difficile curat: q: nec dieta: nec pharmacia: nec chirurgia medicat. Sed q: ipse patientium hāc passionē est longū et desiderāt mori: et fugit mors ab eis: maxie sit ex melancholia de cholera nigra adusta: et vita eorum est misera: purgentur cum supradictis sirupis melancholiam purgantibus in antidotario scriptis: atq; q: dieta maior pars est medicine: cum dictis ergo bonum sanguinem generantibus dietentur: et cum vino albo. Squinantū multum valet omnibus vulue apostematibus. Fac vnguētum hoc. ℞. aluminis scissi. vitis siluatice nitri pōdus equale: et cataplasma impone: facit em̄ ad omnem passionem tam in matrice q̄ in toto corpore: post ea impone succū solatri cum adipe anserino equali pōdere. Item rafanū tempera cū melle et superpone. Si cancer melancholicus sit ex mēstruo sanguine est incurabilis: tamen sicut diximus curetur. a coitu sibi mulier caueat: q̄ si conceperit in secūdo vel tertio mense peribit nisi primitus liberetur: et postq̄ sanata est si conceperit parum comedat et bibat quoad tempus pariendi venerit: sed si maximus sit appetitus comedendi vel bibēdi: phlebotometur in quinto vel sexto mense.

De separatione matricis. Cap. xxiij.

In passione que vocatur separatio: dādū est de diamarte: resechenete: vel effacesellis vel sotyra. Sed si hec passio mutetur in hydropisim: curetur cū medicina hydropicorū: vtantur quoq; apozimate staphisagrie: piretri: balsamite: et his similibus. confortetur appetitus earū cum nardil. costil. et his similibus. tumor mamillarū curetur sicut in sequentibus dicemus.

De cōclusione matricis. Cap. xxiiij.

Conclusio matricis: vt phlegmon curetur cū aperientibus et dissoluentibus sicut est anetū: anetileon: oleū amygda. sambucū: ab: o. et similia. faciēda sunt epithimata iam dicta: cūq; ad maturitatem peruenerit: detur lac asininū vel caprinū: sed si post dissolutionem saniei os vulue ingrossetur cōcludatur et inueterascat: inunge cum oleo amygda. et cum axungijs supradictis.

De emorroydibus eiusdē. Cap. xxv.

Emorroydes i vulua curētur cū antidotis: oleis vnguentis alijsq; medicaminib9 in passioib9 natiū iam dictis: dandū est miclete: resechenete: effatesell. et quādoq; de sotyra: et similiter si vulua ex cōpressione post findatur: fumigetur cum apozimate hypoquisti. balau. et huiusmodi. vngatur cū oleo mirtino et rosa. abluatur vulua cū aqua vbi cocta sint mirta balau. lentes mūdate cortices malorū gra.

De vulnere matricis. Cap. xxvj.

Mulieres patiētes vulnera in vulua mūdificent: et calor extinguatur: dolorq; mitigetur sicut cū suc. solatri: arnoglo. oleo rosaceo cū albu. oui. lacte mulieris suc. portu. et similib9. sedeant in aqua vbi cocta sint mirta: fenugre. ro. balau. lentes: cortices malorūgranato. et similia. nutriamus cū cucu. portu. et simil. lib9. Si vene sint corrose: dem9 sangui. draco. myrrhā: thus bolū: crocū: aristol. long. de quibus omnibus clystere faciamus: vel nastale. similiter valet litiū: acatia: vnd nastale fiat. vnde Dia. dicit. fenugre. cū axūgia anseris valet ad prurigi nem matricis. valet et lac ficuū vel asininū cū oui vitello: si inde faciamus nastale.

De exitu vulue. Cap. xxvij.

Si vulua de loco suo exierit: medicāda est cū stipticis vt nuce cipressi: galla. hypoquisti. balau. litio. acatia. et his similibus: vel fumigent: vel in ea ponantur: sic

deant in aqua vbi cocta sint stiptica: epithima cum oleo ro. mirtino: comẽdetur obstetrici vt reponat in interiora: deinde faciamus puluerem de stipticis rebus et supponamus: sternutationem faciamus: quia aliquãdo reducit vuluam in interiora. Diascorides dicit: merda bouina valet ad vuluam egressam: si inde fumigetur mulier: prodest eadem medicina: que ano exeunti profuit. Tortura vulue medicaminibus in sincopi dictis curetur.

De sterilitate. Capitulum. xxviij.

Si sterilitas sit ex mala complexione ꝓpter malos humores purgetur: nihil ad hoc vtilius ꝙ theod. nostrum ⁊ hierapig. ⁊ margariton: hec autem dabis cum menstrua proxime ventura noueris. Si tamen non cõcipiat propter frigdorem matricis: qđ scitur quãdo menstrua sunt retenta: dieta fuerit frigida: pinguis: humida: matricis stupor: sm̃ lũbos et crura: et ablatio concupiscentie veneris: huic conueniunt labor ⁊ ca. fomenta ⁊ sint de aromatibus: nihil aũt vtilius ꝙ castorẽ si sibi detur: ⁊ redolentia semina sicut anisum: ciminum: pulegium: thimũ. Antidotũ ad hoc valet. ℞. epi. euforbij: piperis: petro. dauci: facto puluere da. ʒ. ij. hoc ventrẽ deducit: matricẽ calefacit: menstrua purgat. In sella sedeat perforata ⁊ fumum suscipiat aque in qua cocta sint athanasia: ruta: aperis: acorus: ⁊ se. redolentia: cataplasmetur pectini eius et vmbilico. Suppositoriũ ori vulue apponatur: scʒ illud quod fit de mirta: ruta: galbano ⁊ castoreo: prius tamen fomenta cum aqua maratri: ⁊ post fomentũ cum bombace appone medicamen. Si autem sterilitas sit ex calore nimio: qđ significat paruitas menstruorũ cum dolore exiens ⁊ vlcere pudendorũ ⁊ calore totius corporis: dabis q̃ mediocriter humectant ⁊ infrigidant vt lactuca: malua: bliti: portulace: atriplices. Si vero propter humores fuerit: qđ significatur: q: humectatur in coitu: menstrua sunt tenuia ⁊ multa ⁊ his sicca fiat dieta: superiora membra laborent ⁊ fricẽtur: sumant vomitiuũ: cibis siccis vtantur: os matricis cõfortetur sicut cũ ca. apozimate lentisci: mirte: ro. balau. cimarum: rhãni ⁊ galle: matrice existẽte sicciore ↄtraria fiant: sicut balnea: vnguenta: humidi cibi: vinum etiam temperatũ ⁊ paucum sit. Si autẽ ex humoribus non sit conceptio: purgetur cum theod. nostro ⁊ pigra: dabisq; superius antidotum contrariuʒ in quo mittitur euforbiũ: piper ⁊ similia. Si ablatio sit propter masculum ex mala cõplexione frigida spermatis temperetur cum calidis antidotis: cibis ⁊ medicaminibus. Si sit ex mala complexione calida: similiter ad temperiẽ reducatur cum frigidis ⁊ humidis ⁊ phlebotomia necnon dietis conuenientibus cõmisceantur cessante purgatione. Et si vẽtositas prohibeat conceptionẽ: his certificabitur: inflationeʒ habet circa matricẽ: his ergo cibus minuatur primo: dabis quoq; anisum: ciminũ: rutam: anetum: se. maratri: et similia: butyrum: oleum ⁊ mel: vel fortioribus vt athanasia: calamento: pulegio: camo. in vulua mittatur terebenthina: nitrum: ficus sic. castãistu. clacterium ⁊ picula. Si autẽ matricis os sit apertum: dieta sit stiptica: fomenta ⁊ medicamẽta sicut cortices: granati ⁊ lentisci: radix rubi: mirtus ⁊ galle. Si auteʒ torqueatur matrix curetur. ℞. kebul. ind. cuscute. ana. ʒ. j. cassie l. ʒ. ß. ro. mastic. pire. croci an̄. ʒ. iij. carice. ʒ. ij. cardamo. ʒ. ß. sambuci. ʒ. iij. fac puluerem: temperentur cum ℥. iiij. mellis: quarta pars pulueris misceatur cum. ℥. j. aluminis quadrãte: ex his accipe. ℥. ß. ⁊ de quarto in quartũ diem ad balneum fumigiũ faciat de sexta parte quadrantis: vel ℥. j. rediens ad modum auellane cum vino vel ca. ⁊ tunc suppone in vulua frustum lane in melle extinctum et pauco piretro cum muscellino vsq; ad horam coeundi: prodest quoq; trifera magna.

De his qui coire non possunt. Capitulum. xxix.

Sunt quidam qui maleficijs impediti cum vxoribus suis coire non possunt: de quorum suffragio librum nostrum nolumus denudare: ꝙ medicamẽ (nisi fallor) sanctissimũ est. Igitur si cui cõtigerit speret in deo: ⁊ ipse dabit benignitatem. Sed q: maleficia sunt multimoda: oportet vt de eis disputemus. Maleficiorũ quedam de animatis fiunt vt de testiculis gallorum: qui superpositi in lecto cum ipsius sanguine efficiunt ne coeãt lecto iacẽtes. Quedam de caracterib9 scriptis de sanguine vespertiliõis. Quedam vero de inanimatis sicut si nux vel glans separẽtur: quorum medietas ab vna parte vie ponatur: et alia ab alia: qua sponsus et sponsa pergere debent. Sũt et alia que de granis fabarum conficiũtur: que nec aqua calida mollificãtur: nec igne coquũtur: quod maleficiũ est pessimum: si aũt illarum vel in lecto: vel in via: vel supra ostium vel infra ponantur. Sunt ⁊ alia que sunt metallica sicuti sunt que fiunt ex ferro vel plumbo. Ex ferro sicut ex acu cum qua mortui vel mortue suuntur. Sed quia hec sunt diabolica et maxime fiunt mulieribus: aliquando diuinis: aliquãdo humanis auxilijs curantur. Item si sponsus et sponsa maleficijs supradictis conturbentur: satius est de his dicere ꝙ silere: quia si non succurrantur separantur ⁊ sic deijciuntur: et hoc maleficium exercentes nõ solum in proximos: sed etiam in creatorem peccare videntur. Si enim maleficiũ recte extirpare volumus: videndũ est si supradictuʒ maleficium sit super lectum ⁊ auferat. Sed si auctor illius maleficij in die auferat: ⁊ in nocte ponat: vel econuerso: aliam domum acquirãt sponsus ⁊ sponsa ibiq; iaceãt. Si caracterib9 hoc maleficiũ quod cognoscitur: quia sponsus et sponsa non diligunt se adinnicem: queratur si supra limen ostij vel infra sint: ⁊ si quid inueniatur deferatur ad sacerdotem: sed si que inferius ponuntur non faciant. Si nux vel glans sit causa huius maleficij: accipiat quilibet nucem vel glandem: separentq; eam: cumq; vna medietate spargat vir ex vna parte alicui9 vie vel illius per quam venerunt: ⁊ ibi ponat medietatem suam: mulier vero ex alia parte aliam ponat partem nucis: testa non extracta: et postea testa nux reintegretur: ⁊ sic seruetur per septẽ dies: hoc facto coeant. Si autem propter fabas: magis diuinis ꝙ humanis curari possunt. Si sit propter acus mortuorum: q̃rant maleficia in culatra vel puluinari: si nõ inueniũtur: alia domo et lecto cubẽt. Fel canis masculi nigri domui aspersuʒ domũ purgat ⁊ efficit ne vllũ maleficiũ domui inferatur. Canino sanguine dom9 parietes asperge: ab omĩ maleficio liberat. Fel alicuius piscis ⁊ maxime ʒangarini si spõsus et sponsa secum habuerint in parapside iuniperi ⁊ eant dormitũ ⁊ ponatur supra carbones viuos vt inde fumigentur: omnia supradicta maleficia euanescunt. Similiter si argentum viuũ accipiatur ⁊ in calamo cum cera cooperto nesciente sponso ⁊ sponsa lecto ponatur: nullum maleficiũ eis obest. Sed si peccatis imminentibus: predicta non profuerint: accedant ad sacerdotem vel episcopũ ⁊ confiteantur: ⁊ si nullum remediũ inuenitur facta confessione ab episcopo vel aliquo religioso sacerdote in die resurrectionis vel ascentionis domini vel pentecostes communicent: corpore et sanguine domini accepto sponsus ⁊ sponsa dent inter se oscula pacis: ⁊ accepta benedictione ab episcopo vel sacerdote: det sibi episcopus vel sacerdos huncversum propheticũ in charta scriptum: Vox domini super aquas ⁊c. deinde cum venerint domum a copulatione per tres dies ⁊ noctes abstineãt postea rem agant. idest coeant: et sic omnis diabolica actio destructur.

De regimine pregnantium. Capitulum. xxx.

Oportet ergo vt de dieta mulierũ pregnãtium disputemus: cauendũ est enim vt non ad memoriam reducant̄ cibari a rebus q̃ inueniri nõ possunt: ne forte desideranti et non inuenienti causa fiat abortiendi: et si desiderant id qđ inueniri potest: festinanter ei acquiratur ꝛ tribuatur. Regant̄ autẽ extrinsecus pregnantes cum rebus stomachũ confortantibꝰ sicut oleo nardili: masticcl. absin. ꝛ odoriferis cataplasmatibus maxime in principio cõceptus: et si habet appetitũ incõuenientium ciborũ: inũgatur exercitium moderatũ: odoriferum vinum bibat: dieta sit temperata: post cibum accipiat succum malorũgranatorum: citonia: pira siluestria: si lutum vel carbones quesierint: dentur cicera ꝛ fabe assate: epithimata ꝛ cataplasmata stomacho sunt apponenda. Si humores sint furiosi ꝛ pectus grauauerint: oportet pharmaciam dari postq̃ fetus quattuor mẽses cõpleuerit ꝛ vsq̃ ad septimum peruenerit: hoc enim est mediũ inter tempora cõcipiendi fetus iam formati ꝛ perfecte ligati in vulua: tũc medicus in medicina danda non sit temerarius: quam nisi ꝛ leuem ꝛ securam oportet dari. Si grauitatẽ de ventositate patiant̄ oportet festinanter expellere ventositatẽ: da puluerẽ supra scriptum in quo mittunt̄ deronici. ℞. zedoa. derõn. se. apij. añ. ʒ. ij. casto: ʒ. j. ameos. ʒ. iij. zuccare. ʒ. xx. fac puluerẽ: da. ʒ. j. Puluis pregnantibus conueniens: stomachũ proprie confortat: ventositatẽ expellit ꝛ malum desideriũ amputat. ℞. cimini: carui: apij: añ. ʒ. iij. ameos: thuris: mẽte: sisami: añ. ʒ. j. ꝛ ß. zedoar. acori. añ. ʒ. ij. granorũ malorũgra. ʒ. j. fac puluerem ꝛ da. ʒ. ij. Antidotũ valẽs ad dolorẽ matricis ꝛ ventositatem ꝛ stomachi grauitatẽ: aufert enim abortum. ℞. se. ni. apij maratri: ameos: zinziberis. añ. ʒ. iij. mastice: gario. cardamo. assari. añ. ʒ. j. ꝛ ß. casto. cinamo. zedoa. derõn. acori. añ. ʒ. ij. zuccari. ʒ. vj. puluerẽ mulieri da. ʒ. j. cum vino. Cum appropinquat partus nutriatur assidue: fac balneari et vnge mollibꝰ oleis: nutriatur nutrimẽtis mollibus. Si inflatio pedum superuenerit: vngantur oleo ro. oleo nardino ꝛ aceto: si rigentur crura cum aqua ꝛ aceto: ꝛ postea chimolea cũ aceto temperata est superponenda: pedes fumigent̄ cum apozimate de caulibus ꝛ abro. phlebotomia non fiat nisi quinto vel septimo mense sicut in custodia sanitatis diximus.

De abortiuis. Capitulũ. xxxj.

Si causa abortiendi sit extrinsecus: curabitur custoditis causis quibus efficitur. Si sit intrinsecus ꝛ sit propter humiditatẽ coadunatã in ore stomachi vulue: ꝛ ob hoc lubricat ꝛ exit foras: inq̃re an totum corpus plenũ sit humoribus: deinde euacuetur cum his que purgant phlegma vt cum hierapig. turbith: coloquintid. sale naptico. De cõpositis dentur pilule de hierapi. hieralo. hiera. S. prius tamen dabis apozima de radicibus cum sambucel. ꝛ amygd. Dabis etiam hoc. ℞. fenugre. tribuli: anisi: seminis apij: maratri: añ. ʒ. x. ameos. ʒ. v. coctis cum quattuor libris aque vsq̃ ad. iij. ꝛ dabis pilulas de serapino tribus vicibus. ʒ. j. ꝛ tyriaca ma. Clystere deficcans humiditatẽ prefatam valet ad ventositatẽ vulue: enim dat eam. ℞. coloquintid. pomũ. j. feces caua: ꝛ abiectis que in eo sunt impleatur idroleon. i. oleo liliorum: et obturetur foramen cum pasta ꝛ cum eadem quã abstulisti partem ꝛ in carbone positũ: bulliat bis vel ter: deinde coletur ꝛ dysterizetur. Et etiã fiat clystere cum sambucel. arot. ꝛ postea cum succo mirte et aqua in qua decocte sint galle: balaust. et gallia. Aliud. ℞. olei balsami. ʒ. ij. castor. tyriace. añ. ʒ. j. ꝛ ß. oppopona. ʒ. j. ꝛ ß. zedoar. betonice. añ. ʒ. ij. temperentur cum balsamo ꝛ tyriaca: da in modum auellane tenendum in vulua: ꝛ da ex eo. ʒ. ß. potui quinq̃ diebus continuis: hoc enim cõfortat fetum ꝛ abortum prohibet ꝛ adiuuat etiam ad concipiendum. Si vo sit abortus ex vẽtositate dabis hunc puluerem. ℞. anisi: apij: ameos: maratri: origani: calamenti: ciperi: mẽte: zedoar. cimini: fac puluerem da. ʒ. j. ꝛ ß. cum odorifero vino: dabisq̃ illi de diatesseron: ꝛ diasatiriõ. Puluis. ℞. apij: cimini. assi: pondus. j. zinziberis: galange: pondus. ß. casto. quadrantẽ: zuccari quantũ oĩa da. ʒ. iij. cum odorifero vino. Electuarium. ℞. zedoar. betonice: carda. caride: gar. ameos apij: zinziberis: galange. añ. ʒ. iij. ciml. ʒ. vj. casto: ʒ. j. mellis quantum sufficit. Ut si abortus sit ex debilitate retentiue in matrice dabis carabe: terram ciptinã: spicã ꝛ cyperũ equali pondere: da. ʒ. j. ꝛ ß. cum vino odorifero stiptico.

De laborantibus in partu. Cap. xxxij.

Oportet igitur si videris mulierẽ in partu laborantem vt precipiamus eã balneari in aqua vbi cocta sint fenugre. malue: se. lini: ordeum mũdatum. vngamus coxas: ꝛ ventris inferiora humidis ꝛ dissolutiuis epithimatibus: fricemꝰ latera ꝛ femora oleis dissolutiuis: demꝰ oxizaccarã ad bibendũ: accipiamus capillos ve. mentã: absinthiũ: de quibus puluere facto detur. ʒ. j. cum vino: sternutationẽ faciamus cũ thure: ambulet p loca decliuia suauiter: deinde. ʒ. j. deptami detur cum aqua fenugre. Nidus hirũdinis cum aqua coctus: colatus ꝛ bibitus: vel apozima fenugre. cum melle prodest diamargariton bibitũ: nitrum: serapinuz cum aqua ciceris vel fasceolis ꝛ muscelino prodest.

De retentione secundine. Cap. xxxiij.

Postq̃ iam peperit si secũdina nõ exierit: in ea expellenda oportet festinari cum sternutatiõe tenendo os ꝛ nares: cinerẽ q̃ infusum aqua ꝛ post colatum cum. ʒ. j. se. malue puluerizati demus ad bibẽdũ: ꝛ post vomere faciamus. similiter crocum puluerizatũ demus cum aqua calida ꝛ vomere cogatur. Item valent ad emittendũ sanguinẽ post partum remanentẽ ꝛ secundinã fumigationes oculorũ piscium salsorum: vel de vngulis equorum: vel de stercore canino siue cum cicuta vel sinapi. fiat sternutatio cum helleboro albo vel nigro. dandum est apozima ciceris nigri ꝛ sauine ꝛ fenugre. cum. ʒ. j. galba. fumigentur cũ myrrha ꝛ galbano. Antidotũ ad duriciem partus qđ Galie. ad morsum scorpionis et aranee valere dicit. ℞. piperis al. grana. xxx. myrrhe: casto. stor. añ. ʒ. j. ꝛ ß. fac puluerem: tempera cum vino da bibere. ʒ. j. cũ aqua decoctionis calamenti. Si sanguis post partũ nõ exierit: medicemus cũ medicina mẽstrua prouocãte. De parturientis ꝛ infantis custodia in prima parte practice sufficienter disputauimus.

De apostemate in mamillis ꝛ cura. Capitulum. xxxiiij.

Si apostema mamillarũ sit ex sanguine vel cholera: flos galle cũ oleo ro. pistatus desuper est ponendus: vel fabe cum albumine oui pistate: vel cum succo solatri: memithe: vel bolum cum succo coriandri vel oleo ro. ouum integrũ cum ole ro. non solum mamillas tumentes: sed etiã omnes duricies dissoluit. Si sit ex frigiditate: micã panis superponamus cum apij fronde: vel stercus bouis: vel fenugre. cum mellit. sisamel. vel crocũ cum lacte mulieris. Si durum sit apostema: feces aceti superponas ꝛ feces ferramentorum molendini. Si ex coagulatione sit lactis: se. lini et lentes farinatas ꝛ cum oleo ro. pistatas superponas: ꝛ crocum superponamꝰ. oua cum corticibus suis trita et superposita valent: ciminum temperatũ cum melle ꝛ radix caulium: mẽta: farina fabarum: hec omnia apostemata dissoluunt et lac constringunt. similiter sal facit ꝛ fabe. Item oportet in deficcando lacte siue extrahendo laborare.

De fetore ascellarum. Cap. xxxv.

Multi patiuntur fetorem ascellarum ex calore: vel motu: vnde humores significantur esse putridi:

cōuenit ergo corpus purgari: deinde litargiruz accipiamus temperatum cum sola aqua ꝛ apponamus. Item alumē siue myrrha: siue yreos. quodcūq3 horū cum aqua temperet: ꝛ locus ille inungatur adiuuat. Aliter. ℞. litargiri. ʒ. ij. aluminis. ʒ. j. ro. mirte. añ. exagium ß. fac puluerem: tēpera cum aqua ꝛ vnge. idem facit mirta sicca.

¶ De fistula in mamillis ꝛ cancro. Cap. xxxvj.

SI mamille fistulam vel cancrū patiantur: sic curantur: stercus caprinum cum melle temperatum interficit. canis de capite canis aspersus fistulam interficit ꝛ cancrū ꝛ omnē spurcitiā aufert: solū caput mamillarū cum balsamo vnctū dolorem aufert. Hippo. fel ꝛ butyrum misce ꝛ superpone: cancrū ꝛ fistulam mamillarū aufert. Item soranus dicit suc. herbe nepite impositus: vel ipsa herba trita et imposita cancrum mamillarū mirifice sanat. Item radix iarri sicca vel adusta valet ad omnē cancrum. Item ad farsum mamillarū vel alius membri vermes de nuce puluerizatos superpone. certū est. Folia oliuarū pistata cū3 melle farsum ꝛ cancrum ꝛ formicā vbicūq3 interficiunt superposita. hominis stercus combustū vlcera cancrosa et insanabilia spargit eo pro magno remedio vtere: qḋ melius est appellatur brionie. Si capita mamillarū ceciderint vel cancrosa sint: medicētur cum oleo fraxini vel iuniperi.

¶ De magnitudine mamillarum. Capitulum. xxxvij.

SI mamille alicuius viri crescant vltra modū vtatur coitu: vł medicent᷑ sicut in chirurgia dicturi sumus. Sed si puellaꝝ mamille excedāt modū: tibus cum vmbilico maris ꝛ acori: aceto temperatum ꝛ super vbera cataplasmatū non finit ea magnificari. Sed si lac ad nutriendū pueruz nō sufficit: prouocetur sicut in prima practice particula de custodia sanitatis diximus.

¶ De cura sciatice passionis. Capitulum. xxxviij.

SCiatica si ex calidis certificetur esse hu. vena minuatur de calcaneo q̄ sophena vocatur. Si passio sit in vtraq3 parte phlebotomentur vtreq3 vene. Galie. dicit: aliq̄n valet hec phlebotomia vt vna die infirmus euadat: aliquādo vo erit vena in medio brachio phlebotomanda in parte infirma. hoc maxime fiat in initio si nos adiuuent tēpus: virtus: etas: regio: ꝛ cōsuetudo: post dāda est pharmacia cho. rubeā purgās. similiter clystere faciamus: nutriamus cum dieta calorē extinguente. sepe balneetur in aqua dulci. demus pilulas de aloe mastice: vngamus cum frigidis epithimatibus: demus etiam dyamarte: vel purgem⁹ cum myroba. citri. apozimate ꝛ cū ij. ʒ. turbith: ꝛ. ʒ. j. hermod. qḋ ita fiat. ℞. corticū: myrobala. citri. ʒ. ij. absinthij. ʒ. j. viola. ʒ. ß. ponantur in aqua feruēte pondere lib. j. ꝛ ß. ꝛ maneat ibi die ac nocte vase cooperto mane calefac ꝛ cum manibus frica adde pul. turbith hoc modo et bibat ꝛ non comedat patiēs vsq3 ad vesperum. Dyamartis dolorem omniū membrorū remouens. ℞. hermoda. māne viola. añ. ʒ. x. diagridij. ʒ. v. myroba. citri. kebul. indorū3. embli. cuscute. añ. ʒ. iij. maratri: coriādri: gar. spice. añ. ʒ. ij. mellis vel sirupi qḋ. s. mel autē postq3 despumatū fuerit coquat᷑ cū tātūdē aque in qua cocta sint pruna vio. ꝛ similia: puluis tñ anteq3 temperetur fricetur cum olei ro. ℥. j. Si dolor sit cu3 inflatiōe fabe farina cocta cū aqua ꝛ adipe porci cataplasmetur. radix violarū cū aceto cocta ꝓdest. Si aūt dolor sit intolerabilis appone opij pōdus. j. croci duplū: tempera cum lacte vaccino vel caprino: vel mica panis cum oleo ro. et vnge desuper pone maluā ꝛ bletam vel lactucā vel apiū cū lacte tritum ꝛ admixto ceroto vel oleo. Aliud. ℞. farine fabe. ℥. iij. vitella ouorū. v. croci. ʒ. ij. olei ro. ℥. iiij. cera soluta in hoc oleo ad ignem misceatur in mortario: prodest ꝛ ad geniculorum dolorem ꝛ pedū inflationem ꝛ calorē si tepida cataplasmet᷑. Si sciatica sit de frigidis humoribus ꝛ viscosis: dem⁹ pharmaciam suauiter malos chimos purgantē sicut pilulas de hermod. de tapsia: de fetida: vel cum pilulis de stomaticō theod. ꝛ similia frigidos ꝛ viscosos humores purgantia. clysterizemus cū centaurea: se. lini: fenugre. ꝛ similib⁹. nutriamus cum cibis bonos chimos generantibus: caueant a plenitudine cibi ꝛ potus: maxime si grossi sint ad digerendum duri: cautissime vitent coitum: et maxime post cibum cum purgabit᷑ clysteri pharmacia balneo: ꝛ cū corp⁹ mundificatum de materia morbi interioris cognoueris: redeundū est ad epithimata vel cataplasmata q̄ alicui membro supponēda sunt: vnde membrū perpenditur esse calefaciendum vel grossa materia de ipso dissoluenda: oportet precessisse purgationē cum phlebotomia vel pharmacia totius corporis: certificato corpore mundificato ꝛ passione remanēte in vno solo membro ꝑpter humores in ipso clausos: si materia aliqua non fuerit que eos aliūde effluens augmentauerit: tūc tantū supponant᷑ epithimata ꝛ alia: sed si corpus plenū sit humoribus oportet hoc fortiter caueant: quia potius humores ad infirmum membrū trahuntur q̄ dissoluant᷑. Galie. hec passio si inueterauerit venas oportet incidi ꝛ post incendi ꝛ multum profuit. Item circa locu3 infirmū ponatur merda bouina ꝛ valet: dāda est infirmo medicina calida ꝛ dissolutiua vt tyriaca: philoniū: socrugene: diatrionpiperon et similia. fumigemus cum aqua calida vbi calamentū: origanum: camo. anetum: mellilotū: sansucus: frondes lauri et similia sint cocta. Epithima Johan. damasceni valet sciaticis podagricis de frigiditate. ℞. coloquintid. ʒ. lxxv. euforbij. ʒ. lxv. lactis tithimalli. ʒ. xxxv. omnia terantur: et in quinq3 libris aque ponantur per triduū: ꝛ in quarto die librā vnam olei veteris mitte ꝛ suauiter coque donec due partes aque remaneant: deinde cola ꝛ mitte ad focū coquens quousq3 solum remaneat oleum: postea pone. ℥. iiij. cere qua liquefacta mitte euforbium bene pistatū ꝛ lac tithimalli ꝛ fortiter tempera: deinde infirma loca vnge: sc3 calcaneū ꝛ pedum plantas. Si fortius operari volueris: da infirmo. ʒ. j. de serapino ꝛ mane vnge. Suppositoriū deponēs phlegma viscosum valet ad dolorem dorsi ꝛ colicā passionē de frigiditate. ℞. serapini. ʒ. ij. bdellij: sarcocole: coloquintid. scamo. nitri: lith: fellis tauri: myrrhe. añ. ʒ. ij. tempera cum melle cocto: fac pilulas in modū glādis: pone. j. ꝛ postq3 exierit aliam pone vsq3 ad. iij. fac similiter. Stomaticō valēs ad dolorē artetice membra frigida calefacit: similiter vesicam et renes: dura apostemata destruit. ℞. sisamel. cauliū. añ. ℥. j. storacis. ℥. ij. coque suauiter vt dissoluatur storachia ꝛ calidū epithima: vētositatem eṁ destruit in membris adunatā: hūores grossos digerit ꝛ dissoluit: membra frigida calefacit. fortissima sunt elacterium: damfnil. castorel. sambucel. cicutelēō: anetil. yrel. balsamū ꝛ similia. Si quis velit fortiora ad dissoluendū ventositatem ꝛ expellendū. coque piretrū in quocūq3 horū volueris casto. anacard. euforb. cicu. storachiā: costū: calamētum: serapinum ꝛ similia. quantitas horum ponendorum in hoc oleo. ʒ. j. ꝛꝭ. neq3 facienda sunt ea frequēter. cauēda sunt nisi post mundificatione3 interioris corporis: ne passio peioretur vel augmentetur. Sed si ex sola sit frigiditate vel inclusa ventositate in membris sine materia valent hec epithimata ibi imposita. Pilule valentes ad arteticū dolorē ex humoribus frigidis ꝛ grossis ꝛ ad sciaticos ꝛ podagricos dolores ꝛ ventositatem neruorū. ℞. armo. serapini: bdellij: oppopona. aloes: sarcocole: asse: cicute: anisi: apij: añ. ʒ. j. coloquintid. ʒ. ij. turbith. ʒ. iij. scamo. acorū. añ. ʒ. ij. tempera cū succo porri: factis pilulis: da. ʒ. j. ꝛ ß. vel. ij. vel. iij. ſm virtutem patientis. ꝓsunt blanca ꝛ dyacostū super omnia. Antidotū sciaticis proprium. ℞. branceos. ʒ. ij. trisagoges: herbas in vino cum ydrole: dabis. ʒ. j. sed prius recipe mercedē. probatum est. Si vero hec passio inueterauerit efficiuntur claudi: ideoq3 diligenter attende curas et medicinas circa coxas. vtaris infusiōib⁹ ca. ꝛ cataplasmatib⁹: dropace: cucur. fido. circa coxas. vtatur et clysteri acuto et acerrimo. ℞. mercur. surfu. pōd⁹ eq̄le coquant᷑ in aq̄ colat3 adde mel ꝛ oleū ꝛ sal

armo. ⁊ euforb. vel scamoneā: ⁊ facias clystere. Aliter vtilius ℞. silphij. ʒ. ij. hermo. malue mercurialis. sandarace coquantur in aqua marina: ⁊ colentur deinde addatur pul. iste. ℞. nitri. salis gēme. pirett. agar. polip. coloquint. ⁊ fac clystere. Et si hec pas. sit ꝓpter stranguriā sedeat in apozimate in precedenti particula scripto. Et si sit propter testiculorum tumorem: solet multum valere sacellus cum milio ca. ⁊ sale cocto: ⁊ vesica oleo calido plena: postea vngatur ex hoc acopo. ℞. terebenthine. ʒ. ij. olei fusionis. ℥. iiij. aloes tapsie. an̄. ℥. j. oppona. cere adarchis. an̄. ʒ. j. confice cū oleo ad solē vtere. vtantur benedicta vel iustino vel electuario ducis. Et si hec minime profuerint sinapismo aliquo circa loca vtantur assidue sicut isto. ℞. fenugre. altee: arteti. abrotani: eruce: nasturcij: papauerꝫ agrestis multū valet: deinde accipe stercus columbinū ⁊ cum oleo viola. fac emplastrū ⁊ superpone. Si hec minime profuerint mordicatiuis vtaris medicaminibus: ⁊ cauterijs sm̄ locū in modum trianguli: vbi vero circūflectit coxa ibi cauteriū fiat cum sinapi ⁊ aloe: yaro vel cantaridibus: ⁊ cū alijs desiccatiuis medicaminibus que in dynamidibus scripta sunt: sed si hec ad plenum non profuerint: vngatur cum vnguento ex cornu cerui qd̄ probatissimum est ⁊ vetustissimos sciaticos curare poteris. Sed si non profuerit scias ex peccato neruorū a nucha veniētiū esse: vnde sepissime cum oleo laurino: ⁊ cum alijs inunctionibus in passionibus nuche dictis vngatur. Alexā. dicit si accipiant obolū de sale naptino. i. de petrol. albu. in ouo. ʒ. vij. pannis cooperiātur vt sudor prouocetur: ⁊ deforis vngantur hoc vnguento ℞. olei: anisi: iuniperi: muscelini. an̄. ℥. j. ⁊ ß. fac vnguentū et euaporatio fiat cum stercore bouis calido.

De dolore genuum. Capitu. xxxix.

Si genua dolorē patiātur: curentur cum catarticis ⁊ pilulis in sciatica dictis: deinde cū apozimate seminis iuniperi fomentent maxime in vino cocta sint: vel fac hoc cataplasma. ℞. calcis viue cribrate: lib. ij. adipis porci. ℥. ij. picis liquide. ʒ. iij. in modū ceroti cōfice: vt effectū mireris appone. Aliud. ℞. fellis caprini: non manu sed pēna vnge: statim dolor cessat. Aliud. ℞. adipis leonis. j. lib. cere. ij. olei letisci. ℥. ij. liquefac in oleo ⁊ cōmisce: nō solū genuū dolorē vel tumorē: sed etiā omnem dolorē penitus excludit. Aliud. ℞. adipis vrsini et vnge genua inde: dorsum vero et neruos cū oleo laurino sic calefaciendo liberabitur. Aliud. ℞. adipis marnucelle ⁊ vnge: geniculorū sciaticorꝫ ⁊ podagricorū penitus extirpat dolor. Aliud. ℞. adipis piscīū ⁊ maxime cauedanorū ⁊ vnge valet multū. Si ex caliditate patiantur prodest dyamartis: et ꝯfectio ex faba fracta ⁊ vitello ouorū ⁊ alia q̄ in sciaticorꝫ curis dicta diximus ꝓdesse. Aliud. ℞. simphonace radicē tere cum canino stercore ⁊ modico sale: tanq̄ malaxata impone vel rutam viridē cum melle ⁊ sale tere statim dolorē tollit.

De cura podagre. Capitu. xl.

Podagra inquit Hippo. passio incipiens in vere vel estate curatur in. xl. diebus vel antea. Si in autūno vel hyeme durauerit durum est eā curare: ⁊ quando oportet eos curari phlebotomemus eos si multū sanguinem habuerint et maxime super manū: si tn̄ causa fuerit sanguinea abundantia: deinde hec sunt apponenda vt psilium: oleū ros. succus solatri: portula. farina ordei: lentigo aque: cucur. succus coriandri: succus lactuce: albugo oui: sandal. ro. carpobal. ⁊ similia. Stercus ciconie cum adipe porci mixtum curat podagricos: ⁊ si. xl. annis passi fuerint superponatur vel vngatur. Aliud. ℞. fecis aceti: phialas q̄ttuor: ouorꝫ vitella assata. iiij. nitri: ceruse: alum. an̄. ℥. j. mastic. ℥. ß. olei ro. qd̄ sufficit ꝯfice ⁊ superpone. Et si feruor fuerit grandis cum dolore ⁊ rubore ⁊ tumore: farina lenticule cocta in mulsa cum oleo ros. cataplasmetur. Ga. in speculo medicine: anis caulīū cū axungia noua tritus: ex quo podagricus vngatur in die sanatur. Unguentum dyagar. inunctū ita prodest q̄ vno die facit patientem de lecto surgere. oleum vulpinum siīr facit. siīr barbatus minuta ⁊ strictiora habens folia in vino coctus ⁊ cataplasmatus ipso die facit hominē ambulantē. Unguentum qd̄ pmo die vel tertio dolorē aufert vetustissimū. ℞. vrine muli quantū sufficit. ʒ. ij. litar. pulueriza cū vrina paulatim agitando ad spissitudinē confice et repone: dolori impone: probatum est. Et si sint humores phlegmatici fiat pharmacia phlegmatis purgatiua sicut pilul. de tapsia. vel hermod. vel serapi. Cū certificat q̄ materia sit expulsa reuertat ad pedes cum epithimate ⁊ suffumigatione ⁊ incipiendū a rebus repugnantibus: ⁊ illos humores a pedibus expellentibus: sicut suc. caulīū: cicute: origani. an̄. cataplasmata que adhuc sunt dicenda: calida demus antidota: sicut tyriacā socrugene: diaciminū: diarionpipereon: filoniū et similia. Nutriamus eos cum leui dieta ⁊ temperatis exercitijs: et de hac cōfectione demus quā iam experti sumus. pilulas da hoc modo q̄ valēt arteticis ⁊ podagris de frigiditate. ℞. aloes hermodactyl. mirobal. citri. coloquintid. turbith: bdellij: seminis rape. an̄. ʒ. iij. sarcoco. casto. euforbij: oppopo. cicute: apij se. an̄. ʒ. j. ⁊ ß. croci. ʒ. j. tempera cum succo maratri ⁊ fac pilulas. Aliud. ℞. hermodactyl. myrobala. citri. an̄. ʒ. iij. turbith. ʒ. j. ⁊ ß. aloes. ʒ. vj. tempera cum succo porri. Aliud. ℞. anisi: siseleos: piperis al. ⁊ longi: tapsie: zinziberis. an̄. ʒ. j. ⁊ ß. aga. ʒ. iiij. masticis. ʒ. vj. hermodactyl. ʒ. xx. tempera cum vino fac pilulas. Aliud. ℞. aloes: zuccari. an̄. ʒ. x. serapini: myrobal. citri. bdellij: hermodactyl. an̄. ʒ. v. piperis nigri ⁊ lōgi. an̄. ʒ. ij. sene. ʒ. iij. asse: oppopo. an̄. ʒ. j. senechi. ʒ. iij. tapsie. ʒ. ij. tēpera cū succo porri: fac pilulas. Aliud. ℞. myrobala. citri. bellirici. emblici: zinziberis. an̄. ʒ. vj. origani. ʒ. vj. tapsie. ʒ. iij. hermod. ʒ. xxxij. penidij. ʒ. xv. bdellij. ʒ. xxij. tempera cum succo solatri: ⁊ fac pilulas. Aliud. ℞. coloquintid. aloes: sarcocol. serapini bdellij: euforbij: scamo. turbith: mastic. basilico. frondium: anisi: an̄. ʒ. iij. tempera cum succo caulīū: da. ʒ. j. ⁊ ß. vel. ij. vel iij. sm̄ virtutē patiētis cū ca. Cataplasma valēs podagricis: de cal. vngamus manus ⁊ pedes atq̄ genua vbicūq̄ sit podagra. ℞. farine ordei. ʒ. x. sand. ru. ʒ. v. acatie. ʒ. iij. mirte: croci: opij. an̄. ʒ. j. tēpera cū suc. sola. Aliud valēs sanguinol. apostematibus ⁊ calide podagre. ℞. farine ordei: malue: psilij: omnia puluerizentur ⁊ cum succo portula. ⁊ oleo ro. temperentur. Aliud. ℞. citonia in aceto cocta cū farina ordei. Diascorides dicit opiū: crocum: papauer cum lacte temperatum mitigat dolorē podagrici. Aliud. ℞. sand. al. ru. memithe: farine ordei. an̄. ʒ. iij. opij: croci: acatie: farine: lentium. an̄. ʒ. j. tēpera cum suc. solatri vel coriandri. Podagricis de phlegmate valet scordion cum aceto temperatum. vue passe mundate ⁊ ruta insimul pistata ⁊ commixta valent. Axungia vulturis cum stercore pecudū valet. similiter cum caprino. radix elacterij in aceto cocta valet: ⁊ oīa vnguenta ⁊ epithimata ca. valent. farina lentium cum mulsa et oleo ro. cocta ⁊ cataplasmata ad tumorem ⁊ feruorē ⁊ ruborem podagre valet. Aliud. ℞. fimi bouis recentis bene expressi et olei. an̄. lib. j. cere: succi brassice ouorum crudorum. an̄. lib. iij. hec oīa cōmixta dolori applicabis. Folia apij in aqua cocta et adiūcta fece aceti ⁊ ouorum assorum vitellis ⁊ oleo ro. cataplasmata ad idem valent. Potio mirifice proficiens podagricis et artetic. ℞. hermodactyl. ʒ. iiij. cimini. ℈. ix. zinziberis. ℈. viij. anisi. ℈. ij. da. ʒ. j. vtantur oleo in quo cocta sit caro vulpina: benedicta quoq̄ potio nimis valet.

Finitur liber octauus.

Incipit liber nonus practice de chirurgia tractans.

Capitula eiusdem noni libri.

¶ De diuisione operationis medicine. Capitulū primū.

Quoniamquidem operatio medicine tribus modis ↄsistit: in dieta: pharmacia: et chirurgia. Dieta quidē et pharmacia quo infirmātes curant: sufficiēter docuim⁹: ↄsequēs ordo est vt qualr̄ p chirurgiam curatio egritudinū fiat: psequmur. Ops ē chirurgie pmatū obtinere volētes hmōi opatiōis peritos inspicere et opari assuescētes et pmanere audaces. Chirurgia ē aut fit in venis: aut in carne: aut in osse. In venis qdē nō pulsantib⁹ appellat̄ phlebotomia. In venis pulsantib⁹ sectio aut incisio nūcupat̄. In ossibus vo aut disiūctoꝝ ↄiūctio et fractoꝝ ↄsolidatio. Nūc itaqꝫ ad phlebotomiā q̄ ad sanādas infirmitatesmaloꝝ est: icipiam⁹.

¶ De phlebotomia in qb⁹ venis sit faciēda. C. ij.

Oportet ē neqꝫ paruulos neqꝫ decrepitos phlebotomari nisi passiōe sanguinea iminēte vt ē squināria: pleuresis et filia: hoc tñ cū ↄsensu parētū et amicoꝝ. Itē nec seruū nec ancillā nisi ex dñoꝝ licētia: qsqꝫ phlebotomare psumat: nec tenebroso loco illud faciēdū est. Itē chirurgi⁹ vtat̄ collyriis ↄpetētib⁹: bis i mēse aut semel i hebdomada: pilul̄ aur. hierap. et silib⁹ stom purgātib⁹: phlebotom⁹ qꝫ nō sit eruginosus nec asper: nec lōgus nec breuis: sꝫ mediocris nec rotūdus sed tenuis: phlebotomator tactu carnē: venā agnoscere et neruos visui nō apparētes conet̄ añ illud. ppt crassitudinē corpis: aut venaꝝ subtilitatē visui non appent: brachiū aūt spacio. iiij. digitoꝝ liget̄: ligamie nō mītus cōstrīcto nec fortit̄ si corp⁹ sit pigue, Si vo macilētū mediocriter: vt

vena appareat manu fricetur ⁊ grauia sustinere cogatur. Si
vena fuerit abscondita: pone digitū vbi venam esse arbitra-
ris ⁊ sanguinē extrahe: ⁊ si vena eminuerit punge suauiter:
sin autem minime. Item vena ligata si non appareat: solua-
tur ⁊ iterū liget: grauia ad sustinendū dabis: apparēs phle-
botomet. Basilicā vō q̄ in cubiti est fonte: nemo incidat nisi
pri⁹ vbi sit neru⁹ cognoscat: pulsus vō sub vena stat. Si aūt
vena ⁊ neruus iuncta sint cum basilicā phlebotomare volue-
ris. necesse est foramen longum pungendo fieri. Qui vō ce-
phalicam incidit: lacertum caueat: ⁊ brachiū nō multū strin-
gatur ne forte tumescat. Qui autem medianā pungit venā:
neruo parcat ⁊ brachium multū relaxet nec nimiū stringat.
Si em̄ multū stringatur: purior sanguis exit: ⁊ quādoq; cau-
sa tumoris erit ⁊ liuoris: solidatureq; erit tarde. Si brachiū
laxum fuerit: si sanguis in primo ictu non exeat: bis aut ter:
ferire licebit. Si vō subtilis est: phlebotometur in longitudi-
ne: si grossa in latitudine: si sub vena sit neruus lōga sit inci-
sio. Si em̄ neruus percutiatur securius in longitudine inci-
datur: eo nāq; per latitudinē inciso spasmus generat. Se-
cundinam vō brachij in longitudinē phlebotomari oportet:
venamq; pollicis q: sub ea neruus est similiter. Venā quoq;
frontis: temporū ⁊ que post auriculas sunt. Venā lingue ⁊
faucium cum quis voluerit phlebotomare: in infirmi gu-
la ne suffocetur: liga molli ligamine: locūq; vene vt ipsa ap-
pareat manu fricari oportet. Frōtis vena ⁊ brachij cū phle-
botomo incidantur: aut si venam non inueneris cum sagit-
ta: non tamen profunde ne os percutiat: sitq; causa cepha-
lee. Temporū vene similiter phlebotomande sunt ne lacer-
ti aut chorde vlcerētur: vnde hemicranea visusq; debilitatio
procreetur. Si lacert⁹ aut neruus quis incisus sit sub vena
lingue grauitas inde accidit. Si autem lacertus oculum mo-
uens in phlebotomatione vene que sub angulo est oculi fue-
rit lesus: strabonē facit. Fauciū neruus aut lacertus collum
mouens si phlebotomando ledat: spasmū vel torsionē colli
facit. Si vō eas que sunt sub genibus phlebotomare opor-
tuerit: crus forti ligamine ligetur et erecto pede infirmi qui
supinus collocandus: in longitudinē incidatur. Sophena
autē que sub calcaneo est: si phlebotomia necessaria sit: spa-
cio quattuor digitorum super cauillam ligetur fortiter: ⁊ in-
firmo ponente pedem super lapidē vel super firmum locum
vt vena appareat inde phlebotomet. Sciatica que sub talo
est exterior: cum phlebotomāda fuerit: totā coxam ⁊ tibiam
vsq; ad spacium quattuor digitorū a talo fortiter ligari con-
uenit: sicq; pede ligato et funestato: phlebotomo vena ape-
riatur: sanguis autem inde exiens: quia phlegmaticus fa-
ctus est: phlebotomatā itaq; omnem tibiam paulatim cū co-
xa vsq; ad summū oportet dissolui. Vene que sunt in pectine
pedum: similiter tibia stricta super cauillam in longitudinē
sicut cetere vene omnes tibiarū phlebotomo aperiant. Ner-
ui autem ⁊ chorde spasmū generāt si per latitudinē incidan-
tur. His autē venis incisis si sanguis non exit pre sua gros-
situdine: vulnus inūgatur oleo: deinde in aqua calida pona-
tur pes. Qui autem venarū inanitione indigent: intestina
purgēt anteq; phlebotoment: si em̄ plena intestina fuerint
mali chimi: qui sunt diuersor morbor causa: non extrahen-
tur. Cum ergo necesse fuerit prius suppositorio aut clysteri
purgentur. Febricitantes quoq; quorum febres sunt inter-
polate: in die accessionis nō conuenit phlebotomari. Quib⁹
autem febris inest cōtinua: hos summo mane cum calor est
quietus ⁊ virtus integra phlebotomari conuenit: sicut ⁊ ca-
lidas habentes naturas eadem hora in estiuo tempore: fri-
gidas naturas habētes cum hyems fuerit in meridie: infir-
mo quoq; phlebotomato sirupū aut electuarium confortati-
uum dandum est. Qui autem stomachū debilem habent et
epar defectū: ⁊ quibus frigiditas dominat: aut quibus cor-
pus porosum fuerit: vel quibus corpora sint candida vel liui-
da: phlebotoment minime: nisi fuerit morbus periculosus
vt squinantia: pleuresis: periplemonia ⁊ similia. conuenit ⁊
tunc cauere cū phlebotoment ne quantū sanguinis expedit
in vna phlebotomia: sed pluribus extrahat vicibus: infirmi
autem si fortis sit virtus: sanguis extrahatur donec mutet:
vel donec infirmus ad defectionē ducat. Qui assuete phle-
botomati deficiunt: prius cibo confortētur: ⁊ si sanguis ex-
trahatur: mutationē sanguinis quā diximus in his qui cali-
da habēt apostemata vt est pleuresis: pleripleumonia: ⁊ simi-
lia cōuenit expectare: si tempus: ver: estas: aut iuuent⁹: aut
virtus valida: aut si de rubore in nigredinē: aut econuerso:
aut de turbiditate vel claritate. Si vō virt⁹ defecta sit: etasq;
decrepita vel puerilis: tēpusq; calidissimū vel frigidissimum
ratione considerata: paulatim aūt sepe tm̄ minuatur. Ru-
fus: homo. lx. annorum pinguis ⁊ corpulentus macro iuue-
ne fortior inuenit: virtus ⁊ animositas in vtroq; cōsiderent.

De numero venarum phlebotomandarū. Cap. iij.

Vene phlebotomande maior cōstat inuestigatio
ac solertia. xxxiiij. nominant: sunt em̄ in brachio
xij. quarum. ij. cephalice: due mediane. ij. basilice
ij. titillares. ij. quoq; brachiorū funes nuncupan-
tur. In capite q; ⁊ collo. xxiiij. distinguunt: harū
bine in tēporibus: post aures bine collocantur: in oculorum
angulis bine: in faucibus bine. In craneo vna: in frōte vna:
in puppi capitis vna: sub mento vna: sub lingua. ij. In par-
tib⁹ gressui ptinentib⁹. viij. inueniunt: sub genibus. ij. sup
calcaneis. ij. que sophene vocant. In tractatibus vō. ij. notan-
tur: quarum omnium iuuamentū dicemus. Cephalice vero
iuuant egritudines sub faucibus existētes: ⁊ fluxum nariū.
Medie vō omnem dolorē ab auriculis vsq; ad hypocūdria
extirpant: basilice vō iuuāt egritudines gibbi epatis ⁊ sple-
nis: fluxumq; sanguinis stringunt: abstrahūt em̄ humores
ab inferioribus ad superiora. Titillares autē inferius sunt
⁊ iuuant esse probabiliores. nam dolor pectoris ⁊ pulmonis
⁊ diaphragmatis ⁊ anhelitū ⁊ orthomiā curāt. Frōtis vena
dolori capitis ⁊ maxime puppi subuenit. vnde Hippocra. in
aphorismis: puppis inquit capitis dolorē cephaleā: ophthal-
miam: diuturnamq; hemicraneā siue in vna parte sit siue in
vtraq; phlebotomia frontis soluit. Vena cranei ⁊ q̄ est post
auriculas valēt pustulis ⁊ scabiei capitis. Que autem in an-
gulis oculorum sunt: ophthalmiā diuturnā egritudinē: sca-
biem ⁊ lippitudinē sanāt. Sub mento autem phlebotomia
dolorem oculorū pruritū ⁊ pustulas in naribus: ⁊ impetigi-
nem in facie: incēsionē in maxillis extinguit. Vene lingue ex
vtraq; parte squinantie subueniunt. Similiter et que sunt
sub cruribus pedū: harū de. xiij. venarum nulla p antipasim
fiat phlebotomia. Sciendū aūt est q materia in interiorib⁹
existēte fit phlebotomia. Sciendū tamen q si phlebotomia
sit in medio sanguisuge apponant: sed in interioribus scari-
ficatio magis conuenit: phlebotomia em̄ fortior est sangui-
sugis: sanguisuge fortiores scarificatione. Pulsantiū phle-
botomia conuenit vbicunq; rubicūdus ⁊ subtilissimus san-
guis superabundauerit: vt dicit Hippocra. ea nisi cum ma-
gna cautela ⁊ necessitate incidere debemus.

De incisione arteriarum. Cap. iiij.

Aliquando chirurgici errant in basilice phleboto-
mia aperientes arteriā: qd̄ certificatur ex sangui-
ne purissimo ⁊ rubicūdissimo cum saltu incessan-
ter exeūte: q̄ oportet fissa cute corpis sic attrahi:
ex vtraq; parte arteria incisionis ligata: medium
abscidat ⁊ medicine solidatiue vt sarcocola: sandaraca: thus
⁊ similia superponant: sed tm̄ incensiuis prius adhibitis: et
sic poteris curare.

De incisione yporismatis. Cap. v.

Est quoddam apostema quod yporisma dicit: cu-
ius causas ⁊ significationes cum de passionibus
locuti fuimus: explanauimus: diximus em̄ q ypo-
risma aut de fluxu arterie: aut de crepatura: aut
de vulnere fit. Et si in vulua: aut in faucibus: alijs ve locis
vbicūq; magnus pulsus habet: ptingit: opz dimitti: ne sub-
ita sanguinis emissione pidit. Si vō paru⁹ ⁊ subtilis fue-
rit pulsus: cute p lōgū fissa ⁊ toto sanguine ablato ex vtraq;

parte arteria: vt supra diximus: cū fortissimo filo ligeť: me-dium arterie proijciatur: postea panno vno infuso prius im-misso ⁊ abluto solidatiua apponanť: ꝙ si de ruptura arte-rie contigerit: prius filo cum subtilissima acu ex vtraqꝫ parte apostemat ͥ arteria stringať fisso prius apostemate sanguis extrahatur: mediumqꝫ arterie proijciatur: ⁊ solidatiuis: vt supra diximus: restringatur pāno cū oleo ⁊ vino infuso vniꝰ hore spacio ibi dimisso deinde sublato.

De incisione arteriarū post aures. Cap. vj.

INcisione arteriarū post aures existentiū capi-tis scabiē: ophthalmiā diuturnā: hemicraneā quoqꝫ ⁊ stuporē dicimus curari: debemus eñ prius pilos incidere et radere: deinde arteria iuncta spacio trium digitorū signata ex vtra-qꝫ parte vsqꝫ ad os incide: medium autē fissa cute proijce: arteriaqꝫ capta pāniculis stringe: ⁊ quod ossi cō iungitur extrahať: ne forte si remanserit spasmū generet: postea solidatiua ponantur.

De incisione arteriarū in temporibus. Cap. vij.

OMnium arteriarū maxime in temporibus ma-nentium timenda est incisio: que tamē si aliqua medicina non subuenerit ingruente necessitate nō est refutāda: curat eñ ophthalmiā: hemicra-neam: calidūqꝫ catarrū acutum a capite descen dentem: apostemata in lacertis temporū nascentia: fiat aūt sic: temporibus visis tādiu cum aqua calida fomenteť locus manibusqꝫ fricetur: donec arteria appareat: tunc autem le-uatam cutem findasqꝫ ex vtraqꝫ parte: arteriā remanentē a carne separatā si subtilis sit trium digitorum mensura ab-scindas ⁊ solidatiua apponas. Si vō grossa fuerit: illam fin das ⁊ quantū sufficit sanguinis extrahas: ⁊ arteriam trium digitorum spacio ex vtraqꝫ parte incisionis ligata parte inci das ⁊ mediū proijcias: tunc pone ibi citrinū puluerē qui con ficitur ex arsenico ⁊ croco: vel medicinā ex sarcocola: aloe et sanguine draco. cōpositā: vel suppone emplastrū solidatiuū R. thuris. ℥. ij. aloes. ℥. ij. hoꝝ puluere distēperato cum albu mine oui: pilos leporis adiunge incisoqꝫ arterie impone et quousqꝫ sponte cadat dimitte.

De scarificatione. Cap. viij.

CHirurgia que fit in carne vt incensio ⁊ incisio ⁊ si milia: aut omnibus membris est cōmunis: aut ali quibus est propria. cōmunis autē vt scarificare: tela extrahere. propria: vt oculi vngulā radere: su perfluam carnem narium incidere: ⁊ alia que lon gum est narrare. Nūc igitur a scarificatiōe incipiamus. Sca rificatio alia fit cum incisione sola: alia fit cum incisione ⁊ ven tosa ⁊ igne: que vō fit sola incisione: pueris: aliquādo etiam conuenit hominibus sanguineā passionem habentibus.

De ventosa. Capitu. ix.

VEntosa quoqꝫ si passio sit in tēporibus capitis: aut in oculis: ⁊ similiter puppi capitis appona-tur cutisqꝫ incidatur. Si autem de profundita-te membrorū corporis malū sanguinem trahe-re oportuerit: cum igne fiant incisiones: sic aūt non solū san. imo mali humores extrahuntur. Qui vō san. multū effundere necesse habet, pfunde scarificetur; spissius quoqꝫ sanguis a quo trahendus est similiter incidať. Sca-rificatio siquidē q: per diuersa loca corporis fit vniuscuiusqꝫ iuuamentū dicere conueniet.

De locis scarificandis. Cap. x.

PRoram igitur capitis cum ventosa (eā impo-ne vniꝰ palmi mēsura lōge a naso) scarificare lepre valet nunciāti: ac totius corporis graue dini: imo calori capitis: sanguinolente vertigi ni: scotomie quoqꝫ ac renū dolori: ac testiculo-rum pustulis cutis: locus autem iste q: est magno pulsui vi-cinus caute scarificetur: pulsus eñ si incisus fuerit: aut san. incessanter effunditur: aut eo cessante mētis auditꝰ visusqꝫ nocumentū subsequiť. Que autē in summa capitis fit scari-ficatio: faciei hu. et sensuum turbiditatē clarificat: oculorum infirmitates: scabiem: pustulas ⁊ excoriationes sanat: stupo rem: auditus grauitatē: pruritus aurium: fetorem narium: orisqꝫ ⁊ dolorem capitis extirpat. Alia trium digitorū super spondiles in puppi capitis facta ophthalmiā puerorum: au riumqꝫ dolentiū pustulas palpebrarūqꝫ grauitatē et scabiē earum ⁊ impetiginem emēdat. Alia rursus in lateribus fit scarificatio dolori dentiū ⁊ lingue valens ac gingiuarum tu-mori ⁊ oculorū lippitudini. Si aūt assuete fiat gignit tremo rem. Qui autē sub mento scarificať a pustulis ⁊ vulneribus oris ⁊ vuule liberabitur apostemate. Sūmitas quoqꝫ spondi lium scarificata melancholie prodest ⁊ anxietati spiritꝰ ⁊ car diacis ⁊ dolorem patiētibus. Scarificatio que fit sub spatu lis: nasceac ab arabicis appellata: manu sub cubito posita brachio circa latus extenso vbi fieri debeat designať: locus eñ scarificationis summitatē manus attingit. Valet autem que sub sinistra fit spatula bibenti potionē mortiferā: tumo-riqꝫ ⁊ apostemati splenis. Alia q̄ fit sub dextra calori ⁊ apo-stemati epatis valet. Est ⁊ alia que fit sub femoribus emor royd. fluxui sanguinis tenasmon ac tumori ani: dolorique va-lens: ⁊ apostemati ⁊ fluxui sanguinis menstruoꝝ subueniēs ⁊ nariū emunctioni ⁊ sanguinis egestioni: calori renuꝫ: imo ⁊ ardori vrine ⁊ vulneribꝰ pruritus ⁊ scabiei que sunt inter anum ⁊ testiculos proficiēs ac testiculoꝝ apostemati: hec eñ scarificatio necessaria non nocet coitui: nō vō necessaria coi-tum aufert aut dorsum deficere facit: pinguedinē ac crassi-ciem renū consumit. Alia vō mensura vnius palmi super ca-uillam pedis: vel genibus quattuor digitorum spacio facta ⁊ in tibia melancholicis: false cogitationi: impetigini: prurī-tui: epilepticis vel sciaticis existit vtilis: sed oportet vt in-firmus balneetur ⁊ extenuetur sanguis: tibiasqꝫ calefaciat cum cautis rerum scarificationibus: oportet ventosas appo ni. Que autē in mamillis mulierū scarificatio fit ad sangui-nis fluxum valet tm̄: vnde Hippocra. menstrua si velis reti-nere ⁊c. Alia vō que in coxis fit coxarū ac testiculoꝝ prurituī ac menstruorū ablationi valet. Oporteteqꝫ multū locū istum scarificari pedibus iunctis sedētibus: quibus hec in summo coxe fit: alia quoqꝫ interiori parte geniculorū: eorumqꝫ ardo ri atqꝫ grauitati narium: articulorū doloris: alia in manuū cruribus fit ⁊ earum fissure valet ⁊ scabiei ⁊ pustulis ⁊ pru-ritui. Scarificatio super anum facta eius dolorem ⁊ ardorē extinguit: emorroyd. matricis ad intestina descendētes occi dit: apostema dissipat coxarum ⁊ nariū ⁊ fe. magnitudinem reprimit. menstrua pꝛouocat: dorso ⁊ femori subuenit dolen tibus. Que vō inter cauillam fit: effusioni pedū valet ⁊ fissu re calcanei ⁊ eius ardori ⁊ menstruis tardantibus. Scarifi-catio autem cubiti dolorē splenis mitigat ⁊ quartanā feb. ex abundantia cholere nigre minuit: lib. j. vel. ij. sanguinis cor-ruptio consideretur: q: sanguine minuto plusqꝫ oportet sto-machus et epar infirmantur et debilitātur. cutis corporis ci trina fit: cor deficit: hydropisis gn̄ať. paralysis et morphea alba accidūt: visusqꝫ inde cōtrahitur: puppi tm̄ capitis ma-ior ventosa q̄ que in faucibꝰ: ⁊ cruriū ventosa fit mediocris. scarificatio qꝫ sicut phlebotomia ⁊ cetere minutiones plus in vere ⁊ autūno debēt fieri q̄ in ceteris anni temporibus.

De vtilitate scarificationis. Cap. xj.

QVante vtilitatis fit: quibusqꝫ locis vacua ven-tosa apponi debeat: nō supersedemus noscere. licet enim fructuosa videatur: ea tamē ad medi cine motionē de loco ad locū: vt in lapide renū: vel in detractione ab interioribus ad exteriora: siue eñ ad sanguinis tractionē: vť ad infrigida ta loca vel membra ⁊ infectionibus motu voluntario caren-tia: sed tamen sensibilia: necnon ad ventositatis dissolutio-nem probauimus. Si ergo manus motu voluntario careat: ventosa primum in cubito per tres dies ponēda est: maxime manuum: ac in pedibus et in alijs mēbris voluntariū motū nō habētibus: semel in mēse faciamus. Et si fluxus narium alicui superuenerit: ventosam super splenē ponimus: si ex

sinistra nare fluxerit: si a dextera sup epar posita attrahen-do a superioribus ad inferiora: fluxum sanguinis sistit. In mulieribus quoq; fluxum sanguinis patientibus ventosa sub mamillis posita: idem facit. costam ⁊ interius plicatam: aurium fistulā sugendo attrahit: fistulas quoq; in cauerno-sis locis existētes: licet materia sit inclusa: ventosa tamen ⁊ clystere curat ⁊ purgat. Sciendū nullā ventose speciē ante mundificationem corporis valere: nam si corpore nondum mundificato ventosa vtamur: materiā ad debiliora loca at-trahendo: non modicū nocumentū ministrabimus.

De appositione ventosarum. Cap. xij.

Ultarū valitudinū vacuatiuā ventosam esse di-ximus: restat vt illarum que cum igne apponū-tur doctrinā ⁊ opportunitatē subiūgamus. M. si ventosa cum igne stupa accensa in aliquibus locis apponatur: materiā de profunditate mē-brorum attrahit: cauendū tamen ne materiam alijs locis coagulatā illuc attraham⁹: quare sciendū ꝙ ignis quātitate attractioni eq̄parat. Si eñ magn⁹ fuerit magna: si paruus parua fiet attractio. Si hec sup vmbilico ponatur ventris torsionē: colicāq; passionē ex grossa ventositate fa-ctam extirpat: fluxum sistit menstruorū: vulue vētositatem fugit: menstrui sanguinis grossiciē attenuat: defectionē ex fluxu sanguinis factā curat: vulue frigiditati subuenit: ⁊ ei⁹ putredinē mundificat: superposita stomacho eius grossam ventositatē de frigiditate factā: ac de viscosis humorib⁹ pur-gat. Oportet tamē fm membrorū diuersitates ⁊ eas appo-ni: sicut eñ diuerse habitudines membrorum: sic diuerse va-rieq; ventosarū forme sunt necessarie.

De curatione apostematis. Cap. xiij.

Apostemata in carnosis locis existētia vsq; ad plenam maturitatē: maturatiuis ⁊ mollitiuis curentur: postq̄ mollia sunt incidant̄: quecūq; eñ taliū ante maturitatē incidunt̄: ad curādū elongant̄ ⁊ ad sanandū morant̄: aliquādo in-duratur os ⁊ cōcauitas incisionis ⁊ in diuturnitatē tendit: in ꝯcatenatiōe vō membrorū aut in loco ligationis ꝓximo: vt sunt musculi: nerui: si superuenerint apostemata: non ex-pectes incisionē donec maturent̄: ne materia ibi manēs mu-sculos et neruos putrefaciat: sic g̃ faciens a sano loco vsq; ad saniē fundes: ⁊ quicq̄d inuenias putride carnis abijcies: concauitate carnis mundificata pāno subtili ⁊ veteri prima die: secūdo bōbicino oleo ter infuso: tertio bōbicino: butyro infuso implebis quousq; vuln⁹ mūdetur: magnorū vō apo-stematū materiā ne infirmus deficiat: totā simul extrahere caueas: in quibus omnibus virtutē necesse est custodias in articulis: aut in inguinibus apostemata fm latitudinem fin-dens. Si tamē lacertū aut neruū inueneris: nō ip̄ ex vtraq; parte incide: post supradicta pone: deinde emplastra et vn-guenta ad hanc curam inuenta.

De embrocis. Cap. xiiij.

Embroca contra omne vulnus ad stringendum sanguinem ⁊ dolorē mitigandū ⁊ inflationem auferendā. ℞. cepulas: ciminū: micā panis: ⁊ sa-lis posita simul ⁊ coque cū oleo vel axungia pau-ca ⁊ superpone plage superaddito panno vel stu-pa. Si autē sanguinē recentē emiserit: per tres dies nō mu-tetur: vngatur mane ⁊ sero cum vnguento fusco: si in capite fuerit qd. ℞. olei. lib. iiij. sepi hircini: sepi arietis. añ. lib. ij. ce-re: masti. oliba. colofo. añ. lib. j. picis liquide lib. ß. thimiama-tis. ℥. ij. omnia insimul coquant̄ vsq; dura cera ⁊ cepū lique-fiant ⁊ cum ceteris cū patella agitent̄. Si vō in ceteris mē-bris cum pulueribus. Si vō plaga fuerit in profundo prius imponatur lardum cum sale et embroca desuper: cito enim comedit ⁊ perfecte sanat ⁊ est constrictiuū ad fracturas. Ali-ter ad idem embroca: tolle pānum cōbure ⁊ cōmisce cū oleo ⁊ vino: et insimul omnia calefacta superpones. Si caro sup excrescat fac hoc medicamē probatū: quod. ℞. pentafilon ⁊ sal. tere simul ⁊ suppone: cito eñ comedit ⁊ perfecte sanat. Cōstrictiuū ad fracturas ossium brachiorum ⁊ femorū. ℞. mastic. olibani: aloes: añ. ʒ. j. colofo. ʒ. ij. boli. ʒ. v. oīa in pulue-rem redacta temperent̄ ad spissitudinē cum albumine oui. Ad idem caninū cerebrū tolle ⁊ fracturā line ⁊ superpone ⁊ lanam succidā circūliga ⁊ desuper infunde oleū ⁊ acetū: pro-batum est: vbicūq; posueris prius locū bene mūda cū aqua ca. postq̄ posueris fortiter cū ligno dimittes per nouē dies. Unguentū ad sanadas cābas ⁊ omnes plagas. ℞. ceruse. ʒ. iij. litar. flor. plūbi: oliba. masti. aceti ⁊ olei: qd sufficit adiūge si vis. ʒ. j. argenti viui: tempera in mortario ⁊ vtere qñ opus est. Contra emorroy. cōbure antiquas stupas nauiū ⁊ cine-rem impone capitibus illarū. Ad oēs plagas recētes preter plagā capitis. ℞. vinū ⁊ farinā tritici ⁊ mel ⁊ oleū ⁊ axūgiā porci ⁊ misceant̄: plus tamē vini ⁊ farine addatur. Si hyēs fuerit addatur arthemesia: saluia: ruta ⁊ absinthiū: pistētur ⁊ igne lento coquant̄ ⁊ calida superponant̄. Si vō estas fue-rit paritaria ⁊ violaria. Iste eedē pultes valent ad aposte-mata maturāda adiūctis lini se. brāca vr. maluauisco. et frō-dib⁹ viol. Ut apostemata maturent̄: viole coquant̄: frōdes brance vrsine: malue: iusquiami: lapach: olei viola. volubilis ⁊ libanū pistent̄ cum axungia in aqua: laua ⁊ factū reserua: De cancris ⁊ fistulis interficiēdis flos eris tritus cum radi-ce hermod. vel simplex superponat̄. De cocturis vt sanent̄ vitellū oui cum oleo tēperet̄ ⁊ superponat̄ cum subtili stu-pa: si in ꝓfundo fuerit cū lichinio: si ī summo cū plagella po-natur. Ad idē. Radix salicis cōbusta ⁊ cū oleo mixta refrige-rat. Itē ad cocturā que san. fundit: accipe albumē oui ⁊ mo-ue ⁊ cum stupa de lino pone desuper. De fracturis ossium qualiter fomentent̄: coquant̄ maluauiscus ⁊ absinthiū: ⁊ si potest brāca ⁊ cum tepida fiant fomenta: ⁊ hoc in estate: in hyeme ex arthemesia: saluia: ruta fiat fomētatio. Et cū inue-neris brachiū statī fractū: vel qdlibet os: vt caro rupta fue-rat coque mel ⁊ sal. et superpone fracture cū stupa. De vul-neribus qualiter lauent̄ ⁊ purgent̄: coque radicē apij ⁊ pe-trosilini cum vino ⁊ laua vulnera.

De nodis ⁊ glandulis. Capi. xv.

Ut noduli ⁊ glandule extrahant̄: cutis findatur: et non solū nodus: sꝫ etiā sacculus tot⁹ incidat̄ inte-ger extirpetur. Si autē aliquid remāserit durum tamen prius maturatum emollias: post extrahe ⁊ cura vt supra.

De scrophulis. Capitu. xvj.

Scrophule quibus aliquod medicamen non proficit chirurgia si sit necessaria: caro per lōgitudinē: vsq; ad scrophulas incidatur ⁊ cū omī materia sibi adhe-rente extrahat̄: caue tamē ne pulsus aut neruus ī hmōi chi-rurgia ledat̄: ꝙ si sic eis ex vtraq; parte vulneris ligatis: qd vulneratū est rumpat̄: cum autem scrophula extracta fuerit ne quid ex ea remaneat diligenter inquirat̄. Si quid autem remanserit renascet̄: loco aūt pfecte mūdificato cutis con-seruatur: et desuper citrinus puluis imponatur: deinde vt cetera vulnera curentur.

De cancro vulue. Cap. xvij.

Cancer fit aliquādo in omnibus mēbris: precipue tamen in vulua ⁊ in mamillis nascitur: qui in vul-ua fit per chirurgiā nō curatur: si vō in mamillis alijsve locis nascatur: arteriā vel neruos non ha-bentibus totū incide: et cū rasorio quicq̄d lesum est concaua. Si autē sanguis spissus ⁊ melācholicus effluat exprime venas: post hoc vnguentis ⁊ alijs silr stude sanare.

De verrucis ⁊ porris. Cap. xviij.

Verruce: porri: ⁊ formica: hec omnia radicitus euellantur: locū earum ferro calido fortiter coque: stringat̄ sine ferro: aliquādo cadūt si diu stricturā patiātur. porri: quibus alia me-dicina nō ꝓficit: similiter euellant̄. Formice parue sunt pustule in exteriori cute nascētes: que cum alia non prodest sibi medicina: vt cōprehēdi valeāt primum circūfodiamus: deinde vnguentis ⁊ alijs plagellis sanemus.

De vulneribus curandis. Cap. xix.

Vulnera que sanari differunt: locū eorū cum parte ⁊ sane carnis: vt cancrū: abscindas: rasoq; pilo et mundificato loco vsq; ad defectionem sanguinis: hoc tñ fiat si fortis sit infirmus: sin autē bono vino et forti et cibo:

cibo. vino dico odorifero confortetur: deinde vulnus vt cetera vulnera curetur.

¶ De extractione telorum. Cap. xx.

Telum in interiori parte corporis si lignū habeat per illud extrahatur: si nō forpicibus in vulnere inmissis ferrū educatur: ⁊ si vulnus sit strictū: dilatetur. Si aūt telū cohereat ossi cōmoueatur: et cōmotione facta laxatū euellatur. si aūt cōmoueri nequeat: caro vsqꝫ ad os incidat̄: ⁊ os circa illud vt euelli possit corrodat̄. Et si barbatū fuerit: cū summa cautela discoopertū extrahi cōuenit. Et si trifurcatū fuerit ⁊ in ꝓfunditate carnis adherens: vidimus aūt nos a sciētibus cyrurgiā nō posse extrahi: nos tñ incidi dicimus pennis anseris extremis musculis ⁊ tenaculis acceptis leniter extrahimus Item telū carens ligno si in ꝓfundo lateat ⁊ foramē per qđ intrauit nō pateat: sauciatur sicut erat: ⁊ digito exploretur ⁊ fissa carne trahatur. Si autem senserit illud opposita loca trāsire: ex illa parte trahatur foramine facto. tractū telum si non sit integrū necesse est vt inquiras illud qđ remansit. Si autē telū arterie vel neruo vel alicui nobili membro vicinū sit: caue ne cū extrahere volueris ea ledantur. Aliquādo ꝙppe melius est ꝙ remaneāt ꝙ extrahantur. Nā quidā gerens sagittā in corpore inter stomachū ⁊ gibbū penetrato siphac diu permāsit infirmus: tñ dolorē patiebat̄ cum stomachus implebat̄. Sagitta si nobili mēbro adhereat vt est cerebrū cor epar: ⁊ pulmo: stomachus: ⁊ renes: ⁊ filia. si mortale signum appareat: non ibi ponas manū. Si autē non: oportet moliri qualiter suauissime extrahi possit: multotiens contingit inde non mori hoīes. Homo quidā in intestinis sagittam habens eā cum egestione eiecit sicqꝫ euasit: alij frustū epatis: alij zirbū per vuln⁹ emiserūt nec mortui sunt. Si aūt velis inquirere locū interiorē sagitte quo latitat: significationes debes ꝑfecte cognoscere. Si aūt ferrū sit in dura matre cerebri: infirmo nimi⁹ dolor est capitis: rubent oculi ⁊ incendunt̄: alienatio instat ⁊ lingua nigrescit. Si vero sit ī pia matre virtutis adest defectio: ⁊ vocis ablatio subsequitur: fistule in facie crescūt: sanguis ⁊ sanies inde exibit. Si in corde niger sanguis exit: frigiditas extremitatū sequit̄ sudorqꝫ ⁊ sincopis que nunciatiua sunt future mortis. si autē in pulmone spumosus emittit̄ sanguis. si ī diaphragmate spissus ⁊ magnus anhelitus habetur: ⁊ subito infirmi moriuntur. Si aūt in stomacho cibus per plagā exit. Si in ītestinis stercus emittit̄. Si in vesica vrina ꝓfunditur. In his omnibus si mortalia signa nō appareāt artē exerce: nā si telū fuerit in capite: osse illud circūdāte perforato suauiter extrahe: si sit in pectore necesse est vt pars coste incidatur et sub ea aliqđ ponatur vt pellicula non rūpatur. In vulnere pulmonis et vesice ⁊ similib⁹: simile est exercendū ingeniū. Si in magna vena ⁊ arteria fixa fuerit sagitta: ex vtraqꝫ pte vulneris postqꝫ extrahitur vena ligetur: vide tñ ne venenosa sit qđ ex colore loci cognoscitur: q: vel niger: vel plumbeus: vel liuidus. Si enim vulnus toxico fedatum sit: mundetur suauiter ⁊ protinus vitalia curētur. Et si in vulnere infirm⁹ dolorē ⁊ tumorē patiat̄: sicut ignē sacrū phlebotomet̄. ⁊ ro. ⁊ sanđ. ⁊ suc. endiuie coriādri solatri semꝑuiue ⁊ filia: loco applicentur.

¶ De aqua in capitibus puerorum. Cap. xxj.

Plerūqꝫ infantiū capitibus incongrue strictis: aut si ī eis vena rupta sit san. putridus saniei generatiuus coadunatur: hmōi autem adunatio: aut fit inter cutē capitis ⁊ cranei pelliculā exteriorem: aut inter craneum: ⁊ pelliculā sibi ꝓpinquiorem: aut inter ossa cranei ⁊ duram matrē: materia vero inter cutem capitis ⁊ cranei pelliculam exteriorem coadunata: tumor tactui mollis cutis colliqꝫ simul ac dolor carnis ibi nascitur: quā si tangas tactus in patiente cito diuiditur. Humoribus aūt inter cranei pelliculam sibi ꝓpinquiorē collectis significationes predictis sunt similes: tumor tamen fact⁹ ibi citius tactum fugit quia mollior est. doloqꝫ in osse capitis magnus habetur: fronsqꝫ ⁊ oculi eminent: lachryme effunduntur: que morbi species non leuiter curatur. tertia vero incurabilis ruptura. Materia si inter cutem capitis et exteriorem cranei pelliculā coadunetur: in duobus: aut in tribus locis findatur cutis: eaqꝫ fissa panno lineo via loci impleatur: ac deinde quarta die soluto capite pann⁹ extrahat̄: post hoc vt alia vulnera curetur.

¶ De incisione frontis. Cap. xxij.

Descendēte ad oculos catarro sentiuntur quasi formice per frontem ⁊ tempora ambulantes: et assidue rubet facies in hac egritudine: rasis tēporibus frontis vt lacerti temporū appareant mouceātur gene euitatisqꝫ lacertis cutisqꝫ in tribus locis incidatur vsqꝫ ad ossa equaliter: ⁊ recte incisiones: aut duorū digitorū longitudinē hēant: ⁊ trib⁹ digitis inter se differant. hoc facto de incisione ad incisionem inter ossa ⁊ cutē ducat̄ ferrum: ferriqꝫ acumine ad cutē conuerso qcqđ arteriarum seu venarum ibi repertum fuerit incidatur: ac remanēte cute integra san. exire dimittatur: ⁊ vt inde nihil remaneat cutis exprimatur: locus autem mundificetur panno oleo et vino infuso impleatur: pannusqꝫ simul intinctus desuper ponatur: ⁊ alius super lacertos temporū sandal. rodostomate infusus īmittat̄: quib⁹ die tertia resolutis vt alia vulnera curetur.

¶ De eodem. Capitulū. xxiij.

Frons incisa per latitudinem bis valet: quibus per multas venas humores ad oculos effluunt: cuius egritudinis significatio hmōi est: oculi eorū macri: oculi corrosi: visus est defectio: ⁊ calor nimius cum nimijs lachrymis: pili palpebrarū cadunt: acutum dol. in profundo capitis sentiūt cōtinuo: his itaqꝫ visis caput infirmi radatur ⁊ lacerti temporū caueātur frons a dextro latere vsqꝫ ad sinistrum incidatur. Incisio autem ꝓfunda sit adeo vt caro appareat: deinde arteriarum ⁊ venarū extremitates diuidantur ⁊ pān⁹ lineus vino ⁊ oleo infusus imponatur desuꝑ. Secundo aūt die soluto capite si tumorē minoratū nō videris: quousqꝫ minoretur religabis et post hoc vnaquaqꝫ die ossa rades: ⁊ cū caro creari ceperit medicamen pone carnis creatiuū. caro autē crescens in his locis cōiungetur et dura fiet. sicqꝫ catarrū ad oculos venire solitum replet.

¶ De cura palpebrarum. Cap. xxiiij.

Necessarium est superiorē palpebrā pilorū supfluitate depressam reuelare: ⁊ qualiter leuari possit indicare: q cum facere volueris eā inuersā discipulo tenere cōmittatur: piliqꝫ qui super ipsa sunt inuiscati: mastice opꝫ de angulo ad angulū super pilos fundatur vt pilorū multitudo extrinsecus cōuertat̄: illorū vero fissurā vsqꝫ ad cutē cū ferro scindas ac deinde ī sua iunctura citrinū pul. aspergas ⁊ aquā in qua ciminū ⁊ sal infundant̄: ⁊ per tres dies ad instar vulnerū illudqꝫ custodies sicqꝫ curabis.

¶ De passione leporina. Cap. xxv.

Leporine pas. causas certas alias diximus: quā q patiūtur vt lep⁹ dormiūt: qđ quidē si in vulnere contigente acciderit: palpebrā per latitudinem incidamus: deinde in incisione ipsa lichinū cum medicamine carnis creatiuo imponatur. Si vo per inferiorem palpebre incisionē similiter acciderit: abscindas citri. pul. posito oculi in aqua in qua sal ⁊ ciminū infusa sint lauentur: ⁊ si tumor innascatur ophthalmie medicamine curetur.

¶ De pinguedine palpebre. Cap. xxvj.

Pinguedine sub palpebra supiori nascente opꝫ inuersari: et duob⁹ digitis sub vtroqꝫ oculo ibi vt ita pinguedo appareat exprimat̄: qua quidē apparente cutē per longū quasi ꝓphlebotomās scinde: extraheqꝫ eā: deinde pannum veterem aceto infusum superpone. Alij autem vt abradāt qđ de pinguedine remāsit: sal tenuissime tritū ⁊ pannū mitē superligant vnius diei spatio dimittendum: postea si tumor et calor ibi permaneant: refrigeratiua et stiptica sicut memithe et sanđ. al. bolū. litium cum coriandro et endiuie suc. temperata supponimus.

¶ De cura comee. Cap. xxvij.

Si cornee aut cōiunctiue tunice palpebre cō-iungātur: instrumēto ferreo inter palpebrā ⁊ oculū misso cum hamo apprehēsa eleuē-tur: et pānis oculi euitatis causa coniuntio-nis abscindatur. Hoc facto ciminū ⁊ sal ma-sticata in oculo expuamus: et inter palpe-brā pannū oui vitello imbutū superligemus: ⁊ die tertio re-soluentes al. collyriū procuremus.

¶ De cura glandularum. Cap. xxviij.

Glans fissa palpebrarū apparēs instrumēto fer-reo extrahatur: ⁊ grādis si fuerit fissura suatur ⁊ puluis citri. superponatur. Si vero parua fuerit puluere curetur.

¶ De verrucis oculorum. Cap. xxix.

Verruce et glandule oculorū vnco apprehēse cura-ri poterunt: forpice findantur ouiq; vitellū ⁊ oleū ro. superponatur. si vero calor innascatur: scdo die resoluentes de memithe collyriū imponam⁹. si calor defue-rit: dragagā. pul. ⁊ citri. imponamus.

¶ De cura vngule oculorum. Cap. xxx.

Si vngula oculoꝝ adeo grandis fuerit vt pupillā tangat: pēna colūbina inter illam et oculū missa leni acu ab oculo separetur ⁊ circūcisa extrahat̃ et sale ciminoq; impositis vitellū oui superpona-tur. et secūdo die si calor adsit albo collyrio sicut ophthalmia curetur.

¶ De vuea exeunte. Cap. xxxj.

Exeunte vuea non est spes vt visus restituatur: adiuuā-dum tamen est vt putredo auferat̃: vt ergo oculus ple-nus fiat ⁊ planus vuea rescindatur ⁊ sicut plaga curetur.

¶ De cura humoris. Cap. xxxij.

Refert Ra. ⁊ theodorus medicus multos homi-nes de hu. sub cornea creatis curasse: infirmo recepto huiusmodi ante te sedēte capite agita-to ex omni parte: materia quippe descendēs vi-debatur leuiter excusso capite. Alij autē corneā scindunt et illā findunt ⁊ plagā illā sicut vulnera oculoꝝ cu-rant.

¶ De cataractis oculoꝝ. Cap. xxxiij.

Cataractarū diuersitates causasq; ⁊ significatio-nes alibi diximus. Hic aūt curā per chirurgiam exponemus: in cataractis sibi curabilibus inuen-tis vt oculos claudat infirm⁹ precipe: deinde duo-bus pollicibus palpebras cōmoue: ⁊ si subito ap-tis oculis aqua super pupillā fusa fuerit a pupilla separata nondū curandū intellige: si vero quasi calx coagulatissima incurabilis est. Itē si quāritatē pupillarū non tantā inspexe-ris si altero oculo clauso alterius pupilla dilatetur curabilis est. īfirmo autē ante medicū ī lucidissimo loco sedēte si ocu-lum vnū q sanus sit cōcludat medicus ⁊ apponitur parū tñ altius sedēs vsq; ad minora sub pupilla impingat: ⁊ cū illud per mediū cornee viderit secus pupillā inferi⁹ premat aquā aūt ad locū non currentē: si infirmus rem sibi ministrat aut ꝓspexerit instrumētū paulatim extorquendo extrahat̃. si vo ad locū redeat bis aut ter: vt omnis aqua exeat ibidē repo-natur: quo facto sale ciminū masticata in oculū expuamus et bombacē in vitello infusum suppone. deinde infirmus in obscuro loco maneat oculos ligatos habens: a tussi ⁊ sternu-tatiōe caueat: subtiliter dietetur: sicut pull. gall. ⁊ similib⁹ neq; vsq; ad septimum diem: nisi causa doloris vel caloris soluatur.

¶ De cura mori in facie. Cap. xxxiiij.

Sepe in facie sub genis pustule quedam ad simi-litudinē celsi nominate sunt: quas excoriari op; cum succo vel alio instrumento idoneo quousq; ad multam sanguinis effusionem perueniat̃: et sanguine excusso pul. qui dicit̃ mechimeo sup-ponatur: deinde butyro bouino mundificata cū vnguēto de erugine eris curetur: benedicta potione vtat̃ nimis valet.

¶ De oppilatione aurium. Cap. xxxv.

Aurium oppilatio naturaliter vel accidentaliter si profunde contigerit vix curatur. Si vero fue-rit in exterioribus cum acuto ferro ꝑforet̃: pul-uisq; citrin⁹ mittatur intus: cal. vel tumore inna-scente aqua ro. suc. portu. ⁊ similibus refrigeretur.

¶ De cura alicuius rei infra aurem. Cap. xxxvj.

Si in aurē lapis vel frumentū vel aliquid aliud ceci-derit: retro incidatur ⁊ cum forpice extractū fuerit pul. citrinus mittatur.

¶ De cura polipi. Cap. xxxvij.

Polipus est caro superflua inter nares coagula-ta: q si sit mollis ⁊ carnosa: cū subtilissimo cul-tro incidatur: ⁊ cum nodoso filo per nares in-tromisso cum acu: et per os tracto tota naris de illa carne mūdificetur: deinde roditiua ⁊ de-siccatiua vt vnguētū viride: pri⁹ tñ lichinio facto aliquādiu dimisso curetur. si vero caro liuida fuerit vel nigra intelligi-tur ex melancholia nasci que vix aut nunq̄ curari potest.

¶ De carne superflua gingiuaꝝ. Ca. xxxviij.

Non solum in narib⁹: verūetiā in gingiuis caro supflua vel pustula vulnus faciens innascitur: que cū hamo ex-trahatur: ⁊ cū ferro incidatur: post mirtā subtilissime tritā pone vulnere ex aceto vel vino lauato.

¶ De extractione dentium. Cap. xxxix.

Dentium extractionem nullus nisi carne ab osse se-parata facere presumat. Dētem supra dentē nisi dolor accidat melius est limare q̄ extrahere.

¶ De nodis lingue incidentibus. Cap. xl.

Nodorum sub lingua ꝓpter ligamēti grossiciem naturaliter existētē post ligamenti incisionē cū phlebotomo vtilius est accidētiū ꝓhibitio. Mo-di sub lingua separatio sic fiat: infirmū ante te constituas: os apertū linguā sursum tenere fe-cias: nodum cum vnco cape arteria intacta per latitudinem incidas: ita lingua separes: post solidatiua apponas.

¶ De amigdalarū apostematis cura. Cap. xlj.

Faucibus intus tumescentibus ⁊ quasi duas ami-gdalas creātib⁹ cū difficili screato phlegmatis ⁊ anxia spiritus attractiōe: si gargarismata prius nō sufficiūt adhibita incisio succurrat. Infirmo ante te ꝯstituto aperto ore lingua inferius pres-sa cum vnco captas incide: pelliculas ante stantes caue: post aquam rosa. cum aceto fac gargarizare vel suc. amigda. aut oleū cum albugine oui si sang. fluxerit vel mellicrato si pin-guedinem screaret.

¶ De vuula incidenda. Cap. xlij.

Quamq̄ in omnibus mēbris cura chirurgie dif-ficilis: tumenti vuule si stiptica non prosunt cā suffocationis non negatur. Si ergo vuula cum tumore inclinata subtilis est ⁊ alba: cum ferro eam retinēs cauato apprehensam cum forpice partim abscindatur: sequit̃ dolor pectoris abla-tio vocis: deinde acetum gargarizent ⁊ aquam ro. ⁊ sumac Hippo. in pronosti. vuam rotundam ex omni parte grossam colore nigram incidere caue.

¶ De incisione gutturis. Cap. xliij.

Incisio gutturis in modū .c. littere facta canali-bus pulmonis existētibus liberat ab apostema-te calido innascente in ore gurgulationis et in summitate mery. i. oris stomachi oppilante: cu-tis ergo apprehensa cū vnco ad hoc facto scinda-tur vt cartilagines vene ⁊ arterie appareāt: deinde arterijs vitatis pellicule infra canales pulmonis existentes secen-tur: vulnus apertū quousq; a suffocatione gutturis securus sis dimittatur. post vnco vel acu puluis citri. supponatur.

¶ De digitorum superfluitate. Ca. xliiij.

Si digitoꝝ superfluitas in auriculari siue pollice na-ta: q̄uis infirmo nocumentum non tribuat: quia in-decens est: cum chirurgia curetur. Si enim caro so-la cum rasorio incidatur. si sit os et caro similiter carne pri⁹ incisa os cum serra secetur ⁊ vt vulnus curetur.

¶ De cura pinguedinis mamillaꝝ. Cap. xlv.

Aliquando accidit vt mamille turpiter crescant in maribus propter causam pinguedinis que est in-ter cutem ⁊ costas. Si quis autē auferre volue-rit in modum. c. littere findere oportet: et pingue-dines extrahat: ⁊ sicut alia vulnera curetur.

De cura hydropicorum. Cap. xlvj.

Nulli hydropici nisi que ab aquoso hu. creat: chirurgiam cōuenire diximus supius: nāq humor inter siphac & intestina colligit. Si quis aūt illū extrahere voluerit: vtute infirmi cōsiderata ventre cum manib9 vt materia inferius descendat: fortiter presso ab vmbilico inferius q̄ttuor digitis cū acuto ferro vsq ad inferius siphac incisionē facias. Si tū pas. epatis precesserit in dextra parte. si splenis in sinistra: eadē ab vmbilico inferi9 mensura scindat: deinde cutē excoriatā cū ferro penetret & fistulā aureā vel argētea vel eneā: postq aquam extraxerit in ea ponat: cauēdum tū est ne vna vice totam extrahat aquā: ne subita inanitiōe infirmus deficiat: spūs em cum aqua exiens egrū debilitat. canali ergo extracto plagā cum pāno oppilet: dietam cōfortatiuā sicut ius carnis & silia odorifera cōdimēta ei prebeat. scda autē die soluat plagā et canalē apponat & aquam extrahat: hoc ter aut quater faciat tamē aq partē dimittat: quā post alleuiationē infirmi cū catartico aque citri. purgatiuo purget: deinde desiccatiua dieta & arena ca. in sole calido vtatur. alquādo vice incisionis cōcoctura vtuntur cui9 doctrinā dicem9 in sequenti.

De incisione vmbilici. Cap. xlvij.

Umbilicū si prope zirbū et intestina exierit: sic incidere opz: tumore in circuitu cuz est tam cito desiccato & infirmo supino collocato designationis mediētata cum filo ligata: talis incisio fiat q̄ digitis capere queat: digitoq immisso zirbū & intestina inferius premat vel intus. si pars zirbi sursum remaneat incidaf: postea vuln9 suaf & vt ceteris vulneribus cura adhibeatur.

De incisione zirbi. Cap. xlviij.

Sepe accidit causa vulneris intra vētrem facti et zirbum et intestina exire: vix aut grauiter nisi cū medietate si vulnus iminuerit possunt intus reuocari. plagam ergo tumescentem cū vino nigro et pontico vel spōgia aqua ca. infusa lauemus: si hmōi vinū non inueneris cum aliis mitigatiuis: donec tumor decrescat calefacere debemus: siue etiā infirmū. si iterū post factum redeat p manus pendentē in balneo ca. ponere seu oleo ro. seu violaceo ca. cū cera vngaf: postremo autez si supradicta nō sufficiāt plagā finde: post zirbū & intestinū intromitte. zirbum cū nigrū vel liuidū factū est: qd vnius diei mora fieri solet: ligati venis & arteriis opz incidi & sanguinē tm dimitti: post filo serico nō multū grosso ne cutē rumpat: nec multū subtili ne rumpatur: plagā statim resuere acu. s. in exteriori cute: deinde lacertos post siphac punge & p cōtrariū ex vtraq parte iūcturasq distātes vno facere digito: postea citri. pul. suppone: ligatāq donec detumescat dimitte: post cōsolidationē filū extrahe. Si cal. patif cū frigidis vnguētis refrigerare opz: vel supinū statue: tenui dieta refice: q̄ntia vētositatem caue. et pannos oleo ro. infusos circa plagam & inguina & titillatos mitte. cū oleo em ca. vel vino ni. vel pontico clysterizare. Sz sciendū est q hmōi vulnus in grossis intestinis leuius q̄ in gracilibus curaf: intestinū vero ieiunum diuiditur ppter multitudinē venarū & arteriarū atq neruorū: nec ppter eox multitudinē & ipsius subtilitatē & epatis vicinitatē icurabile est: in inferiori vero stomacho: quia loca ibi sunt ampla & medicina petit inferiora dicif eē incurabile Si in ore stomachi ppter suā sensibilitatē pati nō potest penam: neq ibi moratur medicina. & si adhibeantur: nulla pficiunt apposita.

De cura viri qui non habet foramen in capite virge. Capitulum. xlix.

Primus in precedēte libro: quare mulieres sunt steriles et quot modis: cur etiā hoēs gignere nequeunt: nūc autē dicamus iterū quare fiat & adhibeātur medicamina eox. Uiri quoq in recto capite foramen virge nō habētes: aut si filū torqueat caput virge gignere nequeūt: quia semē inuolua recte pjicere non possunt: nec exit cum impetu sed paulatim: nec i. ma cōtingere potest ad locum cōceptionis. Ponaf igitur talis vir super tabulā extensus fortiter: & cuz sinistra manu virga eius super ventrem eius erecta: et diu sub ventre manum teneat firmam ne infra redeat: et tunc incide pelliculam vētris vsq ad carnem viuaz: & si bene incisa fuerit: mox cognosceť: q: recte minget: si vo nō: nō recte minget. Iterū incide caute tm ne chorda virge incidaf & torqueatur vt supra. Si mult9 sanguis exit de incisione: apponanť constrictiua: si ob hoc non stringatur: ferro ignito locus coquatur.

De homine cum cannula mingente. Cap. l.

Si vrina vesicam non egredif: aut ppter apostema moratur i collo vesice: aut ex sanguine coagulato: aut ex grosso phlegmate: aut ex lapide faciamus instrumentū qd cateterum dicitur. i. pons factus vt calamus argenteus fm hominis etatem: pueris paruus: iuuenib9 longus & grossus fm foramē virge: sedeatq infirmus sup scānū et fomētetur femur & virga cū aqua tepida: & vngatur oleo viol. tepido supra: deinde clystere in foramine virge mittaf recte donec perueniat ad fundū virge: deinde suspende veretrum cū clysteri: ideoq virge foramen est tortuosū: & cū senseris clystere ppinquū posteriori parti fine veretrū & clystere pēdere a foris donec illū transire senserit vsq ad vac. ū: ita vt clystere oppilatū in foramine cū lana expoppiletur vt ventus exiens trahat vrinam sicut pueri in cannis oppilatis trahūt aquā. Sepe sanguis egreditur cū vrina vt de vulnere fit aut de scarificatione: cū autem vrina egressa fuerit: opz albū collyrium per illud instrumentū imittere dissolutiuū cum lacte mulieris: et ingeniabis vt supra cum tenui fascia teneat.

De cura lapidis p chirurgiā. Cap. lj.

Primus petre occasionē & eius significationem & medicinā: si non supradictis euaserint cū chirurgia curentur & cū ferro incidantur et extrahatur citissime: sciasq in pueris esse facile: sz quādo pubescunt est difficile. in pueris ideo q: membra eorum sunt tenera & humida: et ab incisione sanantur leuius tamē sustinēt in incisione dolorē: & p consuetudine lapis inuenitur citius: quia p grauedine cadit foras. quanto lapis est grossior & maior: tāto incisio et extractio leuior est: in paruo lapide fit ecōtra. Dum petram extrahere volumus puex per assellas suspendamus rectuz in terra cū calcaneis: senex vero faciat saltū vt lapis ad vesice collum descendat: deinde se incuruans caput in terra teneat manus inter coxas vt vesice supra collum pendeat: & tunc super vesicam manū extēde vt ducas petram ad collū vesice & inquire a pudico vsq ad testiculos: & si inueneris lapidē ad vesice collū descēdisse tunc incide vt dicemus: suauiter prius illuc deducatur. Si vero inuenire non poteris: oportet si puer est index digitus in pudicū mittatur: & sagaciter interius lapis queratur: & inuentus digitis adducatur ad collū vesice. Si senex est medius digitus hoc faciet: & cuz perductus fuerit ad superficiē cutis vt sensu videatur: iube ministro vt foris cū dextra manu conculcet lapidē ad locum superiorē: & tunc ferro incide acuto inter testiculū et podicē tm vt digitus intus retineat petraz. vulnus autem fiat ab vna parte lapidis iuxta podicē in superficie amplum vt lapis exire possit: & in fundo angustetur vt cito sanari possit: si fefelleris in petre exitu ferro cauo extrahatur: si vero teneatur aliquo panniculo digitis intromissis ne rumpatur extrahatur: postea sanabitur cum pulue. citri. aut pul. olibani & aloes & sanguine draco. & filib9 pone super locum pannū duplicem et liga cum ligamine qd vocatur feriū. si vero sanguis non steterit: pannus infusus oleo & aqua rosacea et filibus in pectiis superponatur illi supino et superligetur: sicq ligatura in ore vulneris et vsq in diem tertiuz ligatura non soluatur: tamen per diem parum laxetur vt vrina non stringatur: in die tertia soluatur & impo

ne vnguentū nigrum vsq3 ad diem tertiū alium. Si loc⁹ cal. fiat vt apostema fiat: vnge cum prohibentibus apostema et mitte in vesicā butyru3 aut oleū camomil. ⁊ liga coxas simul vt medicamen nō exeat ⁊ vulnus solidetur: sed si ex accidēti cancer causet: curetur vt diximus in cācroso vulnere: at si lapis paruus fuerit ⁊ in virgā ceciderit: ligetur virga a parte inferiori liga ⁊ in medio incide ⁊ sic lapidē extrahe: cū vo ligaueris extendes pellem a superiori parte ligature vt cum absolueris descendat cutis ⁊ cooperiatur vulnus: ⁊ mūda virgam a sanguine ne remaneat coagulatus; ⁊ festina sanare cum cito sanatiuis.

De hernia aquosa. Cap. liij.

In primo nostro libro recordati sumus infirmitates; et earū occasiones. diximus de hernia ⁊ eius significatiōe ⁊ de ei⁹ medicina cū potib⁹ nunc dicamus qd medicina nequit facere qualiter chirurgia fiat. iaceat eger ī lata tabula pulinari sub natib⁹ habito: ⁊ sub testiculis lana carpinata: aut spongia: aut panno duplici: ⁊ medicus stet in sinistro latere: famuli in dextro: virga infirmi recline‍t sup pectinē: aut in vno latere. deinde accipe ferrū in modū phlebotomi latu3 in summo: ⁊ finde saccellum testiculorū rescindēs vsq3 ad mediū sacculi: ⁊ manū intromitte donec venias ad peniculū vbi sunt testiculi inuoluti. Si autem humiditas et aqua intus fuerit: accipe ficoria ⁊ intinge in labijs fissure ⁊ precipe ministris vbi teneāt: extrahant cum his ficorijs vulnus apertū intus rade cū phlebotomo vel penit⁹ incide carnem vel excoria donec venias ad panniculū vbi est aqua tunc saccellū scindes a parte caua testiculi: ⁊ extrahe totam humiditatem vel maiorem partem. Item ficoria in labijs siccas panniculis iunge et suspēdantur sursum: ⁊ ita lectul⁹ aque excoriat⁹ extrahatur. Antiqui medici suebant vulnus ⁊ dimittebant pulue. siccare: noui autē suere nolunt: sed ponunt medicinam sanātem et carnem inducentem.

De hernia carnea. Cap. liiij.

In alio loco nostri libri dixim⁹ q hernia quedā fit caro superflua nascens in testiculorum panniculis; caro autem est dura vt apostema: aut dura vt lapis: vnde patitur dolorem nimiū: 3 si ferro mederi volumus: faciamus vt supradiximus in aquosa. et scindens per mediū saccū testiculorum donec venias ad testiculi panniculos vbi sunt testiculi inuoluti. Si caro fuerit nata super testiculos: oportet incidere testiculorum panniculos et excoriari vt supradiximus: et ita aptabis cum ficorijs. Quidam medici prohibuerunt hanc medicari ferro: quia multi propter nimiā euacuationem sanguinis moriunt: sed sapientes medici hoc modo medicant vbi caro nata fuerit: incidūt solicite ne arteriam tangāt: ita leua sursum testiculum extrahe de panniculo vbi inuoluuntur: ⁊ caue ne incidas vbi adheret neruus vel vnde pendet arteria ⁊ ita superfluā carnē natam abscindes. Si autem caro in testiculis fit vt non possit separari penitus: extrahe testiculum cum tota carne: sed si caro inter venas ⁊ panniculū fit: paulatim expediatur et extrahatur caro cum sacculo vt dixim⁹. Si vero nata fuerit in panniculo qui est post testiculum: explicetur a panno et neruis et testiculi incidantur et extrahantur cū tota carne in eo nata. Nequit em testiculus sistere sine carne in eo nata. Si autem fuerit ibi durū apostema: ⁊ inde fuerit sclirosis aut in testiculo aut in panniculo. Differētia inter sclirosim et carnem est: quia sclirosis est durior: ⁊ alterius facture: sed medicina vtrorumq3 est vna.

De hernia q fit cum distensione. Cap. lv.

Infirm⁹ iacens supinus teneat coxas altas: et palpando totum inuenies testiculum vnde pendet ligatus: ⁊ duc eum in deorsum vel sursum: ⁊ hernia in sursum leniter cogatur: quia vena est subtilior: ⁊ durior ⁊ fortior circunstantibus venis: ⁊ cū stringitur homo inde dolet: teneatur ergo testiculus cū vena deorsum ministri suspendant cetera sursum et excoriata: scinde circum vsq3 ad pannū testiculi. si autem findas vt diximus in scissura arteriarū temporum: tolle aquam cū duplici filo ⁊ liga in loco sano vnde varix est nata: ⁊ quere alterum caput vnde perfundatur ⁊ liga similiter: ⁊ inter duas ligaturas finde p medium et extrahe cholericum sanguinem qui est in vena varice ⁊ appone sanatiuū medicamen: donec fila cadant cū panniculo: hoc est medicamē aptum varici in vena ⁊ arteria Si autem varix est nata in omnibus panniculis stantib⁹ circa testiculos: panniculi cum testiculo abijciantur. ⁊ si hernia fuerit cum vento erit de genere apostematis 3imie: eius aūt medicina talis fit: vt cū varice excepta q in ventosa diximus in quinta practice hmōi particula cum dixim⁹ de apostemate nomine apoxima.

De ruptura inguinum. Cap. lv.

Hanc infirmitatem ⁊ suam significationem dixim⁹ ⁊ suam occasionem vnde est de genere rupture siphac. Si autē fuerit de ruptura siphac post pueritiam fit incurabilis. Si autem fuerit cum extensione siphac: oportet vt ita curetur cū ferro. supino igitur iacente ministri pellem inguinis extēdant sursum ad ventrē et infinde eā per transuersum: vt alibi diximus. qdam in longum findunt ficorijs fixis vtrisq3 partibus fissure vt teneatur vulnus apertum. modus fissure vt vnus testiculus extrahi possit ficoria sint multa ⁊ bene aperiatur vulnus incisiōis: postea siphac excoriabis ⁊ separabis a cute vel corio inguinis: alia fissura interius fige vt adiuuēt exire impedientia. cū autem siphac fuerit explicata a corio: mitte indicem digitum sinistre manus inter panniculum testiculi et siphac vbi continetur siphac. ⁊ mitte indicē dextre ⁊ suspende testiculum cum siphac ⁊ palpando inuenies intestinum ⁊ reduc supra ventrem ⁊ tunc mitte acū cum filo vbi siphac fissum ⁊ mitte filum: ita vt quattuor capita habeat in modū crucis: ⁊ liga cum siphac cum his capitib⁹ ne sanguis exeat et apostema faciat; ⁊ facies aliam ligaturam longe ab alia spacio digitorum duorū: post scinde pellē testiculi in alio loco vt post sanguis non exeat: super vulnus pone pannū oleo rosaceo infusum ⁊ ligetur. Antiqui faciebant illos sedere in balneo post nouē dies bis ī die maxime puerū ne apostema calidum nasceretur ⁊ ligatura citius caderet.

De pelle testium nimis extensa. Cap. lvj.

Solum incide per transuersum mensura triū digitorum: ministri teneant siphac ⁊ zirbum cūq3 videris siphac apertū tentulā impone ⁊ intestinū intus ⁊ consue vtrāq3 partē siphac et tentule pars si fit intus; et consue vtrāq3 partē siphac ne exiliat donec sursu3 sit: ita vt tenacula vix extrahi possit. ⁊ caue in omni tali incisiōe: ne rescindas quicq3 de siphac: quo facto curetur vulnus donec sanus iaceat supinus ⁊ mitte cociam in superflua carne testiculi et accipe superfluam pellem testiculi ⁊ abscinde cū forpice ⁊ cū serico sue ⁊ pulue. citri. superpone.

De castratione. Cap. lvij.

Castratio est res preter naturam: quia qd naturale est facit esse contra naturam: sed quia potentibus placuit habere eunuchos: ideo debem⁹ hoc facere vt sufficiat liber. Castratio fit duobus modis: aut ventri et testiculorum: aut testiculorū tm̄ Per constrictionem fit in pueris: nā dum in balneo teneantur et cum pellis distenta fuerit: inter manus teruntur: donec deficiāt testiculi. Per incisionem sic: liga testiculos ne intus redeant ⁊ scinde pellem et extrahe ⁊ sue ⁊ pul. siccatiuū superpone. Item aliter ligentur super pectinem ⁊ abscindātur ⁊ suantur et puluis strictiuus san. ponatur. vt aloe thus

sarcocol. sanguis draco. et pãno liga donec sang. stet: postea vnguentis sanatiuis curentur.

¶ De hermophroditis. Cap. lviij.

Hoc licet tempore sit naturale: in viro tñ turpius in viro et muliere fit quattuor modis: trib⁹ in viro: vno in femina. viris fit in pectine ⁊ in testiculis velut vulua vna mulieris pilosa vt in feminis tertius modus est grauior: quia per virgã ⁊ vuluam mingũt. mulierib⁹ vulua fit in pectine: ⁊ sub vulua post veretrũ maximi testiculi. de his hermophroditis vnde mingunt nõ est opus mihi dicere: quia icurabilis est. Illi autem hermophroditi qui non mingunt: medicari possunt incisione ⁊ adustione: ⁊ cũ vnguentis sanatiuis curare: similiter in mulieribus.

¶ De verrucis ⁊ poris vulue. Cap. lix.

Aliquando innascuntur hec in vulua mulieris: sed cum hamũculis superflua extrahantur et foras extracta forpice incidantur ⁊ pul. sanatiu⁹ apponatur.

¶ De apertione vulue. Cap. lx.

Clauditur os vulue: aut naturaliter: aut pter naturã. Naturaliter cũ ita nascitur. extra naturã fit vel ex percussione: aut ex re aliqua ibi nascẽte: ⁊ fit sup pectinem ⁊ in medio: ⁊ hec prohibent coitum ⁊ conceptum et purgationem. Sit ergo obstetrix que sagaciter inquirat in vulua que sit vncta manu oleo tepido ⁊ vbi sit qđ obstat: ⁊ si digito nequit cũ tenacula querat: quo inuento hamo extrahatur et incidatur: ⁊ si panniculus fuerit quẽ nos siphac vocamus: similiter hamo extrahatur et stringentia sanguinem superponantur.

¶ De apostemate vulue. Cap. lxj.

Apostema si est in vulua incidatur ferro: vel si nõ putridũ fuerit maturatiua apponãtur: ⁊ obstetrix intus inspiciens videat vt cum phlebotomo pungat ⁊ premat ⁊ tentulã mitte ⁊ vulnus apostematis oleo rosa. tepido inunctum superpone ⁊ liga femori vsq in tertiũ diem: post tertiũ diem solue: ⁊ sedeat ĩ balneo et tentulam vnctã vnguẽto basilicon liquefacto cum butyro oleo ro. mitte foris: ĩ femore superpone emplastrũ de sanđ. ⁊ memit he ne superueniat ca. apostema. si vulnus per supradicta mũdatũ nõ fuerit: lauetur apostema apozimate ex eos aristologie rotun. et cum clysteri mitte: deinde cum vnguentis medicetur: si vero apostema fuerit intus tendens vsq ad collũ matricis non tangatur ferro nec aperiatur.

¶ De fetu mortuo extrahendo. Cap. lxij.

Si mulier tolerare potest vt non sit nimis debilis: neq sincopim patiatur: nec pulsus deficiat teneatur supina a mulieribus ⁊ sustentetur pectus ⁊ obstetrix aperiat vuluam: ⁊ vulue collum: manuq sinistra oleo violato vncta tres digitos extensos ponat in vuluam et perquirat vbi infans consistit: ⁊ si caput pendeat hamo fixo in oculis: aut in occipitio: vel sub mento: vel in collo: vel in spondilibus extrahatur. ⁊ si pre magnitudine alicuius sui membri extrahi nequeat incidatur et eijciatur vel humerus: vel quod nocet.

¶ De secũdina extrahenda. Cap. lxiij.

Manu vncta oleo sisamino vel violaceo: secundina extrahatur: si non potest extrahi: ne timeas: quia per se marcescet et exibit.

¶ De emoroydibus ani. Cap. lxiiij.

Sunt emoroyde multis modis: alie eñ tendũt ad vesicã: alie ad nodũ cordis: alie ad itestinũ grossum q̃ oẽs sunt incurabiles: similiter que sunt fistulate: aut que sunt quasi mẽbra vbi sunt multe vene ⁊ mẽbra iuxta ossa cõsistũt: cetera gñа emoroydarum facile ferro curantur sic: supin⁹ iaceat: genua erigantur supra pect⁹ ⁊ suspẽdantur tentula in emoroide posita mitte digitũ in posteriori ⁊ si tenacula digito iũgatur scias recte ab intestino pcedere: hanc findere aut scindere nec debes: quia hõ inde spasmũ pateretur: ⁊ preter velle sterc⁹ exiret. si aũt missa tentula: nec intus introire põt: cultro finde sup tentulã vsq ad radicẽ: ⁊ melior est incisio q̃ fit cultro facto in modũ falcis inquire tunc digito aut ferro: tere panniculos si potes que sunt in spongia et excoriabis ⁊ extrahes: caue tñ ne musculos incidas ⁊ peior infirmitas inde oriatur. nã preter velle exiet stercus: ⁊ facies genus fistularũ facta incisione de bombace veteri tentulam factã immitte per diẽ vnum: ⁊ altero die fac tentã vnguẽto basilicon intinctã ⁊ imitte. Si aũt apostema supuenerit: epithimabis supradictis vt mitescat: apostema te sedato ex vnguento basilicon curabis.

¶ De cura ⁊ eradicatione emoroydarum. Cap. lxv.

Si medicus nõ põt curare: iacẽte vt supra cape cũ burcellis vnã emoroidarum: et a radice seca vnã vel duas dimittẽs vt dicit hip. icisis superpone pul. bũc. R. bol. arme. cornu cerui: charte de b. strigni cutu. ligamen appone vt nõ soluatur. quidã non incidũt: sed cum burcellis extendũt ⁊ cũ filo serico torto ligãt a radice ⁊ sinunt donec cadãt: cũq incidunt pannũ infusum oleo tepido suppone ⁊ liga ⁊ homo non exercitetur nimis locum oleo ro. vnge ⁊ super oleũ medullã bouinam cũ pul. citrini pone: et tertio die lauetur cũ vino pontico rubeo.

¶ De glandulis ⁊ nodis in ano. Cap. lxvj.

Glandule ⁊ nodi in ano vt in vulua nascuntur et emoroid. ⁊ postea fit nodosa sicq mũdentur his vt dixim⁹ in vulua. i. cũ burcellis captis excidas radicẽ medicamen superponas decisis. Ragadie vero magne si non curentur medicamine fricentur ferro aspero: donec asperitas cadat fissure: tunc vnguentis curentur.

¶ De clauso ano infantis. Cap. lxvij.

Nato infante ano clauso: obstetrix cum vngula vel digito vel ferro aperiat ⁊ tentulã in vino calido intinctã sepe infigat ⁊ extrahat quotidie: donec consolidetur: vel plumbeã rastam vel cannã. Si vero contigerit pro vulnere neglecto apostema scindatur cũ cultro ⁊ spongia infusa in vino atro imponatur ⁊ ligetur: alia die vnguẽto sanatiuo vnge. ⁊ semper imbutus predict⁹ plũbeus sit intus vsq ad perfectam sanationem.

¶ De elephantia in calcaneo. Cap. lxviij.

Vlligatur cum tyriaca ⁊ hu. melancholicus purgetur: ⁊ si non profuerit incidatur sicut de cancro diximus.

¶ De vulnere dactylico. Cap. lxix.

Dactylica vulnera vt getam ad curandũ difficilia sanent vt supra de cancroso vulnere.

¶ De varicibus crurium. Cap. lxx.

Oportet varices ligari in cute natas: aut in carne ab vtraq parte in loco sano cũ filo serico et inter ligaturas scindere ⁊ emũdare putrida: deinde medicentur sicut diximus in medicina arteriarũ temporum.

¶ De vena mediana. Cap. lxxj.

Venã autẽ medianã in capite finde: ⁊ extrahe caput vene solicit⁹ et leniter vt ex ea parum appareat. si vero tenta foris exiret vt possit retorqueri cum plumbo retorqueatur: ⁊ liga cum filo vt non retro cadat tortura ad crus: ⁊ omni die torqueatur donec exiliat tota: ⁊ ita fit in brachio. Si vero in principio torqueri non possit cũ plũbo: cũ filo aut seta fiat ⁊ omi die torqueatur donec plumbum possit immitti ⁊ lauetur omni die aqua tepida donec sanetur.

¶ De incisione membrorum putridorum. Cap. lxxij.

Aliquãdo putrescunt extremitates corporum vt manus ⁊ pedes: prius caro: deinde ossa: ⁊ accidit ex acutis egritudinibus natura expellente ad superficiem corporis a nobilibus membris: ⁊ fit hoc: aut ex concussione: aut ex apostemate: aut ex niue que extinguũt calorẽ. rescindatur ergo putrida caro prius et ossa cum serra: ⁊ hoc totum paulatim et caute et particulatim: ne sanguis effluẽs incidere impediat ne vene aut arterie rumpantur et hõ inde moriatur: cum rescindis putrida vel secas ponatur in sectione linteolum aqua infusum ne sanguis superueniens serre impediat ⁊ ne serra incidat sanam carnem faciatq dolorem post sectionẽ arterie

et vene ligentur: vt sanguis stringatur: deinde vnguentis sanetur.

¶ De putrida vngula. Cap. lxxiij.

Vnguis putrida caro icidat ⁊ cancrosa: in carne vo que super vnguē replicatur superponatur puluis stringens ⁊ comedens: quia si multa est rescindatur ⁊ pul. galle ⁊ mirte ⁊ similia apponantur.

¶ De vngula cōtusa. Cap. lxxiiij.

Vrgetur ex corrupto san. et dolor sedetur: nā inciso vngue post duos dies iterum preme vt putredo exeat et superpone medicamē qđ dissoluat apostema ⁊ mitiget dol.

¶ De cocturis quibꝰ mēbris cōueniant. Cap. lxxv.

Dximus in manuali operatiōe que fit cum incisione: hoc conuenit locis illis in quibus putrida nimium dominatur humiditas: vel econuerso mala frigida que non potest purgari desiccatiuis: dicamꝰ etiā infirmitates in quibus cōmunicat ⁊ conueniat vstio ignis: ⁊ qualiter fiat in vnaquaq: ⁊ incipiamꝰ a capite ⁊ primū de incisione capitis eorum qui patiuntur corizam.

¶ De cocturis capitis. Cap. lxxvj.

Antiqui medici vtebantur vstione ignis in capite illorum qui humidos habēt oculos: ⁊ qui habēt orthomiā de humiditate descēdente a capite ad pectus: vnde pulmo vulneratur ⁊ pectus molestatur: cutis cum ferro ignito vsq ad ossa perforetur ī modū nuclei oliue: cūq caro ⁊ cutis pertusa fuerint ferro rotundo in capite secto vt luna ossa circūuoluēdo radantur. si humiditas fuerit multa necesse est vt ossa incidantur donec cadat escara ex osse vt humiditas capitis hmōi post loca dissoluta purgetur: incensio vero sit multis diebꝰ aperta: ⁊ cū humiditas desiccata fuerit sanabis cum vnguentis congruis vulneribus.

¶ De cocturis propter lepram. Cap. lxxvij.

Illos quos times ī leoninā cadere: in quinq partibus capitis incende. Vna in fronte vnde fit capillorū principiū. Secunda in medio capitis vbi ē mollicies puerorū. Tertia super cōcauū colli retro in occipitio. Quarta in dextra parte in iūctura super auriculam. Quinta in sinistra parte in iūctura super auriculā. Omnes supradicte incēsiones cum cauterio fiant rotundo ⁊ fiant vsq ad ossa vt leuetur inde escara vt putridi fumi eorum petentes cerebrū et faciem habeant locum exhalationis: quia si humiditas a cerebro in oculos descenderit p hec loca purgare certe valueris.

¶ De incensione arteriarū temporū. Cap. lxxviij.

Quidam malunt incendi arterias temporum q̄ extrahi ne fluxū incurrāt ⁊ cū cauterio tenui et amplo quantū fuerit arteria incendantur: tūc arteria constringatur vt san. non exeat: ⁊ incēsiones ille stent aperte donec ille ab oculorū pas. liberatus sit: deinde cū supradictis vnguentis medicetur.

¶ De incensione palpebrarum. Cap. lxxix.

Si pili nascant transuersi in palpebris euellātur cum burcellis: ⁊ circa loca vtantur cauterio aureo vel argenteo: vel eneo subtili. Quidā nō incendunt: sed speciebꝰ cōbustiuis vrunt ⁊ altero die vnguunt cum oleo locum ⁊ iterū illud ponūt sicq per tres dies: donec satis sit: deinde lauant cū tepida et sanant cum vnguento.

¶ De incēsione oculorum corrosorū. Cap. lxxx.

Dximꝰ in alio loco nostri libri q garap est apostema nascens in lachrymali oculorū destruēs ossa nasi vt fistula fiat: hoc apostemate nōdum in sanie conuerso in circuitu prescinde vt ad os nariū: ⁊ euulsa carne putrida īquire ossa si fuerint viridia vel nigra: et cum cauterio incēdantur iterum donec perforentur ossa naris penitus. si fuerint perforata sic pba: oppilabis nares ⁊ si fumus per foramen exit pforata sunt ossa. cū aūt ī pdicto loco incēderis linteolū aqua infusum super oculū pone vt nō obsit oculis: tunc tentulam inunctā de vnguento viridi desperato immitte vt circundet putredinē ⁊ ossa pura sint: intermissis diebus mitte tentulam et aliis pone bombicinum vetus donec sanetur.

¶ De incensione titillari. Cap. lxxxj.

Aliquotiens ossa hominū exiliunt: ⁊ accidit ex labore nimio: aut nimia humiditate faciēte lubricum os. Si autem tintillus intinctꝰ fuerit ⁊ sepe resiliat ⁊ disiungatur incendi oportet. iaceat ergo in latere altero et brachio superiori suspēso ⁊ pellē que sub assella est cape: in locis enim spatio interposito inquire per foramen cutis factū cū cauterio: aut cum plumbea testa. Si autem inuenis locum viciatum esse desine: si vix sentitur locū ossis v. c. Hip. in epidimia precipit huiusmodi fieri: coctura non sit pfunda propter musculos ⁊ neruos ne apostema oriatur. sufficit enim perforatio: deinde porros fritos suppone cum sale vt seruētur a putredine: caueat a labore diebꝰ multis donec sanꝰ sit.

¶ De incensione apostematis quod ex pleuresi accidit. Cap. lxxxij.

Hoc apostema non debet incendi: nam aut mors sequitur: aut in fistulam cōuertitur: vtraq est incurabilis. cū ergo iuenitur post pleuresim incendatur cum rad. aristol. lon. in oleo intincta ⁊ igne accensa: in catena gule incende vnam magnā incensionem vel duas paruas: ⁊ super mamillas computa costas priores a prima que est sub gula numerata descendens subtus ad mamillas: et inter quartam ⁊ tertiam vacuum coste incende super mamillas ambas ⁊ versus ventrem in dorso coquantur quinta ⁊ sexta costa: duo stigmata a latere apostematis ⁊ vna coctio in medio stomachi fiat nec funditus: quando autem sanare volueris cum vnguento albo sanabis.

¶ De incensione apostematis epatis. Cap. lxxxiij.

Si apostema fuerit in epate cum dolore ⁊ grauedine dextri lateris patet: quia super carnem epatis. si vero dolor fit nimius pus habetur in siphac epatis: si his medicine non prosunt dissolutiue incendantur cum cauterio ignito valde quattuor digitis super inguē et subtꝰ epar duobus digitis incende cum cauterio ignito predicto et cutē perforabis ⁊ siphac vt pus egrediatur: quo emisso superpone lenticulā pistatam cum melle deinde vtere sanatiuis.

¶ De incensione apostematis splenis. Cap. lxxxiiij.

Si vero in splene durities fuerit ⁊ nō curatur medicinis suis: incendatur cauterio. quidam incendūt cū cauterio rotūdo: qdā cū cauterio triangulato: qdam incendūt in sex locis: quidā cum simplici: quidam cum triplici vel sextuplo cauterio ⁊ dimittunt donec splen curetur.

¶ De incensione stomachi. Cap. lxxxv.

Si stomachꝰ pp̄ter lōgā īfirmitatē factā de phlegmatica hūiditate ⁊ putredine ⁊ medicinis siccantibꝰ ⁊ calefaciētibꝰ nō curetur: incendatur sub tenero osse pectoris cū ferro ignito nō multum tenui: sz si fuerit humiditas versa in multā putredinē ⁊ infirmus incipit iam tumescere: due incensiōes fiāt preter predictam. vna in vno latere: alia in altero: caueatq siphac nec tangatur cauterio cū incēditur ne spasmum patiatur. locus em̄ neruosus est et sufficit perforatio pellis ⁊ sint apta stigmata cū nodis ⁊ multo tpe perseuerent: quidā em̄ multi mode stomachū incendūt cū gumma de quercu egrediente cū qua incēsa superstillādo colamē ⁊ accenso p cauterio vtūtur. pfitentur em̄ hmōi desiccare humiditatem.

¶ De cocturis hydropicorum. Cap. lxxxvj.

Hydropicus si potionibus non curatur ⁊ incendi nō velit: vt extractio fiat per artificiū: fiat vt diximus vna in stomacho incensio: alia supra epar alia in splene: alia sup pectinē ⁊ subtus vmbilicū vna. si fuerit ferrum nimis patitur. fiat cū lignis ilicis accensis: sepe em̄ huiusmodi incisio valet.

¶ De cocturis testiculorum. Cap. lxxxvij.

Quosa hernia quãdoq curatur cũ incensione incendif: aut cuz ferro in modũ crucis facto: postea cũ cauterio sic facto incẽdif in medio testiculo rũ: τ postq̃ cũ cauterio incensum ignitum est extorqueatur vt siphac appareat: τ vtraq cauteria facta vt crux ignita in vno ponantur testiculo: et reliqua duo in alio et infigatur tamdiu donec ad humiditatem perueniat ↄclusaz: siquidẽ pãniculũ inuolutũ in testiculo, cũ hamo apprehẽdo suspende incende cũ cauterio facto in modũ cultri falcati.

De coctura ꝑpter crepaturam inguinum. Capitulũ.lxxxviij.

Separatio in inguine aut fit ex distẽsiõe siphac aut ei⁹ ruptura. incisionẽ sup̃adixim⁹: quidaz aũt malũt incisionẽ: fac infirmũ paulatim exercitari: τ tũc stet erect⁹ ante te: fortiterq̃ tussiat et extẽdat brachia sursuz: τ si videas in inguine velut apostema leuari: tũc locũ signa cũ icuasto vel cũ alia re et in trib⁹ locis incẽdatur: in supiori parte inguinis vbi apostema consistit pone duo cauteria: in inferiori parte apostematis hocmodo: inde iaceat supinus τ inferior pars incendatur cum cauterio fctõ vt bulla facta in capite. Iterũ cauterio facto vt crux pone vt teneat caput in medio ferri facti in modum lenticule τ nimiũ findaf. famuli qui adsint humiditatem semꝑ abstergentes in temperatis sic vsq ad siphac vt nõ veniãt ad tethanũ vel calida apostemata: in crassis vo ꝑfundius fiat: postea porri cũ sale triti supponãtur cũ opus fuerit sanandũ cũ lenticulis τ melle et similibus.

De cocturis ꝑpter emorroydas. Cap.lxxxix.

Emorroydis si alie medicine non ꝓsunt: inter anũ τ finem ossium spondiles incẽdanf cũ auro aut ligno mirtino.

De cocturis sciaticoꝝ τ podagricoꝝ. Ca.xc.

Sciaticas longi tp̃is tybie tumescunt τ claudicãt: q: humiditas adunata in nodis lubricũ facit eũ vt expellat iuncturã. anteq̃ igitur calescãt τ claudicent cauterizentur in vertebro cauterio quasi clauũ in capite habẽtẽ τ sic cutis perforetur vt hũiditas exudatur. qdaz eñ in tribus locis cauterizant sup anchã τ sup genu τ deforis: et similiter cauillã exteriorẽ q̃tuor digitis: qdam faciunt instrumentũ cum cataractis cauteriũ hmõi hñs interpositos musculos de eodẽ ferro: quidã faciũt.iiij. in circuitu τ iaceat infirmus super sanũ latus: cauterizato porrũ tritũ cũ sale supponatur donec pus siccetur sit apertum: post hoc sanabis sanatiuis remedijs.

De ↄtusiõe ossium. Cap.xcj.

Post chirurgiã que est in carne cũ inciditur findi tur suitur: q̃ fuerit in osse cum laxatur rũpitur et ↄtenditur dicamus. Prenoscere aũt opz iũcturas ossiũ τ loca eoꝝ τ figuras qualiter consistunt τ sunt facta: τ quomõ cum alijs coniunguntur mẽbris. τ noscere musculos ossa coopeiẽtes vt sciat quod illis cõuenit tãgendo vtrũ in locis suis sint aut rupta aut laxa: aut aliud patiunf. In sequenti vero dicemus singularem vniuscuiusq medicinã τ lesionẽ: nũc vero dabim⁹ vniuersalem regulã in his tractandis.

De vniuersali canone membroꝝ. Cap.xcij.

Sciendum est igitur in primo q̃ ruptura simplex est cum os tãtũ ruptũ fuerit: cõposita cum caro habuerit apostema sedãdũ duricies superuenientes rupture que nõ ꝑmittunt expedire ĩ pĩcipio necesse est minui sanguinẽ: dabis ad bibẽdũ boli arme. exagiũ vnũ cum sirupo viol. postea dabis laxatiuũ vt est manna tamarindi apozima prunoꝝ: aut cũ lebelabi. i. mercuriali: aut cũ apozimate viol. ꝰm virtutem infirmi: dictare necesse est dietis frigidis τ parum efficientibus caloris vt lact. portu. scari. fasianis: starnis. vt nõ supueniat mẽbro infirmo apostema. Si autem locus est percussus sine ruptura τ separatione alia: sup̃adicta non sunt necessaria: sufficit aut epithima de mumia bolo. arme. cũ aqua mirte. Si autẽ simplex fuerit ruptura carnis τ sine apostemate: opz locum extendi suauiter ab vtraq parte caute ne violenter facias: quia sepe inde accidit apostema: cum autem reducta fuerint ossa in locum suum linteoluz vnctum herbis sanatiuis in locis ruptis circunuolues τ super cauillas in modum crucis aptatas cum filo: deinde superligabis cum faciolis nec mollibus nimis: τ incipe ligare a medio τ stringere: ĩ capitibus vero latius liga: τ ita vt equalis sit non montuosa ligatura: τ ꝰm loca rupta fiant cannule in corꝑis late quoq τ fortes: in alijs locis tenuibus tenues τ debiles τ longiores sint rupturis quattuor digitis vel tribus: τ in corꝑe etiã plus sint remote abinuicẽ in medio digito vno: in gibbo rupture sit ligamen fortius: caue ne capita cannarum sint super nodos ossium: oportet cannas vel tabulas ligari duplici filo τ filũ subteruenit et aliud superueniẽs ambas illas. coerceat in modum crucis: cum locus ꝓrurit solue et aqua tepida laua et polipod. linteolis oleo infusum τ aqua rosa. superpone prima die scd̃a τ tertia leuius liga: donec cõglutinetur post hoc lenius donec sanus sit.

De ossibus fractis. Cap.xciij.

Rupture cũ apostemate aut epithima suppone de sand. ro. scar. aut suc. coriãdri semp uiue: et supliga cũ ligamine leni in crastino aliud τ recens epithima superpone. si fuerit in brachio apostema magnũ tãtũ soluas ad inquirendam rupturã donec dissoluatur apostema. Si autem sit caro contusa medicetur vt diximus in putredinibus. Si autem in ruptura ossium caro vulnerata fuerit super arterias aut venas multum san. fundens: stringatur san. cum aloe incenso sang. draco. Si ossa in vulnere nõ sint dolice operta sutione vrencũ erit τ ligatione que vulneris labra adunent: τ cũ cicatrizantibus curabis. Cũ aũt in vulnere parua sunt ossa q̃ pungunt locũ suere nõ expedit: sed tene apertũ vt ossa excutiant vt dicã ĩ loco suo: τ cũ vuln⁹ ab ossib⁹ fuerit mũdatũ cum linteolo mirrhã supliga τ super vuln⁹ dimitte vt superius τ leniter liga τ quotiẽs ligas τ solue τ bombiciũ vetus super vulnus pone τ cũ pspexeris pus multuz τ secur⁹ sit ne ea apostema supueniat vnguẽto sanat. no vtere. si apostema sit illõ prius cura: deinde dirige ossa. si os sup illud stat dirige cum ferro qd̃ dicitur luna longo palmo vno: τ sit planũ τ grossum ne duplicetur caput: τ acutũ τ eleuatũ parũ reuolutũ vt ossa que sunt impressa reuiẽnt: min⁹ declinẽtur vt dirigãtur: vt supradiximus: si non possunt equari ossa secetur τ abijciatur deinde dirige membrũ. Si autẽ vulnus magnũ fuerit cum tentula τ vngula curabitur hoc modo nõ sanatur: sed prius egreditur: vel si caro mollis fuerit τ non solida: scias propter ossa fracta latentia hoc esse tunc iterũ tentula plumbea inquire vbi sint τ inuenta cum burcellis extrahe: deinde medicaberis vt prius τ sparso puluere sanõ. vsq ad octo dies sup leniter ligabis linteolo ac de.iij. in.iij. diẽ mutabis vel de.v. in.viij. donec noueris esse solidatum. Si vero fractura ossis fuerit in frustulis tñ minutas oẽs micas ossium intus pꝛuri gentium extrahe: postea dirige τ liga sicut dixim⁹ in ossium fracturis cum vulneribus.

De impedientibus ossa cõglutinari. Cap.xciiij

Et si ossa fracta non ↄglutinẽtur τ tẽp⁹ pretereat conglutinandi: post vetustatẽ scias non posse sanari multis modis: aut multa humiditate locuz lubricum faciente: vel quia homo nimis mouet membrum: aut ligaturis opprimentibus membrum ne solidari possit: aut nimia ciborum abstinentia: aut quia membrũ tenue non possit sanari: aut laxatione nimia dissoluẽte. Videbis ergo qua occasione non sanantur τ stude reformare. Si fuerit ex cibis tenuib⁹ τ paucis post tertiũ diem rupture ciba infirmũ vel post quartum diem: excepto q̃ si habuerit apostema quia tũc abstinebit a cibis. q̃ si non habet: et iam incipit membrum consolidari grossis vtatur cibis vt est caro vituloꝝ et venter et frumentum coctum et caro veruecis veteris et piscium viscosorum: quod prodest ad conglutinandum ossa. Si vero negligentia deficiat τ attenuetur membruz lauetur aqua tepida: et ciba illum cibis viscosis τ vino albo grosso donec sanetur.

De signis sanationis ossium. Cap.xcv.

Si sanguinem super ligamen videas: sanari scias si sit sine vulnere: quia materiam bonam coadunauit natura vnde sanatio fit et ideo per poros egreditur. Si autem supra rupturam apparet materia velut nodus: efficit em̃ duobus modis, tempore em̃ est vt officium suum amittit: sed si supernatatio recens fuerit: vtatur medicinis stringentibus ꝛ stricto ligamine stringe: aut lamina plumbi. Si vero duricia non dissoluatur: ferro rodatur donec deficiat.

❡ De ossibus male sanatis. Cap. xcvj.

Ossa male sanata qualibet culpa medici: vel egri non quieti: quidam disiungũt male iuncta et incom posita: sed his multi periere. ideo debem⁹ ꝑ tp̃s longũ vngere adipe galline: aut anseris vel ossiu; medulla. multi dactylos cõstrictiuos volũt adhiberi ꝛ itermisso die lauet aq̃ dulci ca. ꝛ oleo viol. ꝛ iterũ suauiter manibus frica locum. si hoc nõ ꝓfuerit pone super contusionẽ bombacẽ veterẽ inuolutũ vnguẽto viridi nimis admixto butyro: cũ autẽ locus a carne mundatus fuerit: cõpone si potes ossa in suis locis deinde sanabis. Si vero caro fuerit dura: nec molliatur a medicinis predictis vel comeditur cultro acuto incidatur: vel os dirige in locũ suũ ꝛ suppone medicamẽ qđ restrigat ꝛ liga. His vniuersaliter de rupturis ꝛ de iũcturis ossiũ dictis: particulariter expediẽdũ est de singulis mẽbris et a capite incipiendum.

❡ De ossibus capitis ruptis. Cap. xcvij.

Ruptura ossis capitis: alia simplex: alia ꝯposita simplex fit in cutis fissura et ossis ruptura que nec superius: neq; inferius exit: ꝛ dicitur grece darea (al's ragamia) alia ruptura fit de qua os elongatur ꝛ eleuatur sursum: ꝛ dicitur angin (alias aberia) si autẽ os separatur penitus dicitur cutematos (al's apostatismos) Inuenitur ali⁹ modus rupture qui in multis cõminuitur partibus: ꝛ ita permanẽt contusa: etsi pãniculũ vsq; peruenerint: ꝛ grece vocatur antiaca (al's empiasma) fit et alius modus rupture ossis contusi interius ptingẽs vsq; ad siphac: ꝛ dicit a grecis gelsim (al's genissima) est alius modus infen⁹ tm̃ habẽs ossa rupta et dicitur a grecis moneris (al's marusis) q̃dã addiderunt alterũ modũ. s. tenuẽ fissurã cranei veluti pilus curuus ĩ modum lune: ꝛ vix discernitur plicatura vel ruptura ossis sine ruptura que fit duobus modis: aut curuatura in panniculo cerebri residẽs: aut curuatura non habẽs panniculi lesionẽ vel rupturam. hec sunt genera simplicium vulnerum capitis. Genera vulnerum compositorũ capitis sunt multis modis: quandoq; cũ octo supradictis iungitur fractura matris que dicitur tumida: aut apostema adsit de quib⁹ alibi dicemus. Cognitio autem vulnerum capitis aut ab ea re habetur qua vulneratur vt est lignum: lapis: ferrum ꝛ similia. aut ex duritie vel mollicie hominis percussi vel membri: aut ex percussione leni vel forti: aut ex accidentibus vulneratorum vt est vertigo vel epilepsia vel loquele amissio. hec em̃ sunt accidentia que superueniunt vulnerato cum vulnus vel os imprimit vel sedet super matrem tumidam vel piam: aut cũ ipsa mater aliquantulum vulneratur: aut compressa est ab osse vulneris capitis in osse interius cerebri non valens se mutare: sed stricta ꝛ immutabilis permanet. Aliter quoq; cognoscitur si ruptura illi⁹ loci sit pauca: plumbeato instrumento intus misso quere: aut intro aspice si ruptura ossis sit ibi aliqua. Si ergo ruptura fuerit que vt superius diximus: tenuis est vt pilus: mitte incaustum vel aliam tincturam in vulnus fricans ossa ex illa tinctura cum manu vel digitis. Si vero os ruptum fuerit: in sanguine testa infusa vel ruptatorio vnge illum digito et fortius frica. si mũdatur a tinctura penit⁹ perfora: et vide an lesa sit mater an iuncta sit ossibus an disiuncta. cognito aũt si fuerit lesa aut ex apostemate ca. aut ex vertigine: aut epilepsia: aut ex paruo apostemate. nam si fit ex paruo parum sentis: si maximo multu; cognoscitur ex humiditate exeunte. Si autem humiditas parua fuerit et cocta: scias siphac ab osse minime separari. si feb. fuerit et nimius erit dolor: et ossis color: mutatur in viridem: vel si pus egrediens tenue fuerit ꝛ non coctum: scias pro certo matrem tumidam ab osse separari: propterea medere anteq̃ vomitus superueniat infirmo: aut spasm⁹: alienatio aut sincopis: aut acuta fe. Si autem a quolibet istorũ supradictorum molestatur infirmus: dimitte: moritur. q; si a nullo molestatur medicetur. Si vero siphac non fuerit separata et os fissum: frica cum ferro ab vtraq; parte vt tota deleatur ab osse fissura. si vero non deleatur quia foratum est vel ruptum: os abstrahe foras cum instrumento trahendi. Si vero siphac ab osse separata est: et ab initio cum infirmo fueris: trahe ossa ante decimũquartũ diem: si estas fuerit ante septimum. Si vero hic terminus preterierit: sepe venient supradicta accidentia ꝛ inde moritur. cuius medicina sic fit: prius radatur caput: findatur cutis in modum crucis: excoriẽt ossa vt bene videas que sunt trahenda. si fluxus sanguinis impedit ad videndum: linteũ lini aqua infusum et aceto superpone aut linteolum siccum. Si autẽ dolor fuerit multus cum fluxu: linteolum vino nigro infusu; pontico et oleo superpone et liga et dimitte per vnam noctem in crastino solue. Si autem nil predictorum accidẽtiũ habuerit scilicet epilepsiam vertiginem et spasmũ: extrahe ossa rupta: et ne differas ne rugatio facta tangat piam matre;: infirmus ergo sedeat ꝛ teneatur ab hõibus: aures etiã oppilentur bombace ne ictum scalpelli audiat cũ os separatur ab osse: et tunc soluatur pellis capitis visa et circũligata vt in suis locis conuertatur: et erige locum: ministri teneant pellem capitis in quattuor partibus: ꝛ inquire in ruptura capitis: et si ossis ruptura parua fuerit suspende a capite cum ferro facto in modum falcis. si ossa rupta non sint penitus mota separari nõ possunt cu; scarpello: in circuitu ossis percute vt non possint transire penitus foramen ossis ne tãgatur pia mater: cum scarpello in circuitu ossis percute vt separetur ab osse: et similiter extrahe incipiendo ab ampliori loco. Si autem sint grossa vt in capite est vnũ atq; habeat nodum vt non possit plus introire nisi quantũ est ossis grossitudo: in circuitu ossis pertũde quantum tibi videtur vel de osse trahe: et sic cum scarpello post percussionem inter percussum et purum recinde os leniter et fragmina extrahe cum burcellis et munda vulnus: aspera quoq; radendo ꝛ iu perpone zebel lucidum quod. ℞. rasuram ne super cerebrum cadat: post hoc linteolum oleo infusum super vulnus pone et pellem capitis deduc in locum suum vndiq;: et superpone linteolũ infusum oleo rosaceo et aceto: deinde sandal. tritos cum aqua rosacea confectos vt aqua coriandri ꝛ semperuiue et scar. simul superpone ne apostemata ca. veniant: ꝛ bis fac in die epithima: infunde supradictos sanđ. cum oleo rosaceo: et post diem tertium dissolue et absterge vulnus: et tunc curabis vnguẽtis carnem creantibus: post super os desiccatiuum puluerẽ superpone: vt est aloe incensu;: sanguis draco. ꝛ circũpone que prohibent super apostema vt supradiximus: supradicta omnia bene considerans recte operaberis.

❡ De apostemate facto ex chirurgia. Capitulum. xcviij.

Aliquando apostema calidũ accidit siphac per incisionem capitis vt videas eleuari: et ossa capitis exasperantur: aliquando sequuntur predicta accidentia: et seq̃tur mors. hoc aũt apostema ex duob⁹ cãis fit: ex osse fisso ꝛ pũgitiuo. aut ligamĩe multũ stricto: aut ex multa comestiõe: aut mu

to frigore. Inspice ergo cerebrũ: et si est ibi fragmẽtuꝫ ossis extrahe: si vo ꝑ ligamine stricto solue. Si ex nimia comestiõe abstineat a cibis ⁊ vtatur tenuibus: si ex frigore linteũ aqua tepida infusum ⁊ aceto superpone: aut si apostema fuerit ni mis cali. sand. ro. succũ solatri superpone circum. rursus oleũ tepidũ cum malua melliloto lini se. fenugreci: post hoc epi thima de farina ordei aqua tepida oleum ro. adipe galline ⁊ linteolo in his infuso superpone ⁊ fascia caput ⁊ collũ circũ da ⁊ inijcies oleo ro. viol. ⁊ nenufa. in auribus vel vnũ isto rum. Si autem virtus adest minue sanguinẽ de vena cepha lica: postea da laxatiuũ de cassiafist. ⁊ da mercurial' apozima. Scias iterum si pãniculus cerebri fuerit liuidus inde morie tur.

De osse narium fracto. Cap. xcix.

Oportet vt scias in summitate narium fieri contu sionẽ q2 nõ est ex osse: sed est cartilago: sed in me dio nasi vel supra rũpitur os vel cõtundit': quod cum fit in nares digito immisso subleua ossa con tusa: vel imisso plũbeo vel ereo instrumento: dein de tentulã lineã bõbace inuolutã ⁊ aqua intinctã acatia vel mumiã quã notã agarẽ vocant: immitte nari ⁊ charta bõ bacina in eadẽ medicina de fascia: ⁊ hoc fac paucis dieb9: q2 citius hic locus sanatur ceteris cõtusis mẽbris. si flatus non recte exit: vel loq̃la: rũpatur ⁊ solidet: tẽtula fiat de calamo vel pẽna ꝑtusa vt inde expiret. Si torq̃at' nasus chartã ⁊ liga men cũ cola piscium suppone vt dirigatur deforis nasus. vn ge medicamine quod dixi in fracturis ossium: ⁊ cũ vis aufer re per cãnulam immitte aquam tepidã vt mollescat ⁊ auferri ⁊ extrahi possit.

De genis vel maxillis fractis. Cap. c.

SI ossa genarũ nõ penit9 sint rupta: si sint in si nistra parte indicem ⁊ mediũ dextre man9 im mitte: ⁊ ossa foras impinge cũ altera manu fo ris iuxta genas plane fit ne rũpatur: si sint in dextra ecõtrario facies. Si vo maxille subtilio res sint rupte tunc extrahe ossa rupta superius ministri sagaciter extendant inferius vt in eodẽ cõiungant' ⁊ tunc cum filo serico torto sue: ⁊ solidatiuo medicamine ex tenso in linteolo ligabis ⁊ curabis sagaciter a loco suo neq2 consistere tenta cauata ⁊ immisso linteolo in maxillis appo natur ⁊ ligetur. sanatiua appone eger quietus sit: non man ducet: nõ loquatur: dieta sit sorbilis vt ius cõditũ: ius frumẽ ti ⁊ amili: post septẽ dies solue: si nõ est bene rectum iterum dirige ⁊ vnge: ⁊ est solidatio maxillarũ. xx. dierum. Si autẽ apostema calidum acciderit vtere supradictis.

De ossibus spondilũ fractis. Cap. ci.

SI ossa furcularũ propinqua neruo sint rupta: ⁊ pendeant leuius curantur. Si vero non ex toto disiuncta fuerint: difficilius et molestius: q2 que non separantur nequeunt sic bene reformari: cũ herent cum osse fracto pendent partim: ministri extrahant ⁊ eleuent sursum: alius teneat collum infirmi: cum reliqua parte ossis: ⁊ tunc reiunge. Si ossa infirmãtur cum manibus reduc supra ⁊ ita positis liga. si vero sic non redu cantur extendatur adhuc humerus et supponatur asselle globus subleuando ⁊ sic dirigantur ossa. Si autem ossa int9 conuersa fuerint: iaceat supinus: puluinar paruum sub spa tula habeat: humerũ preme. Si vo fissum fuerit ⁊ non ru ptum pugẽs locum finge carnes desuper: ⁊ qd̃ pungit extra he ⁊ os remaneat: et vt diximus zebel lucidus. i. cortex testu dinis maxime velut vngis sub rasura ponatur colligenda: ne intus siphac vel in pulmone cadat: qua extracta sue locuꝫ fissum ⁊ superpone solidatiua ⁊ liga. Si vo apostema fuerit anteq̃ ligetur vnge oleo rosa. si vero non ligetur adsit sane globus sub assella ⁊ liga cum humero fascia super humerũ ⁊ per pectus ducta ⁊ reducta seruet dietam: supinus vel con uenienter iaceat: post tertium diem solue ⁊ solidatiua appo ne ⁊ euadent saltem in mense vno.

De spatulis fractis. Cap. cij.

SPatularum ruptura que fit in latitudine ossis ⁊ non spina que in medio spatularum aliquan do rumpitur aliquãdo finditur. Si intus rum pitur tactu noscitur ex membro sibi iacto: sen tit paralysim ⁊ dolorem in spatulis. Si fissum est ⁊ locus cum tangitur asper est ⁊ hoc super pone solidatur. Si vo rumpitur cũ manu noscitur a pũctu ris ossium in fissuris ⁊ asperitatibus: ⁊ tunc findatur cutis ⁊ fragmentis ossium extractis sanatiuis curetur. Si vo os nõ est lesum vel contusuꝫ: cum sanatiuis appositis curetur vel sanetur sine incisione ⁊ apertione.

De fissuris ossis pectoris. Cap. ciij.

IN fissuris ossium pectoris cum intus contrahi tur sentitur dolor: ⁊ manu supposita facit gurgu lationes: sed si tortura fit in costa pectoris: scitur ex magno anhelitu ⁊ ex orthomia vt ĩ pleuresi. Si aũt expuit sanguinẽ difficili9 curatur: ergo his medicinis quas diximus in fracturis ossium furcularuꝫ succurratur. Si autem ossa pectoris ex contusione vel ictu in terius cõuersa sint vt si vis in modũ lune sint: iaceat eger su pinus habens puluinar sub spatula contra ossa curuata: vel ita superiacendo ⁊ cutem lateraliter premendo: ⁊ ministris spatulam deorsum prementibus dirigatur superpone soli datiua ⁊ liga: si autem costa intus curuata fuerit: ligetur ꝑ os quasi in longum ab vtraq3 parte ex transuerso lana succi da cum his ligetur: ⁊ suspende inferius ⁊ descendat ⁊ dissol uatur lana que fit ex transuerso.

De ruptura ossis diaphragmatis. Cap. ciiij.

OSsa pectoris aliquando finduntur in omnibus suis partibus: ossa diaphragmatis non rumpũ tur nisi prope spinam: quia sunt cartilaginosa intus prope spinam vero sunt sicca vt ossa lata vnde facilius rumpuntur. Si ruptura est senti tur locus vel asper vel concauus. si penitus ruptũ fuerit sen titur gurgulatio: si autem foris eminet bene sentitur ⁊ vi detur intus conuersa. feb. habent dolorem ⁊ punctionem et spũs angustiam ⁊ sputũ vt in pleuresi: intus non conuersum vero dirigitur: si foris emineat leuiter curatur: nam diriges vt diximus ⁊ sanatiua superpones ⁊ ligabis vt supra: quidã iubẽt hũc grossis vti cibis ⁊ inflatiuis: sꝫ hoc est inutile: q2 stomachi inflatio non pertinet ad ossa pectoris: ⁊ nimia ple nitudo apostema generat vbicũq3 fit ad ossa pectoris intus conuersa. quidam iubent culfas superponere ne foris extra hendo disgregentur: qd̃ bonum esset si ⁊ ventosa alimenta traherẽt quod mẽbrum generaret ne foras rediret: melius est similiter succidam lanam paucam oleo vnctam superpo nere ⁊ cãnulas vel tabellas vt dirigi possit. Si autẽ punctu ra velut acus sentitur sup diaphragma finde cutẽ ⁊ submit te zebel lucidum vt eleuetur: ⁊ burcellis ossa fracta vel fissa extrahe ⁊ dirige locum vt alibi docuimus: ⁊ superpone me dicinam creantem ⁊ augmentantem carnem: ⁊ si apostema superuenerit linteolum oleo tepido infusum superpone et cura vt diximus in apostemate calido: ⁊ super latus iaceat.

De spondilibus fractis. Cap. cv.

SPondilia quoq3 rumpunt' raro: sepe contundũ tur ⁊ nuchã aggrauãt vnde fit insensibilitas infe rioris partis: ⁊ sepe inde moriuntur ⁊ maxime de spõdili colli: vñ si spasmũ habẽt: aut orthomiam aut paralysim: aut alienationem non sunt euasu ri: si vo nõ affuerint euadent: scinde locum extrahe os quod est cõtusum. Si apostema superuenerit vt diximus cura cũ oleo tepido ⁊ aqua tepida ⁊ apozimate supradicto: cum au tem os rectum in spondili lesum fuerit: tactu scitur. Simili ter scinde cutem ⁊ lesum os dirige vel extrahe vel locum sue ⁊ sanatiua vulneri superpone.

De fracto osse pectinis. Cap. cvj.

Rupto osse pectinis vel vicinorum locorum digito ꝑ posteriora imisso: inquire vtrũ retro vel ante ruptum sit illo prono stante: quo nõ inuẽto foras preme ⁊ dirige ⁊ sanatiuis vtere si vo prius sint rupta finde cutẽ os extrahe sue sanatiua appone: fissure ⁊ rupture ossium tactu agnoscuntur.

De ossibus lacertorum. Cap. cvij.

Si os lacerti rumpitur cito curatur: extẽde superiorem superius ⁊ inferiorẽ inferius quousq; intromissa sint ossa corrupta ⁊ cõiungi ⁊ dirigi possint. loco itaq; directo superpone pãnũ cũ solidatiuis ⁊ desuper pone cannulas vel tabulas aptatas in modum crucis ⁊ cum panno lato liga nõ in similibus omnibus agendi. liga non fortiter ne apostema ibi fiat: nec nimis laxe vt conglutinetur ibi liges que apponãtur: facias tabulas ⁊ sanatiua: ⁊ sitr sup apostema brachij rupti linteolum oleo vio. infusum: ⁊ suppone pul. sand. aut suc. scario. ⁊ coriãdri vt ꝓhibeãt materiã currere. cũ apostema dissolutũ fuerit secure liga tabulas ⁊ ligaturus egri digitos: ⁊ manꝰ appensa sit collo: post tres dies solue post vo septimũ diẽ nõ soluatur nisi per septem semel nisi contrarium aliquod accidat vt dolor: primitus ligature dissolutio erit aut solidatio fracture ossis lacertorũ: nisi negligas intra dies. xv. dissolue ⁊ cũ tepida balnea ⁊ laua. Si vo post hos dies apostema nõ fuerit cũ cibo grosso frigido ⁊ sic. nutriat vt materia fiat filis mẽbro ad quod descẽdit: ⁊ vt mẽbrũ cũ hac materia ad suã conuertatur cõplexionẽ: q; cõplexio eiꝰ frigida est ⁊ sicca.

De ossibus brachiorum. Cap. cviij.

Brachium est compositum ex duobus ossibus ex vno grosso ⁊ alio tenui. grossum est subiectũ tenue non. fractura eorum duobus modis fit: aut enim vnũ rũpitur aut ambo. Si ambo difficile curatur maius: tarde vo tenue. superiꝰ cito curatur q; inferius illud sustentat: igitur extendatur brachium infra ⁊ supra vt in locũ suũ redeat. Si vo contũditur: ⁊ gurgulatio siue bolismus sentitur. Si vo pruritatio sentitur finde cutẽ ⁊ laua: ⁊ ossa extrahe ⁊ sanatiuis vtere ⁊ cũ linteolo infuso solidatiuis per tres dies liga ⁊ nõ solue nisi accidãt supradicta: post septẽ dies de septimo in septimũ diẽ dieta vtatr grossa: vt est caro neruosa ⁊ capita ⁊ frumentum coctũ: super pollicẽ intus flectat si ossa fracta reiungantur: si foris sint rupta foris voluat: si intus intro. Si os grossum quod est inferiꝰ ruptũ est: fac vt de alio: excepto ꝙ digitos non mouebit: sed quietus erit ne ex motione materia aliunde currat.

De crate manuũ ⁊ digitorũ. Cap. cix.

Ossa in crate manuũ ⁊ digitorũ raro rumpunt: sꝫ contidunt duabus de causis: q; concaua sunt et tenera. Si aũt contusio rupturã habuerit manũ sup tabulã extensam palpa vt si os lesum sit scias deinde inter duas manus dirigens illã tenẽs tabulam appone ⁊ desuper solidatiua: si vero os digiti ruptũ fuerit dirige ⁊ liga cum propinquiori.

De ruptura coxe. Cap. cx.

Coxã ruptã medicabimur vt lacertũ sicut diximꝰ in disiũgẽdo ⁊ ligando: ⁊ hoc fit in medio. Si vo iuxta pectinẽ rumpit: pannũ appone in moduꝫ plumaceoli ⁊ liga a superiori parte vsq; ad genu prius tamẽ extende ⁊ dirige ⁊ fascia liga: si fissura est ⁊ pungit finde cutem ⁊ extrahe os deinde cura.

De patella geniculi. Cap. cxj.

Coplex vel patella geniculi sunt tenerissima ossa raro rumpãtur: cognoscitur cũ crepatiõe essiũ vel gurgulatione: igitur dirige extende ⁊ solidatiua appone: infirmus quiescat ne mouendo sa iat.

De ossibus tibiarũ ruptis. Ca. cxij.

Ruptura ossium tibiarum fit vt ruptura brachiorum et ita curatur: est enim ex duobus ossibus.

De calcaneo ⁊ crate pedum. Cap. cxiij.

Calcaneũ non ex toto rumpitur: quia multis est ligaminibus munitum. de crate ⁊ articulis digitorum pedum ita fac vt de manibus.

De disiunctione genarũ. Cap. cxiiij.

Disiunctio genarum est quando egreditur a iunctura vbi voluitur. quando non ex toto exit a loco: sed parum motio dicitur ex separatione transgrediatur. Nos vo penitus a disiunctiõe incipiamus licet raro accidat ⁊ nequeat leuiter dissipari duabus de causis: vel q; ossis iunctura illius loci os super os sedet ⁊ fit dupliciter: vel q; iterũ ligature desuper consistunt. fit autem ex humiditate multa locũ humectante vnde lubricus fit: ⁊ maxime pueris accidit: neq; opꝫ nimis laborare in dirigẽdo: q; per se mouendo reuertitur: cum autem penitus soluitur sic scitur: dentes inferiores non cocũt cũ superioribus ⁊ vacillant cum premũtur manibus intus vel foras: ⁊ in iunctura vbi os voluitur capita foris videntur: nec aperire possunt: aut stringere buccã. sedeat ergo añ te ⁊ aperiat quãtũ potest: ⁊ tu tene mentũ ⁊ agita donec in suum redeat locũ: ⁊ cum vno digito intus adequa: ⁊ postea claude illi os ⁊ absterge cum palma tua iuncturam illã tenens. si nequeat dirigi pannũ aqua tepida ⁊ oleo ro. vel vio. infusuꝫ superpone vt mollescãt nerui: deinde iniũge: cũq; noueris esse reductum in locum suũ: qđ scitur q; dẽtes inferiores superioribus conueniunt: pannum cum cera ⁊ oleo superpone ⁊ liga dulciter: ne differas genis dissolutis mederi: quia febris non accidit: capitrosa enim in suis locis egressa neruos extẽdunt ⁊ aliquotiẽs fit inde vomitꝰ ⁊ solutio ⁊ mors in. x. die.

De disiunctione furcularũ. Cap. cxv.

Disiunctio furcularꝫ nequit fieri in interiori parte quia continetur intus costa: ⁊ q; ligata est cũ vicinis locis: ⁊ ideo non videtur posse moueri intus vel foras huc ⁊ illuc: excepto ꝙ videmus fortiter percussum vel vulneratũ ꝙ iunctura capitis superioris iuncti humeri in eo disiũgitur: q; capita furcularꝫ sunt biccema ideoq; ꝓhibẽt disiungi: nec locus est magne motionis nisi cõtrahitur flatus mouetur pẽsatq; cũ retrahitur: facile enim fit in humero nõ in alijs mẽbris: si ergo desint sibi reiunge ⁊ alliga plumaceolũ cũ necessaria: ⁊ similiter medicaberis os quod subsidet humeris q; ligatura furcularũ cuꝫ humeris fit ⁊ osse.

De disiunctione humerorũ. Cap. cxvj.

Humeri caput separatũ est a concauitate humeri: sepe enĩ a loco suo egreditur: nõ tamen exit supra q; obstat os super cõsistẽs: nõ aũt exit quia nerui ⁊ ligature vetant: mouetur tamen ante et retro: sed motio parua est: cadit enim sepe deorsum: ⁊ in macris maxime hominibus: in quibus leuiter exit ⁊ redit: ad cognoscẽdum ergo si fit intus apostema: nudus fit eger vt inde vtrũq; humerũ quomodo differat a sano lesus habens. Si locuꝫ videris vacuũ exiuit os ⁊ ita disiunctũ est. Item humerus supra erit acutꝰ: sub ascella quasi colus: nõ leuabit manum ad aurem: nec plicabit sine dolore: in puero facile manibus restituitur in locum suum vt ait Hip. in epidimia: ⁊ Gal. ego etiam Constantinus sic sepe feci post primũ diẽ ⁊ post secũdũ. Si vero dissolutio est multorũ dierum balneetur homo ⁊ super humerum sepe aquã calidã ⁊ oleũ calidũ infunde: post hoc supinũ extende ⁊ pilam lane aut cornu mitte sub citello. pila nõ sit multũ dura vel mollis: sede a latere infirmi ꝯ faciem eius: iaceat a sinistro latere. si in ꝑmo humero est disiunctio pedem sinistrum pone super pilam et manu sinistra manum eius sinistra tenens trahe figendo pilam super pedem in citello positã: ministri ossa aptẽt in suũ locum premendo humerũ deorsum dum artifex inferius expellit: ⁊ manꝰ in furculis teneat vt iũgi valeat post hoc quiete viuat. Similiter homo illo maior supponat humerum suuꝫ sub citello illius: ⁊ subleuet a terra si ille sit leuis. suspẽdatur ei ad pedes aliquid oneris. Aliter etiam fit cum artificio dister: id est cum palo ligneo quod ⁊ cornatile habet pomerij in capite ⁊ est longior infirmo: fissusq; in terra supponatur egro ⁊ suspende eum paulatim. Aliter cum scale gradu superiori supponatur superposito plumaceolo. ꝙ si non

possit palo supradicto supposito panno molli vel lana: manus eius ab aliquo inferius trahatur fortiter: reiῗcto ergo humero globus lane cōsolidature apponatur ⁊ ligetur multipliciter ⁊ ad collum suspēdatur: post septem dies solue: dieta sit tenuis septem diebus ⁊ septima grossa. si apostema superuenerit aqua oleoq₃ tepido vt dixi lauabis. Pueris aūt p nimia teneritate ⁊ humiditate sic medetur: sed si infans nascitur ⁊ sepe dissoluitur: titellus qđ mucellin⁹ vocatur: ⁊ fit ex mala complexione similiter fit mancus ⁊ sic curatur: et tales tabescunt et moriuntur.

De disiunctione ossium cubitorum. Cap. xvij.

Ossa cubitorum sunt duo vacua intus sicut canna ⁊ cōmissure eorum sunt diuerse: vna em̄ est supra altera infra: ⁊ vna longior altera: ideoq₃ ad curādum difficilia: quia disiunctio est grauis ⁊ cōiunctio mollis: vno modo q: ossa sunt duo ⁊ nō sunt vno modo iuncta: alioq₃ q: panni ⁊ musculi sunt: ⁊ panniculi aliquando mouentur a loco suo ⁊ non exit nec disiungit̄ prorsus os: aliquotiens penitus ipsius loci motio fit multiformis: ⁊ maxime dissoluitur ante ⁊ retro: quod facile scitur vidēdo ⁊ tangendo: quia locus vnde exiuit os vacuus est et concauus ostensisq₃ brachijs vnde discordat: in disiūctione ergo cubiti cito restituas ne superueniat apostema: raro em̄ postea euadāt maxime si retro est dissolutio. vnus ergo ministrorum teneat brachium egri deorsum: alter humerū sursum ⁊ iterum percute cum planta man⁹ in coniunctione cubiti: ⁊ reuocabitur in locum suū. Hip. in disiunctiōe inferioris vel superioris ossis faciebat extēdere manū cum brachio ⁊ sic replicare ad humerū retro, non paruā extensionem iubet fieri: ⁊ hoc ideo quia extensio superioris ossis brachij cū disiungitur protelatur ante ⁊ retro ideo retro applicetur et sic non disiungitur. iubet Hip. super tabulā ligari brachiu₃ in duobus locis: ⁊ ibi habeāt plumaceos sub tabula in vtrāq₃ ligaturam: et trahe sursum ac deorsum donec directa sit.

De disiunctione manus. Cap. xviij.

Manum disiūctam a brachio extende ⁊ dirige ⁊ nodum cauilla stringe: ⁊ infirmo claudere manu₃ iube: deinde solidatiua alliga vt mos est.

De disiunctione spondilium. Cap. xix.

Disiunctio spōdilium cito mortem infert maxime spondilis colli: quia medulla que nucha vocatur veniens a cerebro stricta pondere de loco suo exit ⁊ a grecis dicitur ardosis. Si retro fit gibbus vocatur. Si v̄o dorsa curuant̄ aut vt p̄ni nāt ⁊ nō possint recto dorso: ire a grecis vocatur sclirosis. Quidam stulti asserunt hoc a suo loco non esse curcio: ⁊ moreretur: si autem spondile interius conuertatur incurabile fit: q: nullo ingenio resoluitur: vnde dirigatur: sed multi conati sunt mederi ligantes supra tabulā ⁊ pedes extendentes: dederuntq₃ ophthalmicū ⁊ tussim p̄uocantia: ⁊ cibos inflatiuos etiā superposuerunt cuffas ⁊ nō profuerunt. Gal. redarguit illos in libro de ingenio sanitatis. Aliquotiēs ossa erecta in medio spondili rumpuntur: vnde locus vacuus remanet: quidā stulti dicūt ossa mota ante ⁊ retro ideo cito posse curari quod falsum est q: incurabile est: mingere enim nequeunt neq₃ erigere se: infrigidātur extremitates ⁊ mors subsequitur: q: nerui ab eo exeūtes ad vesicam ad anū tendunt ⁊ cum eis ligantur: nerui vero fiunt insensibiles maxime si fuerint de proximior ib⁹ cerebro. Si autem fuerit gibbus ⁊ accidat casu: medet̄ sicut Gal. precipit: egrediens ergo a balneo tepido collocet̄ in tabulata ad modu₃ illius cubans super eam: ne spiritus sit anxius vel impeditus habeat sub pectore plumaceolum: deinde liga eum super tabulam: in dorso vero alia p̄ponatur lata tribus digitis cuius caput submittat ligature infirmi que circundet infirmum ligatum cum tabula: ministri suspendāt tabulam vbi iaceat capite eger. insimul cū eo ⁊ tu preme sua niter tabulam paruam ⁊ altera manu sub tabula ducta ossa dirige. Item super eandem tabulam in qua iacet: ligetur in genibus ⁊ coxis ⁊ capita ligature sint imposita ad tabulam que est supra dorsum. Si v̄o loca nō sint plana: ⁊ ossa nō sint ad sua loca regressa: si iuuenis fuerit sede super tabulam indubitanter: et ita premendo replicabitur: quidā medici laudant hoc fieri in curatione spondilis colli vel dorsi que superius dicitur ardosis. Alij vtūtur artificio ⁊ esu que est colūna quadrata lōga ad modū hominis in terra fixa vt firma sit cui alia tabula tantūdem longa vt possit replicari ad columnam ad modum granule maxille. infirmus de balneo exiēs inter vtramq₃ rectus locetur complectens rectam columnā ⁊ induc manum per dorsum ⁊ ossa dirige: ministri aūt tabulam in dorso premendo ligent: aut in ligno: aut in vtroq₃ fac vt Hippo. docet: vnde artificium ad curandum ⁊ maxime interius: cum autem spōdile erectum fuerit tabulam latam tribus digitis superligabis per dies nouem: sicq₃ stet: nisi accidet aliqđ incōueniens (qđ absit) p dies. ix. vtere solidatiuis de septē in septem tabula absit. cibis vtatur temperatis nō multū grossis: si autem de gibbo aliquid remanet vtere vnguētis dissolutiuis: tabulam nō auferas. quidā apponūt laminam plumbi et sufficit.

De disiunctione coxarum. Cap. xx.

Disiūctio coxarum fit citius q̄ alicubi: quia ossiū iunctura coxa₃ vnū est concauū: alterū rotundū: dissoluit̄ aūt modis quattuor: foris intus ante ⁊ retro. ante raro: retro sepe exit. Si aūt intus exit scit̄ sic: adiuncto pede cum sano ⁊ cruribus extēsis infirmū latus lōgius est sano: nec infirmus ad alteru₃ se recuuare valet: ⁊ inuenies supra pectinē cū tetigeris quasi apostema cu₃ apostema nō sit: sed os rotundum egressum a loco suo. Si v̄o foras exit in pectine est grauitas: in ancha mons: ⁊ genu vertitur: ex transuerso non potest crus replicare: si aūtē exit bene crus bene extēdit: sed non ex toto: retrahendo molestatur in inguine: vēter est rugosus: caro etiā diminuta: at si ex toto exierit genu non extenditur nec replicatur crus hui⁹. altera caro inguinis pendebit sup ventrē: circa ventrē caput ossis inuenies. S₃ passio hec in pueris si morat̄ est incurabilis: ⁊ in ceteris: cito ergo curētur. Uniuersalis medicina est sicut dicit Hip. vt homo iaceat supra tabulam ⁊ crus cū pede agitet huc ⁊ illuc vt redeat ad locu₃ suū. Si autem motio fit preme manum in inguine egri: ministri vero crus cum pede eleuent ventre verso vt egredi valeat. si sic non rigatur ministri teneant coxam cum genu: ⁊ alij teneant infirmū: ⁊ tu interius liga coxam cum ligamine vt eo pe non valeat nocere: ⁊ duo capita ligaminis teneāt infirmū sursum: et sic facile redit in locum suum. hec medicina est cōueniens modis quattuor dissolutiōis coxarum ⁊ tibiarum ⁊ ancharum: et est alius modus: si motio fit intus liga ante ⁊ retro ibi vbi coxa cū nate applicat̄: duo capita ligature sint ante ministri teneant eam sursum ad caput egri extensis ligaminibus: alius fortis manibus vtrisq₃ coxam teneat firmiter: et alij teneant ligamina sursum: et sic redeat ad locu₃ suum.

De dissolutione geniculi et eius cura. Capitulum. xxj.

Dissolutio geniculi fit trib⁹ modis. intus foras retro: ante v̄o nequit exire pro patella geniculi superposita que est quasi ligamentum: medicetur sicuti in ancha ⁊ coxa dixim⁹ in ligaturis et in omnibus solidatiuis. calcaneu₃ a loco suo motum facile reducitur: si ex toto exit multum supra et infra extendatur difficulter em̄ reiungitur. si nō reuertitur manuali extensione eger supinus iaceat: palum ligneum in terra fixum inter coxas vsq₃ ad anū teneat ne deorsum veniat cum extenditur a ministris. Sin autem artificiū quod iussit Galienus quod est palus: in tabula firmiter

fixus in qua iste supinus iaceat: palum vero inter coxas habeat iuxta ante ministri calcaneũ teneant: ⁊ tu bene crus superius ⁊ vtrasq; cauillas vt dirigas ⁊ illi agitent huc ⁊ illuc trahendo: ⁊ sic reducatur: post hoc solidatiuis vtere ⁊ liga fortiter ne inde ledãtur nerui; per dies nouem quiescant ne causa sit apostematis: si apostema cali. supuenerit medeat̃ vt diximus aqua cali. ⁊ oleo tepido ⁊ liga. ❡ Et si in digitis pedũ vel in corũ crate dissolutio venerit: fac vt de digitis manuũ in crate earum diximus.

❡ Finitur liber nonus practice.

❡ Liber decim⁹ practice qui antidotariũ dicitur: in duas diuisus partes.

❡ Tabula capitu. eiusdem.

❡ Finitur tabula capitulorum.

❡ Inchoatur tractatus principalis.

❡ De disputatione antiquorum medicorum experientium et rationabilium: ⁊ que scientia eorum sit vtilior. Cap. j.

Antiqui medici bifariam intendũt medicine cõpositionem: in experiẽtes ⁊ rationabiles. Experiẽtes ergo dicũt cõposita medicina in somnis est adinuẽta: quedam vero fortuna veluti si quis in vna eademq; infirmitate dederit studio nullo precedẽte: vnã duas tresve causas simplices seu compositas: hic vero videns hoc profuisse: memorie tradidit et ordinauit cõpositã. ❡ Horum vero alij cum diuersa probassent: ⁊ simplicia: et eadem certificassent in iuuamentis firma et stabilia: in compositione ea reddiderunt: et infirmis dantes qdlibet compositorũ casualiter profuturum opinati sunt: quorũ opinio falsa fuit ⁊ inanis. ❡ Rationabiles autem naturis corporum perspicaciter consideratis: ⁊ qualitatum diuersitatibus ⁊ accidentibus morbos sequentibus denotatis virtutibus ⁊ etiã compositione simplicis medicine vniuscuiusq; et quantitatibus suis cognitis: actionibus vero suis in quolibet corpore seu membris ⁊ vtilitatibus in singulis morbis comprehẽsis: et quomodo operari oporter in singulis etatibus: complexionibus: et anni temporibus ac regionibus: et consuetudinibus et actionibus: perpenderunt singularem medicinam non sufficere morbis sanandis omnibus tribus ex rebus. ❡ Vna ex morborum naturis: vnde ex necessitate coacti compositas reddiderũt ex simplicibus medicinas: vt in omnibus passionibus omnium corporum perfecte et vtiliter sanandis intentiones sue possent expleri. Actiones vero composite medicine ex morborum naturis quattuor considerant̃ fuisse ex causis. Prima ex diuersa quãtitate malarum cõplexionũ: secũda ex multitudine ipsor̃ morborum: tertia ex diuersitate qualitatum: quarta ex repugnantia ex diuersorum morborum. Ex diuersa quãtitate malarum cõplexionũ cõposita est medicina vna. Cogimur ꝙ cõpositio

ne in ea quantitate que quantitati complexionis male pos-
sit repugnare: verbi gratia: mala complexio si in secūdo gra
du est calida: in eodē gradu simplex medicina nō inueniatur
frigida opposita: accipiant due. vna in primo gradu cali. al-
tera in tertio gradu fri. & hec cōposita in scđo gradu fri. erūt
Nonne em̄ liquide claret q̄ si aqua tepida cali. admisceatur
q̄ ea quoquo modo refrigeret: vnde simplex primi simplex
q̄ medicina tertij videtur in secūdo gradu dirigi: cū magni
tudinis & fortitudinis morbi medicina cōficitur: quia cum
aliquando maximus & fortis innascitur morbus: neq̄ sim
plex vna videtur sufficere: oportet due vel tres seu plures
componantur: quibus commixtis & seinuicem iuuantibus
morbus cōpugnetur. Causa diuersarum qualitatum morbi
cōponit medicina: aliquādo enim corporibus morbus inna-
scitur cōpositus: cui contrariarū virtutum medicamine resi
stitur: sicut passio ira videt: cui insimul & refrigeratiua & dis-
solutiua medicina succurritur vt phlegmonibus. Aliqñ etiā
morbus quolibet medicamine mūdificante calefactorio indi
get: sicut in morbis pectoris & pulmonis. Inueniuntur & alij
morbi huic rationi congrui: in quibus medicine cōtrariarū
virtutum sunt inueniende: que cum nō inueniantur in sim
plicibus: ex necessitate ad coadunandū eas cogimur vt com
posite cōtrarijs fungātur actionibus. Propter repugnatio-
nem diuersorum morborum medicina conficitur: quia aliquā
do vno & eodē medicamine morbo resistitur diuerso natura
& qualitate repugnatur. Item veneno reptilium morifero
que causa maxima tyriace magne conficiende: hec enim ha-
bet in se magnam virtutem resistendi infirmitati magne et
diuerse & venenis multipliciter mortiferis. Secūda triū has
precedentiū quattuor: id est ex mēbris infirmis: medicami-
na coegit confici: vna ex mēbrorum locis: altera ex nobilitate
sui & sue actionis. Ex locis q: si membrū infirmum a stoma-
cho sit remotū: necesse est medicamē aliqđ habēs iuuamen
tum apponi: ne forte deficiēs ex vie longinquitate illuc vsq̄
non possit pertingere: & velociter pertingens valeat pene-
trare qđ crocus orientalis facere solet. Ex membris ꝓpter
nobilitatem sue actiōis: si stomachus vel epar patiatur apo
stema: necessaria est medicina dissolutiua: cui medicina alia
est apponenda odorifera & stiptica: vt virtus illius membri
custodiat ne ex dissolutiuo medicamine nimiū dissoluatur.
Tertia que est ex simplicis medicine naturis octo cōsideraui
mus causas. Vna vt aptetur potionis horribilitas: alte-
ra vt vis eius & grauitas mitigetur: tertia vt sua nocumen-
ta restaurētur: quarta vt sue virtutis confortetur debilitas:
quinta vt minuat sua vis: sexta vt in qualitate seruetur: sep-
ptima operandorum diuersitas: octaua est defectus simpli-
cis medicine oportune. Ex abolitio iuuamēti soli? medica
minis ex horribilitate medicine: q: cum necesse sit horribi-
lem medicinā & abominabilē dari: neq̄ infirmus: vel accipe-
re vel in stomacho retinere possit: oportet odoriferum & sa-
porosum ei admisceri: vnde abominatio sua mitiganda: sit si
cut Hip. fecit admiscens helleboro nigro daucū. & Gal. cum
scamonea anisum. Mitigatione grauitatis: quia cū medici-
na danda sit fortis sicut opium ad dolorem aliquando miti-
gandum: timens medicus de nimia auferenda sensibilitate
cogitur calefactorium aliquod sicut castoreū admiscere vt for
titudo mitigetur in dormitiōe. Restauratione sui nocumē-
ti: q: aliquando oportet mederi alicui: obuiatur aūt infirmi
tati: & inde nocumentum alicui mēbro illaturam sicut scamo
neam nocentem stomacho: vnde necesse est sez piper ni. ani-
sum admisceri. Confortatione medicaminis: cum enim medi
co sit necesse duratiua conficere: oportet virtutis augmenta
tiua: & ne deficiat custoditiua apponi: sicut in tyriaca yreos
est apposita acorus & agaricus. Virtuti sue infirmāde vel mi
norande imminoratione: quia quandoq̄ calidissime & acutis
sime medicine oportet admisceri mitigatiua & minorāria ca
lorē cū acumine: sicut gummi arabicū tyriace admixtum vt
erugo eris in collyrijs apponitur. Custodiēdo virtutem me
dicina ne deficiat lōgo tempore custodita: vnde oportet ap-
poni alia eam custodientia sicut opium in antidotis. Diuer
sitate operandorū: q: cū quandoq̄ solam medicinam obuiā
tem infirmitati medicus querat neq̄ eam inueniat nisi alie
medicine eā admisceat: qđ in emplastris expetit necessitas
oportuit cum oleo: aliquando cum cera: aliquando pice ex-
coqui vt membra cui apponēda sint possint immisceri: quod
nisi fiat neq̄ inuiscantur neq̄ morantur ibi: & ita nihil profi-
cui ex eis confertur. Ablatione iuuamenti simplicis medici-
ne solius: quia cum in simplici medicina sola nullū cuiusq̄ in
firmitatis iuuamentum inueniatur: oportet multe & diuer-
se inuestigentur: vt ex diuersis & cōtrarijs vnū quiddam iu
uans efficiatur: & tamen compositorum nullum simpliciter
ad quod nitebantur est iuuatiuū: sed in sola compositione
acquiritur iuuamentū sicut in vulneribus medicina solidās
& carnem generans sit necessaria: neq̄ id inueniatur nisi in
myrrha thure & orobo maxime: neq̄ hec aliquādo medici in
uenire valeant: medicabimur cum eris erugine cera & oleo
emplastrum facientes: hoc enim vulneribus recarnandis va
let: quorum tamen singulariter medicamina operata ne dicā
iuuatiua: sed maxime nocitiua: sicut cera sola cum oleo vul-
neri apponatur: putredo ibidem maxima adunatur & caro
corrodit: & si sola erugo ponitur: maxime rodens & mordēs
contrahit carnem crescentem recentem: vnde rationabilib?
medicis visum fuit ex simplicibus cōpositas fieri. Experien
tes vero non potuerūt hoc cognoscere vel comprehendere
cum semper fere vno & eodem medicamine multo & longo
experto tēpore & infirmorum multiplicitate. palam est intelli
gi ex simplicibus solum infirmitates multas non posse cura
ri: si enim hoc fieret nō componi necessitas expeteret. Dicūt
autem in experimētis solum positis: si potio accepta ad sto
machum primum veniat: & deinde ad subtile intestinum post
q̄ ad meseraycas venas: inde vero ad epar sicq̄ per cetera
corporis membra: quomodo dicimus quādā medicinā mul
tis ꝓdesse morbis & diuersis membris? Quibus ex inuesti-
gata virtute oportet respondere cum multi rationabiles in-
de quesierint: alij enim fatentur q̄ sola medicine virtus ad
infirma membra progreditur: sui vero substātia in stomacho
remaneat: alij vero virtutem dicūt medicine per se penetra
re: sed debilia membra ad se illam trahere: nos autem dici-
mus impossibile esse qualitatem cuiuslibet substantie pre-
sertim inherentis ab eis secedere: et relicta sola substantia
ad alia concurrere: videmus enim magnetem substantiā fer
ri non qualitatem solam ferri sibi trahentē: et carabē tritici
corticem non solum suam virtutem: triticum vero aquā nō
virtutem aque: fel vero cholerā rubeā: renes & vesica sangui
guinis colamentum: epar cibi succum & virtutes solas ipso-
rum. vnde si medicina ad membra trahatur singula non vir
tus sola: sed ipsa quoq̄ trahitur substantia: si vero membra
debiliora non sibi eam attrahunt: sed medicinam per se ip-
sam expetunt: necesse est substantias ipsas illuc ire: non tan-
tum virtutes earum: hoc autem dubitatur. ¶ Item cum
impossibile sit vt nobis obuietur: an virtus medicine per sin
gula membra deriuatur cum anima & spiritu: & sicut odores
aromatici per aera feruntur ad diuersos motus odorantium
quod liquido constat esse falsum: si hoc enim esset: ad mem-
bra debilia que propter multiplices diuisiones vix peruenit-
ret: & si membra debilia re extra naturam debilitata medici
na hoc faciente ad naturalem vsum reducantur: tunc & for-
tia & sana eadem hoc experiente vi extra naturam mutaren
tur. Hoc autem sic soluitur: sicut enim de cibo quodlibet mē
brum suam trahit similitudinem: sic & de medicina mem-
bra debilia singula & ea sola iuuamēta sibi expetunt. Et op-
ponitur iterum nobis a sophistis: cum membra sola inde si-
bi trahant similia: debilia quomodo medicinā appetūt que
est dissimilis & contraria? Respondemus quia membra in
cursu nature posita semper sibi querunt vnde nutriantur si
milia: cum autem exeunt contraria sibi appetunt & sibi tra-
hunt: sicut palam videtur qđ infrigidati calefacere: calefacti
refrigerare appetimus. ¶ Item et membra debilia medi-
cina suscepta vnde sanantur querunt et trahunt sibi contra
ria: adhuc quibusdā remanet dubium soluendū: q: membra
infirma sibi attrahunt potiones solutiuas cum non deside-
rent: sed potius horreāt illas. potiones inquā solutiue hanc

proprietatē habent sole vt virtutes eaꝝ a remotis secedant ⁊ ad loca hec lōge remota vbi hūores mali sunt coadunati et cōmotos et quasi fumosos factos intolerabiles mēbris vbi erāt eas reddit: vñ ꝑ easdē vias q̄bus eis cib⁹ venerat expellunt: sicq̄ ad stomachū ⁊ intestina reuertunt: vbi cū adunari nequeāt sustineri horrore quodā sui cogunt inde emitti. Palam ergo est necessarium fuisse rationabilibus medicinis cōpositas fieri vt perfecte per omnia curari posset quelibet infirmitas diuersa. Sufficit de his disputasse: nūc ꝙ incipiendū de cōpositiōe medicine in diuersis ⁊ compositis infirmitatibus probare: sed oportet premonstrare de canone quātitatis ponderis simplicis medicine in composita ponende.

De canone quantitatis ponderis simplicis medicine in composita ponende. Cap. ij.

Oportet medicum simpliciū in cōpositis maxime necessitatis studio considerare ponendarū pondus ⁊ quantitatē cū cā. Cū omnis simplex medicina in qualitatibus iuuamentis ⁊ virtutibus sit diuersa: necessitas expetit de quibusdam parum de alijs multum: de alijs vero mediocriter poni. Causa vero simplicis pōderis in composita duplex erit: alia eñ simplex alia cōposita. Simplex in septem diuiditur. Una est virtus seu debilitas: secunda multitudo iuuamenti siue paucitas: tertia nobilitas iuuamenti siue ignobilitas: quarta colligantia eius cum alio iuuamēto ⁊ singularitas: quinta locus infirmi membri: sexta nocumentū singularis medicine: septima vt composita medicina admixtū habeat vnū iuuamentū alterius virtutis que deficiat ꝛm virtutē ⁊ defectionē. talis erit si simplex in v̾tute fortissima fuerit sicut calidissima ꝛm hoc. s. vtpote euforbi. opiū portula. vinū ⁊ similia: oportet parū poni in medicina cōposita. ꝙ si fuerit debilis multū vt ex multa quātitate suppleat qd̄ v̾tuti deerat ꝙ ex multitudine sui iuuamenti seu paruitate talis est. Si multū habeat iuuamentū multū cōposite medicine erit apponendū vt cū multa quantitate compleatur quantū iuuamenti sui volumus. Si vero paruum fuerit iuuamentum parum erit apponēdū ne quātitas cōposite medicine ex non iuuatiuis rebus deficiat. ¶ Intētio mea est ex multis iuuamētis qd̄ ad multas adiuuat res sicut agari. prcos ⁊ similia. parum iuuantia: que sunt vnius iuuamenti tantū cōtentiua. Ex nobilitate iuuamenti multum oportet plus admisceri ꝙ si ignobile in iuuamento fuerit. nobile intēdo qd̄ principaliter membra cōfortat. Ex colligātia sui cum alia cum qualibet simplex proprietate: non nisi cum alia habeat cum qua multum est apponēdum vt cōfortet potionem per sui multū iuuamētū. Si autem in eadem potione aliquid fuerit qd̄ idem explere possit mediocriter ponēdū erit. Ex loco membri: q: si infirmū mēbrū a stomacho sit remotū: oportet multū apponi ne ex lōginquitate vie deficiat prius ꝙ ad infirmū mēbrum perueniat: disturbatur enim aliquibus in via offensuꝫ humorib⁹. Et si mēbrum infirmū stomacho sit vicinū: quantum sufficiat erit ei dandum: cum nō in via inueniat obstaculū. Ex nocumento medicine: q: si simplex medicina quedā mēbra adiuuet: quibusdā v̾o noceat: ⁊ iuuamētum alterius adiuuat parua huiꝰ ponenda erit quantitas. Si composita medicina admixtū habeat vnū iuuamentum alterius virtutis deficiat: oportet de iuuatiua multa detur quantitas: hec est causa simplex simplicis ponderis simplicis medicine in cōposita ponende. Si autem causas velimus vnde fuerit necesse simplicis medicine multam quantitatem ponere: erunt sex. vna: q: debilis est virtus: scd̄a vt multorū sit iuuatiua: tertia vt iuuamentū sit nobile: quarta q: membrum medicandum a stomacho sit remotū: quinta q: proprietatem adiuuat qd̄ nō facit quelibet alia sexta q: quodlibet admixtū habeat vnde virtus sua non deficiat. Cur autem simplicis medicine paucam quantitatem in composita oporteat ponere similiter sunt sex cause priorib⁹ opposite: virtus fortissima iuuamētum paucum: ignobile iuuamentū: locus mēbri infirmi vicinus: aliquid aliud admixtum itidem vt illud iuuamentum in medicina non habeatur: vnde sua virtus minuatur. Causa ordinande quātitatis simplicis medicine in composita multipliciter est dicēda. Una si fortis sit ⁊ multi iuuamenti de qua mediocriter debet poni non est augēda ꝓpter fortitudinem: sui neq̄ parū ponendū propter multum sui iuuamentum. Secunda cum sit fortis ⁊ pauci iuuamenti de qua parum est ponendum: non multum propter fortitudinē vel quia parū iuuat. Si aūt virtus est debilis ⁊ iuuamenti multi plurimū est apponendū: quia duo sunt vnde multum est apponendum: debilitas virtutis ⁊ multitudo iuuamenti. Quarta: q: virtus debilis parum habens iuuamenti vnde mediocriter debet poni cū nec virtus defecta sit multa erit ponēda quantitas vt ex multa faciat quātitate qd̄ fortis faceret cuꝫ paruitate. Quinta cum sit iuuamenti multitudine iuuamentum nobile vnde ⁊ hic multam quantitatē oportet apponere. Sexta cū paruum sed nobile iuuamentū vnde mediocriter est ponēdū. Septima cum multum iuuat et nobiliter: ⁊ locus infirmi mēbri sit remotus vnde ⁊ moderate erit apponendū. Octaua cum iuuamentū sit multuꝫ ⁊ nobile: sꝫ virtus erit debilis de qua multū debet poni. Nona si locus infirmi membri sit longe ⁊ iuuamentū eius nō sit in alia medicina simplici: oportet nimium apponi. Decima cū virtus eius sit fortis iuuamentum multum ⁊ nobile ⁊ sit locus mēbri vicinus: moderate debet poni. Undecima si omnia predicta adsint: sed iuuamentum eius in multis alijs ⁊ ibidē sit: oportet de quātitate moderate minui. ꝙ si propriū quid assumit cōuenit sibi iūgi. His autē modis oportet studere in mixtiōe simplicis medicine in cōposita. Si autem adiuuentur que de simplici medicina in composita. Si autem adiuuentur que de simplici medicina necesse sit tota ⁊ plurima apponi in cōposita medicina: oportet apponi in pōdere quātitatis. ꝙ si tota vel plurima de quibus pauca in quātitate composita admixtione adiuuentur conuenit minui. Sed si equaliter ex moderari. Tu aūt poteris intelligere virtutem et defectionem seu iuuamentum simplicis medicine de particula practice nostri libri in libro graduum.

De cōposita medicina ⁊ qualiter sit simplex in ea locanda. Cap. iij.

Priusq̄ de composita incipiam⁹ medicina: bonum est vt dicamus qualiter simplex in ea sit locanda: debet enim esse electa ab omni admixtione semota: neq̄ puluis: neq̄ terra vel alia macula sunt adiungenda: nec putrida: que autem sicce erunt ⁊ pistande molendino macerāde erunt: si autem de petra in mortario vel oleo mūdo et claro secernētur: aut bis vel ter cum subtilissimo cribello. quanto enim sunt subtiliora tanto iuuantiora ⁊ mutabiliora in stomacho et in epate. Galie. tamen precipit lapatiua non subtilissime puluerizari: subtilia enim dicit non iuuare: singula enim singulariter pistentur: deinde certo pondere admisceantur gummi. Si medicina vinū sapam vel succū recipiat: oportet hoc duob⁹ vel tribus diebus dissoluēdū ponatur: deinde admisceatur. Si autem potio cum melle distemperetur: oportet vt mundificetur ⁊ a cera depuretur: qd̄ quasi triplum dicitur speciebus: si tempus hyemale fuerit. ꝙ si estas duplex ⁊ medium. prius aūt mel apponendum est super quodlibet gūmi liquiduꝫ: deinde puluis paulatim apponatur ⁊ sic tarde distemperetur: post in vasis recondatur argenteis vel stanneis: neq̄ impleatur: remissis fere quattuor est ebullire potest ⁊ inflare: vt fumus exeat duobus siue tribus diebus discooperias. ¶ Si vero trocisci tibi sint faciēdi puluerizentur subtilissime: ⁊ cum succo perfecte distemperentur sibi competenti: deinde in vmbra sunt exiccādi vespere et mane remouēdi infusi enim repositi marcescūt perituri. ¶ Si autē lacca introierit debet prius sic lauari: mūdet a fustibus suis ⁊ pistetur subtilissime et secernatur: sicq̄ accipiatur aqua vbi reubarba. coquatur ⁊ radix squinanti et in mortario moueatur: deinde cum spissis pannis coletur: qd̄ supererit reddatur mortario itidem sicut prius faciendo: totumq̄ per pannos extrecogendo pulueꝛem: dū resederit

aquam proijcies & in umbra persiccabis: tandem inde accipies quantum necesse fuerit. ¶ Si autem pilule sint faciende siue laxatiue siue non: & gummi intrauerit cum succo, pilule iterum in aqua cali. debent dissolui & in umbra exiccari. ¶ Catartica debent decoqui cum multo temperamento: ne forte virtutem suam amittant. Si autem epithymum receperit non cum speciebus excoquatur alijs: sed cum completa fuerit decoctio: dimittatur aliquantulum: & sic coquatur. Si autem cassiam, vel mannam: receperint postquam colata fuerint imponas & secundo cola. ¶ Si serum dandum sit ad bibendum: & cum orizacea est apparandum: sic erit faciendum: lactis caprini lib. ij. accipe non longe nec prope a parturitione: deinde temperato igne excoque & oximel. ℥. ij. vel. iij. bullienti misce: & vacuitatem caldarij cum spongia infusa in aqua extingue antequam orizaccaram inijcias: tandem de foco depone & sacculo imposita quousque colentur suspende: & deinde effiuente aquam caldario repone cum exagio. j. salis gemme bene pistati: & bullienti spumam tolle sicque colatam da bibere. Et si cum medulla croci hortolani facere volueris: pistatam bullienti mitte & cum fuste sicuum vel palme resolue: sicque tandem fac sicut de priore. Si cum coagulo bullienti mediam. ℥. coaguli distemperatam supmisce: & inde sicut prius age. ¶ Si epithimata sint tibi facienda: vbi oleum & cera intrant: in hyeme vnicuique ℥. olei cere. ℥. j. in estate. iij. impone: species autem alias bene puluerizatas suppone & in mortario intermisce si casibus vel facturis cera & oleum in mortario ponantur: deinde paulatim succis impositis distemperentur & singulari. ℥. o. ci. ℥. & ß. imponatur. ¶ Si pulueres sint faciendi de spermatibus assatis super lapidem vel terream testam prius calefactam assanda sunt spermata: & vsquequo odor exeat resoluenda & ne comburantur cauenda. Si autem miroba. pul. illum intrauerint coquantur in succo coctanorum quousque consumatur & cum oleo & butyro assentur: ne tamen ardeant caueatur. ¶ Medicamina de lapidibus sicut antimo. tuthia magnisia litar. cathimia & similibus subtilissime pistetur & secernantur: deinde secundo pistentur & cum succo vel succis si forte intrauerint septem diebus maneant: deinde in vmbra siccentur & tertio pistentur vt quasi atomi conficiantur. ¶ Ita lauetur sedesab: et tuthia subtilissime trita cum aqua clara fontis donec clarificentur moueantur: deinde aqua colata quod residet in vmbra siccetur: sicque fiat de omni lapidea & metallina medicina. ¶ Viscum si intrauerit medicamina in aquam primus infu. sum decorietur: & in mortario contunde se. sambuci mundati mittatur: & cum melle mixtis medicamina cum eis distemperentur. ¶ Plumbum sic comburitur: mittatur in coclearío ferreo in olla cum aliquantulo sulphuris & in fornace ponatur donec comburatur. ¶ Scorpio si forte intrauerit in olla enea de pasta vndique coopta mittatur & in pistrino pluribus vicibus calefacto carbonibus extractis per vnam noctem dimittatur ore pistrini fabricato tandem extrahatur & quantum opus infrigidetur in vase vitreo recondatur. ¶ Vitrum sic comburitur: mittatur in fornace fabrorum donec vitrum sit liquefactum: deinde extrahatur & in puluerem redigatur. ¶ Cancros propter phthysicos & emoptoicos sic preparabis: incisis pedibus nasoque ventre lauentur & in olla terrea ex creta & luto illinita immissi mittatur in pistrino in quo panes cocti sunt & nocte vna maneant: caue tamen ne puluerizentur donec desiccentur: hoc fiat cum sol est in leone. ¶ Karabe & karabridam sic vtantur: missi in olla terrea de pasta coopta & in furno de quo panes sint egressi maneant per vnam noctem. ¶ Cancri fluminis sic preparentur: cruribus eorum abscissis findatur venter & lauetur cum cinere quercus sale & aqua: deinde cum aqua dulci donec nihil salsuginis habeant: postea cum rafano sufficienter coquatur. ¶ Cantarides in vase os strictum habente mittantur: & os panno lineo ligetur: deinde in os alterius vasis forte acetum habentis & bullientis mittantur vt moriantur. ¶ Olea autem sic fiant: contusis speciebus in eis mittendis addatur tantum aque quod possit cooperiri & plus parum: deinde oleum super addatur: & sic coquatur donec aqua consumatur. ¶ Hoc autem facit scorpio in vrina prouocanda & purgandis vasis vrine quod sereatur in stercore: et intestinis comburatur vt superius ligetur & puluerizetur: & puluis eius misceatur cum diureticis vt apio maratro petro, aniso & similibus.

¶ De antidotis conficiendis: & primo de tyriaca & qui fuerint inuentores. Cap. iiij.

Tyriaca est gloriosissimum antidotum: quos enim mortifera sauciant aialia procurant. Hmoi antidotum inuentor fuit Andosius medius inclytissimus medicus Ideoque denoiauit a tyris serpentibus tyriacam Andromachus eos pmius huic antidoto adiunxit vt veneno magis repugnaret: caro enim tyrorum: quia similis est veneno: illud adeundo desiccat. At Gal. singularum medicinarum rationem perpendens dicit hoc iuuamen esse non solum cum carne: sed cum speciebus principalia membra confortantibus: ideo sanitatem custodit & causam morbi pellit. ℞. trociscorum squille. ʒ. xlviij. Democritus vel demetrius gal. tempore xlvj. posuit troci. tyri. ʒ. xxxiiij. troci. ydiocri. ab auctore vel herba: pipis: op. an. ℥. xxxviij. cinam. ʒ. xij. & hoc ab antiquis: magnus autem in tempore Gal. princeps medicorum duplum pondus mitebat de eo. ʒ. xxiiij. ro. sic. rape siluestris. scor. dei yreos agarici succi liqui. olei balsami. an. ʒ. xij. myrrhe croci zinzibe. reubar. pentaphilon. quidam dicunt agni casti calamenti agreste prassij petrosi. sticados costi piperis al. & longi thuris diptami sauine gummi lentisci casie polij spice. an. ʒ. vj. stora. apij sisele. nastur. camepi. ameos camedre. suc. ypoquisti. celtice longe. i. scithe spice celsolij. an. ʒ. vj. meu gentiane maratri terre sigillate vitreoli parum vsti amomi acori carpobal. ypericon su carda. gummi arabici acatie. an. ʒ. iiij. dauci galbani galle bdellij secundum alios bitumen iuda. centaur. mi. aristolog. lon. secundum nos rotum. quia est fortior. an. ʒ. ij. zenocrates vero & democri. ponebant ex nigella. ℥. ij. mellis apum flores ibi. pascentium despu. lib. x. sape quod sussi. gummis solutis & terendis tritis & cum balsamo motis: deinde cum melle temperatis in vase optimo ponantur: non tamen omnino impleatur.

¶ De tyriaca andromachi. Cap. v.

Aliter andromachus quam Gal. operabatur. ℞. trosci. squille. ʒ. xlviij. troci. tyri. ʒ. xxxiij. rosa. ire. liqri. se. raphi. cinamo. scordio opij agari. an. ʒ. xij. carpobal. ʒ. x. piperis al. meu mirte croci casie diptami spice prassij squinanti calamenti thuris polij sticados petro. zinziberis radicis pentafilon. an. ʒ. vj. apij camepi. sisie amomi spice cel. terre sigillate folij camedre vitreoli vsti gentiane carpobalsa. anisi succi ypoquisti. acatie gummi maratri siseleos spici nastur. al. ameos sagapini. an. ʒ. iiij. casto. aristolo. lon. dauci bitumi. iudaici opobal. centaur. mi. galbani. an. ʒ. ij. puluerizanda puluerizan: gumme in sapa vel in vino seu in melle liquefiant & puluere fricato cum balsamo gumme addantur: deinde cum melle temperentur: detur post. v. vel. vij. annos: seruatur vero per xx. annos: curat autem venena siue morsum: & hoc quod accidit ex mortifera potione. Sed ad hoc post septem menses detur: & post annum vnum mensura vnius exagij: vel ad plus vsque ad. iiij. alij dant. j. vel. ij.

¶ Trocisci ydiocri.

Trocisci ydriocri supradicti. ℞. calami aroma. cyperi su. assari pilocasie masti. an. ʒ. vij. squinanti croci. an. ʒ. ij. policarie alb. ʒ. xx. puluerizentur: & cum vino vetustissimo vel sapa temperentur: & trociscus vnius exagij informetur: manus tamen vngatur balsamo: trocisci vero in vmbra siccentur.

¶ De trociscis ydiocri & squille & de modo conficiendi eos. Capi. vj.

Trocisci squille: parue squille non multum humide cum pasta fermentata cooperiantur: decoquatur: deinde cum tantumdem pulueris orobi satis pistentur: & cum vino troci. informentur vncta manu cum oleo ro. deinde non infra mittatur donec exiccentur. Andromachus autem duplum pondus orobi ponebat: magnus autem medicus econtra: democritus equaliter. Causa fortitudo est squille in multum forti modicum. Ideo considerauimus in tyrorum troci. panem ponentes. paruas squillas eligamus: quia minus sunt humide: et ideo minus acute: assentur vt magis deficiant: cooperiantur ne incendantur: & fermentata pasta: quia natura eius subtiliatiua & dissolutiua: cum orobo misceantur vt ab eo desiccentur

ur cũ orobus mundet intestina: ⁊ fit contra venenum.

¶ De electione tyrorũ serpentũ. Ca. vij.

Tyri vero sint iuuenes ⁊ femine, feminis sunt dentes .iiij. masculis .ij. iuuenes vero qui velociores sunt caput erectum portantes colo: in eis est rufus citrino rubori pertinẽs: oculi rubei: aspect⁹ terribilis: caput latũ: vẽter rufus ⁊ coniunctus hi accipiãtur qui sunt temperati inter fortitudinem ⁊ imbecillitatem neq̄ mortiferi sed cornuti: ⁊ ij qui in quercu inueniũtur: nec debiles sicut domestici: ⁊ iõ femine eligantur, q: defectiores sunt masculis ⁊ nõ tam male qualitatis, rubei: q: venenũ in nigris est pessimum: in albis est color debilis: in rubeis mediocris: velox motusq̄ sursum: hoc eñ significat eos sanos ⁊ calidos ⁊ paucos humores esse in eis. latitudo capitis significat cerebri fortitudinem. coniunctio ventris eiusq̄ duritia virtutem notant: ⁊ paucas in eis esse superfluitates: vere capiãtur cum sol est in fine arietis ⁊ in medio tauri initio. s. circa ripas maris vbi arbores existunt ⁊ aliqua nascẽtia: que enim in estate capiuntur venenũ habent acutũ ⁊ incensiuũ: horum qui sunt autumnales venenũ est paruũ propter estatem consumptã: hyemales autem, sunt debilissimi mouere se nequeunt adherẽtes terre: igitur in vere tẽperati mox vt capiuntur aptent̃: morantes nihil valebũt cũ eorum venenũ acutius est ⁊ corruptũ: qui tamen in cauernis capiũtur per aliquot dies exerceri permittãtur vt calor cõfortetur: humoresq̄ depellãtur: deinde caput ⁊ cauda digitorum quattuor mensura incidantur: q: ab eis mali humores fiũt: ⁊ in eis venenũ existit: in corpore vero parũ: ⁊ tantũdem cutis auferatur: ⁊ ventre fisso viscera eijciantur: cutis enim susceptrix est humorũ a mẽbris expulsorum. vẽter vero semper hũidi. cholericis ⁊ melãcholicis subditus: postea in dulci aqua lauentur nimis: ⁊ siccati in ollã lapideam vel stãneã mittantur ex aqua clarissima ⁊ dulcissima fontis orientalis leuissime fluentis: vnde cooperiant̃ adiunctis aliquantulis fustib⁹ tithimalli ⁊ sale ⁊ sic suauiter coquãtur donec caro a spina separetur: deinde spina eiecta caro in mortario lapideo cõtũdat̃ vt pul. panis bñ fermẽtat⁹ pistet̃ paulatĩ addendo de iure donec conficiatur massa quedã: post troci. facies exagij vni⁹: ⁊ vncta manu ex balsamo: ⁊ ad vmbrã siccẽtur qualibet die reuoluendo ex balsamo parũ iungendo. olla sit noua vel stãnea vt nihil putredinis habeat: calidissima vt nulla qualitate extranea sit infecta: sal ponitur vt venenũ in carne desiccet: fit̃ anetũ: q: dissolutiuũ ⁊ mundificatiuũ est: ignis sit suauis vt non incendat: panis mittitur vt carnis desiccet humidiatem ⁊ ne putrefiat custodiat: sola enim caro putrefit: ponitur balsamum vt ab aere non ledatur: caro in his mittit̃: vt humo. ab interiorib⁹ ad exteriora expellat. propter hoc antidotum istud superfluos humores interiores ⁊ exteriores inanit.

¶ De pessimis humoribus contra quos tyriaca datur. Cap. viij.

Quibus ergo pessimi superabũdãt humores: quibus etiam generãtur pediculi: ⁊ quibus cutis excoriatur: ⁊ qui grossos habent humores ⁊ melancholiã seu leprã ⁊ morpheã: curant̃ hac bibita iuuamẽtũ eius est multiplex quia ex diuersis simplicib⁹ ⁊ cõpositis est. Simpliciũ aũt alia desiccãt vt vitreolum: alia principalia mẽbra confortãt: vt sticados ypoquist. quedã mũdant vt diuretica ⁊ menstrua prouocãtia: epatis ⁊ splenis oppilationẽ aperiẽtia ⁊ apostematũ q̃ sunt in viscerib⁹ dissolutiua: nõnulla mũdãt instrumẽta spũs sic gũmi sigia prassiũ: ⁊ filia q̃dã purgãt sensuũ mẽbra. i. cerebrũ ⁊ neruos velut agaricũ galbanũ serapinũ. Cõpositorũ vero alia desiccant ⁊ mũdificant vt caro tyrorũ: alia desiccãt ⁊ confortant sicut spica: aliaq̄ mũdificãt sensuz stomachũ ⁊ spũs: vt aristol. lon. ⁊ alia mundant ⁊ inaniũt instrumenta cibi ⁊ sensus vt agaricũ: alia purificant cetera corporis mẽbra vt carpobalsamum qd stomachũ purgat p̄ vrinã ⁊ instrumẽta spiritus q: anhelitũ dissoluit: ⁊ q: iuuat cerebrum valet; epilepsie: principalia membra confortat: q: est aromaticuz: venenuz desiccat. Cũ ã p̄prietas tyriace est veneno resistere ideo composita ex multis simplicibus: aut ideo vt extraneas humiditates desiccet: vesicam confortet: membra ciborum et spũs mundet: humores a cerebro depellat: etenim oẽs morbos curat: cõtra venenũ valet q: desiccatiuũ est: quia corruptos humores sanat: ⁊ vulnera intestinorũ ⁊ egestiones et fluxum sanguinis arcet: emorroi. medetur: ⁊ quia viscera cõfortat p̄dest male digestioni: curat q̄ apostema ⁊ oppilationes apit: morbos membrorũ occultorũ sanat qm̃ stomachũ ⁊ epar confortat ⁊ humores mundificat. Itẽ cum speciebus mundificantibus mundat tussim anhelitũ costas pectus et pulmonẽ per ea que depellũt humo. ab instrumẽtis cibi: sanat inflationes stomachi ⁊ intestinorum torsiones ⁊ ylij dolorem. Cũ his aũt q̃ vrinam prouocant ⁊ menstrua procurãt ictericiã hydropẽ renum oppilationẽ ⁊ vesice ac viscerũ apostemata lũbricos ascarides ac cucurbitinos. Cũ his q̃ cerebrum mũdant: curat epilepsiã hemicra. ⁊ cephaleã. auditus duritiẽ ⁊ diminutionẽ visus ⁊ defectionẽ. Quid plura? oẽs morbos frigidos ⁊ hũi. ⁊ melãcholicos etiam diuturnos curat sicut lepram artericã podagrã ⁊ similia: morbis autẽ cholericis ⁊ sanguineis min⁹ p̄dest. In morsu tyri: vel mortiferoruz serpẽtũ cum. ʒ. iij. vini odoriferi. in morsu canis rabiosi ℈. j. cum. ʒ. j. cancrorũ fluuiorũ. ad scorpionis morsum. ʒ. ß. cũ vino ⁊ vngatur morsus cum oleo ratũ tẽperato. ad morsum vespe. ℈. j. cum aceto. ad toxicatũ: aut qui bibit mortiferam potionem sicut elacteriũ opiũ eufor. iusquia. cantarides ⁊ similia. ℈. j. ⁊ ß. cum vini odoriferi. ℥. j. ⁊ aliqñ exagia. ij. danda sunt. ad tussim ⁊ dolorẽ pectoris atq̄ costarum in modum lupini cũ melle. ad inflationẽ stomachi ⁊ intestinorũ. ʒ. j. ⁊ ß. cũ apozimate cimini. ad caninũ appetitũ in modũ auellane rigorẽ habẽti sine feb. ℈. j. cũ cali. ad secũdinã ⁊ fetũ mortuũ eijciendũ in modũ lupini cum sapa mixtũ. cũ apozimate rute diptami ⁊ sauine ⁊ lupini. ictericis cum apozimate asari si ictericia sit p̄pter splenem: hydropicis in modũ auellane cum aceto diebus cõtinuis sanguinis fluxui in modũ lupini cum aceto mixtũ vulneribus renũ cum sapa. vulneribus intestinorũ cum apozimate masti. nefreticis in modum auellane. cũ apozimate petro. apij anhelitui in modum lupini cuz ℥. j. oximellis squille. diebus cõtinuis epilepticis in modum fabe cum apozimate siseleos ⁊ cum oximelle: ⁊ da. ℈. j. cum apozimate squille. Crapulosam solutionem habenti. ℈. j. cuz sirupo malorũ si phlegmatica est. yliosis in moduz fabe vel auellane cũ apozimate maratri ⁊ cimini. lũbricos ascarides cucurbitinos cũ apozimate abrotani. cephalee i modũ lupini cum apozimate ozimi vel leuisti. epilepsie paralysi cum apozimate radicis ⁊ mellicrato.

¶ De probatione tyriace. Cap. ix.

Sic autẽ probatur: si sumatur post laxatiuũ ex scamonea factũ ⁊ coloquinti. et similia in modũ minime fabe ⁊ solutionẽ constringat: fortis est et bona: sin autẽ non. Item sic probatur: quia si gallus a tyro vel serpẽte alio morsus fuerit: data sibi tyriaca si nõ morit̃ bona est tyriaca. similiter si potio sumatur mortifera, ⁊ illi data tyriaca idem contigerit: bona est.

¶ Quibus temporibus tamen est danda: ⁊ per quot annos seruetur eius fortitudo. Cap. x.

Tyriaca non est danda nisi post. xij. annos: vel ad minus post. vij. seruatur aũt fortis vsq̄ ad. xxx. annos post deficit vsq̄ in. l. post hoc tẽpus deficit omnino. Cũ fortis est datur in morsum reptilium: canis rabidi ⁊ mortifere potioni. debilis ceteris pas. danda est.

¶ De tempore durationis trociscorũ squille ydiocri ⁊ plurium aliarum medicinarum cõpositarũ. Cap. xj.

Trocisci squillitici de tyro ⁊ ydiocri a mensibus duobus vsq̄ in annum possunt seruari: cumedre. eucaristi. philoniũ a tribus mensibus vsq̄ in quattuor annos. Diasulphur: reseth enethe a septem vsq̄ ad quattuor annos. diacucurma: dialacca: omorusia: diacasia: a duobus mensibus vsq̄ ad annũ et dimidiũ. socrugene muscata ⁊ vtraq̄ trifera a duobus mensib⁹ vsq̄ ad tres annos. hieralo. a sex mensibus vsq̄ in quattuor annos. Pilule vsq̄ ad duos annos. pul. aut trocisc. vsq̄ in sex mẽses. trocisc. durãt vsq̄ in annos

vsq; in annos duos. epithimata donec odorez amittant. opobal. atq; camphora quanto vetustiora: tanto meliora sunt: emplastra et vnguenta vsq; in septem. sirupi vsq; in annos quattuor. Galie. testatur q; succuz coctanoz vsq; ad septem annos seruasset incorruptum.

¶ De esdra maiore. Capi. xij.

Esdra maior. ℞. amomi: myrrhe: spice: lacce: folij: spodij: garioffiloz. memithe: reu. chimolee: costi: genciane: galbani: bdellij: añ. ℈. xij. squinãti: succi hypoquistidos. añ. ℈. viij. piretri cinamoni: sulphuris viui: aneti: splenis: ventris merguli equini: euforbij: opij: celtice: foliorum nucis: florum dusl os. lilij. ana. ʒ. vij. croci ex ag. xxxvj. petro. dauci: epithi: floris: celtice. ana. ℈. xiiij. dragaganti: pipis albi ⁊ lõgi ana. ℈. ij. seminis rute. ℈. ij. yreos. ℈. xv. thuris. ℈. xxij. iusquiami. ℈. xxviij. casie. trocisci ydioeri. ana. ℈. viij. seminis pomorum citrini mundati: sumac. ana. ℈. ij. opobalsa. ℈. xxiiij. ⁊ ß. succi abrotani: radicis enduiie. ana. ex ag. xx. frondiuz citrini. ℈. xxx. puluerizanda puluerizentur addenda reliqua: da in modum tyriace. quidam addunt armonici. ℈. ij. alij dicunt nocere stomacho. ¶ Trocisci. ydioeri. ℞. camomille albe ⁊ rubee sumac. assari: myrrhe: iusquiami albi. xilobal. equale põdus: fac trociscos ex ag. ij vnius.

¶ De pluribus descriptionibus mithridati. Capi. xiij.

Mithridatum a mithridate rege: ⁊ Ga. dicit in quibusdam venenum suscipientibus: eo q; digni erant morte tentatũ: tamen euaserunt huiusmodi antidoti gratia. Galie. cõsiderans species eius vidit q; quedã species eius vtilissime essent morsui aranee: ⁊ lupi suffocati qui lepus marinus dicitur: ⁊ nõnullis alioz venenosorum morsibus: ideoq; credidit cõtra omnium reptilium valere venena. Andromacus vero pondus in quibusdam minuens: in alijs augens mensuram ex eo tyriacam, composuit carne tyrorum post adiūcta. Tyriaca igitur valentior est mithridato cõtra solum venenum tyrorum. ℞. liquiricie. ℈. vj. et karabe. xij. opij. ℈. iiij. et karabe. ℈. vj. castorei. ℈. vj. ⁊ ker. vj. polij. ℈. vj. ⁊ ker. vj. costi. ℈. iiij. ⁊ ker. vj. piperis lon. ℈. vj. ⁊ ker. ij. celtice. ℈. vj. ker. viij. hypoquistid. ℈. vj. acori. scordeon. ana. ℈. ij. ⁊ ker. vj. casie. ℈. v. et ker. vij. thuris. ℈. vj. sisel. ℈. vj. folij. ℈. v. salis. ℈. vj. ⁊ ẽm quosdaz. v. ⁊ ker. vj. myrrhe. ℈. vj. croci. ℈. vij. ⁊ ker. vij. stor. ℈. vj. ⁊ ker. viij. cinami. ℈. vij. ⁊ ker. vj. dauci cretici. ℈. vj. ⁊ ker. viij. zinziberis. ℈. vj. ⁊ ker. vj. fu. ethiopie. ℈. ij. petro. maratri spice. ana. ℈. iiij. yperici. ℈. ij. acatie. ℈. ij. genci. ℈. iiij. anisi. ℈. iij. diptami. ℈. vj. ⁊ ker. xij. meu. ℈. iiij. ⁊ ẽm quosdam. ℈. ij. squinanti. ℈. ⁊ ker. vj. vini morielensis: mellis quod sufficit. Coquion mithridati predicti. ℞. passo enucleatorum. ʒ. iiij. terebẽtine. ʒ. xxiiij. myrrhe squinan. ana. ʒ. ij. cinamo. vngule. mar. aro. casie: celtice: mellilo. cipi. daphnidis. ana. ℈. iiij. calami. aroma. ʒ. viij. croci. ʒ. j. demus fissam: idest bitumĩs iudaici. ʒ. ij. ⁊ ß. vinum ⁊ mel. he sunt quindecim species. ¶ Mithridatuz romanum pdest oppilato epati: duro apostemati ventri pectori: sanguinis fluxibus ex interioribus corporis: putredini: egestioni: inflationi: dolori stomachi: coituz excitat: cuse clarificat: appetitũ irritat. lapides in vesica frangit: fetum custodit: ⁊ est contra venenum ⁊ propinquum tyriace ẽm iuuamen. pdest etiaz nimie frigiditati: ⁊ maxime senescentibus: ⁊ senescẽtibus senibus: anhelitui: asmati tussi: diuturne: saniei in pectore: ex corruptis humoribus: diarrie: appetitui: melancholiam curat ⁊ prohibet cephal. visum clarificat: venenum destruit ⁊ omne mortiferum: ideoq; dicitur athanatos. ℞. myrrhe croci agar. zinziberis cinamomi dragaganti. ana. ʒ. x. spice. thuris sinapis albi. xilobalsa. sticad. costi: sisel. camep. galbani terebẽthine diptami: piperis longi: succi hypoquisti. castorum: folij: stora. ana. ℈. viij. casie. piperis albi ⁊ nigri: hermod. scord. polij dauci: mellilo. genciane: balsam. i. carpobalsami: bdellij. ana ʒ. vj. rute. ʒ. viij. amomi: celtice: malt... : gummi: petro. cordu. maratri: apij: opij: rosarum. ana. ʒ. vj. anisi: acori: meu: asari: serapi. ana. ʒ. iij. fu. acatie: stinci: yperici. ana. ʒ. iiij. vinum ⁊ mel: ⁊ oleum laurinum. ¶ Coquion mithridati. ℞. prassij. ʒ. ij. thuris. ʒ. xiiij. myrrhe squinãti. ana. ʒ. xij. cinamo. bdellij: vngule: mara. celtice: melliio. cipri: dapphnidis. ana ʒ. iij. calami. aroma. ʒ. ix. croci. ʒ. bitumi. iudaici. ʒ. ij. ⁊ ß. vinum ⁊ mel. ¶ Mithridatum imperatorum. que potio est caput omnium potionum sicut macedonici testantur: prodest his qui venenum acceperunt si detur in modum fabe: cum vini puri vel mixti emina a serpente percussis: cum mulsa quibus iecur est durum vel torquetur: diuisionem ⁊ vrinam facit ad fabe magnitudinem tussientibus vel oculis laborantibus ⁊ ore dolentibus: ad ciceris magnitudinem ytiosis: prodest febrĩetibus ante horam accessionis ad auellane quãtitatem: tetanicis: epistotamicis: corruptisq; spasmo ad lupini mensuram: cum emina aque fit contra venenum mortiferuz contra morsum serpentum et aliorum venenosorum animalium: sicut balisci: aspidis: scorpionis: ⁊ vermidiani qui occidunt: prodest etiam ad omnem capitis dolorem. vagis mentibus ⁊ sensuz amittẽtibus: tremulis: ⁊ qui stare nõ possunt et quibus caligo descendit ad oculos: ⁊ quibus surdescunt aures: podagre: pedum dolori: neruoruz dolori: glandibus collo: renibus: epati: ytiosis: dolori costarum: omni tussi: sanguinem fundentibus ⁊ phlegmati: ⁊ plagaris: paralysi: ⁊ qui se corrumpunt manibus per omne tempus feb. ⁊ ad maculas corporis melancholici: ⁊ ad omne malum ledens in corpore: ⁊ ad vitium vulue cui sanguis secundine cum ad tempus non venit menstruale: his detur ad magnitudinem fabe egyptiace cum melle. ℞. squille: piperis longi: opij rosa. liquiricii. ana. ʒ. iiij. yreos ozimi. ana. ʒ. j. ⁊ ß. folij myrrhe casie. añ. ʒ. j. scordeon: assari: balsami: cinamomi alithimi: agar. costi: celti. croci: squinanti: libani: piperis albi ⁊ nigri. diptami: prassij: ruptorij: id est polij. petro. ẽm quosdam ciclaminis: cappa. floris agni: macedo. ẽm quosdam peonie. camedre. camep. ana. ʒ. ß. ẽm quosdam pridie: carpobalsami: gummi cedri: dragaganti: maratri: carda. sisel. acatie: serapi idest seminis sinapis. ypericon ameos lẽtisci raphani abro. opobalsami castorei leuistici: seminis rute: miconis ysopi: origani: eleni: pini: nitri: rami cedri: daphnidis: baccari. ana. ʒ. ß. dauci: aspalti: galbani: centri: sulphuris: mellis: laccis: serapi. ana. ʒ. j. peuced. aristo. longe. ana. ʒ. ß. zarnabij: idest roris marini: gencia. vringi: radix. ana. ʒ. ß. rape acori. añ. ʒ. ij. ẽm quosdam calami silphij damphnocoti croci. ana. ʒ. ß. amoglo. carda. malabac: idest scorce hedere. añ. ʒ. j. coloquinti. reupon. sticad. arthemisie. nepi. terebẽthi. zinziberis. pentafilonis. storacis. seminis vrtice. amomi. ana. ʒ. j. corticis granatorum: ciMarum mirte: spice: terre sigillate. armo. apij. epi. petro. ana. ʒ. ß. mel ⁊ vinum quãtum sufficit. terantur terenda ⁊ p quattuor dies cum spatula moueantur.

¶ De tyriaca cuiusdam indi ⁊ eius vtilitatibus. Capi. xiiij.

Tyriaca indi cuius virtus dum est recens non est fortis: sicut vetusta: caro enim serpentis dum recens est calida est ⁊ humida: ideoq; debilis: cuz autem inueterascit calida est ⁊ sicca: dum datur considera tempus etatem ⁊ regionem: ⁊ morbum. ad morsum serpentis ⁊ scorpionis: ⁊ contra malum medicamen da in modum auellane cum vino. ad capitis dolorem. ʒ. j. huiusmodi cũ. ʒ. j. et ß. passul. ⁊ olei. ʒ. iij. simul misceãtur ⁊ in cerebro fundatur. ad oris vicia arsuras ⁊ faucium tumorem vtere stipticis: vt succi cisti. ʒ. ij. mellis. ʒ. vj. cum. ʒ. j. et ß. vini. ad elephantiam cum succo squille. ʒ. vj. croci magnatis. ʒ. vj. vini. dabis autem hec mane ⁊ sero per multos dies in quãtitate predicta. ad epilepticos ⁊ stomaticos ⁊ paralysim: da in modum auellane cũ decoctione rute camomi. ad ictericos ad modum fabe egyptiace: cuz decoctione assari: mane ad hydropisim sola detur: ad raucedinem da. ʒ. ij.

R

cum dragaganti et cimini.ana.ʒ.ij. artetice teneatur in manu.ad apostemasim oculorum.ʒ.iiij.his cum dragaganti et cimi.ana.ʒ.ij. in modum collyrij pone in oculis ad modum fabe egyptiace cum mulsa ad dissinteriā.ad modum fabe tri duo et mane et sero.cum aqua roris sinaci:aque sextarium vnum et ß.coque ad ß.ad colicā sine febre in modum auellane cum vino.febricitantibus cum decoctione aneti:ad nefreticos cum camomil.ad calculos cū decoctione aneti:apij:sparagi:polītri.ad stranguriam cum succo feniculi:ad empicos cum butyri partibus.ij.et mellis.j.et cibapiri: eloquecar idest tyriace in modum fabe egyptiace in mane et sero: et deambulet: ad empicos cum oximelle.ad splenem cum apozimate capparis cocti cum aqua et aceto. ad vitia stomachi.ʒ.ij.cum vino sine febre: si febris sit cum aqua calida:ad stomachum et reumatismum cum acrimo.humorum.cum nō potest digerere:da cum decoctione thimi mane et sero:ad fastidium cum orizaccara:et maxime deambulet.ad anhelitum et disniam cum aceti squillitici codeario vno et mox curat.ad tussim humidam catharputia informetur et sumatur. ad epilepsiam cum sinapi et aceto gargarizemus et nocte in modum fabe egyptiace in qua mulsam dabis. ad quartanam cū apozimate epi.quattuor diebus.ad tertianā cum apozimate de radicibus apij: et absinthi.ad quotidianam cū oximelle.ad suffocationem matricis supponatur.ʒ.j.adipis tauri.℥.j.yreos.℥.ij. et ß.℞.troci.squille.ʒ.vj.tyri.ydiocri.ana.ʒ.iiij.opij.ʒ.iij.ro. bitimacos:idest pule.agrestis:spermatis.ana.ʒ.j.et ß. storace crete.ʒ.ij.et ß.yris:agarici:lactindes:carcanij. ana.ʒ.ij.mirte. ʒ.vj.croci:zinziberis:calami:risi:prassij:sticados:reupon.piperis albi et lon.pentaphilonis:costi:diptami: squinanti: libani:atronos: terebēthine:casie:strigni:naydastici. aā.ʒ.vj. et storacis:sisceleos:ameos:naspeos:camedreos:camepi. succi hypoquisti:malabati:nardi:genti.anisi:maratri:lepinafregi.idest auripi.cachite:amomi:acori:balsami:yperici furacatie:ameos:carda.ana.ʒ.iiij. prassij: libanostides.ana.ʒ.viij.liquiricie. castorei. ana.ʒ.xij. curmagmatis. ʒ.xxiiij. polij. ʒ.iiij. dauci:galbani:balsami:serapi.oppoponaci:aspalti:aristolo. vtriusque. ana.ʒ.ij.mellis attici: libras decem: vini salerni: ciathos.ij.terenda tere et cōmisce cū melle muscon:mitte in cacabo super carbones: et sic superadde per triginta dies ad solem cōmisceantur.deinde sume. ¶ Tyriaca probata cōtra venenum et morsum serpentis:scorpionis:reptilium: et contra omnia venena mortifera et stupefacientia:infrigidantia et desiccantia: et contra melācholiam et ventositatem:emoroydas et matricis dolores epatis et splenis:cutis liuori:cardiacis: epilep. et artericis: et nefreticis subuenit.℞.aristologie vtriusque:genciane: costi: daphnidis. ana.ʒ.x.myrrhe: camedre. camepi. ciperi: reupontici.ana.ʒ.v.carpobalsami: xilobalsami:zedoaris:betonice.ana.ʒ.iij.balsami.℥.j.fricetur cum eo postque temperetur: da.ʒ.j. vel exagium vnum.

¶ De diatessaron et alijs pluribus antidotis. Capi.xv.

Dytessaron prodest grosse ventositati intestinorum: dolori epatis et splenis:empicis:cardiacis: et est contra venenum. ℞. myrrhe:genciane:daphnidis:aristologie longe:ana pondus eqle: mellis qd sufficit. ¶ Sceltice vel selithe contra oēm phlegmaticam et melancholicam passionem: sicut epilepsiam: apoplexiam et paralysim. ℞. amomi:spice:euforbij:nasturcij: apij:rute: snisne:idest floris:sileris:stercoris bouis et hirci siluestris: sulphuris: camepi.hellebori albi:ciperi: stora. celide mi.sparagi seminis xilobalsami:gemme nō perforate.croci:folij:acatie:storacis: eruce seminis:ysopi:squinanti:radi.ana.ʒ.x.carui: auri: argenti: carpobalsami: dragaganti:masticis: vncule: stercoris vulpis: capparis: radicis: terre quadriuij. alij ponunt aquam de quattuor annis:serici vsti:zedoari:betonice:zinziberis:piperis albi.se.et radi.aneti:genciane:flor. squinan. salis indi:psilij: coralli:alcanne: origani. ana.ʒ.iiij.gariofi. spice:carda.costi:capillor. ve.xratis:yreos:ase.ana.ʒ.viij.piperis nigri et longi:opij:aristolo.rotū.et long.iusquiami.ana. ʒ.xx.auellane indice. ʒ.iiij.extremitatum salicis:radicis.endiuie:bituminis iudaici.ana.ʒ.iiij.mellilloti.ʒ.iiij.et ß. citruli.ʒ. iiij.serapi.cordumeni.ana.ʒ.j.terenda terantur: et soluenda soluantur in vino: et mellis quod sufficit: da post septem menses in modum ciceris cum opozimate radi. sternutatio quoque de eo fiat cum succo maiorane in modum fabe in canicularib⁹ dieb⁹. ¶ Antidotū ꝓbatissimum:epilepticis paralyticis:cardiacis:spasmo: suspectis:tremulis:timidis:podagre: lunatice:grosse ventositati:vertigini: pulmoni:articulis:vulue dolori: aborsui:fetum custodit. ℞.auri:argenti:carpobalsami:nigelle:stercoris vulpis.capparis:radicis.ana.ʒ. x.agari.costi:spice:seminis cuscute:carda.ana.ʒ.viij.croci:folij:casie:castorei: squinanti: seminis eruce:gemme. ana.ʒ.x. amomi:xilobalsami:euforbij:apij:seminis eruce:sulphuris: stercoris bouis et hirci:camepi.hellebori albi:ciperi:castorei: celidonie:sparagi:seminis endiuie siluestris: radicis.nucis musca.sinapis:seminis ana.ʒ.ij.mādragore:piperis albi:zinziberis:aneti:genciane:lingue auis:salis gemme:origani:sauine:piretri:auellane indice:seminis vrtice:sete:psilij:coralli.ana.ʒ.iiij.iusquiami:papaueris: opij: aristolo.longe.ana. ʒ.xx.reupon.ʒ.viij.maratri:ysopi.ana. ʒ. vij. mellilloti. ʒ.xij. et ß.masticis. ʒ.iij. macis.ʒ.j.mellis quod sufficit. ¶ Camedre articulorum dolorē: et podagram mitigat: et ne veniāt repugnat: valet dolori splenis:grosse ventositati:diuturne fe. colice:oppilationi:anhelitui: vulneratis intestinis:visus defectioni:squinantie: sanitatem custodit:plurimas infirmitates venire prohibet. ℞.seminis rute:prassij:scorde.camedre oppoponaci:sticad.genciane: cordu.sigie.ana.exagium vnū mirte:costi:piperis albi:squinanti: spice:euforbij: mandragore:amonia.calamen.maratri:dauci:ro. costi: carpobalsa. ana. exagia.iij. cinamo.exagia.viij. casie: exagia. vij. galbani:succi:eupa.leuisti.gemme: amygda.amarar.ana.exagia quattuor.opij:iusquiami. ana.exagium vnum:mellis quod sufficit. ¶ Acaristū valet ad phthysim:dolores ventris:erratice feb.colice: et dolori matricis. ℞.euforbij:casie:opij:amomi:acatie.costi: spice:myrrhe:gūmi: seminis vrtice:seminis sambuci: mundati sulphuris:stora.piperis albi. ana.exagia vj.ro.piretri:seminis rute: apij. ana. exagia.iiij.iusquiami: mandragore. ana.exagium vnum: seminis citri mundati ameos:seminis cicute. ana.exagia quattuor. se.croci hortēsis: zinziberis.ana.exagia.ij. mellis qd sufficit.

¶ De philonio probato et alijs pluribus opiatis. Capi.xvj.

Philonium valet dolori epatis: tussi: dolori dentium et eorum corrosioni:lienterie:yliosis: ℞.citri. ʒ.vij. papaueris: iusquiami. ana.ʒ.xx. opij.ʒ.x.petro.ʒ.iiij.apij.ʒ.iij.spice.ʒ.iiij. folij:casie:piretri:carpobalsami: euforbij. ana.ʒ.j.frica cum balsamo: da in modum ciceris. ¶ Al.imperiale:valet yliosis:sanguinis fluxui de vulua:aborsui: vuluam stringit:egestionem vomitum infamiam curat. et sanitatem custodit. ℞.iusquiami:papaueris albi.ana.ʒ.xx.terre sigillate.ʒ.x. croci.ʒ.v.spice: mirte: piretri:euforbij. ana.exagium vnum camphore.℈.j.mellis quod sufficit. Superius philonium si datur cum apozimate apij. et aneti prodest colicis.cum apozimate polij: cum apozimate radicis capparis spleneticis: cum apozimate apij et maratri renibus: et stranguriē: cum squilla anhelitui: cum ptisano vel apozimate ysopi: tussi. ¶ Athanasia maior que fit cum epate lupi:prodest dolori epatis et splenis: et stomachi ventositati:diarrie:dissint.diuturne tussi: sanguinis fluxui ex superiori et inferiori parte: valet vt philoniū. ℞.croci:myrrhe:opij:castorei: iusquiami: costi:cordij:seminis papaueris nigri:spice:succi eupat. epatis lupi: cornu cerui dextri:equale pōdus:mellis quod sufficit. et da post sex mēses.ʒ.j.et ß.vel in modum ciceris cum cōuenienti potu. Galienus in libro de decem particulis:possibile est inquit iuuamentum:quod fit ab epate lupi cum sua tota substantia fieri:non cum vna vel cum duabus suis qua

litatibus: ⁊ simpliciter ita dabitur: teratur ⁊ exagiuʒ vnū cuʒ vino dulci sumatur. vinum enim dulce suauiter tangit epar cibuʒ portar: ⁊ medium est inter calidum ⁊ frigidum. ⁊ quia cū tota subā iuuat: ideoq; iuuat oppilationē necessario. calidis eñ prodest ⁊ frigidis non nocet: nō tamen ꝓdest ethicis epaticis igitur prodest cum aqua datum: aut sapa: aut succo sicut endiuie: coctani: et similiū. Galienus in libro simplicis medicine testatur se multotiēs epar lupi in his medicinis q̄ fiunt de epate immiscuisse: que tamen ob hoc melius operarentur non agnouisse. ¶ Item athanasia minor ad idem. ℞. stora. costi: spice: apij: casie: ana. ʒ. iiij. succi eupa. ʒ. ix. liquiricie. ʒ. ij. mellis quod sufficit. ¶ Caritum vrinam prouocat: lapidem frangit et est imperiale. ℞. euforbij: opij: castorei: spice: cinami: zinziberis: piperis longi: croci: ana. ʒ. iiij. iusquiami. ʒ. ij. balsami. ʒ. xxx. ¶ Diasulphur prodest diuturne feb. veteri tussi cum humiditate: diuturno dolori morsui serpentis ⁊ scorpionis: vrinam prouocat: ⁊ lapidem frangit. ℞. papaueris albi. ʒ. vj. iusquiami: cordu. thuris: meu. ana. ʒ. xij. opij: croci. ana. ʒ. x. sulphuris: piperis longi: costi: myrrhe: aristo. lon. euforbij: mandragore. ana. ʒ. iij. mellis quod sufficit. detur de eo in modum auellane. ¶ Aliud diasulphur valet rigori feb. anhelitui: tussi suspiriose: ⁊ vitijs vesice. ℞. piperis longi: mandragore: euforbij. ana. ʒ. iiij. opij. ʒ. iiij. croci. ʒ. xij. sulphuris. ʒ. viij. mellis quod sufficit: da in modum auellane.

¶ De diasotira ⁊ alijs duobus antidotis. Capi. xvij.

Diasotira valet cephalee: vertigini: epilepsie: insanie: diuturne feb. oculorum dolori: sternutationi: vel collum fractis: dolori dentium: passioni pulmonis: ⁊ lateris: hypocundrie: epati: catarro: anhelitui: necnon grosse ventositati cum apozimate maratri: intestinorum dolori ⁊ epati: ⁊ male cogitationi ex melancholia: tremori, dolori splenis ventrem prouocat. renum ⁊ vesice abundantiam minuit bibita ⁊ inuncta mollicicm testiculorum confortat: coitum auget: exterius inuncta podagricis: empicis ex frigido: subuenit spasmo de plenitudine: raucedini: morsui reptilium dolori ventris ex frigido clysterizatuʒ cum apozimate fenugreci. ℞. casie: mirte: squinanti. ana. ʒ. j. et ß. petro. x. v. apij. ʒ. ij. siseleos: exagiū. j. croci: myrrhe: cinamo. curmagmatis: figie assari. ana. exagia. vj. anisi exagia. x. piperis albi exagia. xij. piperis longi. ʒ. iiij. opij. exagia. x. ¶ Cromagnia sotire. ℞. costi: myrrhe: calami aromatici: piperis albi: gario. ameos: ana. exagia. iij. spice: folij. ana. exagia. vij. cinamo. croci: meu: masticis: ana. exagia. vj. fu. exagiū. j. tempera cum vino. ¶ Diastoracbia valet egestioni: ⁊ tenasmon: ⁊ solutioni. ℞. castorei: opij: figie: iusquiami: croci: assari: mirte: apij: casie: anisi: spice: boli: balaustiaꝝ. ana. pondus equale: mellis quantum sufficit: da. ʒ. ß. cum apozimate sumac: vel sapa mirte.

¶ De socrugena et alijs pluribus antidotis. Capi. xviij.

Socrugena dolorem stomachi propter frigiditatem ⁊ indigestibilitatem dolores: cholericum soluit stranguriam: et omnem phlegmaticam passionem et grossam ventositatem: et multa alia curat. ℞. castorei: opij: cinami. ana. ʒ. j. ⁊ ß. myrrhe: leuscorpionis: ⁊ ni. galbani: costi: ana. ʒ. j. ⁊ ß. tempera cum melle. ¶ Antidotum contra solutionem ventris ⁊ dolores: ⁊ tussim diuturnam. ℞. castorei: stora. opij: iusquiami: assari: croci: equaliter: da in modum orobi. ¶ Scolidos ad vulnera renum ⁊ vesice: ⁊ sanguinis fluxum ⁊ mictum. ℞. iusquiami: apij: maratri. añ. ʒ. vij. citruli. ʒ. v. seminis herbe acetose: opij: pinee: croci: auellane asse: amygda. amara. ana. ʒ. iij. seminis scolidos: idest vmbilici ve. numero triginta: da gaganti. ʒ. iij. sape quod sufficit. da post septem menses. ¶ Arisacium valet melancholice ventositati: melācholie: cardiace: passioni puerorū ⁊ vulue. ℞. piperis albi: zinziberis: salis indi. ana. ʒ. vj. opij: euforbij: castorei: croci: garioff. masticis: piretri. ana. ʒ. v. costi. ʒ. vij. ciperi: zedoar. deronici: aristologie longe. ana. ʒ. ij. balsami: aque camphore. ana. ʒ. iij. mellis ⁊ vini quātum sufficit.

¶ De resecbenete ⁊ alijs pluribus antidotis. Capi. xix.

Resecbenete valet epilepsie paralysi et colice spasmo: menstruatis: pregnantibus ⁊ suffocationibus matricis: abortui: ⁊ mulieri ex ventositate murmuranti. ℞. casie: ysopi: mandragore: cicute: maratri: carpobalsami: aristolo. vtriusq;: musci: ambre. ana. ʒ. iiij. carda. ma. ⁊ mi. ana. ʒ. xiiij. opij: deronici: myrrhe. ana. ʒ. vj. ozimi curati: macis: ciperi: croci. añ. ʒ. x. magath. quedam species est terre. ʒ. xv. figie. ʒ. v. nucis cypressi: sauine: ana. ʒ. iiij. mellis quod sufficit. ¶ Cabrie. ℞. calami aroma. vngule mar. thuris. ana. ʒ. iiij. vince: cumini: croci. ana. ʒ. j. figie. ʒ. iiij. musci: ligni aloes. añ. ʒ. ß. fac trociscos cum vino vetustissimo. ¶ Antidotum datum contra rigorem feb. ℞. aristologie longe. ʒ. vij. piperis. ʒ. iij. opij. ʒ. ß. piretri. ʒ. vj. mellis quod sufficit. da in modum lupini. ¶ Antidotum de assa ad idem. ℞. asse: piperis: rute: equale pondus. ad scorpionem da cum vino: ad feb. cum oximelle ante horam accessionis vna hora. ¶ Aliter ad scorpionem. ℞. aristologie longe: ⁊ ro. zinziberis. ana. ʒ. ij. calamēti: rute siluestris. ana. ʒ. ß. tempera cum sanguine testudinis. da. ℈. ij. cum vino: ⁊ cataplasmetur locus cum folijs lauri coctis in vino. ¶ Aliter ad idem. ℞. calamenti domestici ⁊ siluestris: genciane. ana. ʒ. vj. piperis. ʒ. j. da. ʒ. j. cum vino. ¶ Aliter de chiomolea contra venenum et morsum reptilium. ℞. cyimolee: gumme: diaconides: que est quedam species cipressi. ana. ʒ. iij. coaguli leporis. ʒ. vj. genciane: daphnidis: aristolo. ro. rute siluestris. ana. exagiū. j. da in modum fabe. ¶ Experimentum probatissimum ad epilepsiam. ℞. piperis albi. ʒ. iij. peonie. ʒ. iij. scamonee: amonia. sebesten. añ. ʒ. j. croci. ʒ. j. casie. ʒ. viij. genciane: bacce lauri: barbe iouis: salis armonia. ana. ʒ. j. aristologie ro. squille asse. equale pondus: mellis attici quod sufficit. da. ʒ. j. quotidie mane ⁊ sero cum hydromelle. ¶ Antidotum de terra sigillata contra omnia venena. ℞. terre sigillate: daphnidis. ana. ʒ. ij. vesice leporis. ʒ. vj. genciane: aristologie ro. sinapi: myrrhe: foliorum lauri. ana. ʒ. j. mellis quod sufficit. da. ʒ. iij. cum frigida. ¶ Diaconiton prodest vetericie diuturnis feb. ℞. reu. succi absinthij: succi eupa. ana. ʒ. x. cinamomi: spice: squinanti: assa. amygdale amare casie. ana. ʒ. v. myrrhe: croci. ana. ʒ. iiij. mellis quod sufficit. ¶ Dictanache mirabile ad mēstrua ꝓuocāda. ℞. croci: storа. ana. ʒ. xviij. fenugreci. ʒ. xij. spice: zodoarij: costi: casie: beronice: aspalti: oppoponaci: castorei: opij: iusquiami: piperis lōgi ⁊ nigri. ana. ʒ. vij. gemme. ʒ. iij. mellis quod sufficit. ¶ Al. cum margaritis. ℞. zodoarij: costi: deronici: castorei. opij: piperis nigri ⁊ longi: casie: aspalti: iusquiami: spice: oppoponaci: figie: croci. ana. ʒ. ix. margaritaꝝ. ʒ. iij. galbani: myrrhe. ana. ʒ. xiiij. mellis quod sufficit. ¶ Alphatemi: phlegma purgat: ventrem curat. ⁊ ventositatem dissoluit. ℞. opij: castorei euforbij: casie: spice: croci: carculi: idest carda. hellebori albi: papaueris albi: iusquiami: cinami: reu. oppoponaci: opobalsami. ana. partes equales: mellis quod sufficit in vitreo vase missum: ⁊ in ordeo quadraginta diebus manēs melius operatur. da. ʒ. ij. ¶ Musa valet dolori renum ventositati ⁊ yliꝗ dolori. ℞. croci: opij. ana. ʒ. ij. myrrhe: genciane: aristologie: vtriusq;: piperis. ana. ʒ. ij. libani: ac euforbij. ana. ʒ. j. iusquiami. ʒ. j. da. ʒ. j. cum calida.

¶ De socrugene ⁊ alijs pluribus antidotis. Cap. xx.

Secrugene contra punctionem ⁊ durum iecur: et stomachi indigestionem tollit. ℞. castorei: opij. cinami.ana.ʒ.ij.piperis nigri ⁊ longi: costi.ana.ʒ.ij.croci.ʒ.iiij.sulphuris: dauci: asari.ana.ʒ.ij.mellis quod sufficit.in vitreo vase repositum sub ordeo sex mensibus maneat: da.ʒ.vnam et senis cum calida.
¶ Antidotum cesaris cōtra nimium pulsum cordis: epilepsiam febrientibus dolori ⁊ indigestioni stomachi: orthomie singultui.⁊ putredini sanguinis prodest. ℞.castorei: liquiricie: casie: piperis nigri ⁊ lōgi: stora. opij: croci: spice nardi: ana.ʒ.ij. serapi.ʒ.ß.zedoarij deronici: perle persorate.añ.ʒ.ß. mirte.ʒ.ij.mellis quod sufficit. da solidum vnum cum calida.
¶ Antidotum quod prodest nefreticis: apostemati renum sanguinem purum ⁊ guttatim mingentibus cum ardore ⁊ dolore. ℞.pinee.amygda.auellane: seminis lini asii: dragaganti: gummi: succi liquiricie: pentaphilonis. ana.ʒ.j.grana torum chenete: idest solatri: amygda.amara.seminis melonis citruli: cucu.maturi: cucur. ana.ʒ.v.granorum coctanorum: seminis altee minoris portulace minoris: seminis papaueris albi: ciceris nigri: gūmi: amygd.dulcium: seminis herbe acetose ⁊ altee maioris: boli: spodij: ro.seminis cētineruie ana.ʒ.vj.vnore: idest seminis bombacis: apij: anisi: petro. iusquiami: seminis lactuce: pastina. gete: idest eruce: croci: opij.ana.ʒ.iij.confice cum rubo.da.ʒ.iij. cum aqua vbi cocta sint liquiricia ⁊ arnoglossa. ¶ Dialacca maior prodest dolori epatis: hydropisi noue: frigido stomacho ⁊ oppilato: vrinam prouocat: ⁊ lapidem frangit. ℞. lacce.℥.viij.amygda. amara.folij: gariofi.cinamo.ana.℥.vj.camepi.meu: fu: myrrhe: ysopi.ana.℥.iij.spice libram vnam: genciane: aristologie longe.ana.℥.j.aloes.℥.iiij.dauci: apij: petro.cimini.añ.℥.viij. croci.℥.iij.asari.℥.vj.reubarba ʒ.xv. bdellij: carpobalsami: casie: thuris.ana.℥.iij.ß.piperis longi: aristolo.lon.ana.ʒ.vj.calami aromatici.℥.iiij. ⁊ ß.balsami.℥.iij.mellis quod sufficit.
¶ Dialacca minor. ℞.cinami.ʒ.j.⁊ ß. lacce: costi: myrrhe: squinanti: daphnidis: epatis lupi: fenugreci: piperis nigri: ana.ʒ.j.mellis quod sufficit. ¶ Diareu cōueniens epati: stomacho: renibus: durum splenem ex frigiditate patientibus aque citrine nouelle ex qua fit alchites: ventositati: debilitati: calori naturali: lapidi renum ⁊ vesice atq; inflationi. ℞. masticis.croci: aristo.lon.absinthij: costi dulcis ⁊ amare: celti. spice: vggi: idest calamenti: myrrhe: genciane: assari: galan. casie: carpobalsami: xilobalsami: maratri: anisi: apij: floris squinanti: lacce: piperis longi: gariofi. cubebe: caride: eupatorij: folij.ana.ʒ.j.⁊ ß.reu.quantum de ceteris: da.ʒ.j.ieiuno cum aqua masticis: maratri: anisi.ana.ʒ.j.cum calida: vel cum aqua in qua predicte species coquātur: ⁊ cum sirupo absin.
¶ Diacucurma valet dolori epatis et splenis: defectioni stomachi: diuturno morbo: aque citrine: ⁊ colorem ⁊ visum clarificat. ℞.spice croci: casie.añ.ʒ.ij.cinami: mirte: costi: squinanti.ana.ʒ.j.mellis. ¶ Diamorusia dolorē epatis ⁊ splenis ⁊ stomachi curat ex frigido: indigestionem: inflationem ⁊ corporis sanat defectionem. ℞.dauci: cimini: xilobalsami: casie: carda.squinanti: apij.ana.ʒ.j.piperis: costi: papaueris albi. ana.ʒ.ß.mirte. ʒ.iiij. daphnidis numero triginta: acori croci.ana.ʒ.ij.mellis quod sufficit. ¶ Diacoston: iecoris: ⁊ splenis ⁊ stomachi dolorem curat ex frigiditate: ventositatem sclirosim: splenis melancholiam: ⁊ frigiditatem: quartane frigus: constipationem venarum sanat: ⁊ malum colorem. ℞. costi: cinami: ameos. ana.ʒ.x. spice: casie. ana.ʒ.x.cinamomi: folij: calami aroma.absinthij: lacce: piperis longi.ana.ʒ.x.gariofi.calculi: idest cardamo.macis: vggi: corasceni: idest calamenti: reubarba.croci: cube.aloes.ana.ʒ.iij.da.ʒ.j.cum calida vel cum aqua vbi cocta sint seminis maratri: anisi: floris squinanti: masticis.ana.ʒ.j.quidam non ponunt cube.sed cumene. ¶ Aliter diacostum valet duro epati sueq; oppilationi. ℞.costi: cimini.ana.ʒ.ix.apij: anisi: squinanti.ana.ʒ. viij.et ß. asari: croci.ana.ʒ.iiij.aristologie lōge.ʒ.ij. tempera cum melle. ¶ Antidotum conueniens stomacho ⁊ debilitati epatis ventositati que fit ex indigestione: acri ructatui: colori subpallido: vlceribus manuum ⁊ pedum: hydropisi nouelle: constipationi epatis: ⁊ interioribus emoroydis. ℞. masticis: cina.squinanti: maratri: anisi: absinthij: asari. ana.ʒ.vj.reu. costi vtriusq;: lacce: apij: casie: spice: aristologie.ana.ʒ.iiij.croci: myrrhe: gariofi. vggi: coralli: calculi mi.ana.ʒ.j. da cum aqua in qua cocte sint predicte radi.et cum sirupo squinanti vel absinthij.

¶ De diaspermaton et alijs pluribus antidotis. Cap.xxj.

Diaspermaton faciens ad ventositatem phlegmaticam in stomacho ⁊ in visceribus: dolorem iecoris ⁊ splenis. ℞. casie: spice celti.apij: maratri: anisi: costi vtriusq;: libani: aneti: asari: carui siluestris.ana.ʒ.j.carcici maioris ⁊ minoris. gariofilo. zinziberis: piperis albi nigri ⁊ longi.ana.ʒ.ß.cina.ʒ.ij.da exagiū.j. ¶ De occultis ventositatem ⁊ puncturā iecoris ⁊ splenis discutit.prodest hydropicis in initio: ⁊ precordiorum dolori ex frigiditate. ℞. reu. spice: croci: squinanti. ana.ʒ.v.costi dul.aristolo.rotū.casie: folij: macis: cimini: maratri: anisi: endiuie: apij: genciane: carpobalsami: lacce.ana.ʒ.iiij.calculi vtriusq; masticis.ana.ʒ.iij.da.ʒ.j.cum herbarum succo. ¶ Antidotum prodest stomacho frigido: indigestioni epatis: ⁊ splenis: hydropisi. ℞. dauci: cinami: xilocasie: cordu.squinanti: apij: anisi: spice: mente: ameos.ana.ʒ.ij.piperis albi et longi: costi: myrrhe.ana.ʒ.j.⁊ ß.daphnidis numero decem: acori: croci.añ.ʒ.ij.da in modum auellane cum calida vel cum vino.
¶ Antidotum Galieni cum quo curauit pa. herbarum inuentorem. ℞.croci exagi.ij.asari: meu.fu: dauci: petro.ana. exagia.iiij.carpobalsami: exagia.iij. et ß.reu.ʒ.viij.et ß.succi liquiricie: scolopen.polij: eupat.balsami.añ.exagia.iij.ydice. exagia.vj.mellis quod sufficit.da in modum auellane. ¶ Antidotum ad prouocandam vrinam: dolorem epatis ⁊ oppilationem ex frigiditate indigestionem soluit: coitum excitat. ℞. squinanti: dauci: carpobalsami: anisi: assari: petro.reupon. spice: croci: casie: meu: fu: camepi.agrimo.añ.ʒ.iij.pinee.ʒ.xx. mente.ʒ.j.mellis quod sufficit. ¶ Al.ad idem: ⁊ ad dura renum ⁊ vesice apostemata. ℞.assari: fu: meu: petro.añ.ʒ.ij.acori: dauci: carpobalsami: anisi: apij: dragagāti. añ.ʒ.j.sape qd sufficit.da cum apozimate capillorum vene. ¶ Antidotum valēs hydropisi. ℞.apij: anisi: dauci: petro.spice: assari: squinanti: casie: mente: absinthij: costi: cimini: croci: cina. aristologie: genciane: polij: sileris: calami: masticis: succi liquirici: succi eup.amygda.amara: ysopi: folij: maratri: acori.ana.ʒ.j.serapi.bdellij: salis indi.ana.ʒ.ij.aloes.ʒ.xvij.da.ʒ.j.cum sero caprino. ¶ Antidotum valet in initio hydropisis: ⁊ calida apostemata epatis curat. ℞.reu.folij: aromatici: assari.añ.ʒ.j.lacce.ʒ.iiij.petro.fu: maratri: apij: acori.ana.ʒ.iij.litij.ʒ.v.tempera cum zuccaro.da.ʒ.ij.cum succo endiuie ⁊ solatri. ¶ Antidotum valēs oppilationi epatis ⁊ ventositati ⁊ angustie: curat anhelitum ex spiritualibus membris exeuntem. ℞.myrrhe: terebenthine.ana.ʒ.iiij.spice: croci: cinamomi: casie: ana. ʒ.iij.anisi: assari: apij: folij.ana.ʒ.j.aloes.ʒ.x.da.ʒ.ß.cum calida. ¶ Diamarte ad constipationem epatis ⁊ splenis: ⁊ ad frigiditatem matricis mēstrua prouocat: quartanam aufert: ⁊ tussim phlegmaticam: orthomie. prodest ytericie ⁊ dissolutioni membrorum. ℞.seminis cicute: thuris: masticis: carpobalsami: casie: roris marini: croci: piperis nigri: spice. ana.ʒ.x.zedoar.aristologie vtriusq;.ana.ʒ.xx.deronici.ʒ.iiij. epithimi: zinziberis: costi.ana.ʒ.xij. hellebori albi: cimini: rosarum. añ.ʒ.vj.ciperi.ʒ.xxx.aloes.ʒ.xv.da.ʒ.j.post sex mēses. ¶ Aliud ℞. seminis cicute libras quattuor: thuris. ʒ.x. aristologie vtriusq;.ana.ʒ.xx.anisi: zinziberis: costi: casie: myrrhe. ana. ʒ.xx.deroni.ʒ.iiij.croci: masticis: carpobalsami: mellilotti: spice. ana.ʒ.x.gariofi.ʒ.vj.hellebori albi: rosarum: nigelle.ana.ʒ.xxx. alij addunt roris marini: piperis nigri. añ.ʒ.x.epithimi.ʒ.xl. mellis quod sufficit. ¶ Diafenicon faciens epati duro: tussi: pleuresi: ab egyptijs prius inuentum. ℞.terebenthine.ʒ.iij.spice: croci: cinamomi: zinziberis: casie: ana.ʒ.j.squinanti: calami aroma.bdellij: ana.ʒ.ij.⁊ ß.passul.℥.j.passis in apozi

mate apij infusis tempera cum melle.

¶ De pluribus descriptionibus electuarij diarodon. Capi.xxij.

Diarodon reubarba. ad iecur debile: valet constipationi ⁊ ventositati precordiorum ⁊ debilitati digestiue. ℞. costi croci: cinami: spice. ana.ʒ.j. reu.ʒ.iiij. asari: myrrhe: squinanti: costi dul. casie: spodij: ana.ʒ.v. masticis.ʒ.xv. succi absinthij ⁊ eupat. ana.ʒ.v.⁊ ß. rosarum.ʒ.xj. da.ʒ.j.⁊ ß. ¶ Aliter Galie. ℞. croci: casie: masticis: portulace: sanda. citrini: asari: zuccari: costi: squinanti: spice: cinamomi: carpobalsami: xilobalsami. ana.ʒ.ij. rosarum libram ß. camphore. ℈.ij. sirupi albi: quod sufficit. da.ʒ.j.⁊ ß. ¶ Aliter Galie. ℞. rosarum.ʒ.xx. sandali rubei et citrini. ana.ʒ.xij. sandali albi: spodij. ana.ʒ. viij. cimini: gariofi. ligni aloes: reubarba. masticis: croci: portulace: lactuce: citruli: cucurbite: melonis: cucumeris. ana.ʒ. iij. maratri: croci: spice: boli: berberis: anisi: ozimi. ana.ʒ.iiij. galle: margaritarum: caride: asari: dragaganti: cardamomi. ameos. an̄.ʒ.ij. camphore.℈.iij. musci.ʒ.ij. sirupi albi: quod sufficit. ¶ Aliter. ℞. rosarum.ʒ.xl. sandali citrini ⁊ rubei: spodij: reubarba. croci: succi liquirici: masticis: dragaganti: ligni aloes: cimini: gariofi. spice: galan. squinanti: carda. xilobalsami: ozimi: maratri: citruli: melonis: cucurbite. ana.ʒ.ix. camphore.℈.iiij. ¶ Aliter ad dolorem epatis et splenis ex frigiditate. ℞. cimi. casie: masti. assari: squinanti: xilob. croci: spice. ana.ʒ.j. carpobalsami.ʒ. ß. rosarum.ʒ.x. ¶ Aliter ad dolorem stomachi febricitan. ex cholera rubea digestiuam virtutem confortat. ℞. spice: croci: asari: casie: costi: cimini: squinanti: spodij: masticis. ana.℥.iiij. rosarum.℥.x. alij ponunt tot rosa. quot species. ¶ Aliter. ℞. spodij: cimini: croci: carpobalsami xilobalsami: casie: masticis: asari: spice. ana.ʒ.iij. rosa.ʒ.v. candi.℥.vj. camphore.ʒ.ß. ¶ Cōfectio ad stomachi debilitatem ventositatem: inflationem: vomitū: valēs defectionibus incognitis stomacho ⁊ epati: ⁊ sonitui ventris pallido colori: ⁊ ceteris que sunt ex debilitate digestiue. ℞. reubarba. squinanti: masticis: spice: cimini: absinthij: costi dul. ana.ʒ.iiij. endiuie: fenugreci: anisi: calculi: cubebe: carpobalsami: xilobalsami: croci: asari. ana.ʒ.ij. spodij: sandali albi: berberis. ana.ʒ iiij. rosarum.ʒ.x. zuccare pondus duplex: confice cum hoc sirupo: aque rosarum libras duas: succi endiuie libras decem coque. da.ʒ.ij. vel.iij. ¶ Aliter iuuans feb. acutas in tempore mortalitatis ventrem strictum soluit: dabis inde post.xiiij. dies feb. ℞. māne: zuccare. an̄.ʒ.vj. rosa. viola. spodij: mellis: cucurbite: portulace: succi liquiricie. ana.ʒ.ij. camphore.℈.j. confice cum sirupo de prunis. da.ʒ.iij. cum frigida. ¶ Aliter ad stomachum ca. extremiam cum ardore ⁊ asmaticam. ℞. ro. zuccare. ana.ʒ.xv. spodij: sandali citrini: portulace. ana.ʒ.iiij. masticis: succi liquiricie: dragaganti: fenugreci. ana.ʒ.j.⁊ ß. croci: camphore. ana.ʒ.j. sirupi albi quantum sufficit. da.ʒ.ij cum succo pomi: vel maligra. vel cum sirupo.

¶ De diacamphorato imperiali ⁊ nōnullis alijs electuarijs. Cap̄.xxiij.

Diacāphoratum imperiale cōfortat stomachum ⁊ digestionem ⁊ inflationem ⁊ ventositatem a toto corpore fugat. ℞. celti: masticis: gariofi. cimini: rosa. ana.ʒ.iiij. sanda. citri. spodij. ana.ʒ.iij. zuccare.ʒ.x. anisi: maratri. ana.ʒ.ij. cartuli mino. cubebe: macis: caride: xilobalsami: aloes: asari: calami aromatici casie. ana.ʒ.iij. camphore.ʒ.ij. tempera cum melle cocto cum succo maligranati ⁊ coctano.ʒ.j. da cum frigida ante cibum et post. ¶ Confectio imperialis digestiue et appetitiue subuenit phlegma ⁊ ventositatem tollit in stomacho sensum acuit ⁊ colorem clarificat. ℞. cimini: masticis rosarum. ana.ʒ.x. sanda. citri. xiloaloes: calami aromatici: caride: squināti: xilob. carpob. costi: macis. an̄.ʒ.x. ema. spice: gariofi. ana.ʒ.x. gallie: ozimi: mirtillorum: mente. ana.ʒ.ij. ciperi ʒ.iiij. zuccari.ʒ.xxx. sirupi coctano. quod sufficit. ¶ Diarodon abbatis. ℞. lacce: viola. citruli: cucumeris: cucurbite: berberis: viola. spodij. ana.ʒ.ß. sanda. albi.ʒ.j.⁊ ß. reu.ʒ.vj. masticis gariofi. xiloaloes: croci: cinamomi: spice: gallie: asari: basilia: maratri. anisi: trocisci: portulace. ana.ʒ.ij. dragaganti.ʒ.j. gūme: camphore. ana.ʒ.j. zuccari cādi.ʒ.vj. rosarum.ʒ.viij. aque rosa. ⁊ sirupi quod sufficit. tollit calorem epatis ⁊ stomachi prodest cardiacis ex calore tristibus: debilibus: fumi cholere rubee ventositati stomachi ⁊ epatis ⁊ splenis ⁊ hypocundrie: lapidem frangit: vrinam prouocat: colorem clarificat: fetorem oris tollit: sitim amputat. ¶ Rosata cōfectio ad idem. ℞. rosarum zuccare. ana.ʒ.iiij. spodij sand. ru. ana.ʒ.iij. sanda. albi.ʒ.xij. portulace.ʒ.vj. masticis: suc. liquiricie: dragaganti: berberis gummi. ana.ʒ.ij. cube. carda. ligni aloes: gariofi. an̄. ʒ.j.⁊ ß. cucurbi. citruli. ana.ʒ.j. camphore.ʒ.j.⁊ ß. sirupi viola. quod sufficit.

¶ De pluribus descriptionibus electuarij triasandali. Cap̄.xxiiij.

Triasandalū cōtra dolorē stomachi et epatis: valēs phthysicis: yctericie calori atque dolori epatis ventositati stomachi ⁊ debilitati. ℞. sanda. triū generum: rosarum: berberis viola. zuccari. ana. solidos quattuor: reu. spod. suc. liquiricie: portulace. an̄. solidum vnum: camphore.ʒ.j. alij addunt rosa. quadrupliciter. ¶ Aliter triasanda. ℞. sanda. triū generum zuccare. ana.ʒ.iij. dragagāti: reu. camphore: citruli: melonis. an̄. ʒ.ß. rosarum quātum omnia: temperabis cum sirupo. ¶ Antidotum ad vitium splenis epatis ⁊ stomachi prob. ex frigido constipationem ex ventositate curat. ℞. croci: spice: cinamomi: asari. ana.ʒ.iij. costi: squinanti: myrrhe. ana.ʒ.i.⁊ ß. da.℈.ij. cum succo herbarum ⁊ sirupo acetoso. ¶ Eliniferās: idest lenificans pauorem ⁊ indigestionem aufert col. reddit: corpus augmentat: fetorem oris fugat ⁊ nimium pulsum cordis mitigat. ℞. croci.ʒ.vj. ciperi: gariofi. masticis: spice: asari. an̄.ʒ.j. coque libram.j. emblicorum cum. vj. lib. aque. vsque ad tertiā cola: ⁊ iterum coque cū tantūdem mellis: ⁊ tempera species da.ʒ.iij. ¶ Aliter ad dolorem stomachi ⁊ fumum sanguinis eructuationem ⁊ oris ardorem. ℞. ro. zuccare. an̄.ʒ.xv. spodij sanda. al. ⁊ citri. portula. an̄.ʒ.vj. masticis: suc. liquiri. dragaganti: ciperi: berberis. an̄.ʒ.iiij. cubebe: carda. ma. ligni aloes cuci. an̄.ʒ.ß. cāphore: croci. an̄.ʒ.j. tempera cum sirupo ro. da in modum auellane cū sirupo al.

¶ De pluribus confectionibus ⁊ primo stomachi. Cap̄.xxv.

Confectio vtilissima confortās ⁊ dolorem stomachi propter calorem tollens. ℞. succi vtriusque maligra. an̄. librā vnā. zuccare quātum sufficit. coquātur ad spissitudinem ex quo tēperabis hūc puluē. ℞. ro. spod. portu. sanda. al. an̄.ʒ.x. masticis: dragagāti: liquiri. an̄.ʒ.v. gallie: carabe: berberis: vsnee. an̄.ʒ.iij. cāphore: cubebe: caride: croci: spice: ligni aloes. an̄.ʒ.j. zuccari.℥.ij. da cum frigida. ¶ Diacitoniten in quibusdā iuuenibus probatū qui patiebātur in stomacho calorem ex cholera rub. ita quod stomachus eorū debilitabatur. Solutio ⁊ sitis ob hoc erāt eis ⁊ aliquādo abominatio ⁊ cardiaca ex indigestione cibique corruptela in stomacho ⁊ colorem mutatum in citrinitatem reparat. ℞. citoni. libras. iiij. zuccare. lib.j. succi gra. ace. lib.ß.⁊.ʒ.j. croci: coquantur ad spissitudinem: ⁊ adde pul. spod. berberis ro. sand. ana.ʒ.iiij. cube. masti. portu. gemmarum ozimi: cimini: gariofi. ana.ʒ.j.⁊ ß. cāphore.℈.ij. da.ʒ.iij. cum frigida. Idem fac de mal. ace. ⁊ dul. ¶ Diamilon cōtra cholerā rubeam. ℞. mal. dul. libras quattuor: coque in tāto aque: vt quattuor digitos superemineat cola ⁊ tere. Item coque. iiij. lib. zuccare vel mellis semper agitando cum spatula donec in modum masse adhereat: postea adde pul. san. al. spod. masticis.ʒ.j.⁊ ß.⁊ si vis adde croci.ʒ.j. ¶ Diacitoniten solutionem stringit: stomachum confortat. ℞. citonia munda: posita in aqua bullienti: donec mollificentur: ⁊ tunc addes huic tan-

tandem zuccare vel mellis: coque: post adde spodij: sandali albi: masticis. ana. ʒ. iij. da cum frigida. ¶ Diaporea ad stomachum debilem et cholerā rubeā. ℞. coctanorum malorum dul. coctorum cum aqua dulci. ana. lib. ā vnā: frigida recoque cum duabus libris succi maligra. acc. et cū duabus libris zuccare: amygda. ℥. ij. tere et mitte aque ro. ℥. iiij. his inspissatis adde. ʒ. j. croci cum pauco aque ro. et camphore. ℈. ß. et coque sufficienter. ¶ Propria diaporea fit cum quinque fructibus istis. s. malis piris citonijs mespilis sorbis et puluere egritudini cōueniente. ¶ Diaporea ad cholerā rubeā incensam et calorem epatis. ℞. poma dul. iam cocta cum tantūdem zuccare: et sit deinde coque cum nouem libris aque: et adde amigdi. ℥. iiij. distemperentur in aqua ro. et suc. vue acerbe: deinde supinfunde oleum de amygda. ¶ Diacitoniten ad solonem ex cholera rubea cū siti et debili appetitu. ℞. coct. nor. lib. ß. malorum pirorum immaturorum. aā. ℥. iiij. coque cum aceto vel apozimate sumac: tūc addita zuccara coque ad spissitudinem: et mala iterum coquātur sufficienter: post adde succi. ℥. ij. spodij herbe ace. ana. ʒ. j. da. ʒ. ij. ¶ Diamilon. ℞. malorum dul. zuccare. ana. libras quattuor: amygda. ℥. iij. liquefactarum in suc. maligra. croci. ʒ. ij. amygda. qd sufficit.

¶ De diaporea et pluribus alijs antidotis. Capi. xxvj.

Diaporea pro quodam iuuene qui patiebatur vomitum solutionem stomachi caloris defectionem. ℞. malorum coctanorum. aā. lib. j. zuccare: lib. ij. succi gra. ace. lib. j. rodostomatis librā ß. amigda. dul. ℥. iiij. camphore: sanda. spodij. aā. ℈. ij. amigda. qd sufficit. ¶ Diaporea imperialis pro quodā iuuene cui erat solutio calor sitis. ℞. zuccare maligra. vuarum agresti. ana. libram. j. amigda. assatarum et tritarum. ℥. iiij. cāphore. ℈. ß. sanda. spodij. ana. ʒ. ij. ¶ Diacitoniten cuiusdā senioris cui stomachus erat defectus ex phlegmate frigido et humido: vnde vomitus erat ei vētositas defectio appetitus solutio et obliuio stomachi defectio et cordis ex frigiditate. ℞. coctanorum libras quattuor: coquātur in vino odorifero sufficiēter: deinde trita et purgata coquātur cum quattuor libris mellis: et superaddes. ʒ. iij. croci: coctis adde masticis: zinziberis: cinamomi: galan. calami aromatici: mente: carda. ana. ʒ. iij. caride: ligni aloes: piperis: spice: assari: macis: cube. anisi: gallie: casie. aā. ʒ. j. et ß. musci. ʒ. ij. fac vt supra.

¶ De diaromate et pluribus alijs antidotis. Cap. xxvij.

Diaroma ad frigiditatem stomachi ex phlegmate: humiditatem cōpescit oxiremiam inflationem indigestionem debilitatem appetitiue: emorroy. et omnem morbum frigidum: et lethargiam curat. ℞. masticis: zinziberis cinamomi: spice: casie. ana. ʒ. v. gariofi. asari: galange: calami: anisi: mente: ana. ʒ. iiij. piperis nigri et lon. croci carculi: caride: folij: carui: ciperi: ameos: macis. ana. ʒ. iiij. carpobalsami: xilobalsami: seminis apij: ligni aloes: calami aromatici. costi dul. cube. cimini: maratri. aā. ʒ. j. gallie: musci ana. ℈. j. da. ʒ. iij. ieiuno cum calida. ¶ Diaroma imperiale stomachū phlegmaticū confortat: inflationem et indigestibilitatem tollit. ℞. spice: casie: masticis: gariofi. cinamomi: assari. aā. ʒ. j. calculi mi. croci: sanda. cube. costi dul. macis: gallie: zinziberis: maratri: anisi. ana. ℥. ß. caride: xiloaloes: calami aro. ana. ʒ. ij. et ß. confice cum sirupo de cito. et de prunis: aut granatis. ¶ Diatrionpipereon phlegma soluit: stomachi ventositatem et frigiditatem aufert: que sunt causa indigestionis: paralyticis senibus ex precordijs subuenit. ℞. piperis triū generum: zinziberis: spice: xilob. petro. ameos: maratri. aā. ʒ. j. casie: liquiricie: absinthij: gariofi. croci: cinamo. ciperi. aā. ʒ. v. anisi: siseleos: aristologie ro. asari: masticis. ana. ʒ. iiij. costi macis. ana. ʒ. j. da in modum auellane. ¶ Aliter prodest hu. multis et crudis in stomacho frigido. ℞. piperis trium generum. ana. exagium. j. mente: anisi: zinziberis: thimi. ana. exagium vnum: mellis quod sufficit. ¶ Aliud Galie. aptum frigido stomacho renibus grosse vētositati: indigestioni: viscoso phlegmati canicici repugnat: tussim phlegmaticā curat. ℞. piperis trium generum zinziberis galan. casie: maratri: anisi. ana. ʒ. iij. spice: ciperi: xilobalsami: carpobalsa. cardami. cubebe: caride: ligni aloes: macis: calami aro. costi: amo. yringi: squinanti: piretri: folij: stringni: radi. ana. lib. ā vnā et ß. zuccare: penith. ana. ʒ. ij. da in modum auellane ante cibum et post cum vino.

¶ De diaspermaton et alijs pluribus antidotis. Cap. xxviij.

Diaspermaton valet inflationi stomachi dissolutioni et indigestionem curat. ℞. carui: anisi: cinamo. carda. macis: apij: ameos. ana. ʒ. iij. gariofi. carda. mi. ana. ʒ. ij. zinziberis: piperis lon. ana. ʒ. iiij. zuccare exag. xx. ¶ Aliud Johan. damasce. ad idem: fastidium abominationem oxiremiam spasmū stomachi et caninū appetitum curat. ℞. cimini: piperis nigri et lon. gariofi. ligni aloes: croci: casie: spice: assari: squinanti gallic: calami aro. carpobal. xilobal. ameos zinziberis. ana. ʒ. iij. masticis. ʒ. j. aristologie rotunde macis: polij: liquiricie: amo. ana. ʒ. iij. et ß. mellis quod sufficit. ¶ Diaroma. basilica ad stomachum frigidum: dolorēque ex frigido et indigestionem aufert: colorem reddit et sensum acuit: renes calefacit: luxuriam mouet. oxiremiam et caninū appetitum curat. ℞. masticis: cimini. gariofi. croci: zinziberis: galange: liquiricie: casie: seminis feniculi: anisi. ana. ʒ. iij. spice: ciperi: piperis nigri et lon. asari: xilobal. carpobalsa. carui siluestris rosarum. ana. ʒ. j. et ß. ameos: apij: carda. cubebe: caride: xiloaloes: calami: costi: cumene idest amomi: mentastri: origani: piretri: squināti: folij: secacul. i. yringi: radi. aā. ʒ. j. et ß. zinziberis: penith: zuccari. ana. ʒ. xv. da. ʒ. j. cum calida vel vino. ¶ Dianisum frigiditatem ex ventositatem curat: luxuriam tussim phlegmaticam sedat. ℞. anisi. ʒ. xx. liquiricie: masticis. ana. ʒ. xx. zinziberis: galan. feniculi: carui. ana. ʒ. iij. alij ponunt ana. ʒ. v. gariofi. cubebe: carculi mi. spice: croci. ana. ʒ. j. et ß. penich. ʒ. xl. quidam addunt calami: casie: piretri: piperis nigri et lon. ana. ʒ. iij. da. ʒ. j. cum calida. ¶ Dianisum. ℞. anisi. ʒ. iij. zinziberis: cimini: croci. ana. ʒ. j. et ß. gariofi. masticis: piperis nigri. ana. ʒ. ij. carculi: spice: xiloaloes: carda. ma. galange: macis: gallie. ana. ʒ. ß. mellis vel sirupi. quantum sufficit. ¶ Diamacis stomacho frigido ventositati vētrisque: indigestioni valet. ℞. macis: gariofi. carda. ana. ʒ. j. piperis albi. ʒ. iij. zuccari. ℥. iij.

¶ De diacimino et pluribus alijs electuarijs. Cap. xxix.

Diaciminum Galieni prodest indigestioni: grossos frigidosque humores et ventositatem et inflationem ac singultum ex humoribus grossis soluit: oxiremiam et caninum appetitum curat. ℞. cimini in aceto infusi: et assi. ʒ. xl. piperis: zinziberis: rute: nitri. ana. ʒ. xx. mellis qd sufficit. ¶ Aliud Galie. cōueniens omni infirmitati ventris et stomachi indigestioni: constipationem venarum et epatis aperit: corpus calefacit dolorē splenis ex frigiditate et phlegmate soluit. ℞. cimini: masticis: macis: caride: calculi: feniculi: casie: ameos: apij: seminis rute: carpobalsa. folij. ana. ʒ. viij. da in modum auellane. ¶ Diacalamentum valēs stomacho et epati frigido rigori febris. ℞. calamenti domestici et siluestris: apij: thuris: zinziberis: leuisti. ana. ʒ. xvj. piperis. ʒ. xlvj. origani. ʒ. viij. mellis quod sufficit. ¶ Aliud ad ventositatem frigidi stomachi: precordiorum inflationi oxiremie prodest: digestionem confortat: constipationem venarum ex ventositate aperit: ventrem calefacit. ℞. cimini. maratri: anisi: carui. ana. ʒ. x. macis: petro. apij: ameos: scariole. aneti. ana. ʒ. v. piretri: zinziberis: galā. piperis ni. ana. ʒ. ij. tempera cum hoc sirupo. ℞. maratri: calamēti: origani. aā. ʒ. x. coque in quattuor libris aque ad mediū: et recoque cū. ʒ. ij. mellis.

¶ De diambra cum alijs quattuor electuarijs. Capi.xxx.

Dyambra valet frigiditati ⁊ senectuti doloris stomachi: tremori cordis ex frigiditate: indigestionem ⁊ passionem matricis curat. ℞. cina. carda. mac. ana. ʒ. iiij. piperis lõg. zinzi. ana. iiij. cimi. gar. croci. ana. ʒ. xx. carice. xxx. spice. masti. ana. ʒ. ij. musci. iusquiami. ana. ʒ. j. balsami. ʒ. iij. ¶ Diaspmaton ad idez. ℞. cimi. maratri: anisi: carui. añ. ʒ. x. petro. apij. ameos: scario. aneti. añ. ʒ. v. piretri: zinzi. galã. piperis nigri ⁊ lon. ana. ʒ. iiij. masti. croci: asari: amo. cina. spice: squinãti: ciperi. ana. ʒ. iij. carda. cube. gario. cariõ. thuris: folij añ. ʒ. ij. ¶ Aliter ad dolorẽ stomachi fri. ⁊ oĩa eius vitia: sicut opiremiam: bolismum: singultũ ex abũdãti phlegmate: ventositatem ⁊ inflationem. ℞. cimi. piperis lõg. zinzi. galange ana. ʒ. x. costi: asari: ameos: celti. carpo. gario. cube. folij. xilobal. añ. ʒ. iij. tempera cũ decoctione hac. ℞. maratri de iuxta fluuium: ⁊ mõtani: liquiri. ana. ʒ. x. siloz maiora. añ. ʒ. v. rute ʒ. iij. coque in quattuor lib. aque. ad modũ cola. ⁊ iterum coque cum. ʒ. j. mellis. ¶ Diapenidion iuuãs stomachũ frigi. ⁊ epar: ⁊ valet frigidis defectis vẽtositati ⁊ indigestioni. ℞. zinzi. anisi: apij: maratri: spice. ana. ʒ. vj. ameos. ʒ. iiij. mẽte. calamen. ana. ʒ. vj. casie: cimi. carpo. piretri. añ. ʒ. ij. folij. ʒ. j. mellis: qd sufficit. ¶ Dialignũ aloes calefacit ⁊ cõfortat stomachum. ℞. gario. ʒ. vj. card. vtriusq;. ana. ʒ. iiij. cimi. ligni alo. ana. ʒ. v. zinzi. ʒ. viij. piperis long. ʒ. vij. asari. cina. carpo. ana. ʒ. ij. succare. ʒ. vj.

¶ De cõfectionibus ꝓbatis in senibus Cap. xxxj.

SI sanguis subito τ sine dolore ab aurib9 exeat: nec aliquid aliud extrīsecus sive intrinsecus antecedat: intelligit̄ causa esse in capite: quā natura laborat expellere. Op3 igit̄ auriculas mūdificare ne remanēte sanguine nō mūdificent̄: fiat autē ablutio cum succo porri τ aceto: galla similiter cū aceto cocta corticib9 maligranati cū aceto coctis: succi ravini cum aceto τ galla cocto. ¶ Si sanguis ex ꝑcussura vel vulnerib9 τ similibus exeat: renes bovini sunt apponēdi cū aqua τ sale cocti τ parū assati: quoꝝ humiditas est in auriculis apponenda. Si dolor ex ꝑcussura fit exterior: thus imponat cū lichinio bōbicino: anisum pistatū τ cū oleo ro. coctū. Si dolor

sit ex pcussione vulnerosa interiori: fel bouinū pistatū & cum oleo nardino mixtum auribus imponas.

¶ De omni re cadente in aure. Cap. xij.

Si dolor sit in auriculis ꝓpter aliquid qđ ibi ceciderit: siue lapis: siue puluis: oportet auriculā apponi soli vt videas quid intus habeat: si infirmus aliqđ sentiat: qđ a sursum descendat ad visum signatur: q2 ibi se aqua coadunat quā oportet desiccari ꝓut valeas. ¶ Si humor tātus sit vt nō possit desiccari: accipiat arūdo: et auricule imponat: cuius caput oleo vnctū extrinsecus foco accendat: vt sic saltē humor ille desiccet: vel cū lana oleo calido infusa & auricule īposita: vel quodlibet bōbicinū inuolutū qđ rotundū sit & subtilissimū: ita vt sit in summo posita terebenthina: paulatim auriculis imponas. Ille em̄ interior humor inuiscabit illi rotundo inuoluto. ꝙ si ꝓpter hoc non exeat sternutatio naribus oppilatis inijcienda est. ¶ Si reptile ceciderit in aurib9: frondium persicorū succus calidus inijciat. ¶ Si vo ex vermib9 ibidem nascentib9 dolor sit in auribus: cānula subtilis imponatur & sugatur: si neq3 sic exeant: vinum in quo absinthiū vel absinthij succus cocta sint: similiter oleū persici vel succus calamenti siue radices infundatur.

¶ De fetore narīū & pustulis & carne superflua. Cap. xiij.

Aliquādo homines fetores in naribus patiuntur horrēdos: qui multipliciter esse vident: vel em̄ ex humorib9 salsis & fetidis a capite descēdētibus: seu ex alijs non salsis humorib9: ex vulnerib9 pustulis: seu apostematib9 existētibus fetentib9 generant. ¶ In narib9 aūt considerātes nilq3 horrū ibi videntes: ꝑpendimus ꝙ a capite egrediat: caput ergo mūdificemus cū hierapi. hieralogo. theodoricō & similib9. Capite vo mūdificato ad nares est redeundū: in quib9 si calidi sint humores: designant q2 nares sentiunt ardētes & pūgētes: erit ergo ponendū aliqđ vnde nares refrigerent: sternutatiōes cū oleo ro. sunt faciende & cū violato. In capite ponēda est aqua in qua mirta: viola. ro. & cortices papaueris sint cocta. ¶ Si ex pustulis & vulnerib9 sint: cephalicā venam incidemus nisi quid contrariū sentiamus. Si phlebotomare nequeamus: scarificem9: & a summitate narīū minuam9: neq3 digitis: neq3 manib9 pustulā attractem9 seu fricem9. Si pustula sit nimium humida vel liquida: oleo mirtino vel ro. est perungēda. Hoc vnguentū est iungendū. ℞. litargir. cerusse: cathimie argentee. aā. ʒ. ij. acatie: galle: sandali: rose: gummi arab. aā. ʒ. ß. fac vnguentū cum oleo ro. & viol. & cera. Si pustule sint sicce: cū oleo viol. & alijs viscosis sicut semine citonij: psilio: draga. cera & similib9 humectāde sunt. ¶ Vnguentum Jo. dam. vulnerib9 narīū vel pustulis labiorū carnibus supfluis valet & maxime siccis. ℞. cere albe. ʒ. iiij. medulle bouine. ʒ. ij. dragagan. gūmi arabici. aā. ʒ. ß. olei viol. sisami: amigda. quantū sufficit: & semen cito. & psilij: vn̄ vngende sunt interius & exterius hoc vnguēto. ¶ Puluis calamenti naribus insufflat9 succurrit fetētibus pustulis si sint humide: vel ex phlegmate: similiter iuuat alumen cū melle distēperatū: vnde lichiniū vnctū est narib9 apponēdū. ¶ Si naribus: pustule: porri vl caro superflua nascant: perfectior medicina est vt incidātur. Deinde myrrhe: aluminis. aā. ʒ. j. mittamus: corticē coloquinti. ʒ. j. nitri. ʒ. ß. fac pulueres inde & lichiniū aceto infundēs narib9 imponito puluerē supsparge ns. ¶ Et si oppilatio quelibet in naribus innascat: oculi lucij: nigelle: cōdisi: costi. aā. ʒ. j. omnia in sansuci succo distemperentur & cū oleo viola. sternutatio conficiatur.

¶ De coriza. Capi. xiiij.

Coriza est humiditas preter naturā descendens a prora capitis ꝑ nares: que semper frigore vl calore augmētatur: sed multomagis ex frigore. Causa cuius est mutatio aeris assidua: q2 autē aer est in autūno mutabilior: & coriza est in hoc tempore frequentior: si hoc sit ex calidis humorib9 & acutis: infirmus calorē & asperitatē in narib9 sentit quasi fumū ignis. si ex frigiditate econtrario erit. ¶ Si ergo videamus stillā per nares exeuntē liquidā nimiū vel acutissimā: perpēdit in initio morbi humores esse indigestos: si spissari incipientes et ab acumine suo desistentes: morbū dant intelligi augmētari & incipientē digeri: cum augmētari desistat neq3 declinari incipiat: statū medicus perpendat: si humiditas dimittat: morbi declinatio est intelligenda: & tunc medicina est incipiēda: tamē intelligat vnde sit morbus. ¶ Si sit ex calore: medicabitur cū frigiditate: sicut sup aquā inclinari vbi camomilla: rosa: mirta sint cocta: similiter super lapidē calidū aceto infusū: suffumiget cum zucca. & charta bōbicina: caput cooperiatur vt cerebrū perforet fumus: silr cū furfure ordeacco aceto infuso est fumigādus. Epithima in capite cū oleo ros. camomilleon imponat: in naribus cāphora oleū ro. & aqua ro. sunt odorāda: lauandū est caput cum aqua vbi mirta: balaustie rose sint cocte: precipiendū ne temere humores a narib9 audeat extrahere: timēdū em̄ ne in pulmonē a gutture descendāt: & causa peioris morbi fiāt: neq3 supini sed in lateribus iaceāt: balneū in aere seu in aqua temperatū habeāt: cibum leuē & facile digestibilē comedant. ¶ Si coriza fit ex frigore: cura calida & subtilis est adhibēda sicut inclinari super aquā: vbi camomilla: mellilotū: anetū: sansucus sint cocta: fumigāda sunt cū thure: ligno aloes. caput studiosissime cooperiat: neq3 nimio somno vtatur: somn9 em̄ cataractas aperit: vngat caput cū anetileō: camomel. rutaceo: pigano: costileon: & mittat in naribus nigellā: balneū intret: aquā capiti non aspergat: si ex coriza sternutatio fiat: nigellā assam & subtilissimā cū oleo in aures mittat: cibum calidum comedat: plenitudinem caueat.

¶ De fluxu sanguinis a naribus. Cap. xv.

Sanguinis fluxus e narib9: aliquādo est vtilis: aliqn̄ non vtilis: vt in causone & frenesi contingit & ī mēstruis & catarris calidis. Ex motu nature & sanguinis: nō bonus est fluxus. Si ex nimio est calore in corpore interiori qui cum bulliat fumū ascēdere facit ad capitis supiora & implens venas crepat & eas currere facit: aliqn̄ in venis ꝑ se crepatis flux9 fit sanguinis. ¶ Si autē sanguis in cursu augmētet cephalicā venā minuam9. si sanguis ex dextris sit narib9 a dextris est minuēdus: si a sinistris inde est phlebotomādus: ligetur extremitas corporis cū pānis lineis. ꝙ si oībus his sanguis nō stringat: cōstipatiuis & stipticis reb9 est medicādus: cortices oui incēsas narib9 insufflemus: vel lichiniū incausto infusum: gallā non pertusatā & aceto infusam. Itē cāphora cū galla puluis inde fact9 cū lichinio narib9 imponat: sternutatio fiat cum cāphora: oleo ro. cū succo hypoquisti. In fronte ponamus cretā cū aceto distemperatā: cataplasma de sanđ. faciamus: rosa: ordei farina mixta cū succo porr. aqua ros. et aceto tēperata: infirmus iaceat supin9 & in facie3 mittamus aquā frigidā cum aceto mixtā. Quidā dicūt ꝙ stercus asininum aceto infusum: vel stercus porcinū & narib9 odoratum sanguinē stringit: si nō strīgat: man9 a summo vsq3 ad extrema ligem9: a ꝑte naris effluētis vētoset sine scarificatiōib9.

¶ De fissura labiorum. Cap. xvj.

Labia aliqn̄ fissuras: aliquādo pustulas patiunt seu vulnera: qđ ex acutis cōtingit humoribus. ¶ His autē sic est subueniendū cum oleo ros. vel viol. vel cū cera & oleo ro. si pistule sint humide rosa sicca cū gumma tēperata labia vnge cū sanda. rub. rosa: gūma arabica: cerusa temperata cū aqua ro. ¶ Aliud. ℞. rose: ceruse: aā. ʒ. x. cere. ʒ. iiij. litargi. cathimie argētee: emanithis. aā. ʒ. ij. croci. ʒ. ß. olei ro. quātum sufficit. Si multa sit cōcauitas axungia anseris: capre vel medulle bouine labia inungat.

¶ De grauedine lingue. Cap. xvij.

Lingua aliquādo motum perdit: vnde & sensum amittit sermonis. cuius causa est ex defectiōe virtutis motiue a cerebro veniētis. vel ex neruo per quē virtus ipsa transit cōstipato ex apostemate: vel qualibet alia re: vel ꝓprie vicia in ipsa lingue substātia sunt: sicut cōplexio mala ex calore: seu ex frigore: humiditate: siccitate: vel apostema: tumor & similia. ¶ Et si lingua nimiū videat rubea: nimiū calorē significat: alba frigiditate3. Si mollis humiditatē: si sicca & ꝯtracta siccitatē: si sint apostemata vl vulnera: pustule siue tumores: aperte

intelligimus:q: his sermo impeditur. ¶Si lingua sit sana nullas habens maculas:loquela tamē sit ablata: τ alia quedam corporis membra lapata:de cerebro erit infirmitas. Si sermo auferat nullis alijs mēbris patientib⁹: ex neruorū est cōstipationib⁹. Aliqñ perditio loquele est ex perdita mēte. ¶Que oīa cum disponamus curare:in corporis vniuersali plenitudine:mediā vel cephalicā venam debemus minuere nisi quid videamus contrariū obuiare: est aūt faciendū ſm virtutes patientium:q: humores sunt mixti cum sanguine: post tamē humoribus dominātibus:insurgendū est medicaminibus. Si morbus est ex cerebro vel neruo per quē trāsit virtus:dandū est vnde cerebrum mundificet: sicut hiera fortissima Ga.hieralogo.mēphiton:theodoricon: euperiston: hiera archigeñ.hierap.τ interuallis purget: cū gargarismis τ sternutationibus calidis τ odoriferis:fumiget caput cum aqua vbi camomilla:anetū:mellilotū τ similia sint cocta: vngamus post caput vnguētis calidis τ dissolutiuis. ¶Si sit in lingua cōplexio mala τ calida:phlebotomāde sunt ambe vene sub lingua:purgandū est corpus cum miroba.citri.τ cassiafistu. ¶In apostemate calido gargarismū faciam⁹ cum succo solatri:boragine:portula.corian.succo maligrana.cum aceto. Similiter gargarizanda est aqua vbi ro.liquiri.ordeū lentes sint cocta:si dura sint apostemata: gargarismus cum lacte fiat τ sapa et aqua vbi ficus sicca τ maratrum sint cocta. ¶In frigiditate τ humiditate apostematis quod mollicies portendit τ albedo:demus hierā quā dixim⁹ τ tyriacā maiorē: fricem⁹ linguā cū sacrugena:philonio: sepe balneādus est calido aere sine aqua:gargarismus fiat cum sinapi τ melle. ¶Alius gargarismus Johan.dama.qui dissoluens phlegma lingue valet ad dolorē capitis τ paralysim. ℞.origani:piretri.zinziberis:piperis nigri et al.τ longi:cinamo. ysopi:nigelle:sansuci:costi:pōdus equale:fac puluerē τ tempera cum sapa:facies gagarismū cum oximelle. ¶Si pustule vel vulnera sint in lingua:precipiat vt succus celsi sub lingua teneat: vel arnoglosse τ solatri cum quib⁹ sandali admisceantur rub.vel aqua vbi sumac:balaustia:lentes:mirta τ rosa sint decocta:quibus est medicandū vtpote de bucca dicendum est:si vulnera sint sub lingua:farina lentiū: oleum ro.crocus:oui albuginē iudicamus superponēda: hec conficientur: τ vnguētum Johan.dam.fiat.

¶De dolore dentium. Cap.xviij.

Dentiū magnum est iuuamentū: τ cum iuuamento magnū ornamentū ipsoꝝ qui non patiuntur: q: in patientibus actio corrumpit: quorū passio est diuersa:cuius diuersitatis pars palam est visui:sicut putredines fetores rupture perforationes motiones limositates: τ similia:est τ alia visui nō apparens:sicut cum dolorē nimiū sentiunt: τ tamen dentes sani apparent. Causa est nimij hu.a capite descendētes seu a stomacho ascendētes:vel humores acuti pungitiui mordificatiui in gingiuis:vt paruitas cibi ex acutis humorib⁹. Dolores nimij τ pulsus sentiunt ꝓpter acredinē humorū:ex paruitate cibi dentes sunt sicci:gingiue quales videmus in decrepita etate.s.rugose. ¶Significant dentes causa capitis dolere:q: grauitas est in capite:rubor: τ calor in facie: quib⁹ intelligantur esse cause sanguis τ cholera descendētes a capite ex stomacho: q: calor et fumus ascendentes ab eo: vel bucce amaritudo:portendūt morbū esse certuꝫ a stomacho. In dolore non adeo magno:facie inflata capite grauato:humores phlegmatici seu melācholici a capite designant egredi:dolor in stomacho τ acida ructatio certificant morbū esse ex frigidis humoribus in eo. ¶Ex calore solis vel frigore si dentes patiantur:nō tamē tantū dolent sicut ex humorib⁹. Aliquando dolēt ex cibo siue potu actualiter calidis siue frigidis. ¶Si ergo dolent ꝓpter humores:quales sint oportet inquirere:q: si a stomacho vel capite venientes:si humores calidi a capite τ etiam acuti descenderint:phlebotomanda cephalica erit: nisi aliquod obuiet contrariū sicut virt⁹ et etas. Que si contraria sint minuantur ambe vene sub lingua : dādū est catarticū:hierapi.casiaſi. Si sint ex stomacho τ calidi:pill.de stomatichon: τ auree sunt dāde: catarticum de mirob.τ oxizenitia τ vomitus iniungant. Dolores dētiū ex grossis humorib⁹ a capite descendētibus cū theodoricon: τ similib⁹ purgari volūt: τ similiter dolores ex stomacho venientes:gargarismos faciamus τ sternutatiōes grossos humores capitis purgātes. ¶Purgatis humoribus capitis siue stomachi: redeundū est ad dētes curandos: cū stipticis dentes confortātib⁹ τ humori repugnātibus curent. Calori in bucca existenti: succus solatri: portula.scariole est apponendus: vel mirta cū aceto cocta. In dolore ꝓueniente ex frigore dentes fricemus cū zinzibere: τ melle. In frigiditate τ humectatione piretrū:staphisagriā τ ysopū puluerizatū et aceto tēperatū:acetū τ sal in bucca ponito: cappari radices τ coloquint.cū aceto staphisagriā:piretrū:ysopū:hellehorū nigrū puluerizata: τ cū aceto sine melle tēperata super dentes ponito. ¶Aliud valens ad dentiū dolorē ꝓpter frigiditatem τ grossam ventositatē. ℞.piretri:ysopi: hellebori nigri:radices calamēti:cucu.siluestris:rad.cappari.añ.ʒ.j.coq̄ cum oleo τ aceto tādiu quoad solū oleū remaneat.vnde fomentato dentes dolētes: partē tū tollēs cum oleo ro.mittā ex parte dentiū dolentiū mitte in auriculā. Si inde dolor nō mitiget:philoniū sup dentes ponam⁹ vel socrugenā vel tyriacam maiorē. Si nec dolor sic quiescit:res aliqua ponatur mitigatiua:sicut opiū iusquiamū τ similia. Si dolor ex frigiditate sit:radix cucumeris siluestris:hellebo.euforbiū super dentes ponenda sunt. qđ in principio morbi vel in statu est obseruandum.

¶De ruptura dentum. Cap.xix.

Dentes aliqñ perforant: aliqñ rumpuntur: aliquando in colorē citrinū ex humorib⁹ vel in colorem viridē seu nigrū mutatur. Que oīa ex humiditate putredinis nascuntur pessima: que ex malis cibis intra stomachum generata per venas τ per neruos currit ad ligamenta dentiuꝫ. ¶Cū medicari volumus: corpus infirmi consideremus: vt abundātes humores purgemus: τ post cū re cōfortatiua τ mundificatiua ad dentes curādos redeamus. Si corpus hac abundātia careat: a dentiū incipiat medicina. In dentium radicibus si perforatio vel comestio esse videat : gallā non perforatā puluerizemus: τ cū oculo litij vel terebenthina distēperemus: τ dentib⁹ superimponamus. Similiter piretrum vel meu τ nitrum cum melle temperata valent: nigella assata et cum aceto temperata. Similiter lac ficuum cum panno lineo τ piculam videntes ponamus cum aceto misceamus τ buccam inde lauemus: similiter prodesse videtur. ¶Si dentes sint perforati τ dolores nimij: vermes habere sunt intelligendi: vnde myrrha storace impleātur foramina. Similiter pipere: piretro vel philonio: vel opio radicibus coloquintide τ semine eius infirmus suffumigetur: os habeat apertū: vel cum sinapi iusquiamo : vel cum dente canino vel caballino: hec em̄ dolorē mitigāt: vermes expellūt. ¶Aliud.℞.iusquiamū:sem.rose:se.porri: tempera cum picula τ dentiū imple foramina. ¶Aliud.℞.arse.sandarace. añ.exagium vnū: aluminis:galle.añ.ʒ.ß.spume marine: piretri:myrrhe.ana.ʒ.ß.oculi litij:gummi.añ.ʒ.ß.tempera cuꝫ vino τ mitte in eadē foramina. ¶Si p huiusmodi res dolorem non mitigas: oportet vt dentes extrahātur ferro: ques si ex aliquo cōtrario extrahere nequeamus: ferro incidam⁹ radices dentium et mittamus hoc medicamentū. ℞.farine de frumento.ʒ.j.tempera cum lacte tithimalli τ impone dolori dentiuꝫ: que si denti circumponant sine ferro eradicat: similiter fecem olei cum melle coctā τ vt in spissum mel redactam impone. τ idem facit radix coloquintide cum aceto tēperata. Idem faciunt radicis celsi cortices τ piretri equali pondere temperata cum aceto τ sale faciūt his similia: hec non tangantur a sanis dentibus.

¶De dentibus commotis. Cap.xx.

Dentes aliquādo mouent: τ causa motus sunt humores in dentiū radicibus descēdētes: qui si sint acuti: necesse est in dentibus foramina τ putredines effici. qđ si non fit : erit contrariuꝫ: ¶Si humoribus his infirmus sit plenus: purgandus est τ mundificādus: τ post cū re stiptica τ desiccatiua ad dentes curandos redeamus. In acutis vero humoribus cephalica vena minuatur : aut in ceruice scarificetur:

deinde acatia accipiatur et dentibus imponatur: gallam cum aceto coctam gargariza: cortices maligrana. ⁊ sumac: balaustia stringunt dentes cū aceto cocte: libra galle in aceto posita et exiccata atq̧ puluerizata super dentes est ponenda. ¶ Aliud. ℞. galle aluminis: cataputie: cortices mali grana. equale pondus: tempera puluerē mittens interius ⁊ exterius. ¶ Et si dentiū motꝰ sit ex phlegmaticis humoribus: aluminis ʒ. iiij. salis. ʒ. ij. puluerē factum super dētes ponamus: cum alumine dentes suffumigemus. Aliud alumen incensum cinerē tamarisci salem equali pondere puluerizabis: et super dentes pones: in auriculas pijcienda olea. ca. dentes sunt fricandi de his que sumus dicturi.

¶ De dentibus putridis. Capitu. xx.

DEntes patiuntur ex ciborū acruminibus: in quibꝰ pro medicina portulace succus: cepe vel nuces vel nuclea vel amigdale sunt masticande.

¶ De dentibus fricandis. Cap. xxij.

DEntiū colores aliqñ propter dentium mutant putredines ⁊ limositates. Quos oportet vt fricemus. ℞. sulfuris cōbusti: spume marine. ana. ʒ. xv. salis gēme. ʒ. xxx. facto puluere inde fricato dentes. ¶ Aliud dentes confortās ⁊ mundificans. ℞. ordei farinā ⁊ salē: que posita in charta bombicina cum melle prius distēperata ⁊ cū charta cōbusta distēpera cum sapa ⁊ cum sale exiccatis dentibus frica. ¶ Aliud dentes albificās: ⁊ sanguinē gingiuarū constringēs: bonū odorem faciēs. ℞. gallie muscate: spume marine: salis incēsi: cornu ceruini similiter incensi. ana. ʒ. iiij. aluminis: nitri: corticis maligrana. galle: balaustie. añ. ʒ. ij. spodij: spice: costi: cardamomi: ligni aloes. añ. ʒ. j. fac puluerē. ¶ Aliud mūdificās dētes et bonum odorē faciens: vuam cadentē leuat: dolorē gule oris ⁊ dentium alleuiat. ℞. cornu ceruini incensi. ʒ. xij. ciperi: piperis albi. añ. ʒ. iij. myrrhe exagium. j. aluminis. ʒ. j. salis armoniaci. ʒ. j. fac pulueres cū sapa tempera: super carbones assa: post iterum pulueriza. ¶ Aliud. ℞. ordei farine ⁊ salis cum melle tēperati ⁊ incensi. ana. ʒ. xj. coclee marine incense: spume marine. añ. ʒ. viij. spodij: nitri: cineris: boli: marmoris albi: lateris veteris ⁊ albi. añ. ʒ. iij. sandal. rub. gallie musca. se. ro. spice. añ. exagiū. j. fac puluerē. ¶ Aliud. ℞. vngule caprine: ossiū dactylorū: cornu caprini: coclee marine: ossiū mirobal. pondus equale. hec oīa prosunt incensa: spuma marina: gallia muscata equali pondere pulueriza ⁊ impone.

¶ De egritudinibus gingiuarū. Cap. xxiij.

GIngiua aliqñ patitur multiformiter ex putredine ⁊ mollicie: ex pustulis: ex vulneribꝰ: ex apostematibus. gingiua patiente ⁊ corpus pati necesse est: patiunt ex humoribus corruptis ⁊ putrescentibus ⁊ malū odorem facientibus. ¶ Mollicies sanguinis facit fluxū: apostema ex calidis humoribꝰ dolorē nimium ⁊ pulsum: ex frigidis neq̧ dolorē neq̧ pulsū facit: minorationē carnis ⁊ eius decisionē frustatim ex acutis humoribus dixit esse Gal. ¶ Sūt autē quattuor modi: vel enī ex toto cadit caro: vel interior vicina dentibꝰ: vel extremitas vel inter dentes conculcata. ¶ In mollicie curanda cephalica minuatur: hoc si contrariū non permittat fieri: collū scarificandum esse sciat: deinde bucca lauāda est cum re humiditatis constrictiua: sicut cū succo arnoglosse: sumac: mirte: balaustie simul vel separatim coctorū in aqua. Itē lauandū est os cum aqua ro. vel puro aceto. ¶ In apostemate calido oportet scarificari ⁊ catarticū de casiafistu. dari: buccā cū succo solatri lauari: vel coriandri: vel cū aceto vel arnoglosse succo mirta vel lacte acido vel iusq̄amo in aceto cocto. ¶ In apostemate frigido si sit ex plenitudine buccā lauemꝰ cum aqua vbi coquat mastix: vel cum aceto vbi cocta sit squilla vel vino in quo sumac: vel aqua calida cum melle vel oliuarū iure. ¶ In pustulis ⁊ vulneribꝰ aqua ro. bucca lauetur: vel cum aceto vbi rosa sit cocta vel balaustia. In vulneribus vel pustulis ex siccitate aqua ros. cum psilio vel semine citonij videtur prodesse. ¶ Si ex diminutione sit carnis: detur medicina solidatiua ⁊ carnis cōpletiua: sicut sanguis draconis: thus: farina orobi: myrrha: mel: acetum squilliticū aristo. ro. et similia.

¶ De fetore oris. Cap. xxiiij.

FEtor in ore ex putredine nascit gingiue ⁊ dentium. Si infirmꝰ admotis digitis ⁊ in his duobus nihil fetoris inuenerit: intelligi poterit q͛ ex putredine sit phlegmatis in stomacho. Si autem inuenerit esse de gingiuis: detur medicina humorē desiccans ⁊ carnē comedens putridā: carnē q̧ sanam reuocans: bucca lauetur cum aceto vbi mirta coquat ⁊ balaustia. Studeat dentes lauare ⁊ gingiuas ne quid cibi ibi remaneat: fricationibꝰ vtatur superioribus: cibum humidum caueat: maxime lac ⁊ ex lacte facta: medicina vtat qua bucca prout diximus odorificetur. ¶ Si nō de gingiuis: sed de putredinibus est phlegmatis: mūdificandus est inde stomachus: hoc sepe cum vomitu: ⁊ pilulis de hierapigra: ⁊ cochijs ⁊ aureis: ⁊ stomaticho maiori: abstineant ab omni genere piscium: grossis carnibus herbis phlegma generantibus: gingiuas ⁊ os mundet cū panno aspero: ⁊ cum vino lauet odorifero: masticet cortices citri. vtatur pilul. Iohan. damasce. odorando valentibus ori. ℞. gariofi. nuc. musca. cinamomi: macis. añ. ʒ. viij. sanda. rose. añ. ʒ. x. cubebe. ʒ. vij. cardamomi. ʒ. vj. ligni aloes. ʒ. j. gallie. ʒ. j. fac puluerē tēpera cū succo malorū ⁊ aqua ro. postea pilul. in modū ciceris: ⁊ sub lingua vnam vel duas teneas. ¶ Aliud eiusdē simile. ℞. ciperi: cinamomi: aluminis: cardamomi maioris: gariofil. añ. ʒ. ij. galle non pertusate: gūmi arabici: gallie musca. spice: nucis muscate: rose. añ. ʒ. j. hierepigre. ʒ. iij. fac puluerem ⁊ cum succo apij tempera faciēs pilulas da cum aqua ros. ¶ Aliud ℞. cinamomi alithimi: gariofil. nucis musca. masticis: ligni aloes: squinanti: rose. añ. exagium. j. sandali albi: spice: cubebe: cardamomi: galle: cāphore. ana. ʒ. j. fac puluerem tempera cum vino odorifero: ⁊ fac pilulas ⁊ eas in bucca teneas: os lauetur cum aqua vbi anisum: mel mirte succus ⁊ vinum odoriferum commisceantur.

¶ De passionibus oris. Cap. xxv.

OS aliquando infirmat nullis alijs mēbris sibi vicinis infirmantibus: patitur autem pustulas vulnera: ⁊ similia que sequunt ex corruptis humoribus aliunde ad buccam defluentibus. Si rubeat q̄ nigredinem fere attineat: caleat: doleat: et ardeat: sanguis erit in causa vel cho. rubea. Si autem parum doleat: caleat: ardeat: intelligitur esse phlegma. Si in multā nigredinem transducitur: tanto est molestius ⁊ timidius ne ad farsum deueniat. ¶ Aliquando vlcera in ore nascūtur: quibus oleum ro. cum aqua calida gargarizatū iuuat. Succus quoq̧ plantaginis eiusq̧ folia in vino cocta si in ore teneantur: ⁊ radix sua si masticetur: oris vlcera: ⁊ similiter cancrum iuuat: et etiam stercus caprinū cum vino veteri ad idē prodest. ¶ Sunt autem vulnera in labris siue in lingua intima maxime lactentibus euenientia de acumine lactis: qđ salubre est eis: cum stiptica autem medicina in paruo tempore sanant. In perfecta etate si nascātur pessimū est: quoniā de pessimis nascunt humoribꝰ: huiusmodi vulnera si lingue innascūtur pessima sunt. Si pars magna lingue auferat: inde enī omnes homines periclitant. ¶ Intellectis oris infirmitatibus medicina repugnans humoribus incipiatur. qđ in principijs maxime debet fieri in medio repugnatiua: et etiā desiccatiua: neq̧ dissolutiua iungamus: nisi ex ordine. Oportet ergo prout videbitur humores catartico vel phlebotomia dissolui. ¶ Medicina repugnatiua in initio talis est danda. Sapa ex moris confecta. Sapa ex vino et aqua vbi coctum sit sumac: mirta: balaustia: vel solatrū. Humoribus minui incipientibus: sed non ex toto se dissoluentibus supradictis: myrrha: ⁊ crocus admisceantur. ¶ In oris apostemate non ex corporis humore in primis danda est causa dissolutiua: neq̧ curandum est de repugnatiua. Si in solo ore sint vulnera vel pustule toto corpore plenitudinis carēte: lauetur bucca cum succo solatri: coriandri: sandali rubei: croci: ⁊ ſm quod dictum est in gingiuis: medicemur. Hoc medicamentum Iohannis Damasceni est dandum valens pustulis oris: vulneribus et vlcerationibus. ℞. lentium mundatarum boli. ana. ʒ. v. coriandri: memithe: sandali. añ. ʒ. iij. spodij: se. rose: semi. portula. boraginis. añ. ʒ. iiij. croci: ba

laustie: nitri: arnogiosse. an̄. ʒ. j. fac puluerē ⁊ superpone: ⁊ cū aqua ro. laua: vel cum succo maligrana. vl' cū succo coriādri. ¶ Aliud valens calori: pustulis in gingiuis ⁊ palato: vuule ⁊ gule: ⁊ maxime in pueris ⁊ corpib9 delicatis. ℞. amidi. ʒ. vj. spodij: memithe. an̄. ʒ. ij. se. rose. ʒ. iij. croci. ʒ. ij. zuccari. ʒ. iij. cardamomi. ʒ. ß. cāphore. ʒ. ß. fac sicut de prioribus Joh. dama. dirimus. ¶ Aliud eiusdē Jo. dam̄. valet similiter. ℞. se. rose: liquiri. amidi: spice: ciperi: nucis muscate: cinamomi alithimi. an̄. exagiū. j. caphore: alumi. croci hortulani. an̄. ʒ. ij. folij. ʒ. j. deinde fac puluerē: sicut de alijs. ¶ Aliud valēs similiter. ℞. zuccari: amidi: se. portula. se. rose. an̄. exagiū. j. galle non pertusate: se. boragi. se. cucumeris viridis: lentis mūde. an̄. ʒ. j. camphore: croci: spodij. an̄. ʒ. j. fac puluerē cū aqua ro. ⁊ succo maligra. ablue sicut superius. ¶ Si vlceratiōes lactentibus eueniant: mater eius lentes ⁊ micam panis accipiat ⁊ sup vlceratiōes ponat: amidū cum aqua ro. temperatum: crocus: se. rose: detur ad manducādū res tantū stipica sicut mala: pira: citonia.

¶ De lentiginibus in facie. Cap. xxvj.

Lentigines in facie nascunt̄ maxime: ⁊ tamen qñq3 apparent in toto corpore: sed tamen plus in facie: siue sana sit siue infirma. Aliqñ he lentigines propter solis eueniūt ardores. Aliquando puellis eueniunt cum mēstrua melancholica non per locum suum exeūt: sed cum egrediūtur per totū corpus se dispergūt: he solis vnguētis possunt sanari: sed que masculis subito eueniūt: vl' causa morbi difficiles sunt curari: cū em̄ ex cholera nigra oriunt̄ ea non putrescente qualitates cutis mutatur. ¶ Si autē in sola facie videantur: cephalica vena minuatur: sed si totū corpus aspergitur: de mediana phlebotomet̄. Et si minuere nequeam9: humores cum catarticis ⁊ pharmacia dissoluamus: deinde ad vnguenta redeamus. s. amigdalas amaras bñ pistatas: ⁊ eis imponamus semen eruce: similiter farinam orobi cum melle distēperatam: vel cum succo mali citrini acidi: farinam lupinorū in aqua coctā: lac ficuū: mirte fructū pistatū: soricū stercus vetus cū aqua distēperetur. Diasco. semen melonū cum carne ipsorū ad hoc laudat. ¶ Aliud Johan. dam̄. ℞. farinā lupini ⁊ frumenti amigda. ama. munda. zucca. an̄. exagium. j. liquiri. gūmi ara. an̄. ʒ. ij. myrrhe: nitri: costi. an̄. exagium. j. tēpera cum lacte ⁊ frica faciem. ¶ Aliud. ℞. farinam fabarū ⁊ frumēti. an̄. ʒ. ij. croci. ʒ. j. tēpera cum aqua vbi fenugrecum sit coctū. ¶ Aliud pauli. ℞. lib. ⁊. risi: libani. ʒ. ix. nitri lib. j. masti. ʒ. iij. albugines ouorū. xx. cum corticibus corcarnis melonū quantū sufficit. ¶ Aliud mūdificans faciem. ℞. lupinorū fabe: se. melonis equali pondere: lentiū medietatem: fac pulue. vnge cum lacte mulieris vel asine. ¶ Aliud ℞. farine lupini: fabarū: lentium: amidi: amigd. amara. an̄. ʒ. iij. seminis michonis al. melonis: cucu. risi: dragagā. an̄. exagium. j. mellilotí: condisi: croci: costi. an̄. exagia. x. fac puluerē temperans cum albugine: vngat autē in nocte: in die lauet.

¶ De pustulis in facie. Cap. xxvij.

Si in facie pustule nascunt̄ dure: sicce atq3 parue: alumen: gūmi: lentes puluerizent̄: ⁊ inde facies lauetur. Similiter gūmi arabicū ⁊ nitrum cum aceto tēpera: faciē de re omni mundificat. ¶ Aliud. ℞. cathimie argētee exagiū. j. chimolee: boli: terre armenice. ana. ʒ. j. sandarace. ʒ. ij. tempera cū aqua ro. ⁊ lini faciem.

¶ Liber tertius de morbis mēbrorū spiritualiū: ⁊ eorūdem curis: ⁊ complectitur. xvj. capitula.

¶ De squinantia. Capitu. primum:

In duobus libris pcedētibus tm̄mo do dictū est de infirmitatibus capiti ⁊ faciei accidentibus: modo dicant̄ morbi mēbrorum ministrantiū cordi: cor: em̄ lucerna est corporis: dicantur ergo morbi ⁊ eorum cause ⁊ significationes subiūgantur ⁊ medicine: ⁊ incipiendū est a molestioribus ⁊ suspectioribus: vt est squinantia. Unde Ga. qualiscūq3 inqt morbus in gula venerit: ⁊ inflatione sua spiritum tenuerit: squinantia idest suffocatio vocanda erit: sed tamen hic morbus a seinuicē diuersatur. ¶ Squināt: a em̄ passio aliquando est ex humoribus a capite ad guttur descendentibus: aliquando cadē die mortificās: vel secūda: vel tertia: q: em̄ est peracuta ⁊ mortifera: ideo hominē subito mortificat ⁊ suffocat. Inde squinantia est vocata: q: angustat flatum: vt infirmus neq3 cibū neq3 potū recipere possit: vel si recipiat paruissimum est: humores autē descendētes sanguinolēti sunt vl' cholerici: vl' phlegmatici: vel salsi: vel viscosi. Ex melācholia em̄ nunq̄ hoc apostema fit: q: hic morbus cito preualet cum sit peracutissimus: sed melancholia per longū tempus operatur: vnde impossibile est esse de nigra cholera. ¶ Flatus squinanticorū proprie est longus: causa sue longitudinis est strictura guttur. Et cū quātū sibi sufficiat aerē in impetu trahere sibi non valeat: longo spacio necesse est vt expleat: anhelitus ergo breuis laudabile signum est squinanticis: vnde sm Galienū in cōmento super pnostica Hippocratis: pessimū est genus squinantie qd infirmum ad orthomiam insequitur: neq3 nimiū dolorem vel angustiam fecisse videtur exterius. In gula siue in collo si tumor nō apparet neq3 rubor: minor in pessimitate est: al. si non anhelitum habet angustū: illa que non anhelitū habet angustum. Si cum tumore ⁊ rubore in gula ⁊ collo facit dolorem nimiū: minor est in gradu tertio: cuius non nimius dolor neq3 flatus angustiosus: hic ergo non in gutture: sed in collo: vel in gula vel in vtroq3 est. ¶ Oportet ergo vt signa huor dicantur: vnde sc3 hic morbus concreat̄. Si fit ex sanguine: infirmus apparet plenus corpore: rubet in facie: vene faciei sunt plene sanguine: plenus pulsus: tumor calidus ⁊ rubeus: monstrat eger quasi vinum in gula sapor et. Dieta sua multi sanguinis fuit generatiua. ¶ Ex cholera rubea est fortis dolor: angustia nimia: calor atq3 sitis maxima: fumositas in gula: pulsus vacuus et fortis. ¶ Ex viscoso phlegmate dolor non est nimius: neq3 predicta signa in eo videtur: tumet lingua ⁊ mollescit: dolet paruū. ¶ Ex salso phlegmate sapor at amarum: salem sentit in gula: vox eius sicut catulorum paruorum. In huiusmodi medicandis perquirendi sunt humores. In sanguine vena cephalica est minuenda. Hippocrates in epidimijs inquit: in squinantia vel orthomia oportet incidere venas. Galie. semper incidere precepit venam sm qd oporteat. idest quantū virtus pati valeat: dat autē intelligi duobus debere incidi: sm magnitudinē morbi vel quantitatem virtutis. Squinātia autem est de maioribus morbis. ¶ Si sanguis cum cholera rubea esse mixtus perpenditur ventrem humectare debemus cum catartico de casiafistul. oxifencia: iuiuba: viola: ⁊ semie malue: camomilleō: iuiubis prunis viol. ⁊ similibus. Extincto acumine cholere rubee: ⁊ egrediente cum cholerica egestione: cephalica phlebotometur vt exeat sanguis a cholera rubea incensus: post phlebotomiam ⁊ purgationē redeundem est ad membra vbi maxime morbus regnat. ¶ In principio morbi medicemur cum his que repugnant humoribus ad guttur descendentibus: ⁊ ipsum guttur confortantibus: sicut sapa de moris: cum succo solatri vel arnoglosse. Detur deinde gargarismus: furfur quoq3 ordei aceto infusum ⁊ colatum: ⁊ aqua vbi balaustia sumac: galla: rosa sint cocta: lentes: solatri succus siue psilij: omnia sunt stiptica et repugnātia. Que cum fecerimus et extenuauerimus: ad humores dissoluendos in infirmis mēbris clausos redeamus cum gargarismis de sapa mori: ⁊ sapa vini commixta et pauca myrrha: vel ptisana cum zucca ro vel lacte capri. siue asinino cū zuccaro et pauco croco: vel casiafistula et sapa in aqua calida vel cum succo pori. Quecunq3 horū inuenerimus: inde infirmo fiat gargarismus: q: ex his humores dissoluuntur. Cibum paruissimum demus qui sit solubilis: sicut iuscellū aliquod: vel succus detur mūdati seminis melonū atq3 cucumeris: vl' medulla pistata: amidum: dragagan. cum amigdaleo: de his o'bus ius conficiat̄ ieiuno detur: vel amid. cum lacte et penidij ⁊ amigdaleo: nutriendus est cum crisolocanna: blitis: portula. que cum amigdaleo parata sint. ¶ Si apostema sit phlegmaticū: quod ex predictis signis intelligendū est: cum catartico phlegma

tis depositiuo erit purgandũ. Similiter cũ clysteri ꝛ garga-rismis in morbi principio: fiet autẽ de sapa nucis cũ aceto: vel memithe: vel vbi cortices nucum sint: vel vbi mora vel succus solatri: vel oculo litij vel aloe. humoribus his dissolutis ad membra curãda redeamus vbi mali humores includuntur. Gargarismũ faciemus cũ sapa nucũ apposito pirethro: vel sola sapa: vel oximelle: vel sapa mirtina: vel aqua vbi ficus sicce sint cocte: vel cum caprino lacte: ꝛ stercus canis albi pista subtiliter: ꝛ cũ melle distẽpera: his cibus vngamus oris interiora cum pennis. Galie. dicit hec omnia esse vtilia. Accipiamus iterũ caninũ stercus ꝛ puluerizatũ in os proijciatur cum felle taurino: melle buccã vngamus. gargarismũ faciamus. ¶ Itẽ. G. fel inquit taurinũ suffocationi vue cadentis est adiutoriũ: similiter fel ouinũ: cineres radicis caulium: cum melle faciamus gargarismũ: similiter succus radicis iuuat cum oximelle. ¶ Alius gargarismus valẽs squinantico phlegmatico. ℞. liqui. ʒ. iij. pirethri: cassie. squinãti. cucute se. ana. ʒ. ij. fenugre. myrrhe. ana. exagiũ. j. croci: piperis: spice: sansuci. añ. ʒ. j. fac puluerẽ: distẽpera cũ melle ꝛ in modum auellane accipiat: ꝛ cũ aqua vbi cortex maligra. sit coctus: tẽpera cũ vino odorifero forti: vł cũ oximelle. ¶ Alius valẽs similiter. ℞. rose. ʒ. ij. stercoris canini: croci. añ. exagiũ vnũ: tẽpera cũ melle: inde os vnge ꝛ fac gargarizari. ¶ Aliꝰ ℞. rose liquiri. añ. exagiũ. j. cinamomi alithimi: piperis longi: croci. añ. ʒ. j. aluminis scissi: cardamomi: myrrhe: sinapis: zinziberis. costi. añ. ʒ. ij. fac puluerẽ: adde mel: quod scilꝫ accipiat in modũ auellane vel cũ sapa: vel aqua vbi cocta sit galla: vel cũ succo solatri: vel cũ oximelle ꝛ aqua calida.

¶ De apostemate in gula. Capitu. ij.

Cum apostema decoctũ esse intelligimus in gula ꝛ coadunatã saniẽ in ea: oportet vt cũ facilibꝰ aperire illud moliamur: non enĩ incipiendũ est a fortibus medicinis: fiat ergo gargarismus cũ lacte caprino vel asinino vel psilio: vel cum ycos: vel cũ fermento ꝛ oleo vio. vel butyro calido cum farina. Alia confectio. ℞. semen citoniorũ: viscũ malue ꝛ frumentũ: lac caprinum equali põdere: deinde liquir. accipe radicẽ: ꝛ radicẽ malue: vnde facto puluere cum alijs oĩbus confice et da bibere vt gargarizet. ¶ Alius Johan. damasce. valet ad apostema facile aperiendũ in gula. ℞. dragagan. ʒ. iiij. amigdalarũ dul. olei viol. quantũ sufficit: aqua vbi ordeũ coctũ sit: liquiritia: ꝛ malua: oĩa in aqua cocta: succusq; cucur. arnoglos. equali pondere: aqua vbi cassiafi. sit cocta: oĩa sint cõmixta et bene confecta: ꝛ infirmo detur gargarizanda colata ꝛ calida. ¶ Si infirmus sit fortis ꝛ cito velimus aperire: fiat gargarismus cũ aqua vbi ficus sint cocte ꝛ misceantur cuꝫ farina vel stercore canino: ꝛ cum lacte asinino. ¶ Fisso apostemate oportet ei dare vitellũ oui nõ coctũ cum amigda. ꝛ dragagã. ꝛ oleo viola. vel cum succo se. citoniorũ ꝛ arnoglosse: vel aqua vbi ordeum ꝛ liquiri. sint cocta: similiter ficus sicce cassiafi. oleuꝫ viola. sint apposita. ¶ Nutriẽdus est cũ iure facto de furfure ꝛ amigda. viol. penid. vel cum malua: crisolocãna: bliti: cucur. ¶ Vngamus gulã exterius cum cera: vel cum oleo vio. dragagan. ꝛ crudi oui vitello. ꝛ hoc vnguentũ valet ad aperiendum gule apostema facile. ¶ Aliud. ℞. cere albe: olei vio. añ. ʒ. xv. butyri. ʒ. viij. dragagan. ʒ. iij. se. lini. ʒ. vij. fac pistari in pul. subtilissime ꝛ cõmiscens fac vnguentum.

¶ De apostemate vuule. Capitu. iij.

Aliquando inflatio vel apostema nascitur in partibus gule: vt in vuula vel in partibus gule intra vel extra que fit ex humoribus capitis illuc descẽdentibus: vel a fumo a stomacho ascendente: vnde nimium dolorẽ patiuntur cum cibus transglutitur: aliquando nõ gluciunt saliuã nisi cum magno dolore. ¶ Oportet ergo vt perquiramus si adsit rubor: calor: venarum plenitudo pulsus nimius ꝛ plenus: vnde sanguis certificatur esse in causa. De cephalica minuamus quantum patientis virtus patiatur. ¶ Si ardor nimius sit ꝛ siccitas et nimia sitis: cho. ru. erit purganda cum cassiafist. manna viol. oxifenitia ꝛ sibus. In dolore vo molli sine ardore ꝛ siccitate atq; siti: intelligit morbus esse de phlegmate: deinde precipiamus vt phlegma purgetur: et medicina repugnatiua ꝛ dissolutiua est danda: sicut galla cum aceto: vngatur intus cum digito vel cum penna. Idem faciunt ꝛ cortex maligrana. balaust. rosa. mirta. ¶ Si hec ad salutẽ infirmi non sufficiunt: de vuula est videndũ. Vuula si sit subtilis in fundo: ꝛ in extremitatibus sit grossa ꝛ tumida: ꝛ quasi habens saniẽ albã: cum ferro siue acuto medicamine erit incidenda. Hippocra. in tertia pnosti. particula: vuula si sit rubea ꝛ magna ad incidendũ est molestissima: quam sequunt apostemata ꝛ fluxus sanguinis: vnde nimiũ est studendũ vt ad superius subtilizetur: ꝛ extrema ingrossent ꝛ liueant: ꝛ tunc tandem incidetur: vtilius tamen est non incidere ante purgationem vẽtris si tempus expectet: ꝛ si suffocatione nõ timetis. Hec autem ex auctoritate hippocratis recepta esse innuũt qualiter tumida vuula sit medicanda. Qui cum parũ locutus fuerit: auctoritatẽ tamen maximã inde dedit: oportet ergo vt incidatur: ꝛ si dolor nimius subsequatur: timetur ne apostema calidum succedat ꝛ fluxus nimius. Aliquando quoq; cũ est rubea inciditur: causa squinãtie inde oritur: sed precipiẽdum est infirmo vti medicamine isto. ℞. cinerem palme ꝛ cãne que tempera fortiter cum aqua postea cola: deinde accipe gallam: alumen: sumac ꝛ puluerẽ fac: quibus cum superiori aqua mixtis gargarismũ faciat. ¶ Aliud ad vuule casuꝫ valet. ℞. myrrhe armoniaci: salis: piperis nigri ꝛ longi equaliter inde pul. in gulã insuffletur. ¶ Si gule glandes aliqs habuerint: ꝛ coadunationes: gargarismus dandus est cum aqua vbi ficus: dactyli: fenugrecũ ꝛ similia sint cocta. Deinde vnguentis dissolutiuis exterius vngamus: sicut nitro: sale armo. succo caulino ꝛ centaurea: cum melle tẽpera oĩa.

¶ De raucedine ꝛ vocis amissione. Cap. iiij.

Raucitas est ex humiditate instrumentũ vocis infundente: hec autẽ humiditas: vel est phlegmatica vel sanguinea: que cum a capite descẽderit: ꝛ instrumentũ vocis infuderit: planitatẽ aufert loquẽdi: ꝛ aliquando voces omnino extinguit. ¶ Si ex sanguine appareat esse quod rubor ostendit ꝛ plenitudo in facie: cephalicã venam incide: quantum virtus patientis expetit minue: ꝛ purgetur cũ cassiafistula: manna: viol. oxifenicia ꝛ sibꝰ. Has pilulas ponamus sub lingua. ℞. gũmi arabi. dragaganti: liquiri. amidi: seminis cucumeris: cucurbite: portula. ana. ʒ. iij. croci. ʒ. j. penid. ʒ. ij. fac pilulas quas sub lingua teneat. Nutriatur cum iure ex farina facto cum amigdaleo: ouis mollibus ꝛ similibus. ¶ In humoribus phlegmaticis gargarismũ cum hierapigra ꝛ melle vel mulsa est dandũ. Electuariũ. ℞. succuꝫ cauliũ: mel bene coctum ꝛ sit bene spissum. ¶ Aliud valet similiter. ℞. liquiri. dragagan. piperis albi: xilocas. myrrhe: gummi: thuris. ana. ʒ. ij. spice exagium. j. penid. ꝛ sapa ꝛ mel quantum sufficit. ¶ Aliud valet similiter. ℞. seminis lini assati: amigda. munde dulcis ꝛ amare. añ. ʒ. x. penid. ʒ. x viij. croci: cinamomi: piperis. ana. exagium. j. fac puluerẽ adiũge mel quantũ sufficit: da cum aqua vbi liqui. sit cocta. ¶ Aliud itidem valet. ℞. ficus siccas: calamentũ parum dragaganti coquantur in spissitudinẽ mellis. ¶ Aliud electuarium. ℞. fenugreci: amigdalarũ dulcium ꝛ amara. ana. ʒ. iiij. seminis lini assi. ʒ. viij. amigdalarũ: dragagan. liquiritie: pinee. añ. ʒ. ij. tempera cum sapa.

¶ De asperitate vocis vel eius ablatione. Cap. v.

Si instrumentum vocis siccitatem patiatur: necesse est vt vox asperetur vel auferatur. Siccitas autem vel nascatur ex frigiditate: vel ex puluere: vel aeris siccitate: vel cibi ꝛ potus asperitate. ¶ Diffinitio huius siccitatis diuersa est in corpore leni. idest est inequalitas in corpore leni: medicandus est. in aqua calida ꝛ dulci sepe balneetur: sub lingua semina citonij: liquiri. citrolij: psilij: dragaganti sunt ponenda. Demus sirupum viola. cum amigda. aqua cucur. etiam iuiubinum accipiat semel iuscula de furfure cum amigda. et cum penid. ¶ Electuariũ Johan. damasce. valẽs gule asperitati ꝛ raucitati. ℞. dragaganti. ʒ. v. gũmi: amigdalarũ dul-

trum: amidi: se. cucu. ana ʒ. iiij. se. citonij: liquiri. se. citru. ana. ʒ. ij. penid. ʒ. xxx. mellis quod sufficit. Similiter electuaria in tussi dicenda danda sunt.

¶ De tussi. Capitulum. vj.

Tussis est motꝰ animate virtutis ⁊ naturalis functus s̄m cursum nature circa instrumēta spiritus operantis ad expellēdū sup̄flua sibi nocentia: virtus em̄ naturalis causa sui nocumēti instrumēta spiritus mouere incipit. Et cum per se expellere non possit: a virtute animata adiuuari expetit: q: cartilagines pulmonis ⁊ canales ⁊ lacerti pectoris inobediētes sunt virtuti naturali. Si a virtute aīata moti lacerti pulmonis cōstrictiui aerem expellēdo a pulmone cogunt̄ expellere q̄ naturali virtuti videbātur nocere ⁊ obuiare. ¶ Nascit̄ tussis ex omni passione pectoris: vl̄r tamē ex mala cōplexione calida ⁊ frigida que instrumētis spiritus dominatur: vel ex materia mala que intus est vel extra. Interiora a sursum descēdens: sicut a capite reuma in pectore: vel ab imo ascendens superius: sicut humorꝝ superfluitas a gibbo epatis ad superiora pectoris. Aliqñ hec materia ꝓprie per spiritus spargit̄ instrumenta: sicut in periplemonicis ⁊ pleureticis videmus. Item hec materia est calida ⁊ sanguinolenta: cholerica vel phlegmatica: vel si solū futurū sit apostema: exterior: q: aer quē accepimꝰ cū fumo vel puluere cōmiscetur: vel cū subito frigidus aer trahitur. Sequit̄ autē tussim dolor pectoris cuius causa est tussis. Aliqñ tamen dolor pectoris est sine tussi qđ fit duobus modis: vel ex vētositate grossa pectoris suspēsiua: vel constipatiōe pelliculaꝝ de posterioribus costis: que si oppilent̄ non necesse est vt tussis sequatur. Oportet autē intelligi q: a capite descendēs tussis: vel a vulneribus in spiritus instrumētis: vel ab apostematibꝰ: vl̄ a pectoris coadunationibus: peior est omnibꝰ alijs passionibꝰ tussis. nō molesta ex instrumentorū spiritus cōplexione mala vel gutturis ⁊ canalium pulmonis asperitate. Mala tussis nō est sine screatu. ¶ Tussis sicca que nihil screat est triplex: vel em̄ est ex asperitate gutturis: vel ex mala cōplexione in spiritus instrumentis: vel ex incōuenienti materia quā elaborat expellere natura: que aut grossa est aut viscosa vt a canalibus pulmonis seiungi nequeat: vel multa liquida vt anteq̄ coaguletur ⁊ coadunet̄ se dissoluat. ¶ Cum ergo tussim incipimus medicari: vnde fiat necesse est perq̄rere. Si ex calore fit: ⁊ signum eius similiter est cū asperitate pectoris dolore nimia siti: ⁊ infirmꝰ in frigido aere trahēdo delectet̄: basilica vena minuat̄ si nobis tp̄s: etas: ꝯsuetudo cōueniat. Qđ si nō: scarificemus loca vicina morbo: deinde danda sunt ysopus: iuiub. sirupus viola. post tres horas detur ptisana cū amigdaleo: ⁊ penidꝫ cum melle viola. Itē detur cucur. succus maratri cū melle viola. ⁊ zucca. vel maligra. succus vel sirupus: vel semē citonij: ⁊ succus malue cū zucca. penid. ⁊ dragagā. Iura etiam sunt dāda sicut ptisana de furfure: ⁊ de amido: cibi eius sint malua: bliti ⁊ crisolocāna: cucurbita. oīa dētur cum amigdaleon. Si comedāt pullos cū quibslibet supradictis herbis condiant̄: pectus afforis vnge cū cera alba ⁊ oleo viola. ⁊ ordei farina: suc. portula. ⁊ cucur. Aliqñ oua sorbilia sunt danda: si post hoc calor non minuat̄: cū catartico de cassiā. purgemus. Hec electuaria ad hoc sunt vtilia: diapapauer. ¶ Electuariū ad dolorē pectoris nimiū bonum. ℞. succi liquiri. dragagan. gūmi arab. añ. ʒ. x. se. papaueris albi: penid. añ. ʒ. xx. amigd. dul. ⁊ mun. ʒ. x. amidi: seminis citoniorū: se. portula. añ. ʒ. xv. se. cucu. melo. citru. cucur. lactuce: malue: añ. ʒ. vij. fac puluerē tēpera cū sirupo viola. vel cū sapa. Pillu. Iohan. damasceni valētes tussi. ℞. se. cito. cucur. amigd. dul. fabe se. malue. ana. ʒ. vj. tēpera cū succo psilij: fac pilulas in modū fabe. ¶ Si infirmus tussim ex vigilijs patitur: his pilulis. vtatur se. lactuce: papaueris iugamꝰ. añ. ʒ. v. ¶ Alie pilu. lingue supponēde. ℞. gūmi draga. se. portu. cito. añ. ʒ. v. se. cucu. munda. ʒ. v. amidi. ʒ. iiij. amigdalarū mūda. ʒ. vj. fabe munde dragagā. añ. ʒ. ij. tēpera cū succo malue: fac pilulas. ¶ Sirupus iuiubinus valet similiter. ℞. iuiub. ʒ. ß. liquiri. ʒ. xx. capil. ve. vio. se. malue. añ. ʒ. x. citoñ. se. melonis: papa. lactuc. dragagan. ordei mundi: amidi. ana. ʒ. vj. aque. lib. x. penid. vel zucca. vel sape. lib. iiij. fac sirupū. ¶ Sirupus de ysopo ad tussim: colicā: dolorē laterū ⁊ anhelitus. ℞. radi. maratri: apij: liquiri. añ. ʒ. x. ysopi: capil. vene. se. cito. se. malue: dragaganti. añ. ʒ. iij. ordei mund. ʒ. v. iuiub. ʒ. xxx. vue ⁊ passe albe ⁊ munde. ʒ. j. ficus. iij. coque in sex libris aque vsq̄ quo in duas redigantur: deinde libram. j. penid. pone ⁊ cōfice sirupum. ¶ Oleum Iohan. dam̄. ad calidā tussim. ℞. se. mal. viola. liquiri. vue passe. añ. ʒ. xv. succi maligrana. dul. ʒ. cl. fac pistari: ⁊ olei viola. appone. ʒ. lxxx. ⁊ fac oleū. ¶ Si qs tussit ex dolore pectoris ⁊ ex frigiditate ⁊ humiditate: cuiꝰ rei est signum paruitas sitis: et lenitas doloris: et infirmus manifestat rem calidā sibi ꝓdesse: mel ro. dādū est cū aqua prassij apij maratri bene cocta ⁊ colata. Iura dāda sunt ex frumento cum amigd. pineas: ficus. amigd. demus comedēda: mellicratum bibāt cū aromatibus: ius cicerū cū vua passa comedant: pectus vngamus cū cera sambuceleon: fenugreci coctum cum ficubus: dactyli cum melle valent. ¶ Diascori. dixit: ficus cocta cū ysopo mundat pul. ⁊ ad frigidā valet tussim. Item myrrhā in modū fabe frigide ventositati ⁊ veteri tussi dixit ꝓdesse. ¶ Ma. figia ieiuno data valet frigide tussi ⁊ corize: similiter se. lini coctū ⁊ pistatū cū melle: qđ salꝫ valet. ¶ Electuariū qđ valet frigide tussi: ventositati pectoris ⁊ anhelitui. ℞. liq. se. lini assi: amigd. dul. pinee. añ. ʒ. j. penid. ʒ. x. aneti: maratri: ysopi: capil. ve. prassij. ana. ʒ. vj. croci: zinziberis: calamēti. añ. ʒ. iiij. fac puluerē ⁊ adde mell' qđ sufficit: da. ʒ. ij. ¶ Aliud. ℞. spodij. ʒ. vij. boli exagiū. j. nucis musca. exagiū. j. piperis lon. ʒ. iij. zuccare. ʒ. xxx. mel. ⁊ butyri qđ sufficit: vnū coclear valet sicce tussi. ¶ Pilule valētes frigiditati: ventositati ⁊ anhelitui in phlegmaticis. ℞. liquiri. amig. dul. ⁊ amara. se. lini. añ. ʒ. iij. aneti: maratri: farine fabe: pinee añ. iij. myrrhe: olibani: croci: cinamo. alithi. añ. exagiū. j. tempera cum sapa: fac pilulas in modū fabe ponens sub lingua vnam. ¶ Sirupus de prassio valet frigide tussi de phlegmate ⁊ ventositate ⁊ fastidio: ⁊ omni passioni pectoris lenum. ℞. prassij. ʒ. xx. liquiri. ʒ. x. apij rad. ⁊ maratri: aneti: calamenti: ysopi: capillorū vene. añ. ʒ. vj. fenugre. se. lini. añ. ʒ. iij. vue passe ⁊ mūde. ʒ. c. ficus. ʒ. xx. penidꝫ. ʒ. vj. mell' quod sufficit: fac sirupū. ¶ Si tussis ex humoribus a capite vel alijs membris venientibus fit: oportet vt festinemꝰ q̄ humores digerantur: qđ si non fecerimus in orthomiā labōtur: deinde humorum collectiōes perquirant̄: qui si sint liquidi vel grossi: aquosi: vel viscosi cholerici seu phlegmatici. Si pectus infirmi calidū sit ⁊ quasi fumū senserit: ⁊ asperitatē nimiā senserit ⁊ sitim ⁊ parū screat: color eius liuidus sit vel citrinus: sapor salsus: calidā ⁊ subtilē intelligimus materiā esse: laborandum tunc est vt ingrosset̄: si prout manifestat nullū horū sentiat: sed frigidū nocere: calidū vo adiuuare fateatur: intelligimus frigidā ⁊ viscosam esse materiā: est ergo subtiliāda vt mediocris sit. Si sit multū liquida vel multū spissa in exitu est molesta atq̄ parua cum tussi multa: si sit calida ⁊ liquida: dandus est sirupus viola. iuiub. Et sirupus papaueris. ℞. papaueris albi. ʒ. xj. liqui. ʒ. xx. capillo. vene. malue se. cito. cucu. añ. ʒ. vj. iuiub. ʒ. xj. coquant̄ in aque lib. viij. quoad redigātur in tres: cola ⁊ postea penid. zaccare: sape pone qđ sufficit: vnaquaq̄ die: se. papaueris cum zuccara. ʒ. ij. tribue. Ius de amido detur cum penid. amigdaleō: similiter de furfure ⁊ penid. nutriēdus est infirmus cum amigdaleon: portula. blito. malua: atripli. ⁊ similibus. vnguatur exterius in pectore cum cera alba: oleo viola. ¶ Si ex phlegmate grosso ⁊ viscoso fit: subtilietur cum sirupo de prassio: sirupo de radice feniculi ⁊ similium: de aniso: electuario de spodio: tyriaca magna: trifera maiore: thus pistatū cum melle viola. pinea similiter. Succus maratri bene colatus ⁊ coctus cum amigdaleo: dentur fasiani: perdices cum cimino: pipere: ruta: porris: amigdaleo amaro. vngamus caput cum calidis ⁊ confortatiuis ⁊ hūoribus repugnatiuis. ¶ Hoc electuarium recipiat. ℞. seminis lini assi: amigda. dulciū: pinee. añ. ʒ. x. liquiri. ʒ. x. maratri: ysopi: zinziberis. ana. ʒ. iiij. piperis lōgi: calamenti: thuris: croci: cinamomi. ana. ʒ. iij. equaliter fac puluerem ⁊ mitte mellis quod sufficit. Aliquando suffumigandus est infirmus vt dissoluatur phlegma viscosum in pectore cum cala. aro. solo. vel terebenthina: vel auripigmento cum sepo renum caprinorum: vel butyro.

De phthysi et periplemonia. Cap. vij.

Phthysis est consumptio humectationis corporis et mutatio augmentationis in diminutionem. Nascitur enim multis modis: vel ex consumptione pulmonis: et hec est certa phthysis que fit tribus modis: vel ex humoribus cholericis a capite descendentibus siue phlegmaticis et nitrosis et salsis in substantia pulmonis existentibus vulnerantibus eum et putrefacientibus. Secundus est ex quibusdam passionibus in substantia pulmonis nascentibus: hoc genus antecedit sanguinis screatus ex venis aliquorum instrumentorum ruptis in pulmone: in qua fissura nascuntur vulnera empica et phthysis postea. Tertius modus est ex humoribus ad pulmonem aliunde quam a capite currentibus: quod duobus modis contingit: vel ex mutatione vicinorum locorum: sicut in pleuresi: squinantia: vel ex alijs locis non vicinis: sicut epate: corde et similibus. Humores hi si calidi et acuti sint: patitur infirmus ruborem in maxillis stricturam inflatiui sitim febres quiescit in trahendo aerem frigidiorem. Si apostema periplemonie sit de phlegmate salso: strictus et angustus est anhelitus cum grauitate: neque dolorem sentit: pulmo enim non habet neruum: vnde perfectum habeat sensum: sed tamen tussim cum paruitate anhelitus: screant in tussi cum apostema se ruperit: et tunc tandem apostema certificatur et febris adest: et etiam corpus minuitur vngues inclinantur maxille rubent. Que omnia pulmonis vulnera designant: vnde phthysis est. Ga. inquit: phthysis que ex vulneribus est pulmonis pessima est duobus modis. Unus modus est pessimus: quia ad perimendum est velocissimus. Alius tardior: quia leuior: primus cito mortificans: quia pessimus nullum signum curationis ostendit in screatibus: et si aliquis videatur paruus erit screatus cum angustia et duricia: si leuior sit: humores in pulmone morando ex quo quid et leuiter emittit.

Discordant medici in vulneribus pulmonis. Alij incurabilia fatentur. Gal. tamen sic testatur. Si quis periplemonicis vult succurrere: succurrat antequam apostema marcescat et putrescat: et sanabitur apostema. Si quis tam diu negligat quousque ad saniem putridam vulnera colligant sunt incurabilia: omne enim vulnus difficiliter curatur nisi mundetur: mundari non potest nisi per tussim: tussis inimica est solidando vulneri: dilatat enim et aperit: vnde magis putredines colligit: cum enim partim purgat et partim colligat: insanabile reddit apostema: dum ita circinat. Constat igitur si periplemonie succurratur antequam apostema marcescat: primum curabitur: si non econtrario. Medicina sic erit incipienda: perquirendum est vnde fiat. Si ex caliditate: phlebotomanda erit basilica vel vena que inter auricularem et medicum constat: sanguis minuatur prout virtus patietur: cum sanguis infirmi quantitas intelligitur: si parua sit nutriendus erit cibis bonis generantibus bonum sanguinem: post phlebotomandus et iterum nutriendus. Si tertia minuendi videatur vtilitas: et hoc maxime si sanguis turbidus et grossus sit: iterum minuere incipias. Si ab initio morbi multa inuenitur quantitas sanguinis: ab initio est minuendum et auferendum quantum videatur nobis: nutriendus est dieta que refrigerat et solidat: et cito sit digerenda: sicut ptisana perfecta que cum cancris fluminеis sit cocta: a quibus exteriora sint proiecta et interiora mundificata bis vel ter cum cinere et dulci aqua: deinde pistata et ptisana bene cocta. Que omnia dum colata fuerint circiter tertiam partem libre dentur sepe et quotidie. Si infirmus febricitet cum ʒ.j. succi maligra. dulcis dentur: et nutriatur cum cucurbita et bliti: citru. vel cum amigdaleo: et que ab eo bibitur aqua cum sirupo viola. vel psilij sirupo misceatur. In sero psilium misceatur: et gummi ar. detur etiam dragagan. bolum cum succo arnoglosse. bolum etiam valet phthysicis: humectationem enim desiccat vulnerum pulmonis et carnem reducit: dentur autem frigida caloris febrium desiccatiua. Si screare non possit: detur ysopus cum melle viola. coctus: vel electuarium istud. ℞. iuiube. ʒ.xl. vue passe munde. ʒ.xxx. seminis malue. ʒ.iiij. cancri fluminei. ʒ.xx. capil. ve. virge pastoris: arnoglosse. ana ʒ.v. liqui. ℥.j. omnia coquantur in tribus libris aque vsque ad .iij. partem redigantur: sape .iij. pars libre adiungatur: zuccare .ij. partes excoquantur vsque ad spissitudinem mellis. deinde gummi accipe dragagan. seminis citoniorum. ana ʒ.vij. amidi seminis portu. ana ʒ.vij. seminis papaueris ʒ.v. fac puluerem tempera cum supradictis: da tunc cum stomachus non sit plenus cibis.

Si patitur constipationem infirmus: natura eius: non tamen cum impetu: in mollicie mutetur cum sirupis et clysteribus mollientibus pectus cum oleo viola. et ro. vngatur quantum magis possumus: et ne venter soluatur multum studeamus: phthysici enim et empici si ad solutionem deueniunt cito moriuntur. Et si euenerit detur succus ordei et milij assatorum: deinde bene decoctorum: cui adiungatur gummi arab. et mica panis et amigdalorum et zucca. olibus assatis. in aqua quam bibunt ponamus gummi arabi. bolum spodium. Si perseueret solutio: puluerem istum da to. ℞. gummi arabi. boli: se. mirte omnium assatorum. ana ʒ.iij. amidi arsi. cancri incensi: se. portula. ana ʒ.ij. spodij: se. malue arse. ana. exagium .j. omnia hec puluerizentur et cum oleo ro. fricentur: dentur cum sirupo mirtino et aqua frigida quantum sufficit.

Si screatus fetorem horribilem habeat cum superponatur carbonibus: mortem denunciat. Si capilli cadunt: ad mortem appropinquant: ablationem enim portendunt nutrimenti. Aliquando etiam corruptionem humoris et apostema pulmonis ex humoribus phlegmaticis fieri intelligimus: vnde in initio morbi danda est maturatiua medicina: sicut liquiri. capilli vene. fenugre. se. lini vel cice. ficus: vue passe: omnia cocta. Dandum est etiam dianisum: diapinea: diafenugre. diapassium. Si apostema maturauerit aut crepuerit: ysopus coctus cum melle ro. dandus erit. Si infirmus screare non possit: quia apostema indurauerit: dentur calefactiua sanguinis et saniem mundificantia et tussim adducentia sicut orobi farina et aristolo. rotun. atque lon. piper lon. cinamomum alithimum: acorum: costum: cassialig. spica: et similia. Et si inueterauerit apostema vel pulmo induresceat: quod ex parte substantie pulmonis monstrabitur cum screatu prolecta: desiccatiua dentur atque subtiliantia que desiccent atque subtilient vulneris humectationem: sicut tyriaca: athanasia: omorusia: mithridatum et similia: odoriferos flores adhibeant naribus: et sepe cum aere et aqua temperatis balneentur: cibentur cibis chimos laudabiles generantibus: mellicratum bibant: omnem medicinam cum melle mixtam et mundificatiuam demus. Si securi fuerimus quod humectatio apostematis desiccetur et materia auferatur: deinde vulneris desiccatiua et mundificatiua demus: sicut ro. balau. acatiam: gummi dragagan. masti. karabe: bolum: sangui. draco. emathite: mirte se. arnoglossam et similia. G. inquit. Si periplemonici ad febres deueniant: vel ab initio eas habeant: eos impossibile est curari posse: sed tamen si superiorem sequantur institutionem aliquandiu viuere possunt: hec enim medicina desiccat et indurat vt diu permaneat. Trocisci Johan. damasce. ad hec sunt proficui si vene in pectore vel pulmone rupte fuerint solidantur. ℞. boli: amidi. ana ʒ.iij. carabe: se. mirte: coralli: spodij: ematitis. ana ʒ.v. gummi arab. liquir. succi. ana ʒ.vj. cancrorum incensorum: se. portula. ana ʒ.x. fac puluerem: tempera cum succo arnoglosse fiat trociscus exagij .j. detur vnus cum succo cucume. et portula. Aliud. ℞. croci ʒ.iiij. mirte: cinamomi: gummi: lentisci: spice. cassielig. dragagan. thuris: carabe. ana exagium .j. omnibus puluerizatis mel sufficienter adiungatur et in modum ossis dactili pill. fiant et sub lingua ponatur. Alij valentes pustulis pulmonis et vulneribus mundificantes et solidantes. ℞. balaustie ro. ana ʒ.ij. sangui. draco. amidi: thuris. ana ʒ.j. carabe: croci. ana ʒ.ß. tempera cum succo citoniorum: et fac trociscos: exagij .j. da bibere cum aqua frigida. Al. ℞. gummi: dragaganti: masticis. ana exagium .j. acatie: mirte: sangui. draco. ana ʒ.ß. fac puluerem: tempera cum succo mirte et fac trociscos.

De reiectione sanguinis. Cap. viij.

Sanguinis reiectio duobus modis efficitur. cum tussi: et cum rascatione. cum tussi a pectore exit et sibi adiacentibus membris: cum rascatione ex gutture et ex adiacentibus membris vuule. Screare sanguinem est vel ex vulneribus pectoris: siue pulmonis: siue diaphragmatis: vel ex apertione venarum pectoris siue membrorum sui. Sanguis ex venarum apertione fit tripliciter: vel ex sui consumptione venarum: et dicitur diabrosis: vel ex oris earum apertione et anastomasis dicitur: vel ex incisione et rixis appellatur. Consumptio est ex humoribus acutis et cholericis vel salsis vel phlegmaticis: in hoc genere parum exit

erit de sanguine. Apertio oris carū ex nimio est motu virtutis expulsiue: vel ex defectiōe virtutis cōtentiue in venarū ore: vel ex humorū nimia quātitate. Virtꝰ expulsiua nimiū mouetur ex acutis humoribꝰ ⁊ pungentibꝰ: vel ex salsis et putrescētibꝰ. Defectio cōtentiue in venarū ore ex nimia est humiditatis emollitione. humorū em̄ quantitas venarū insequit̄ ora: vt ea coacta aperiat: sicut videmus mustū facere feruidū: qḋ exit cū apertū vas inuenit: vel clausum vi aperit vt ebulliat. In hoc gn̄e nullus videt̄ esse dolor: ⁊ tamē multū videt̄ exire. Venarū incisio vel interior: fit vel exterior. Exterior: ex vulneribꝰ vel earū extēsionibꝰ. vulnera sunt ex percussione: vel ex casu succedēte: distēsio vel ex saltu vel ex nimijs clamoribꝰ. Interior: ex quātitate hūorū est sicut diximꝰ in quo gn̄e multo ceteris peior sanguis multꝰ exit sepissime ⁊ cū nimio dolore: multꝰ em̄ sanguis ex vena incisa egreditur. ❡ Medicādo sanguinē screāti opꝫ qetē iniūgi: neqꝫ mltū flatū emittat. Qḋ si sit vētuosus ⁊ tēparū sit tps etas cōueniēs: basilica erit incidēda ⁊ bis vel ter minuēdus sanguis quoad totā supfluitatē exisse cōpiamus: ⁊ in latere illo nisi erit dolor: de vena q̄ inter auricularē ⁊ medicū est minuatur ⁊ de eiusdē lateris basilica. Extractio aūt sanguinis fit quātum sufficiat. Si infirmꝰ caleat: sꝫ tn̄ fortiter valeat: digestio emolliat̄ cū casiafi. mān a iuiub. prunis: ⁊ sisibus: vt acumen sanguinis minuat̄ ⁊ subtilietur: deinde medicina detur conueniens infirmitati. hoc faciamꝰ si screatū ex venarū cōsumptione presenserimꝰ. medicinā viscosam demꝰ: sicut portul. mal. ptisanā cū cancris flumineis draga. pullos: perdices: fasianos: cū portu. ⁊ amigḋ. coctos: aqua quā bibit cū sirupo viol. ⁊ iuiub. mixta sit. ❡ Si sit ex apertione oris venarū: detur stiptica medicina: sicut balau. flores maligra. sumac: cortices maligra. hypoqsti. sanguis draco. flores celsi ⁊ similia. Cibus sit granū coctū cū extremitatibus aīaliū: tri vel oua ptisana de suc. ordei vel de ordeo asso cū amido: gūmi arab. ⁊ amigḋ. In aqua quā bibit sapa mirtina ponatur cū gūmi arab. ⁊ spodio. ❡ Si ex venarū sit incisiōe: detur medicina parū stiptica: ⁊ multū cōsolidatiua sicut bolū ar. amidū spodium cacabre: al. charabe: cōcula incēsa: se. citoniorū: et silia. Nutriat̄ cū tri: ⁊ cū aīaliū extremitatibꝰ ouorū vitellis assatis vel ī aqua coctis. in aqua mittamꝰ gūmi arab. draga. spodiū vt bibāt. ❡ Medicina det̄ ꝯfecta q̄ sibi valeat: sicut trocisci screantibus sanguinē valētes. ⁊ cōsolidātes: qs Ma. in antido. suo androma. fecisse testat̄. ℞. acatie. ʒ. iiij. rose balaust. ana. ʒ. ij. gūmi arab. ʒ. ij. draga. ʒ. j. tēpa cuꝫ aqua pluui. ❡ Aliḋ silr valēs. ℞. gūmi arab. draga. se. portu. an̄. ʒ. v. boli chimolee terre armenie an̄. ʒ. vj. hypo. acatie: cornu ceruini incēsi balaust. cupularū celsi corticū an̄. ʒ. iij. cacabre. al. charabe. se. rose mirte an̄. ʒ. iiij. ematithis loti. ʒ. iiij. papaue. se. ʒ. vj. cācri incēsi. ʒ. xv. coriādri assi. ʒ. vij. fac pul. ⁊ cū succo ro. vl̄ aq̄ ro. vel arnoglo. tēpa. da bibere cū succo arnoglo. vel cū aqua ro. ❡ Aliud pauli trocisci solidantes ⁊ mitigātes. ℞. hypoquisti. acatie: balaust. florum maligra. an̄. ʒ. xij. galle. ʒ. ij. opij croci an̄. ʒ. vj. tempera cū aqua pluuiali ⁊ da bibere cū aqua frigida. ❡ Alij ꝯfortatiui et desiccatiui. ℞. gummi arab. boli dragagā. se. portu. spodij cācrorū incēsorū an̄. ʒ. iij. cornu ceruini: concule marine coralli rub. hec oīa incensa cōfice. ❡ Aliḋ ℞. acatie balau. amidi assi. ematithis se. mirte an̄. ʒ. ij. se. acetosi: seminis citoniorū: seminis arnoglo. cucurbi. cucu. ana. exag. j. psilij assi. ʒ. v. tēpera cum succo arnoglo. fac trociscos. ❡ Alij similiter valētes. ℞. rose gūmi arab. ana. ʒ. iiij. amidi papaueris: seminis balaust. an̄. ʒ. ij. spodij croci an̄. ʒ. ß. succi liquir. succi arnoglo. an̄. ʒ. ij. tēpera cū aqua pluuiali. ❡ Aliud valens screatui sanguinis fissuris venarū pectoris et epatis. ℞. spodij. ʒ. iiij. se. citruli: portul. cucurb. boli. cacabre. al. charabe an̄. ʒ. ij. tempera cum aqua virge pastoris. ❡ Aliud ℞. gūmi draga. acatie: se. citoñ. an̄. ʒ. iiij. boli. ʒ. v. cancri incēsi ʒ. vj. amidi concule marine an̄. ʒ. iij. cornu cerui incensi spodij an̄. ʒ. ij. fac puluerem: da. ʒ. iiij. cū sirupo mirtino. ❡ Puluis ad idem. ℞. cōcule marine cornu cerui an̄. ʒ. x. cacabre. al. charabe. coralli: an̄. ʒ. x. boli. ʒ. xv. psilij assi. ʒ. xx. fac puluerem: et da. ʒ. iij. ❡ Idem faciunt floris vitis. ʒ. j. cum aqua frigida mane et meridie. Similiter succus ros. vel succus hypoquisti. Item se. arnoglo. ʒ. ij. Item aqua semperuiue ⁊ virge pastoris: vbi sandali rose apponant̄ an̄. ʒ. ij. camphore. ʒ. ß. omnia cōmisce et pāno lineo infuso pectori suppone. Silr aq̄ agrestium vuarū valet: deinde sup pectus pone corticē maligranata. ❡ Electuariū mundificās pectus de sanguine coagulato. ℞. amidi. ʒ. v. farine fabarū. ʒ. vij. se. melonū: malue an̄. ʒ. vj. ordei mundati. ʒ. x. gūmi draga. ana. ʒ. iij. boli. se. citoñ. boragi. ana. ʒ. v. fac pul. adde mellis quantum sufficit.

❡ De rascatione sanguinis. Cap. ix.

Sanguinem cum rascatione de vuula et gutture diximus exire: quod aliquādo contingit fieri ex sanguisugis in aqua transglutitis: que sanguinē remanēre in gutture faciūt expuere. aliquādo multū: aliqn̄ parū: vnde decipiunt̄ multotiens medici: qui cum de sanguisugis certificauerint esse opponāt infirmū soli: et os eius aperiatur. Si eas in palato vel in vicinis partibꝰ videant: trahant eas cum forficibus. Si non viderint dent hanc medicinā: gargarismum cuꝫ aceto ⁊ sale vinū alliū ⁊ acetū dētur ad manducandum: prohibeatur aquā bibere: mittamus vasa vitrea in sole aqua plena: moueamꝰ ante os infirmi. dragagan. pulue. insufflemus ori: carbones nigelle asse vel absinthiū: fiat ex sapa ⁊ aceto gargarismus: sulphur ⁊ ysopū puluerizatū mittamus gule: vel ysopū ⁊ sal cum vrina caprina misceamus. postq̄ exierint si sanguis superabūdauerit cū medicina quā diximus in reiectiōe sanguinis solidādus ⁊ restringendus erit ⁊ curādus.

❡ De screatu saniei. Cap. x.

Sanies screat̄ pluribus modis: vel ex apostemate in spūs instrumentis cum crepuerit sanies a pulmone effluit: vel ex humoribus in vacuitate pectoris ⁊ pulmōe collectis: vel post screatū sanguinis illa sanies subsequitur: sed tamen non omnem screatū sanguinis. Qḋ si subsequatur screatus precessit molestissimus: vnde hypo. si post sanguinē sequatur sanies pessimum est. ❡ Festinetur ergo vt sanies pectoris mundificetur ne coaguletur et spisset et vias spiritus oppilet et mors subsequatur. Iuuat electuariū Io. Dam. inveteri tussi ⁊ screatu saniei. ℞. piretri amigḋ. ana. lauri. radicis pondus equale fac puluerē: mellis quantū sufficit. da in modum auellane mane ⁊ sero. ❡ Aliud. ℞. fenugre. pinee ana. ℥. ij. se. lini assi amigḋ. dul. an̄. ℥. j. piperis. ℥. ß. fac pulue. adde mellis quantum sufficit. ❡ Aliud. ℞. prassij orobi. an̄. ʒ. iij. croci myrrhe zinziberis ysopi piperis lon. anisi an̄. exag. j. fac puluerem: adde mellis quantum sufficit. ❡ Aliud. ℞. liqri. ℥. j. pinee se. lini assi amigda. dul. ⁊ amararū se. bōbicis an̄. ʒ. vij. fac puluerem: vuas pas. mundas speciebus alijs duplas et sic medullas pistatas adiunge penidh. quantum oēs species alie: deinde sape quātum sufficit. ❡ Aliud. ℞. seminis lini assi amigda. dul. pinee dragagan. zinzibe. an̄. ʒ. x. piperis lon. liquiri. costi terebenthine reubar. zinzibe. ana. ʒ. iiij. mellis quod sufficit.

❡ De malicia anhelitus. Cap. xj.

Oportet intelligi cor nullatenus posse pati carentiam trahendi aeris. Si enim vno momento quiescat aerē trahere: extinguitur a calore: quia ebullitionem sui caloris necesse est extra veniēte aere refrigerari et expellere ardorem prioris aeris. vnde motus duos habuit contrarios scilicet dilatandi et constringendi: dilatando aerem frigidum trahit: constringēdo aerem calidum expellit. Sanis ergo spiritus instrumentis et temperata virtute sui anhelitus secundum cursum nature fit. patiente eorum quolibet patitur anhelitus: ⁊ cursum nature egreditur. quantitas passionis secundum quantitatem fit patientis instrumenti. i. extra naturalem cursum exit anhelitus. ❡ Impossibile est pati anhelitum sine dolore quorūlibet instrumentorū: dolor enim eorum vel est ex parte sui: vel ex coniunctis membris. Si doleat stomachus vel meri vel gibbus epatis: vel caput splenis: vel si sub diaphragmate apostema vel dolor fit: anhelitus paruus et spissus fit. Vniuersaliter est cum aliquod membrum patitur vitiū spiritus instrumentis: cuius motu ipsum instrumentū moueatur: vel si apostema instrumētū comprimat: his duobus erit anhelitus paruus et spissus: anhelitu alto cogitur infir

-mus spisse mouere totū pectus: qui motus orthomia voca- tur. Fit autem motus triplex: vel ex necessitate nimia anhe- landi sicut in sanis nimij exercitij: vel ex angusto spacio pe- ctoris: sicut in apostematibus ⁊ in pectore vulneratis: vel ex angustia in capite viarum spiritus: sicut patiuntur qui in la- certis gutturis apostemantur que ex vtraqꝫ sunt pessima. Hanc speciē hippo. orthomiam vocauit: quia homini in sani tate sua pectoris tantum mouētur inferiora: patienti alter- utrum horum trium: mouētur superiora et inferiora: ⁊ vsqꝫ ad spatulas. Potest aliter intelligi et orthomia vocari. qui enim eam patiuntur: erigi et stare coguntur: cum infirmus anhelosus totum pectus vsqꝫ ad spatulas: et a spatulis vsqꝫ ad cubitos moueat: et cubiti in motu laxentur trib⁹ ex cau- sis intelligitur: sicut testatur Ga. vel ex defectione virtutis lacertos pectoris mouentis: et in infirmitate sui: vel ex con stipatione instrumentorum spiritus: vel ex calore nimio cor- di et pulmoni dominante. Defectio virtutis lacertos pecto ris mouentis et mala complexione calida vel frigida solet fieri. Constipatio instrumētorū spiritus ex grossis et visco- sis humoribus est: vel ex grossa ventositate vias anhelitus oppilante: vel ex apostemate in diaphragmate: que aliquan do omnia in vno loco adunantur: aliquādo duo insimul. ra- ro euadunt: qui hec oīa coadunata incurrūt. ¶ Opꝫ anteqꝫ medicemur vt studiose discernamus si infirmus cum angu- stia ⁊ labore anhelauerit: et anhelitus debilis ⁊ rarus fuerit extermitates nariū graciles erunt: ⁊ quasi ad inferiora con- tracte sint: ex defectione virtutis est lacertos pectoris mo- uentis: si aer ex magno desiderio appetat̄ et spisse pectusqꝫ inflectur: constipatio instrumentoꝝ spiritus intelligitur. Si fit ex apostemate cum tussi et screatu erit: siue screauerit ti- mendū erit. Si constipatio ex humoribus fit: orthomia fit ⁊ inflatio pectoris: appetitus maior spm̄ emittendi qꝫ attrahē di. Si anhelitus velox et cum maiori inflatione fit et magis trahere qꝫ emittere velit: esse intelligimus cum magno ca- lore ⁊ cum incensione: maxime si eius tactus sit calidus: vel exiccatio et sitis lingue habeatur: et caput incendatur. Qui anhelitus velox et paruus calorē alienum significat: qui vir tutem suffocat et extinguit. anhelitus paruus et tardus ca- lorem cito extinguit: iste ex necessitate semꝑ est frigidus: vn certum signum mortis est. Sufficit nobis dixisse de signis anhelitus: nunc a medicina incipiamus. ¶ Si passio fit ex membris instrumentis spūs vicinis: mēbra incipiamus me- dicari: vnde infirmitas oritur: ⁊ post anhelitus curet̄. Si ex defectu fit virtutis lacertos pectoris mouentis: et ex humo rib⁹ fit calidis: refrigerem⁹. Si ex frigiditate: calefaciamus prout dicturi sumus. Si ex constipatione instrumētoꝝ spūs fit: et hoc ex grossis humoribus: medicina dissolutiua ⁊ sub tiliatiua detur sine desiccationibus: sicut oximel cum squil- la: vel solū oximel. vel ysopus cum melle coctus vel sirupus prassicus: semꝑ vinū subtile ⁊ clarū bibat̄. Electuariū semꝑ accipiat vbi sit ysopus yreos aristol. rot. orobus calamentū casia radix centauree mi. costus spica: et similia: pectus cum anetileon vngam⁹ camomilleon ⁊ silib⁹. ¶ Si fit ex aposte- matib⁹ vel vulnerib⁹ prout iā diximus medicent̄. ¶ Si ex cō plexiōe fit calida: ⁊ infirmo fit firmitas: atqꝫ tp̄s cōueniēs ba silicā minuat: ⁊ si tp̄s fuerit cōtrariū: scariole ⁊ maratri succus cū melle viol. coctus det̄: ⁊ cū aq̄ cucur. sirup⁹ viol. ⁊ cū ʒuc. maligra. succus. Cū hmōi reb⁹ nutriēdus est: sicut ptisano: pul. pdici. portu. bliti. vngam⁹ pect⁹ cū oleo vio. cucur. ⁊ por- tu. succo. In ṽe vel autūno purget̄ cū casia fi. viol. liq. se. mal ue: iuiub. manna et silibus. ¶ Si cōplō pectoris frigida sit ⁊ humida: dem⁹ socrugenā cū aqua calida: vel maiorē tyriacā: mellicratū cū aromatib⁹. aquā mara. ⁊ apij bn̄ coctā cū mel. simplici vel melle ro. silr mel ro. cū ysopo in aqua cocta. nu- triendus est cum cibis calidis: sicut iusculis calidis: et vnga tur pectus cū camomilleon ⁊ anetileō: dent̄ etiā sirupi anhe litui tussi et vulneribus in renibus vel vesica valentes. Sunt autē Jo. dam. ℞. ficus siccas lib. j. iuiube. c. aque lib. ix. coq̄ vsqꝫ ad tertiā: cola adde sape. lib. ß. ʒucca. lib. j. ¶ Aliud. ℞. ficuum lib. j. aque quantū sufficit: capil. ve. basilicō an̄. ʒ. viij. rute prassij liquiri. ana. ʒ. iij. sape quod sufficit: fac sirupum. ¶ Aliud valet tussi anhelitui: et mundat pectus ⁊ pulmo- nem de grossis humoribus. ℞. maratri rad. ⁊ apij an̄. ʒ. x. li- quiri. ʒ. vj. amigda. dul. ⁊ ama. an̄. ʒ. iiij. maratri ysopi anisi se minis malue an̄. ʒ. iij. iuiube. xxx. ficus. vj. coque in. vj. lib. aq̄: et ad tertiam redige: ⁊ da bibere. ¶ Aliud pauli. ℞. sauine ʒ. j. butyri. ʒ. iiij. mellis. ʒ. ij. da bibere. ¶ Aliud eiusdem. ℞. croci mirte apij an̄. ʒ. xiij. euforb. spice iusquiami an̄. ʒ. v. bolie casie. an̄. ʒ. iiij. carui. ʒ. xviij. sulphuris corticis mandrag. an̄. ʒ. iij. piperis. ʒ. v. fac pill. in modum orobi: da. iij. ¶ Aliud va let similiter. ℞. thuris dragagan. an̄. ʒ. ij. sarcocol. ʒ. j. pone in aqua vbi se dissoluant: cola et cum ʒucca. siue melle: da bibe re. ¶ Similiter iuuat puluis vulpinus: pulmo siccus pista- tus in pul. da crag. j. cum aqua. similiter cōchularū flumina riū interiora incensa cū melle ⁊ pipere valēt multum.

¶ De pleuresi. Cap. xij.

Sanguis augmentatus et cū interiori calore cor- poris feruidus capiti ascēdentē fumum mittit: qui cum inueniat clausurā capitis ⁊ poros oppi latos non permittitur exire: deinde calefit mo- rans in capite cum cerebri calore dissolutus re- dit ad inferiora corporis: sicut videm⁹ in humectatiōe fumi balnei: qui fumus cum tecta penetrare nequeat redit ad in- feriora. ¶ Si aqua a capite distillat ad diaphragma: calidū apostema gn̄at: ⁊ inde fit pleuresis v̄a. si in lacertos veniat vel carnes q̄ sunt inter costas: pleuresis nō vera dr̄. ¶ Pleu resis vera hꝫ ꝓpria signa: sicut febris duriciē: eiusdē cōtinua tionē: pūcturā in latere ꝓhibentē de latere in lat⁹ se mouere tussim cōtinuā ⁊ anhelit⁹ orthomiā quā facit pleureticus ꝓ pter nimiū dolorē lateris ⁊ morbi. cordis vicinitas duriciei fe bris cām factori: thomiā. i. lōgā respirationē facit pleuretic⁹ ꝓpter nimium dolorem lateris: pūcturā lateris: q: mēbrū neruosum subtilē hꝫ sensū ꝓpter colligātiā cerebri ad ner- uos: cōtinuitas tussis: q: materia apostematis est in trahēti bus spm̄ mēbris: cū aliq̄d oppilat vias spūs: adiuuat se natu ra vt cū tussi quod impedit expellat. Magnitudo anhelit⁹ ē sibi: q: instrumētū spūale dignius. i. diaphragma: morb⁹ oc- cupauit. ¶ Sepe pleuresis inuadit hoīes calide ⁊ hūide cō plexiōis: in vere naturaliter: in hyeme accidētaliter. ¶ Pleu resis nō vera hec hꝫ signa: grauitatē lateris sine tussi: nullū screatū emittit: q: morb⁹ extra spūs īstrumētū existit: locus exterior manu tact⁹ dolorē parit infirmo. aliqn̄ extra appa- ret tumor. ¶ Plurima pleuresis ex puritate nascit̄ sangui nis. aliqn̄ ex sanguine calido ⁊ cholerico. aliqn̄ grosso ⁊ me- lācholico. aliqn̄ hūido ⁊ phlegmatico. aliqn̄ ex oīb⁹. aliqn̄ ex q̄busdā hūorib⁹. ¶ Intelligit̄ ex colore screat⁹ ex quo hūore fit morb⁹. si fit rube⁹ signat̄ sanguis. si citrinus signat̄ cho. ru. q̄ sanguini dn̄atur. si niger sanguinis incēsiones vel cho. ru. sigt̄ cōcrematiōes: ⁊ in cho. nig. cōmutationes. si albus si gnat̄ esse phlegmaticus. Alijs adhuc modis hec possunt di scerni: si materia fit sol⁹ sanguis: corpus plenū erit: humide tussit: parū sitit. Si materia sit cholerica: corp⁹ erit macidū: tussis sicca sitis nimia. si melācholica corpus asperū: pulsus subtilis ⁊ tardus: vrina plumbea. si phlegmatica ē: tussis hu mida: parū sitit. Si cōposita erit: screatus erit coloratus fm compositiōes suas: ⁊ similiter infirmi qualitates erūt melā cholice: et laudabilior est color subrubeus. i. sanguineus in screatu. sanguis enim esse signatur: sanguis eīn dignior est oībus. et amabilior nature omnibus alijs humorib⁹: obediē tior enim est sue actioni: ⁊ ad digerendū facilior. aliquando screatus in initio morbi est sicut dic. iij. vel. iiij. vel. vij. et le- uitas materie signatur: facile morb⁹ dissoluit̄: maxīe si screa tus fit paruus ⁊ leuis ⁊ iunctus: cito exiens in vna tussi vel duab⁹. Aliquando screare morat̄ ex grossitudine materie: ⁊ sua durina inobediente nature: vnde morbus designat̄ gra uis: ⁊ eiusdē diuturnitas. Qd̄ si huiusmodi screat⁹ qualitas cū multa tussi exeat et angustia et fortiter infirmus tussierit defectio v̄tutis signat̄ ⁊ pigritia sui. Neqꝫ sumus incerti: q: morbū virt⁹ infirmi pati nō possit. Sufficiūt ergo signa pleu resis: opꝫ medicinā subsequi. ¶ Si ergo videam⁹ qꝫ aposte ma diaphragmatis fit sanguineū: si sequant̄ tp̄s: etas: cōsue tudo: ⁊ virtus infirmi: festinemus vt de basilica vena minua mus de latere vbi infirmus patit̄ anteqꝫ augmentet̄: maxi- me si dolor ascendat vsqꝫ ad furculas: qd̄ in periconoxeon

precipit hippo. cum loca superiora lateri doloroso sint colligata: basilica vena incidenda erit: si inferiora loca doloroso lateri in dolore sint colligata pharmacia est dāda: si īfirmus sit virtuosus nō est cura alia adhibēda q̄ q̄ in phlebotomia p̄cepim⁹ obseruāda. sʒ phlebotomādus est maxīe si sit sanguinea morbi species: vñ si v̄t⁹ defecerit non opʒ phlebotomari: sʒ quātomagis possum⁹ v̄tutē custodiri: phlebotomia eñ est molestissima cū defectiōe v̄tutis: opʒ ergo epithimata q̄ri ꝛ cataplasmata acumē sanguinis mitigantia ꝛ dissoluentia: sicut sunt malue: viole radic. ordeū munduʒ in aqua coctū ꝛ colatū cū oleo viol. mixtū. deinde pāni linei subtiles infundant̄ ꝛ loco doleīti superponātur frigidi: si tp̄s calidum sit: tepidi si tempus frigidū sit. Si febris non adeo sit fortis parū est admiscendū camomilleon. cū ptisana nutriēdus est et cum ʒucca. si febris sit fortis ꝛ dura egestio cū sirupo viol. si febris mollis sit ꝛ tussis fortis sit: dande sunt iuiube. liquiri. se. cito. cocti. In fine diei demus micas panis lotas ī aqua cum amigda. ꝛ ʒuc. Si infirmus in consuetudine habuerit multū comedere dum sanus fuerit: neq̄ hec dieta ei suffecerit: dentur sibi cucurbite malue. crisolocanna cū amigdaleo et si dies sit p̄nūciatiua oīa cibaria sunt retrahēda p̄ter ptisanā: ꝛ mica panis danda tm̄. Si tussis sit fortis detur sirup⁹ iuiubinus: ꝛ pill. quas in tussi ca. dixim⁹ sunt dāde. Si fit stipticus: eius natura est humectanda cū māna casiafi. ꝛ simili b⁹. Si materia sit acutissima ꝛ cholerica: cataplasmata frigida mollia parum dissolutiua sunt facienda: sicut de radice mal. viol. saudali al. ordei farina: corticibus cucur. oībus pistatis ꝛ cum succo semperuiue distēperatis. vel cū succo portula. ꝛ oleo viol. Si sit stipticus mollificāda natura est cum succo cucur. manna: melle viol. casifist. Multum cauenda est mollicies nature in hoc morbo: nisi cum multum sit necesse: hunc enim morbum solet sequi semper solutio ventris que vix potest constringi. ¶ Si tussis sit cum constipatione ventris: viola danda est ꝛ manna cum aqua vbi iuiube sint cocte: ꝛ sirupus viol. queʒ dicturi sum⁹. Si egestio temperata fuerit mane demus psiliū cum succo maligrana. dul. et sirupo viol. et parum olei viol. post duas horas ptisanā cū amigdaleo ꝛ ʒucca. In fine demus vuas ꝛ maligrana. sugenda. vnguatur locus cum oleo viol. ro. cera al. dragagan. similiter facienda sunt cataplasmata de psilio ꝛ portu. ꝛ oleo viol.

¶ Sirupus viol. valet pleureticis: et calori pectoris: tussibus siccis: ꝛ in initijs pthysicis. ℞. viol. draga. seminis citonij: ordei mundi se. mal. cucur. cucum. aā. ʒ. vj. iuiube. ʒ. xx. omnia in. iiij. lib. aque cucurbitine vsq̄ dum redigantur ad medium: cola pone ʒuccari lib. j. et fac sirupum. ¶ Si materia morbi sit ex sanguine humido ꝛ phlegmatico vel grosso ꝛ melācholico: opʒ superponi loco hec cataplasmata. ℞. se. lini. ʒ. iij. malue radi. ʒ. iij. fenugre. ordei mundi ana. ʒ. ij. fortiter coquantur atq̄ colentur: ꝛ post camomilleō appanat̄ et spongia ibi infusa doleti loco superponatur: ꝛ milium et sal assum superponat̄ in sacculo vl̄ camomilleon anetū: mellilotum se. lini fenugre. malua ordeum: oīa pista. cataplasma facito cum camomilleo sansuleo. ¶ Si tussis sit fortis detur ysopus cū melle ro. vel prassicus sirupus: deinde electuaria ꝛ medicina in frigida tussi data. ¶ Si morb⁹ in declinatiōe sit sapam dem⁹ ꝛ mellicratū: vnguat̄ cū camomilleo anetleo daphnileo. Nutriendus est cū ciceris iure ꝛ amigdaleo.

¶ De tremore cordis. Cap. xiij.

Tremor cordis ex humiditate est coadunata in circundantibus cor pelliculis. hic morbus sit sanis ꝛ infirmis subito cum hec humiditas influit cordi. ¶ Si humiditas sanguinea vel cholerica sit: sit cum tremore cordis: et calor et sitis et altus anhelitus inest. Si ex grosso sanguine ꝛ melancholico: sit timor et tristitia et pigritia sine siti. Aliqñ sit cardiacus morb⁹ cum necessaria cordi minuantur: sicut sanguis subtilis ꝛ clarus ab epate egrediens: quod intelligimus in epate: vel in locis vicinis infirmantibus sicut in stomacho. Aliquando humores coadunātur in stomacho acuti: pungētes fortiter vnde morbus cardiacus nascitur. ¶ Cordi ergo medicemur cum hoc membrum sit dignius: consideretur ex quib⁹ sit humoribus: si sit ex sanguine vel cho. basilica vena est incidenda: si tempus etas: consuetudo conueniāt. ꝛc. Si non scarificemus vicina loca: demus catarticum ex casiafistu. iuiub. prunis oxifenicia viol. et similibus: detur boraginis succus scariol. maligrana. In aquam bibendam sirupuʒ iulep ponamus sapā maligrana. oriʒaccaram. Nutriamus cum cibis bonarum qualitatū: sicut hedulorū pullorū cū maligra. ʒucca. aceto. aqua ro. cuʒ camphora ꝛ simib⁹. ¶ Si cardiaca sit ex malis humoribus melācholicis: electuaria purgantia demus: quib⁹ sanguis purificetur sicut hiera. M. fortissima stomaticon mai⁹ catarticū epidimiacū. Sepe deinde epithimata et antidota odorifera. scʒ selithe muscate. diamargariton: socrugene ꝛ silia. vinū odoriferū: mellicraton aromaticum: sepe temperato balneo vtantur. postea tyriaca maior detur vel muscata: vnguatur pectus cum calidis et odoriferis oleis vl̄ vnguentis: volatilia calida ꝛ ad digerendū facilia dentur cū aromatibus cocta. ¶ Si cardiaca ex diminutione sit nutrimenti ab epate cordi veniēts: ꝛ epar inueniatur infirmum: epati prius est medicandū: vt in priorem redigat sanitatē et virtutem. Sʒ si ex stomacho sit: purgādus est stomachus ex acutis humorib⁹ cum vomitu et catartico. scʒ de aloe. vel absinthio miroba. citrini: vel succi vuarum agrestiū cū mirob. vel succi maligra. cum miroba. A foris vnguamus cum sandalis: farina ordei: cinere ferrarij: corticibus cucurbi. aqua ro. ꝛ simib⁹. ¶ Puluis io. da. valet cardiacis ℞. floris ozni. i. lingue oselli. ʒ. xv. aluminis sciss. ʒ. v. cacab. s. al. carabe. coralli gemme petre armenie aā. ʒ. v. coriādri assi. ʒ. v. spodij ro. gallie aā. ʒ. iij. ligni aloes. ʒ. vij. fac puluerē: dās exagiū vnū cum odorifero vino: vel oriʒaccara. ¶ Aliud. ℞. boragi. seminis portu. aā. ʒ. vij. coralli cacabre. vel carabe. aā. ʒ. ij. gemme aluminis ciperi aā. exagi. j. se. basil. sandali al. et ru. gallie musca. terre armenice: serici puri et crudi. ana. ʒ. ij. ꝛ s. tantundem ʒuccari: quante sunt et alie species: fac puluerem ꝛ da. ʒ. ij. cum succo maligrana. vel odorifero vino: vel oriʒaccara. ¶ Aliud. ℞. rose spodij ana. ʒ. v. semi. portula. ʒ. x. ameos: succi bedegar: ʒodoarie: deronice: serici: masti. gēme cacabre: vel carabe: coralli aā. ʒ. iiij. musci. quadrantem. j. ʒuc ca. quantū oēs alie species: fac puluerem et da exagi. j. cuʒ aqua frigida: valet in initio melancholie et cor confortat. ¶ Aliud. ℞. berberis ro. spodij: semi. portu. boragi. aā. ʒ. iij. terre armenice: se. basilicō aā. ʒ. ij. ligni aloes: gar. aā. ʒ. j. olei ro. qd̄ suffi. ʒuc. quātū oēs alie species: fac pul. da. ʒ. iij. cuʒ suc. maligra. acidi. ¶ Sirupus valēs cardiacis cū caliditate ꝛ siccitate. ℞. succi prunorū maligrana. acidi: mali citonij acidi ana. lib. j. oxifeni. lib. s. fac sirup. ¶ Aliud valēs cardiacis timid. spleneticis propter stomachum et cor. ℞. spice: cinamomi althei: ʒedoar. et deronice aā. ʒ. ij. corti. pomi citri. ʒ. s. aneti semi. exagium vnū: fac pul. da. ʒ. j. cum vino. vbi dorągines fuerint posite: per mensem vnum bibat.

¶ De sincopi. Cap. xiiij.

Sincopis est absolute defectio cordis ꝛ coadunatio totius sue virtutis in se: atq̄ ablatio fumi sui expellendi. Impossibile enim est esse sincopim sine passione cordis. ¶ Fit ergo diuersis modis: scʒ ex plenitudine nimia: vel multa inanitione: vel subita caloris mutatione in frigidum: vel frigidi in nimia caloris mutatione. Plenitudo enim fit vel ex humoribus totius corporis: vel solius stomachi: vel intestinorū: vel matricis. Si sit ex toto corpore: monstratur ex fatigatione: grauitate per oīa membra corpis. Si de stomacho cum diuturna imaginatione est ante oculos: ructatio. vomitus dolor in prora capitis. Si de intestinis sit: grauitas ꝛ inflatio melancholicis: dolor et punctura cholericis: grauitas sine inflatione phlegmaticis. Inanitio est ex nimia ventris solutione: vel fluxu sanguinis e naribus: vel vomitu: vel sudore. Mulieribus aūt a menstruis: vel emorroydis. Quecūq̄ harum nimia est ꝛ fortis: corpus dissoluit: mēbra aggrauat: calor naturalis extinguit: splendor deficit: vñ necesse est vt cor patiatur. Mutatio subita caloris in frigiditateʒ poros oppilat. fumū in interiori corpore claudit: ꝛ calorem naturalē suffocat: vnde cor patitur et sincopis concreatur. Mutatio subita frigoris in calidum corpus rarificat: calorē naturalē dissoluit: vnde calor cordis minuitur et deficit. ¶ Aliqñ sinco

pis ex anime accidētibus est: sicut subito timore vel gaudio plurimū hoc patiūtur decrepiti vel defecti: multi em̄ horum cum subito timeant vel gaudeant in sincopim tendunt. Cor em̄ eorum cum timeat nimiū constringitur: et calor suus naturalis coadunatur ꝛ nō dilatatur: vnde patiuntur et deficiunt. In letitia dilatatur cor subito et aperitur: et calor naturalis suus in exteriora erit corporis: et ita deficit dum refrigeratur. ¶ Aliquādo dolor nimius sincopim sequitur: maxime si in membris sit sensibilibus: sicut in yleos videm⁹. Hec sunt sincopis cause ꝛ significatiōes sue: cui⁹ vnaqueq; spēs suas medicinas habere videtur: vniuersaliter sua medicina taliter erit facienda: sed vnde fiat morb⁹ in primis videatur quo viso intēdimus qd facere debeam⁹. ¶ Si sit ex plenitudine: mitigādo sincopim aquā mittim⁹ frigidā in facie infirmi. stomachus pfricet̄: nares teneam⁹: crura ligem⁹, pennā vel digitū in os mittam⁹: vt vomitus puocet̄. Cū defectio finierit hoc mō medēdū erit. Si plenitudo in corpe sit: cataticū dādū erit: ꝛ pill. ꝛ oē qd abundātiā illā sentiat̄ deponere. dabit̄ oximel ꝛ mellicratū. oximel laxatiuū tyriaca. telithe sorugene cū succo aneti ꝛ apij. Cibi dandi leuiores sicut iura ciceris cū aneto. vinū subtile ꝛ darū ꝛ purū. Si plenitudo sit in stomacho: dādus est vomit⁹ diatrionpiperon: et diacīminū. Si ex calidis sit hūorib⁹ refrigerem⁹ cū sirupo ꝛ succis refrigerantib⁹: si plenitudo sit in intestinis maxie in inferioribus clystere faciamus sepe. ¶ Si sincopis ex inanitione sit: aqua refrigeret̄ in facie: nares teneantur: stomachū perfricemus: manus et pedes ligemus. Si ex superioribus sit mēbris: sicut ex sanguine e narib⁹ et vomitu: inferiora membra plus erunt ligāda: sicut crura. si in inferiorib⁹ sicut menstrua et emoroydes: superiora mēbra ligētur: sicut manus deinde vinū subtile detur et darum cū aqua frigida mixtū. vnde. G. omnē inquit defectionē ex inanitiōe mitigat vinū aque frigide mixtū: maxime si ex acutis sit humoribus a stomacho et a sui pertinentia descendentibus. Si infirmus doleat caput: vel nimiā febrē habeat: vel calidū sit apostema in viscerib⁹: vel mens sua alienet̄: vinū nullaten⁹ hic detur multū em̄ nocet. Itē sincopim ex inanitione iuuat odorifera in naribus habere: sicut rox. mirta: mala citonia: vinum mixtū cū sanda. et aqua ro. Sincopi transeunte et infirmo in vigorem pristinum redeunte: cām sincopis laborem⁹ curare Medicabimur ergo medicaminib⁹ q̄ suo loco qbusdā iā dedim⁹: ꝛ qbusdā iā dabim⁹ suo loco. Precipiēdū est ex inanitione sanguinis nō balneari. similiter et in sudore. Intentio nr̄a est poros cōstipari et oppilari et non rarificari. ꝛ mollificari. Moliendum est in loco vbi iacent stipticum ꝛ frigidum aerem creare vel attrahere: vt in domo aspergantur salices mirte vitium extremitates: rose: ꝛ similia. vnguamus cū oleo mirtino ro. precipiatur quiescere in pace. Nihil horū iuuat hos oēs quibus in stomacho acuti currūt humores: augmētatur eorum dissolutio: quāto magis eorū claudimus poros In huiusmodi dispōne sincopi subueniēdū est ex inanitiōe. ¶ Sincopis si ex calore sit nimio: vel ex mora in balneo: vel ex aere interduso: aq̄ frigida ponēda est in facie. Sunt etiā iuiube dande in aqua frigida: vinū leue ꝛ subtile cū aqua eadem: facies euoluenda in parte illa vnde ventus fiat: ante faciem eius cum flabello faciamus ventū. frigida et odorifera odorētur: demus mala grana: ꝛ medullas cucumeris. Diasco. odores inquit cucumerū sincopi vtilissimi sunt. ¶ Si ex nimio sit frigore: opȝ calefacere quātum plus possumus: cū vino muscatam demus: tyriacā maiorem: demus ꝛ mellicratū aro. balnea odorifera ꝛ calida et aromatica adhibeamus ¶ Si sincopis ex accidētibus aīe sit: odorifera sibi faciamus odorare: causam morbi ingeniemur auferre et mentē et intentionē suam in balneis occupare atq; in vinis odoriferis: et musicis instrumentis et similibus.

¶ De apostematibus mamillarū. Cap. xv.

In mamillis aliquādo nascuntur apostemata siue tumor: que diuersis fiunt modis: vel ex corrupto ꝛ putrefacto sanguine: vel ex quolibet alio humore: vel ex lactis coagulatione et eius putredine. ¶ Ex colore sanie i vñ fit apostema pōt intelligi: si em̄ albū ē ꝛ liuidū: ex coagulatiōe lactis fit: cui opȝ subuenire cū medicina ne sanies se ibi colligat. ¶ Si ex sanguine sit: vel cholo cus rubet ꝛ calet: tūc fortiter gallia muscata al. tūc frōs galle vel quercus pistata cū oleo ro. desup est ponēda: vel fabe cū albugine oui diu pistate: vel cū succo solatri: vl̄ memithe: vel bolū ꝛ succū coriādri ꝛ oleū ro. ¶ Si ex frigiditate sit: mica panis supponat̄ cū apij frōde: vel stercore bouis: vl̄ fenugr. ꝛ mellilotū cū fisamilcō: vel crocus cū lacte mulieris. Si durū sit apostema: feces aceti suppone vel feces ferramētorū molēdini. ¶ Si ex coagulatiōe lactis: lentes ꝛ seminis lini farinā ꝛ oleū ro. ꝛ croci superponas atq; oua cū corticibus suis in oleo ro. insimul pistata: et ciminū cum melle pistatū ꝛ tēperatū: caulium radices: menta: fabarū farina. hec apostemata dissoluūt et lac constringunt: similiter facit sal et faba Item oportet in desiccando lacte siue extrahendo allaborare. Spōgia africana vel marina infusa in aqua ꝛ aceto cōtra omnia valet vitia. ¶ Aliud dolorē vel tumorē mamillarum sanat: enule folia suppligata prius parū cōtusa. ¶ Aliud: farina fabarū cribrata ꝛ oui vitello cōmixta oēs dolores ꝛ tumores oīm locorū superimposita mitigat. ¶ Aliud: album marrubiū cū axungia veteri tritū dolorē sedat supimpositū ¶ Aliud: stercus colūbinū cum melle ꝛ cera resolutū ꝛ tritum dolorē mamillarū ꝛ inflationē dissoluit: ꝛ ꝙ ille non crescant idē facit. ¶ Aliud maratrū tritū cū axungia veteri ꝛ cū linteo superpositū lactis coagulationē dissoluit.

¶ De fetore assellarum. Cap. xvi.

Multi patiuntur in calore vel coitu assellarū fetorem: vnde humores in corpe significant̄ putridi esse. Cōuenit ergo pri⁹ purgare corpus: deinde litargirū accipiam⁹ temperatū cum succo solatri: vel cū sola aqua: vel aqua ro. ꝛ inde vngam⁹. Silr facit ro. cū aqua. Iterū alumē siue myrrha: siue preos: qdēūq; horū cū aqua tēperet̄: ꝛ loc⁹ ille vnctus adiuuatur. ¶ Aliud. ℞. litargi. ℥. ij. aluminis. ℥. j. ro. mirte añ. exagi. j. myrrhe exagi. ß. fac pul. laua assellam cū vino ꝛ pul. hunc iniicito. idem facit mirta sicca ꝛ puluerizata.

¶ Finitur liber tertius.

¶ Liber quartus de passionib⁹ ꝛ curis mēbrorū nutritiuorum: ꝛ comprehendit. xx. capitula.

¶ De difficultate trāsglutiēdi in gutture. Cap. j.

Quoniā in tertio libro superiori mor bos ꝛ medicinas dixim⁹ membrorū seruiētium spiritui: cōsequens ordo expetit tractare de mēbris attinētibus cibarijs: ꝛ eorum medicinis. ¶ Incipiam⁹ ergo a meri: quod ab ore cibū ad stomachum ducit est autem totus liber iste. xx. capitulorum Istud meri magnū iuuamentū est corporis cum porter cibū ad stomachū et potum. hec autē patitur trib⁹ modis: vel ex mutatione cōplexionis: vel ex apostemate: vel vulnere: vnde ei⁹ actio mutat̄ ꝛ trāsglutiēdi vsus aufertur. ¶ Si ex mutatiōe cōtingat cōplexionis: paulatī ꝛ cū mora aliqua transglutit. ꝛ hoc cū labore: cum nec grauetur: nec clausum sit. Si ex calida complexione sit: sitim et asperitatem patitur cum fumositate. Si ex frigiditate: neq; sitit: neq; est aspa. Si apostema sit cā: apostematis loco dolor sentit̄ ꝛ angustia cū cibū transglutit. In apostemate cū dolore fit transglutio cibi: sed cū trāsierit dolor ꝛ angustia quiescit Si apostema sit calidū: cū dolore sitim ꝛ calorē sentit nimiū. Si frigidū: grauitatē ꝛ sine pulsatione ꝛ siti sentit dolorem. ¶ Si in gula sint vulnera: puncturā cum dolore sentit: ꝛ maxime si salsa ꝛ acida comederit: quapropter intellecta causa opȝ vt subsequat̄ cito medicina. ¶ Si ex mutatiōe cōplexionis sit cū solo dolore vel calore ꝛ siccitate: opȝ medicū intelligere: post solutio est pcurāda: ꝛ cū frigida causa: sicut cū sirupo viol. prunorū sirupo cucur. succo cum zuc. ꝛ amigd. Nutriatur cū portu. cucur. crisolocāna bliti lactuc. ꝛ silib⁹. Dande sunt pilule ad hec valētes dolorē siccitatē in meri ꝛ pectore mitigātes. ℞. gūmi arab. dragā. se. portu. ꝛ malue. se. citoniorū añ. ℥. ꝛ. liquiri. suc. exag. j. se. lactuce: gūmi cerasorū. ū. añ. ℥. ß. fac pul. ꝛ cum sirupo viol. tempera in modum fabe faciens pill. ꝛ sub lingua ponat: que cum dissoluuntur trāsglutiat. Trociscos camphoratos ꝛ trociscos valentes contra ca

lore3 stomachi in libro stomachi inuenies. ¶ Si impedimē tum transglutiendi fit ex frigore et frigiditate complexionis dentur succi scariole et apij bene cocti cū melle ro. detur etiā dianisum et pill. quas in frigida tussi diximus. Nutriatur cū calidis et mollescentibus siue carne siue alia re: dentur iura cicerum bene condita. ¶ Si apostema transglutiendi moras fecerit: an calidum sit videamus: et si sit calidū tunc cassiā fi. et mannam cum oleo viol. demus et succum solatri bene coctum et colatū. demus etiam pill. quas sub lingua diximus tenendas. Nutriamus eum cum iusculis et refrigerantibus sicut cum ptisano cucur. portula. crisolocāna cum amigda. ¶ Si ex frigido sit apostemate: demus ysopum coctū cum melle: prassicū sirupum: et pill. quas fecimus in frigida tussi Si crepuerint interius apostemata et infirm⁹ febriat: detur ptisana cum amigda. et zucca. Si cibū medicinalē querimus colamentum ptisane cum zuccaro demus et amigdaleo. si virtus deficiat: detur lac caprinum in quo petra iniiciatur calidissima. ¶ Si apostema sit exterius et calidū esse videat: cataplasma de psilio faciamus: et lini semine cū lacte caprino tēperato: et si nō sit ex calore: fenugrecū et se. bōbicinū dem⁹ ¶ Si sit ex vulneribus: demus quibus vulnera solidentur sicut succū arnoglo. cum dolo: et terebēthinā cū melle: et maxime si vulnera sint vetera. Nutriamus cū scariola et mica panis. si sit sine febribus mellicratū demus. si sit cum febribus ptisanā demus: et vulnera meri medicentur vt canaliū pulmonis atq; gutturis. Quecūq; in his membris nascitur infirmitas: non subito: sed paulatim dāda est medicina: non enī his damus vt maneat: sed vt trāseundo subueniat.

¶ De defectione appetitus. Cap. ij.

Desiderium cibi et potus esse intelligimus sensum stomachi exinaniti in venis recepta sugentibus. ¶ Corruptio desiderij fit tribus modis. Ex humoribus crudis: vel cholericis oris stomachi dominantibus: vel ex ablatione virtutis desiderabilis et sensibilis mortificatione sui: vel ex corruptiōe mentis appetitum nullius cibi necessariū intelligētis. ¶ Si ex crudis sit humoribus: acida ructuatio sequit: et stomachus sine siti inflatur et parū digerit. Si ex cholericis sit humorib⁹: fumositatē sentit ructuationis cum ardore stomachi et siti: et cum velocitate grossum cibū digerendi et difficultate subtilem cibū emittēdi al. immutādi. Si ex defectiōe desiderabilis virtutis sit et mortificatione sui: infirmus cibum prius appetitum et amatū abhorret saporandum: neq; vult accipere eum: et qđ peius est: nullū ciborū habet desideriū. ¶ Ablatio enī desiderij ciborū in omnibus morbis diuturnis pessima est: maxime in dissinterijs. ¶ Qđ si sit ex corruptione mentis: palā sit visui: cuius medicina mētis tantūmodo erit cura. ¶ Si ex humoribus sit crudis: op3 cum vomitu et solutione purgare. si nō humores mali in bonas qualitates mutandi sunt: dandus est cibus et potus quibus humores clausi purificentur. ¶ Trifera. M. stomachū confortans: digestionem et appetitum adiuuans ventositatē dissoluens colorem malū ꝓpter frigiditatē stomachi siue emorroydarū existentem emendās. ℞. mirob. ci. kebu. indo. embli. belli. ana. ʒ. x. fac pulue. cum amigdaleo fricandum: deinde mixtis pulueribus zinzib. masticis cinamomi ciperi gario. aā. ʒ. vj. galange apij: mara. anisi: ameos: assari: spice: croci aā. ʒ. vij. costi piperis ni. et lon. tapsie aā. ʒ. iij. nucis musca. macis penid. cardamomi tantūdem: addat mel quod sufficit. in modū auellane detur ieiunis cū aqua cali. ¶ Aliud valens ad idem. ℞. miroba. indo. belli. embli. aā. ℥. ß. hec trita cum amigda. fricabis: deinde puluerizatis anisi: cimini: cinamomi gariofi. galange carui masticis zinzi. aā. ʒ. iij. absinth. mirte: seminis ro. aā. ʒ. iiij. calamenti orig. folij amidi: ana. ʒ. iij. acori: istringni. i. morelle: yringorum radi. aristolo. ro. sticados croci. ana. ʒ. ij. mellis quātum sufficit: in modum auellane: vel castanee cū aqua calida ieiunis detur. ¶ Trifera magna detur his qui defectum patiuntur et incendium siue calorem in stomacho ℞. miroba. ci. ʒ. x. kebul. embli. ana. ʒ. v. hec puluerizata cū aqua rosacea temperētur: deinde puluerizatis ro. spodij aā. ʒ. iiij. sandali albi et rub. seminis mirte se. portul. galle liqui. aā. ʒ. ij. croci masti. cacabre al. carabe camphore aā. ʒ. j. priori confectioni admisce. ʒ. iij. cum sirupo ro. detur. ¶ Si ex defectione sit virtutis: diatrionpipe. valet ad dissoluendum humiditatem stomachi phlegma calefacit et desiccat: et omnes frigidas pas. viscerum curat. ℞. piperis al. nig. et lon. zinzib. cimini marathri apij croci garion. costi masti. aā. ʒ. iij. asari. ʒ. j. xilobalsami carpobal. casie: spice: amomi: ana. ʒ. ß. mellis quantum sufficiat. ¶ Valet etiam oleum lentiscinū ad punctionē et caliditatē stomachi: et incēsionē q̄ fit de cholera ru. ℞. rosarū sandali albi et rub. ana. ʒ. iiij. spodij: gallarum masti. aā. ʒ. j. omnia ista trita coq̄ in lib. j. succi solatri vsq; ad medietatē: quo colato mitte. ℥. iiij. olei ro. Item coquant⁹ quousq; solū oleū remaneat: deinde stomachū vnge. ℞. rode stomatis. i. aque ros. succi solatri vue agrestis: succi mirte ana. ℥. j. olei ro. violati aā. ℥. ij. sandali al. gal. aā. exagi. j. omnia coque donec solum remaneat oleū. ¶ Si ex cholericis sit hū oris⁹ res frigida et stiptica detur et acida postq̄ purgabitur: omne enim refrigerans cōfortat appetitū: calefaciēs econtra: q: frigiditas adunat et partes sanguinis dispersas ꝑ stomachum et venas coagulat et inanit loca antea plena: que dum natura implere querat appetitū generat: replentiū ciborū: calor enī facit econtra: cum enī calefaciat et dispergendo calefacta loca impleat exinanita: necesse est vt fastidium faciat. Item frigdor: pungit stomachū dum exiccat eū: sicut superius dictū est. ¶ Si sit ex defectione virtutis appetitiue: queram⁹ ex qua sit complexione membro appetitiuo et deficiente dominante: q; ex contrarijs medicari contingit: ois enim defectio virtutis naturalis ex mala est complexione membrum cuius virtus est dominante et superante ipsum.

¶ De bolismo. Cap. iij.

Frigiditatem stomachi maiorem habere appetitum q̄ calore3: intelligit quilibet rem discernens. sicut enim iam diximus: cum dispersa per stomachum in vnū ex frigiditate coadunātur: loca autē plena euacuantur: et ita appetitus efficitur: que frigiditas cum augmentata naturalē modū excedat: vltimitatem appetēdi necesse est vt faciat: vnde suo nomine appellata vocatur appetitio canina. Qđ tribus modis fit: vel ex frigida cōplexione oris stomachi dominātē: vel ex acidis humoribus ibidē coadunantib⁹: vel ex vltimitate exinaniendi quā patitur vis corporis ex frigida complexione. de aliquo acido humore nimiā sequi solutionē est videre: vnde corpus debilitatur: et plusq̄ digerat manducat: omnis enī digestio ex calore fit temperato vel nimio: cum ergo aliquis hac laborat infirmitate: quia caret calore: plusq̄ digerat potest mā ducare. Cum enim ex defectione contingit virtutis contentiue: quod manducat in stomacho non digeritur: sed fere sicut intrat crudū et indigestū indem emittit per secessum. ¶ Cum ergo certificatur vnde hec infirmitas oriatur: tunc tandē allaborandū est: vt medicetur. Si sit ex cōplexione frigida: vel ex acido humore stomachi: infirmo precipiendū est bibere vinū purū et forte et multis vicibus et multum: vnde Hip. vinū inq̄t ebibitū et multū famis est expulsiuū. oportet autē vinū eē rubicūdissimū: qđ in hac infirmitate magis est iuuatiuū: caueat ab acerbo. Si voluntas appetat comedere vnctuosa ꝓdesset eis dare. In hoc est elaborandū vt quicq̄d comederit sit vnctuosum. post cibū dandū est quod precipimus vinū: neq; in cibo vel potu acida vel pontica demus: medicamina calida sunt danda: sicut dianisum: diazinziber diagalanga: diatrionpipereon: maior trifera et similia calorem naturalem ad digerendū iuuatiua: et a malis humorib⁹ stomachum mūdificatiua. ¶ Si hec passio est ex defectione contentiue v̄tutis: vnctuosa videnť nocere: oportet ergo medicinā dare odoriferam sicut citoniatū: diamilon: diabasilicon: electuariū malorū gra. et alia pontica et confortatiua.

¶ De irrationabili appetitu. Cap. iiij.

Aliquando quidā homines appetunt manducare irrationabiliter: sicut cretā: lateres: carbones et similia corpus nō adiuuātia. hec sepius fiunt in mulieribus frigide nature: et pregnantibus: maximeq; fit ex malis et putridis humorib⁹ stomachum inuiscantibus: vel ex alijs membris ad ipsum confluentibus: sicut menstrua in mulieribus: que dū concipiūt

i psarū mēstrua ad stomachū veniunt. ¶ Diuersitas huius appetitus ſm qualitates humorū in stomacho se coadunātium consideratur. Qđ cum medicari velimus: anetum cum melle coctum demus: vt sine labore euomāt: pisces recētes sine sale dentur: et plures manducent radices coctas in oxi melle: ꝛ post cibum vinum bonum bibant. Nutriantur cum bono pane ꝛ volatiliū iuscell. ¶ Si cretam appetant: cicer demus et fabas et grana assata. Utiliter his medicabimur si humores nociuos expellere laboremus sine labore et angustia cum suaui vomitu hierapig. ꝛ pilulis aureis: ꝛ stomachum exterius epithimate confortemus cum mastice: spica ro. absinthio: oleo nardino. masticent anisum ꝛ masticem: ꝛ ameos ciminū mentā. Ante cibū et post cibum de hac confectione oportet eum accipere. ℞. cardamomū maius ꝛ min⁹ cubebas equali pōdere: zucca. quantū sunt oēs alie species fac puluerem: ꝛ da quantū pati possit.

¶ De defectu appetendi potum. Cap. v.

Aliquādo rursus bibendi aufertur appetitus: qđ similiter tribus modis efficit: vel ex nimijs et humidis hūorib⁹ stomacho dn̄antib⁹: vel ex defectione virtutis sensibilis: vel ex corruptione mentis. ¶ Cū velim⁹ medicari opꝫ ɔsiderare hūores. Si hūores sint nimij in ore stomachi: cum vomitu vel solutione sunt purgādi: ꝛ cū medicina cibi ꝛ potus dādi sunt q̄ malorū humorū sunt mūdificatiui: ꝛ malarū qualitatū in bonas mutatiui. Si ex frigiditate sint que dominetur ori stomachi: calefaciendus est stomachus cum calidis medicaminib⁹ et antidotis odoriferis et sillibus cibis. Si fit ex mortificatione sensibilis v̄tutis in stomacho: pessimū est ꝛ mortis designatiuum.

¶ De siti. Cap. vj.

Aliquando sitis augmentatur ex complexione calidorum humorū membrorū pectoris dominatiua vel epatis: siue ex apostematib⁹ calidis in eis ¶ Qui autem sitim habent ex membris pectoris: plus adiuuantur in attrahendo frigiditatem aeris q̄ si aquam biberint. ¶ Quod si ex epate sentiunt dolorem in dextro latere: post aquam ebibitam: maxime ambulent. ¶ Plurimum desideriū potus inter mēbra est a stomacho. Sitis stomachi duobus modis augmentatur: vel ſm qualitatē: si patiat̄ ebullitionem ꝛ ardorē sicut videm⁹ in febricitantibus et cibum et potum potestatiue calidū accipiētibus: vel ſm quantitatem vtpote si stomachus multos humores cholericos habuerit vel phlegma salsuꝫ. ¶ Si mutatio stomachi ex solo calore fit: bibendo aquam frigidaꝫ extinguitur sitis. Si ex choleribus interclusis: infirmus in bucca sentit amaritudinem aqua ebibita: et fumum gulā incendentem aqua ebibita cito calefit in stomacho. ¶ Si ex salso phlegmate: sentit salsedinē in sapore. si aqua calida bibatur: sitis extinguitur. ¶ Cum ergo aliquem videam⁹ sitiētem vltra quātitatem naturalē: oportet vt inquiratur. Si ex sola complexione calida sit: dabitur infirmo res refrigeratiua: sicut succus cucurbite cum zucca. ꝛ psiliū ꝛ sirupus viol. nutriamus cum ptisana et portula. cucur. lactu. bliti: detur paruus cibus: labor dimittat̄: quies ꝛ taciturnitas ore clauso obseruentur. frigiditas aeris trahatur. cataplasma deforis ponatur de cucurbita corticibus et portu. ꝛ sillibus. Sub lingua teneant trociscos huiusmodi valentes ad sitim et calori febris: et viatoribus in estate euntibus per loca vbi non inuenitur aqua. ℞. portu. semi. dragagan. an̄. ℥. iij. se. melon. cucur. lactu. an̄. ℥. ij. sandali gummi arab. an̄. ℥. ij. psilij. ℥. ij. cucume. ℥. iij. viol. ℥. ij. fac pulue. et tempera cuꝫ aqua ro. in modum fabe: et sub lingua pone. ¶ Si sitis fuerit ex chole. ru. stomacho inclusa: purgetur cū pharmacia vomitu ptisano ꝛ oriza. detur cū succo maligra. vel sirupo viol. Sirupus ad eādē sitim: et ad extinguendū calorē digestionē humectās ꝛ sitim extinguēs. ℞. viol. ℥. xx. prunorū iuiub. oxise. an̄. ℥. c. spodij. ℥. ij. omnia coquant̄ in. ix. lib. aque quousqꝫ deueniāt ad tertias: colent̄: deinde succi maligrana. dul. accipiatur lib. j. zucca. lib. ij. fac sirupū dans. ℥. j. cum aqua frigida. ¶ Apozima valens ad eadē. ℞. rose sicce. ℥. v. oxise. ℥. ij. casiefistu. ℥. iij. se. citonij: draga. an̄. ℥. ij. maratri. ℥. j. omnia ponant̄ in. ij. lib. aque calidissime vna die ꝛ nocte: postea cola: da ieiuno bibere lib. ß. ¶ Aliud. ℞. lactuce. ℥. ij. lentisci rose sic. an̄. ℥. iiij. ordeni. ℥. ij. omnia ponant̄ in. j. lib. aque ca. die ac nocte: cola et da bibere. ¶ In siti ex salso phlegmate in stomacho existente vomitus vel pharmacia erit purgatio: deinde succus maratri apij coctus et colatus: vel mellicratū cum aqua ca. vel oximel. vel apozima vbi maratrū ꝛ anisum coquantur. Sola aqua calida valet: sit̄r vinū albū ꝛ subtile. nutriatur cibis colatiuis et mundificatiuis.

¶ De eructuatione. Cap. vij.

Ructuatio si fit extra temperamentum nature nocet cibarijs intra stomachū cum phibeat ad digerēdū: cuius causā ventositas inflatiua est: quā per os expellit natura: ventositas hec ē ex stomachi defectiōe. hec stomachi defectio est ex mala cōplexione: vel quorūdam humorū dn̄atione. si humores sint calidi: fumose ructuabitur. si frigidi acide. ¶ Acida ructuatio. iiij. ex causis est. Ex frigiditate stomachi: vel ex adunatione cibi. et multitudine sui: vel ex natura frigidissima. Uniuersaliter causa ructuandi est ex defectione caloris in stomacho: ne cibo dominetur et digestioni. sicut videmus in paruo foco si multa ligna ꝛ viridia apponamus. ¶ Unde cum vltra modum ructuare videmus si sit ex calida complexione inquiramus: quia refrigerādus erit stomachus cum frigidis sirupis: sicut sirupo ro. vio. Si ex cacochimis sit: purgandus est cum apozimate absinthij: et aloe vel oxisem. sero caprino sirupo acetoso cum oxizacca: seu ptisana cuꝫ succo maligrana. ꝛ similib⁹. ¶ Si ex frigida sit cōplexione sine materia: calefaciam⁹ cū calidis reb⁹: sicut cum cortic̄ib⁹ pomi citrini pipere gariofi. mastice carui: cinamomo aliisꝫ. tyriaca magna: dianiso: diacimino: diatrionpipereon: diagal. socrugene: ꝛ similibus. Si ex frigidis sit humoribus: demus hierāpigrā. hieram L̄o. oximel. mellicratū diazinzib. diaga. diaspermaton: gariofi. diacal. diacarui. Si stomachus infirmi ista ventositate impleatur: neqꝫ eructuatio fiat: dētur vn̄ eructuatio fiat: sicut mastix ciminū leuisti. anisum squinan. zinzi. carui: piper longum ꝛ similia.

¶ De singultu. Cap. viij.

Singultus est malus motus virtutis desiderantis expellere rem nociuaꝫ: qui multis modis fit De repletione: de inanitione: de corruptione cibi infra stomachū et sui permutatione in pungitiuas qualitates: de frigiditate oris stomachi de ventositate inflatiua stomachi ex repletione: vel ex multis hūorib⁹ humidis: vel ex multitudine potus ꝛ cibi. ¶ In singultu de repletione grauitas sentitur in stomacho: corporis repletio: digestiue virtutis defectio: plurimum hec patiuntur seniores et quieti et humidis cibis nutriti. Qui singultus ex inanitione efficiuntur: vel ex nimio vomitu: vel ex indigestione: vel ex febre acuta: ꝛ hec plurimum patiuntur iuuenes et laborantes in acuta febre. ꝛ ex frigiditate sit oris stomachi: nihil horuꝫ sentitur que dixi. Ex ventositate inflatur stomachus et venter extenditur. singultus autem difficile ꝛ dure medetur: sicut qui ex inanitione concreatur: sed hic est rarus. ¶ Qui cuꝫ medicabitur: videat si ex plenitudine sit: et vnde plurimum venerit: purgetur repletio cū pharmacia vel vomitu si virtus ꝛ tempus conuenerint. sin autem demus rem dissoluentem atqꝫ calefacientem: sicqꝫ mundificantem os stomachi. castorei da. ℥. ß. cum succo mente vel castor. ꝛ masti. an̄. ℥. ß. cum aqua vbi cocta sint carui et ruta. ruta detur cum vino veteri: vel aqua vbi cocta sit ruta ꝛ pauco melle. Ex composita medicina om̄es dētur tyriace ꝛ odorifera antidota: sicut gariofi. diagal. diazinzib. diaciminum diacastoreum diapiretrum dianisum diatrionpereon: quodcunqꝫ horum inuenias: da cum aqua calida. Calefaciamus a foris stomachum cum aqua calida: vbi cocta sint abrotanum: origanum: sansucum: ꝛ similia. omnia hec in aqua pluuiali cocta calefaciunt Epithima imponamus cum oleo castorino laurino camomil. et similibus. In repletione ex sanguine detur aqua calida cū casiafistula: vel succo solatri: vel maligranati: vel malorum succo galliaqꝫ muscata. ¶ Si vero sit ex inanitione cum acumine et calore: timendum est et suspitiosum. danda est aqua frigida: rodostomachum cum

rodoleon: demus ptisanum cum oleo viol. cataplasma appo
natur frigidum stomacho: ⁊ similiter epithima. ¶ In solu
tione ventris nutriamus cum lentibus et aceto agrestium
uvarum et aliis his similibus. ¶ In singultu ex corruptio
ne cibi in stomacho et mutatione sui in malas qualitates:
utilior est medicina: scilicet vomitus; quo singultus aufer
tur. ¶ In frigiditate oris stomachi vel ventositate dentur
calefacientia: sicut vinũ ubi cocta sit ruta vel nitrũ cum mel
le vel se. apii: ciminum: anisum: calamentum: abrotanũ ma
stix: cinamomũ alith. reubarba. carui zinzib. conditum: vel
aliquod antidotorum in singultu ex repletione dictorum.
Menta in singultu ex frigiditate iuvat. Succus maligrana.
qui muscidus est: ⁊ acrumẽ mali citri. iuvat singultũ ex cho.
ru. epithima supponatur oleũ anisinũ anetinũ lauri. ⁊ mirti
nũ. ¶ In singultu ex cibis calidis ⁊ siccis incendentibus ⁊
nimiã siccitatẽ in stomacho facientibus: aquã frigidã demus
⁊ amigdaleon cum aqua frigida: oleo ro. cuꝫ aceto oxizacca.
cum aqua frigida sirupo viol. prunorũ. Extinguitur omne ge
nus singultuum: si infirmo timenda vel anxia nuncientur: na
tura enim ex cogitatione singultum impedit. sternutationes
fiant cum gariofi. rosa: pipere calamento condisi. sternutatio
enim movet stomachum ⁊ expellit ventositatem. Item iuva
tur singultus: manuum pedumque cubitorum ligationibus.
Iuvat tenere flatum ad singultum et oscitationem. anheli
tus enim si stringitur: et longo tempore pectori includatur
dissolvit: quia ex necessitate calefit: deinde perforans strictas
vias in quibus si inveniat ventositatem expellit ⁊ eijcit.

¶ De fastidio. Cap. ix.

Quicunque continuã vult custodire sanitatẽ: stoma
chũ custodiat: ne cũ sibi necessariũ sit cibum pro
hibeat: neque plus det quam digerere valeat. Quesitũ
enim fuit a Hal. quare parum manducaret. Re
spondit: intendo enim manducare ut vivam: alii
intendunt vivere ut manducent. dicit Porphirius. differẽ
tia inter me ⁊ vos est in vita huius mundi. Ego enim non cõ
edo nisi ut vivam: vos vivere mundo amatis ut comedatis.
Interrogavit iterũ Hal. quidã. que medicina est perfecta.
Respondit: abstinentia. Plato dixit. Abstinẽtia est duobus
modis: vel enim est universalis: vel particularis. Universa
lis ut nõ manducetur: nisi cũ vehemẽs et magnus fuerit appeti
tus. particularis: ut cõsideratis elementis tibi dñantibus uta
ris sibi oppositis cõvenientibus. Antiqui parũ comedere pce
perũt ut calor naturalis dñetur sue digestioni. Si enim come
damus hec que calor naturalis nequeat digerere: fastidiuꝫ
gñatur. Fastidiũ magnum est nocumẽtũ ad sanguinẽ corrũ
pendum ⁊ morbum generãdum. Quod si fit ex malis cibis
grossis generantibus chimos grossos: morbi duri ⁊ diutur
ni generãtur. ¶ Morbi nascẽtes ex fastidio. iiii. modis fiunt
vel ex magnitudine fastidiorũ: vel ex mutatiõe quã in corpe
faciũt: vel ex natura fastidientiũ: vel ex virtutibus singulorum mẽ
brorũ. Ex magnitudine fastidiorũ multa fient accidẽtia mo
lestationũ: si parva sunt ecõtrario. Diversantur in mutatiõe.
Si cibi unde fastidiũ fit in phlegma mutentur: oxiremiã faci
unt sive gignũt: si in cholerã: fumosa eructuatio efficitur. Ex
naturis fastidientiũ: quia qui nõ bene sensibilẽ habent stoma
chum: non puncturã: neque dolorẽ sentiunt: neque multã solu
tionẽ: vel cordis tremorẽ: neque capitis dolorẽ. Si stomachus
sit sensibilissimus: omnia predicta sentit: et patitur ex mem
brorum corporis virtutibus: quia debiliora mẽbra de fasti
dio sentiunt dolorem. verbi gratia. si caput est debile: sentit do
lorẽ: gravitatẽ: vigilias: alienationeꝫ mentis. Idẽ patiuntur
singula membra debilia. si totũ corpus debile sit: magnam
febriũ ⁊ rigoris passionẽ habebit. ¶ Unde oportet fastidio
sos: ⁊ qui sanitatem custodire volunt: ut caveant fastidiũ: et
cum sentiunt: festinẽt ad vomitũ antequam corrũpatur ⁊ mutetur
cibus. Si vomere nequeunt: studeamus facere solutionem
ventris. in cibo mutato ⁊ corrupto optima est aqua calida:
⁊ ut omnes cibos corruptos evomant. Et si nec cum aqua
calida evomuerit: detur potio vomica. Certificati stomachũ
corruptis esse cibariis mundatũ: demus citoniatum. diami
lon. Epithima superponatur stomacho cum oleo nardino:
vel masticeleo. Si vomitus non possit dari: fiat clystere. et si
militer de potu sicut et de cibo iudicamus.

¶ De abominatione. Cap. x.

Cum homo antequam cibum accipiat abominationeꝫ
patiatur: mali chimi in stomacho esse intelligun
tur: qui si sint in spaciositate stomachi facile cum
vomitu possunt expelli. Si conclusi in suis pelli
culis: abominatio fit inde: neque vomitum faciunt:
quia humores illi inclusi sunt ⁊ inviscati ori stomachi. si sint
calidi: generãt sitim ⁊ fumose faciunt ructuari. si sint frigidi
appetitus nimius fit sine siti. ¶ Medicina horum in stomacho
inclusorum triplex est: una coctio humorũ: secũda tẽperamẽtũ
eorũ: tertia purgatio eorũ. Coctio est phlegmaticorum proprie ⁊
crudorũ quã adiuvat taciturnitas: somnus: quies: abstinẽtia. ⁊
dari rẽ subtiliativã cõvenit ⁊ dissolutivã. humores cholerici
vel phlegmatici: vel melãcholici: quos natura nõ potest im
mutare in sanguinẽ: si subtiles sint neque multũ in stomacho
viscosi: solo vomitu possunt emitti. cũ ptisano: mellicrato: ali
quando cũ aqua ca. si sint grossi ⁊ substãtie stomachi nimiũ
inviscati: abominationẽ faciũt nimiã: unde oportet eis rem
incidentẽ ⁊ subtiliantem dari: sicut radic. ⁊ oximel ⁊ similia
postquam a pelliculis stomachi humores extrahentur cũ hierapigra
purgabuntur que tertiã partẽ aromatũ habeat. ⁊ duas aloes
pil. aur. valẽt. ¶ Si stomachus de malis humoribus fit ple
nus purgabitur: deinde suam complexionem renciamus et
confortemus cum mastice: menta corticibus fistici. gallia. ga
riofi. spica: cardamomo: ⁊ similibus aromaticis et conforta
tivis. demus similiter trociscos cõfortantes: sicut trociscos
rosa. camphoratos: de spodio. de sandalis: cum sirup. simili
ter confortativus: sicut sirupo ro. melle ro. sirupo de malis si
ve citoniis. de malisgrana. cum menta facto: ex omnibus que
in vomitu dicentur: abominatio iuvatur.

¶ De vomitu. Cap. xi.

Bonum est corpori si vomitus non necessarius si
bi fit: ⁊ si necesse habeat: ut secundum crisim fiat. ¶ Est
autem vomitus cum os stomachi moveatur in
expellendis cum gravantibus vel pungentibus
cibis; sive humoribus: aliquando fit vomitus ex stomachi
defectionibus: cum retinere cibos vel humores non valeat:
quos natura sursum elevat cum pars stomachi inferior ore
fit fortior: vel inferius natura deprimat cum os stomachi fit
fortius parte inferiori. In vomitu sine multorũ vel malorũ
ciborum acceptionibus: malos humores esse punctivos intel
ligimus in ore stomachi. quorum significationes perpenduntur
in his que evomuntur. si ex cho. sicut cũ calore invenitur in il
lius cibi digestione: si ex phlegmate ⁊ frigiditate inveniatur ci
bus non coctus ⁊ crudus. H. cholera inquit facit abomina
tionẽ et appetitive virtutis defectionẽ: sicut in phlegmate sal
so abominationẽ faciente ⁊ sitis defectionẽ. ¶ Si sangui
nem evomat: rupturã alicuius vene in ysofago vel in stoma
cho significat vel incisionẽ: vel sui putrefactionẽ: quod vel ex
causa primitiva: sit vel accidẽte. Si sanguis sine dolore et vo
mitu exeat: apertã venam in meri vel in stomacho significat.
Et si exit cũ dolore ⁊ colore rubeo vel claro: ostendit in me
ri incisionem vene vel in stomacho. Qui preterito iam dolore
egreditur et difficilis est in exitu: et color suus niger est: vul
nera significat venã corrodentia et putrefaciẽtia: aliquando san
guis evomitur: qui ab aliis membris ad stomachũ confluit:
⁊ est malum signũ: hic autẽ est mixtus cũ quibusdã humo
ribus stomachi. ¶ Si medicari velimus vomitũ: an ex causa
sit os stomachi gravãte ⁊ pungente perquiramus: unde nõ oportet
vomitũ constringi: neque prohiberi ipsum: nisi postquam stoma
chus de malis humoribus mũdificetur: qui cũ vomitu egrediũ
tur: sed si timeamus ut vomitus augmentetur ⁊ deficiat infirmus: oportet
ut digestionẽ inquiramus: quod si fit mollis: demus sapã citoniorũ
sirupũ mirtinũ: sirupũ malorũ gra. sirupũ pomorũ: piroruꝫ
cũ spodio. vel trociscos de balaustia. dentur etiã galla. spodiuꝫ
cũ sirupo stiptico: mespil. demus ius milii: ordei. cũ amigda.
omnia autem assentur: ponantur in aqua quã bibant: spodiũ cor
tices fistici: ponatur super stomachum cataplasma stipticuꝫ
et odoriferũ. si sint stiptici: demus cassiafistu. pruna: sirup. de
prunis. Clystere faciamus lene et suave. ¶ Si de cholera ru
bea fit vomitus et virtus custodiatur: cum opifeni. et absin

thio et viol. ⁊ similibus purgemus. si virtus: etas: cõsuetudo. tẽpus nos adiuuent: phlebotomem⁹ basilicã de dextra manu. ¶ Si de phlegmate hierãpig. demus ⁊ apozima calamenti. tyriace. ʒ.j. cũ succo mente: demus mentã lignũ aloes masticem galliam. ¶ Si vomit⁹ de cholera nigra fuerit: phlebotomemus basilicã. si virt⁹: etas: cõsuetudo: tempus nos adiuuent. si nõ possumus: vẽtosas in ambo latera ponamus: clystere faciamus de camomil. croci se. succo aneti: furfure: melle: obsomogaro: sisameleo: ⁊ similibus: demus oximel. ¶ Si vomitus fit ex sanguine: phlebotomemus basilicam: si nõ aliqd cõtrariũ impediat. si aliquid impedierit: vẽtosas in vtroq; ponamus crure: medicinã illã ponamus. vel faciamus que in sanguinis screatu dixim⁹: qui de pectore egreditur. M. cui inquit in stomacho cibus nõ remanet: sed semp vomit: accipiat sumac. ciminũ. que insimul pistata cum aqua ro. bibat: multũ eñ iuuat. ¶ Si vomitus ex defectione stomachi fit: neq; cibũ cõuenientẽ retinere possit: accipiat omne stipticum ⁊ odoriferũ medicamen seu cibum. Iuuat mẽta pistata cum oleo ros. tẽperata: vnde inungatur ⁊ os ⁊ nares

¶ De inflatione stomachi. Cap. xij.

Inflatio stomachi est aer non coctus frigidus et grossus nascẽs proprie in stomacho de inordinata dieta. Aliquando in capite fit ventositas: quia venti motio naturaliter petit superiora: nascitur et tunc in toto corpore: maxime in hydropicis. ¶ Est autem inflatio vel de humoribus crudis: vel melãcholicis: sed differunt adinuicem: quia de crudis humoribus mollis et humida: de melãcholicis sicca ⁊ dura. ¶ Hec inflatio cum veniat opz vt sibi succurratur cũ medicina vẽtositatis ventris dissolutiua: sicut cũ cimino in oleo cocto inunge os stomachi. similiter maratrũ apium dauc. petrosil. anisum valent. si stomachus fuerit infrigidatus cũ oleo vbi coctũ est ciminũ: qd facimus de se. rute: ⁊ baccis lauri. vngimus vel daphnileo: masticeleo: oleo nardino: oleo nigelle: cicuta pistata cũ melle temperata detur ad bibendum in modũ ciceris cũ succo apij castorei. ʒ. ß. similiter valet: demus etiã carui cũ aqua ca. vel cum vino cocto: demus antidotũ: diacim. diaspermaton dianisum socru zene dialaccã. Item polij montani calamenti añ. ʒ. v. fac coquere in. iij. lib. aque: vel cũ vino: ⁊ ad vnum redige: cola ⁊ da bibere tertiã partem lib. cum oleo nardino succus maratri cum cassiafistu. similiter valet succus mente ⁊ sisimbrium: calamen. camedreos simplex seu compositus coctus et colatus cũ amigdaleo valet inflationi hipocũdrice et ventositati melancholice: ventosam in medio ventris ponamus: circũdemus vmbilicũ sine scarificatione: multis videtur iuuare. Iuuat iterũ somnus et balneũ. ¶ Epithima valens ad inflationẽ stomachi: hypocũdrie et vẽtositati frigide. ℞. anisi: maratri: cimini: añ. ʒ. vj. aristol. lon. squinanti. carpobal. añ. ʒ. iiij. calamen. ameos: spice: polij. ana. ʒ. ij. croci masti. gariofi. añ. ʒ. j. oĩa pistentur: et in. iiij. lib. succi maratri ponantur et ad. j. lib. coquantur: deinde accipe amigda. lib. j. omnia coque quousq; ad oleum redigantur. da bibere. ʒ. iij. in succis herbarum supradictarum.

¶ De obuolutione intestinorum. Cap. xiij.

Torturam sepe patitur intestinũ: vel ex grossis chimis inuiscatis: vel cholericis quandã facientibus egritudinem: sicut patiũtur qui sepe poris vtuntur et similibus. Ex grossis chimis esse intelligimus ex magno dolore in intestinis sentiente: vel ibi permanente cũ grauitate. si ex humorib⁹ cholericis fit: dolor nimius sentit̃ cũ calore ⁊ siti. si ex ventositate grossa: mutat̃ dolor de loco ad locũ. gurgulatio est in inferioribus ventris: aliqñ tortura cũ digestione est: aliqñ non. ¶ Si ex grossis fit chimis: qd ex significationib⁹ intelligit̃ dictis: dãdũ est carpobal. ⁊ mẽte añ. exagi. j. pistentur et demus. ʒ. ij. cum aqua cali. sitr̃ socrugene. ℈. ij cum apozimate dauci ⁊ centauree añ. exag. j. cũ sapa: sitr̃ valent. ¶ Si ex cholera fit rubea: detur psilium lotũ cum se. portu. oleo ro. aq̃ frigida se. citruli ⁊ malue cũ sirupo al. ⁊ oleo rosa. ⁊ aqua frigida. ¶ Si ex ventositate fit grossa: dem⁹ se. nasturtij assatũ si solubilis fit: nõ assatũ. si stiptic⁹: sitr̃ apij se. anisi. cũ aq̃ cal. ¶ Medicina valens inflatiue vẽtositati intestinorũ ⁊ emorroid. ℞. anisi acori carui eq̃le pondus: fac puluerẽ. frica cum oleo amigdaleo: dans exagi. j. ieiuno. ¶ Trocisci valentes cholerice passioni torture ⁊ inflationi vomitui angustie siti. ℞. apij anisi añ. ʒ. iiij. absin. ʒ. vj. mirte. ʒ. iij. fac pul. tẽpera cũ aqua faciens trociscos: da bibere cũ vino. ¶ Apozima valẽs molliciei stomachi: ⁊ vẽtositati: torture dolori. ℞. rodiũ lauri. ʒ. j. piperis lon. ʒ. j. carpob. carui. añ. ʒ. j. reub. ʒ. ß. fac coqui in aq̃: ⁊ da bibere. ¶ Aliud similiter valens molliciei stomachi ventositati: dolori laterum torture: frigiditati renũ. ℞. carpobal. carui añ. exagi. j. zinzi. galãge ciperi añ. ʒ. j. oĩa pistẽtur: ⁊ coquant̃ in. j. lib. aque: coletur. ⁊ cũ trociscis bibere detur de absinthio vel aniso vel lac. ¶ Si tortura fit cũ passione cholerica: medicabit̃ sicut in passione cholerica dicet̃: et si cũ pondere ⁊ solutio: medicabit̃ sicut in dissinteria dicet̃.

¶ De lienteria. Capitulũ. xiiij.

Lienteria est exire comesta vel bibita in eadem qualitate qua sunt accepta. M. hanc passionem diffiniuit breuissime dicẽs. Liẽteria est digestionis ablatio cũ cibus in stomacho nullaten⁹ mutetur in liquorem: nec in colorem: nec in odorẽ. ¶ Hec passio nascit̃ ex defectiõe v̾tutis cõtẽtiue in stomacho vel ex vulnerib⁹ in sup̾ficie stomachi ⁊ intestinorũ. Defectio contẽtiue est ex mala cõplexiõe stomacho dñante: vel ĩtestinis. hec cõplexio sic est pfecta ⁊ firmata: vt exire nequeat: aliqñ inter stomachũ ⁊ intestina hũor pprius vnde nascit̃ est phlegma: patit̃ infirm⁹ semp oxiremiam. i. inseparabile accidens: exit cibus ilico cum ingreditur sine vlla digestione vel expressione v̾tutis: vulnera in sup̾ficie stomachi vel intestinorũ causam hñt humores acutos calidos pũgitiuos insequẽtes cõtentiuã virtutẽ velociter anteq; digerere incipiat: hoc mõ infirmus sentit pũcturam ⁊ ardorẽ: ⁊ nisi se stinem⁹ medicinã in dissinteriã mutatur: hec spẽs lienterie nõ hz oxiremiã in pricipio: que si qñq; appareat cibũ morari in stomacho tãdiu ibi esse significat: donec natura aliquãtulũ mutat: vñ naturã ĩtelligim⁹ in suã actionẽ reuersaz. ¶ Sz cũ videat̃ infirm⁹ nihil tenere intra stomachũ: vñ hoc fiat inquirendũ est: aut eñ est ex defectiõe virtutis cõtẽtiue in stomacho: vel ĩtestinis: vel ex vulnerib⁹. Si ex defectiõe v̾tutis contentiue: videndũ est vñ defectio fit: aut ex mala cõplexione sibi dominante: aut de materia ibi adunata. Si fit ex materia ibi coadunata: mundificandi sunt humores cum medicina que cũ expressione deponat. Si ex mala complexiõe fit sola: interrogem⁹ infirmũ vtrum ardorem sentiat intra stomachũ et sitim ⁊ fumosam eructuationem: ex his eñ intelligimus: q: ex incẽsione caloris fit: si nõ senserint ⁊ multũ cõederint et parum digesserint: perpendim⁹ q ex frigore fit: deinde medicanda sunt cõtraria cõtrarijs. ¶ Si ex calore fit: demus se. citoniorũ: ⁊ pirorũ: sirupum ro. mirtinũ: vel de mal. vel nespil. Quecũq; horũ volueris danda est. ʒ. j. cum spodio vel trociscis de sandal. vel de ro. diamileon diacitonitẽ. Cataplasmata ponamus frigida et odorifera: sicut sandal. ro. camphora et silia. Nutriamus cũ pull. perdic. fasianis: ouorum vitell. que omnia cõficiantur cum aceto vuarũ agrestiũ vel acidarum: cũ maligrana. acidi succo. vel aceto vel succo pomi citri. si hec omnia habueris coquantur vt sumac et fit iuuantior medicina. sedeat infirmus in aqua vbi cocta sint hypoquisti. celsi cortices: castanee flores maligrana. cortices et similia. ¶ Si ex frigiditate fit: detur infirmo succus maligrana. cum menta diacosim diamasti. cataplasma stomacho superponamus cum laudano: oleo nardino: oleo masticino cibaria demus stiptica et aromatica stomachi confortatiua. ¶ Si solutionẽ contentiue virtutis ex defectione ex vulneribus habuerit: opz dari infirmo mundificatiua putredinis comestiua male carnis de vulneribus: sicut tyriacam: mellicratum ⁊ similia. Cum vero certificetur: q: vulnera sunt mũdificata: et materia eorũ purgata: dentur deinde stiptica et subtiliatiua: sicut ro. amidũ: vel bolus armenicus dragagã. mastix: sanguis draconis: succus arnoglo. crocus spodium ⁊ similia. In sero demus psilium cum oleo ro. et aqua frigida Nutriamus eos cum perdicibus: sturnis: turturib⁹. Caueamus de cibis duris ad digerẽdũ. ¶ Cõpletis que voluim⁹ de curanda lienteria sm curam medicinalem: ⁊ artificialem

cognitionem: oportet hic medicinam dici compositam iuuā
tem omnimode genus solutionis: ⁊ intestinorū lenitatis: et
defectionis stomachi que recipit retinere nō valētis. Dice-
mus aūt aliā medicinā cōpositā valentē ad vomitū ⁊ abomi
natione: huic enim loco pertinet. ¶ Trocisci valentes ad om
nem solutionē vētris lienterie ⁊ lenitati intestinorū. ℞. rosa.
spodij. ana. ʒ. iiij. berberis se. herbe acide. aā. ʒ. vj. hypoquist.
gūmi thuris se. mirte coriādri infusi in aceto die ⁊ nocte: om
nia assa: ⁊ fac puluerē: tēpera cū succo citoniorū: fac inde tro
ciscos: da bibere cum sirupo citoniorum. Alij quos similiter
Paulus dixit valere. ℞. corti. maligra. gallie. ana. ʒ. viij. se.
mirte. ʒ. iij. sumac. ʒ. xxiij. fac inde puluerē: tempera cum vi-
no acido: fac trociscos pensantes. ʒ. ij. ⁊ da cuz aqua frigida.
¶ Alij valentes ad cholericā passionē ⁊ stomachi defectio-
nem: ⁊ ad vomitū continuū. ℞. ro. se. herbe acide. ana. ʒ. iij.
spodij balaustie. aā. ʒ. ij. se. portu. boli. amidi gūmi arabi. mir
te se. ana. ʒ. ij. spodij exagiū. j. omnia coquantur cū sumac cro
ci. ana. ʒ. ij. fac puluerem: tempera cū succo citoniorū: fac tro-
ciscos pensantes. ʒ. ß. ¶ Alij. ℞. gummi boli. coriandri assati
ana. ʒ. j. tempera cum succo mirte: fac trociscos. ʒ. j. da. j. cum
sirupo stiptico. ¶ Puluis Joh. damas. valet fluxui sangui-
nis ⁊ defectioni stomachi de frigiditate. ℞. masticis cube.
gariofi. ana. ʒ. v. ligni aloes puri. ʒ. xx. gallie. ʒ. iiij. zucca. ʒ. xl.
fiat puluis detur ad bibendum. ʒ. iij. cum odoriferis sirupis.
¶ Alius valēs ad solutionem nimiam ⁊ vomitū stomachuz
confortat. ℞. ossium staphide. ʒ. j. vue pas. assate sumac. ana.
ʒ. x. celsi castanee hypoquisti. aā. ʒ. vij. coriandri sicci cimini al
bi infusi in aceto ⁊ desiccati atq; cocti psilij cocti. ana. ʒ. iiij.
se. acide spodij se. mirte cocte gallie. ana. ʒ. iiij. maligra. acidi
cocti. ʒ. xv. fac puluerem ⁊ da bibere. ʒ. iij. cum aqua frigida:
vel cum quibusdā sirupis stipticis: vel succis. ¶ Alius siru-
pus valens ad defectionem stomachi: ⁊ debilitatem appeti
tiue virtutis: ad vomitū: ⁊ ad defectionē virtutis digestiue
que est cum fortitudine sensus stomachi: his etiā valet qui
patiuntur aliquid post pharmaciam: vel ebrietatem: vel in-
gluuiē. ℞. rose spodij masti. gallie. ana. ʒ. iij. se. portu. berbe-
ris sumac. ana. ʒ. ij. gariofi. masti. cubebe cardamomi. aā. ʒ. j.
⁊ ß. ligni aloes puri carabe se. acide coralli incensi boli. aā. ʒ.
j. spice cinamomi altihei asari. aā. ʒ. j. ⁊ ß. fac pulue. frica cum
oleo rosa. deinde pone zucca. ʒ. xx. da bibere. ʒ. iij. cuz aqua fri
gida: vel cū sirupis iā dictis: si quis velit temperare tempe
ret cū sirupo ro. ¶ Sirupus valēs ad stomachi defectionē
lienteriā: vomitū: ardorē. ℞. sumac corti. mali. se. mirte. ana.
ʒ. xx. omnia coquantur in. iij. lib. aque donec redigantur in. j.
colentur: deinde succus pirorū accipiatur: vel mespilorū cito
niorū: misceant cū ipsis equali pōdere: ⁊ zucca. lib. j. ⁊ ß. fac
sirupum da bibere. ℥. j. cum aqua frigida. ¶ Alius valēs ad
singultū ex frigidis humorib⁹ siue calidis ad vomitū de cho
lera rub. vel de phlegmate: vel de cholericis humoribus ⁊ vi
scosis in ore stomachi melācholicis vel phlegmaticis. ℞. suc
ci maligra. cū pulpa sua interiori lib. v. succi calamēti. lib. iiij.
vini odoriferi lib. iiij. oīa coquantur vsq; ad medietatē: dein
de colentur: mitte zucca. vel sape lib. ij. postea coque donec
fiat sirupus: deinde pone in vase vitreo ad solē per dies. viij.
ore vasis bene oppilato ne aer intus eat: postea da. ℥. j. vel ß.
¶ Epithima valens stomacho molli ⁊ defecto: ⁊ ad vomitū
de calore incensionis cum ardore stomachi exterius vnge in
de: vel da bibere. ʒ. iij. cum succo maligra. vel sirupo stiptico.
℞. sandal. alb. ⁊ ru. aā. ʒ. iiij. balaustie. ʒ. iij. terre sigillate spo
dij masti. ana. ʒ. j. gariofilo. cardamomi. ana. ʒ. j. omnia pisten
tur: ⁊ in oleo rosa. ponantur: succi solatri succi frondiū vitis.
ana lib. j. cum suaui igne coquantur: vt solū oleuz remaneat
pone in vase. ¶ Diascorides dixit: ⁊ de flore vitis accipias
⁊ muscidū duobus diebus facias ⁊ in oleum onfacinum po
nas ⁊ aliquantulum olei rosa. valet: ⁊ valet quantum oleuz
rosaceum.

¶ De dissinteria. Cap. xv.

Dissinteria est egestio sanguinis cuz excoriatione
vel vulneratione sui. ¶ Causa eius vel inte-
rior est: vl' exterior. Interior sicut digestio al' ege
stio cholerica acuta pungitiua quam patitur infir
mus cum per intestina cholera acuta transeat perforans et
excorians: vel ex suo acumine vulnerās: vel ex salsi phlegma
tis acumine et sua salsugine idem in intestino faciente: sicut
videmus in vitri actione vel in vitreo phlegmate vel aquosa
humiditate. Exterior: sicut de pharmacia que ex virtute sua
⁊ acumine facit simile. Cuz enim intestinū inueniat defectū
⁊ discoopertū excoriat velociter ipsum. ¶ Uniuersalis signi
ficatio dissinterie est tortura ⁊ angustia: ⁊ egestio sanguino
lenta mixta cum cholera rub. vel cum re alia coagulata alba
⁊ viscosa in interiori quasi vestimentum intestini. ¶ Par-
ticularis significatio dissinterie est cū hec apparēt in egestio
ne: si enim est cholerica: intelligimus esse ex cholera rub. Si
phlegmatica cognoscit' esse ex phlegmate salso. si exterior
sit causa ex inquisitione infirmi est intelligenda. ¶ Cū ergo
dissinteria sit in inferiori intestino medio vel in superiori: neces
se est vt intelligatur significatio vnde a seinuicem differant:
quod intelligimus ex loco doloroso: ⁊ ex qualitate rei cōmix
te egestioni: ⁊ multitudine cōmixtionis: id est si sentit infir-
mus dolorē in superiori stomacho: ibi morbū esse intelligim⁹
Egestio in huiusmodi infirmo mixta est cū subtili sanguine
cum quadā rasura abominabilis odoris. Si in medio sit in-
testino: sit dolor in superiori vmbilico: egestio mixta est cuz
illa re q̄ dissinterie est causa. Si in inferiori sit intestino: quasi
sanguis vel rasura exit in initio cū pondere ⁊ tortura ⁊ inci-
sura: dolor sentitur in inferiori vmbilico: ⁊ postea stercus san
guineū a rasura mundificatū egreditur. ¶ Oportet autem
festinem⁹ vt dissinterie medicemur: ne forte inueteret: ⁊ in
vulnera mutetur: saniesq; eijciatur: ⁊ intestinum findatur ⁊
mors sequatur. Cū autē medicari disposuimus: vnde et vbi
sit perquiram⁹. Si sit in intestino superiori: demus medici-
nam bibendam: fit enim ex propinquitate intestini ad stoma
chū ⁊ colligantia sui ad ipsuz. Si in inferiori sit intestino: me
dicandū est cū clysteri ꝑpter vicinitatē hui⁹ intestini ad anū
Si in medio intestino: medicabitur cū medicina ⁊ cum clyste
ri. Si in superiori perpēditur intestino: perquirendū est vn-
de fuerit: siue de cholericis humoribus: siue de phlegmati-
cis. ¶ Or si sit de cholericis acutis: demus omni mane in-
firmo. ʒ. iij. de gummi arabi. cum sirupo mirtino ⁊ aqua fri-
gida: vel. ʒ. ij. psilij assati. ⁊ ℥. ß. de oleo rosa. cuz aqua frigida
⁊ succo portula. ⁊ arnoglosse. cuz quolibet horū voluens da
bibere. ℥. j. succi citoniorū gūmi arabi. cum lacte caprino. ʒ. ß.
accipe lac caprinum ⁊ rizi equali pondere: ⁊ fac coqui ad me
dietatē lactis. In aqua quam sunt bibituri: pone gūmi ara
bi. assatum boluz ⁊ spodium: ⁊ da bibere cum sirupo de mir
ta vel ro. ⁊ similibus: demus micam panis assi: ⁊ parū gum
mi arabi. ⁊ amigd. assatas: demus iura de rizi: ⁊ amido asso
vel oua in aqua cocta: vel accipiam⁹ amidū ⁊ micā panis as-
satam: faciamus inde iura ad bibendum danda: si febres nō
habent pullos perdices starnos comedant fasianos ⁊ simi-
lia. ¶ Puluis valens ad excoriationē ⁊ vlcerationē intestino
rum ex cholera rub. ⁊ acuta ⁊ ad egestionē sanguinis ⁊ do-
lorem ⁊ pondus ⁊ torturam. ℞. boli. ʒ. vj. gūmi se. portu. se.
mirte. aā. ʒ. iiij. ⁊ ß. ⁊ omnia assata sint: spodij se. acide amidi
assi. aā. ʒ. iiij. se. malue assi acatie. aā. ʒ. j. ⁊ ß. fac pulue. fricans
cum oleo rosa. deinde mitte. ʒ. iiij. ⁊ ß. psilij assati: ⁊ da bibere
ʒ. ij. cum sirupo mirtino vel citoniorū: sicut cum aqua frigida.
¶ Si dissinteria sit de grossis humorib⁹ ⁊ phlegmaticis: de
mus. ʒ. ij. nasturcij assati cū aqua cali. vel castanearū. ʒ. iij. cū
aqua frigida masti. ʒ. j. ⁊ ß. cum aqua frigida vel acidorū sta-
phide assatorum. ʒ. iij. cum aqua cali. ¶ Puluis valens ad
dissinteriam de salso phlegmate. ℞. nasturcij assati. ʒ. vj. bo-
li. ʒ. v. celsi gūmi arabi. amidi se. basiliconis. aā. ʒ. iiij. oīa assa-
ta croci sanguinis draco. balaust. aā. ʒ. j. fac pulue. ⁊ da bibe-
re. ʒ. iij. cū sirupo mirtino vel citoniorū vespe ⁊ mane. ¶ Tro
cisci valentes similiter ad sanguinis fluxum a superiori: sicut
a pectore pulmone: ⁊ ad fluxum menstruorū. ℞. boli se. por-
tula. aā. ʒ. iiij. spodij se. acide rosarū. balau. mirte coriandri assi
amidi. ana. ʒ. iij. acatie hypoquist. coralli rubei assi. ana. ʒ. iij.
sumac. ʒ. iij. ⁊ ß. dragagan. carabe se. malue vtriusq; assi. aā.
ʒ. j. fac puluerē: tempera cum succo arnoglosse faciens troci-
scos. ʒ. j. ⁊ ß. da bibere vnum cum succo citoniorum: vel siru
po aliquo stipticorum. ¶ Aliud valet similiter. ℞. galle ba

laust. corti. maligrana. ana. ʒ. j. ⁊ ß. rose cubebe gallic. añ. ʒ. ij.
gũmi opij croci. ana. ʒ. ß. fac puluerẽ: tẽpera cũ succo mirte:
fac trociscos. ʒ. ß. da bibere vinũ cũ quibusdã sirupis. ¶ Medi-
cine valet ad dissinteriã diariã pondus tenasmon excoriatio
nem intestinorũ vulnera ⁊ confortationem stomachi. ℞. mi
robalano. kebu. indor. ana. ʒ. vj. belli. embli. ana. ʒ. iiij. fac oĩa
frangi: ⁊ cũ oleo ro. frica: deinde assa: postea accipe nastur-
tij assi. ʒ. j. cimini maratri anisi ameos carui. ana. ʒ. ij. omnia
infunde aceto. xxiiij. horis: deinde frica ⁊ assa: misceasq; cuz
prioribus: fac puluerem: deinde accipe spodij balausti. ma-
sti. boli sumac gũmi. ana. ʒ. j. ⁊. ß. fac puluerem: mitte omnia
priora et pista: et cum oleo rosaceo fricans tempera cum si-
rupo citonio: ũ dãs bibere. ʒ. iij. cũ sirupo mirte. ¶ Si vul
nera ⁊ excoriatio in inferiori intestino sint vidẽdũ erit vñ sint
si enim ex materia cholerica sint ⁊ acuta: clystere est ei opti-
ma medicina propter propinquitatem loci: hoc in initio cly
stere est eis faciendũ: apozima de rosis vitellis ouorũ oleo
ro. de his fac clystere ⁊ yxãnuz appone portula. ordeũ mũda
tum: omnia coque in. ij. lib. aque: deinde accipe lib. ß. ⁊ mit-
te oui vitell. olei ro. ℥. j. fac clystere. ¶ Aliud. ℞. succi por-
tula. succi acide: succi virge pastoris succi arnogiose. añ. lib.
j. olei ro. ʒ. v. vitell. vnius oui terre sigillate. ʒ. j. omnibus ap-
paratis fac clystere. ¶ Aliud. ℞. ordei mundi lentiũ. ana. ʒ.
vj. omnia assentur balaust. ro. corti. maligra. añ. ʒ. iiij. rizi laua
ti. ʒ. x. sepi de renibus caprinis. ʒ. vj. omnia coquantur in tri-
bus lib. aq̃ quousq; veniat ad vnã: cola ⁊ accipe bolũ gũmi
arabi. acatiam cerusam: omnia puluerizata: deinde sume vi-
tell. oui. ⁊. ℥. ß. olei rosa. ⁊ fac clystere. ¶ Aliud iuuans vulne
ra intestini. ℞. ordei rizi lauati. añ. ℥. j. balaust. se. ro. ana. ʒ.
v. cupularum glandium. ʒ. iij. arnog osse boli gũmi. ana. ʒ. ij.
omnia coquantur in tribus libris aque quousq; ad. j. veniãt
deinde mitte vitell. oui: olei ro. ℥. ß. coralli acatie. ana. ʒ. ß. om
nibus assatis clystere facto. ¶ Nutriantur pull. perdicibus
starnis: omnia coque cũ sumac: demus miliũ rizi et similia.
¶ Si excoriatio intestinorũ vel vulnera ex humoribus sint
phlegmaticis: precipiamus clystere fieri cum rizo loto bom-
bicino vsto alumine vitellis ouorum assatis oleo nardino vi
no ⁊ similibus. ¶ Si tenasmõ habeat: faciamus lauari anũ
cum re stiptica: sicut sunt trocisci maligrana. cupule glandiũ
rosa galla in aqua cocta: ⁊ anus inde lauetur: vngamus an-
te anum cum oleo ro. ponamus cataplasma de concula ma-
rina assata litargiro cerusa oleo ro. ⁊ similib⁹. ¶ Si exiẽs de
vulneribus intestini grossum ⁊ album sit: vel grossa sanies
cũ sanguine: oportet bene perquiri. Si enim infirmus neq;
febres habeat neq; sitim neq; defectionem virtutis neq; ap
petitus minoratur: faciamus clystere cum trociscis arsenici
quos dicturi sumus in fine huius capituli. Si virtus defece
rit ⁊ febris fortis fuerit ⁊ appetit⁹ aufertur: maxime si vsq;
in sui substantia intestinũ perforatum patiatur: ⁊ quod exit
est quasi corrigia subtilis siue pili: oportet maxie caueri tro-
ciscos arsenici. ¶ Clystere istud erit vtile. ℞. rizi lauati ba-
laust. rose mirte cupularum glan. ana. ℥. ß. omnia coquantur
in. iiij. lib. aque: ⁊ ad. j. redige colentur ⁊ aufer. ℥. v. deinde ac
cipe de trociscis arsenici. ʒ. j. ⁊ ß. vel. ij. sm q virtus infirmi pa
ti poterit: ⁊ sm albedinẽ exeuntis rei. si qđ exit sanguis fue-
rit: ⁊ necesse fuerit hoc clystere fieri: iungamus succi arno-
glosse. ℥. iij. si augmentetur putredo vulneri ⁊ sanies: opor-
tet. ʒ. iij. arsenici accipi: ⁊. ʒ. ij. rizi vitell. j. oui. ℥. j. olei ro. me-
dietatẽ de sapa: ⁊ faciamus clystere. Si medicina exient mũ
dificato vlcere de sanie festinemus subuenire cum altero su-
pradictorum clysteriũ. Si vo vulnus mundificatum nõ fue-
rit cum hmõi medicamine: oportet aliud clystere fieri cũ ob-
somogaro ⁊ melle statim sine mora. Mundificato autẽ vul-
nere: q̃citius possumus clystere molle faciam⁹: quod supra
iam diximus anteq̃ sanies illa in vulnere intestini aduner.
¶ Trocisci arsenici quos preposuim⁹. ℞. arsenici sandara-
ce. añ. ʒ. j. ⁊ ß. calcis viue. ʒ. iij. charte bombicine assate acatie.
ana. ʒ. j. fac pulue. tempera cuz succo arnoglosse faciens inde
trociscos. ¶ Aliud. ℞. arsenici sandarac. fecis aceti assate
acatie: gũmi. ana. ʒ. j. ⁊ fac pulue. calcis viue charte bombici-
ne incense. ana. ʒ. ij. aluminis opij. ana. ʒ. ij. ⁊ ß. fac pulue. tẽpe
ra cum vino rub. fac inde trociscos.

¶ De dolore yliaco. Cap. xvj.

Yleos est dolor intestinorũ prohibens stercus
exire ab inferiori parte: ⁊ aliquando cogẽs ma
nere: cuius causa est bifaria: vel de calido apo
stemate in subtili intestino nascente: vel de hu-
moribus frigidis grossis ⁊ crudis inuiscatis. ac
cidentia sua inseparabilia sunt vomitus spissus: omnia q̃ bi-
bit euomit: dolor est nimius: tortura in vẽtre supiori. yleos
de apostemate habet tumorẽ in ventre extẽsionẽ febrem et
sitim: qui de humoribus frigidis est: neq; tumorem: neq; ex
tensionem: neq; sitim habet: neq; febrem: sed accidẽtia post
succedentia sunt frigiditas extremitatũ corporis: angustia
vigilie: instabilitas: vniuersaliter hic morbus est pestiferus
⁊ mortalis: aliquando in secunda die interficiens: aliquãdo
in tertia: raro sanantur. ¶ Cum patientem curare velimus
an ex apostemate calido sit perquiramus ⁊ demus catarticũ
⁊ cassiãfistu. ⁊ mãnam cum. ʒ. j. ⁊ ß. de hierapi. facta cum aloe
loto: ⁊ oleo viola. ʒ. j. vel demus succuz solatri vel scariole be
ne coctum ⁊ colatum: cassiãfistu. mannã cum. ʒ. j. de hierapig.
Si alicuius sit virtutis: ⁊ tempus temperatuz fuerit: ⁊ etas
iuuenilis: phlebotometur de basilica vena quantum suffi-
cit: deinde demus apozima cum viol. cassiafistu. manna. Cly
sterizetur cum malua ordeo lini se. vio. ⁊ similib⁹. Aliud. ℞.
succũ cucur. cum amigdaleo ⁊ succo camomille: post vngam⁹
vẽtrẽ cũ oleis dissolutiuis. Si de humoribus crudis f. ⁊ fri-
gidis: demus potionem quã eulogomenon vocant: vel dia-
feniciã: vel da apozima de sagapino vel pill. de hierapi. disso
lutiuas. Gal. dicit cum solo vino medicasse. Clystere fiat de
aniso camomil. fenugre. sambucelino. ¶ Aliud clystere de si-
sameleo fenugreco camomil. calamento ⁊ similibus: demus
trociscos valentes ad yleon de frigido humore. ℞. absinthij
apij se. anisi cimini cassiefistu. añ. ʒ. iij. mirte casto. spice. añ. ʒ. j.
⁊ ß. piperis longi opij croci. ana. ʒ. j. fac pul. ⁊ temperans fac
trociscos: da. ʒ. j. ⁊ ß. ¶ Si hec passio contingat puero q po
tionem bibere nõ valet: fel tauri cũ vino distemperatum et
vmbilico appositũ hmõi egritudinem soluit. faciamus epi
thima ⁊ cataplasma clystere ⁊ similia.

¶ De colica passione. Cap. xvij.

Colicam passionem multi patiuntur: est autẽ pas-
sio nascens in quinto intestino quod vocatur co-
lon: ⁊ interpretatur concauum: locus eius in dex
tra parte est inferioris ventris: circuncingens si-
cut zona vsq; in partem sinistram: hoc intestinuz
est vnum de grossis. ¶ Causa huius passionis est septi-
formis. Prima est cum augmentatur calor igneus ⁊ chole-
ricus super stercus: vñ ⁊ hũiditas stercoris desiccatur ⁊ in-
duratur: ideoq; nõ egredit. Secunda cũ cibus in sua essentia
est siccus ⁊ stipticus egestionẽ exire prohibẽs. Tertia est cuz
phlegma viscosum intra illud augmentatur intestinũ: ⁊ inui
scatur: vt oppilet vias eius: ⁊ prohibeat exire stercus. Quar
ta cum grossa ventositas in hoc intestino inuiscatur: vel cau
sa frigide complexionis: vel ex defectione stomachi ad di-
gerendum vel epatis vel ex cibo in sua essentia ventoso ⁊ in
flatiuo. Ve si inueniat intestinũ defectũ: ⁊ ad hãc passionẽ
paratũ: gñat colicã passionẽ ppter cõstrictionẽ vẽtositatis
in egestiõe stercoris. Quinta cum nascit apostema in intesti
no prohibens exire stercus. Sexta cũ augmentant in vẽtre
lũbrici ⁊ ascarides: qui inuiscati ⁊ intorti stercora nõ pmittũt
exire: vnde in colicam incidunt passionẽ. Septima cum sen-
sus intestini deficit: neq; nocumentum stercoris sentit: vnde
stercus in intestino remanens nõ exit. ¶ Multi antiquorũ
dixerunt hanc passionem esse ex defectiõe in intestino expul-
siue virtutis: vel ex defectione sensus intestini: q: si expulsi-
ua ad expellendũ digestionẽ ab inferiori parte deficiat quali
bet ex causa: vel sensus intestinor lacertor innatus exire nõ
permittat: neq; et vtroq; latere intestinum opprimat: vt ad
inferiora deponat: necesse est vt prout diximus in yleon de-
ueniat. ¶ Hec passio ⁊ vniuersalia ⁊ particularia acciden-
tia habet. vniuersalia sunt vomitus: abominationes: ni-
mius dolor: tortura magnã partem ventris tenens: hic do-
lor aliquando augmentatur in vtroq; latere ⁊ in vtrisq; an-

cholis: et constipatio ventris fit vsq ad tertiũ diem passionis transeũtis adeo magna: vt neq sursum neq deorsum exeat penitus aliquid. Iterũ propria habet accidentia: vnde a me dicis sigillatim species diuiduntur vel discernunt. ¶ Si fit ex chole. rubea sitis erit continua: vomitus cholericus: acumen et magnitudo doloris: vt sentiat ventrem quasi acu pũgi: tempus morbi breue: sed molestissimũ erit: si infirm⁹ sit iuuenis et tempus estatis. ¶ Si ex duricie et stercoris siccitate: fit dolor in intestino inferiori: et grauat ac si grauis res comprimeret intestinũ: et ipsum finderet anũ. Manifestatio fit ex calido cibo quẽ comedit añq hec passio euenerit. ¶ Si sit ex phlegmate viscoso: sitis aufertur: pulsus tardus: morbus diuturnus: leuis dolor. Si tamen nimiam habet grauitatem: dolor et grauitas de loco vno non mouetur. Aliquando in egestione eorũ humores apparent phlegmatici vitrei. ¶ Que passio cũ ex grossa ventositate sit: intelligit de dolore de loco ad locum mutato cũ gurgulatiõe et vẽtris inflatione: et alijs signis pertinentibus phlegmati. ¶ Si fit ex apostemate: ex tactu est intelligere: et apparet extrinsecus in ventris inferioribus. Qd si in tactu est calidũ: et color rubeus et sitis adsit cũ febre: et asperitas in lingua cum magno dolore: apostema calidũ et incensiuũ cõstat esse. Si tactu frigidũ sit: neq sitim vel febrem vel magnũ dolorem habeat: ex frigiditate apostema intelligendũ est esse. ¶ Si ex lumbricis vel ascaridibus: infirmus dolorem vel torturam et abominationem sentit: et aliquando eos per os euomit. ¶ Si ex ablatione sensus intestini: oportet inquiri an vnq egestionem vltra tempus tenuerit: vel aliquid fecerit qd intestini pertineat defectioni. ¶ Errant aliquando medici in colica passione et renũ dolore ꝓpter suorũ accidentium cõmunionẽ putantes esse easdem: et medicantur renibus cũ medicina colice passioni attinenti: vnde peccatũ incurrũt. Gal. tñ inter colicã veracẽ et renũ dolorẽ differentiã facit: dicẽs dolor colicus in latera vẽtris mutat dextrorsũ sinistrorsum ante et retro. dolor renũ nunq mutat: sed eodẽ loco ꝑmanens et guttatim vrinam faciens: et vomitus dolorẽ mitigat. In colica vero passione vrine nulla passio est: neq vomitus videtur prodesse. hec sunt signa colicorum et cause quas a physicis canonibus et physicis monstrauimus auctoritatibus.

¶ Iam nũc incipiamus curas: necesse est enim omni volẽti curare aliquã passionem vt intendat auferre materiã morbi et expellere: si tamen accidentia morbi sint molesta et timorosa et suspitiosa: necesse est vt in antea a regimento illorum magnorum accidentiũ incipiat mitigando: refrigerando: et vt quiescant extinguẽdo: deinde reuertatur ad mundificandum corpus. ¶ Cũ aũt aliqua passio maxima habeat accidẽtia et nimiũ dolorẽ: sicq fiat timorosa: prius est medicãda vt cause doloris mitigent: dissoluant et destruant infusiõe aq dulcis et tepide: et balneis temperatis et calefactione cum camomill. aneto melliloto malua vio. furfur. ordeo et similibus. Si fit ex causa calida post epithimata vngamus dissolutorio et liquefactorio: sicut aneteleo yreleo et ydroleo camomilleo et daphnileo castoreleo et similib⁹: hec regimẽta faciam⁹ vsq tertiũ diẽ: q: hoc est min⁹ tẽp⁹ in acuta egritudine. Si his medicaminibus molestatio nõ mitigetur: et tertia die transeunte in quartam ingredit: oportet vñ passio sit inquiri. ¶ Si ex cho. rub. minuat in dextra parte de basilica: et maxime si nimis calidũ sit epar. vt ex basilice phlebotomia dolor auferat veniẽs ad intestina: demus hierãpi. factã cũ loto aloe: et catarticũ de casiafist. ℞. pruno. iuiub. ana. ʒ. iij. vue pas. mũde mãne. añ. ʒ. x. casiefi. vio. añ. ʒ. v. oĩa in. ij. lib. aque coque ad medietatẽ: cola et pone. ʒ. j. et ß. de hierapi. ¶ Si infirm⁹ virtutẽ habeat: iungamus. ʒ. j. scamonee assate: et si demus cum. ʒ. x. huius olei melius valebit. ℞. se. citonior. ũ se. cucurbi. croci hortul. añ. ʒ. x. vio. ʒ. x. psilij. ʒ. j. omnia ponãtur in. ij. lib. aque cali. die ac nocte: postea fricans et colans accipe. ʒ. viij. sisam eleon: et coque cũ suaui foco vsq quo deficiat aqua et oleum remaneat: deinde sicut diximus dona. ¶ Item demus scariole succũ cum. ʒ. x. casiefi. et cũ oleo. misceam⁹ aquã quã biberit cũ sirupo ro. vio. et similibus: demus serũ caprini lactis cũ aloe loto et scamonea assata: faciamus suppositoria de vio. sale cõmuni melle et scamonea: hoc ordine prodest ventrem solui. Si non: clystere faciamus. ℞. viola. maluo ordei mundi liquiri. pruno. iuiub. camomil. ficus sic. põdus equale: omnia coque in aqua: et cocta cola. tolle inde. ʒ. iiij. et mitte. ʒ. j. succi sicie. vio. añ. ʒ. ß. salis cõis. ℈. ij. Nutriatur cũ ptisana crisolocãna blito et malua cũ amigdaleo oĩa coque. sedeat infirmus in aqua vbi cocta sint vic. k. malua: ordei farina camomilla et similia. ¶ In passione colica frigida vel vẽtosa vel stercorosa: fortioris det medicina phlegmaticorũ humorum purgatiua et grosse ventositatis dissolutiua: sicut pill. de serap. pill. de asa fetida: pilule de spermatibus .i. se. diureticis. pill. de squinanto: pill. de masti. et aloe: de his da crag. j. vel. ij. ꝓm virtutem infirmi. tribus diebus demus de hierapig. ʒ. iij. cũ aqua ca. G. dicit se sanasse hanc passionẽ cũ sola hierapig. si necesse est hieralogodion detur: tamen raro. Si aliquid passiõis remãsisse in corpore dubitemus: sepe catarticũ detur de hierapi. detur cũ sirupo de absinthio. Et si non valeat: detur catarticũ cum theod. et sam. bucceleo cum apozimate rad. diuret. demus quoq de antidoto quod factum est de stercore lupino. Accipe stercus lupi da bibere cũ vino: hoc enim stercus maximã habet proprietatẽ circa hãc passionem siue bibitũ: siue fiat vnguẽtum in loco doloroso cum yreleo vel musceleo. infirmi venter vnguatur cum oleo nardino aniteleo camomilleo: his oleis vngamus cũ sederit in aqua vbi cocta sint camomilla anetum: frõdes lauri abrotañ. et similia: demus ad bibendum apozima de galanga: de spermatibus. demus tyriacam philonium eulogemeum: misceamus aquam bibendam cũ sirupo yreos siue mellicrati cum sirupo calamenti et aromatibus. Nutriamus cũ perdicibus in cicere coctis et aneto: pull. colũbinis gall. veteribus plenis aneto cimino ruta sale gemma menta sisameleo: demus iternm spumam sinapis tracte cum amigdaleo aceto squillitico. ponamus in cibarijs eorum medullam. se. croci hortul. bibant passiuũ septies vel obsomagar. si necesse sit post hec omnia clystere fac vel suppositoria stercus emittentia et dissoluẽtia faciamus. ¶ Hoc clystere valet ad colicam frigidam: et ex grossa ventositate: et ad omnem frigidã passionem que in concatenatione corporis est. ℞. camomille aneti. añ. ʒ. x. centauree liquiri. se. lini. fenugre. añ. ʒ. x. apij calamẽ. se. croci hortul. ameos. añ. ʒ. iij. et. vij. ficus siccas: omnia coquantur in. iiij. lib. aque vsq ad tertiam partem. cola et accipe de illa aqua lib. ij. mittens mel et obsomagarum oliue: añ. ʒ. v. sambuceleo lentisceleo. añ. ʒ. ß. nitri. ʒ. ß. omnia confiantur et clystere fiat. si vẽter a prima vice non moueat: fac secũda et tertia. ¶ Aliud valẽs ad stranguri. et frigidã colicã et vẽtosam. ℞. succi apij. ʒ. iij. apozimatis de semine croci hortul. ʒ. iij. mellis et zucca. sisamelei obsomagari. añ. ʒ. j. saga pini. ʒ. iij. nitri coloquĩti. salis gemme: litij. añ. ʒ. j. et. ß. fac inde clystere. Quod si proficiat et ventrẽ infirmi moueat et dolorẽ quiescere faciat et vẽtositatem dissoluat adiuuat: si autem et infirmus fortis fuerit: iungamus his clysterib⁹ sagapini. oppopona. amoniacũ litium: fel taurinum siseleon. si hec nõ sufficiant: iungamus coloquintidã elactarium scamoneã castor. de his iungatur vel minuat ꝓm q fortitudinem vel debilitatẽ viderit infirmorũ medicus. ¶ Fiant hec suppositoria. ℞. litij. ʒ. iij. nitri. ʒ. j. bdellij. ʒ. j. coloquinti. scamonee. ana. ʒ. ß. mellis quantum sufficit. ¶ Aliud. ℞. litij sagapini fellis taurini. ana. ʒ. j. et ß. bdellij nitri sarcocole. ana. ʒ. ij. coloquintide scamonee salis gemme. ana. ʒ. ß. mellis quantũ sufficit. ¶ Cataplasma valens ad colicam passionẽ frigidam et ventosam. ℞. elacterium scamoneam fel tauri equali pondere cere et olei quod sufficit. ¶ Aliud vnguentum vnde vngãtur nates: et moueatur venter. ℞. staphisagrie nitri fell. tauri equaliter: mellis quod sufficit. ¶ Si de apostemate calido colica fuerit passio sicut diximus: et si fit de cholera rubea phlebotometur de vena basilica: et de sanguine multotiẽs paulatim trahatur: sed tamẽ augẽdo quantitatem: demus ad bibendum solatri succum bene coctum et colatum: et cum casiafi. oleo viola. vel amigdaleo. faciamus clystere mollificatiuum sicut illud qd in colica calida diximus. Cataplasma refrigeratiuum et mollitiuum. Pullos demus ad manducãdũ cũ solatro: ptisanũ quoq demus: aquã quã bibũt misceam⁹ cũ sirupo vio. ¶ Qd si fit apostema frigidũ: dem⁹ apo

zima de radicibus cum sambucceleo: sirupo absinth. cū amigdaleo ⁊ mellicrate aromatico. Nutriamus cū pullis columbinis cū sicla coctis. Clystere faciamus calidū ⁊ dissolutiuū: tamen temperatū. ¶ De lūbricis si passio sit sicut diximus demus medicinā lumbricos occidentem ⁊ a ventre eiicientem quā dicturi sumus. ¶ Si aliqua accidentia euenerint de colica passione: sicut vomitus nimius: tortura: sitis: stranguria: tenasmon ⁊ similia: oportet medicari accidentia secundum medicinam suo loco illis datam: ablatis illis accidentibus ad colicam passionem redeamus.

¶ De ascaridibus ⁊ lumbricis. Cap. xviij.

Ascarides ⁊ lumbrici solēt nasci in intestinis: qui vniuersaliter ad rem extra naturā pertinent: vnde expelli oportet. ¶ Causa eorū est saturitas: multitudo: ⁊ indigestibiliū cibo͂ acceptio: de quibus in intestinis crudi adunantur chimi: quibus cum calor dominetur excoquuntur: ⁊ inde aīalia illa generantur. ¶ Sunt qui dominantur in subtili intestino superiori: hi vocantur lūbrici: quia longi sunt: ⁊ quidā nascuntur in grosso intestino quod est sub vmbilico: ⁊ ascarides vocantur ⁊ cucurbitini. Qui hanc habent speciem: multū comedunt: ⁊ si non comedant: sentiunt puncturā ⁊ incisionē sub vmbilico ⁊ in ventre. ¶ Sunt quidam nascentes in inferiori intestino quod vicinū est ano. hi sunt vermes minuti: q̄ si ibi remaneant vt crescant: patitur infirmus molestationē ceteris prioribus maiorē: sicut ablationē desiderij cibi: stuporem: mentis alienationē: febrem: ⁊ aliquando stridorem dentiū in somno: maxime si nō saturentur cibo: aliquando dormientes garriūt: ⁊ cū excitantur trementes surgunt: plurimi linguā emittunt ab ore: ⁊ quasi masticant cum nihil in ore habeant. ¶ Oportet ergo vt festinemus ad eos emittēdos: q: si in visceribus remaneant: corpus consumūt: mēbra emolliūt: neq; expellent nisi prius interficiant. Dū enī viui inuiscati sunt in intestinis nō exeūt: sed mortui cū egestione emittuntur: aliqñ tamen viui exeunt cū inebriantur: ⁊ quasi mortui efficiuntur: occidunt autē cum omni re amara: sicut absinthio ⁊ similib9. Ascaridibus fortior medicina est necessaria sicut abrotanū ⁊ absin. fichen armenicū menta lupinū amarum. Gal. dicit proprium est maligra. cortex qui cum vino coctus occidit lūbricos ⁊ ascarides. Alij dicunt q̄ Diascorides dixit. Os calcanei tauri cōbusti ⁊ pistati dati cū melle occidit lumbricos ⁊ ascarides. Alij dicunt ameos cum melle facere similiter. Gal. dixit succū frondiū persici similiter facere. Pueris medicandū de lumbricis ⁊ ascaridib9 cū succo abrotani: vel fichen armenico cū pauco zuccaro. centonica etiam valet precipue blita. ¶ Confectio valēs similiter lumbricis ⁊ ascaridibus vermibus vbicunq; sint. ℞. lupini amari turbith in alio. añ. ʒ. iij. fichen ar. añ. ʒ. j. salis nitri costi amari calamenti polij. añ. ʒ. j. fac pulue. ⁊ da. ʒ. iij. cum lacte. ¶ Aliud. ℞. turb. costi. añ. ʒ. iiij. abrotani lupini absinthij. ana. ʒ. ij. nigelle enule anisi. añ. ʒ. j. ⁊ ß. fac puluerē da bibere cum lacte. ¶ Aliud. ℞. absin. fichen armen. calamenti. ana. ʒ. iiij. polij prassij mēte. añ. ʒ. j. opij se. anisi maratri aloes. añ. ʒ. ij. fac puluerē da bibere. ʒ. ij. cum lactis. ℥. iiij. vel cum apozimate de sticados: vel camepitheos vel camedreos. hāc medicinā simplicem ⁊ compositā si operatus sis secundum q̄ oportet multū valet: ⁊ si aqua coquatur ⁊ detur bibere similiter facit. si de aqua illa clystere facias cū nitro ⁊ melle similiter valet. Huic medicine si misceas fel taurinū: ⁊ vngatur subtus vmbilicum: occiduntur lumbrici ⁊ ascarides ⁊ vermes.

¶ De emoroidibus. Cap. xix.

Emorois est apertio oris illius vene que est in ano vnde sanguis effluit: sicut videmus in multis sanis temporibus interpolatis. ¶ Causa hui9 humores sunt grossi ⁊ viscosi in intestinis: quos virtus expulsiua expellit: ⁊ a natibus eiicit: sicq; fit emorois apostema ⁊ vulnera. Aliquando emorois est propter acutos ⁊ pungitiuos humores de potione acuta ⁊ forti malos humores ad nates trahenti: ⁊ has passiones efficienti. ¶ Emoroides semper sequuntur ista accidētia: mutatio coloris in citrinitatem: ⁊ maxime si inueterascant: angustia in precordijs: dolor dorsi: grauitas in coxis ⁊ in cruribus: inflatio in lateribus. Que si sint ex grossis humoribus ⁊ viscosis nimiam gurgulationem ⁊ inflationē in ventre habent: si ex acutis humorib9: fit pruritus in naribus: ⁊ dolor, tenasm9 putat infirmus se debere egerere cum nihil habeat. Vniuersaliter ad medicandū hec infirmitas dura est: sed incipiam9 a purgatiōe materiei ⁊ corporis mundificatione. Si videamus infirmum fortem: purgemus cum medicina que cū expressione purgat: vt sunt mirobi. citrini. ⁊ indi. kebu. belli. embluci ⁊ similia. videamus ne acutam medicinā demus: sicut aloe scamo. coloquin. Demus triferam maiorem ⁊ minorem: antidotum cum ferrugine factū: vel apozima similiter: pilu. de nucemusca. diacosim diatapsiam diagalā. ⁊ similia. Si de humoribus acutis sit: oportet eorum acumen restringi cū phlebotomia de basilica: vel de vtroq; crure. Interiora medicātes ad exteriora vertamur cū medicina desiccatiua sicut rubigine ferri plūbo vsto: fac puluerē ⁊ suppone. si os eius dimittere velimus cū oleo yreos vngamus. Item si cōstringere velimus acatie. ʒ. iij. ceruse. ʒ. ij. draga. ʒ. j. fac pul. tempera cum aqua mirte in pānū ponens super nates. cortices quoq; maligra. acidi: fac pulue. tempera cū aceto similiter. Si emorois sit interior fac de his lichiniū int9 pone. assidue hac medicina cōposita vtat. Pilu. de bdellio valentes ad emoroidas. ℞. kebu. bellirici. embluci. ana. ʒ. ij. bdellij. ʒ. vj. tempera cum succo porri faciens pillu. in modū piperis: ⁊ da. ʒ. iij. quidā tamen iungunt. ʒ. j. de se. apij. alij. ʒ. j. ⁊ ß. de acoro dantes ei bibere cum aqua calida. ¶ Trifera valet ad emoroi. stomachū cōfortans. ℞. kebu. belli. embli. pondus equale: fac pul. frixa cū butyro bouino: adde mell' qd̄ sufficit: dās ʒ. iij. vel. v. si velis perfectā medicinā ad emoroi. iunge partē bdellij: ⁊ si velis vt valeat ad fluxū sanguinis: gūmi arabi. assum ⁊ se. mirte iunge. si velis vt stomachum debilem adiuuet: adde ro. masti. añ. partem. j. anisi gariofi. ana. partem ß. si propter cardiacam mitte partem ligni aloes: si propter melancholiā partem epithimi. ¶ Antidotum valēs ad emoroides interiores de re frigida. ℞. carui. ℥. j. ameos anisi. ana. ʒ. vj. costi. cinamomi galāge zinzibe. añ. ʒ. v. polipodij acori. añ. ʒ. iij. fac pul. adde mel. qd̄ sufficit: dās in modū auella. nucis. ¶ Aliud valet ad ventositatem inflatiuā intestinorum: et emoroid. ℞. acori carui. ana. ʒ. iiij. vel. vj. polij aristolo. longe et ro. añ. ʒ. iij. fac pulue. fricans cum amigdaleo ⁊ mellis qd̄ sufficit: da. ʒ. ij. vel. iij. cum aqua calida. Quidam medici iungūt galle zinzibe. croci. zucca. ana. ʒ. j. dāt bibere. alij iungūt bdelliū. ¶ Itē accipe sticados. ʒ. v. prassij. ʒ. iij. ficus. x. oīa coque in vino vel aqua vsq; ad medietatem. ¶ Aliud. ℞. sticados. ʒ. x. calamē. ʒ. v. tapsie. ʒ. iij. ysopi prassij. añ. ʒ. j. ⁊ ß. ficus x. ¶ Oportet vt clystere faciamus de succo porri de butyro bouis de daphnileos: post vicē tertiam fumigemus de bderonica al's betonica bdellio costo capparis radice. ¶ Si medicina prout diximus non proficit: sed facti sunt atrici, intelligendum est esse incurabiles: nisi cum chirurgia. si infirmus in tali loco fuerit vbi nō fuerit magister chirugicus: acutam medicinam et incensiuam quasi ferrum ponamus. Galienus atrici sunt quasi canne canales apertorū intus ⁊ extra habentes: neq; sanātur nisi chirurgico ferro. oportet ne hanc medicinam acutam extra locum patientem ponamus: quia si fecerimus cōburit ⁊ incendit: ⁊ maiorem morbū q̄ antea fuerit adducit: sed oportet accipere sarcocolā: ⁊ colofoniam: ⁊ puluerem facere: tempera cum aqua iungens circunquaq; emoroidibus. ¶ Sed si in natibus alia passio q̄ emorois nascitur: oportet quid ⁊ vnde sit intelligamus: si sit apostema ibi: mittamus hoc cataplasma. ℞. lentes. ro. tempera cum succo solatri oleo ro. ⁊ inde fiat cataplasma. ¶ Si apostema sit forte ⁊ incendens: vitellum oui assum cum sirupo rosarū: quia statim extinguitur dolor. ¶ Aliud. ℞. frondes iusquiami portula. micam panis vitellū oui: fac cataplasma ⁊ pone desuper. ¶ Si in natibus habeat fissuram et arsuram mitte viscum de semine citoniorum: dragagan. axungiam galline: anatis: oleū violatum: ceram albam: medullā vitulli: oleū rosarū: ⁊ albumen oui. Si dolor sit nimius detur ad bibēdum psilium cum sirupo rosa. et oleo rosaceo. ¶ Si vulnera sint sine apostemate in natibus: medicinam desiccatiuā faciam9 de charta bombicina assata: ⁊ alumine

τ coloquinti. Similiter si humiditas sit nimia: ponam⁹ aloē cū ematithe pistato: si cōcauitas affuerit ponamus libanū: si sit corrosura: ponamus lentes balaust. acatiam sandal. ro. ¶ Si in natibus sit dolor sine vulnere vel apostemate: vngamus cū hoc vnguento. ℞. cere al. ʒ.v. amigdaleos. ʒ.xx. medull. boui. ʒ.iij. olei ro. ʒ.x. ceruse. ʒ.ij. ¶ Aliud. ℞. litargi. ceruse. ana. ʒ.v. croci. ʒ.ß. olei ro. qđ sufficit. ¶ Aliud. ℞. cerusam plumbum incensum vitellum oui iuuat emorroi. vbicunqȝ habeant τ vulnera τ apostemata in natibus. ¶ Aliud. ℞. acatiam litargirū cerusam petiam. j. de cucurbi. veteribus τ viuarijs incensis: omnia pistata in mortario plumbino cuȝ oleo ro. vt fiat q̄si mel τ vngatur. ¶ Si sanguinis fluxus de emorroi. augmētatur: medicemur sicut in dissintericis τ fluxu sanguinis diximus.

¶ De exitu ani. Cap. xx.

PAssiones ani sicut emorrois apostema vulnera τ fissura nocent: τ dolorem faciunt: nates infirmum exprimere cogentes quasi ex quadā suauitate: vnde exit anus: aliquādo quoqȝ egreditur ex mollitie lacerti volūtarij. ideoqȝ stercus infirmi sine volūtate exit. ¶ Oportet ergo vt videatur vnde nascatur. Si ex depressione sunt: dolorem nimiū faciūt. Infirmus ergo sedeat in aqua vbi cocta sunt stiptica: gall. balaust. cortex maligra. sumac glādes hypoquist. τ similia: dem⁹ infirmo diacosim ematithē miclete diaxilocaracta diacitonitē triferā maiorem τ minorem: pill. de bdellio: accipe viscum malue τ oleū: vnge inde man⁹: redde anū intra: similiter cum vitello oui τ visco psilij: qui postq̄ intus erit: fomentemus cum re stiptica iam dicta. Deinde accipe galle cōcule marine incense. añ. ʒ.j. τ ß. nucū cipressi balaust. corticem maligra. acatie hypoquist. ʒ.j. fac pul. pone sup anū vna hora post aliā horā: fomentemus cum re stiptica iam dicta: accipe cortices arboris lētisci. ʒ.iij. nucis cypssi. añ. ʒ.ij. ceruse: fac puluerem super anum mittens: hi oēs pulueres quos diximus: τ oēs species post ani reuersionē: siue puluerizate sint: siue epithimate: siue fomētationes multū valēt.

¶ Finitur liber quartus.

¶ Liber quintus de passionibus epatis: τ earuȝ curis: et continet. xxij. capitula.

¶ De mala cōplexione epatis. Cap. j.

NAltris modis gloriosissimi medici digestibilem virtutem tria loca dixerūt corporis obtinere. Primū in stomacho: secūdum in epate: tertium in omnibus membris corporis. Nos in quarta particula diximus: quos morbos prima digestibilitas pateretur. In hac q̄nta dicere dispositi sum⁹: quos morbos in epate secūda patiatur: τ significationes τ curas s̄m antiquorum auctoritates. ¶ Incipiamus ergo a mala cōplexione epatis: τ dicamus epar duobus modis pati: sȝ ex sue essentie proprietate: vel ex aliorū membrorum vicinitate. Ex sui proprietate tribus morborum generibus: sicut τ omnia membra corporis patiuntur. Mutatiōe cōplexionis sicut si refrigescat: vel calefiat: humectetur: vel desiccetur: simpliciter seu composite. Secundū genus vō morbi officiales vocantur: sicut oppilationes vel apostemata. Tertium dissolutio in partibus idest separatio iūcture appellatur: sicut sunt vulnera: excoriationes: incisiones: τ similia: he aūt passiones generant hydropisim: hos vō morbos in suis locis dicturi sum⁹. In presenti aūt a mala cōplexiōe incipiam⁹. ¶ Si epati diuersarūȝ cōplexionū vna dominet̄: qua virtus sua naturalis superet̄ durities τ tumores in ipso conficiuntur: hec mala cōplexio vel est sine materia: vel cū materia. Si vō complexio mutet̄ in calorē: infirm⁹ nimiā sitim sentit: vel ardorē: chole. ru. vomit. Calor eius in citrinitatē mutat̄: siccitatē hȝ lingue: palati τ nariū: appetitus ei⁹ in cibis defect⁹: vrina citrina cholerica. Si in frigitudinē sit mutata: nihil hȝ hor̄ q̄ dixim⁹: sȝ famē nimiā patit̄ sine digestiōe: grauitatē in epate: color faciei corrūpit̄ τ mutat̄: labra τ lingua inalbescūt: sanguis minuit̄. Mutatiōe epatis in siccitatē: spasmus circūdans epar sentit̄: siccitas est in lingua: subtilis vrina: digestio parua τ sicca: corpus macilentū. si mutet̄ in humiditatē facies tumescit τ inflat̄: neqȝ sitit ꝓpter hūiditatē: vrina alba τ clara sine tinctura aliqua: τ quasi aqua intelligit̄. Itē mutatio complexiōis epatis intelligitur ex infirmi natura: etate: tēpore: τ dieta ante infirmitatē habita. Itē si he cōplexiones dn̄antur cōposite s̄m naturā cōpositiōis sue: opȝ festinare in medicanda cōplexiōis epatis mutatiōe vt ad suā naturalē proprietatē valeat redire anteq̄ induret̄ τ intumuerit. ¶ Galenū in lib. iuuamēti mēbror̄ dixit. Intētio dei in creādis p̄ncipaliū mēbris fuit tribus modis: quedā pars vt viuerent aīalia per ipsam: sicut cerebrū: cor: epar: altera vt bene viuerent ꝑ ipsam: sicut oculi: auricule: man⁹ τ pedes: τ similia: alia quibus gn̄antur aīalia vt testiculi. ¶ Cum ergo epar vnum sit de illis mēbris: quibus aīalia viuūt: cū corrumpit̄ cōplexio sua: vidēdū est vn̄ corruptio fiat. Si ex calore fit: oportet basilicā phlebotomari: si tēpus: etas: cōsuetudo: nos adiuuēt. Qđ si non: refrigeremus cū spodio zucca. psilio sirupo albo orizacca. Demus serū cū orizacca. succū herbarū endiuie. i. scariole solatri bene coctū τ colatū. Demus trociscos cōpositos epatis refrigeratiuos: quos in hac particula sumus dicturi cū frigidis sirupis. Demus suauia τ leuia catartica sicut istud qđ. ℞. succi cucur. maligra. ana. ʒ.ij. zucca. māne. añ. ʒ.vj. spodij diagagā. se. citoniorū. añ. ʒ.iij. oīa pistata ponant̄ in succo illo die ac nocte: postea frica τ cola dans ei bibere. Cibet̄ crisolocāna lactu. blitis portula. solatro cucurb. Si febrem nō habeat: demus hec cocta cū pullis ꝑdicibus fasianis: custodiat se de lacte: τ factis ab cormelle: τ de omibus grossis carnib⁹. In aqua bibēda misceat̄ sirupus frigidus. Cataplasma faciam⁹ ponendo supra epar calorē extinguēs sicut portu. cucurbi. solatrū psiliū lentigines lactucā maluā vio. oīa pistent̄ cum oleo ro. τ cataplasma fiat. ¶ Si epar in frigitudinē mutet̄: demus infirmo diareubar. τ trociscos inde factos. dialaccā cum suis trociscis: diacurcumā maiorem τ minorē: omorusiā athanasiā diacostum. quodcūqȝ horū inueniat medicus: detur. ʒ.j. τ ß. cum succo diureticarū herbarum: sicut apij maratri cocto τ colato cū oximelle: sirupo absinthij: sirupo radicis: vel apozima calamenti cū apozimate de aniso maratro apio mastice spica folio squinanto. Si medicus inuenerit simplex vel cōpositum: detur cum amigdaleo. Demus diagalā. diaciminū dianisum diaroma. De trociscis demus quos dicturi sumus: trociscos de aniso maratro apio mastice spica folio squinanto: vel de absinthio et similibus. Cataplasma superponamus epati quo calefiat. Similiter epithima sicut oleū nardinum anetileō τ similia. obseruet se de duris cibis ad digerendū. Nutriatur cū subtili τ leui dieta cum calidis aromatibus preparata. manducet vuas pas. habent enim proprium iuuare epatis defectionē vbicunqȝ sit. similiter sistic. bibitum quod valet frigido epati. Caueant sibi ab omni dulcedine qđ nocet epati τ spleni faciens oppilationem: amara bibāt maxime si sint cōposita τ pontica: vt est absinthiū tamariscus τ scolopendria. ¶ Si epati hūiditas τ frigiditas: vel caliditas τ hūiditas dn̄et̄: cū frigidis medicemur refrigerātibus vel calefaciētibus: nos in hac particula dicemus de medicinis quantū sufficiat.

¶ De oppilatione epatis. Cap. ij.

EPar oppilat̄ multis modis: vel ex grosso sanguine ab epate ad membra currente cum non debet currere: vn̄ cū non potest exire: remanet clausus in vijs epatis: τ eius venis oppilatis claudit eas ex grossitie sua. Vel ex humorib⁹ grossis τ viscosis in venarū extremitatibus inuiscatis que de maiori vena egrediuntur: τ ibi generat̄ oppilatio. Itē epar oppilat̄ de quorūdā membror̄ incisione: si enim manus vel pes incidat̄: permanet sanguis ille in epate solēs membrū illud nutrire: τ ita epar oppilat̄. Similiter oppilatio in muliere nascit̄ cū mēstrua sua añ tēpus auferantur: sanguis enim solens exire cū menstruis oppilatur in ei⁹ vijs τ venis: vnde epar constipationem patit̄: cū succus cibi s̄m q̄ oportet ab eo non recipiatur: vnde infirmus grauitatem nimiam sub hypocundrijs a parte dextra sentit. ¶ Si fumus in epate adunetur: neqȝ exire possit: non solum gra

ultas sentitur: sʒ extensio ꝛ obstinatio ꝛ dolor: sentitur inter furculas ꝛ epar: ꝛ cū ambulant vel saliāt: maxime post aquā ebibitam sentiūt puncturā: dolorem: grauitatē: furcule semper mouētur: neqʒ a pulsione quiescūt: vrina eorū subtilis ꝛ clara citrina vel glauca: si oppilatio sit ex calore incensa: vel nigra vel alba: si ex frigiditate: ꝛ si oppilatio sit ex mēstruis ablatis vel mēbris incisis palam fit visui. ¶ In oppilatiōe epatis ex calore basilicam in dextra manu minue: vel venā inter pollicem ꝛ indicē: ꝛ auferamus ſm virtutis possibilitatem: si inquā tempus: etas consuetudo: nos adiuuent: si nō leue demus catarticū: sicut est istud. ℞. mirobalano. citrinorū vio. cuscu. absinthij fumiterre. ana. ʒ. xx. capillo. vene. rose sicce succi rad. apij mara. endi. ana. ʒ. x. se. scario. mara. anisi spice masti. sicben. ana. ʒ. iiij. pruno. iuiuba. ana. ʒ. xx. omnia coque in. vij. lib. aque vsqʒ ad tertiam partē ꝛ cola: deinde accipe manne. ʒ. xx. casiesistu. ʒ. x. quas iterū cola ꝛ mitte lib. ij. zucca. coque foco suaui vsquequo fiat sirupus: da. ℥. iij. vel iiij. cū amigdalar. ℥. j. diagredij. ℈. ß. ſm vtutē infirmi. Si infirmus fuerit debilis: vt sirupum istum bibere non possit: nec alia tantūdem valentia: sicut apozima de absinthio vel de fumo terre vel de radice ꝛ similib⁹: precipiamus vt sibi faciat succū endiuie scariole ꝛ maratri coctū ꝛ colatū. ℥. vj. cum oxizacca. omni die. Qd si sit fortis bibat priorem sirupū cum intermissiōe. Item si debilis sit demus succū maligra. cum oxizacca. ꝛ succū solatri: ꝛ quinqʒneruie cum zuccara. Demus diarodon: trociscos de berberis. Nutriatur cum cibis leuibus ꝛ subtilibus: sicut pullis perdicibus fasianis ꝛ similibus scario. lactu. solatro blito ꝛ similibus. ptisanam demus vbi radices mara. ꝛ apij cocte sint cū oxizaccara. ¶ Si oppilatio sit de humoribus grossis ꝛ viscosis: detur infirmo hierapi. hieral. theod. stomaticō ꝛ similia grossos hūores purgantia: maxime si sint in concauitate ꝛ profunditate epatis propter illius loci vicinitatē ad ventrē. Si humores sint in superiori parte epatis: demus infirmo diuretica vrinam purgantia aperientia epatis superiorem oppilationem: vene enim superiores epatis iuncte sunt vijs vrine. Diuretica autem sunt absin. squinantū assarū spica costū ameos ꝛ similia: horum simplicium siue cōpositorum: da infirmo. ʒ. j. ꝛ ß. cum oximelle ꝛ succo maratri apij hysopi absinthij: qualecūqʒ horum vel simplex vel compositum: dabis cum oximelle vel cum amigdalis. si fuerit necesse plus aperiri ꝛ calefieri: quia nimis est frigidū: demus socrugene philoniū athanasiam omoxiā tyriacā diareubar. diacostum ꝛ similia. Apozimata demus: de calamento: de yreo: de spermatibus cum amigdalis: vel sambuceleo vel oleo nardino. trociscos dem⁹ de lacca ꝛ similia. Nutriamus cum sparagis sicla ꝛ carnib⁹ volatilium. ¶ Si oppilatio epatis sit ex ablatis menstruis phlebotomemus ambas venas in cruribus ꝛ balneemus: succos herbarum coctos ꝛ colatos cum amigdaleo demus ꝛ apozima de calamento ꝛ de radicibus: de diamarte ꝛ similibus. ¶ Si ex incisione aliquorū membrorū corporis sit: precipiemus phlebotomari: ꝛ demus diuretica iam dicta.

¶ De apostemate in epate. Cap. iij.

Apostemata in epate nascētia duobus modis sunt: vel de causa exteriori: sicut percussione vel collisione ꝛ similibus: quibus sanguis in loco suo clauditur: ꝛ apostema efficitur: vel de interiori: sicut si in epate quidā hūores induduntur: ꝛ de ipsis putrefactis generant̄ apostemata. Qui si fuerint sanguinolēti: generantur apostemata que phlegmones appellātur: si calidi sint ꝛ cholerici: generant herisipilas: si melācholici generant dura apostemata que in cācrū mutātur: si phlegmatici apostemata faciunt tumida ꝛ mollia. Aliquando etiam apostema in epate nascitur ex grossa ventositate que ibi clauditur: neqʒ inde exire potest: cuius cā est comestio nimia: ꝛ digestio parua. ¶ Apostema nascitur in epate duobus locis. s. in superiori parte: vel inferiori. Si sit in superiori: cū tactu sentit̄: maxime si sit magnū. Si in inferiori: intelligitur ex suis accidētibus. Accidentia quibus cōsiderātur in parte superiori epatis apostemata: talia sunt: infirm⁹ sentit grauitatē nimiā in dextro latere: ꝛ dolorē nimiū inter epar ꝛ furculas cum suspiret vel lugeat: vel cū cibum ꝛ potū recipiat: vel ex itineris festinantia ꝛ patitur in anhelitu angustias: epatis enim superiora cuʒ diaphragmate sunt iuncta: tussiūt sine screatu: quia materia extra spiritus est instrumenta. ¶ Si calidū sit apostema: cū his significationibus febris iungitur propter nimiā vicinitatem cordis ad superiora epatis: augmentatur sitis in initio passionis: lingua infirmi subrubicunda est: ꝛ post in nigredinem vertitur. In initio chole. rubea emittetur: q̄ post in viriditatem ꝛ eruginem mutat̄. ¶ Si sit apostema frigidū: nō sentit dolorem nimiū: neqʒ sitim: febris eorū est lenis. ¶ Si apostema sit in inferiori parte epatis: sentit grauitatē cibi ꝛ parum digerit: dolor quē sentit cum suspirauerit minor est q̄ hic quem sentit in parte superiori: egestio est sicca ꝛ dura abominatio est multa: ꝛ dolor eius abominabilis. Quod si apostema fuerit ex ventositate: grauitatē sub hypocōdrijs a dextra parte sentit: ꝛ constrictionē: cum epar sit fundamētum sanguinis: necesse est vt cum defecerit a mundificando sanguine ſm q̄ oportet propter apostema: vel propter oppilationes vel malas cōplexiones: sanguis perdat colorem: sʒ splendorē ꝛ suam pulchritudinem: vnde color faciei in citrinitatem mutatur: ꝛ liuiditatem. ¶ Si autem epatis apostemata disponamus medicāda: oportet vnde sint perquiram⁹ Si enim ex calidis humoribus: basilica est incidenda in manu dextra: ꝛ ſm plenitudinē corporis trahēdus est sanguis: quia omne apostema in quolibet mēbro nascens est ex collisione sanguinis solētis ad membrum illud defluere. ¶ Qd si sanguini minuendo aliquid obuiauerit: medicabimur ab initio apostematis vsqʒ ad statū sui cum causa repugnatiua ꝛ stiptica: siue bibenda siue extraponenda: vt epati prohibeat ne materiam illam accipiat: vnde sit apostema. Cū apostema ad statum peruenerit: oportet parum cōmisceri huic medicine rei dissolutiue ꝛ mitigatiue: ꝛ sic faciamus sepius vt rem refrigerantem ꝛ repugnantē minuamus: dissoluentem ꝛ mitigantem augeamus: ꝛ cū ad finē passionis peruenerimus: medicamina nostra ab illis que fuerint in initio desiderant. Sic enim precepit qui hāc artem nobis manifestauit: Gal. magister noster in libro illo. x. particulas cōtinente sʒ in megatech. hāc auctoritatē ꝛ fundamētū nobis ꝛ similitudinem in medicando omni apostemate dedit. Medicina refrigeratiua ꝛ repugnatiua in primis est danda: hec sʒ succus solatri endiuie arnoglosse virge pasto. coriandri ramorum vitis: quodcūqʒ horū inueneris: dabis bene coctū et colatum cum quo miscenda est res aliqua epatis confortatiua sicut spodium sandali rose oleum rosa. ꝛ similia: cum re dissolutiua erit incipienda misceamus stiptica ꝛ repugnatiua. In primis dāda sunt causam epatis dissoluentia: sicut casia fistu. manna mel vio. rodozacca. ꝛ similia: sicut fortitudo passionis videbitur: ꝛ qualitas infirmi: ꝛ similiter misceamus de composito medicamine calido apostemati valente: sicut sunt trocisci de berberis ꝛ de camphora: vel de vio. ꝛ de sanda. ꝛ similia. ¶ Si calor augmentetur succum maligranati acetosi demus cum zucca. oxisenicia manna: ꝛ succū cucur. sirupum vio. cū amigdaleo ꝛ coriādro: precipiat̄ infirmo vt obseruet se a melle ꝛ ex melle factis ꝛ carne: vino: ꝛ ab omi re cal. si ī initio cataplasmate indigem⁹: rē refrigerātē dem⁹ sicut portulace cortices cucurbi. lentigines aque: virgam pastoris: farinam ordei solatrū psiliū ꝛ similia: postea cataplasmata apponamus odorifera: confortatiua: ꝛ dissolutiua: sicut de sandal. ℞. rosa. ʒ. v. croci sandal. albi ꝛ rubei. añ. ʒ. iiij. camphore. ʒ. ß. Quidam medici sulphur ꝛ maluas iungunt cere albe. ʒ. iij. olei rosa. quantum sufficit. Epithima faciam⁹ quod. ℞. oleū mirtinum citonio. masti. et similia. Hec sunt vtilia ad curandū apostemata cali. epatis ſm canones artificiales. ¶ Si apostema sit ex frigore: demus apozima de radicibus calamenti hysopi cum amigdaleo sambuceleo: antidotum diagalan. dialacca: diareubarba. diaciminum. qualecūqʒ inueneris. ʒ. j. ꝛ ß. dabis cum succo solatri maratri vel apij cocto ꝛ colato: vel apozimate de radicibus: vel sirupo de squinato de absinth. vel oximelle. Si aūt videm⁹ in vrina hypostasim: intelligitur apostema esse maturatū: deinde demus rem oppilationum aperitiuam: et lauatiuam ous

venarum. ¶ Si apostema in superiori gibbo epatis sit: demus diuretica ⁊ vrine prouocatiua: sicut spicam apium anisum maratrum absin. reubar. squinantum ysopū ⁊ similia. ¶ Si apostema in inferiori parte epatis sit: purgemus corpus cū apozimate de agarico hierapi. ¶ Si inueterata sint apostemata ⁊ indurata ⁊ tumētia: de his Gal. in libro ad glauconē inquit: dura apostemata in epate si inueterascant ea nunq̄ potui curare: neq̧ alios facere vidi. Omnis eñ huiusmodi patiēs est futur⁹ hydropicus: ⁊ plurimi licet lōgū tempus post: tamen inde moriunt̄: vidi enim multos in breui tempore: qui sc̄ʒ breuē ⁊ nimiā habuerūt ventris solutionem. Sed tamē oportet dicere eorum curationes. Duritiē epatis veterē iuuat omne aperiens: sicut spica eupatoriuʒ lauri rad. succus apij maratri endiuie ⁊ similia. Spice. ʒ.ij. cū succo maratri iuuant: agarici. ʒ.j.ß. similiter epar lupi siccuʒ cū vino iuuat: similiter costuʒ: similiter dialacca: diacucumer diacostum philoniū tyriaca ⁊ similia. De simplici medicina omne qd̄ parū est ponticum iuuat cum amaritudine sua duritiem epatis stomachi splenis: siue cocta sit in aqua ⁊ bibita siue cum vino. Epithima faciamus cū oleo nardi. yrcleō castoreleon masticeleō ⁊ similib⁹. Cataplasma de absinthio spica camomilla ⁊ silib⁹. Nutriam⁹ cū leui cibo custodiamus a grauib⁹. ¶ Si apostema sit de vētositate grossa ⁊ fumosa epati inclusa: demus succum scariole maratri apij cū amigdaleo ⁊ oxizacca. trocisco de absinthio sirupo de squināto apozimate de rad. ¶ Si apostema sit de percussione vel casu vel collisione: dētur reubar. ʒ.ij. cum vino vel lacte vel herba rubea. ana. ʒ.j. ⁊ ß. cum vino vel aristolo. lon. ʒ.j. cum aqua cali. Si infirmus cū apostemate patit̄ in epate calorē: dem⁹ balausti. bolū armenū cum aqua arnoglo. vel solatri succo. Puluis valēs ad percussionē epatis vel casum. ℞. balaust. rosa. viola. boli amidi. ana. ʒ.iiij. sanguinis draconis reubar. lacce mirte. ana. ʒ.j. ⁊ ß. fac puluerē: da. ʒ.j. cuʒ apozimate de ro. masticis ⁊ arnoglosse.

¶ De fluxu sanguinis ab epate. Cap. iiij.

Sanguinis fluxus multis modis fit ab epate: sed sanguis exit diuersiformiter quātū ad causas: vel enim ex separatione iuncture: sicut cū substantia sua est vulnerata: vel ex venarum apertionibus: que duo inter se differūt: q: sanguis de venis aptis purus est ⁊ rubicundus: de vulneribus niger grossus putrefactus. exit vterq̧ in intestinis: neq̧ pūcturā: neq̧ torturā facit. Est ⁊ alia species: vnde sanguis purus emanat: verbi gratia: si de corpore manus vel pes incisa fuerint: sanguis vnde nutrita fuerāt: ad epar redit: quē epar deficiens emittit: similiter si nimia sint soliti habere exercitia: ⁊ post quietē lōgā fiat dissolutio longa sanguinē ex nimijs collectū exercitijs ad naturā epatis trāsmittit: quē collectū emittit: ⁊ cum egestione eijcit: hec species: sicut dixit Gal. interpolatim venit: sicut epilepsia ⁊ febris periodica. Est ⁊ alia species que a medicis dissinteria vocatur epatica in qua dissinteria cum egestione nimius exit sanguis: ⁊ quasi lauatura carnis recentis. Causa est defectio digestiue v̄tutis que mutare debet in epate succum cibi in sanguinem. Est ⁊ alia species exiēs ab epate cum egestione: in qua sanguis est niger ⁊ liuidus: hec aūt est cum epar in perfectum sanguinē cibū mutet: sed tamen contrariū habet vt cum ad membra reijciat sicut cū sibi obuiant oppilationes ⁊ constipatiōes. Sanguis eñ parmanens in epate longo tempore: neq̧ diuisus per membra: necesse est vt calore epatis incendatur ⁊ corrūpatur: quem postea virtus expulsiua epatis ad intestina expellit: ⁊ cum egestione emittit. ¶ Cum ergo intellexerim⁹ cuiusmodi fuerit fluxus sanguinis: s̄m suam opportunitatē erit medicandus. Si ex apertiōe sit venarum: demus qd̄ sanguinē stringat: epar cōfortet: sicut balaust. ro. spodiū acatiā bolū arme. terram sigillatam charabe gūmi hypoquisti. ⁊ similia: quodcūq̧ horum inueneris. ʒ.j. ⁊ ß. demus cum succo arnoglo. vel vitis frondium. medicemur prout in sanguinis fluxu de epate diximus. In bibenda aqua misceamus sirupum mirte sapā citon. maligra. sirupū. De composita medicina: demus hos trociscos. ℞. spodij ro. boli. ana. ʒ.v. sang. draco. balaust. sumac conche marine incense cupularū glandium. ana. ʒ.iiij. charabe gūmi coralli incensi acatie reubar. ana. ʒ.ij. croci spice camphore hypoqui. ana. ʒ.j. fac puluerē: tempera cū succo arnoglosse fac trociscos inde. ʒ.j. da bibere cū aqua frigida. ¶ Si fluxus sanguinis fit ex mutatione ⁊ defectione mutabilis virtutis in epate: ⁊ defectio ex corruptione sue cōplexiōis: videamus eū si infirmus nimiā sitim habeat: ⁊ ablationē virtutis appetitiue: ⁊ colorē citrinum ⁊ vrinam rubeā: de quibus intelligitur q̄ defectio fit ex calore oportet ergo causam refrigerandi dare ⁊ stiptica: vnde calor extinguatur ⁊ epar confortetur: ⁊ maxime si sint odorifera sicut est ro. sandal. al. ⁊ rub. balaust. spod. ⁊ similia: sir sapa de vio. ⁊ maligra. mixta cū trociscis de spodio. Cataplasma faciamus de sandal. rosa. balaust. mixta succo solatri rodostoma. ⁊ similib⁹. ¶ Si egestio erit quasi lauatura carnis sine tortura ⁊ dolore aliquo viscerum infirmi: ⁊ color eius in albedinem mutetur vel in liuiditatē: intelligenda est epati dominari frigiditas: ⁊ q̄ virtus eius sanguinē faciens deficiat vnde medicādus est cōfortatiuis ⁊ parū habentibus caloris sicut gallia mus. macis spice reubar. lacca gario. ligno aloes cardamomo ⁊ similibus: hec simplicia demus seu composita cum aqua: vbi cortices fistici sint positi: vel vbi aliqua harum specierum cocta fuerit: valet huic speciei digestionis. Item iuuant anisi. ʒ.ij. ⁊ ß. parū assati: ⁊ cum succo apij. Epithima faciamus epati. ℞. masticeleon nardileon. Nutriantur cum perdicibus starnis turdis fasianis pullis cum aromatibus paratis. Custodiātur ab omni cibo ad digerendū duro: nocet enim multuʒ si egestio sanguinis sit de crepatura apostematis: vbi de maturatiōe vulneris: ⁊ sanguis exiēs sit turbidus ⁊ saniosus: quod intelligere possum⁹ q̄ apostema habuerint. Oportet ergo dari que de suis putredinib⁹ mundificent vulnera ⁊ confortent epar: sicut ro. balaust. sanguis draconis mastix charabe bolū croc⁹ arnoglo. ⁊ similia. Hec si simplicia vel cōposita sint: da. ʒ.ij. cum succo citoniorū vel arnoglo. quia mundificant vulnera de putredine sua ⁊ solidant ea ⁊ confortant ea ⁊ epar. Nutriantur cum iure amidi rizi ⁊ vitellis oui lentibus arnoglossa cocta.

¶ De hydropisi. Capitu. v.

Hydropisis est errare virtutē in epate naturalem: virtus enim digestiua epatis cū mutare cibi succos in sanguinolentos humores deserit: cū quibus ⁊ tres humores alij sunt: cum inquā hec virtus pigrescat in cōplenda actione sua necesse est sanguinem corrūpat: qui indigestus corpus male nutrit: vnde fit vt totū corpus tumescat. Hydropisis ergo ex sola defectiōe virtutis est mutabilis: corruptio enim sanguinis ex infirmitate est huius virtutis. ¶ Nos aūt in principio huius libri diximus passiones epatis que ab ipso solo sunt: vel ex societate alterius mēbri: sicut stomachi splenis intestinorū renū vel matricis. Itē diximus q̄ passiones p̄prie epatis nō exeūt tria gn̄a morboꝝ: quos dicūt medici oīa mēbra pati corporis. i. malā cōplexionē: officiales morbos: iuncture separationē. Gal. dixit impossibile est hydropisim sine passione epatis esse. Nō eñ nascit̄ nisi ex debilitate v̄tutis digestiue ⁊ sanguinis gn̄atiue: qd̄ p̄priū est epatis. Sʒ tn̄ nō q̄ncū q̧ epar in sua p̄prietate deficit: vel in alioꝝ mēbroꝝ vicinitate: deficit hec vt⁹: ⁊ nō cessat a cōplemēto sue actiōis. Epar eñ aliq̄n patit̄: ⁊ tamē hec virt⁹ actionē suā naturalē nō pretergredit̄: augmentata tamen ipsius passione ⁊ maxime domināte: necesse est hāc deficere. Neq̧ succum cibi mutat: vt sanguinē inde faciat. Qui cū sit crudus ⁊ indigestus permanebit: hydropisim faciet. ¶ Si humor ille aliquas virtutes inuenerit in digestiua virtute aliquantulum mutatur: sed tamen non incorruptissimum fit: vnde quoddā genus hydropisis concreatur: qd̄ ⁊ hyposarca vocatur: cuius timor eque per totum corpus diffunditur: hec species facilis est ad curandū. Cā sue facilitatis est materiei benignitas: et diuisio sua p oīa corporis mēbra: vnde vnūq̄dq̧ mēbrū tantā vim hʒ quanta eidē sufficere possit. ¶ Sed si humor digestiuā v̄tutē inuenerit pigerrimā in mutādo sanguinē: gn̄at̄ humiditas citrina salsa atq̧ mala: que cū grauet epar vt diuidere eā nequeat neq̧ mūdificet: neq̧ mandet alijs mēbris: ne

cesse est: vt calor epatis tandē se dissoluat ꝛ fumū faciat: quē post ad ventris pelliculas eijciat: vel pelliculā circundantē vētrē ꝛ intestina quā vocāt siphac vbi collecta superfluitas in hūiditatē aquosam vertit. vñ spatia inter intestina ꝛ pelliculam que siphac dr̄ implent. ¶ Si hūiditas huius fumi maior ꝙ̄ ventositas sit: gñatur species q̄ hydropisis vocat. Infirmus cū mouetur ꝛ aqua illa vētris mouet: sicut aqua vtre inclusa: hec species frigidior est ceteris. Si hūiditas minor sit ventositate ꝛ fumo: gñat spēs illa q̄ vocat sicca propter siccitatē sue vētositatis: ꝛ dr̄ tympanites. Si eñ vētrē infirmi pcutias quasi tympanū sonat: possibile est eñ hanc spēm hydropisis de minori frigiditate nasci: q: humiditas grossa nō potest fieri aerea. Si multa sit frigiditas: hec spēs ad curandū dura est ꝛ lōga ad sanandū. Sꝫ tñ opꝫ vt duobus modis intēdamꝰ ad curādū hydropisim: sicut dixit G. Una est intētio nr̄a in v̄tute digestiua ꝯfortāda vt auferant sibi nocitura. Altera materie illiꝰ purgatio: ꝛ ab ipsa corporis mundificatio. Si calor sit cā vñ digestiua deficiat: intelligit ex siti infirmi febrisqꝫ velocitate pulsus: ꝛ citrinitate coloris corporis sui. pcipiēdū est vt bibat qd̄ calorem corporis refrigeret: sicut trocisci de camphora: de spodio: de berberi cū succo solatri endiuie ꝛ maratri ꝛ casieñ. purgemus humiditatem cuꝫ succo cucurbite vel succo fumiterre: vel succo herbe memithe arborem circūdātis. Si frigdor sit in causa: vñ virtus eadem deficiat: qd̄ ex liuiditate coloris infirmi certificatur: ꝛ sitis paruitate: ꝛ febrium ablatione: pulsus ablata velocitate: medicinā demus calidā: sicut diareub. diacurcumā dialaccā diacostum diarodō tyriacam maiorē: trociscos de eupatorio: trociscos de aniso: de absinthio: athanasiā sirupū de squinanto yreos ꝛ absinthio de rad. ꝛ similia. ¶ Si aqua ꝛ humiditas dominetur ꝛ multiplicetur: ꝛ apparens virtutem grauet: nō in virtute confortanda impediamur: sꝫ ad purgādū illā aquā festinemus. Purgatur hec aqua quattuor modis: vel diureticis eam per vrinam expellentibus: sicut spica castalig. assaro costo reub. aristol. lon. ꝛ ro. squinā. croco aniso mara. apio myrrha dauco ꝛ siliibus: de simplici medicina. de cōpositis demꝰ: dialaccā diacurcumā diacostū athanasiam omorusiā trocis. de aniso: absin. ꝛ similia. Scd̄a medicina citrinā aquā purgās cū sudore ꝛ dissolutiōe eijcit: qd̄ fit balneis ꝛ suffumigatiōibꝰ: sicut camomil. Accipiamꝰ anetū mellilotū abrotanū sansucum cocta in aqua cum quibus vētrem infirmi suffumigemus: aliquando sufficit aqua sulphurea vel marina. Tertia que hanc eandā aquā purgat est lac camelinū: vrina corū et serū: hec aquā istā que est hūida ex similitudine ꝛ societate sua expellūt: vt hec aqua que est extranea: que est humida ꝛ fluida: obuiet aque que similiter est fluida ꝛ humida: ꝛ cōpellat secū exire ex quadā sui similitudine que purgat cū virtute trahendi: similiter vt est tithimallꝰ cū lacte suo: ꝛ succus coconid. serapini stercus palumbini rad. elacterij: calchiteos yreos euforbij coloquintide scamonea ꝛ similia. Quarta medicina est cū incisione vmbilici ꝛ perforatione sui: hoc aūt est cū impletur: ꝛ aqua augmentatur: nec oportet temere de hac medicina se intromittere nisi cū maiore suspitiōe: ꝛ in illo genere solo q̄ vocatur hydrops. ¶ Incēsio non valet nisi soli hyposarce: ꝛ aliqñ hydropi: phlebotomia nulli generi hydropisis cōuenit nisi tantum mulieribus hoc habentibus: q: menstrua auferunt hanc habētibꝰ passionē ꝓpter sanguinis ablationē q̄ de eorum corporibꝰ solet egredi: vel cū emoroi. vel nariū emissiōe minuant: neqꝫ tñ semꝑ nisi cū virtꝰ nondū defecerit. Diasco. dixit: vrina caprina vnaq̄qꝫ die in aqua cali. cū spica dissoluit hyposarcā cū vrina ꝛ egestiōe. Alij dicūt vrina pecudis rufe vel nigre cū spica cocta ad spissitudinē: sit̄r facere.

¶ De antidotis epatis. Cap. vj.

Dictis passionibus quas epar patitur: ꝛ earū causis: ꝛ quomodo s̄m regulas artificiales curantur placuit vt medicinā cōpositā posteriꝰ epatis passiones iuuantem diceremus: ꝛ sibi cōuicinantiū sicut stomachi ꝛ viscerū: ꝛ curatiōes nō taceamꝰ. quorum passiones in hac particula: ꝛ in quarta diximus. Iterum ꝙ hec sunt maxime necessaria vulgo ꝛ maioribꝰ propter cōmunionem iuuamenti in vijs omnibus epatis ꝛ viscerum passionibus. Sunt autem in artificio diuersa: quedam enim sunt electuaria: quedam trocisci: quedam pilule: quedam pulueres: alia v̄o apozimata: vñ oportet nos vniuscuiusqꝫ artificium ꝓprio attribuere capitulo. ¶ Diareubarbarū valet defectioni epatis ꝛ sue oppilatiōi ꝛ vētositati viscerum ꝛ indigestibilitati. ℞. croci costi cinamo. spice. ana. ʒ. j. reub. ʒ. iiij. casie assari myrrhe squinan. aristolo. lon. ꝛ rotū. ana. ʒ. ß. fac puluerē: adde mellis qd̄ sufficit: dās. ʒ. ij. vel. iij. ꝛ ß. cum apozimate de aniso vel de radicibus. ¶ Diacurcuma valet ad epatis passionē cum frigitudine splenis ꝛ epatis stomachi adaperiens ꝛ mundificans ventositatē. ℞. croci spice cinamomi assari casie. ana. ʒ. iij. costi. squinan. myrrhe ana. ʒ. j. ꝛ ß. fac puluerē: adde mellis qd̄ sufficit: dans. ʒ. j. vel j. ꝛ ß. s̄m virtutem patiētis cum succo herbarum ꝛ oxizacca. ¶ Dialacca valet ad oppilationē epatis de frigitudine ꝛ duritie ꝛ apostemate in stomacho vel epate: ꝛ ad dolorē splenis: ꝛ oēm suspitionem hydropisis: ꝛ ad ventositatē hypocūdrie. ℞. lacce. ʒ. xv. costi spice carpobal. xilobal. casie assari cinamo. croci squinati reubar. masticis aristolo. rotūde ꝛ lōge. ana. ʒ. ix. myrrhe gentiane maratri anisi apij polij gariofilo. cimini eupato. absinthij nucis mus. cardamo. cube. ana. ʒ. iij. fac pulue. adde mellis quod sufficit: dans. ʒ. j. vel. j. ꝛ ß. cū succo herbarū vel apozimate de radi. ¶ Diarodon valet dolori epatis ꝛ stomachi puncture cholere rubee ꝛ febribus: corruptiōi digestibilis virtutis. ℞. spice croci assari casie costi squinanti cinamomi spodij masticis equale pondus: rose quantū alie species: fac pulue. confice cum sirupo: da ad modum auellane cum mellicrato. ¶ Antidotum valens dolori epatis de frigitudine cōplexionis ꝛ ventris inflationi in initio hydropisis: ꝛ contra venenum. ℞. myrrhe. ʒ. vij. cinamomi. ʒ. iiij. ꝛ ß. piperis albi. ʒ. ij. thuris costi. ana. ʒ. j. ꝛ ß. fac pul. tempera cum melle qd̄ sufficit: dans in modū auellane cum mellicrato. ¶ Aliud antidotū opomodosij ad dolorem epatis ꝓbatū. ℞. cimini costi casie squinā. zinziberis. ana. ʒ. ij. carpobal. croci. ana. ʒ. j. opij. ʒ. iij. mellis qd̄ sufficit: da cum aqua calida. ¶ Aliud valēs grosse ventositati in stomacho ꝛ in visceribus: dolori epatis ꝛ splenis: ꝛ est. ℞. casie amomi spice nardi apij maratri anisi assari castorei aristolo. lon. ꝛ rotun. thuris aneti se. carui cimini. ana. ʒ. j. cardamomi minoris et maioris cinamo. gariofilo. zinzibe. piperis alb. ꝛ nig. ꝛ longi ana. ʒ. j. mellis qd̄ sufficit: dans. ʒ. j. ꝛ ß. cū puro vino. ¶ Diachimenon Gal. in lib. complexionis valet ad omnē dolorē ventris qui ex frigiditate est: stomachū sanat: digerit cibuꝫ: oppilationē epatis aperit: totum corpus calefacit: iuuat ad dolorē splenis qui est de ventositate grossa ꝛ phlegmatica. ℞. cimini. ʒ. xxx. infusi in aceto die ac nocte: ꝛ post desiccati ꝛ assati: croci galange spice amomi assari zinzibe. gariofilo. piperis lō. cinamomi macis masti. nucis mus. cardamo. ameos casie maratri apij carui carpobal. folij. ana. ʒ. vij. ꝛ ß. fac puluerē: mellis qd̄ sufficit: da in moduꝫ auellane. ¶ Diafidet. Iohā. damasce. valet ad dolorē stomachi de phlegmate: ad ventositatem grossam: oppilationem epatis aperiens: da. ʒ. j. ꝛ ß. ℞. zinzibe. piperis albi ꝛ ni. ꝛ lon. spice casie carpobal. piretri folij cardamomi maio. gariofi. masti. ameos. ana. ʒ. ij. apij anisi mente. ana. ʒ. iij. mellis quod sufficit. ¶ Diacrisis valet oppilationi epatis splenis puncture epatis in initio hydropisis ꝛ vniuersaliter dolori viscerū de frigiditate. ℞. croci cinamo. spice assari squinan. ana. ʒ. vj. costi aristolo. ro. ꝛ lon. casie folij masticis cinamo. maratri se. apij scariole gentiane carpobal. lacce. ana. ʒ. iiij. calami aroma. ꝛ gariofi. cardamo. maioris ꝛ minoris macis. ana. ʒ. iij. fac puluerē: mellis qd̄ sufficit. ¶ Aliud similiter antidotū Gal. qd̄ vocat diatrionpipereon: valet ad vitreum phegma in stomacho dissoluendum vomitum phlegmaticū aufert: stomachum frigidū ꝛ non digerentē confortat: cōuenit epilepticis podagricis de phlegmate senibus ꝛ putredinem in corpore habentibꝰ collectam. ℞. piperis alb. ꝛ nig. ꝛ lon. zinzibe. spice xilobal. apij petrosi. anisi ameos maratri. ana. ℥. j. amomi liquiri. absinthij casie. ana. ʒ. vij. cardamo. gariofilo. cinamo. croci ciperi. ana. ʒ. v. anisi siseleos aristolo. longe ꝛ rotunde assari masticis. aū. ʒ. iij. costi. macis. ana. ʒ. ij. mell. qd̄ sufficit. ¶ Diaroma valet ad grossitudinem phlegmatis: stomachum indigestum

gestum cōfortat: inflationem aufert: clarificat colorē: mentem acuit: ventositatem laterum tollit: ante cibum et post cibum da. ℞. spice: casie: masti. gariofi. cinamomi: assari. ana. ʒ. j. cardamomi minoris et maioris: croci: sandalorum citri. cubebe: costi: macis: gallie musca. zinzi. maratri: anisi. ana. ʒ. ß. nucis musca. ligni aloes: calami aroma. añ. ʒ. iiij. fac puluerem accipiēs mel despumatum: mitte tantūdem citoniorum: vel malorum muzorum coque ad spissitudinē mellis: tempera cum his species alias.

¶ De trociscis. Cap. vij.

Trocisci de lacca valēt ad epatis et splenis passionem de calore et apostemate. ℞. lacce: spodij ros. absinthij succi. eupatorij succi. ana. ʒ. iij. reubar. ʒ. iiij. squinanti. ʒ. ij. tempera cū succo maratri vel endiuie: fac trociscos. ʒ. j. et ß. da bibere cum succo predictarum herbarum et oxizaccara. ¶ Trociscus de reubarba. valet ad constipationem epatis: splenis: stomachum confortat. ℞. ro. absinthij. reubarba. ana. ʒ. iij. spodij: spice: squinanti: lacce: eupatorij succi. ana. ʒ. j. sandali citrini: croci: casie: dragaganti: masticis. ana. ʒ. ij. tempera cum succo maratri: fac trociscos. ʒ. j. da cum succo herbarum predictarum et oxizaccara. ¶ Trocisci de aniso valent ad frigiditatē splenis: epatis: stomachi: et ventositati hypocūdrie. ℞. anisi ro. maratri. ana. ʒ. vij. liquiri. ʒ. vj. succi liquiri. squinanti: lacce: masti. spice. ana. ʒ. viij. eupatorij. ʒ. iij. costi: casie: assari: absinthij: spodij. ana. ʒ. ij. tempera cum succo apij: fac trociscos. ʒ. j. et ß. da cum succo herbarum. ¶ Trocisci de absinthio valent ad dolorem epatis: et stomachi oppilationem soluūt. iuuāt febrem phlegmaticā. ℞. absinthij maratri anisi ro. amigda. amara. ana. ʒ. iij. assari: spice: squināti apij se. ana. ʒ. ij. reubar. succi eupatorij. ana. ʒ. j. tempera cum succo endiuie: et fac trociscos. ʒ. j. et da cum succo herbarum. ¶ Trocisci de eupato. valent ad stomachum: epatis oppilationem aperiūt: rigorē phlegmatice febris mitigāt. ℞. absinthij: squināti: succi eupatorij. rose maratri: masticis: ana. ʒ. iiij. anisi: dragagāti: sandali citri. spodij. ana. ʒ. j. et ß. tempera cum succo endiuie. fac troisc. ʒ. j. et ß. da cum succo endiuie et oxizaccara. ¶ Trocisci de rosis cōfortant epar et stomachū. ℞. rosarum. ʒ. x. liquiri. ʒ. vj. squināti: spice: maratri: spodij: dragagāti. ana. ʒ. ij. tēpera cum succo endiuie trocisc. fac. ʒ. j. da bibere cum succo herbarum vel maligra. ¶ Trocisci de spodio valent febribus acutis de calore epatis: et ad continuam sitim. ℞. rose. ʒ. vj. spodij se. portu. succi liquiri. añ. ʒ. ij. dragagāti: amidi. ana. ʒ. j. zuccara. ʒ. iiij. tempera cum succo psilij. fac trociscos. ʒ. j. da bibere cum succo maligra. ¶ Alij trocisc. de spodio laxatiui. i. aperitiui valent ad veras tertianas: sitim: calorem epatis et stomachi: et sunt Jo. da. et sunt in libro quem intitulauit pperatū ℞. spodij: rose: croci. ana. ʒ. iij. amidi: dragagāti: gūmi arabi. scariole se. citruli cucurbi. cucumeris: melonis: oīum mūdatorum: se. portu. ana. ʒ. j. et ß. tempera cum succo citoniorum: et aqua rosa. fac trocisc. ʒ. j. et ß. ¶ Trocisci de camphora refrigerant incensionem epatis: calorē acutarum febrium. ℞. ro. ʒ. iij. gummi arabi. dragagāti: spodij. añ. ʒ. iiij. se. cucumeris citru. portula. et liquiri. ana. ʒ. viij. croci: ligni aloes: camphore. ana. ʒ. j. tempera cum succo psilij facto cum aqua ro. fac trocisc. ʒ. j. ¶ Trocisci de berberis valent ad cōstipationem splenis: epatis in initio hydropisis cum calore. ℞. berberis. ʒ. vij. rose et spodij: lacce: croci. ana. ʒ. v. sulphuris spice gariofi. squinanti. ana. ʒ. iij. reubarb. maratri sandalorum. añ. ʒ. iij. cuscute. ʒ. v. fac trocisc. ʒ. j. da bibere cum succo maratri et endiuie cum oxizaccara. ¶ Alij similiter valēt febribus acutis: siti. apostematibus epatis et stomachi. ℞. berberis. ʒ. iiij. ros. ʒ. xij. māne: liquiri. se. cucumeris: spodij: spice: masti. eupatorij succi. ana. ʒ. ij. reubar. lacce: croci. ana. ʒ. j. tēpera cum visco psilij. fac trociscos. ʒ. j. da bibere cū succo maratri. ¶ Trocisci de viol. mitigantes incensionem de cholera ru. vt neqꝫ epar: neqꝫ stomachum pūgat: soluūt calidissimam naturam: et qui abominati sunt medicinam. ℞. viole. ʒ. iiij. rose. zuccare. ana. ʒ. ij. spodij. succi liquiri. se. portula. sanda. citri. ana. ʒ. j. et ß. draga. se. cucumeris: masti. scamonee. ana. ʒ. ij. fac trocisc. da bibere cum sirupo prunorum: vel apozimate de māna casiefi. vel oxifenitia. ¶ Trocisci de sandalis valēt febribus et siti: nimio calori epatis et stomachi: lingue siccitati. ℞. rose spodij: zuccare. ana. ʒ. iij. sandalorum citri. al. et ru. se. portu. succi liquiri. se. cucumeris citruli: camphore: draga. ana. ʒ. j. et ß. tēpera cum visco psilij. fac trocisc. cum aqua ro. da bibere cū succo maligra. vel cucumeris: vel apozimate oxifenitie: vel casiefi. et māne. Qui sunt calidissimi et ventres eorum pter calorē stiptici: accipe medietatem huius cōfectionis et iunge scamonee assate. ʒ. ß. dans bibere cū succo prunorum vel vio. ¶ Alij trocisc. laxatiui valent ad dolorem epatis et yctericie: acumini cholere ru. incensioni nimie: apostemati sanguinolēto. ℞. rose: spodij: sandali citri. absinthij. ana. ʒ. v. reubar. squinanti: spice. ana. ʒ. ij. scamonee succi eupatorij: succi liquiri. ana. ʒ. ij. tempera cum succo maratri: fac trocisc. dans bibere. j. cum succo herbarum et oxizac. et hec de trociscis sufficiant.

¶ De pilulis. Capitulū. viij.

Pilule de aromatibus Jo. dama. valent ad dolorem stomachi de phlegmate: mundificāt stomachum de humoribus grossis putridis a cerebro ad ipsum descendētibus: da. ʒ. iij. ieiuno cū aqua ca. ℞. calami aromatici: cinami: cubebe. nucis musca. macis cinamomi spice carpob. squinanti masti. asari gariofi. añ. ʒ. j. croci. ʒ. iiij. et ß. fac coquere oēs illas spēs in. ij. libris aque vsqꝫ ad tertiā partē: cola supaddēs. xxviij. ʒ. aloes. et. vj. ʒ. myrrhe: oīa pulueriza et ad solē dimitte: sempercꝫ moue donec possint formari pilule. ¶ Alie eiusdem valentes ad dolorem epatis: et ad hydropisim. ℞. hierepi. succi eupatorij: mirobalano. citrino. ana. ʒ. iij. turbith. ʒ. iiij. lacce. ʒ. ij. reubarba. carpobalsa. spice. ana. ʒ. j. et ß. anisi: apij: squinanti. ana. ʒ. j. tempera cum succo solatri. da. ʒ. ij. cum aqua calida. ¶ Alie valent ytericis et eijciende putredini de stomacho et epate: constipationem splenis aperiūt: caput mundificant. ℞. hierepig. ʒ. vij. absinthij. ʒ. v. reubar. ʒ. iiij. squinanti. ʒ. iij. spice: scamonee. ana. ʒ. ij. cum succo apij tēpera dans. ʒ. ij. cum aqua ca. ieiuno. ¶ Alie de libro pfectionis Johā. da. valent diuturnis febribus de diuersis materijs: dolori epatis in initio hydropisis. ℞. succi absinthij: miroba. citri. succi eupatorij: aloes: croci: mast. reubarb. lacce: anisi: fumiterre: hierep. equale pōdus: tempera cum succo solatri. da. ʒ. j. de nocte. ¶ Alie de euforbio valent ad purgationem aque citrine: et omni materie hydropisis: et ad dolorē dorsi: et podagrā que de frigida fit materia. ℞. euforbij. ʒ. ij. fustis tithimalli. ʒ. j. armoniaci: serapini: oppoponacis: bdellij: apij: se. petrosili. meu: spice: casie: anisi: masti. ana. ʒ. j. fac puluerem: et frica cum amigdaleo: tempera cum succo solatri vel maratri. da cꝫ. ʒ. j. ¶ Pilule de serapino purgātes aquam citrinam: valēt ad dolorem stomachi: dorsi: ventositatem intestinorum: yliacꝫ dolorē de frigore. ℞. serapini: turbith: fustis tithimalli. añ. ʒ. ij. apij: bdellij: anisi: maratri: kebuli. ana. ʒ. in alio. ℈. ij. armo. opoponacis: asse. cinamomi. ana. ʒ. j. tempera cum succo calamenti faciens pilulas. da. ʒ. j. et ß. vel. iij.

¶ De pulueribus. Cap. ix.

Puluis purgās aquā citrinā: apostemata dissoluens: epar cōfortans. ℞. absinthij: turbith: serapini. ana. ʒ. v. apij: se. potrosili. maratri: anisi: yreos. ana. ʒ. ij. scamonee: tithimalli fustis: masti. squināti cinamo. ana. ʒ. j. fac puluerem: dans cum succo maratri. ¶ Alius valēs ad frigitudinem epatis: emoroydes: corruptionē stomachi: et ad mutationē coloris. ℞. masti. gariofi. casiefi. rose: asari. ana. ʒ. iij. cimini: maratri: anisi: absinthij. ana. ʒ. ij. cardamomi: cinamomi manne: squinanti: se. basiliconis. ana. ʒ. j. et ß. fac puluerem frica cum amigdaleo. et zucca. quātum omnes alie species. da. ʒ. ij. cum aqua ca. ieiuno. ¶ Alius purgās aquam citrinam: et valens humide nature passioni colice de viscoso phlegmate et ventositati. ℞. serapini: tithimalli fustis: apij se. equale pōdus: fac puluerem: et da. ʒ. ij. vel. iij. cum aqua calida. ¶ Alius valens ad frigitudinem stomachi: et indigestibilitatem fastidium: oxiremiam: inflationem ventris: oppilationem epatis et splenis aperit. ℞. zinzi. ʒ. ij. origani. masticis: thuris: carui: cimini. piperis. ana. ʒ. iij. maratri: apij: anisi: dauci: ameos. ana. ʒ. j. et ß. fac puluerem: frica cum sisameleo: et zucca. quantum alie species. da. ʒ. iiij. cum aqua calida vel mellicrate.

¶ Puluis confortans epar: oppilationem epatis aperiens valet in initio hydropisis. ℞. myrrhe: costi: casie: spice: asari: carpobal. equale pōdus: maratri apij scariole: se. aneti: dupl. de puluere. da. ʒ. j. ꝛ ß. cum aqua calida. Si velis propter ytericitiam iunge decem partes de hierapigra. da. ʒ. ij. cum aqua calida ꝛ orizaccara. Si velis propter aquam citrinam iunge quinq; partes serapini.

¶ De apozimate. Cap. x.

Apozima de radicibus cōfortādo valet epati: spleni: ꝛ renibus. splenis ꝛ epatis oppilationem soluit ꝛ renum humores grossos liquefacit. ℞. corti. radi. apij. ʒ. x. radicum endiuie ꝛ maratri. ana. ʒ. vj. cuscute. ʒ. v. viol. fichen: absinthij: liquiri. capilli. vene. ana. ʒ. iij. maratri: se. anisi: apij: spice: eupatorij. ana. ʒ. j. omnia pistata coque in. iij. lib. aque ad medietatem: cola: deinde mitte māne. ʒ. xx. casiefi. ʒ. xv. Item coque ad tertiam partem cū. ℥. iij. succi absinthij. deinde addito amigda. ʒ. iij. cola: ꝛ da. iij. diebus continuis. ¶ Alius de radicibus valet frigido epati: oppilationem ipsius aperit: et splenis humores grossos cum vrina eijcit: contra quartanas iuuat. ℞. apij radicis maratri. ana. ʒ. x. absinthij: squinanti. ana. ʒ. viij. reubar. ysopi: calamenti. ana. ʒ. iij. maratri: anisi: asari: casiefi. aā. ʒ. iij. coque in. iiij. lib. aque vsq; ad. ij. ꝛ ß. da. iij. ℥. ꝛ ß. cum quibusdam trocis. ꝛ amigdaleo.

¶ De sirupis. Cap. xj.

Sirupus de squināto valet oppilationi epatis: splenis: vētositati hypocūdrice in initio hydropisis. ℞. squināti: absinthij: cuscute. aā. ʒ. xx. maratri: anisi: apij. ana. ʒ. x. omnia coque in. vij. lib. aque vsq; ad. iij. deinde cola: ꝛ post fecem suam mitte in. vij. lib. aque: ꝛ vsq; ad tertiam coque: ꝛ postea cola: ꝛ aduna vtraq; colamēta: ꝛ pone tantūdem zuccare coquēs ad pfectionem sirupi. da. ʒ. ij. cū succo endiuie ꝛ maratri: bene cocto ꝛ colato. ¶ Alius de orizacca. valet ad calida corpora ꝛ febres sanguinolētas: atq; cholericas: pdest epaticis: spleneticis de calore. ℞. maratri radi. ꝛ endiuie. ana. ʒ. xx. ematitis ro. maratri se. anisi. aā. ʒ. x. spice: apij. ana. ʒ. v. coque oīa in. v. lib. aceti. ꝛ. iiij. aque: ad medietatem: post cola mittēs tantūdem zuccare: ꝛ coque ad pfectionem. da. ℥. j. cū aqua frigida. ¶ Oximel valet ad frigiditatem epatis: stomachi: diuturnas febres: tumorem splenis: ꝛ duritiem viscerū. grossos chimos incidit: putredinem antiquā mūdificat. ℞. radi. maratri: squinanti. ana. ʒ. ij. se. anisi: apij. ana. ʒ. j. spice: masti. asari: casie: calamenti agrestis ꝛ domestici petrosil. dauci. ana. ʒ. v. gariofi. cardamomi: zinzibe. ana. ʒ. iij. oīa in. ix. lib. aceti. ꝛ. x. aque coq̄ ad medietatem: cola ꝛ pone tantūdem mellis cocti ꝛ despumati: coque vsq; ad pfectionem sirupi. ¶ Sirupus de absinthio valet epaticis: stomatichis: grossitudini splenis: ytericie de calore: colice: similiter oppilationem aperit. ℞. absinthij. ʒ. xx. cuscute: vio. liquiri. aā. ʒ. x. capil. ve. squinanti: prassij: maratri: anisi. ana. ʒ. v. spice: eupatorij: casie: costi: apij se. folij: calamenti. ana. ʒ. iij. coque omnia in. vij. lib. aque vsq; ad quattuor: cola et mitte feces in. vij. lib. aque vsq; ad. iij. aduna ambo colamenta mittens in. iij. lib. zucca. ꝛ. iij. de sapa. deinde coque: accipe in initio coctionis: cardamomi: croci: masti. cinamomi: asari. fac puluerem de omnibus: ꝛ mitte in rarum pānum: pone intra vt coquātur vsq; ad pfectionem da bibere. ℥. j. cum aqua calida. Qui vult laxatiuum accipiat ʒ. iij. scamo. ꝛ ponat fm q oportet: da bibere laxatiuum.

¶ Sirupus de fumoterre valet incensioni cholere rub. scabiei: pustulis: oppilationi epatis aperiende: ytericos iuuat colorem clarificat. ℞. miroba. citri. vio. absinthij: cuscute. aā. ℥. ij. omnia coque in. viij. lib. aque vsq; ad. iij. deinde cola et accipe fumiterre bene colati: zuccari quātum colature aque fuerint: ꝛ iterum coque vsq; ad pfectionem dans. ʒ. ij. vel. iij. vt laxatiuum sit: si vis adde. ʒ. j. scamonee ab igne cum amigdaleo. ¶ Sirupus de prcos valet ad frigiditatem epatis: splenis: hydropisis: ꝛ ad apostema: ventositatem nimiam dissoluit. ℞. prcos. ʒ. xxx. squināti: liquiri. calamēti: prassij. aā. ʒ. xv. spodij: tamarisci: maratri: anisi: apij: petrosel. aā. ʒ. viij. dauci: ameos: eupatorij: asari: spice: ana. ʒ. iij. omnia coque in. xx. lib. aque vsq; ad mediam: ꝛ cola: ꝛ omnia colamenta aduna: deinde pone sape. lib. x. mellis. v. mitte in prima coctione: masti. piperis lon. cinamomi: gariofi. ana. ʒ. j. ꝛ ß. oīa puluerizata subtilissime in pāno raro pone: vsq; ad perfectionem coque dans post bibere. ʒ. j. cum aqua cali. ¶ Sirupus de calamēto valet spleneticis stomatichis: ꝛ vniuersaliter habētibus viscera frigida. ℞. calamēti agrestis ꝛ domestici: aā. ʒ. xx. maratri apij anisi petrosel. capparis radi. dauci: polij: prassij: squinānti. aā. ʒ. viij. oīa coque in. x. lib. aque vsq; ad medī. cola: ꝛ pone feces in. v. lib. aque: coque vsq; ad medium colamēta vtraq; coaduna ponēs tantūdem mellis: ꝛ in initio coquēdi mitte spice: casie: asari: gariofi. cinamomi: zinzi. masti. croci. ana. ʒ. j. oīa subtiliter puluerizata in pānum rarum pone: ꝛ vsq; ad pfectionem coque: da. ʒ. j. cum aqua ca. ¶ Sirupus acetosus pdest calidis corporibus ꝛ febriētibus de sanguine vel cholera: cōstipationem stomachi ꝛ epatis aperit. ℞. corticis radi. feniculi: apij: ꝛ scariole. ana. ʒ. xx. flor rose: ꝛ se. feniculi. ana. ʒ. x. spice: squināti: se. apij. ana. ʒ. v. oīa contusa in. vj. lib. aceti: ꝛ. iiij. aque dulcis biduo maneāt: deinde lento igne coquātur ad medium: ꝛ p saccum guttatim colentur iterum ad focum cū zuccaro eiusdem quātitatis reuertātur ꝛ sufficiēter coquātur: sed vt frigidius fiat vice aque mitte aquā cucurbitinam: aquā granator acetosor vel aquā melonis. q si. ʒ. ij. vel. iij. diagridij puluerizati in pāno ligaueris: ꝛ in sirupum bullientem deposueris: chole. ru. putridosq; ab epate ꝛ stomacho eijciet humores. ¶ Aliud mellicratum de aromatibus valēs ad frigidā ꝛ humidam cōplexionem: ꝛ quibus phlegma dominatur: ꝛ frigidis temporibus vel regionibus stomachum confortat: calorem naturalem excitat: ventositatem expellit: frigitudinem renū ꝛ viscerum calefacit. ℞. mellis perfecte cocti. lib. x. aque. xxx. coque cum suaui foco ꝛ despuma: mitte in initio coctionis: masti. croci: spice: cinamomi: zinzib. galāge: casie: gariofi. cardamomi: costi. asari: piperis lon. ana. ʒ. j. ꝛ ß. oībus simul pistatis: pone in subtili panno: ꝛ coquens ad perfectionem ad vltimum mittes. ℈. j. vel ij. de musco: de quo da bibere ℥. j. vel. ij. cum aqua. ¶ Apozima Iohā. da. valet epaticis. ℞. folij: cuscute: absinthij: squinanti: capillor vene. ana. ʒ. ij. prassij. ʒ. iij. camedreos: ameos ana. ʒ. j. ꝛ ß. oīa coque in aqua ꝛ colata da bibere. ¶ Aliud valet inflatiōi corporis: hydropicis: frigiditati epatis ꝛ ei9 dolori ℞. camedreos. ʒ. iij. prassij. ʒ. ß. succi tithimalli. ʒ. j. ꝛ ß. coconid. fisir fumiterre. ʒ. j. ꝛ ß. oīa coquant ꝛ colata bibere dent.

¶ De ictericia. Cap. xij.

Nomen ictericie a simili sumptum est a volucri sez aurei vel crocei coloris: q̄ media estate solet esse in sole deserta: sed distinctio ictericie proprijs constans differentijs a sui essentia sumptis: ꝛ a complementis sue actionis talis erit. ¶ Ictericia est commixtio cholere ꝛ sanguinis diffundēs se per omnia mēbra corporis cum sanguine ꝛ apparēs in corporis superficie. Est aūt duobus modis: aut de causa p̄senti ꝛ exteriori: aut de p̄terita ꝛ interiori. De presenti causa quādo corpus patitur exterius: sicut reptilium terre venenosor morsus: venenosa potio: consuetudo cibi ꝛ potus calidissimi sanguinem incendētis ꝛ cholericum faciētis. Intelligimus hec ex inquisitione infirmi ꝛ manifestatione sui. ¶ Preterea causa multipliciter diuiditur: quedā fit a natura qn̄ cōfortatur: ꝛ in subtilibus fecibus cholericas diffunditur: ꝛ in supficie corporis expellitur: vnde gn̄atur ictericia: in febribus acutis nūciatiua salutis: ꝛ liberatiōis morbi: nisi cum ante septem dies euenerit: tunc em̄ apparitio sui nō ex actione est naturalis virtutis sed potius de acumine morbi: ꝛ de p̄ualitudine eius nature quātum persecutus est morbus: vt res nūciatiua non in suo tpe ostēdatur. vnde Hippo. in apho. ictericia q̄ in febribus acutis ante. vij. dies apparuit timorem portēdit: q̄ post. vij. dies salutem. ¶ Itē ictericia ex alia est cā: scz de cōplexione epatis corrupta ppter quēlibet sui morbū in hac particula iam dictum. vn̄ eius virtutes deficiūt naturales in cōplēdis actionibus suis supradictis fm q opz. Ideo necesse est vt pars cholerica a sanguine diuisa: ꝛ ad fel non missa permaneat in epate clausa: ibiq; multiplicata tigit epar: vt cholericum faciat. hec species ictericie premittit aliquā causam sui nunciatiuam: siue corruptionem actionis naturalis epatis:

maciem corporis: dolorem ⁊ grauitatem lateris dextri. Est ⁊ alia species in qua patitur fellis suba ⁊ sua virtus deficiat solens ab epate chole.ru.trahere: nec in ipso cholera remaneat. vnde sanguis tingitur. ¶ Alia est de oppilatione propter apostema in vijs per quas cholera transit ad fel: vnde fit vt ad epar redeat: ⁊ inde per totum corpus cum sanguine se diffundat. Et si inferior via oppilata sit: ascendit ad superiorem viam: que ad stomachū tendit: vnde citrinitas faciei fit ⁊ amaritudo oris: saliue siccitas: in stomacho calor ⁊ sitis: vrine color albescit: ⁊ digestionis propter ablationē cholere eas tingentis. Si oppilatio in superiori via fit que ad stomachum tendit: augmētatur cursus ad intestina cholericus. vrina ⁊ egestio tingūtur: apparet in vrina lutum rufum: vel quasi cinnabrium: ⁊ spuma superius citrina: ⁊ egestio corrupta ⁊ plurima: yctericia ex passione fellis est subita: nec plus choleram corrumpit quāuis citrinus sit: nec epar ab actione sua contrahitur. ¶ Iterum quarta est ycteritia que ex complexione venarum est corrupta cum vltra quātitatē naturalem calefiant. Inde eius incenditur sanguis: qui ab epate ad ipsas tendit: ⁊ cholericus fit: ⁊ sic yctericiā gignit. ¶ Aliquando ycteritia in corpore apparet nigra: que causa defectionis splenis euenit in trahenda fece sanguinis ⁊ turbulentia sui. ¶ Vidēres ycteritiam ⁊ eius intelligēres causam: vidēdum est si habeat febres: quas si habuerit: ⁊ ycteritia ante septem dies apparuerit: ⁊ ante quā emineat signū decoctiōis ⁊ digestionis morbi: pessima est: ⁊ timorem mortis nunciat: nec intromittēdam est de curatione sua: ⁊ si in die cretica appareat sicut.vij.vel.ix.vel.xj.vel.xiiij.⁊ post apparitionem signum erit decoctionis: ⁊ leuitas morbi laudabilis est: ⁊ salutem nūciat. ¶ Hec ycteritia opꝫ vt medicetur cum mitigātibus choleram ⁊ refrigerātibus: sicut sunt apozimata de prunis: oxifeni. maligra. succo cucurbi. ⁊ similibꝰ. Cum morbus autē incipit declinare ⁊ acumen febris extinguitur: choleram rub. purgemus cum succo cuscute: vel solatri: vel casiafist. ⁊ māna. demus prisanum cum orizac. Nutriamus cum cucurbi. lentibus: bliti. ⁊ similibus. cataplasma ponamus super epar de sanda. ros. ordei farina. cataplasma temperamus cū succo solatri: portula. Febribus cessantibus ⁊ in corpe ycterícia permanente: demus infirmo succum solatri: maratri: cuscute cū orizac. Trociscos de camphora: de spodio: de sandalis: de ro. de lacca. Nutriamus perdicibus: fasianis: pullis: oīa cum aceto coquantur: ⁊ zucca. lauemus oculos cū aceto ⁊ succo coriādri: vel aceto ⁊ lacte mulieris. Si febribus careat: basilica minuat in dextra manu quārum sufficit: adiuuātibus etate ⁊ ɔsuetudine: deinde cholerā purgemus cum casiafi. miroba. citri. vio. cuscuta: absinthio: prunis: iuiub. oxifeni. ⁊ similibus. ⁊ cū sirupis: antidotis cholere purgatiuis. Si aliqd phlebotomie obuiauerit ꝓpter virtutis defectionē: vel frigiditatem vel etatē: demꝰ succū solatri: cuscute ⁊ endiuie: atq maratri bene cocti ⁊ colati cum orizacca. Itē demus succos herbarū cū trociscis de lacca: de absinthio: de eupatorio. Si calor sit nimius: demꝰ trociscos de spodio: de cāphora cū orizacca. Nutriamꝰ cū crisolocāna portula. bliti. cū amigdaleo: demus prisanum: pisces recentes: pullos cū aceto ⁊ zucca. ¶ Trocisci valētes ad yctericiā oppilationem epatis: splenis. ℞. hierepigre: absinthij: eupatorij succi. ana.ʒ.ij. rose: spodij: squinan. asari: folij. añ.ʒ.j.⁊ ß. lacce: reubar. ana.ʒ.j. croci: scamonee. ana.ʒ.ß. tēpera cū succo endiuie. fac trocisc.ʒ.j.⁊ ß. ⁊ da.j. cū succo endiuie ⁊ orizac. ¶ Alij trocisc. valēt yctericie: cholerā naturalem purgātes. ℞. rose: absin. spodij: anisi. añ.ʒ.iij. lacce: reubar. succi eupatorij: maratri. ani. portula. se. squinan. ana.ʒ.j.⁊ ß. scamonee. dragagan. ana.ʒ.ij. croci.ʒ.ß. māne.ʒ.ij. tempera cū succo solatri. fac trociscos.ʒ.j.⁊ ß. dans cum succo endiuie ⁊ orizacca. ⁊ succo maratri bene cocto ⁊ colato. ¶ Confectio Io. da. similiter valet. ℞. lacce: spodij. ana.ʒ.ij. croci.℈.j. reubar. quartam partem.j.ß. campho.ʒ.ß. omnia puluerisa dans bibere cū apozimate de prunis vel oxifeni. Si ycteritia cesset de corpore citrinitate in oculis remanēte: sternutationē faciamus cum succo fide: vel cum nigella: vel lacte mulieris: aceto. vel oleo ro. et similibus.

¶ De passionibus splenis. Cap.xiij.

PAssio splenis multum assimilatur passioni epatis: patitur aūt ex tribꝰ morborū gñibus: sicut diximus ⁊ alia membra corporis pati: idest ex mala cōplexiōe: morbo officiali: iūcture separatione plurima. ¶ Splenis passio durities est sui que in ꝓpatulo est sensui: quia facile potest tangi: vnde fit vt non alia significatio necessaria sit: ⁊ cum splen magis magnificatur: multo plus corpꝰ maceratur. Aliquādo splenetici vomūt sanguinem cholere ni. pertinētem: et aliqñ emittitur cū egestione: qñq corū appetitus ad comestionem augmētatur: ⁊ aliqñ pigritia totius corporis cū tristicia ⁊ risus paruitate cōtingit ex sanguinis corruptione et paruitate eius in eorū corporibꝰ. vñ fledius vel feledius alexandrinus. Splen inquit est instrumētū risus: cuiꝰ actio est turbulētiam sanguinis trahere sibi. Cum aūt virtus deficit in turbulētiā trahēdo sanguinis: remanet in sanguine clausa: ⁊ obscuritatem cū nigredine prestat. vnde p totum corpꝰ obscurus vadit: ⁊ melācholicus est: ⁊ ideo color naturalis immutatur ⁊ niger efficitur. Cum aūt splen trahat sanguinis turbulentiam: ⁊ feces clarificet sui subiecti: necesse est vt sit clarꝰ ⁊ tēperatus: ⁊ p totū corpus dispgatur sanguis: cū huius tēperamēti fit atq clarificationis aīam nō solicitam ⁊ gaudētem reddit: qđ fledius intellexit cū splenem esse instrumētū risus dixit. ¶ Si splenis passio certificetur antequā confortatior ⁊ durior sit: facilius fit in curatione ⁊ obediens in medicamine. Quod si neglexeris donec in oppilationē ⁊ apostema indurauerit: durus est ad curādū ⁊ lōgus ad sanādū. Et cum splen habet duriciem: medicari opꝫ cum cataplasmate: ⁊ epithimate: ⁊ emplastris nō solum exterius: sed fortis ad bibēdum detur medicina: q: splen medicinā accipit epate fortiorem ⁊ grossiorē. Oportet ergo cū curare inceperimꝰ: dolorē splenis perquiramꝰ. Si significatio caloris ibi videatur: tūc in sinistra manu venā basilicā phlebotomemꝰ: vel venam illā que inter medicū ⁊ auricularem continetur. si tamen etate ⁊ ce.ce. adiuuemur. demus succū solatri maratri tamarisci bene cocti ⁊ colati cum trocis. eupatorij vel de lacca cum orizac. Si nobis significatio frigide complexionis apparuerit: sicut Gal. dixit: quia plurima passio splenis fit de frigiditate ⁊ humoribꝰ grossis: oportet fortē medicinā dare et diureticā: sicut epithimū agaricum sticados camepitheos camedreos prassium poliū centaureā cappar. rad. absinth. et similiter apozima fac: ⁊ infirmo ẜm virtutē da. demus oximel cum succis herbarum mente tamarisci rad. mirte sal. apij: petroselini ⁊ similia. demus etiam sirupum de yreos calamento. antidota diarcub. dialaccam diapulca: diacostum diatrocusiam. ¶ Trocisci de cappr. valent ad duritiē splenis. ℞. cappar. rad. costi: lacce spice polij reupontici aristol. longe et ro. casie squinanti hierepig. añ.ʒ.iij. tempera cū succo apij vel aceto fac trocis.ʒ.j. et.ß. da.j. cum succo abrotani vel oximellis. ¶ Alij similiter. ℞. rubee polij capparis rad. spermatis rad. squinanti nastu. r. sinap. yreos equale pondus tempera cum succo tamarisci. ¶ Alij ad dolorem ⁊ duritiē splenis. ℞. cappar. rad. absinthij assari aristol. ro. polij reupontici calamenti spice costi anisi tamarisci succi eupatorij: croci scolopendrie lacce squinanti apij prassij casie mastic. añ.ʒ.j.⁊.ß. tempera cum succo tamarisci. ¶ Epithima Io. dama. et est oleum. valet ad splenis corruptionem ⁊ sui duritiem ⁊ humorum grossitudinem: aperit oppilationem siue bibitum siue inunctum. ℞. cappar. radic.ʒ.xx. cordumeni cinamomi. añ.ʒ.xv. carui tamarisci. añ.ʒ.x. aque.ʒ.xxx. sambuceleon.ʒ.lx. coque ad suauem focum donec remaneat oleum et cola: deinde accipe armoniaci.ʒ.ix. et.ß. et mitte in forti aceto die ac nocte. post mitte in mortario moue vsq quo fiat quasi medulla et misce cum supradicto oleo: ⁊ ibi mitte armoniacum coquens ad suauem focum donec admisceantur: bibat vel vnguentum fiat. ¶ Item valet ad dolorem splenis succus tamarisci cum aceto et oximelle: ⁊ si coquatur in aqua et misceatur cum vino valet similiter: vel accipe.ʒ.j.⁊.ß. de rad. et spermatibus cum aceto et da bibere. facit similiter aqua vbi ferrum calidum infundatur. da eam bibere siue solam: siue cum vino per.vij. dies. Quidam medici dicunt. splenetici si accipiant cyphum tamarisci seu scutellam ad bibēdū vel

ad comedendum per.lx. dies splenis durities soluitur. Item dicunt si lac caprinum per.lx. dies in huiusmodi vase biberint vel comederint nil habebunt splenis. Diasco. dixit. farina de fenugreco et nitro ⁊ aceto in cataplasmate valet ad splenis duritiem. Iterum dixit. cinis ramorum vitis cum oleo rosato ⁊ aceto ⁊ ruta valet ad calidum apostema splenis. ¶ Electuarium valens ad splenem: ⁊ ad grossos humores ventositatem ⁊ emoroyd. viscerum frigiditatem: arteriarum ventositatem. ℞. zinziberis: cappa. radi. tapsie polipodii: pipe. long. liquiri. anisi. ana. ʒ. vii. galange: assari: masticis: cinamomi: acori: squinanti: costi: cimini. ana. ʒ. iii. fac puluerem adde mellis quantum sufficit. ¶ Emplastrum valens ad duritiem splenis. ℞. bdellii armoniaci. ana. ʒ. x. pone in forti aceto: vt emolliatur: deinde accipe sisameleon. ℥. iii. cere colate. ℥. i. myrrhe croci. ana. ʒ. ii. omnia commisce ⁊ emplastrum fiat. Si acceperis de armoniaco bdellio thure myrrha. ana. ℥. i. ⁊ posueris in forti aceto: deinde miscueris cum fenugreco ⁊ sinapi farinam ordei ⁊ facies emplastrum valet similiter.

¶ De passionibus renum. Cap. xiiii.

Renes tripliciter patiuntur sicut ⁊ alia membra corporis: de mala complexione: morbo officiali ⁊ iuncture separatione: quecunque horum patiuntur: dolorem nimium sentit infirmus: sicut ylium propter societatem siphac circundantem ventrem. ¶ Differentia est inter ylium ⁊ renum dolorem. dolor renum stabilis est: neque ab vno loco se mouet: ylii vero dolor per ventrem vagatur. Iterum qui dolorem habent in renibus sentiunt dormitationem pedis suppositi dolenti reni propter societatem dolentis renis ⁊ pedis ex pulsibus ⁊ venis supra dorsum positis. ¶ Si dolor renum ⁊ defectio eorum ex mala complexione sit: videatur si sit de calore. inde enim incensio fit spermatis ⁊ subtilitas sui et consumptio in renibus crassitiei: vrina rubea vel citrina: vnde oportet infirmo dari lac asininum vel caprinum cum dragaganti: similiter detur ⁊ serum. Nutriatur cum cucurbita: portulaca: malua. Clystere faciamus cum succo cucurbite: portula. ordei: psilio viola. liquiri. vel cum qualicunque horum volueris: cum oleo viola. sisameleo: amigdaleo. ¶ Si corruptio sit ex frigiditate sequitur ablatio concupiscentie libidinis: defectio dorsi: femorum coxarum sicut in senioribus: vrina alba est. Cum calidis ergo cataplasmatibus: ⁊ epithimatibus medicemur ⁊ dissolutiuis ⁊ clysteribus: maxime cum oleis: sicut amigdaleo anetileo camomilleo: et similiter cum butyro bouino: et herbarum succis sicut calamenti maratri apii camomille. Galienus super epidimiam. dolor enim renum inquit facillime curatur exercitiis ⁊ abstinentia abundantium ciborum ⁊ acceptione diureticorum. quod vniuersale est dolori renum. Si contingat iuuenibus propria est phlebotomia de cruribus: et etiam fortis medicina. Qui morbus cum inueterascat non debemus vti phlebotomia: exercitia a Ga. iniuncta sufficiant. purgant enim humorum superfluitatem: ⁊ phlegmaticam digerunt humiditatem ⁊ membra confortant: diuretica bibita phlegma viscosum purgant de renibus. vnde Hippo. in apho. dolorem renum post. l. annos patientes nunquam curantur: quia diuturne passiones sensibus constringentes cum ipsis diu permanebunt.

¶ De apostemate renum. Cap. xv.

Apostemata in renibus fiunt ex humoribus ad ipsos descendentibus: vnde dolor in anchis sentitur ⁊ rigor cum febribus. Iaceat ergo infirmus super sinistrum latus si doleat in dextro: ⁊ econuerso. Si quis suspensos ⁊ graues sentit renes ex apostemate est. si nimium grauatur sanies ibi colligitur: ⁊ cito aperitur: sanies ⁊ sanguis cum vrina egrediuntur. ¶ Si apostema sit ex cholericis humoribus: nimia sitis ⁊ dolores maximi sequuntur: vrina rubea: febris acuta. Si ex frigidis humoribus: paruus dolor est in renibus: ⁊ febris leuis ⁊ vrina alba. ¶ Unde visis causis ⁊ significationibus in renibus apostematum ad medicandum festinemus: quia renes duri sunt ad sanandum: neque virtus medicine: nisi defecta ad ipsos venit propter longam viam. Videamus ergo si apostema sit ex calore: ⁊ tunc demus psilium cum oleo ro. ⁊ iuiub. ⁊ zucca. se. cucumeris mannam. demus etiam succum solatri: endiuie: maratri coctum ⁊ colatum cum cassiafi. ⁊ amigdaleo. Si ventrem constrictum habuerint: iuuat facere clystere cum vio. ordeo: malua: oleo ro. ⁊ similibus. Nutriamus cum dieta humida ⁊ que cito digeri habeat: sicut prisana: a coitu abstineant: ab equitatione ⁊ labore: a calidis cibis: sicut melle ⁊ similibus. Si venter infirmi solutus sit plusquam oportet: demus psillium se. papaueris. ʒ. i. ⁊ ß. cum syrupo ro. vel de mirta. Demus hos trociscos qui valent in statu apostematum. ℞. dragaganti papaueris: cucumeris: citruli: melonis: cucurbi. portula. se. ana. ʒ. iii. amidi malue. se. boli. ana. ʒ. i. ⁊ ß. croci. ʒ. i. tempera cum succo maratri. fac trocis. ʒ. i. da bibere cum aqua rosa. Cataplasmata mollitiua pone exterius super apostemata. ¶ Que si de humoribus frigidis fuerint: demus amigdaleon cum apozimate fenugre. vel de ficubus siccis cum medicina digestibili et dissolubili. Cataplasma exterius de fenugre. frondibus caulium: ⁊ similibus. ¶ Si apertum sit apostema ⁊ sanies inde fluxerit: oportet festinare in solidatione vulneris. demus ergo trocis. iam supradictos solidatiuos vulneris cum lacte asinino. Calefaciamus deforis cum spongia vel cataplasmate de ordeo ⁊ ficubus cum sapa: quia ista semper maturant apostemata ⁊ saniem eiiciunt. Si vulnus sit pessimum: clysterizetur cum ordeo lacte oleo rosa. Sedeat infirmus in aqua vbi cocta sint malua ⁊ ordeum: quia ista medicina saniem subtiliat ⁊ currere facit. Si sanies nimium sit grossa: demus succum absinthii: maratri: bene coctum ⁊ colatum. post detur lac asininum ⁊ iumentinum: quia habent in se vt mundificent. Sanie lota ⁊ vulnere mundificato permanente aursura in vrina: demus lac vaccinum: quia multum ad hoc valet: siue vulnus sit interius siue exterius. Nutriatur cum amido: gummi arabi. vel cum risi iure. Si saniem ablatam videris: ⁊ vulnus mundificatum: quod intelliges ex febrium mitigationibus et ablationibus: vrine albedine: ⁊ eius lenitate ⁊ sui putoris ablatione: oportet infirmum nutrire cum cibis facile digestibilibus: sicut lacte: ⁊ iure facto de lacte ⁊ farina ⁊ amido: atque iuribus grossarum gallinarum cum herbis maluis acida portula. blita cucurbi. cucume. citru. melo. lactu. omnibus coctis. hec cibaria ardorem vrine mitigant: plagas solidant. Cum febris tota ablata fuerit: nutriatur cum carne arietis: hedulorum pullorum piscibus fluuialibus ⁊ petrosis: abstineant a labore ⁊ assuetam quietem faciant.

¶ De vulneribus renum Cap. xvi.

Aliquando humores calidi ⁊ acuti descendunt ad renes ⁊ inuiscantur in eis facientes vulnera ex acuminibus suis. Idem faciunt humores ad vesicam descendentes. Medicina eorum est equalis et dieta similis: sed tamen discernenda sunt vulnera in renibus vel vesica nascentia: quia in renibus dolor sentitur in femoribus: vrina cum sanie grossa est commixta: aliquando cum ea exeunt minima frustula carnis ⁊ facile vrina exit. In vulneribus de vesica sentitur dolor in pectine ⁊ peritoneon: ⁊ angustia in vrina: post horam vrina residet in vase vrinario: ⁊ in vrina quasi squame ⁊ cortices sunt: ⁊ vrina est mali odoris. Sic intelligitur de vulneribus in viis vrine inter vesicam ⁊ penem: sicut de vulneribus illis que in renibus et vesica. ¶ Oportet festinanter medicemur vulnera in renibus. Quod si inueterauerint: non amplius poterunt curari. Renes enim sunt tenere substantie in quibus si sanies inuiscatur medicina non recipitur: quam medicinam incipere debemus de spongia aqua calida ⁊ oleo infuso: post fiat cataplasma. ℞. rosas lentes mirtam pul. molendini oleum ros. ⁊ similia. Demus se. cucume. bolum cum lacte asinino. vniuersaliter omne lac hanc passionem iuuat. demus se. melonis cucumeris citruli cucurbi. citonii malue. Quodcunque horum inueneris: dabis coctum cum iuiub. in prisano vel in lacte asinino. Detur et hec composita medicina. ℞. se. lini dragagan. ana. ʒ. iii. amidi. ʒ. vi. boli gummi arabi. ana. ʒ. i. ⁊ ß. fac trociscos. Alii trocisci de papauere valentes ad caloris incensionem ⁊ vulnera in renibus vel vesica. ℞. se. papaueris lini cucumeris dragagan. medulle tritici pondus equale: fac trociscos. Alii valent ad vulnera renum vel vesice. ℞. se. citruli cucumeris: cucurb. melonis portula. amidi boli. ana. ʒ. ii. lactu. se. papaueris iusquiami psilii. ana. ʒ. i. ⁊ ß. dragag. gummi arab. spodii mirte. se. citonii

malue. ana.ʒ.ij.lactu. se.papaueris iusquiami psilij. ana.ʒ.j. ℈ ß. Nutriatur cum amido amigdaleo ptisano tri:rizi: ⁊ similibus. ¶ Si in vesica sint vulnera: aquam mittamus: ⁊ lac ⁊ mel: ⁊ se.citruli cum albumine oui ⁊ visco. se.citonij. psiliu iuuat similiter si in argaliam mittamus cum oleo vio. ⁊ cum lacte mulieris vel asini vel albumine oui. epithima faciamus cum cera alba: ⁊ oleo ro. vel vio. dragagan. se.malue ⁊ axungia vulturis. ¶ Aliud. ℞. cere albe: picis: butyri: axungie anseris fiche: pondus equale.

¶ De mictu sanguinis. Cap.xvij.

Sanguinis egressio cum vrina quattuor modis fit vel de apertione vene epatis rupte: vel de apertione epatis solum: vel de incisione venarum in renibus: vel de incisione venarum inter renes ⁊ vesicam. ¶ Si sanguis sine dolore exit: intelliges q̄ de epate fit. si rubeus fuerit ⁊ cito exierit ⁊ sine causa precedente: intendas q̄ de renibus vesice sunt rupte: vel ex forti saltu vel casu vel percussione: vel ex sanguinis multitudine ⁊ suo acumine cum exit purus ⁊ rubeus: sicut diximus: sed venarum ora cum aperiantur non exit subito: maxime si parua sit earum apertio paruus ⁊ subtilis exit: ⁊ vrina apparet quasi cum sanguine mixta. Aliqn̄ sanguis egreditur lapidem in renibus habentibus: cum enim lapis trāseat per vias inter renes ⁊ vesicam excoriat eas: vnde sanguis emanat maxime si lapis sit asper: aliqn̄ de venis grossis exit vesice: sed tn̄ antecedit signū vulneris in vesica. dolet enim vesica ⁊ sanguis quiescit. Aliquando exeunt frusta de vesice substantia. Que cum medicari volueris: vidēdum est si ex epate sit. incidendum est de basilica in manu dextra: demus subtilem dietam: precipiamus eū a labore cauere ⁊ coitu. medicina danda est in sanguis fluxu ab epate iam dicta. Si sit de venis in renibus incisis: vel de vijs inter renes ⁊ vesicam: vel de apertione vene: similiter de basilica vena est minuēdus: adiuuantibus tempore consuetudine ⁊c. precipiēda est quies: prohibenda sunt exercitia motus ⁊ coitus. Negatur cibarijs et dieta quas diximus in sanguinis fluxu ab epate. Dādi sunt isti trocisci qui valent ad sanguinis micturam ⁊ saniei. ℞. se. citruli. se. melonis: cucumeris: portula. spodij: succi liquiri. ana.ʒ.vj. se. lactuce ⁊ malue gūmi arabi. ro. amidi: dragagan ti: se.papaueris. ana.ʒ.iij. fiche: als michee: vel endiuie: se.cotoniorum ⁊ acide. ana.ʒ.ij. boli: acatie. ana.ʒ.j. ⁊ ß. croci. ℈.ij. pulueriza tempera cum succo arnog. fac trociscos: da bibere. ¶ Alij valētes similiter. ℞. medulle tritici balaust. ana.ʒ.ij. aluminis.ʒ.j. dragagan. se. cucumeris. ana.ʒ.iij. fac pul. tempera cum aqua ro. ¶ Antidotum valēs ad sanguinis micturam ⁊ ad vulnera in renibus vel vesica. ℞. se. cucu. portu. cucurbi. ana.ʒ.x. papaue.ʒ.xv. dragagan. boli gummi se.malue. ana.ʒ.x. apij: croci. ana.ʒ.iij. pulueriza: ⁊ cum sirupo vio. tempera dās in modum nucis. ¶ Trocisci. H. liquefaciunt sanguinem coagulatum de incisione venarum epatis ⁊ renum qui fluit in vesice spacium ⁊ vrine prohibet exitum: ⁊ ad sanguinem intra stomachum coagulatum qui descēdit de fluxu sanguinis narium. ℞. absinthij radi. maratri: se. apij: dauci: michee: sparagi: melonis seminis: frondium rhāni pōdus equale: fac trociscos dans bibere cum lacte asini ⁊ apozimate de radicibus vel cicere.

¶ De lapide in renibus ⁊ in vesica. Cap.xviij.

Generatur lapis in renib⁹ vel vesica duobus modis: vt si coquātur humores grossi ⁊ viscosi ex calore igneo in renibus in calorem extra naturam exeūtibus: vel si in renibus nascantur vulnera: vnde sanies effici-tur: neq̄ purgetur: sed remanens in renib⁹ coaguletur: lapisq̄ efficiatur. ¶ Plurimum iuuenibus lapides nascūtur in renib⁹: pueris in vesica: cui⁹ collum in eis strictū est: phibēs materiā exire vnde lapis cōcreatur: ⁊ item vesica eorum calidior: est. Maior causa lapidū in pueris est grossities vrine naturaliter grosse ⁊ ex grossitie viscosa: q: calor eorum naturalis bn̄ digerit ⁊ excoquit. Res aūt viscosa coagulatur magis ⁊ aglutinatur. In mulierib⁹ vero raro nascitur: q: materia vn̄ lapis concreatur: nō adunatur multis ex causis in mulierib⁹: q: collū vesice earum curtū est ⁊ foramina sunt larga ⁊ nō multum tortuosa sunt: ⁊ minus bibunt aquam q̄ pueri: lapis em̄ maxime nascitur qn̄ aqua diuersa ⁊ turbida bibitur: ex qua humores grossi ⁊ viscosi ad cōcreādum lapidem coadunatur. ¶ Quem hec accidētia inseparabilia sequētur. s. febris ⁊ angustia vrine: dolor: cōtinuus. Si in renib⁹ ⁊ in ācibus quasi pūctura acus intolerabilis sentitur: cuius certa significatio in vrina ipsius lapidis visio. Si in vesica sit: sentitur dolor in pectine: prurigo in virga: ita vt puer eā scalpere cogatur ⁊ tenere in manib⁹: qđ facere dolor eum cogit: ⁊ semp virga erigitur. ¶ Si lapidem medicamur: aut in vesica: aut in renib⁹ sit perquiramus: ⁊ an corpa acutis abūdent humoribus: qui primū sunt purgādi: ⁊ postea infirmo balnea assidue faciēda omni die bis vel ter: egrediētibus a balneo apozima de aniso vel apio: vel scariola dem⁹ ⁊ de lapide qui intra spōgiam est. Ruffus etiā dicit lapidem qui intra spongiā inuenitur puluerizari debere: ⁊ cum vino dari vel cū aqua qui lapidem frāgit. Dem⁹ etiā prassium cū vino: vel de apozimate de rhāno: ⁊ calamētū cū capparis radi. quodcūq̄ horum inueniatur cum vino vel aqua detur: detur ⁊ oīa diuretica: sicut acorus: spica: calamus aro. apij se.petrosil. casiafi. xilobal. carpobal. calamētum: ciperum: asarum: ⁊ sīlia cōposita vel simplicia cū succo feniculi apij: vel apozimate ciceris nigri. scorpionis cōbusti.ʒ.j. ⁊ ß. cum vino pdest. ¶ Antidotum Balad idem valet. ℞. dauci: carpob. spice: asari: petrosil. anisi: croci: cinamo. casie: amomi: cimini: pōdus equale: fac pul. adde mel. quod sufficit: abstineat se a grossis cibarijs: saturitate ⁊ multa comestione: assuefaciat post cenā vomere ⁊ corp⁹ mūdificare: ⁊ cū sirupo de absinthio: oīa cōsuescat diuretica: vinū non bibat nisi subtile: sapo: atū ⁊ clarum tyriacā maiorem raro demus: consuescat tēperata exercitia: neq̄ ea negligat. ¶ Si dolor pmaneat neq̄ cesset: calefaciamus cū aq̄ ca. ⁊ vino vbi coquātur camomilla: ruta: pultes faciam⁹ cū farina ⁊ vino coctas: ⁊ ponātur sup ancbas ⁊ dorsum ⁊ pectinem: clystere faciamus de malua camomilla furfure fenugre. oleo vio. camomilleo: ⁊ similibus. Sedeant in aqua calī. sulphurea. ¶ Si in vesica sit lapis: sicut ⁊ de renibus debet medicari. q̄ si adeo sit magnus vt vrina exire phibeatur: festinem⁹ lapidem illū de loco illo remouere: nec sanabitur nisi chirurgica incisione: ⁊ lapidis eiectione: sicut Halie. in lib. megatechni ait. lapidem auferre de via cū enea argalia siue argētea satage: que mittatur p virgam ad auferēdum de loco suo petrā. Si in ore sit vesice: opꝫ infirmum supinum iacere: ⁊ pedes sursum erigere: ⁊ illos huc illucq̄ mouere: vnde lapis de ore vesice remoueatur.

¶ De passione diabetica. Cap.xix.

Passionem diabeticam habēt renes ex defectu cōtentiue virtutis. vn̄ semper sitiūt infirmi: neq̄ aqua possunt saturari: quā ⁊ quātum bibūt: similiter eam mingūt: sicut videmu⁹ in canino appetitu: quicqđ em̄ comeditur cū ferre neq̄at mouetur natura ⁊ eijcit foras. sic cum retētiua in renibus deficiat non pōt retineri: quā hꝫ aquosa humiditas: necesse est ergo ad vesicā effluat. Renes em̄ cum humiditate exinaniūtur ⁊ mouētur: ⁊ aquosa humiditas de venis sibi attrahitur: sanguis in venis desiccatur: hūditas ab epate cū appetitiua trahitur vtute: ⁊ epar sic sugit a stomacho sicq̄ pars a parte sibi sumit donec pueniatur ad os stomachi: vbi inde generatur sitis: cum aquam biberit: vene ereūtes epar a stomacho sibi eam appetunt: ⁊ sic vicina a vicinis quousq̄ peruenerit ad renes: qui ex calore sui cito trahūt sibi ⁊ ex defectione sue cōtentiue expellūt eam ad vesicam: et inde exit cum vrina. vn̄ fit vt aqua nequeat satiari: neq̄ cesset sitis. ¶ Sed si ad medicādum hāc passionem nō festinetur: infirmus nimiū maceratur ⁊ corpore cōsumitur: ⁊ venter constipatur: cito penditatur: opꝫ ergo dare rem frigidā ⁊ stipticam renes cōfortātem ⁊ calorē extinguētem: sicut ptisanū cum sapa mirtina: vel sapa citoniorum: ⁊ cū psilio loto in aqua frigida: ⁊ oleo ro. cū oxifenitia. demus trocis. refrigeratiuos de sanda. de spodio: de cāphora: de ro. cū sirupo frigido ⁊ stiptico. Nutriamus cū frigida dieta: sicut portula. ordeo: mespil. carne hedulina pins. studeam⁹ vt sudet: ponam⁹ cataplasma sup renes de solatro: frōde vitis: oleo ro. ⁊ similib⁹: vel laminā plumbeā minutissime perforatā superponamus.

¶ De distillatione vrine: siue guttatim emissione. Cap. xx.

Passio vesice in expellēda vrina anteq̄ multa coadunetur quātitas: appellat̄ guttata vrina: qd̄ duob⁹ fit modis: vel q: vesica qualitatē vrine nō potuit pati: q̄ acuta ꝛ pōgitiua: vel q: defecta sit vt grauetur āteq̄ vrina coadunet̄. Sed que ex acumine qualitatis cōtingit vrine: subseq̄tur ardor: nimi⁹: puctura vesice: qd̄ duob⁹ modis fit: vel de passione renum: vel ꝫm crisim in quā natura expellit materiā morbi vnde morbus fuerat: ꝛ trāsit p̄ renes ꝛ vesicam. ¶ Quem morbū medicaturi perquiram⁹ si ex acumine sit qualitatis: ꝛ demus frigida: sicut psilium cū oleo ro. ꝛ aqua frigida: vel dragag. ꝛ se. cucumeris. an̄. ʒ. j. cū oleo ro. ꝛ aqua frigida: vel spodij. ʒ. j. ꝛ ß. cū aqua frigida: ꝛ sirupo ro. In virgam mittamus oleū ro. cum lacte mulieris: similiter energaliam cū oleo ro. ꝛ albugine oui. Cōfectio valēs ad calorē vesice ꝛ ardorem vrine atq̄ guttationem. ℞. dragag. portula. se. cucumeris: melonis: lactuce: cucur. ana. ʒ. iij. fac pul. cum oleo ro. fricās: dās. ʒ. ij. vel. iij. cū sirupo ro. Nutriamus cum cucurbi. portula. lactu. ptisano: ꝛ similib⁹. ¶ Si vrine guttatio ex defectione sit vesice: vel ex cōplexionis humiditate: demus tyriacā maiorem: athanasiam: diaroma: ꝛ silia. Epithima supponamus pectini. ℞. oleū nardinū: castoreon: ꝛ similia. Misceamus cū prādijs suis aromaticas spēs: vinum bibāt forte ꝛ odoriferū. ¶ Antidotū valēs ad lubricam vrinam. ℞. gallie: gariofi. cubebe: assari: masti. thuris: galāge. ana. ʒ. ij. cinamomi: casie: ciperi: ro. cardamomi maioris ꝛ minoris: piperis lon. zinzi. spice: cordumeni: pigre: pōdus equale: tēpera cum succo citoniorū: ꝛ da. ʒ. ij. vel. iij. ¶ Aliud similiter. ℞. mirobala. indo. ʒ. xx. belliri. papaueris al. emblici. an̄. ʒ. x. ciperi: sauine ro. succi hypoquistid. opij: thuris masculi. bdellij: ana. ʒ. v. fac pul. accipe ferrū iudaicum ꝛ calefac: qd̄ in aqua extinguas in qua fac coquere pilocaracte vsq̄ ad consumptionem: deinde cola coquēs vsq̄ ad mell. spissitudinē: ꝛ cū ipso tempera species dās. ʒ. v. cum aqua vbi infusū fuerit illud ferrum. ¶ Aliud. ℞. interioris corti. iecoris galline thuris ciperi balaust. glādu. ana. ʒ. v. nucis. ʒ. iij. pulueriza. ꝛ cum oleo ro. frica ꝛ da bibere.

¶ De cōmingētibus in lecto. Cap. xxi.

Quidam ignoranter lectos cōmingunt non sentiētes: qd̄ pueri plurimum patiūtur ꝓpter grauitatem somni ꝛ multitudinē humiditatis: aliquando in maiori etate contingit cum cōplexio sit humida: maxime senioribus: q: vesice corū molles sunt ꝓpter humiditatē corporū. ¶ Qd̄ cum medicemur: tyriacā maiorem demus cū mēta ꝛ mirta in odorifero vino. Silr̄ ruta agrestis in vino cocta ꝛ bibita iuuat. Glandes: mirta: thus equali pōdere in vino coquātur: ꝛ vinū cū oleo mirtino detur. Vesica apri vel tauri incēsa detur bibere cū aceto ꝛ aqua cū ad dormiēdum venerit. de terra chimolea accipiat: quā cum felle taurino tēperet: ꝛ virgā inungat: assuefaciat electuaria calida ꝛ odorifera.

¶ De exitu vrine. Cap. xxij.

Vrina aliq̄n impeditur exire de vesica vel renib⁹ sed in iuuenib⁹ plurimū de renib⁹ ꝓpter calorem cōplexionis sue: pueris v̄o de vesica ex inordinata dieta. Q: si sit de vesica: vel ex toto aufertur: vel minoratur vrina. Totā auferri ex mortificatione est expulsiue v̄tutis in vesica. intelligitur: q: neq̄ dolor: neq̄ morb⁹ alius in vesica sentitur: vel ex ꝯstrictione vie vrine vnde exit: vel ex vtroq̄ sicut patiūtur ꝯstringētes vrinam aliq̄n diu de causa aliqua: ꝛ postea migere nō possunt. Strictio vie vn̄ vrina exit de vesica: ex oppilatiōe est lapidis sanguinisve coagulati: vel grossi hūoris vel saniei: vel cuiuslibet in renibus nascētis: sicut verruce: vel carnis supflue: vel propter ꝯstrictionē in vesica ex apostemate. Qd̄ si in collo sit vesice: grauatur ꝛ dolet infirm⁹ in illo loco habet febrem incendētem: vigilias nimias: vrine strāguriam: duritiem super vesicā cū maiori dolore ꝛ pulsatione. hoc cito mortificat nisi succurrerint medici. ¶ Si ex via sit oppilata: nihil horū est que sunt dicta: intelligitur ex preterito dolore in renibus vel vesica. Verbigratia. Si sanguinem vel saniem infirmus minxerit: vel scabiem in vesica habuerit: ꝛ postea vrina stricta fuerit: intelligimus sanguinem vel saniem coagulatā oppilasse loca illa. ablationis vrine minorate eadē causa quam ꝛ totius: sed tn̄ hec minoratur: illa ex toto aufertur: de que vidēdum est vnde nascatur. ¶ Si ex defectione expulsiue virtutis in vesica: infundat̄ in aqua ca. ꝛ recte sedeat vt collū vesice in inferiora tēdat: precipiatur sibi vt sup̄ pectinē manu fricet: postea detur sibi calida ꝛ odorifera: sicut spica: cassia: cinamomum: acorus: macis: ꝛ similia. De compositis tyriaca maior: athanasia: dialacca: ꝛ similia. balneum assuefaciat vbi sudet: pectinem vngat ꝛ dorsum cū oleo nardino: cameleo: musceleo: calefiat de spica: squināto: camomil. aneto: ꝛ similibus. ¶ Si stranguria ex sanguine coagulato fit: vel sanie: vel pustul. medicāda sunt renum vulnera: sicut dictum est: sedeat in aqua cali. dissolutiuis oleis se vngat: clysterizetur in virga cū lacte mulieris ꝛ oleo vio. Si ex apostemate sit: in initio basilica minuatur: succus solatri: endiuie: ꝛ casie detur: calefiat cum aqua ca. vbi cocta sint camomilla: malua. vio. ꝛ silia. cataplasma fiat de solatro: oleo ro. farina ordei. Intelligitur locus ex apostematis dolore grauitate influi quā ex tactu sentit. Si passio in fortitudine sit: opꝫ venā calcaneo vicinā phlebotomari: calefaciamus cū spōgia aqua infusa: vbi cocta sint camomilla: anetum: ꝛ similia: clystere faciamus in virga cū lacte mulieris: aqua ordei: axungia anatis: oleo ro. epithima faciamus de cera: ysopo: oleo nardino aut de malua: ꝛ oleo ro. ꝛ axūgia anseris et galline: sedeat in aqua calida vbi migat tēpate: vesicam cōprimat. apostema cum crepuerit detur ad bibēdum dragag. se. melonis: cucumeris: medicemur sicut vulnera renum ꝛ apostemata: nec negligat aquam calidā vel epithima. Si ex lapide sit: prout diximus: debet medicari.

¶ Finitur liber quintus.

¶ Liber sextus de passionibus membrorū generatiuorū: ꝛ earum curis: ꝛ continet. xix. capitula.

¶ De paucitate coitus. Cap. j.

Deus ad aīaliū gn̄a cristēda creauit mēbra vn̄ essent ꝓcreāda: qb⁹ ꝓprie virtutē indidit naturalē ex qua multū delectari possent: ꝛ opari in ipsis mēbris. Aīalibus etiā amabile fecit cū maxia ꝯcupiscētia et desiderijs: et in coitu admirabilem dedit delectationē ꝛ insepabilē: vt gen⁹ eorū repararet̄: ne forte abominatiōe coitus ab aīalib⁹ gn̄atio amitteret̄. Qd̄ cū fiat: necesse est duo coire aīalia: masculos. s. ꝛ femīas: quib⁹ deus hmōi aptauit mēbra: vt alterum sperma emitteret: alterū reciperet: taliter em̄ formata sunt vt ad opus suū: neq̄ meliora possent esse: neq̄ perfectiora. hec aliq̄n diuersa patiūtur vt eorū actiones immutent̄: vn̄ in hac particula passiōes eorū cause ꝛ significatiōes sunt dicende. ¶ Incipiamus ergo de coitu defecto: cui⁹ virt⁹ posita fuit in veretro naturalis ꝛ ꝓpria actio quā ꝛ alia hn̄t mēbra corporis ꝫm naturā sui. Cū ergo hō coire cogitet: vel imaginet̄ subito venit ad ventrē vētus ꝓpulsus q̄ sibi a corde iungit̄ ꝛ p̄ quendā neruū intrat cōcauū qui inflat ꝛ erigit vt actionem suā explere possit: q̄ erigere sibi venit a corde. cor enim mādat toti corpi ventū spūalē. veretrū recipit sperma a cerebro: desideriū ab epate. ¶ Inueniūtur etiā hoīes multū vētum hn̄tes: vn̄ fit vt sepe erigātur: neq̄ tn̄ sperma emittat̄. Inueniūtur ꝛ multā hūiditatē hn̄tes: siue inflatiuā ventositatē: a quib⁹ sperma effluit sine volūtate ꝛ erectiōe. Reperiunt̄ etiā nimiā hn̄tes ꝯcupiscentiā: qui nec erigunt̄: nec sperma ab eis emittit̄. ¶ Qm̄ aūt a cerebro ꝓgrediūtur virt⁹ sensibilis ꝛ mot⁹ volūtarius p̄ neruos: ꝛ a corde virtus pulsatiua ꝛ vitalis p̄ arterias. Silr̄ de testiculis ad totum corpus exit virtus q̄ in masculis est cā masculinitatis: ꝛ in feminis forminationis mouēs ab ipsis nimiū calorē toti corpi: ꝛ ꝓpter hoc castrati nō habēt barbā: neq̄ in multis locis pilos: ꝛ vene eorū sunt sicut vene femine: neq̄ ꝯcupiscētiam habēt ad coitum: q: testiculi nimium calorem ꝛ virtutem prestant cor-

pori: et sunt cause generationis permanentis: quos Gal. de princi- palibus dixit esse membris: quia sperma ibi adunatur: et mutatur: et inde ad virgã emittitur. virtus vero coitus nõ est tẽperata: nisi eius cõplexio eorum fit cal.da et hu. secundum tẽperamẽta: quia cũ ca lore augmẽtatur concupiscẽtia: et cũ humiditate sperma. Si cõ- plexio testiculorum mutetur maxime virtus coitus nõ fit perfe- cta. si calor et siccitas eis dominentur: paruum sperma et ma- gnam concupiscẽtiam habẽt. si frigiditas et siccitas preualuerint fiet paruũ sperma et defecta concupiscẽtia. si oñentur frigiditas et humiditas multũ habent sperma: sed parua est concupiscẽtia. Arist. dixit quod si multos habẽt pilos viri in corpe: vel multas pennas volucres: quecũque sint aĩalia huiusmodi multum habent coitũ: quia multitudo pilorum est ex nimio calore: et multa humidi- tate: ex quibus duobus necesse est vt exerceatur aliis excitet coitus.

Tertiũ est quod sua actio impleatur. s. inflatiuus ventus: vnde antiqui medici dixerũt: vbicũque hec tria adunãtur: siue in ci- bo: siue potu: siue in medicina: sperma generãt: et coitum au- gmentãt. s. calor: humiditas: et vẽtositas: quia si nõ oĩa: sed tñ duo adunẽtur: melius est quam si vnũ solum habeatur. Qui vero horum virtutes agnouerit: bene ex duabus siue tribus rebus cõ ponere poterit: quibus sperma augmẽtetur et coitus confor- tetur: sicut est cicer in quo hec tria adunãtur: quia calidũ est et hu midũ et vẽtositatis generatiuum: et multi nutrimẽti: cui non ne cesse est aliud ad hoc opus cõmisceri. similiter frumẽtum co- ctum maxime cũ medulla ossium: et similiter rape. fabe vẽtosi tatem faciunt: multum nutriũt: sed tñ frigiditati ptinet eorum nutrimẽtum. Qui pfectus vult esse hoc officio: mittat cũ ipsis calida frigiditatem eorum tẽperãtia. Causa quod sperma generat est ci bus: sicut recẽs caro: cerebella: ouorum vitella: nucis: pinee: et talia. Medicina sperma generans est satirion: stincus: zinzi- ber: galãga: been albũ et rufum: costum: crocũ: nasturtium vitice semen: anisum: lini semen. Est etiam quoddã et cibus et medicina ad hoc valens: sicut rapa: sparagi: eruce semen: pastinaca: baucia: et talia. ex his simplicibus medicina tantũ- dem valẽs cõponitur.

Vnguẽtum ad eos qui spermate in- digẽt. Rx. baccarum lauri: se. eruce: stercoris colũbi: piperis: sati rion: croci: terebẽtbine. an. ℥. j. olei lib. ij. oĩa cõmisce. lũbos et inguina punge.

Item piperis satirionis stinci. se. eruce ex equo trita et cũ vino potata valde iuuat ante cibũ.

Ele ctuarium Joh. da. ad fortem coitũ. Rx. zinzi. piperis lon. an. ℥. viij. se. separum: dauci: eruce se. vitice se. anisi: lingue auis: ocel li. ana. ℥. viij. salis stinci et vmbilici eius: satirionis. an. ℥. xv. pi- nee. ℥. xvj. fac pul. mellis addẽs quod sufficit.

Aliud valet sirr et ad frigiditatem renũ: et emorroydas. Rx. zinzi. galãge: yringi radi. cinamo. pipis lõ. se. lini. an. ℥. xv. penidh: amigd. dul. an. ℥. xx. eruce se. dauci: anisi. an. ℥. vj. cardamomi croci gariofi. pi peris piretri nucis musca. macis. an. ℥. iij. fac pul. adde mellis quod sufficit. da ante cibum et post cibum in modũ auellane.

Aliud valet sirr. Rx. cinamo. costi. spice: croci: maratri: zinzi. mẽte: origani: calamẽti: casie. ana. ℥. viij. poly: pipis lon. et ni. et alb. assari: vitice semen: carui: gariofi. galãge: et yringi: ra- di. piretri: cardamomi: spmatis radi. et rapularum. an. ℥. iij. sisa- mi: radi. nucis fistici. amigd. pinee mũdatorum penidh. an. ℥. xv. mellis quod sufficit.

Iuuat iterũ lac bouinũ et consuetudo bi bẽdi ipsum cum cinamo. gariofi. galãg. et similibus.

Aliud va- let sirr. Rx. se. lini: anisi: penidh: sisami: anisi: amigda. ana. ℥. j. yringi: galan. calamẽti. ana. ℥. ß. fac pul. adde mellis quãtum sufficit.

Sirupus valet sirr. Rx. maratri anisi eruce se. dau ci cretici mente calamẽti: origani. ana. ℥. xx. vue pas. c. ℥. oĩa co que in. xx. lib. aque vsque ad medietatem: deĩde cola mitte tan tũdem zuccari vel mellis: et fac sirr in initio coctionis: mitte croci. ℥. v. galange gariofi. piperis lon. cinamomi yringi car damomi costi macis. ana. ℥. j. et oĩa puluerizata in pãno ligen tur.

Si coitus propter calorem et siccitatem auferatur phi beatur medicina oĩs et dieta supradicta: et pcipiatur vt acci piat lac vaccinũ: pisces recẽtes blitim crisolocãnam cucurb. et talia: clystere cũ frigidis et hu. oleis succo cucurbi. vt hume ctetur siccitas: et calor refrigeretur.

De satyriasi. Cap. ij.

Si arterie et nerui virge impleãtur vẽtositate: necesse est virgã erigere et erectã diu permanere. quod si diu per- maneat: neque residcat: sine tñ volũtate et concupiscen- tia coitus: passio est que porgesimos vocatur: cuius causa est ventositas inflatiua et grossa humiditas viscosa et calor mo- deratus. Galie. omnis inquit medicina vel dieta que coitum augmẽtat huic passioni est nociua: cui medicãdum est dan do contraria ventositatem mitigãtia et refrigerãtia: vngamus dorsum et virgam et anum et testiculos succo solatri portula. lentiginis aque semperuiue iusquiamo lactuca oleo ro. cerusa acatia. et similibus. cingulũ plumbeũ renibus superponatur Accipe semen rute lactu. portula. cum succo coriãdri et paruum cãphore. agni casti sperma idem facit. Similiter assuefaciat sem per sedere et dormire super frigidam culturam. Galie. dixit: quod mulieres athenienses in festis suis ponũt vbi sedẽt et dor miunt agnum herbam propter castitatem: quia nomen illius herbe denoĩatum est a castitate. Iaceant in latere et non su- pini. dorsum enim cum calefiat: arterie et nerui necesse est cale- fiant: et calor ad virgam veniat: et ex desiderio coitus eam moueat. Item opium iuuat et camphora cum oleo ro. tem- perata et virga inde vncta.

De gomorrea. Cap. iij.

Sperma sine voluntate et concupiscentia vel dele ctatione exiens ex defectione fit virtutis contenti ue que in vasis est spermatis: et hoc sine erectione fit: vel ex passione vasorum spermatis: sicut spasmo quo virtus expulsiua mouetur: vt sperma foras enciatur: sicut in epilepticis videmus quod cum erectione effi- citur.

Iterum vel est ex spermatis quãtitate: vel ex eius qualitate. Ex quãtitate si multiplicatum vel augmẽtatum va sa impleat. Ex qualitate si i calore quãtitatiue mutetur: et in liquiditatem et aquositatem.

Huic medicãda huic passio- ne cum frigida nutriamus dieta: sicut lactuca portula. crisio- locãna bliti cucubi. citrulis cucumeribus melonibus: et cibus frigidis et hu. vel frigidis et sic. vt sumach: aceto et c. vngamus dorsum et virgã frigidis rebus: sicut succo solatri iusquiamo oleo ro. portula. litargiro cerusa: culcitra semper sit frigida: herbe frigide in domo ponẽde. Accipe farine glãdium cum acerbo vino omni die: similiter lactuce se. cũ succo portula. ac cipiat.

Aliud. Rx. se. balaustie se. portula. se. lactu. ana. ℥. iij. aneti se. rute: se. arnoglo. ana. ℥. j. et ß. fac pulue. da bibere ie- iuno cum aqua frigida. Ruta et iusquiamus cũ sirupo de mir ta et aceto et agni casti spmatis rute. ana. ℥. ij. balaustie. ℥ j. da bibere cũ aqua. aqua semper infundatur frigida. s. sup virgam et sup pudẽda: et a cibis et potibus calidis sibi caueat.

De effusione spmatis in somno. Cap. iiij.

Pueri nõ patiũtur pollutionem: quia vene eorum sunt stricte et humiditate plene: neque calor est pfe ctus: sed cum veniũt ad etatem generatur materia spermatis: quia perfectior et augmentatior est ca lor eorum: veneque largiores: vnde mouetur natu- ra: vt materiã augmẽtatam expellat: et eam cum pollutiõe in somno emittat: sed tñ hec pollutio que venit ex abundãtia spermatis non est similis ei que ex cõcupiscentia amoris procedit: in ea enim que ex cõcupiscẽtia: imaginatur ani ma psonam amatã quasi sit vicina: vnde ad coitũ mouetur natura vt pollutionem faciat. Aliquãdo vero homo videt mu lierem et concupiscit eam: quam cum dormiat imaginatur sibi quasi cum ea dormiat: et inde pollutio venit: quia imaginatio anime nõ est nisi ex cõpletione corporis: multa enim in som- nis vidẽt hoĩes cum in corporibus eorum multiplicẽtur humo res quasi in collo suo portẽt res graues. si humoribus sint ex- inaniti vidẽtur sibi volitare vel ambulare et c. pollutio vero non est aliud nisi quod cum somnus elongetur et corpora su- dent.

Pollutionem sepe habentes cum frigida medici- na siue cibarijs siue vnguentis: sicut diximus in sepe erigen tibus: curentur.

De apostemate virge. Cap. v.

Apostemata et vulnera virge seu pustule sunt ex humoribus a corpore descendentibus: quod pa lam est sensui: cum hoc membrum in propatulo sit intelligendum vnde nascatur: quia ex infirmo- rum cõplexionibus.

Si vulnera sint sine apo stemate: medicemur cum cerusa: litargi. ana. ℥. iij. cucurbi pul ueris memithe. ana. ℥. j. et ß. cum oleo ro. Si humida sint vul-

nera: mittamus cortices cipressi cōbustos ⁊ ematithem: sed si virga pruriat: mittamus crocū ⁊ camphoram et quo faciamus clystere in virga. ¶ Et si ibi apostema videamus: cum hoc vnguēto medicemur. ℞. cathimie argētee ceruse litargi. memithe. ana. ʒ. i. ⁊ ß. croci acatie balaust. ana. ʒ. ij. fac puluerem ⁊ cōfice cum oleo rosa. ⁊ cera. ¶ Aliud. ℞. cineris frondium vitis thuris. ana. ʒ. j. ceruse. ʒ. iij. tempera cum aqua et inde se vngat ⁊ postea lauet cum aqua mirtina vel marina. ¶ Aliud. ℞. albumen oui oleum ro. crocū mirtam: fac vnguentum. ¶ Aliud. ℞. nitrum cineres frondium vitis: tempera cum aqua: ⁊ inde vngatur.

¶ De apostemate testiculorum. Cap. vj.

Humores a corpe ad testiculos descēdētes apostema ibi facere solēt: qui si sint acuti vel calidi color rubeus vel citrinus inde erit cum ardore dolore ⁊ pulsatione. si materia sit frigida color apostematis fit talis: qualis est color corpis ⁊ sine dolore. Si vero ex pcussiōe vel scissura fuerit infirm⁹ bn̄ manifestabit. ¶ In medicādo apostema ex calore minuatur de vena basilica vel saphena: ⁊ in dorso scarificetur: ⁊ postea humores calidos cum pharmacia purgemus. deinde ad apostema redeamus cum epithimatibus ⁊ cataplasmatibus. puluerem de fronde rhāni fac cum oleo ro. apostemati imponatur: vel chimolea cum succo solatri ⁊ croco: vel farina ordei cocta cum melle ⁊ aqua: vel etiam fabe cum vino cocte. ¶ Cataplasma valēs ad apostema calidum in testiculis. ℞. rose viole sandali rubei ⁊ albi. ana. ʒ. iiij. malue radi. ⁊ eius seminis. ʒ. v. memithe. ʒ. iij. tempera cum succo solatri ⁊ oleo ro. ¶ Si ex frigore fit apostema: ponamus vuā passam mūdatam: ⁊ ciminum ⁊ fabas coctas: vel mellilotum cum sapa cocta: vitellum oui: farinā tritici. ¶ Cataplasma valēs similiter. ℞. baulastie fabe farinate ⁊ ciceris camomille. ana. ʒ. vj. thuris: croci myrrhe acatie cimini. ana. ʒ. j. ⁊ axūgie renum capreoli cere sisameleos medulle bouine vitellum oui: fac vnguētum. farinam ordeaceā in melle coctā superpone. ¶ Si autem rubeāt nimium testiculi: chimolea cū aqua ro. liniantur: qui cū desiccati fuerint abluātur cum aqua ca. ⁊ fiat emplastrum de absinthio ⁊ ficubus tritis insimul ⁊ in pāno superpositis. valet ad hoc vua passa: cum cimino ⁊ melle: ⁊ farina fabe trita ⁊ super linteum inducta testiculorū tumorem in pueris maxime sanat.

¶ De vulneribus testiculorum. Cap. vij.

Vulnera in testiculis deueniētia si sint calida sic sunt medicāda. Accipiatur chimolea cū aqua et acatia cerusa cū oleo ro. litargi. cathimia argentea oleū ro. ⁊ supponātur. ¶ Vnguētū valēs ad pruriginem in testiculis ex cholera ru. ⁊ sanguine adusto. ℞. medulle bouine. ʒ. ß. olei rosa. ʒ. j. ceruse. ʒ. vj. sulphuris extincti. ʒ. j. cere. ʒ. ij. acatie se. rosarum. an̄. ʒ. ij. fiat vnguētum. ¶ Aliud valēs similiter. ℞. ceruse. ʒ. vj. sulphuris viui. ʒ. ij. opij. ʒ. j. tempera cū aceto. ¶ Si testiculi ex sudore sint vulnerati: fac vnguētum de alumine ⁊ galla ⁊ desup inijce. ¶ Si fissuram habuerint: accipe thus minut. rhānum cum oleo ro. ⁊ oui vitello: ⁊ fac vnguētum.

¶ De ruptura siphac. Cap. viij.

Omnis crepatura in pelliculis vētris ⁊ testiculorum existens circundatorijs est ex motu forti: sicut si post saturitatem graue tollatur pōdus: vel fortiter tussiat: seu alte vociferetur: vel post saturitatem coeat seu luctetur vel ppter lubricā humiditatē: vnde ⁊ membrū lubricum fit: ⁊ sic locū suum dimittēs: ⁊ alium nō suū accipiēs: vnde ⁊ pellicula illius loci est fissa. s. ita q̄ si neruus crepuerit nō solidatur. ¶ Sed tn̄ quedā crepatura est leuior altera: q̄ cum incensione curatur ⁊ ad dilatationem retardatur ppter colligātiam extremi nerui seu pelliculę: qđ maxie ꝯtingit in pueris plusq̄ in alijs etatib⁹. Itez precipiēdum est ne saturēt se neq̄ coeāt vel laborēt seu se moueant: ⁊ sup illā crepaturā plumbū concauū cum acatia semper apponāt ⁊ ligēt cum plūbo bōbicino pleno: subtus plūbum vngamus vnguētis dissolutiuis ⁊ expulsiuis vētositatis sicut aloe myrrha thure litio acatia succo hypoquist. bdellio vel talibus. ¶ Si vero magnificetur crepatura: ⁊ aliqđ vitiū illuc descēdat: erit molestissima adeo vt infirmus a motu ⁊ grauitate retrahat: etiā si sit ad medicādum dura: ita q̄ aliquid nō possint pficere medici nisi cum solutione vētris ⁊ dissolutione sue vētositatis: sicut sunt pilule de serapino vel bdellio vel diaromate diacimino sucagene. trifera maiore: vnguēta fiant stiptica: abstineāt se a grossis cibarijs ⁊ vētositatem faciētibus. Cataplasma valēs ad idem. ℞. masticem thus nucem musca. cipressi frondem tithimal. mirtam sarcocolam equali pōdere tempera cū aceto. ¶ Aliud. ℞. acatie balaust. nucis musc. cipressi tithimalli equali pondere: masti. thuris myrrhe croci sarcocole dragagan. sang. draco. an̄. ʒ. ß. tempera cum oleo ro. ⁊ aceto.

¶ De retētione menstruorum. Cap. ix.

Menstrua mulieribus eueniūt cum etatem. xiiij. annorum subeūt: sed tamen si festinauerint menstrua in. xij. hoc faciet natura: que sic cōtingunt mulieribus: sicut pollutio masculis. Causa eorum est: q: corpa mulierum frigida ⁊ hūida sunt: vnde multos humores colligūt: qui cū ad inferiora descenderint cū menstruis exeūt sicut in arborib⁹ sepe videmus quarum humores cum gūmis egrediūtur. Cum exeūt menstrua fm q̄ opz in quātitate ⁊ tpe: purgātur humorum superfluitates: q̄ si fiat ꝯtra in quātitate siue tempore: vel si auferātur: diuersitates passionum generantur. ¶ Eorum ablatio aut est naturalis: aut non naturalis que mulieribus post. l. annos contingit: alijs in. xl. alijs in. xxxv. maxime multum pinguib⁹ ⁊ carnosis. Ablatio accidētalis est vel ex virtute: vel ex organis vel ex materia. Ex virtute: vt si mēbris dominentur alique cōplexiones male. s. naturaliter vel accidentaliter. Ex organis propter substantiam vulue vel venarum suarum. Ex substātia vulue: vt si sit spissa ⁊ viscosa naturaliter vel accidētaliter. Ex venarum substantia si sint stricte: sicut pinguibus euenit: quibus venarum ora sunt constricta naturaliter vel accidentaliter: sicut ex oppilatione que innascitur eis ex humoribus grossis ⁊ viscosis. De materia fm quātitatem vel qualitatem vel ex motu suo. De quātitate si sit parua: q̄ paruitas vel est ex subtili dieta vel ex magnis exercitijs. Rursus mulieres se exercentes ⁊ nimium mouentes non multum habēt mēstrua: sed que quiescūt ⁊ multum comedūt ⁊ suauiter viuūt: multa indigent purgatione menstruorum. Ex qualitate materie vel ex grossitudine et viscositate vel de frigiditate ⁊ siccitate: sanguis enim ingrossatus claudit vias: neq̄ faciliter exit: similiter infrigidatus vel exiccatus nō currit per venas facile. Ex motu materie in alia membra se mouentis: sicut et in anum et dicitur emorroys. vel in nares: ⁊ dr̄ fluxus sanguinis. Rursus si quedā mulieres multū fluxum sanguinis habuerint: ⁊ quedā ab emorroydibus vel de pectore vel de venis que crepuerint multum emiserint. he oēs ⁊ similes menstrua descendentia non habent. Item menstrua auferūtur ⁊ corrūpuntur ex continua tristicia motu gemitu timore ira: ⁊ alijs talib⁹ anime passionibus. ¶ Cum vero ablatio mēstruorum ab eis diu elongetur: passionem in stomacho patiūtur vtpote defectionem appetitiue virtutis ⁊ abominationem: malum appetitum sicut pulueris terre carbonū laterum ⁊ similiū. Alia adhuc passio sequitur maior: sicut colli dorsi capitis: ⁊ oculorum dolor. patiuntur etiam acutas febres: vrina earum pertinet nigredini vel rubori. aliqñ est sicut lauatura carnis recētis: vniuersaliter em̄ earum corpa morbis maximis sunt apparata: sicut phthysi hydropisi manie morphee ⁊ talibus: phlebotomemus in vena media donec causa menstruorum ablata erit maior. ¶ Rursus si medicus bene intelligat causam mēstruorum ablatorum: facilior erit curatio: opz ergo vt nos medicemur auferendo res illas: vnde ablatio venire solebat: ⁊ incipiendum est a curis: fiat ergo phlebotomia de vena saphena: hoc aūt in die tertia vel quarta anteq̄ veniāt menstrua: ⁊ scarificari calcaneum valet similiter: cū phlebotomemus vel scarificemus parum sanguinis auferatur: ⁊ in alio die fiat similiter de alio pede. Ga. in epidimia. Femina cui per. vij. menses ablata sunt menstrua facta multū macida: ⁊ appetitum

fam perdiderat: quã cum vidissem trib⁹ dieb⁹ sanguinẽ pur
gaui: in die prima abstraxi lib. j. & ß. in scda lib. j. in tertia. viij.
ʒ. qd cum fecerim paulopost figura rediit ꝑut fuerat. Simi
liter menstruis multũ valet calamentũ agreste & domesticũ
cum aqua mellis: de qua aqua da bibere post balneũ: assue-
faciant balneare: et postea accipiant. ʒ. ij. de diatesseron & de
castoreo. ʒ. j. cũ aqua mellis. Aliqñ dare ꝓdest hierã pi. maxi
me que confecta est cũ cinamomo alithimo. Demus etiã ea
que vrinam prouocent: sicut maratrũ anisum ciminũ apium
anetum casiam spicã squinantum et talia. Demus apozima
de absinthio: & de radicibus: vel apozimata de faseolo. ʒ. iij.
olei nardini. ʒ. j. galbani. ʒ. ß. vel demus diamarte. ʒ. j. cũ apo-
zimate de sauina: & de aniso. ¶ Apozima valẽs ad mẽstrua
prouocãda. ℞. calamenti: sticados: petrosilini: sauine: prassij
camedreos: camepitheos: polij. ana. ʒ. iij. maratri anisi apij
ameos dauci squinanti cuscute. añ. ʒ. ij. arthemisie ysopi ne-
pite tuthie. añ. ʒ. ij. casie aristo. lon. gentiane bacce lauri reu-
pontici. ana. ʒ. j. & ß. omnia coque in aqua et da bibere. ʒ. iiij.
¶ Aliud apozima valet similiter. ℞. rubee maioris. ʒ. vj. ma
ratri radicis apij. añ. ʒ. xv. anisi. ʒ. v. dauci. ʒ. viij. faseoli rubei.
ʒ. xv. mastic. ʒ. v. calamenti ameos. añ. ʒ. v. omnia coque in. v.
lib. aque vsq; ad vnã da bibere. ʒ. iiij. cum amigdaleo ama-
ro. ¶ Puluis valet similiter. ℞. sauine apij. añ. ʒ. x. cinamo-
mi alithimi. ʒ. v. casie spice absinthij. añ. ʒ. iij. squinã. maratri
anisi. añ. ʒ. j. & ß. turbith quantũ omnes alie species: fac pul-
uerem cum amigdaleo amaro: da bibere. ʒ. iij. & ß. cum apozi
mate de calamento. ¶ Pilule valent similiter. ℞. serapini
ʒ. iij. absinthij turbith. añ. ʒ. iij. scamonee armoniaci oppopo-
nacis seraphinos bdellij. añ. ʒ. j. & ß. casie sauine maratri anisi
apij calamenti squinanti. añ. ʒ. ß. distẽpera cum succo apij fa-
ciens pilulas da bibere. ʒ. iij. cum apozimate de calamento.
¶ Nascale faciamus de calamento centaurea gentiana et
talibus: alumẽ. myrrhã tempera cum yreleo. similiter valet
nitrum absinthiũ ysopus lac ficuum oui vitellum yreleon:
similiter facit elacteriũ. myrrha nigella calamentũ cum mel-
le similiter facit: oportet vt mulier vngat vulue interiora cũ
oleo ro. vel yreleo: ne fortitudo medicine generet apostema
vel vulnera. Calefactio võ non minus est iuuamentũ de ca-
momilla sansuco melliloto casia aneto calamo aromatico
yreos calamento ruta & similibus cõpositis siue simplicib⁹
fac coquere in aqua in qua spongia infusa sit: calefactio cum
ipsa similiter iuuat: si his coctis in vase mulieri totus medi
cine fumus introeat vulue interiora.

¶ De superfluo fluxu menstruorum. Cap. x.

Fluxus sanguinis exiens cũ mẽstruis pluriẽ opo-
tet: vel de organis erit: vel apertis venis vulue. s.
crepatis: et tunc sanguis subito et velociter exit
rubeus et clarus: vel ex materia cum augmentet
sua quãtitas ꝑpter multam suauitatẽ & nimiam
comestionẽ: vel ꝑpter qualitatẽ: vt si sit acuta cholerica vel
salsa phlegmatica: vel ex acumine sanguinis: quẽ vulua reti
nere non potest et festinat vt expellat. ¶ Si materia sit cho
lerica: color eius citrinus sit: si phlegmatica albus: si sangui
nea rubeus: hoc fit cum totius corporis corrũpitur sanguis
et descendẽs ad vuluã effluit: qd non possunt cõpati mẽbra
corporis propter corruptionẽ sui: et malignitatẽ sue qualita
tis. ¶ Si augmentet fluxus iste: neq; cesset: patiunt mulie
res colorũ mutationes: fastidia: macilentiã: hydropisim: q:
epar propter hoc necesse est refrigescat et actio sua deficiat:
vnde oportet vt si augmentet: et cum extinguere velimus:
mulieres in superioribus phlebotomemus vt materia ad su
periora trahat: hoc fit si sanguis causa fuerit. Si cholera ru
bea sit: dandũ est catarticũ & antidotũ qd eã purgare debeat
et similiter in phlegmate: vel in cholera nigra: faciamus ca-
tartica et antidota sibi cõuenientia. Deinde redeamus ad
medicinã stringentẽ sanguinẽ: sicut acatiã: corall. gũmi: mir
te se. balaust. semi. portula. bolum: cornu cerui. cõchulã mari
nam et similia: vniuersaliter est itidem medicandũ: sicut in
fluxu sanguinis de pectore: vel de alijs mẽbris: cibos dem⁹
sicut perdices fasianos et similia: mulier sedeat in aqua vbi
cocta sint tamariscus cortex maligrana. galla: mirta ro. et si-
milia: ventosam ponamus mamill. & sugamus cum scarifi-
catione. ¶ Nascale faciamus de galla: alumine: thure: gal-
la equali pondere: tempera cum aceto. ¶ Aliud. ℞. acatiã
hypoquistid. thus zinzib. acetum. ¶ Trocisci valẽt similiter.
℞. balaust. conchule marine acatie. añ. ʒ. iij. san. drac. sumac
cupularũ glandi. viol. boli gũmi aluminis. añ. ʒ. j. & ß. succi hy
poquistid. ʒ. j. camphore canabi. añ. ʒ. ß. fac trocisc. cum succo
virge pasto. da bibere: et similiter fac nascale. ¶ Puluis
valens similiter. ℞. conchule marine cornu cerui. ana. ʒ. vj.
balaust. carab. coralli spodij ros. ana. ʒ. iij. facias puluerem et
da bibere.

¶ De suffocatione matricis. Cap. xj.

Aliquando mulieres patiunt suffocationẽ matri-
cis: vnde earũ appetitus deficit & corpus refrige
scit: sepe mulieres inde deficiũt et subtiliant: pul
sus earum paruissimus et debilissimus. aliquãdo
ex toto aufertur: aliquando mulieres adeo coar-
ctantur vt earum capita genibus implicentur: vnde Ga. vi-
di mulierem huiusmodi patientẽ que et flatum perdiderat
fere & pulsũ: quasi mortua esset: neq; distulit a mortua: nisi
q: parum erat in medio corporis calida: multi medicorũ eã
mortuã esse putabãt. Qd certificare volẽtes lanam carpina
tam rarissime acceperũt & narib⁹ apposuerũt: de cuius mo-
tu eam viuere certificati: q: flatum habebat: & omne aĩal fla
tum habens viuit. ¶ Causa cuius passionis multitudo est
spermatis vel corruptio sui. hec cõtingũt q: diu remote fue-
runt a virorum coniunctione: vnde necesse est vt augmente
tur sperma et corrũpatur: & quasi venenũ efficiatur: hoc plu
rimum vidue patiũtur maxime prius maritate & parturien
tes sepissime. Similiter puelle patiunt cum ad etatem ve-
niunt: neq; cohabitent cum masculis: sperma eñ coadunat
in ipsis: qd expellere: sicut et masculis necesse est: hoc eñ na
ture actio expetit: cum mulier habere masculũ non valeat
adunatur in ea sperma: et ab ipso factus fumus ascendit ad
diaphragma: q: diaphragma et vulua coniũcta sunt: q: võ
diaphragma coniunctũ est cum gula et instrumentis vocis:
suffocatio hic inde contingit. ¶ Iterum hic morbus est ex
mẽstruorũ ablationibus: nam si mẽstrua auferant & sperma
augmentetur multoplus peioratur et maxime in autũno et
hyeme. ¶ Prima eñ medicina huic morbo est machinãda
vt manus et pedes mulieris fricemus: tamen moderatius
est cum daphnileo naribus apponamus abominabilẽ odorẽ
sicut castorei galbani picule lane cõbuste licinij extincti pilo
rum fumi et similiũ. Inferius fumigemus cum odoriferis
fumigationib⁹: sicut aloes ligno musco costo & silib⁹: odori
fera olea ponam⁹ in vulua: sicut yreleon musceleõ cameleõ
nardileon. vt sperma trahatur ad inferiora: vẽtosas in pecti
ne ponamus et in inguine: vngamus os vulue cũ oleis odo
riferis intrinsecus & extrinsecus: demus diaciminũ: cum apij
succo calamenti sirup. hierãpi. cum succo absinthij: demus
ʒ. j. de agarico cum vino odorifero: lauemus vuluam de ab-
sinthio camomilla sansuco aneto calamento. Item valẽt ad
suffocationẽ matricis. ʒ. ij. de succo iusquiami castorei pipe-
ris albi costi myrrhe opij. añ. ʒ. j. et ß. tempera cum vino dul
ci et da bibere.

¶ De apostemate matricis. Cap. xij.

Aliquando apostemata nascuntur in vulua multi
formia. Si ergo adsit cholera rubea: calidum ge
neratur apostema: quod tamen fit de ventositate
grossa: vel de percussione: vel de menstruorũ abla
tione. ¶ Si eñ apostema in vulue sit prora: sequi
tur dolor cum stranguria. si in ore vulue: vmbilici et natium
aderit dolor. si in eius puppa: sequitur dolor dorsi: cõstipa-
tio digestionis: dolorq; sub hypocundrijs. ¶ Si apostema
sit cholericũ vel sanguineũ: febres habet acutas: sitim et do
lorem. Si de humorib⁹ sit grossis: tumor et duricies et gra
uitas in anchis & coxis vñ opz succurri. ¶ Si apostema in
vulua sit: ꝑquirẽdũ est vnde sit: q: si ex calore: basilica vł me-
diana erit incidẽda & sanguinanda ẽm virtutẽ patientis nisi
aliquid sit contrarium. Gal. mulieri in vulua apostema ha-
benti venã pedũ cõuenit minuere: melius eñ iuuat hoc q̃ si
in alio loco fiat. Itẽ dixit: in vulue passione necesse est super

manū minuere. Mēstrua em̄ stringit sanguis detractus ad superiora corporis. Si mulier fortis sit: bis in die attrahatur sanguis. Si debilis semel: postea danda est medicina que in acuto apostemate valet: sicut succus solatri: casiafistu. manna: mel ro. ⁊ similia. Cataplasmenť in primis cum repugnātibus calori: ⁊ mēbra illius ꝯfortantib⁹: sicut portula. solatro: sempuiua: psilio: arnogl. endiuia: oleo roſ. ⁊ similib⁹: postea dissolutiua ponamus: sicut endiuiā: oleū violꝫ. caules: se. lini maluā: se. fenugre. axungiā anseris: galline: mellilotū: albumen oui et similia: de oībus nascarizemus siue simplicibus siue cōpositis. Diascori. dixit: spica nardi cocta in aqua valet si in ea sedeat mulier. ¶ Nascale pauli valet ad calidam vuluā et duritiē suam: ⁊ inuersationē suam ⁊ inflationē ⁊ vētositatem: accipe axungie anseris: medulle vituli: medulle ceruī. aā. ʒ. vj. anseris: galline: croci. aā. ʒ. iiij. masti. melľ. aā. ʒ. ij. ysopi. ʒ. ij. ⁊ ß. tēpera cū lacte mulieris ⁊ oleo ro. ¶ Si apostema sit frigidū et grossum: ꝙ dissoluať erit faciendū: sicut fenugre. mellilotū: se. lini: menta: sansucus: et filia sunt apponēda. epithima faciamus ⁊ nascale similiter: demus apozima de radicibus diureti. ad bibendū: de squinanť. et pilľ. de serapino: balnea assidue et epithimata leuia: danda sunt cibaria grossa humorē nō generātia. ¶ Si certificemur saniē ibi esse collectam: ponenda sunt cataplasmata maturatiua ⁊ aperitiua: sicut de fenugre. se. lini: farina tritici: farina ordei: ficubus cū fimo colūbino coctis. Si crepuerit apostema ⁊ sanies inde effluxerit: in eneā vesicā detur lac asine ⁊ capre: se. cucumeris ⁊ melonis. Clysterizemus cū ptisano et melle in vulua. Cōfectio vnguenti ⁊ nascalis. ℞. axungie anseris ⁊ galline: vituli: cere. aā. ʒ. x. vitelli oui assi. ʒ. v. bdellij: myrrhe aā. ʒ. j. croci. ʒ. ß. yxeleos ⁊ olei nardi. qd̄ sufficit.

¶ De vulnere matricis. Capitu. xiij.

Vlnera in vulua generanť de acutis apostematibus: et aliqñ de acutis medicaminibus: vel de aborsu: que certificanť ex sanie inde effluenti: et ex dolore ⁊ ex pulsatione in matrice. Si sit putrefacta: sanies fit ex cholera nigra cum putredine horribili ⁊ ardore nimio: vnde mulieri est precipiendū: vt in vuluā ponat illa quibus vulnera mundificenť: et calor extinguatur et dolor mitigeť sicut succus solatri: arnogloſ. oleū ro. cum albumine oui: lacte mulieris: succo portulľ. ⁊ similia. Demus mulieri ad bibendū catarticū de iuiub. se. papaueris: liquiri. ⁊ similia. Nutriamus cū cucurbi. portula. et similibus. Sedeat in aqua vbi cocta sint mirta: se. rose: fenugre. balaust. lentes: cortices maligra. ¶ Si vene sint corrose: demus san. draco. myrrhā: thus: bolum: crocū: aristolo. lon. de quibus oībus clystere faciamus vel nascale. Similiter valet litiū: acatia: vnde nascale fiat. valet ad pruriginē vulue: crocus: cāphor. litargi. bacca lauri. albumen oui: oleū ro. seu clystere seu nascale fiat. ¶ Johan. dam̄. dixit: farina fenugre. cum sanguine anseris valet ad dolorem matricis: valet etiā lac ficuum cum vitello oui si facias inde nascale.

¶ De mollicie matricis. Capitu. xiiij.

Vlua aliqñ patitur molliciē ꝓpter humiditatem nimiā: vľ in loco frigido multā sessionē: seu aque frigide infusionē: his em̄ emollitur et a suo loco egreditur: aliqñ egrediť ꝓpter nimiā expressionē in partu. Vñ ī medicādo ypoqsti. ⁊ balau. ī vulua sunt ponēda. Sedeat in aq̄ vbi cocta sint stiptica: epithima fiat cum oleo ro. et mirtino: cōmandetur obstetrici vt matricem reponat in interiora. Deinde faciamus puluerē de rebus stipticis: et desuper ponamus: sternutatiōes faciam⁹: q: aliqñ reddunt vuluā in interioribus. Diascori. merda bouina valet ad vuluā egressam si inde fumigeť mulier: eadē medicina prodest que ⁊ ano exeunti profuit.

¶ De dieta pregnantium. Cap̄. xv.

Sicut Gal. in multis suis libris profiteť: ligatio fetus in matrice est sicut ligatio fruct⁹ in arbore: fructus em̄ in arbore cū generať: primū debilis eē approbať: vnde facile labiť: si arbor quolibet vento moueatur: vľ quibuslibet alijs similibus: cum autē iam in arbore firmať: vt iam tēpus suū medietur: ligať firmiter: ⁊ a timore cadendi remoueť: cum autem iam ad maturitatē cōpleatur cadit sine vllo motu: et ab arbore separat. Similiter in vulua fetus cum sperma in vuluā incidit ligatio eiusdē debilis est: vnde si mulier patiť in saltu vel in lubricatione: vel pharmacia: vel phlebotomia vel venarū fluxu in emorroid. siue in collo: vel nimio corporis motu seu anime: ligatio fetus dissoluiť: et de vulua facile labitur: similiter cum perfecte iam cōpletur: tēpore horum medio fortior et solidior est eius ligatio: vnde que grauidať sine nocumēto fetus aliquo modo mouetur. Oportet ergo vt in principio ꝯceptus nullus femine ad memoriā reducat cibaria que in illo tēpore inueniri nequeant: ne forte desiderāti et non inuenienti causa fit abortiendi: si desideret inueniēda queuis ad eā ducenda festinemus. ¶ Regať autē stomachus grauide extrinsecus cū rebus cōfortatiuis: sicut oleo nardino: masticeleon: absintheleon et odoriferis cataplasmatibus maxime in principio cōceptus: cum aūt appropinquat partui assuefaciat balneari: et vngat se mollitiuis oleis et nutriatur cibis mollibus. ¶ Si inflatio pecťū supuenit: oleo nardino: masticeleo ro. vngatur ⁊ aceto: fumigetur crura cum aqua: postea chimolea cum aceto tēperata est superponenda: pedes fumigemus cū apozimate de caulib⁹: vel de abrotano. ¶ Si habeat appetitū incompetentē: iniūgatur moderatū exercitiū: odoriferū bibat vinum: tēperata sit dieta: post cibū accipiat malagra. citonia: pira. Si lutum vel carbonem quesierit: dentur cicer. fabe asse: epithimata ⁊ cataplasmata odorifera et aromatica sunt apponēda pectori vel stomacho. ¶ Si humores furiosi grauāt pect⁹: oportet pharmaciā dari postꝙ̄ fetus quattuor mēses expleuerit et vsꝗ ad. vij. peruenerit: hoc em̄ tempus est mediū inter tēpora concipiendi: fetus etiā cum fortiter ⁊ perfecte in vulua ligatur tunc medicus in pharmacia dāda non sit temerari⁹: quā si dederit: leuē ⁊ securā dari oportet. ¶ Si grauide vētositatem stomachi patianť siue vulue: oportet festinari ad solutionē ventositatis: ne causa sit abortiēdi. Erit autem ad hoc puluis iste vtilis: q: valet ad ventositatē matricis. ℞. zedoar. betonice: se. apij. aā. ʒ. ij. castor. ℥. j. ameos. ʒ. iiij. zucca. ʒ. xx. pulueriza et da. ℥. j. ¶ Antidotū valens ad dolore matricis et ventositatē sui ⁊ grauitatē stomachi: grauidarum em̄ aborsum aufert. ℞. se. apij: maratri: ameos. zinziberis. ana. ʒ. iiij. masti. gariofi. cardamomi: assari. aā. ʒ. j. ⁊ ß. cinamomi: nucis musc. casto. zedoar. betonice: acori. aā. ʒ. ij. zuc. ʒ. vj. pulueriza ⁊ adde mellis quod sufficit. da. ʒ. j. cū vino. ¶ Aliud valens ad duritiē partus: qd̄ Gal. ad morsum aranee: scorpionisꝗ que sunt venenosa: dixit valere. ℞. piperis al. grañ. xxx. myrrhe: castorei: stora. aā. ʒ. j. ⁊ ß. opij. ʒ. iij. galbani: se. m̄. apij: ameos: anisi: sisameleos. ana. ʒ. iiij. ⁊ ß. fac puluerem tempera cum vino: da bibere. ʒ. j. ß. cum. ic. ℥. vini.

¶ De difficultate partus. Cap̄. xvj.

Cum mulier tempus naturale pariendi expleuerit: moueť fetus motu fortiori: vnde vuluā necesse est dilatari et virtute sua expulsiua fetum de secundina emitti. ¶ Sed aliquando grauiter pariunt: neꝗ etiam parere possunt: quod multis fit causis: vel ex calore subito et extraneo ledēte mulieres: vel ex angustijs viarum vulue: vel ex nimia mulierū pinguedine: vel si sit fetus mortuus: neꝗ se ad exeundū iuuerit: aliquando si cōcipiat aliqua que adhuc sit paruula: et si in hyeme sit: aeris em̄ nimia frigiditas vulue vias constringit: si in estate contigerit: calor aeris ventrē dissoluit qui fetum solet adiuuare egredi. Oportet ergo si viderimus mulierē in partu laborantem: precipiamus eam balneari in aqua vbi fenugre. malľ. se. lini: ordeum mundū cocta sint: vngamus coxas et ventris inferiora cum oleo et dissolutiuo epithimate: fricemus latera et femora cum oleis dissolutiuis: dem⁹ oxizacaram ad bibendum ⁊ capilľ. vene. mentam et absinthiū: de quibus puluere facto detur cum vino. ʒ. j. sternutationes faciamus cum thure: ambulet per decliuia loca suauiter.

¶ De exitu secundine. Cap̄. xvij.

Postquā mulier peperit si secundina remanserit: in ea expellenda oportet festinare cum sternutatione tenēdo os ⁊ nares: cinerē quoꝗ aqua infusum:

et postea colatū cum.ʒ.j. puluerizati se.malue: demus ad bibendum cum aqua calida et post vomere faciamus: similiter crocum puluerizatū demus cum aqua calida et vomere cogatur. Item valent ad emittendū secundinā et sanguinē a partu remanentē fumigatiōes vulue cum oculis salsoꝛum piscium: vel vngulis equorum: vel stercoꝛe canino: siue cum cicuta: siue sinapi. ¶ Si sanguis post partū non exierit: medicetur cum medicina pꝛouocante menstrua.

¶ De sciatica passione. Cap.xviij.

Passio sciatica nascitur ex humoꝛibus in neruū illum grossum descendētibus qui scia vocat: hec inter lacertos est coxe. ¶ Fit autē plurimū ex humoꝛibus phlegmaticis et viscosis in concauitate coxe se adunātibus: aliquando ex humoꝛibus sanguineis cum cholera rubea mixtis ꝛ ibidē collectis: vnde patiunt doloꝛē in coxis: aliquādo descendit doloꝛ vsq3 ad crura et calcaneū: et vsq3 ad paruum pedis digitū: aliqñ est in vna parte: aliquando in vtraq3. si autem sit in sinistra peioꝛ ꝛ molestioꝛ est q̄ in dextra. ¶ Si ex humoꝛibus sanguinolentis et cholericis: sequitur nimietas doloris ꝛ cōtinuatio pulsationis et ardoꝛ et incensio: qđ maxime contingit iuuenibus. ¶ Si ex calidis certificet esse humoꝛib9: vena minuatur q̄ saphena vocat de calcaneo. Si passio sit in vtraq3 parte: phlebotomentur vtreq3 vene. Gal. dixit: tantū valet hec phlebotomia vt vna die infirmus euadat. Aliqñ etiā vena in medio brachij est phlebotomāda de parte infirma: et maxime in initio hoc fiat: si nos adiuuerint tēpus: etas: consuetudo et regio: postea danda est pharmacia que cholerā rubeā purgat: similiter clystere faciamus: nutriam9 cū dieta caloris extinctiua: sepe balneent in aqua dulci: demus pillulas de mastice ꝛ aloe: vngamus epithimatib9 frigidis. ¶ Si de humoꝛib9 frigidis sit ꝛ viscosis: demus pharmaciam chimos illos malos purgantē: sicut pilule de hermodactil. de tapsia vel fetidas: vel demus de stomatichon: pilul. de coloquintid. theodoꝛicon: ꝛ similia: frigidos et viscosos humores purgantia: clystere faciamus de centaurea: se.lini: fenugreco: coloquintid. ꝛ similibus. Nutriemus cum cibis bonorum chimoꝛū generatiuis: caueant a plenitudine cibi et potus: maxime si grossi sint cibi: et ad digerendū duri: cautissime coitum vitēt: maxime post cibū. cū purgabunt pharmacia: clysteri balneis: ꝛ cū coꝛp9 mūdificatū eē de materia moꝛbi interioꝛis certi fuerimus: redeundū est ad epithimata exterioꝛa ꝛ cataplasmata: vnde Costus filius luce dixit in lib. quē de iectigatione fecit: vbicunq3 inqt epithimata: emplastra seu cataplasmata alicui moꝛbo (aīs mēbro) supponenda sunt vñ mēbrū pcipit eē calefaciēdū: vel materia grossa de illo dissoluenda: op3 precessisse purgationē toti9 coꝛporis cum pharmacia ꝛ phlebotomia: certificato vo coꝛpoꝛe ꝛ mūdificato et passione remanēte in vno solo mēbro ꝑpter humoꝛes in ipso clausos: si materia alia non fuerit q̄ eos aliunde effluens augmētauerit: tunc tantū apponant epithimata ꝛ alia silia: sed si coꝛpus plenū sit humoꝛib9 op3 vt caueāt q: multomagis attrahit ad membrū infirmū q̄ dissoluerit. ¶ Ga. dixit: h̄ passio si inueterauerit op3 venas incidi: ꝛ post incendi. ¶ Diascoꝛi. dixit: vidi multotiēs incendi cū stercoꝛe pecudū et multū pꝛofuit. Iterū si calefaciamus locum infirmum cum merda bouina valet. medicina calida danda est infirmo ꝛ dissolutiua: sicut tyriaca: philoniū: focrugene: diatrionpipereō et similia: fumigemus cum aqua calida vbi calamentū: anetum: camomilla: oꝛiganū: mellilotū: sansucus: frondes lauri: ꝛ similia sint cocta. ¶ Pilule valētes ad arteticum doloꝛem ex frigidis humoꝛib9 grossis ꝛ viscosis: et ad sciaticos podagricos ꝛ ad ventositatē neruoꝛū. ℞. armoniaci: serapini: bdellij: oppoponacis: aloes: sarcocole: asse: fe. cicute: apij: anisi. añ.ʒ.j. coloquintid.ʒ.ij. turbith.ʒ.iij. scamonee: acoꝛi. añ.ʒ.ij. tēpera cum succo poꝛri: ꝛ factis pilulis: da ʒ.j. et ß. vel.ij. vel.iij. ſm vires patientis. ¶ Pilule de serapino valent similiter. ℞. serap. turbith. añ.ʒ.v. bdellij: apij: semi. acoꝛi. ana.ʒ.ij. sansuci: calamenti: cicute. ana.ʒ.j. scamonee: casto. spice: tapsie. añ.ʒ.ß. tempera cum succo apij: ꝛ da bibere. ¶ Pilule alie valent similiter. ℞. sene.ʒ.v. bdellij.ʒ.iij. serap. sarcocol. armo. añ.ʒ.ij. mastic. acoꝛi: coloquintid. scamonee. ana.ʒ.j. ꝛ ß. calamenti: apij: seminis anisi: marathri: cicute: spice: sticados: salis armoniaci. ana.ʒ.j. ꝛ ß. tēpera cum succo apij: ꝛ da.ʒ.iij. cum apozimate de nigro cicere. ¶ Epithima Io. dam. valet ad sciaticos podagricos de frigiditate vel phlegmate. ℞. coloquintid.ʒ.lxxv. eufoꝛb.ʒ.lxv. lactis tithimalli.ʒ.xxxv. omnia terātur ꝛ in tribus libꝛis aque ponātur ꝑ triduū et in quarto die olei veteris lib.j. mitte ꝛ suauiter coque donec due partes aque remaneant: deinde cola ꝛ mitte ad focum coquens quoad solū remaneat oleū: postea pone.ʒ.iiij. cere liquefacte et mitte eufoꝛbiū bene pistatū et lac tithimalli et tempera fortiter: deinde vnge infirma loca calcaneum sc3 ꝛ plantas pedū. Si foꝛtius operari volueris da infirmo sero.ʒ.j. de serap. in mane inunge. ¶ Suppositoria deponentia phlegma viscosum valent ad doloꝛem doꝛsi: et ad cholericam passionē de frigiditate. ℞. serap.ʒ.ij. bdellij sarcocole: coloquinti. scamonee: nitri: lithi: fellis taurini: myrrhe. ana.ʒ.j. tempera cum melle cocto: et fac in modum glandis suppone vnam: et postq̄ exierit pone alteram vsq3 ad tertiam. ¶ Stomatichon valēs ad doloꝛem artetice membꝛa frigida calefacit: similiter vesicam et renes et dura apostemata destruit. ℞. sisameleon caulium. ana.℥.j. stoꝛacis.℥.iiij. coque suauiter vt dissoluatur stoꝛax: deinde cola ꝛ vnge. ¶ Calida epithimata ventositatem dissoluunt in membꝛis adunatam: humoꝛes grossos digerūt et dissoluūt: membꝛa calida faciunt frigida: foꝛtius epithima est elacterion: post costileon: daphnileon: cicuteleon: sambuceleō: anetleō: yreleon: pyganeleon: oleum de balsamita: et similia. ¶ Si aliqua velis ad dissoluendū grossos humoꝛes et ventositatem foꝛtioꝛa: coque piretrum in quocūq3 volueris hoꝛū: anacardi. casto. eufoꝛbiū: cicutam: stoꝛacem: costum: calamentum ꝛ similia: quantitas hoꝛum ponendoꝛū in his oleis.ʒ.ij. vel.j. et ß. neq3 frequenter facienda sunt ista: cauēdū eñ post mūdificationem interioꝛis coꝛpoꝛis ne passio peioꝛetur et augmētetur. ¶ Sed si ex sola sit frigiditate vel membꝛis inclusa ventositate et sine materia: valent quandoq3 epithimata ibi imposita.

¶ De podagra. Cap.xix.

Podagra est doloꝛ calcanei: et plāte pedis cum distensione nerui et pulsatione sui nascens ex malis humoꝛibus ad calcaneū descendētibus. ¶ Qui si calidi sint ꝛ acuti: doloꝛ nimius erit ꝛ pulsatio continua incidens calcaneū: si sint frigidi et grossi: fit grauitas nimia et extēsio ꝛ sine doloꝛe acuto et pulsatione: non est tumoꝛ. ¶ Apostemata autem podagrice ꝛ artetice passionis non sunt tumentia: q: tumoꝛ in solis membꝛis carnosis nascitur: et multū sanguinis habentibus: hoꝛum membꝛoꝛū humiditas viscosa et frigida est nutrimentum. Iterum q: sunt carne nuda non sunt tumentia. ¶ Plurimū nascitur hec passio suauiter ꝛ quiete viuentib9 et exercitia negligentibus: vel purgationes ꝛ mundificationes coꝛpoꝛis nolentibus: maxime cum multū comedāt atq3 bibant: he eñ res in coꝛpoꝛe creant humoꝛes. ¶ Si autem materia aīs natura pedes inuenerit debiles: descendent ad eos humoꝛes: membꝛa vo cum sint debilia: nō possunt eos expellere ex defectione sua: vñ hec passio venit maxime pꝛincipibus et suauiter viuentibus et coꝛpoꝛa humida habentibus: maxime si multo coitu vtuntur: et cibis nimijs impleātur: concatenatio membꝛoꝛū calefit cum motus ad coitum fit ꝛ caloꝛ humoꝛes sibi attrahit. Item assuefactiōe coitus nerui laxantur et rumpuntur. Plante pedū et calcaneū mēbꝛa neruosa esse videntur: vnde fit vt q: nō coeunt eunuchi non patiuntur hunc moꝛbū: et si habuerint tamen raro: qđ fit eis ex multitudine humoꝛū pꝛopter inoꝛdinationem diete. Sicut etiam pueri nō fiunt podagrici nisi ex inoꝛdinatione diete et ciboꝛum multitudine. Mulieres vo non fiūt podagrice: q: non laboꝛant in coitu: sicut masculi: et omni mense purgantur menstruis. quicquid diximus de podagricis: illud intelligendum est de arteticis. Galie. podagra inquit est passio incipiens in vere vel in estate: et sanatur in quadraginta diebus vel antea. Si in autūno ꝛ vsq3 ad hyemē durauerit: durū est eam curare: ꝛ quādo opoꝛtet nos eā curare phlebotomem9 eos si multū sanguinē habuerint ꝛ maxime super manū si in eis sanguinis abundātia vł chole. fit causa: q̄ si hūoꝛes sint phlegmatici pharmacia phlegmatī purga

tiua sunt purgandi sicut pill. de tapsia vel hermodactil. vel de serap. Cū certificet q̄ materia sit expulsa: reuertamur ad pedes cū cataplasmate ⁊ epithimate cū suffumigatiōe: ⁊ incipiendū est cum rebus repugnatiuis et illos humores a pede expellentibꝰ. Si calidi sint humores; psiliū demus cum oleo ro. succū solatri: portula. farinā ordei: lentigines aque: cortices cucurbi. succū coriandri: albumē oui: sandal. ro. camphora ⁊ silia sunt superponēda. Si frigidi sint: succus caul. cicute: origani: ⁊ alia cataplasmata sunt superponenda. que adhuc sunt dicenda calida demus antidota: sicut sirupū sorcruge. diaciminū: diatrionpipereō: philoniū ⁊ silia. Nutriamus cū leui dieta: ⁊ tēperata iniūgamus exercitia: ⁊ de hac medicina demus quā experti sumus. ¶ Pilule de hermodactil. valentes ad artericā dolorē ⁊ podagricū de frigiditate. ℞. aloes: hermodactil. mirobal. citri. coloquinti. turbith: bdellij: serapini. añ. ʒ. iij. sarcocole: casto. eufor. b. oppopona. cicute: se. apij. añ. ʒ. j. ⁊ ß. croci. ʒ. j. tēpera cum succo maratri: fac pilulas. ¶ Alie. ℞. hermodactil. mirob. la. citri. añ. ʒ. iij. turbith. ʒ. j. ⁊ ß. aloes. ʒ. vj. tēpera cū succo porri. ¶ Alie. ℞. fisamcleos: anisi: piperis albi ⁊ lon. tapsie: zinziberis. añ. ʒ. j. ⁊ ß. agarici. ʒ. iiij. mastic. ʒ. vj. hermoda. ʒ. xx. tempera cū vino ⁊ fac pilulas. ¶ Alie. ℞. aloe: zuc. añ. ʒ. x. serapi. miroba. citri. bellirici: hermod. añ. ʒ. v. piperis nig. ⁊ lon. añ. ʒ. ij. ⁊ ß. asse: oppopona. añ. ʒ. j. senecij. ʒ. ij. tapsie. ʒ. ij. tēpera cū succo porri. ¶ Alie. ℞. mirobalani: citrini: bellirici ⁊ emblici: zinzibe. añ. ʒ. vj. origani. ʒ. xj. tapsie. ʒ. iij. hermodactil. ʒ. xxxiij. penith: ʒ. xx. bdellij. ʒ. xxj. tēpera cū succo solatri fac pilulas. ¶ Alie ℞. hermodactil. hierepig. miroba. citri. turbith equale pondus: tēpera cum succo solatri. ¶ Alie. ℞. coloquinti. aloes: sarcocole: serap. bdellij: eufor. b. scamonee: turbith: masticis: frond. basilicon: anisi. añ. ʒ. iij. tēpera cum succo caul. ⁊ fac pilulas de oībus his: da. ʒ. j. ⁊ ß. vel. ij. vel. iij. ſm virtutē patientis cum aqua ca. ¶ Cataplasma valens podagricis de calida causa: si vngant̄ manus ⁊ pedes atq̄ genua ⁊ vbicunq̄ fit podagra. ℞. farine ordei. ʒ. x. sandal. rub. ʒ. v. acatie. ʒ. iij. myrrhe: croci: apij. añ. ʒ. j. tēpera cum succo solatri. ¶ Aliud valens sanguinolentis apostematibꝰ et calide podagre. ℞. malue: farine ordei: psilij: omnia puluerizent̄ cū succo porr. ⁊ oleo ro. tēperētur. ¶ Aliud. ℞. citonia cum aceto cocta: farinam ordei. ¶ Diascori. dixit: opiū ⁊ crocū parū cū lacte tēpera; quia mitigāt dolorem calide podagre apostematum. ¶ Aliud. ℞. sand. al. ⁊ ru. memithe: farine ordei. añ. ʒ. iij. opij: acatie: croci: farine lentiū. añ. ʒ. j. tēpera cū suc. solatri vel coriandri. ¶ Frigidis podagricis valet scordeon cū aceto tēperatum: vue passe mūdate ⁊ ruta insimul pistata ⁊ cōmixta valēt: axungia vulturis cū stercore pecudū valet. similiter ⁊ axungia caprina: radix elacterij in aceto cocta valet: ⁊ omia epithimata ⁊ vnguēta calida valent similiter vt predicta.

¶ Finitur liber sextus.

¶ Prohemiū in librum septimū: in quo primo agitur de febribus: deinde de passionibus exterius apparentibus: ⁊ eorum curis. Et continet xxx. capitula.

Expletis in superiori particula membrorum interiorū passionibꝰ: ⁊ eorū expositis curationibꝰ ſm antiquorū nostrorū canones: ꝓut sufficiēs expetebat breuiarium: consequit̄ vt in hac septima particula: que finē nostro libello est impositura: dicamus qd exterius corpus patit̄: et qd appareat sensibꝰ. Itē q̄ cū sit exteriꝰ: acumen tñ nocet interioribꝰ: subsequent̄ curatiōes eoꝝ ſm auctoritatē Hippo. ⁊ Ga. qui fundatores extiterūt huiꝰ artis. Incipiendū est aūt a febribꝰ ephimeris. Ga. dixit: molestiores esse oībus alijs passionibꝰ: q: inde interiora ⁊ exteriora patiunt̄: ⁊ nocēt spiritibus ⁊ animatis virtutibꝰ ⁊ naturalibus actionibꝰ. Igit̄ incipiamus ab ephimeris febribꝰ que innascunt̄ spiritibꝰ: he eñ febres ex paruis nascunt̄ causis: et aliqñ aliarum sunt cause febrium: et nulle alie sunt cause ipsarum: vt dicemus.

¶ De ephimera. Cap. j.

Ephimera ergo febris ex calore nascit̄ simplici sine materia: ⁊ spiritꝰ sine materia vel putredine calefacit: vñ fit vt nō duret nisi vna die. Spiritus hi sunt. s. vitalis spiritus q̄ fundamentū est ⁊ materia caloris naturalis: aīalis q̄ fundamētum est sensus ⁊ volūtarij motꝰ: naturalis aūt spiritꝰ q̄ fundamētū est quattuor virtutū naturaliū: q̄ sunt appetitiua: retētiua: digestiua: expulsiua. ¶ Hec feb. duobꝰ modis diuidit̄: vel eñ ipa est morbus: vel accidēs morbi. s. tale q̄ ex alio morbo cōsequit̄. Si apostema est morbꝰ fit ex causis tribꝰ: vna est qua corpus patit̄ extrinsecus: sicut calorē solis estiui ⁊ venenum ⁊ frigus nimiū ⁊ balnea aquarū exteriora corpis viribꝰ suis desiccātiū ⁊ oppilantiū: sicut vitrea aqua ⁊ aluminosa vel sulphurea. Scda est motus nimius corporis: sicut labor et exercitia ⁊ ambulatio nimia ⁊ silia: vel motus animatus: sicut ira: cogitatiōes: tristitia: angustia: ⁊ silia. Tertia est consuetudo ciboꝝ et potuum calidoꝝ sanguinē calefacientum. Ephimera feb. que accidēs est morbi alterius est febris apostema sequēs inguinis ⁊ assellarū ⁊ colli ⁊ similiū. Sanguis collectꝰ in apostemate nisi cito dissoluat̄: necesse est vt calefiat. Deinde cor calescit ꝓpter ꝯiunctionē arteriarū et cordis: vñ generatur febris ephimera: he sunt cause ephimere. ¶ Opꝫ ergo vt vniuscuiusq̄ cām dicamꝰ et significatiōes et planissimas curatiōes. Intelligit̄ ergo feb. ephimera que est ex calore solis: q: capita corporibꝰ sunt calidiora ⁊ nimiū dolentia: et facies est rubicūdissima: aliqñ patiūtur nimium reuma calidū ⁊ incendēs. ¶ Febris ꝓpter venenū corporis magis q̄ capita calefacit: interiora desiccat et incēdit: q: calor veneni desiccat humectationē corporis ex nimia frigiditate: mutat colorē ⁊ aufert pulchritudinē: mutat̄ eñ in liuiditatem et obscuritatē: et sic corpus extrinsecus refrigerat ⁊ desiccat. in capitibꝰ grauitas cum frigiditate sentit̄. ¶ Febris ex balneis aque stiptice et desiccatiue cutē duriorem et sicciorē reddit: q̄ illa ephimera que ex frigiditate fit: q̄ cutis cū si manibꝰ tangat̄: apparet quasi infusa aliquādiu in galla cū maligranati corticibꝰ. Cum aūt manus in locis immoret̄ aliquibꝰ que ex impositiōe manus ipsius calefaciūt: sentit̄ fumus exiēs a corpore acutus. ¶ Febris ex cibis ⁊ potibꝰ calidis incendit sanguinē calore sui et spiritū naturalem qui in epate habitat: et ita calor cordis impedit̄: et a corde ꝑ totum corpus reliquū diuiditur: vnde rubicundior est vrina q̄ in alijs ephimeris: q: vrina est colamentū sanguinis et ceterorum humorū: et q: calor est in sanguine: statim sentiūt dolorem in epate. ¶ Febris ex labore corpis corpus fatigatū debile ⁊ siccū facit: in articulis nimiā debilitatē: cōtinuū dolorem. Sudor in statu minor est q̄ in ceteris ephimeris: hec eñ febris cum declinauerit dissoluit cū sudore humiditatē de supficie corporis: sicut in exeūtibus a balneis. Alij sudāt sudore laudabili: ⁊ si non sudauerint fumus de interiori parte corporis ascendit. ¶ Febris ex ira intelligit̄ ex facie rubicunda: et egressione oculoꝝ et velocitate motꝰ eoꝝ ac desiccatione palpebrarū et fortitudine ⁊ magnitudine pulsuum: aliqñ color citrinatur et tremorē patiunt̄: qd fit si ira est cōmixta timori. ¶ Febris ex tristitia et angustia oculos concauat ⁊ inquietat: colorē aufert: corpus debilitat: pulsus subtiliat: vrina fit acuta: he significationes angustiose et tristes sunt in oībus angustijs qualescūq̄ sint. ¶ Cū ergo medicus intellexerit: vnde febris ephimera sit: ad curandum erit facilis; et si ex calore sit vel ex venenis: balneādus erit in declinatione febris: neq̄ tñ balneo debet īmorari: et aqua tepida ⁊ dulcis sit: postq̄ balneū exierit lecto flores frigidi et fumoꝝ extinctiui sunt anteponendi: sicut viole: rose: salices: psiliū ⁊ mirta et similia: humectāde sunt nares eorum sepe cum oleo viol. tempora vnge cum oleo ro. ⁊ aceto: fumiganda sunt capita eorū post declinationē febris cū tepida aqua vbi viole et camomille sint cocte: si inquā reuma non habuerint neq̄ caput doleat. Si humores sint in capite nimiū caueant hec: et quādoq̄ nares fumo huiusmodi apponantur. Demus succū maligra. cū zuccaro ⁊ cucurbi. et sirup. al. ro. et viola. Nutriamus cum mica panis lota cum zucca. et cucurbi. portula. cucumere: lactuc. malisgra. post ablationē febris perdicibus: starnis: ⁊ similibꝰ. Si ex frigiditate fit: apponatur post declinationē febris aqua vbi camomill. san-

succus:anetū:basilicon sint cocta capite inclinato sup boꝛum
fumum:post balneetur in aqua tepida ⁊ dulci. Moꝛet᷑ plus
in aere balnei ꝙ in solio:quia caloꝛ huius aeris facit sudare:
humectationē dissoluit: poꝛos aperit. Si catarrū habuerit
caueant foꝛtiter balneari nisi postꝙ catarrus ad dissolutio-
nem venerit vel maturauerit:odoꝛet odoꝛifera: sicut sansu-
cum:sambucum:abꝛotanum ⁊ similia:calidis operiatur ve-
stimentis : vicinos habeat carbones: focum sine fumo vt
pꝛohibeat frigiditatem. vngamus coꝛpus vnguentis tem-
peratis:sicut cameleo:anetileo:yꝛeico ⁊ similibus. ¶ Si fe-
bris sit ex aquis stipticis ⁊ desiccatiuis coꝛpis: opoꝛtet bal-
neum pꝛohiberi nisi post declinationē febꝛis:crura impona
mus in aqua vbi cocta sit camomilla:anetū:sansucus ⁊ simi
lia:fumos boꝛū odoꝛet:post balnea faciamus vbi cum suaui
ter fricemus: ⁊ cū aqua dulci et tepida fumigemus: hoc em̄
cutē emollit et poꝛos aperit:caueāt vnguenta in balneis: qꝛ
poꝛos coꝛpoꝛis claudūt et fumū includūt in interioꝛa sui:tē-
perata hunc adiuuant exercitia coꝛpus dissoluētia et poꝛos
aperientia:vitet cutis refrigeratiua. Nutriatur cū dieta fa-
cile digestiua. ¶ Si ex calidis sit cibarijs et potib⁹:oxizacca-
ram demus cū succo maligra.sirupos alb. ⁊ ro.demus post
declinationē febꝛis:demus trocisc̄.de spodio vel cāphoꝛa cū
sirupo viol̄.vel ro.cataplasma supponas epati de poꝛtu.len
tigine aque psilio:coꝛtice cucurbi.farina oꝛdei: oleo ro.et si-
milibus. Nutriamus cū poꝛtul̄.endiuia:crisolocāna:miscea
tur aqua cum sitient cū sirupo de psilio vel malogra. ¶ Si
de laboꝛe sit coꝛpoꝛis:opoꝛtet vt studeamus eius quieti et
suauitati:fricemus cū suauiter cū oleo ro.et viol̄.balneetur
cum tēperato balneo: ⁊ cū exierit vngat᷑ cū oleo ros̄. ⁊ viola.
Nutriamus cū humidis cibarijs: sicut pull̄.hedul̄.piscicul̄.
¶ Si febꝛis sit ex animato motu contrarijs repugnetur: vt
anima mitiget᷑ ⁊ delectet᷑ cū sermonibus ⁊ actionibus ⁊ di-
uersoꝛum musicoꝛū generibus et vidēdis diuersis rebus et
odoꝛiferis ⁊ pulchꝛis foꝛmis. Studeamus in humectatione
coꝛpoꝛis cum tēperatis balneis: vngamus postꝙ balneum
exierit cum oleo ros̄.vel viola.neqꝫ moꝛetur in balneo:neqꝫ
appꝛopinquet coitui. Nutriatur cum ptisana:crisolocanna:
poꝛtula.cucurbi.bliti.febꝛe deficiente vel discedēte: demus
perdices:pullos:starnos:fasianos:vinum temperatū:odo-
rent sandal̄.camphoꝛo.ro.viol̄. vniuersaliter caueāt a desicca-
tiuis: ⁊ humectatiuis vtant᷑ ſm etatem ⁊ cōsuetudinem iul
anni et tempoꝛa et similia. ¶ Si febꝛis sit ex apostemate in-
guinis vel cuiuslibet alterius loci:studeamus in medicādis
apostematib⁹ que cause febꝛis esse videntur.

¶ De causone. Capitulum.ij.

Causon est febꝛis magnum coꝛpoꝛi pꝛestās incen-
dium:cuius signa sunt hec:sitis nimia et ꝯtinua:
doloꝛ incensiuus ⁊ molestissim⁹:nature repugna
tiuus:et ab initio coꝛruptiuus ꝓpter acumen ma
terie vñ gñat᷑:materia em̄ acuta est ⁊ ignea ⁊ cho
lerica in cōcauitate venarū que coꝛdi vicine sunt adunata:
maxime in venis oꝛis stomachi: ⁊ concauitate epatis et pul-
monis. Accidentia hanc febꝛē concomitantia sunt: caloꝛ ni-
mius:sitis continua. ¶ Causa foꝛtitudinis caloꝛis in hac fe
bꝛe est cholera rubea intra venas:durities febꝛis et cōtinui
tas ex plurima sunt cholera in venis coꝛdi vicinis collecta: ꝗ
hmōi gñatiua est febꝛis: cū sit venarū oꝛis stomachi et cōti-
nuitatis epatis ꝓpꝛia:necesse est sitis cōfoꝛtetur ⁊ cōtinuet᷑.
¶ Hec autē febꝛis duobus modis diuidit᷑: vnus est purus
⁊ molestissimus:alius nō purus ⁊ minus molestus. Purus
et molestissimus est de cholera rubea ⁊ incēsiua:pura ⁊ acu
ta.nascitur vt plurimū in iuuenibus:quoꝛum cōplexio natu
raliter calida ⁊ sicca est: ⁊ maxime in estiuo tēpoꝛe: estiuum
em̄ tēpus hanc cōfoꝛtat naturaliter ⁊ augmentat. Alius mo
dus nō purus:neqꝫ adeo molestus:ex cholera rubea citrina
cum humiditate phlegmatica mixta ⁊ fumo cholerico nasci
tur que moderata sunt vtraqꝫ. ¶ Cum hanc febꝛē molestissi
mam timoꝛ comitatur:opoꝛtet ab initio non negligat᷑. Sed
studeat medicus vt quattuoꝛ tēpoꝛa sua ꝑfecte intelligat: ⁊
in vnoquoqꝫ operetur ſm ꝙ opꝫ. Si viderit in initio moꝛbi
ꝙ natura indigeat vt purgetur ⁊ remoueat᷑ materia moꝛbi
purget᷑ moꝛbus cū oxifenicia:pꝛunis:iuiub. cassiafist.māna:
viola. ⁊ similibus. et si quid habet contrarij: sicut defectio-
nem virtutis et cruditatē ⁊ viscositatē materie: caueat quā-
to plus valeat ne in augmento moꝛbi faciat qd̄ disturbet na
turam et impediat a regimento moꝛbi. Sed opoꝛtet noticiā
moꝛbi ⁊ motus in initio non fugere eum: vt adiuuet naturā
in regimento sue virtutis cum dieta facili ad digerendū: et
in substātia laudabili:sicut ptisano cocto perfecte: panis mi
ca cum aqua frigida bis vel ter lota. ¶ Gal.in lib. pericri-
seos:innuit quomodo in acuta egritudine infirm⁹ debeat
nutriri. In nutriendo inquit infirmo intentio nostra triplex
est in acuta egritudine:vel em̄ cōsideranda est virtutis quā-
titas infirmi: vel tēpus infirmitatis: vel̄ etiā qualitas moꝛbi.
Quātitas virtutis necessaria est sciri vt bene custodiat: vir
tus em̄ repugnatiua est moꝛbi: vnde aliqñ plurimus detur
cibus cum defectio virtutis ambigitur:neqꝫ aliquando tem
pus moꝛbi considerat᷑. Tempus moꝛbi consideret᷑ vt ſm vi-
cinitatem status cibum oꝛdinemus. Verbi gratia: si sit vici-
nus:dieta subtilissima: ⁊ aliquādo nulla dabitur. si remot⁹
grossioꝛ cibus detur ⁊ paulatim ſm oꝛdinē vsqꝫ in statū sub
tiliabitur. Qualitas moꝛbi est scienda: qꝛ omnis febꝛicitans
liquida indiget dieta. ¶ Qui febꝛē habet coꝛpoꝛis cōsumpti-
uam: querit habere quātitatem plurimā ciboꝛum: ⁊ aliquā
do in tempoꝛe accessionis. Et si febꝛis nullā quietem habue
rit:et infirmū nutrire necesse sit:eligenda est hoꝛa in qua sa-
nus comedere solebat:et conueniens tempus diei est frigi-
dum vtpote auroꝛa in qua natura est excitata:aer subtilis ⁊
clarus: febꝛis mitigata. Quia frigida auroꝛa calide febꝛi re-
pugnat. Hi sunt sermōes Gal.in dieta infirmi oꝛdināda cū
acuta egritudo fuerit: ⁊ hic apponunt᷑ cause sue actionis: qꝛ
vero ab initio vsqꝫ ad finem est causon periculosa:opoꝛtet fa
mulari huic diete subtili ptisano: et mica panis in aqua lo-
ta bis vel ter detur: vel quater et cum zuccaro. ¶ Si febꝛiēs
sitiat: aqua detur cū zuccaro facta vel mulsa: sugat malagra
na.vuas hyemales: molliciem cucumeris vel̄ citruli: vel siru
pum ros̄. ⁊ viola.et similia. In vespere da.ʒ.ij.psilij cū aqua
frigida loti. ⁊.ʒ.j.sem̄.poꝛtula. Si autem cibum opoꝛtuerit
dare:mica panis loti danda erit in vespere cum malis grañ.
et hoc fiat cum mitiget᷑ febꝛis. ¶ Custodiatur autem quāto
plus potuerimus ne cibus detur cum febꝛis augmentatur
nisi cum magna necessitate cogamur. Si digestio sit stipti-
ca cū succo cucurb.molliat᷑: et cum manna viola.cassiafi.siru
po viola.et similibus. Qd̄ si non valeat: suppositoꝛiū fiat de
viola.nitro:scamonea:lino ⁊ similibus. ⁊ si hoc non valeat:
clystere faciamus de succo blitis:furfure: herba circūdante
arboꝛem: sicut hedera viol̄.malua et similib⁹. Et in augmē
to febꝛis studeamus ad inanitionē stomachi quantū poteri
mus nisi aliquid impediat: sicut suspirio defectus virtutis
in repugnatiōe moꝛbi: tūc em̄ aliquantulū recreādus erit cū
dieta subtili sicut ptisano: ⁊ mica panis lota: et demus parū
quantum sufficiat virtuti sustentande ⁊ non plus. ¶ Si do
loꝛ capitis superueniat: oleum ros̄.cum aceto dandum est: ⁊
succus poꝛtula. vngatur his frons ⁊ tempoꝛa: sternutatōes
faciamus cum oleo viola.calcaneū et crura infundant᷑ aqua
tepida ⁊ dulci: postꝙ vngantur plante pedū cum oleo viol̄.
ligentur crura cum mollibus pannis: cataplasmabunt᷑ frōs
⁊ tempoꝛa cum sandal̄.ro.oꝛdei farina: cum aqua ro.tempe
rata cum succo cucurbi.vel poꝛtula. ¶ Vigilijs infirmo in-
gruentibus iungendū est hoc cataplasma: se. lactu.papaue
ris: que temperāda sunt cum succo lactuce. ¶ Si siccitas sit
in oꝛe ⁊ asperitas in lingua: lauentur vtraqꝫ cum psilio ⁊ se.
citonij: oleo viola. ¶ Si autem coꝛ tremat: psilium demus
cum succo cucumeris et sirup.de iulep: vel de vuis agresti-
bus: vel de aceto: vel de pomo citrino: cataplasmentur de
sandalis: farina oꝛdei et succo cucur. vel aqua rosa.tempera
tis: quod superponendū est stomacho inanito. Nutriendus
est cum cucurbi.poꝛtula.lentibus mundatis. hec omnia co-
quantur cum aceto vuarum agrestium: amigdala. ⁊ similiū.
Apponantur sibi frondes mirte: salicis ⁊ similia. ¶ Hanc
febꝛem patiētes plurimum incidunt in frenesim: que medi
canda est: sicut in pꝛima particula diximus. ¶ Similiter et
tussim siccam patiuntur et sintesim: et yctericiam: que sunt
medicāda: sicut diximus per sua loca singula abundanter.

De tertiana febre. Capitulum.iij.

Tertiana febris quã greci triteon vocant: nasci
tur ex chimis cholericis imutatis ⁊ putrefactis
Si tamẽ putredo sit extra venas ⁊ arterias: ge
neratur tertiana interpolata cum rigore ⁊ tre
more. Qr si putredo sit intra venas et arterias
concreatur tertiana cõtinua: vel causon. Reprehẽdimur ta
men a quibusdã obijcientibus nobis. vnde inquiũt: tertiana
vel causon conueniũt vel differunt? quibus respõdebitur ꝙ
conueniunt in hoc ꝙ materia est vna scʒ cholerici humores:
⁊ intra venas ⁊ arterias concrescũt: differunt ſm locum vbi
humores nõ conueniũt. Incẽsiones autem causon proprie
in venis sunt vicinis cordi: maxime in venis oris stomachi:
epatis atq3 pulmonis specialiꝰ ꝙ̃ in alijs locis corporis. In
censiones autem tertiane continue in omibus venis totius
corporis equales sunt. ¶ Intelligunt autem tertiane conti
nue esse tribus modis: vel de re naturali: vel de nõ naturali:
vł de re extra naturã. De re nõ naturali. verbi grã: q: ꝙ̃ plu
rimũ in estate nascunt: maxime si aer calidior sit ⁊ siccior: ⁊
cõplexiones ⁊ regiones sint similes et exercitia infirmorum
dum sani sunt. in labore nimio: siue fatigatione. vel de re na
turali: q: plurimũ innascunt illis quibus complexiones cali
lidissime ⁊ siccissime dominant: maxime si in corpe sint ma
cilenti: pori rari: etate. xxv. annorũ: vsq3 ad. xxxvj. vł de re ex
tra naturã. idest de accidentibus infirmor ⁊ significationibꝰ
medico. ¶ Cum autem hec febris de humoribus nascatur
acutis ⁊ cholericis: necesse est semper vt sequatur rigor ni
mius: quasi pũctura spine siue acus: acuta eñi illa materia
sensibilibus mẽbris est vicina. Qr cum effluat ⁊ mẽbra pun
gat sensibilia: acumine sui puncturã ac tremorẽ gñat: cũ in
vsu nõ habeat sic effluere. qð fit si hec materia extra venas
⁊ arterias sit: proprius autem est huic febri vomitus chole
ricus: egestio tincta: maxime in tertia periodo: vel in quar
ta: vrina eorum rufa vel ignea subtilis. Sepe tamen feorem
acutam inde habent: et in epate puncturã propter cholerã
rubeam ⁊ sanguinis mixturã. Qr si sit vera: duodecim tenet
horis ⁊ dimittit. xxxvj. ⁊ in periodo finitur. vij. i. in die. xiiij.
Qr si. xij. excesserit horas: neq3 die. xiiij. finiatur: intelligitur
esse nõ vera: hec ergo cum non sit vera: ⁊ cum alia sit mixta
transit terminũ predictũ ⁊ diutius durat: aliquãdo in autũ
no incipiens ⁊ in vere finiens. Et in febre hac molestissimuʒ
est genus putredinis: vnde oportet cauere ne dentur res ca
lide: ne forte cholera rubea cum acumine suo cerebrũ ascen
dat ⁊ apostema ibi faciat: ⁊ inde infirmꝰ frenesim incurrat:
que febris timidior est ⁊ molestior: q: cholera rubea ex mo
bilitate ⁊ velocitate sua cum acumine suo non patitur pecca
re infirmũ nec errare medicũ: vnde oportet medicũ preuide
re morbi initiũ: vt si virtus infirmi sit idonea: humores fu
riosi ⁊ mobiles: detur pharmacia de prunis: oxisenitia viol.
mirabola. citri. casiafistu. manna ⁊ similia in die interpolatio
nis demus: ⁊ hoc ſm virtutem ⁊ etatem: ⁊ succus maligra.
⁊ quedaʒ catartica in libro nostro iam predicta: que cholere
rubee sunt purgatiua. Cauendũ autem est ne in die accessio
nis dentur: ne forte natura impediatur in morbi repugna
tionibus. Detur ergo in die accessiõis succus maligra. cum
sirupo viola. vel ro. vel psilio: vitetur ergo cibus in accessio
nis temporibꝰ: vtatur in die accessiõis cibis tẽperatis: neq3
etiam detur tribus horis precedẽtibus: sed sustẽtetur cum
sirupo ro. vel viola. vsq3 ad declinationẽ vel discessuʒ febris:
deinde detur ptisanũ in vespere: ⁊ panis cum zucca. lotus.
Si sint stiptici: neq3 catartica possint ab initio dari: sicut di
ximꝰ cũ quedã nos impediant: vtpote corruptio aeris: vel
defectio virtutum: demus in die interpolationis oxisenitiã:
mannam: casiãfistu. sirupum viola. Si autem digestio nõ hu
mectetur: suppositoria conficiant cum memithe viol. scamo
nea: nitro: lilio. similiter ⁊ clystere faciamꝰ de prunis: iuiub.
vio. furfure: ordeo mundato. ¶ Custodiamus dies. vj. prece
dentes diem afflictionis tanq̃ dies accessionis: vt inuenian
tur die. vij. corpora mundificata ⁊ preparata ad obediẽdum
nature in morbi repugnatione: neq3 impediatur cibo vel me
dicamine aliquo. Si autem infirmus in augmento febris
murmuret de siti: ⁊ de siccatione labiorum ⁊ palati: demus
psilium in aqua cucumeris cum sirupo viola. Similiter suc
cus de malis grana. misceatur: aqua bibẽda misceatur cum
sirupo ⁊ similibus. ¶ Cessante autẽ febris incensione: ⁊ fe
bris mitigato acumine: si murmuret de punctura stomachi
danda est mica panis ter lota cum zucca. Nutriendus est cri
solocanna: portula. malua: spinach. cucurbi. lactuca: que oĩa
coquantur cum amigdaleo. Ista tamen sunt faciẽda cum fe
bris cessare incipiat. ¶ Si caput doleat: supra frontẽ ⁊ tem
pora ponamus oleum ros. temperatũ cum aceto: nares hu
mectande sunt cum oleo ros. ¶ Si vo capite desiccato frene
sim inciderit: sternutatio fiat cum oleo ro. vel viola. cum la
cte mulieris puerũ nutrientis: capiti vo raso imponamꝰ lac
⁊ aquam tepidã: vbi papauer ⁊ lactuce sint cocte ⁊ viole. pe
des ⁊ crura impones in aqua tepida ⁊ dulci: deinde cũ oleo
viola. calcanei ⁊ plante pedum vngantur. ¶ Si vo. vij. die
vomitus mouetur: vel egestio superuenerit spote: vel ex actio
ne nature: non erit stringenda: sed dimittenda ꝙ̃diu virtus
infirmi id pati valeat: danda sunt mitigantia ⁊ calorem ⁊ si
tim extinguentia: sicut sirupus maligrana. vel ro. vel oxizac
ca. ponendum est in aqua bibenda spod. sandal. se. portula.
⁊ similia. ¶ Si vo egestio augmentet ⁊ defectionem virtu
tis dubitemus: ad stringendũ festinemus cum sapa vel cito
nia: trocis. de spodio: sicut diximus in diaria et dissinteria:
similiter si in ytericiã inciderit medicabimur: sicut in suo ca
pitulo diximus. Iũgat autẽ medicus siue minuat ſm ꝙ ex
necessitate cogetur.

¶ De sinocho ⁊ sinocha putrida. Ca. iiij.

Uia sanguis est omnibus humoribꝰ naturaliter
temperatior: ⁊ saporosior: atq3 vicinior: humane cõ
plexioni: inde ⁊ nature familiarior existit: quẽ fe
cit natura materiã nutrimẽti totius corporis: sed
tamen si augmẽtet quãtitatiue ⁊ qualitatiue mu
tetur: dimittitur a natura neq3 regitur negans sibi attinere
aliquid sicut pater sibi filiũ inobedientẽ: remanet ergo cru
dus ⁊ indigestus: exiensq3 temperamentũ: necesse est ergo
vt putrefiat ⁊ generet febris que sinochus vocatur: ⁊ est cõ
tinua: q: sanguis naturaliter intra venas ⁊ arterias est sem
per que sunt vie sibi ad omnia mẽbra corporis. ¶ Ga. in lib.
de febribus diuidit febrẽ putridam dupliciter: altera eñi est
putrida intra venas ⁊ arterias: altera vo extra. Dixit ergo
de priori ꝙ ex necessitate continua sit: q̃ extra venas: erit in
terpolata. ¶ Nascitur item febris continua de puro sangui
ne cum intra vasa: non tamen putrescens caleffiat: huic febri
propriũ est inflare: q: sicut diximus de puro sanguine nasci
tur: cuius in corde ⁊ pulmone plurima est virtus: vnde calor
inflatiuus ista febris ab antiquis vocatur: q: calor pectoris
siue pulmonis est causa sue inflationis. ¶ Differt autem na
scens de sanguinis putredine: ⁊ que nascitur de eiusdẽ ebul
litione: q: prioris febris fetet vrina: pulsus est diuersus: q:
constringi se vult magis ⁊ sepius ꝙ̃ dilatari propter festinã
tiam nature in expellendã superfluitatẽ vel fumosam putre
dinem. Altera nulla habet hmõi accidẽtia: q: signa ꝑueniũt
eam futurã prenunciatiua anteq̃ appareat. s. fatigatio: gra
uitas membrorũ: plenitudo corꝝ: rubor coloris: calor superfi
ciei corporis. hec autẽ signa sequunt eam: dolor capitis: in
censio: grauitas sui: tumor tẽporꝝ: egressio oculorꝝ: paruitas
sitis: ⁊ stupor assiduus: imaginatio rufa ante oculos: pulsus
velox ⁊ fortis: vrina rubicũda vel vermiliosa: plurimũ hanc
sequuntur variole. Que cum sint: opʒ ante statum morbi de
virtute infirmi perquiri: ⁊ etate atq3 cõplexione: tẽpore: ae
re: consuetudine: que si conueniãt ⁊ virtus maxime phlebo
tomandus est infirmus: de sanguine quantũ sufficiat aufera
tur. Si autem morbi initiũ propter nimiũ sit cibũ: quẽ come
derat infirmus ⁊ adhuc in vẽtre sit coadunatus: oportet vt
in die scða vł altera suspendat phlebotomia quatenus in di
gerẽdo cibo cõfortet natura ⁊ a vẽtre excludat: qð si nõ fiat
naturaliter faciamus artificialiter: si autẽ nulla horꝝ particu
larium conueniãt signa nisi virtus sola: scarificemus ⁊ non
phlebotomemꝰ: oĩbus vo alijs congruentibꝰ: sola tñ virtu
te dissonãte: neq3 phlebotomari: neq3 scarificari est necesse:
q: virtus sola semꝑ morbo repugnat: vñ semꝑ est inuestigã
da ⁊ obseruanda: confortanda quoq3: ⁊ coadiuuãda ꝑ posse

nostro. Si vo obuiat phlebotomie quibusdā ex causis quas debemꝰ dicere: caueat maxime in statu: vel in augmētatiōe etsi virtus videat cōgruere. In his eñ duobꝰ tēporibꝰ virtuti non confidimus adeo laborati in morbi repugnationibus: oportet ergo extinguere calorē ⁊ acumē sanguinis cū psilio: succo maligra. sirup. vio. sirup. de prunis. q̄ si egestio obuiet erit humectāda cū oxifenitia: cassiafi. viola. māna ⁊ similibus. ¶ Si in pectore habeant antiquā tussim: vel febre superueniente passionē nouellā: demus iuiubas: vio. se. portula. ⁊ similia. Nutriamus cibis leuibꝰ digestioni in substātia laudabilibus: sicut ptisano ⁊ panis mica. ¶ Si autē sanguis non sit cholericus vel nimis acutus: vēter ab initio humectetur: sicut ante iam diximus: si hoc non profit suppositorium fiat ⁊ clysterizemus. ¶ Capiti dolore superueniente: oleū ro. apponatur cū aceto: nares humectent cū oleo vio. pedes atq̄ crura in aqua ponant tepida: vbi camomil. viol. sint cocte: ⁊ similia. ligent etiā crura mollibus pannis. dolore capitis nō cessante: ⁊ catarro vel tussi carente pectore: lac mulieris vel asine capiti infundamus: lauenturq̄ cū aqua vbi viol. ordeū ⁊ camomil. sint cocta: sternutatio fiat cum oleo viola. ¶ Angustia vo vel incēsione superuenientibꝰ: psiliū demus ⁊ succū maligrana. ⁊ sirup. viol. ⁊ similia. ¶ Si mente stupeat ⁊ oculos aperire non valeat: cessandū est a supradicta capitis medicina: ⁊ pedes p̄dicta aqua infundere sufficiat. Nutriēdus est cum malis gra. ⁊ pane loto. Si autē cardiacam inciderit: cataplasma stomacho debet superponi de sandal. farina ordei ro. camphora ⁊ aqua ro. ¶ Sanguine de naribus effluente: superponant tēporibus ⁊ fronti cataplasmata in cardiaca dicta. Si autē necesse sit in fine huiꝰ febris extinguere qḋ remanet incēsionis: demus hoc electuarium quod probauimꝰ. ℞. spod. sanda. citri. semi. portu. succi liquiri. an̄. ʒ. iij. se. cucumeris: mel. cucurbi. munda. an̄. ʒ. ij. dragagan. gūmi arab. amomi: amidi. an̄. ʒ. j. cubebe: camphore. an̄. ʒ. ij. candi. ʒ. vj. fac puluerē tempera cum succo ros. dās ʒ. iij. multum valet.

¶ De quartana febre. Cap. v.

Febris quartana de putrida cholera nigra nascit: que si sit intra vasa: generatur sine rigore quartana que vocatur ↄtinua: si extra vasa: generat interpolata. ¶ Vera autē quartana. xxiiij. horis tenet ⁊ intermittit. xlviij. que ex signis tribus: sicut tertiana intelligit. i. re naturali: ⁊ nō naturali: atq̄ extra naturam. De re naturali: q: plurimū hāc patiunt qui complexionem habent frigidā: ⁊ siccam etate. i. senes maxime frigidi: sicci: macri: ⁊ subtiles habētes venas atq̄ vacuas: als cōcauas ex defectu carnositatis. De re non naturali sicut de tēporibus anni: si sit autūnus et aer frigidus et siccus tunc fuerit: ⁊ regiones similiter. De re extra naturā vt in initio accessionis cum materia incipit putrefieri: minus erit rigor laboriosus corpori ⁊ frangitiuus ossiū corporis: cholera eñ nigra que huius febris est materia: propter suam frigiditatem ⁊ grossiciē super sensibilia mēbra effluens: grauat: fatigat ⁊ frangit ea. Color febriētis liuidus est: cutis sicca: huic febri durities ⁊ dolor splenis ꝓpria sunt: vrina in principio feb. alba ⁊ aquosa: ⁊ in declinatione ⁊ in cessatiōe ⁊ materie digestione fit nigra. ¶ Quedam quartana de pura nascit cholera nigra q̄ frigida est et sicca: ⁊ iterū alia est de cholera nigra q̄ de incensionibus est aliorū humorū: sicut san. ⁊ cholere rubee ⁊ phlegmatis: opʒ vo suis ꝓprietatibꝰ vnāquāq̄ discerni: vt medicina sua singulis ordinetur. Diascori. dixit: si significationes dicte de pura cholera nigra dabūt intelligere: regatur infirmus digestibilibꝰ ⁊ cibis diureticis: sicut succo scariole: maratri: apij: que omnia coquant ⁊ colentur cum oximelle aromatico ⁊ melle ro. Apozima detur de rad. cum sirupo de absinthio: purgeturq̄ materia cum vomitu paulatim incitetur sudor: cum camomilleo: anetileo: calamētileo. non purgetur corpus in principio cum virtuosis: in declinatione febris ⁊ apparentibꝰ signis coctionis eius: choleram nigram oportet purgari cum pharmacia ⁊ clysteri proprijs huic humori conueniēter. Deinde demus trociscos de eupatorio: reubar. vel aniso: sicut in quinta particula dixi: cū sirupo de squinanto vel calamento vel cum apozimate de radicibus. Aliquādo autem in fine febris: demus tyriacā ma. diaciminū. Caueamus tamen hanc in estate ⁊ calida regione ⁊ iuuenili etate. In hyeme ergo danda est ⁊ regione frigida: etate vetula: complexione frigida: vitanda sunt refrigeratiua: quia materia crudificatur ⁊ prohibetur digerenda: vnde fit causa diuturni morbi. ¶ Quam quartanā si tertiana antecedit: ⁊ infirmus iuuenis existat macer ⁊ cholerice complexionis: cum vrina sit rufa vel ignea: sitis ⁊ nimie vigilie: tempore anni estate: natura aeris calida ⁊ sicca: intelligitur febris esse de incēsione cholere rubee: vnde in primis medicabitur cum refrigeratiuis: sicut succo maligrana. ⁊ oxizacca. si sit stipticus cum prunis māna viol. ⁊ similibꝰ humectetur venter: que si non sufficiant: clystere faciendum est: si autem materia digeri incipiat: demus catarticū cholere rubee incense purgatiuū: sicut pruna: oxifenitia ⁊ similia. Demus malagrana. vuas passas: portula. bli. crisolocā. balneet in aqua tepida cessante feb. ⁊ aqua vbi cocta sint camomil. viola. mellilotū ⁊ similia: toti corpori post balneū epithima faciamus cum vino ⁊ oleo viola. ¶ Si hanc febrē morbus sanguinolentus precesserit: ⁊ cōplexio infirmi similis sit: et vrina rufa ⁊ grossa: vene quoq̄ plene sint: sapor in ore dulcis sit: somnus multus: tempus vernale: intelligendū est febrem esse de incensione sanguinis: danda ergo sunt digestiua et materiā sine calefactione excoquentia: sicut oxizacca. ptisanū: rodozac. mel viol. succus scariole. Infirmi pedes et crura ponantur in aqua calida vbi camomil. viol. sint cocta vomitus moueatur in principio accessionis: cuʒ rigere ceperit demus malagrana. misceatur aqua bibenda cum oxizacca. materia digesta ⁊ excocta phlebotomemus de basilica vena vel mediana: vt sanguis grossus ⁊ incensus exeat: similiter ⁊ pharmacia est danda sanguinis subtiliatiua ⁊ sue incēsionis extinctiua. Si autem hec feb. viginti dies transit: abstinendum est infirmo de cibis omni die accessionis: in alio vero die parum comedat. ¶ Si hanc febrē phlegmatici morbi precesserint: ⁊ infirmus senior fuerit: cuius cōplexio frigida ⁊ humida sit: tēpus hyems: pulsus tardus: vrina cruda ⁊ grossa vel alba: sitis parua: intelligitur esse febris ex incensione phlegmatis: dandus est in initio succus scariole: marathri: apij: que oīa coquantur ⁊ colentur: detur autem lib. media cum. x. ʒ. mel. ro. vel viola. Si autem sint stiptici: moueantur cū pharmacia siue clysteribꝰ depositiuis phlegmatis. Incitetur sudor: cum calido epithimate et diuretico: abstineāt a cibis in die accessionis nisi cū virtus defecerit: neq̄ pati possit: deinde parum comedant: vinum subtile bibant album ⁊ clarum: ⁊ in colore temperatū: de volatilibꝰ comedant que carnes teneras ⁊ ad digerendū facillimas habeāt: manducent lotam ciceram cum bliti. Caueant autem oīa refrigeratiua: accipiant post cibum diaciminū: diatrionpipereon: diani. vtilis est vomitus cuʒ radicibus: frōdibus ⁊ aniso et oximelle ⁊ aqua calida: sepe accipiant tyriacam maiorē diacostum: diareub. diasulphur. et similia febre cessante iam per tres hebdomadas. nutriantur cum pullis: fasianis: perdicibus. post. lx. diem agnum comedant annualē: sumantq̄ semper medicinam diureticam ⁊ principalium membrorum confortatiuam.

¶ De febre amphimerina. Cap. vj.

Febris que quotidiana dicitur: de putredine humorum phlegmaticorū nascitur. Antiqui vero concordant omnem materiā phlegmaticā cholericam siue melancholicā putrescere ⁊ ebullire ⁊ inde febrem ⁊ calorem causari. Idem facit et phlegma: si eñ putrescat ⁊ fit intra vasa: continuam generat amphimerinā sine rigore: ⁊ si extra vasa fit: fit amphimerina interpolata. xviij. tenens horas: ⁊. vj. dimittens. ¶ Que tribus signis intelligit: sicut ⁊ cetere. De re naturali: ⁊ nō naturali: ⁊ de re q̄ est extra naturā. Ex re naturali: q: plurimum nascit complexionem frigidā: ⁊ humidā habentibus. ⁊ etate senioribus vel pueris de dominatiōe phlegmatis: senioribus naturaliter: pueris accidētaliter. De re nō naturali: quia plurimum in hyeme fit: ⁊ in regione et in aere naturaliter frigidis ⁊ humidis: maxime si in quiete ⁊ in sanitate sua quieuerit et suauiter vixerit. De re extra naturam: q: hanc febrē semꝑ nimius sequit rigor: vt totum corpus con-

geletur: maxime extremitates: putrescente autē phlegmate calor sentit paulatim ascendere & febrē lentam facere: sed tamen diuturnā. ¶ Hec febris semper familiat dolori stomachi: q: phlegma plurimū in stomacho regnat: maxime in ore stomachi: vnde & humores phlegmatici euomunt: & infirmus subtiliat: facies tumet: color plumbinus vel liuidus est: os humidū habet & non sitit. Unde oportet medicū inuestigare naturā phlegmatis: vnde fit ista febris. Quoddam enim phlegma veraciter frigidū est & humidū: que species naturaliter als naturalis est nascens de colamento sanguinis. Quoddā frigidius est & grossius: sed humidum minus: sicut acetosum: quod est nascens ex dominantia frigoris in colamento sanguinis. Alia species leuior & calidior: sicut salsum phlegma nascens ex dominātia caloris in colamēto sanguinis. Unde si quis videat egrotantē sitim patientē & siccum os habentē: de salso phlegmate intelligit esse. Danda est ergo oxizaccara cū aqua calida in hora accessionis; pedes eorū & crura ponant in aqua calida vbi camomill. viol. anetū sint cocta: fricemus plantas pedū cum sale & oleo viola. Si vomitus venerit spontaneus in initio morbi: leuitatē & subtilitatem materie portēdit. Et si non veniat: nō artificialiter fiat: q: morari in initio morbi vomitū: grossiciem materie significat & coagulationē & ad digerendū tarditatē. Dāda est oxizaccara cū aqua calida: q: valet multū in febre ista: q: dissoluit materiā & subtiliat: postea dandum est ptisanū cū oxizaccara vt digestibilis vēter fiat artificialiter: vl cū pharmacia: vel cum clysteri. Si de inflatione intestinorū & gurgulatiōe murmuret infirmus: & de stomachi abominationib⁹: materiam dissolutam & subtiliatā ad exeundū intelligimus: vnde natura cum leui catartico siue pilulis est adiuuanda in expellenda illa materia. In stomachi abominationibus vomitus cum leuib⁹ est incitādus: vt fit cū semine rape: atriplicis: radicis visualis: que decoquantur in aqua & colentur & succus inde expressus detur. Si autē infirmus p debili virtute catarticum non possit suscipere: laborandū est leuiter in subtilianda materia: & ista facienda sunt scdm materie naturam: et mēbri vbi illa materia regnat: vt si sit illa materia salsa phlegmatica & circa epar: detur medicina purgādo epati ppria: que cum vrina superfluitatē expellat: sicut trocisci de spod. de camphora: de sandal. cum oxizaccara. ¶ Si phlegma sit acetosum dentur trocisci de ro. berberis: de aniso: cū scariol. marathri & apij succo: & cum oximelle. sic medicandus est per vnā septimanā. Si autē febris diuturnior fiat: dādū est apozima de radicibus: sirupus de squinā. & sirupus de absinth. Si materia sit in stomacho de phlegmate acetoso: detur in morbi initio mellicratū: aromaticū vel oximel cum aqua calida. Nutriatur cum ptisano: cum corticibus marathri et apij coctis cum oximelle. In hora accessionis cū iā rigor inceperit incitet vomitus cum oximelle & aqua calida vbi anetū & radices sint cocte: pedes imponēdi sunt in aqua vbi cocta sint camomill. anetum: mellilotū: sansucum: abrotanū et similia: demus mel ro. cum aqua calida. Et materia iam digestioni vicinante: demus apozima de aloe & de hierapi. de absinth. siue de pilulis aureis. Et si virt⁹ infirmi pati neqat: dentur trocisci de eupatorio: de absinth. de reubarb. cum apozimate de radic. et oximel. Incitetur vomitus in initio accessionis: neq comedat nisi febris molesta quiescat: neq subtili⁹ dietetur: ne virtus infirmi molestet. Apparēte autem signo decoctionis in vrina: calefaciamus & vngamus stomachum cum reb⁹ calidis sicut oleo nardino masticeleo: anetileo: absinthileo & similibus. fumigemus cum aqua calida vbi cocta sit camomill. spica: mastix: absinthiū & similia. cataplasmata sunt super stomachum ponenda ca. moderata & odorifera: aquam bibendā misceamus cū odorifero vino & mellicrate aromatico. Demus stomachū confortātia siue cibū siue potum: hec enim febris propria est ori stomachi.

¶ De nimio sudore. Cap. vij.

Sudor: alius naturalis: alius innaturalis. Naturalis in crisi venit laudabili & in moderatis exercitijs in tēpore estatis: in quo sudore emittunt nociua & non valētia. Innaturalis est de consumptione carnis: q: nulla alia emittit nisi iuuātia. ¶ Sudor autem hic naturā suam exit in qualitate: vel in quantitate. In qualitate scdm naturā emanantis als emittende materie: vnde & mutatur in colore: sicut videmus cum sit rufus vel citrinus viridis & albus: iudicatur iuuamentū siue nocumentum ex materijs suorum humorum: vnde mutat in odore sicut fetentissimo vel econuerso. Itē in sapore dulci salso vel amaro siue acetoso. In quantitate multa siue pauca. multa autem ex multitudine humiditatis vel eius liquiditate: vel de pororum largitate siue de expulsiue virtutis fortitudine. paruitas sua: vel de humiditatis paucitate: vl de sua grossitudine: vel de pororū oppilatione siue contētiue virtutis fortitudine vel debilitate. Cum sudor autē adeo augmētatur: vt virtus inde deficiat: tunc oportet vt restringat: & infirmi corpus vngat oleo mirti. salici. citoni. ro. Epithima valēs in stringendo sudore: est qd. ℞. ro. ʒ. xx. balaust. sandal. añ. ʒ. x. frondium mirte. ℥. j. oia coquātur in duab⁹ libris aque quousq ad tertiā partē redigant: deinde colent & media lib. de oleo ro. admisceatur: & coquat donec aqua deficiat & solum oleum remaneat: post inde vngat. anteponantur infirmo vasa frigida aqua plena: & in domo sint frondes mirte ro. & salicis: sirupus ro. cum aqua frigida detur: exercitiū nimiū phibeatur. ¶ Si incitandus sit sudor ex necessitate: vngatur infirmus cum camomilleo & nitro & pipere. silr facit daphnileō: musceleon: anetaleon: yreleon: si vngatur dorsum & totū corpus sudor exit. Idē facit cinamomū alithi. calamus aromaticus: piretrū: calamentū: casialignea: costū: reubar. carpobalsa. sansucus. qualecūq horum inuenias simplex siue cōpositum in oleo coctū: & inde toto corpore vncto sudor prouocetur. fumigationes etiam adiuuant de casto. calamēto: carpobal. vrtica: se. carui: omnib⁹ pistatis: & corpore fumigato: eijcitur sudor: sed tamen non temere agenda sunt hmōi: nisi quis febres habuerit diuturnas: & maxime sudoris prouocatiuo indigeat virtute infirmi salua.

¶ De variolis. Capitulū. viij.

Variole de sanguinis putridi nascunt corruptione: & sunt de accidentib⁹ sinochū comitantibus. ¶ Quarū signa sunt febris fortitudo: cephalea: rubor oculorū: & faciei plenitudo: eorū grauitas: dolor in gula: & in pectore tussis: prurigo in naribus; sternutatio & punctura in superficie corporis: q: materia querens exitū pungit carnem & cutem separans iuncturas earum ad exeundū. qd cum videris: certa signa sunt huiusmodi passionis venture. ¶ Medicandus est ergo in initio cū calidis & hūidis: que intus naturā dissoluūt & extrinsecus expellunt. Caueatur frigida medicina que humores claudit & congelat. Medicina vo variolas cito eijciens: & sine molestatione: est succus marathri: apij cum oxizacca. ¶ Accipiant de hac confectione a nobis probata. ℞. v. ficus siccas: lentis munda. ʒ. x. lacce. ʒ. v. dragagan. totidem: marathri. ʒ. iiij. omnia coquant in vna libra aque & ß. vsq ad. ℥. iiij. deinde cola & mitte. ℈. j. croci & da bibere ante cibū ieiuno: & hora dormitionis donec tote appareant: & deinde cesset. ¶ Aliud. ℞. rose: lentis munda. añ. ʒ. iiij. lacce. ʒ. ij. marathri: se. citon. draga gan. añ. ʒ. j. & ß. masticis. ʒ. j. omnia coquant & colētur & bibere dentur. ʒ. iij. cum oxizaccara. Demus ptisanū blitim: crisolocannam: cucur. ¶ Epithimata vitētur oīmode ne forte vulnera reuertant intra & cadētes in cardiacā moriant. Studēdum est in initio ne in oculis pustule nascant: & lauent cum lotura oliue oculos mundificāte: his mūdificatis imponēda est aqua ro. cū succo maligrana. vel aqua ro. & sumac. ¶ Si os circundando exierint: lauentur cum visco psilij et zuccara. Post septē dies oportet custodiri de medicina vel dieta dissolutiua: quia hec passio propria est solutioni ventris superuenienti: q si adueniat oportet eam constringi cum medicina in diaria dicta: vel in alijs locis libri nostri. ¶ Pustulis effluentibus & desiccari incipientibus: impleatur culcitra vbi infirmus iacet de rizi farina: superponatur vulneribus farina rizi vel milij cum croco.

¶ De medicina contra venenum. Cap. ix.

Medicina autē vniuersaliter omnibus iuuatiua venenatis hec erit: opz suspitiosos decipiendi cauere omes homines: vnde suspitiosi timent vt neq

famelia:

famelici: vel sitibundi ab eis aliquid accipiat: quod compertum sit optime qualitatis: sicut dulcis in dulcib9: acetosi in acetosis: salsi in salsis: vitēt abominosa vel fetētia. dixit Diasco. Si quis aquā frigidam sufficiēter ante cibū biberit: bene has qualitates discernere poterit. ¶ Cū aūt cōtigerit in cibo vel potu arsura: vndecunq3 venerit: vel iectigatio siue spasmus: seu tumor in digito seu in vnge: mortale ꝛ venenosum est. Similiter si ori aduenerit ꝛ saliua fluere ceperit: ꝛ labiū formicauerit: ꝛ in lingua ardor fuerit ꝛ durities in dētibus: venenosum esse intelligitur. Nō si ad stomachum venerit ꝛ angustiā genuerit atq3 sudauerit: pcordia strinxerit: obtenebrauerit oculos: vomuerit: inflat9 fuerit: colores mutauerit: riguerit: arsura affuerit: oportet festinari vt medicetur: alioquin moritur. Gal. ꝛ Diasco. preceperūt quomodo preuideatur: si res venenosa timeatur. Accipiant ergo ficus siccas cum nucibus quibus venenosa ante comesta confundantur: post comestionē nō nimis subuenient. similiter castanee cum ficubus siccis ꝛ parum rute idem faciunt: auellane cum pauco vino comeste: nuces quoq3 virides cum ruta faciunt idē: calamentū cum vino idem facit. Diasco. terram sigillatā multū dixit valere in venenosa prohibitione: quam si antea vel postea quis biberit: tunc nil obsunt venenosa: q2 euomentur. Gal. cōfectionē dicit q̄ a mortalibus custodit cibis quā Nicomedem regem dicit accipere solitum cū suspitionē haberet. ℞. baccas lauri: terre sigillate. añ. ʒ. iij. fac puluerē temperans cum oleo: ꝛ da. ʒ. iij. cum. iij. ℥. melicrati in specie auellane. hanc enim ante venenū si dederis pmanēs in stomacho venientia venena expellit cū vomitu: quam si quis negligat: ꝛ periculū hoc incidat: oportet in venenosis expellendis laborare anteq3 dominent in corpore: expelluntur autem cum vomitu: vel egestionibus. Nec3 solum vomitus in his expellēdis adiuuat: sed etiā cui9 qualitatis fuerit denotat: liquore enim siue odore siue sapore in vomitu quale venenosum fuerit ostenditur: si enim vnctuosum fuerit et saporis abominabilis ꝛ odoris: intelligitur quia rana marina fuerit: siue lupus marinus. si coagulatus ꝛ petiatus fuerit: intelligitur esse sanguis bouinus. De odore intelligitur si opium fuerit. de colore si cerusa fuerit vel gipsum. Egestio maxime iuuat in expellenda a corpore nociua materia: vomitus aūt incitetur cū oleo in aqua calida: vel cum melle ꝛ oleo. aqua de aneto idem facit: si arsura in ventre fuerit demus oleu3 ro. cū aqua frigida. ¶ Certificato q2 stomachus sit mundificatus: ꝛ arsura atq3 dolor cessauerit: demus digestibilia cum dysteri vt mundificentur intestina de rebus illis venenosis: detur deinde lac post mundificationes certas vel serum. Nutriatur cū calidis rebus ꝛ vnctuosis: sicut ficubus siccis nucib9 auellanis fisti. vuis passis sisamo. Nutriatur iuribus galli. annualis agni hedulí piscibus crassis. Si inferiora ventris ardeant vel pungantur clysterizentur: gallina crassa coquatur quousq3 in decoctione deficiat: ius autem illud bibat. balsamum cū lacte mulieris multum valet arsure vel dolori vētris ꝛ rebus venenosis. Detur tyriaca maior: q2 causam cōficiēdi tyriacā maiorē. Andromachus dixit non fuisse nisi causam destruendi res venenosas: quod tribus modis fit: vel desiccatione veneni: vel mundificatione veneni expulsiua de principalibus membris: id est a corde: epate: pulmone: cerebro: vel q2 hec tyriaca membra principalia in venenosis expellendis confortat. Rursus: Androma. ꝛ Gal. concorditer dicunt q3 hec tyriaca magna ex carnibus tyri facta non contra morsus tyri solum: ꝛ serpentū iam factos adiuuat: vel contra venena ebibita: sed etiam pri9 accepta hec ab eis ꝛ ab alijs accipiendis defensat.

¶ De morsu tyri serpentis. Cap. x.

Uem tyrus momorderit: in initio in albedinē mutatur color: ꝛ tumescit locus morsure nimiū apparēs q̄si incēsio ignis: patiēs deficit: stupescit sudor: frigescit: strāguria tortura vētris: vomitus cholericus subsequit: ꝛ nisi succurrat veneno cor incenditur ꝛ periclitatur. ¶ Incipiendum est a medicina vt loca morsure stricte ligētur statim ne venenum vias perforet ad membra principalia: post ore sugatur: ꝛ cum sugens sit lotur: os eius cum oleo ꝛ vino laue tur: locus tactus cum spongia calida fumigetur: nimisq3 scarificetur vt venenū egrediatur: vtilis autem est incisio huius loci si in loco sit qui incidi possit: sicut in digitis: ꝛ in similib9 locis. Detur etiā tyriaca maior vt sanguinē dissoluat: ꝛ coagulari phibeat: q2 venenū sanguinē cordis coagulat: sicut lac coagulatur. S3 calore tyriace dissoluit: ꝛ cor inde expellendo confortatur: sicut flamma ignis in expulsione fumi. ¶ Or si tyriacam nusq3 inueneris: demus hoc quod sum9 dicturi: succus de frondibus maligrana. cum vino cocto mixtus: vel cum aqua vbi stercus agninum sit coctum: vel. ʒ. j. et ß. detur de turbith cum lacte pecudis ꝛ succi de frondibus mirte: ꝛ succi sansuci. ana. ʒ. ß. gentiane. ʒ. v. costi. ʒ. ß. omnia coquantur ad medium ꝛ dentur bibenda: vel detur cerebrū galline cu3 vino: ꝛ se. caulium. manducent cepas: porros: allia: et similia. Item iuuat pullus galline scissus per mediū: ꝛ loco inde suffumigato: similiter squilla in aceto cocta ꝛ frōdes maligrana. pistate et superposite. Item ficus et allia pistate iuuant. Confectionem hanc iuuare Galie. confirmat. ℞. serapini piperis asse. oppopo. añ. ʒ. ij. galbani sulphu. añ. ʒ. j. tempera cum vino ꝛ superpone vulneri.

¶ De morsu scorpionis. Cap. xj.

Uem scorpio momorderit: dolorē maximū patitur quasi puncturā acus: aliquando calet: aliquādo frigescit: aliquādo dolor augmentatur: aliquādo non. Rigorem patitur ex frigiditate in corporis extremitatibus: tument in illis locis: aliquando frigide sudant. ¶ Medicandū est cū tyriaca maiore vel socrugene quibus vngendus erit ille locus: detur aristo. rotun. ʒ. j. ꝛ ß. cum vino decoctiōis baccarū lauri. Similiter bouinū butyrū: ꝛ mel bibatur: cancros pistatos demus bibēdos cu3 lacte asinino: mirtam cum vino. idem facit agaricus radix croci hortu. vel frondes eius bibere cum vino dentur. Quidam medici dixerūt dum infirmus hanc radicem in manibus tenuerit: nullu3 dolorem sentit. ¶ Confectio quam diapantus fecit valet ad morsu3 scorpionis ꝛ aranee. ℞. aristolo. lon. ʒ. vj. piperis nig. ʒ. iij. opij. ʒ. j. ꝛ ß. piretri. ʒ. v. tempera cum vino ꝛ fac in modum fabe: da pill. ij. ¶ Aliud. ℞. calamenti agrestis ꝛ domestici piperis myrrhe rute pondus equale: tempera cum melle ꝛ da. ʒ. j. bibere. ¶ Aliud. ℞. rute se. eruce piretri sto. sulphuris. ana. ʒ. ix. castorei. ʒ. iij. fac puluerem ꝛ tempera cum sanguine testudinum ꝛ da bibere. ¶ Aliud mitigans dolorem de morsu reptilium quā diapātus dicit se probasse. ℞. madrago. castorei piperis albi myrrhe opij pondus equale: tempera sicut diximus. ¶ Oportet vt denf allia pistata cū vino comedēda. bibat vinū forte in balneo assuescant sudare: auellane iuuant comeste: vel facto inde cataplasmate. Diasco. dixit basilicū similiter valere. Galie. dixit frondes lauri coctas in vino ꝛ pistatas valere: facto inde cataplasmate. sulphur ruta pistata ꝛ superimposita valet: ꝛ malue se. ꝛ lini valet similiter. Maiorana pistata cum aceto ꝛ sale idem facit. Quidam medicorum dicunt: si accipias castoreum ꝛ allium ꝛ pistes: ꝛ cum oleo ros. temperes ꝛ cataplasma facias iuuat.

¶ De morsu vesparum ꝛ apum. Cap. xij.

Uos apes pupugerint: vel vespe: venenū habent: acutam enim patiuntur incēsionem ꝛ dolorem nimiu3: fiuntq3 ibi vesice nigre: vn̄ oportet superponi alcannā cum farina ordei ꝛ aceto temperatam: lac ficuum valet: vel nuces pistate cum aceto: ꝛ frondes basilicon: ꝛ blete pistate atq3 superposite. Quidam medici dicunt malue frondes pistatas ꝛ superpositas valere. Item si cū succo malue quis vngatur: nō mordebitur a vespis vel apibus. Itē musca manibus fricata ꝛ morsure superposita valet.

¶ De morsu canis rabidi. Cap. xiij.

Canis naturaliter frigidus est ꝛ sicc9: cui nigra dominatur cholera: vn̄ ex sui abundantia immutata ꝛ putrefacta: ꝛ toti corpori dominans ita corrupta necesse est rabidos canes faciat: maxime in autumno ꝛ vere. ¶ Signa cognoscēdi rabidū canem sunt: quia alij canes eum fugiunt: ꝛ semper profugus est ꝛ soliuagus: ꝛ nutat quasi ebrius: ore aperto: lingua de

pendente: saliua nimia de ore currit semp: sunt oculi inuersi τ rubicundi: aures retracte: cauda inter coxas: oculi aperti: τ tamen de lapide siue de quolibet alio obiecto offenditur: τ cuilibet rei visse repugnat: τ etiã vmbre sue latrat. quẽ cum canes vidẽt fugiũt cum timẽtes latrantes super ipsuz. Certuz autẽ hoc signũ est vt buccella panis tingatur in morsura sanguine exeunte τ proijciatur canibus: quã si refutauerint: intelligimus canẽ rabidum esse: si nõ est econtra. Accidẽtia patiunt: inde sunt terribilia somnia. In somni ex pergefactione sunt timorosi sine causa. Irascuntur stupidi τ cõtinue circunspicientes inspici ab alio non patientes. Qui cuz incidant in passionẽ timendi aquã quasi canes latrant τ raucescunt timentes cum aquam inspiciunt vt tremẽtes cadãt. Quibus nisi medicamẽto succurratur: moriũtur. ¶ Incipiamus ergo medicari ante horũ accidentium apparitionem: aperiantur vulnera vel cum ferro: val cum igne fortiter: vt cum sanguine venenũ effluat: apponantur etiã sanguisuge que venenũ eijciant. Detur τ acuta medicina que vulnera aperiat: sicut alliũ sinap. sal acetũ cepe calamentũ: simplicia vel cõposita cũ aceto vel melle temperata sunt superponenda. qd faciẽdũ est in preoccupando mala signa. Si aũt appareãt: dari oportet medicinam cholere nigre purgatiuã. Illu triãtur cum dieta subtili: τ ad digerendũ facili: demus tyriacam τ medicinã: in qua cancri ponant fluuiales. Diascori. dixit: cineris eorũ accipiantur. ʒ. iij. gẽtiane. ʒ. ij. τ bibant cuz vino. Gal. bis adiũxit terram sigillatã: olibanum: τ hoc modo cõposuit. ℞. cancri incensi. ʒ. v. gentiane. ʒ. iij. olibani terre sigillate. aij. ʒ. vj. fac puluer. da bibere cum aqua vbi cancri incẽsi sint cocti ʒ. ij. ¶ Aliud qd crathi⁹ fecit valet similiter. ℞. cancri incensi. ʒ. xv. τ ß. mirte. ʒ. iij. croci. ʒ. ij. gentiane. ʒ. j. τ ß. piperis alb. gra. x. vini quod sufficit: da. ʒ. j. τ ß. cũ vino. ¶ Aliud Gal. ℞. basilicon aristolo. lon. añ. ʒ. vij. gentiane. ʒ. ix. piperis oppopona. añ. ʒ. j. mellis quod sufficit: da. ʒ. j. τ ß. cum aqua calida. ¶ Dentur nuces ad manducandũ. nuces etiam pistate cũ sale τ vulneri supposite valẽt. Si aquã timeãt: oportet machinari quomodo detur nescienti: fiat ergo canalis: quo gule apposito aquã occulte infundat. Quidam medici dicunt ꝙ iecur canis assatum iuuat: detur comedere contra timorẽ aque. Item iuuat aqua vbi ferrarij extinguũt suum ferrum τ inscijs oblata. ¶ Medicina morsus canis rabidi siue aliorũ iuuatiua erit ista: litiũ oppopona. cepe sal ruta nuces frumẽtum frondes fici menta orobũ siue simplicia siue composita cum aceto: vel cum melle temperata τ superposita valent. ¶ Morsibus etiã humanis valent ossa vituli incensa τ cum melle temperata τ superposita.

¶ De labore τ dolore. Cap. xiiij.

Quia sanitas est intentio medicorū: necesse est eis causam sanitatis noscere; que duobus modis est vna est subiecta sanitati. i. hūana corpora: altera est medicina. Qui ergo oculos voluerit curare: oportet eos scire oculoꝝ medicinam ⁊ cuius vtutis sit: quā virtutē per saporē ostendam: sapor eñ suā virtutem innuit. Igitꝛ noscāt ꝙ oīa que ad linguā veniūt: aut nil faciūt in ea ⁊ insipida vocanꝛ: q̄ aut simplicia sunt: sicut aqua ⁊ cetera elemēta: aut ꝯposita vel a qualitate in eis ꝑualēte si vero preualuerit ⁊ erit aliquātulū attinens frigiditati: sicut medicina q̄ dicitꝛ oppilatiua: q̄ duobꝰ modis ē: aut terrestris ⁊ sicca sicut ematithes tuthia ⁊ cerusa cathimia ⁊ his similia. vel viscosa humida cui aqua cū terra dn̄atur ⁊ aliquādo aer sicut insipidum oleuꝫ. albugini oui terra dn̄atur et insipido oleo aer: aut linguā pati faciūt: vel cum delectatione: vel cū nocumento. Que delectationē faciūt: necessario sunt similia eis quibꝰ delectationē faciunt. Idcirco que lingue delectationem ingerunt; sunt humane complexioni similes: humana eñ complexio moderate calida est ⁊ humida. Proinde q̄ delectationem faciūt calida et humida sunt temperate; et humana etiam corpora delectantur aqua tepida. His itaqꝫ delectationem lingue facientibus: si aqua dominetur: dulcedo eis est: si eñ aer vnctuosa erūt. Ideoqꝫ omnia nutrimēta: vel sunt vnctuosa: vel dulcia: vel ex vtroqꝫ composita. Quibus aūt alter sapor preter istos dn̄atur: non solūmodo non nutriunt: verūetiam propter medicinā accipiūtur. Que vero nocent lingue: pūctionē faciūt: ⁊ punctio est spēs separationis iuncture: que vel fit cum nimia incisione: aut multa constrictione. Que autē cum nimia faciunt incisione sunt calida: ⁊ q̄ cū constrictione idem operantur frigida sunt ⁊ sicca Inter ea quibꝰ lingua separatur: aut sunt grossa terrestria ⁊ multum lingue separatiua: ⁊ dicuntur amara: aut non adeo linguā separant ⁊ vocanꝛ salsa: que vero sunt subtilia ignea nominantur acuta: que autem stringunt vel sunt grossa terrestria aut subtilia aquosa. terrestria et grossa multum constringentia pontica dicuntur: q̄ autem minus constringūt vocantur stiptica: subtilia et aquosa acetosa vocantur. Octo ergo sunt sapores. s. dulcis: vnctuosus: amarus: salsus: acutus: ponticus: stipticus: acetosus. Ponticus coadunat et premit linguam non solum superficietenus: verū etiam intrinsecus. vñ oppilat et exasperat: stipticus similiter: sed tamen debilius. Salsus lauat ⁊ mundificat. Amarus autē magis salso mundificat: quia vltra modum mundificat exasperat et excoriat. Acutus vero incidit pungit ⁊ calefacit. Acetosus sine vlla calefactione pungit et purgat. Dulcis humectat et lenit asperitatem lingue et delectationem tribuit. Vnctuosus similiter operatur: sed tamen debiliꝰ. Sapidus autem de genere est habēs aquositatē sibi dn̄antē. Idcirco dulcedo tantilla in eis sentitur: proinde fructꝰ a terra sublimes sunt dulces: ⁊ propinqui sapidi: q: humiditas eoruꝫ est vicina aquositati terre. Ponticus ergo est terrestris ⁊ frigidus. Acetosus aquosus ⁊ frigidus. Amarꝰ calidus ⁊ igneus Salsus terrestris calidus: non tamen igneus. Dulcis calidus et temperatus. Vnctuosus aereus et aquosus. Ponticum quoqꝫ scimus pororum coadunatiuū et constrictiuū ingrossantium refrigerantium et desiccantiū. Acetosus incidit subtiliat asperat mūdificat ⁊ refrigerat. Acutꝰ attenuat mundificat attrahit dissoluit et incidit. Amarus mundificat lauat: attenuat: calefacit. Salsus coadunat oppilat ⁊ desiccat: nec multuꝫ calefacit. Dulcis mollificat: rem namqꝫ temperate calefacit. Vnctuosus hūectat emollit sine calefactiōe

¶ Sciendum est etiā ponticum et acetosum in frigiditate esse equales: sed pōticus terrestris: acetosus vero aquosus: qd̄ certificat̄ sensu et intellectu: q: videmus fructus in initio ponticos esse siccos et asperos sucoꝫ arbori siles sicut oliuaꝫ vuam citonia granata et similia. quoꝝ quidā quāto sunt longioris temporis: tanto humescūt cū sua humiditate et ponticitate acetositatem recipiūt: deinde sapor paulatim mutatur quousqꝫ fiunt dulces. Sunt etiā nōnulli ad dulcedinem veniētes nulla mediante acetositate. Sꝫ maturatio fructuū fit cū calore duobus modis: qdā em̄ fit naturaliter et in essentia fructuū: altera ex calore solis. Item sensualiter videmus ponticuꝫ linguam constringere et desiccare. Constrictio et desiccatio fiunt cā frigitudinis. Palaꝫ ergo intelligimus ponticum esse frigide complexionis. Item acetosum subtile et penetrabile est: causa eius est calor in eo bulliēs: patet ergo pōticū grossum eē et terrestre: acetosuꝫ subtile et aquosuꝫ. sic certificatū. Inuenim⁹ em̄ fructus initio pōticos eē frigidos et sue ponticitatis minoratio est ꝓpter calorē: aut ꝓpter humiditatē: vel ꝓpt̄ vtrūqꝫ. Qui ꝓpter calorē solū mutat̄ terrestres duri enucleant̄ sicut castanee. Si autē mutētur ꝓpter humiditatē grossam. s. et aquosam fiunt pōtici. Rursus hūiditate aquosa existēte q̄si substantia fruct⁹ acetosi erit. Qui autē causa caloris et hūiditatis mutātur: et hūiditas est aq̄sa fiūt dulces: ꝙ si hūiditas sit aerea erit vnctuosa. Itē dulcia omnia sunt calida: dulcia tm̄ sunt calore tēperata: sitr̄ vnctuosa: ꝑinde vtraqꝫ humane nature ꝯueniūt. Hūana em̄ natura in calore et hūiditate tēperata est. Amara aūt calidiora et frigidiora sunt dulcib⁹: qd̄ ratio testatur. Videmus em̄ hos liquores si naturali vel extraneo excoquunt̄ calore: ī initio dulcoramēto et calore in eis augmētato fiunt amari saporis sicut mel cū inuetaret̄: vel cū nimium sup̄ prunas excoq̄tur Idcirco dulcia etiā amara sunt mūdificatiua et lauatiua: sed dulcia tamē hoc faciūt cū quadam moderatione et delectatione: amara nō moderate: quia iuncturas separāt: vnde videtur terrestreitas et siccitas in eis dn̄ari. ¶ Acuta vero et salsa calida sunt et sicca. acuta vero sunt calidiora et subtiliora: quia ignea: ꝑinde incidūt et rodunt et elīquāt. Amara vero minus calida ꝙ̄ acuta: sunt etiā grossa et terrestria: ideoqꝫ posita exterius mūdificāt et superfluam carnem vulnerib⁹ natam rodunt: potui data tenues humores ingrossant: tn̄ mēstrua ꝓuocant: grossos humores de pectore et capite extrinsecus educunt: epilepsie repugnāt: nec velociter vt acuta penetrant: nec tanta est in eis grossitudo vt diu ingredi morentur sicut pontica. Salsa vero terrestria calida sunt: sed tamē non quātū amara. Sic aūt ratiōe īuestigant̄ sapores. ¶ Virtus medicine sic intelligit̄: est em̄ prima secunda et tertia a natura. Prīa quattuor modis est: quedā calida: quedam est frigida: alia humida: alia sicca. quarū vnaqueqꝫ quattuor hꝫ gradus: et vnicuiqꝫ gradui est initiū: finis: et medium. Que ergo est primi gradus: corpus a sui tēperamēto mutat: cuius tn̄ mutatio nō patet sensualiter. Que aūt in scdo est corpus a temperie mouet sensualiter: licet nō multū pateat. In tertio gradu consistens corpus mutat: sed tamē non corrūpit illud. Que vero in q̄rto gradu est: mutat et corrūpit corpus sed tamē calida cū incensiōe destruūt: frigida cum dormitione. Que vero in quarto gradu sunt calida aut sicca: iūcturas separāt necessario. hec priuilegia hꝫ virtutis. ¶ Scdam virtutem habētia vocant̄ maturatiua: mollitiua: induratiua: oppilatiua: aperitiua: colatiua: dissolutiua hūorū: vulnerū accēsiua: apitiua: putrefactiua: carnis depositiua carnis solidatiua: gn̄atiua: detractiua: doloris mitigatiua. Maturatiua et mollitiua calida sunt et hūida. ¶ Maturatiua tn̄ necesse est vt habeāt caloris quātū necessariū est membro curando: ne minuat̄ vel augmentetur in suā naturalem hūiditatē. ¶ Mollitiua opꝫ parum esse ea q̄ duriciem habent: causa cui⁹ duriciei est humor grossus frigidus et viscosus. Unde necessaria est ei calida medicina q̄ grossitiem et coagulationem illius chimi dissoluat: sed tamē non oportet vt calor ei⁹ sit nimius: ne finita illius chimi subtilitate qd̄ grossum est indurescat et petrefiat. Idcirco necesse est calorē esse in fine primi gradus sicut bdelliū: sigia: galbanū: armoniacū: ceruina medulla: vitulina; caprina; bouina; et similia. ¶ Maturatiua vero licet membro cui imponenda sunt cum caliditate et humiditate conueniunt: ea tamen quandam oppilationem habent: poris tamen oppilatis naturalis calor interius coadunatur et corroboratur. vnde digestiua virtus: et cetere actiones naturales vigent: sicut facit oleum cum aqua calida: pollen frumenti cum aqua: mica panis: seuum porcinum et camelinum: alias agninum: piperatinum. i. gumma cipressi cera cuꝫ oleo thus et similia. Oportet quoqꝫ mollitiua oppilationeꝫ habere tanta simastratiua ne dispositiuis causas sue oppilatiōis repugnet. Igitur si mollitiua hoc modo oportet esse: necesse est vt induratiua sint frigida et humida sicut portulaca psiliū lens aqua strigni et similia. ¶ Oppilatiua adeo constipāt poros vt non facile possint aperiri: que necesse est vel esse terrestria: aut viscosa nullam punctionem facientia. Si enim pungunt: membra nequeunt ea tolerare et materia attenuatur poriqꝫ aperiūtur; oportet ergo ea esse absqꝫ forti calore nimioqꝫ frigore. ¶ Aperitiua decet huic esse opposita vt grossam materiam attenuēt et vrāt quorum virtus in amaris et igneis inuenitur sicut yreos squilla amigdala amara orobo lupino abrotano. ¶ Aperitiuarum etiam medicinarum quecunqꝫ ponticitatē seu stipticitatem habēt extraposita: sed potui data cogunt̄ oppilationē viscerū aperire. ¶ Medicine desiccatiue necesse ē vt sint q̄si aperitiue: sed tamen debiliora vt lauent et mūdificent absqꝫ dissipatione: vt mel fabe ordeum amigdale dulces et similia. ¶ Medicina cutes corporis mundificans et dissoluens temperate calefacit et non desiccat: neqꝫ grossitiem habet: sicut camomilla: malua: sambacoleon: radicoleon: et similia. Medicina corrosiua quasi oppilatiua ora venarum larga faciens est grossa et acuta vt alleum et fel taurinū et similia. Constrictiua oris venarum est grossa frigida et stiptica punctione carens. Incensiua multū est grossa et calida. Putrefactiua calidissima et subtilissima. ¶ Minutiua est superflue carnis in vulnere nascentis quasi putrefactiua: sed tamen debilior. Cicatrizatiua est sicca et stiptica temperate: sed aliquando medicina incensiua carnem et cicatrizat modice si imponatur. Attractiua dupliciter est: aut enim cū qualitate attrahit: aut similitudine sicut facit pharmacia. Cuꝫ q̄litate sua attractio fit calore et subtilitate: qui calor aut est in ipsa medicina naturalr̄: aut fit ꝓpter putredinē qua ipa gn̄atur naturalr̄: sicut est in serapino asa. ꝓpter putredinē sicut fermentū et stercus colūbinū. Caloris mitigatiua necesse est vt habeat calorē similē calori corporis dolētis: vel in primo consistēs gradu. hec scdam virtutē hn̄t. Tertiaꝫ virtutē habētia sunt vt lapidē frāgens pectus et pulmonē ad screandū adiuuans lac generās mēstrua et vrinā ꝓuocans. Medicina attenuans et incidēs siue nimij caloris etiā lapidē frangit: sicut sparagi radix: calami radix: nitrū vstum: acetuꝫ squilliticum Si autem multū habeat calorem: lapidem potius indurat ꝙ̄ frangat. Et si nimiū caloris non habuerit: et cum aliquo humido accipiatur: ad screādum fit vtile. ꝙ si aliquātulum sit calidior iuxta tamē tēperamentū ꝑmaneat siccitatemqꝫ non habet: lac generat. Si aūt multo plus calidior fuerit: sꝫ non in vltimitate: sic cū mēstrua ꝓuocat: hec omnia ꝓuocāt vrinam: et si calidiora sint et sicciora: sicut apiū: daucū: ameos assarū: acorus: petroselinum: et siseleos et similia.

¶ De doctrina medicinarū ad oculos. Cap. xv.

Oportet illos qui medicinam oculorū volunt scire: vt prius cognoscant virtutem suarū medicinarū: et quid vnaqueqꝫ operat̄: qd̄ hoc modo ostenditur. Scio itaqꝫ ꝙ medicaminū oculorū: quedā sunt de nascentib⁹: et quedā de metallis: et q̄daꝫ de animalibus. De nascētibus autem sunt gūme: sicut asa serapinū: euforbiū: myrrha: et thus: opium: dragagātū: galbanum: sarcocola: liciū: armoniacū: aut rosatum: memithe: aloe: amidū: aut est fruct⁹: sicut galla: aut flos sicut balaustia: rosa: liliū: aut frondes foliū vel lignū vt casia cinamomū alithimū: vel cortex vel metallū sicut emathite sal armoniacū: eris erugo: arsenicum: nitrum: dragagantum: calcantum plumbum: antimoniū: es: cerusa: siricus: tuthia atqꝫ ferrugo. De aīalibus aliquando de humorib⁹ sicut felliculo lacte albugine oui; et nōnunꝙ̄ de mēbris eoꝝ sic̄ cornua ceruoꝝ:

quorũ naturas sigillatim ⁊ ordinatim ostendã addiscentib⁹. Asa calidior est ceteris gũmis: incidit. Serapinũ calidũ dissoluit subtilei ⁊ exiccans et extenuans eorum maculas. valet quoq; cataractis oculorum et obscuritati: q̃ fiunt ex turbiditate. Eufobiũ est subtile ⁊ icẽsiuũ. Myrrha calida est ⁊ sicca in scđo gradu: vnde pustulas oculorum absq; dolore mũdificat. Thus calidũ est in scđo gradu siccũ in primo: sed cortex eius siccus in secũdo. Opium frigidũ est ⁊ siccũ in quarto gradu. Coriandrũ frigidũ ⁊ siccũ oppilatiuũ. dragagãtũ similiter. Sarcocola desiccat ⁊ soluit solidat sine nocumento. Litium siccum est in secũdo gradu temperatum: q: in calore subtilitatis: vnde mũdificat ⁊ attenuat grossitudinẽ super pupillã nascentẽ oculorũ. Armoniacũ applanat ⁊ mollit ⁊ dissoluit. Fenugrecũ dura apostemata oculorũ dissoluit. Rosa infrigidat ⁊ dissoluit. memithe similiter. Succus ypoqisti cõfortat ⁊ infrigidat dormitationẽ ꝓuocat. Acatia refrigerat ⁊ ꝯfortat. Mãdragora refrigerat ⁊ dolorẽ placat. Maratrũ valet cataracte ⁊ maculas oculoꝝ mũdificat. Camomilla dissoluit. Aloe vulnera solidat maculasq; mũdificat. Amidũ oppilat ⁊ refrigerat. Sal mũdificat ⁊ dissoluit. Galla repugnat hũorib⁹ ad ocl'os fluẽtib⁹: ⁊ mẽbra confortat. Crocus maturat ⁊ dolorem placat. Mace ⁊ spica attenuãt ⁊ dissoluunt. Cinabriũ alithiũ similiter mũdificant. Amomũ calefacit maturat ⁊ desiccat: similiter armoniacũ salq; fortius. Arsenici rodunt et incendunt. Car dissoluit: ⁊ carnem minuit. Cathimia desiccat ⁊ stringit ⁊ mũdat: iuuat etiam vulnera oculorum: maxime si sint humida: quia ea desiccat. Plũbũ desiccat. Antimoniũ desiccat ⁊ ꝯstringit. Calcãtũ desiccat constringit ⁊ calefacit. Cerusa desiccat ⁊ infrigidat. Tuthia desiccat infrigidat sine dolore: maxime si lota est. valet etiã pustulis vulnerib⁹ lachrymis oculorũ. Ferrugo constringit. Ematithes desiccat: valet asperitati palpebris ⁊ superfluam carnem rodit ⁊ desiccat. valetq; ad saniosas pustulas. Eris erugo carnẽ minuit ⁊ attenuat. ¶ Oportet te scire ꝙ omnes feniculi sunt calidi ⁊ sicci attenuatiui qui in ꝯtradis marinis cõmisti visum acuũt. Lac mundificat ⁊ lauat. Castoreũ calidum est ⁊ siccũ incendit ⁊ maturat. ¶ Hec est diuersitas specierũ medicine oculorũ pertinentiũ. Scio tñ ꝙ virt⁹ earũ septiformiter ĩtelligit̃. Est eñ oppilatiua mũdificatiua aperitiua terrestris sicca humida ⁊ viscosa. Terrestris desiccat humores calidos ⁊ subtules ad oculos fluẽtes: maxĩe si sint ibi vulnera: sed tamen hoc oportet fieri mũdato capite ⁊ corpore ꝺm ꝙ opꝫ cursuq; humorum defluentiũ cessante: hec eñ medicina leniter ⁊ mediocriter desiccat ⁊ humores in oculorũ venis latitantes ꝓhibet ne oculorũ panniculos penetrare possint: trãsacto humoꝝ cursu et cã eorũ fluẽtium cõsumpta: hec medicina nõ debet amplius dari: ne medicina vltra modũ data dolor oculoꝝ augmẽtaretur: q: oculorum panniculi de nimia multitudine humoꝝ eos inculcãte extendũtur: vnde aliquãdo scinduntur. Huius tamẽ medicine proprietas nõ in breui declaratur tp̃e quã aliquando operamur: ꝺm ꝙ ratio expostulat vulnerib⁹ in oculis apparentibus: vel concussione in cornea existente: seu vuea apparente extra vel ingrediente: acutisq; humoribus ad eos fluentibus: nil eñ desiccatiuũ audemus illic ponere: nam stipticis ibi positis humores fluere prohibentur: quare dolor augmẽtat̃: sed si calida imponit̃ medicina augmẽtat acumen humoris ad oculos fluentis. Medicina ṽo mollitiua data seu dissolutiua vel maturatiua hũores illi inaugmẽtantur in vulneribus tamẽ caro nõ generatur: neq; vulnera sanantur. Acetosis vero frigidis illic applicatis vel interius ꝑcutura: morsura: tumor in oculis generatur. nulla igitur medicina huic ꝯuenit passioni: neq; inter calidũ ⁊ frigidũ temperata vel temperamento vicina. hec eñ non pungũt qđ facit tutia lota: amigdala: cathima vsta ⁊ lota. similiter plumbum cerusa lota alia mĩor. Medicina ꝙ̃ oppilatiua quã dixi valet in hoc loco duobus modis. vno: q: nõ pungit neq; dolorem mitigat vel generat. altero: q: lenit asperitatem generatam de fluxu humorũ: vulnera etiã lauat: vnde ea taliter agente dolor mitigatur: gross' acutiq; humores mũdificãtur. Sꝫ tñ medicina oculorũ sepissime metallina est: ⁊ quia oculi acutissimum sensum habent: cũ oculorũ medicina humida ⁊ viscosa miscentur vt metallina fermentet: ⁊ qđ cõuenit ĩuiscare valeat leuiter qđ fiat ne asperitatẽ faciat: qđ facit albugo oui fenugrecũ lac gũmi dragantũ ⁊ similia. ¶ Medicina q̃ dicitur aperitiua ⁊ dissolutiua: necesse est vt nat acuta: quã non oportet poni in pustulis cornee: nisi cũ res maturatiua ei propter suam duriciẽ non valuent. similiter cũ apostemata tunicarũ panniculorũ: maturatiuo nõ curantur adiutorio: acuta imponantur: sed tamen cũ maturatiua misceãtur vt asa serapinũ: eufobiũ: armoniacũ: cinamũ: amomũ: acoꝛ: casia folium spica. ¶ Mundificatiuarum ⁊ colatiuarũ medicinarum quedam modicum mundificant ⁊ colant: valent ꝯtra paruas pustulas et vulnera: sicut cathimia thus cornu ceruinũ ⁊ caprinũ vstum. Rosas dicimus simil'r valere. hec sunt temperata: nec colant neq; mũdificãt. Sunt ⁊ alie nimium mundificantes ⁊ colantes. valentq; contra vngulas et scabies pruritũ doloresq; palpebrarũ ⁊ grossas pustulas: sicut sunt erugo: dragagantum: salarmo. siricus: que omnia sunt pungitiua: eis tamẽ lotis punctio eorũ minuit̃. ¶ Putrefactiua valent grosse et vetuste scabiei ⁊ asperitati: curat̃ eñ vngula que vetusta est et pruriginẽ ab oculis tollit. s. longi temporis est vt arsenicũ calcantũ et silia. ¶ Contritiua vero medicina est actiõis temperate ⁊ humores opportune ꝓhibet fluẽtes vt ophthalmiã pustulas ⁊ vulnera vt rosa spica memithe thus. vel fortiter cõstringit qđ fluxum illorũ humorũ incongrue amputat magnũ quẽdã dolorem facientia constringit ⁊ coadunat oculos. est etiã apta cõtra asperitatẽ palpebraꝝ: sicut balaustia cortex thuris ferrugo calcantum succus ypoquisti. succus vue agrestis acatia: hec lauãt ⁊ mũdificant ⁊ asperitatẽ leniũ t. ¶ Maturatiua ꝯueniunt a proprietatib⁹ ⁊ dolorem oculoꝝ propter humores in interioribus cornee clausos expellũt: sicut castoreũ thus fenugrecũ litiũ sarcocola mellilotꝰ. ¶ Soporifera quidẽ magnũ dolorem patienti: tunc. s. cum sciscitabimur cãm magni doloris operire: sꝫ tamen fiat cautela: visum eñ defectat ⁊ nõnunq̃ amputat. Idcirco ne sepe cataplasmet̃ eaq; imposita cũ calefactionib⁹ sumas que sunt opiũ mandragora ⁊ similia.

¶ De ophthalmia ⁊ eius cura. Cap. xvj.

Magno studio necesse est passionũ curatiões ostẽdere: quas in septima scripsimus particula: ac prius de ophthalmia quã primam ceterarũ nominauim⁹ passionũ. Ophthalmia igit̃: q: est de genere apostematũ: magisq; facit dolorem: decet me de apostematibus disputare ⁊ dolorib⁹ deinde recto rationis tramite ad ea q̃ in oculis fiunt ꝑuenire: dicens autẽ ꝙ causa omniũ apostematum sunt humores ad quedam mẽbra defluentes. Causa humoꝝ fluẽtium est quidem dupliciter: vel intrinsecus vel extrinsecus. que est extrinsecus multitudineꝫ materiei demonstrat: q̃ vero extrinsecus est ex ꝑcussiõe fractura casu vulnere ⁊ simili⁹. Preter ea si fuerit locus ad hũores recipiẽdos preparatus. Preparatio membri quattuor modis est: aut eñ propter sui defectionẽ: vel ꝓpter raritatẽ viecq; largitatẽ in membrũ illud tẽdentis attractiue: aut ꝓpter sue virtutis fortitudinem: aut ꝓpter sui naturalẽ locũ. Defectio mẽbrorũ: aut est naturalis sibi sicuti natura pedũ: aut defectio et defectiõi preparatuꝫ vt si aliqua supfluitas ab interioribus ad suscipiendũ illud preparat precipue si a nobilibus mẽbris expellat̃: vel est accidentaliter vt est infirmitas raritas in mẽbris tenere videlicet carnisq; in collo sub ascellis ĩ inguine. ¶ Attractiua ṽo virtus est membris fortius ꝓpter nimiũ calorẽ: caloris aũt multitudo vel est naturalis sicut calor carnium: aut accidentalis ꝓpter nimiũ dolorem. Mẽbro autẽ naturaliter est defectio: si sit inferius locatũ semp quidẽ humores ad inferiora descendunt. Idcirco humoribus in corpore augmẽtatis pedes podagricũ morbũ subeunt aut dolorem. materia si q̃ defluit: aut est hũor vel ventositas. si hũor aut sanguineus aut phlegmatic⁹ aut choleric⁹ vel melãcholic⁹. Cholericus rubeus ꝓpter suam subtilitatem nõ generat tumorẽ. Sanguis si tẽperati caloris est herisipilam generat. Si autẽ calidissimus est ignẽ sacrum facit ⁊ variolas: et si aquosus apostema qđ tumor hydropisis dr̃: generat: phlegmatic⁹ si subtilis est: si autẽ grossus et putridus apostema generat qđ interius est

terius est quasi mel coctū quasi pulta: vel sicut pingue sepuȝ siue intrinsecus duritiem habeat fm diuersitatē putredinis materiei grossitudinis ⁊ subtilitatis. Ex melancholica materia cācer gñatur. Uentositas vō si fuerit tumor. hec est diuersitas apostematū. ¶ Cura ophthalmie ergo necessaria est diuersa ⁊ multimoda. Que apostemata fiūt ex sanguīe calidissimo: si causa eoꝝ extrinsec⁹ fuerit nullaqꝫ corpis plenitudo extiterit: bonūqꝫ est medicari vt dissolutio ⁊ repugnatio: ⁊ si scalpellatio vel īcisio fuerit opportuna fiat. Qꝫ si cā apostematum sit intranea: nō ab initio ponātur dissolutiua: etenī dissolutio priusqꝫ dissoluat a locis ab apostemate remotis attrahit: nec etiā repugnatiua ponere audem⁹ vt eis repugnātibus materia ad pricipalia mēbra ꝯuertaf. Initio ergo curationis corp⁹ pharmatia purgetur. Deinde ponātur repugnatiua ⁊ desiccatiua ⁊ teporem facientia. humoresqꝫ cū sua siccitate qñ ad tumoris locū veniāt ꝓhibētia: ⁊ ꝯfortēt locū que vincāt materia sibi dñante q̄ teperatur tēperata sui cōplexiōe. ¶ Sciēduȝ est ꝙ apostemata quattuor habēt tēpora videlȝ augmētum principiū statum ⁊ declinationē. Conuenit etiā initio repugnatiua poni solūmodo: in declinatiōe vō calore. s. repugnāte tenuiqꝫ materiei pte dissolutiua: grossaqꝫ remanēte tm̄ dissolutiua ponātur: in mediocribus vō tēporibus dissolutiuū mixtū fiat medicamen: hec tm̄ plus in augmēto: in statu min⁹ ponūtur: nunqꝫ in initio. de loco magis exeūte stipticam medicinam ⁊ restringitiuā ponimus. Unde initio coacti dolore soporiferā imposuimus medicinam sanguinolēti apostemat: qđ herisipila dr. Si causa fuerit intrinsecus ⁊ extrinsec⁹ extiterit: prius pharmatiā dam⁹ cho. rub. purgātes: ⁊ si opportunū fuerit phlebotometur: deinde medicina fiat que infrigidet ⁊ humectet: transacto vero calore dissolutiuū medicamen aptetur. apostemata vō cuȝ materia est grossus sanguis sicut ī vulnere putredīe pūctione q̄ fiūt initio phlegma subuenias: deinde vulnera cū medicina roditiua mūdificatiua ⁊ desiccatiua curetur. ¶ Opȝ tm̄ cōsiderari magnitudinem ⁊ calorē apostematis: q: si magnū fuerit medicamen repugnatiuū pone. Si aūt calidissimū est caue fortem medicinā. Aquosum aūt apostema vel cū incisione vel solutiōe curaf. ¶ Prima aūt apostematis spēs: q: est quasi mel coctū: cōcuretur medicamine. i. cōstrictiuo ⁊ dissolutiuo sicut aceto mixto: et nitro ⁊ lixiuia. Opȝ tm̄ a leuioribus incipi ⁊ sic ad fortiora ꝓgredi: qđ si inueteratur da incidītiuā et dissolutiuam solas: superius ligetur fortiter: inferiusqꝫ leniter. Scḋm aūt genus apostematis curatur tripliciter dissolutiuis. s. putrefactiuis ⁊ incisiuis. Tertiū genus dupliciter putrefacientibus ⁊ incidētibus: dissolutiuum medicamen nihil valet. Quartū genus nec dissolutiuo: nec putrefactiuo curatur medicamine: sed solo incisiuo. ¶ Duritia que de grossa siccaqꝫ fuerit materia non multum putrefactione ⁊ incisione soluetur. Melācholicuȝ apostema. i. cācer: curaf difficile nisi incidatur: que incisio tribus modis fit: vel incōueniēs: quia sincopis generatur si oculus multas venas habuerit: quia principalia membra compatiūtur: nec pōt membrum ligari si multas habeat venas nec sanguinē cōstringi: nisi cū cauterio: qđ cauteriuum nō audemus ibi ponere. In huius ergo passionis initio debet cor ad tēperamētum reduci ad bonuȝ contēplari: si pharmatia data fuerit: ⁊ sitib⁹ iuuari. Apostema qđ ex vētositate fit: dissolutiuo curaf medicamīe. Dolor vero duob⁹ modis est: vel est sub qualitatis mutatiōe: quā iuncture separationē nominamus: vel fit de calore vel frigore. vnde nos opȝ cām ei⁹ inuestigare. Separatio em̄ iuncture tribus modis fit: vel incisione vel fractura: vel crepatura. Incisio vero fit cum gladio vel qualitate humorum acuta. Fractura fit de exterioribus sicut grossis solidisqꝫ cōibus grossis pōderosis: aut vtrisqꝫ sicut lapidibus: aut de interioribus: sicut apostemate: lapis tm̄ locū quem incidit cōculcās ꝓpter vtrūqꝫ illius eoꝝ extendunt lapidem ad offendēdum locum deprimētem necessario locus eadem lapidis cōculcatione depssus extēditur: vnde extēsionis sue nimietate rūpitur iunctura separatur. de interioribus vero taliter fit augmētata ꝙ materia membroꝝ cōcauitates replet: dolorem generat: q: materia vel est humor: vel ventositas: vel qualitas in subiecto materiam illā recipiēte. Ideoqꝫ causa doloris particulariter septeȝ modis est: aut nimius chimus: aut ventositas non habēs aditū quo exeat: vel magnum apostema: vel etiā durum: aut acutus chimus: aut vltima siccitas vel vitia frigiditas vel calor. Si dolor ꝓpter nimiū chimū fuerit: in initio medicina eius est: ꝙ a membro quo materia illa procedit purgetur: si vero hoc fiat ⁊ data medicina dolor ille permāserit: materia in loco illo est clausa: vnde iterum oportet purgari. Qꝫ si ꝓpter grossam ventositatem fit subtilem potum cibūqꝫ donabis calefiat fomentetur ⁊ cataplasmetur. Si aūt apostema fuerit causa: curatio apostematis est doloris amputatio: quoꝝ curā supius diximus. Dolore aūt ꝓpter acutum chimū incidēte acutū chimum purgari necesse est: aut in bonū mutetur medicina doloris mitigatiua: qđ si sufficere nō videatur: soporiferam imponere debemus: vt dolor mitigetur. Qꝫ si de frigidis ⁊ viscosis grossisqꝫ hūoribus: soporiferam caueamus medicinā: non enim necessariū est: q: nō in vltimitate est dolor: qui de his nascitur humoribus nisi accidētaliter. si illi grossi hūores grossaȝ generāt vētositatem: aditū exeūdi non habet: opȝ etiam nō solū ꝓhiberi soporiferam: sed etiā calida euaporatoria. Res em̄ generat ventositatem aditum exeundi nō habēteȝ. Opȝ etiā non solū ꝓhiberi: vnde doloris cā augmētatur. decet ergo vti attenuatiua ⁊ dissolutiua nec multū calefactiua vt ventositatem dissoluat: hūoresqꝫ desiccet. Qꝫ si dolor cā hūiditatꝫ fuerit sicco curef medicamīe: siccitatis hūido: caloris frigido: frigiditatis calido. Nimiū vero calorē patiūtur oculi ex apostemate ꝓpter acutos hūores ad ipm fluētes ꝓpter suarum pelliculaꝝ extēsionem: ⁊ humorū plenitudinē factam: aut ꝯclusionem grossorum hūoruȝ: ⁊ viscosoꝝ grossitiem: aut vētositatē in illo loco. Si aūt fit ꝓpter acutos humores pharmatia purgetur: aut materia deorsum ducatur: lachrymas oculoꝝ cū oui albumine lauem⁹: purgatoqꝫ corpore: apostemate maturari incipiēte balneum diligēter aptetur. Qꝫ si dolor fuerit ꝓpter humores īterius clausos: iterum totū corpus purgetur maxime caput: materia ducatur inferius: deinde calefactionibus vtatur: cum decoctione fenugreci lauetur. Sed ante toti⁹ corporis purgationeȝ nihil in oculis ponatur nec dissolutiuū: nec mūdificatiuum. naȝ si hoc fecerim⁹ plus humoris ad illum locū trahimus ꝙ ab eo dissoluamus. ¶ Sciēdum quoqꝫ est hūores ad oculos aliqñ venire vel de toti⁹ corporis partib⁹: vel de solo capite. Si fuerit de solo capite: solū caput expedit purgari ⁊ cōfortetur et ad temperiem ducatur vt nō vltra malos generet humores qui humores vel sunt frigidi vel humidi: vel vtrūqꝫ: ⁊ aliqñ sunt calidi: ideoqꝫ opȝ vnāquāqꝫ cōplexionem eoꝝ p contrarium repurgari. Plerūqꝫ solum cerebrū generat illos humores: vnde decet illud confortare et temperare ne malos generet hūores: aliqñ vene ⁊ arterie illā malam cōplexioneȝ humoꝝ generat: eāqꝫ ad oculos secuti sunt dirigūtqꝫ. Arterie si sup craneum sunt ponātur ibi desiccatiuū emplastrum ⁊ cataplasma: his aūt nil ꝓficientibus incidātur. Nōnunqꝫ etiam dolor oculoꝝ fit ꝓpter sanguinem coagulatū in oculorum venis cōclusum: vnde vene oculorum videntur plene et oculorum essentia: maximeqꝫ passio curatur meri potione: balneo tamen precedēte. ¶ Superius diximus ꝙ ophthalmia est calidum apostema nascens in cōiūctiua. ostēdimus apostematis curationem: rerum quoqꝫ solis oculis pertinētiā. Cūqꝫ oculi acutissimum sensum habēt: ⁊ dolorē tolerare nequeūt: necessario ne temerarie eos cū forti curem⁹ medicamine: sed si necessariū fuerit cum dolorem mitigātibus temperetur: fiatqꝫ qđ apponēdum erit humidum ⁊ viscosuȝ vt loco quo cōgruit inuiscetur: ⁊ palpebra sua intereleuata medicina oculis inijciatur. Ab initio existēte dolore ponatur medicamen quippiam stipticitatis habens sicut collyriuȝ in q̄ est acatia: ponaf medicamē dissolutiuū ⁊ maturatiuū sicut crocus ⁊ litiū. sitr medicīa nō stiptica: sicut myrrha castoreū thus masculū. Oportet inuestigari collyriuȝ: qđ similiter fuerit stipticum humefacit cum albugine oui: lacte: apozimate: fenugreco: hoc si fecerimus in vno die mitigabitur passio ne declinabitur: passiōe declināte balneum succedat: deinde collyrium ponatur fortius priore sicut netrimon: ⁊ cōfortet oculos ⁊ constringat parum: tamen oculorum collyrium cum eo

misceamus: sed cõmixtio acutoꝝ a medico paulatim ascendat. Et si ophthalmia fuerit cũ nimio dolore: ab initio ponamus collyrium qḋ dicitur diarodon asperuȝ: apostemate vero discedente diarodon citrinũ ponam⁹: talia sitã sepissime si nimio pungũtur dolore. si aũt dolor nõ multus sit: sufficit semel aut bis: que calefactio necesse est de melliloto ⁊ fenugreco fiat: cataplasmetur croco mellito coriandro vitello oui pãno in vino loto. Et si dolor fuerit nimius; misceamus cataplasmatibus apozima papaueris. Vnguẽtuȝ de croco memithe litio gũmi ⁊ aloe ponatur supra frõtem. Si calidi sint hũores: cape succũ portulace celidonie psilij: ⁊ similia. Et si calor nõ sit multus: puluis molẽdini myrrha thus albumen oui ponantur humoribus frigidis existẽtibus sulphur piceȝ colophoniam ⁊ similia pone.

De petia in oculo ⁊ tumore. Cap. xvij.

Sanguis colũbinus vel turturis curat penaȝ. silr lac mulieris: ⁊ oĩa ista calida prosunt si modicum thuris misceatur. Apozima de emblicis: ⁊ calefactio decoctiõis ordei ⁊ ysopi prosunt. Oculis vero tumorem habentibus: fiat cataplasma ex vuis passis ⁊ mellicrate vel aceto: si his appositis non dissoluatur misceatur ei radix circa. tumore quidem nõdunm dissoluto: stercus columbinũ apponatur. ¶ Tumor si sit apostema curetur cum purgatione corpis ⁊ dissolutione materiei superflue in oculis clause: factis cum collyrijs ⁊ cum cataplasmatibus tumorem dissoluẽtibus ⁊ maniẽtibus: atq3 curetur cuȝ fomẽtis aque calide: ⁊ ponãtur supra oculos oua mixta cuȝ oleo ro. ac sepum anatis.

De prudore oculoꝝ. Cap. xviij.

Prudorem autem amputat balneum olei ro. ⁊ temperatuȝ. ⁊ plerũq3 in oculis ponimus medicinam calidã: vt lachrymis ꝓuocatis lauẽtur ⁊ mũdificentur: prudor aũt cum nimio fluxu humorum medicina ꝯstrictiua curatur.

De dactylis seu vngulis post vulnera remanentibus. Cap. xix.

Si dactyli ꝓpter vulnera fuerint: nõ curãtur nisi chirurgia: qḋ facit supfluitas carnis. Si subtiles sint: sanãtur medicamine sicut eris erugine sulphure: ⁊ similibus. ¶ Si aũt superfluitas maxe carnis in oculis excreuerit: nõ curabitur nisi cum chirurgia. ꝙ si locus tumidus fuerit: valet crocus memithe alumen gũmi ⁊ vinum.

De carbone nascente in oculis. Cap. xx.

Nascitur etiam in oculis qḋ dicitur carbo: qḋ curatur sicut apostema. cumq3 saniem habuerit sicut vulnus medicetur. quidam eñi media ponũt in ista passione memithe dragagantũ es crocum rutam succum maligra. lanã vstam ⁊ aloen.

De ordeolo. Cap. xxi.

De ordeolo. huic passioni valet armoniacum cuȝ aceto dissolutum: ⁊ aliqñ miscemus cũ eis de ordeo ⁊ bedeguare: hec frigẽtur cuȝ capitibus muscarum ⁊ cera alba cataplasmẽtur ⁊ lauẽtur oculi loca cum aquis salsis vel aluminosis.

De supfluitate piloꝝ palpebraꝝ. Cap. xxij.

Vngantur loca piloꝝ palpebrarum cuȝ alumine staphisagria farina ⁊ eqno stercore cate des coꝝ ossium. ʒ. iij. dathile: cathim. ʒ. ij. ℞. antimonij calcanti dragaganti equale pondus: hec omnia tempera cũ melle vtantur: deinde puluerizatis collyrium fac. Si aũt pilis cadentibus palpebre grossitudo appareat: stercus muris cũ melle temperatũ valet. ¶ Superflui pili a palpebris sunt amputãdi. Quidam dicũt pilos nõ vltra nasci si radices piloꝝ iam extractoꝝ inungantur cũ sanguine testudinis vel lendinibus calnmiuis.

De vulneribus in vniuersali. Cap. xxiij.

Oportet primum de vulneribus vniuersalibus disputare: deinde de his que in oculorum palpebris fiunt. Ergo omne vulnus vel est tantũ concauum: aut fissum. Si multuȝ fissum: tũc curatur hac intẽtione: iungamus vtrãq3 parteȝ fissam: ⁊ suauius eas studioseq3 curemus ne in eo aliquid incidat: sicut oleum pilus vel puluis. Et si vulnus magnũ fuerit: nõ possumus vtrãq3 partem cõiungere. Si eñi eas simul iũgere volumus in medio vtriusq3 partis concauũ permanebit cũ sanie coadunata ꝓpter desectionem ⁊ dolorẽ infirmi mẽbri. hec eñi duo sunt causa humorem ad membrũ attrahens. Unde necessarium est desiccatiuo medicamine vt materia saniei finita: vulnera carne repleantur. Si aũt vulnus concauũ fuerit: eius cõpositio: aut est etiam causa: aut morbus vel accidens. Causa enim si humores ad illud fluant: opȝ prius corpus purgari cũ pharmatia vel phlebotomia: dieta quoq3 tẽperetur: deĩde cũ desiccatiuo desiccetur medicamine. Et si fuerit morb⁹: vel simplex est vel cõpositus. si est simplex membrũ ad suam temperiem redeat: ꝙ si est cõpositus sicut si membrũ naturã suã egrediatur: ⁊ vulnus est concauũ multũ: duplex medicina est ei necessaria. vna qua membrũ ad suũ temperamentũ redeat: alia qua concauũ vulnus medicamine desiccatiuo ⁊ mũdificatiuo impleatur: humoꝝ in vulnere coadunatoꝝ destruentium naturã vulneris ⁊ carnem gñare ꝓhibẽtium mũdificatiuo adeo: vt vulnus a putredine mũdificet. ¶ Sciendũ est enim duo supflua per poros corporis egredi. vnũ subtile cõtinuo egrediẽs: qḋ sensum latet: qḋ aliqñ naturali calore deficiẽte sentimus: vel ex multitudine cibi aggrauante. est ⁊ aliud grossum vñ lutũ in corpe aliud efficitur atq3 adunatur hec duo superflua necessario plus in vulneribus ꝙ̃ alibi coadunantur: propter desectionem ⁊ dolorem illius loci: necessaria est ei mũdificatiua ⁊ desiccatiua medicina: vt tãta illius supfluitatis sordities desiccata finiatur: omne etiã vulnus sicut diximus: aut est fissura cui nihil aliud necessariũ est nisi vt vtraq3 pars fissure iũgatur. si vero medicina vlla sit ꝑ vnam vnciã vel mediã nimis nisi magnũ erit: vel si membrũ est nobile sicut oculi: aut locus vulneris aliquam sui parteȝ amiserit; que est aut solũmodo cutis vel caro vel vtrumq3. Si est cutis ponãtur stiptica medicamina vel desiccatiua vt locus induretur: ⁊ cuti assimiletur: nõnunq̃ desiccatiua hoc idem faciũt qḋ medicina calida facit accidẽtaliter cali. q̃dam medicina paulatim imposita locũ cuȝ sua caliditate indurat: multa tñ ex ea quãtitate apposita locuȝ in quo ponit̃ rodit carnẽq3 minuit. Et si caro vulneris amota fuerit in initio medicina carnẽ ꝑcreãs cõuenit. deinde q̃ carnẽ ⁊ cutem solidet. Et si vtrũq3 habuerit sicut in vulnerib⁹ veterib⁹ videtur: primũ ponim⁹ qḋ carnẽ creet: deinde qḋ locũ induret ⁊ cuti assimilet: sed oĩs medicina que vulneribus pertinet: necesse est sit sicca parũ: ne pre nimia sui siccitate multũ desiccet carnẽq3 generari prohibeat. Siccitas ergo in primo gradu dȝ esse vt supfluitatem vulneris desiccet carnẽq3 creari non ꝓhibeat. Oportet ergo eam esse mũdificatiuam vt putredinem vulneris mũdet. Medicina vulnera solidans debet esse desiccatio: ea que carnem generat: nec mũdificatiua nec colatiua: sed stiptica vt caro induretur: fiatq3 quasi cutis. Nũc de vniuersali medicina vulnerum.

De vulneribus palpebraꝝ. Cap. xxiiij.

De membris vero oculoꝝ medicina mũdans ⁊ calefaciens congruit: q̃ humores curet vndecũq3 fluũt ad oculos propter cursum sui. Et si vulnus fuerit cum tumore nimioq3 dolore: collyria in quibus thus intrat ⁊ similiter metalla vsta ⁊ lota ponantur: ⁊ cataplasmate nõ pungitiuo cataplasmetur: ⁊ nõnunq̃ si putredo est in vulnerib⁹ ponantur colatiua: sed paulatim. Oportet tamen nos intueri ante si vulnus corneam tetigerit: ⁊ optime inuestigem⁹ an humores ab aliquibus locis ad oculos manauerint: quo certissimum ꝓspecto purgandi corpus maxime caput necessitas te cogit: deinde appone collyria desiccãtia nullãq3 pũctioneȝ facientia sicut collyria cerusam recipientia: miscentes ea cuȝ lacte vel apozimate fenugreci. Si dolor nimius est: aliquãtulũ ex soporiferis medicinis adiũgam⁹. Fluxu hũoꝝ cessante stiptica ponãtur: post modũ est studẽdũ ne vuea extra egrediat̃: ⁊ egrediẽti vuee stipticũ ꝯuenit adiutoriũ. Pustule existẽtes ĩ cornea curẽtur cũ medicina maturatiua moderateq3 colatiua sicut collyrio recipienti thus myrrhã castorcum: et

apocima .i. fenugrecū. q̄ si tumuerit τ non dissoluatur: cero/tum calidum τ aperitiuum appone sicut serapinum euforbium asam τ similia.

¶ De pāno in oculo. Cap. xxv.

Pannus ortus in oculorum albedine: cum colatiuo τ desiccatiuo curatur: causa si fuerit subtilis sufficit succ⁹ rubei papaueris: apozima minoris centauree cū melle: sed si grossior: apparuerit: necesse est forti⁹ dari medicamen: sicut picem liquidam: es vstum: vitrum: stercus muris: myrrham: armoniacum: ranas: cancros marinos vstos: sal armoniacuꝫ: τ similia. Or si ex eo remāserit aliquid: pone gallam acatiam calcantum.

¶ De vngula τ scabie. Cap. xxvj.

Vngula et scabies si sunt dure: veteres inciderunt τ excoriarūt eas. Si aūt sunt subtiles impone es vstum: calcantum: fel porcinū vel caprinū: sal armonia. his nondū pficientibus medicamina pone putrefactiua τ roditiua. Scabies vo cum stipticis curanda est: que si est cum vulnere magnoq̄ pruriore: conuertant palpebre: et cum cortice granati excorietur.

¶ De his qui vespere non vident. Cap. xxvij.

Est et quedā passio oculorū qua homines vespere non vidēt. Hos oportet phlebotomari de cephalica brachij: τ vtatur pharmacia et clystere et gargarismate τ sternutatione: mūdificetur vena cruris: inijciant oculis mel τ cū albumine et sale armoniaco imponatur: τ cū epate caprino fumiget: hec oīa prosunt.

¶ De cataracta et visus defectione. Cap. xxviij.

Cataracta visusq̄ defectio sic curat: caput totūq̄ corpus sicut diximus purget: τ dieta fiat tenuis: deinde collyrijs vtatur feniculi: succū maratri mel serapinū assam thus opobalsamū armoniacum: τ similia recipientibus: valentq̄ si incidātur vene cruris: sanguisuge temporibus applicentur.

¶ De oculis egredientibus. Cap. xxix.

Oculis extra egredientibus corpus cum pharmatia purgetur τ phlebotometur: deinde ventosa in collo ponatur: oculiq̄ ligentur et aqua salsa fumigentur.

¶ De cura petie in oculis. Cap. xxx.

Petia curatur sanguine columbino oculis instillato deinde cum albumine oui oleoq̄ roseo lauentur: τ collyrium: qđ dicitur diarodon: in moduꝫ piperis valet in augmento doloris ophthalmie.

¶ Explicit liber Constantini de oculis.

¶ Incipit liber Constantini de stomacho.

¶ Reuerendissimo dño Salernitane ecclesie Archigresuli: Constātinus Aphricanus Cassianensis monachus: debitum subiectionis obsequium.

Vestre sanctitati τ solicitudini dilectissime pater cōfiteor: qm̄ tanta hucusq̄ pusillanimitatis inertia coactus fueram: ne tāto venerabili dño mihi sepissime de stomacho murmurāti: nullum medicine subsidiuꝫ: nulliusq̄ vtilitatis afferrem remediū. Qua de re huius culpe temeritatem magno animaduersionis respectu cōsiderās hūc libellum de elegātioribus multorꝫ dictis antiquorꝫ multo interstitio tpis coadunaui: nimiaq̄ studiositate τ rōne: causa vestre gratie illū vobis edidi. Omnium eñ antiquorꝫ volumina summa inquisitionis cura inquirēs plegi: librū tamen stomachi nullatenus pprium inuenire potui: sed in diuersis diuersas stomachi sparsim reperi disputatiōes. Cui⁹ rei intētionem vltra modū mirari nō negligo: qua intētione antiqui de charissimo ac pncipali mēbro .i. stomacho: ppriū librum nō composuerūt: cū toti vniuersali corpori eius actio necessaria sit τ cōueniēs: et per eum omnia membra robusta consistāt dum ipse in sanitate pmāserit: τ debilitateꝫ patiūtur eo aliquā infirmitatem vel egritudinem subeūte. Hac de causa igitur vestre sanctitatis dignitas: meeq̄ seruitutis debitum: adeo animū meum magno charitatis desiderio pculerūt: vt excellentissimo satisfactionis studio verba que in libris sparsa fuerant coadunarem: et multa rōnis inuestigatione librum curiose ordinatuꝫ vobis cōponerē. Qđ τ feci vt supioris culpe veniā vobis indulgētibus cōsequi valeā.

¶ Tituli capitum huius de stomacho.

¶ De stomachi cōplexione τ vtilitate. Cap. j.

Oportet intelligere: q: prima actio nature que fit in corpe .i. cibi digestio agitur in stomacho: cui vid. lꝫ actioni os est ministrans: in eo eñ cibi masticātur τ stomacho dirigūtur: quos stomachus digerit causa sue necessitatis: quibus nimirum digestis: τ in pristinam similitudinem cōuersis: qđ ex eis puenit sumit digerēs τ mutans illud in suam naturam: reliquum aūt expellit per aditū sui inferioris oris. Duo eñ sunt ora: vnum superius meri cōnexum: τ aliud inferius per qđ fex cibi ad intestina trāsit: que fex licet a stomacho expellatur: ceteris tñ mēbris fit i nutrimētū. Sed stomach⁹ nō ad ħ illud a se renuit: vt nutriat mēbra: sed q: sibi est supfluuꝫ: proinde qđaꝫ dicerē fore necessariam oībus mēbris sanitatē stomachi: suequ actionis pfectioneꝫ. vñ Ga. stomach⁹ cella est in medio corpis posita. Est etiā instrumentū ad digerēdos cibos addituꝫ: sed cōuenit scire nos: q: eius essentia est neruosa: cui⁹ natura frigida ē τ sicca. Caput vo stomachi neruosuꝫ est: reuera pter vtrūq̄ magnū neruū a cerebro sibi illatū: vt ei sensum pstet: vñ fit desideriū cibi τ pot⁹. Fūdus qđeꝫ stomachi carnosus ē in quo fit cibi digestio: propterea cū hec stomachi ps nō ħu cursum naturalē fuerit: erit cā male digestiōis. Stomachus aūt sub pectore τ corde locat⁹ est: stat eñ infra splenē τ epar nam epar est sibi iūctū in dextro latere: splen vo i sinistro: in

cuius fundo sunt vene nō multe: in ore suo tñ pauciores: cui ꝓpter sue neruositatis frigiditatem necesse est calor tribuatur sue essentie: vt cibo ad eum venienti calefactio donet. Huius ergo necessitatis cā epar circūcingit eū ⁊ amplectitur eū totis suis quinq̄ frustis vt eū calefaciat suo calore. Splen vero a sinistra pte calorē tribuit: vñ stomachꝰ digerit cibū cū vapore quem sumit ab epate: splene: corde: ⁊ folliculo: ipse em̄ essentialē nullū hꝫ calorem: q: est neruose substātie frigidā ⁊ siccā habēs naturā. Solus etiā iecoris vapor ei sufficeret: sꝫ iūcto ceteroꝝ mēbroꝝ calore meliorē opatur digestionē. Forma stomachi rotūda est inferiꝰ: ⁊ aliquātulum lōga. Rotūda vt sit impassibilis. longitudo ⁊ magnitudo ei sunt necessaria vt possit se extendere circa ciboꝝ ⁊ potuum copiā. Sic est forma stomachi: cuiꝰ actionem tūc decet intelligi: cum oīno sanꝰ fuerit: ⁊ in sua qualitate pmāserit: q: infirmato ⁊ a sua valitudine remoto: ⁊ in digerēdo cibum defecto: ⁊ alimētis crudis ab eo ⁊ indigestis descēdētibus: ⁊ cū phlegmate voluptatis puncturā ⁊ ardorē facētibus: lesio oībus membris corpis datur. Videmꝰ em̄ p stomachi dolorem: cephaleam hemicraneā: vertiginem: sonū in auriculis: oculoꝝ tenebrositatem: sincopim: cardiacā: ⁊ alia multa gñari. Proinde q̄ sanitatē obtinere desiderāt: ante oīa studiū ipēdāt in custodiēda sanitate stomachi. vñ qdam āntiq̄ dixerāt. Quicūq̄ volūt suā regere sanitatē: incolumitatem stomachi pre oībus gubernare nō paruipēdant: neq̄ a ciboꝝ refectōe se aliquo modo abstineant: cū stomachꝰ summa desideratiōis necessitate cibū appetierit: neq̄ tot alimētoꝝ copia se farciāt: ꝙ a natura nō potent tolerari. vñ Plato q̄ sanitatē custodire desiderāt: necesse est sciāt mēbra totius corpis particulariter. s. neruos: ossa: renes: lacertos: medullā: carnem ⁊c. Noscant quoq̄ eoꝝ cōpositionē nō esse eq̄lē: q: vnicuiq̄ mēbroꝝ ꝓpria cōpositio est. Mēbra etiā cōposita siſr diuersantur. s. cerebrū: cor: epar: pulmo: splen: in cōpositionibus sunt dissimilia. Que mēbra quis sapiēs ⁊ studiosus in sua natura ⁊ cōpositione regere pōt: cū sola stomachi sanitate: ipse em̄ est totiꝰ corpis fūdamētū. quo ī sanitatte existēte cetera dicūtur sana.

¶ De causa appetitiue virtutis stomachi. Cap. ij.

Appetitus est sensus stomachi suā inanitionē sentiēs ⁊ pulsationē suaꝝ venaꝝ. Palā est em̄ intelligi: ꝙ ex aere extrinsecus corpꝰ pcutiēte: mēbra q̄ cuti sunt vicina dissoluātur. s. caro ⁊ lacerti: q̄ dissoluta humores attrahūt a mēbris sibi ꝓpinquātibus: vene aūt inanite humiditatē sibi alliciūt a venis remotioribꝰ: his nimirū (aliis nimiū) extenuatis necesse ē vt humiditas eis ab epate veniat. Epar aūt inanitū liquorē a venis inter se ⁊ stomachū existētibus trahit: tādem his venis euacuatis: stomachꝰ sentit inanitionē ⁊ pulsationē eaꝝ qui sensus appetitꝰ nūcupatur: idcirco cibꝰ fit necessariꝰ ⁊ couueniēs: vt qḋ dissoluitur ex membris: eo subueniēte restauretur: ⁊ corpus in sua integritate integrū pmaneat. vñ Aristo. Nutrimētum nō est aliud nisi assimilatio nutriētis cibi in corpe accipiētis. Sed cā stabilitatis appetitus triplex est. Prima ꝓpter sensum stomachi in ore ipsius ꝯsistētem. Secūda ꝓpter virtutem desideratiuam q̄ est in mēbris: sibi cōuenibile nutrimētū desiderās: q̄ in epate maxīe ꝯstat ⁊ in venis. Tertia ꝓpter inanitionem factā ex dissolutiōe superiꝰ memorata. Sed Galie. dixit in quodā libro cām appetitꝰ quinq̄ modis esse: ⁊ vnā occasionem esse alteriꝰ. Prima dissolutio mēbroꝝ est humiditas p poros. Secūda naturale desideriū in mēbris ꝯsistēs: cogēs ea cibū appetere. Tertia stomachi ꝯculcatio passionē tolerātis: mesaraicis eū sugētibꝰ. Quarta sensus stomachi suā inanitionē ⁊ cibi pauperiē sentiēs. Quinta virtꝰ naturalis desideriū cibi generās: cuiꝰ cā est humor melācholicꝰ a splene ad os stomachi semp fluēs: quo humore neruū stomachi pungēte: appetitus ilico irritatur. Galie. iterum in libro de accidētibꝰ intitulato. Virtꝰ inquit appetitiua cōposita est de aīali actiōe. s. sensu: ⁊ duabꝰ naturalibꝰ. s. corpis inanitione: ⁊ humoris mēbroꝝ attractiōe: maxīe epatis et venaꝝ. Dixit etiā sup epidi. Hippo. Desideriū appetitus nequimꝰ absolute dicere: an sit de aīali: vel naturali actiōe: q: est cōposita de vtroq̄: q: sensus qui est cā famis: nō ptinet soli animate virtuti: sed etiam naturali nutrimētum corpori ministrāti.

¶ De sincopi ⁊ cardiaca ꝓpter colligātiam cordis ⁊ stomachi. Capi. iij.

Sincopis impossibile est gñetur corde nō patiēte. sincopis iteꝝ ⁊ cardiaca etsi fuerit ꝓpter os stomachi: tñ causari nō credunt nisi cor ⁊ arterie cōpatiātur ꝓpter colligātiā quā habēt cū stomacho. cor etem̄ patit stomacho patiēte: maxīe si in supiori pte patiat. vñ si videmꝰ eos q̄ de sincopi molestātur spōte vomere: aut ꝓpter aliquā medicinā: procul dubio ad pristinā redeūt sanitatē. Siſr ⁊ stomachus patit ꝓpter cordis passionē cā vicinitatis ⁊ colligātie eoꝝ: ⁊ ꝓpt caloris paruitatē cibos digerere adiuuātis. Sed tñ nō oīs passio q̄ fit ī ore stomachi: necessario gñat sincopim ⁊ cardiacā: q: sincopis de stomachi passiōe gñata q̄ttuor modis fit. Vno cū stomachꝰ nimiū habuerit caliditatis (aliis doloris). Alio cū eius acutus sensus fuerit. Tertio ꝓpter defectionem arteriaꝝ ī ore stomachi existētiū. vñ stomachꝰ facile patitur. Quarto ꝓpter defectionē cordis: q: cito cor egrotat. vñ Ga. sup epi. Humores inq̄t corrūpūtur ore stomachi calore extranco calefacto. Fit em̄ patiēs iracūdus cā egritudinis qua vexatur. s. calore ī ore stomachi augmētato. Hoc mēbrū ꝓprietatē hꝫ ꝯuertēdi vitia aīe in suā cōplexionem: vt eū qui frigide fuerit nature: faciat pigrum ⁊ tardū ad intelligēdū: ⁊ calidissimā cōplexionē habētibꝰ p̄stet audaciā ⁊ iracūdiā.

¶ De passiōe cerebri ꝓpter colligātiā cū stomacho. Ca. iiij.

Cerebrū (qḋ natura ē frigidū ⁊ humidū) colligātiā hꝫ cū ore stomachi ꝓpt neruos q̄s stomacho mādat. Epar em̄ ⁊ vene colligātiā habent cū stomacho: q: cibꝰ a stomacho ad epar p venas trāsfertur. vñ necessitas expetit vt cerebrū ⁊ epar ꝓpt stomachū patiant. siſr stomachꝰ ꝓpter cerebrū ⁊ epar coegrotat. Cerebrū aūt patit ꝓpt os stomachi: q: fumꝰ ab eo ad cerebrū ascēdit. stomachus q̄ infirmat ex eo qḋ a cerebro sibi ꝓfluit. vñ Hipp. in apho. Quibuscūq̄ cerebrū sursū ꝯuertit: necesse est febrē ⁊ felis vomitum superuenire. Galie. sup hoc. vomitū inq̄t patit stomachꝰ ꝓpter neruoꝝ colligātiā: maxīe os stomachi. nā ī os stomachi duo magni nerui descēdunt: cholera em̄ semp ascēdit ad os stomachi cū nimiū patit dolorem: aut tristitiā habuerit aut defectionē. Mēbra em̄ cū habuerint defectionē: fluent ad ea supfluitates humoꝝ ex mēbris sibi vicinātibꝰ: maxīe si fuerint cholerici: aquosi: ⁊ subtiles. Siſr epar ꝓpter stomachū patitur: cum cibꝰ nō put opꝫ digestꝰ epati venerit: nec nō etiā stomachꝰ ꝓpter epar patitur: cum defectꝰ fuerit in attrahēdis cibis: ꝑm ꝙ opꝫ cū infrigidat. vñ stomachꝰ digestionē hꝫ ꝙ opꝫ neq̄t opari: aut cū. s. epar ifrigidat. vñ stomachus vt ꝯuenit digestionē opari neq̄t. Passiōes aūt q̄ nascūtur in cerebro ꝓpter colligātiā oris stomachi: sunt he: alienatio: stupor: obliuio: melācholia: cephalea: epilepsia: ⁊ vertigo. Vniuersaliter etiā dico aīalem pati actionē ore stomachi patiēte. vñ Ga. mētis ait alienatio ꝓpt stomachi passionē facta q̄ttuor est modis: aut em̄ ꝓpter nimiū dolorē: aut ꝓpter acutū sensū: vel q: vteq̄ neruꝰ ille stomachi sensualis acutꝰ est defectꝰ ⁊ acutū hꝫ sensum: aut q: cerebrū naturaliter vel accidētaliter est defectum vñ velociter patit. Cetere vero egritudīes q̄s diximꝰ pati cerebrū ꝓpt os stomachi: nō fiūt nisi ꝓpter fumos ad eū a stomacho ascēdētes. vñ Ga. dolor inq̄t capitis assuefactꝰ absq̄ manifesta cā: ostēdit humores acutos in stomacho esse coadunatos. Dixit iteꝝ: nō miror si corpus multis affligit passionibꝰ ꝓpter stomachi dolorē. Mēbra em̄ pricipalia eo dolēte dolorē habēt: ⁊ alia passionē si habuerint cōpatiētur: sicut cerebrū: cor: epar: ⁊ matrix. iuuamētū ḡ stomachi sicut oībꝰ mēbris ꝓdest vl̄r: sic eius nocumētū oībꝰ nocet. Sufficit quātū disputauimꝰ de colligātia stomachi cū pricipalibꝰ mēbris: ⁊ passione quā ipsa p stomacho patiūtur.

¶ De q̄ttuor virtutibꝰ naturalibꝰ. Ca. v.

corrumpit: vnde nō bonū sanguinem generat. Chimus enim a stomacho corrupto ad epar veniens: corruptus est. Iterum ne renes vrinam vt oporteat attrahant: aut fel ⁊ splen: vt non decet cholerā sibi alliciant: ⁊ sanguis per membra diuisus sit: vel cholericus: vel aquosus: quare caro non generatur. Multa etiam alia decet inuestigare. Et si ea que diximus vt oportet inueneris: intentio tua vna erit: id est carnē creare. Morbus enim vnus est. Nāq3 illa si non vt oportet: vel in toto: vel in parte fuerit: tunc necessario nec vnus est morbus: vnde neq3 nostra intentio vna erit. Sed tamen in hoc loco volumus dicere medicinam vulnerū siccorū nō habentium alium morbū nisi carnis indigentiam: quam necesse est eis generari. verbi gratia. vulnera in quibusdam sana corpora habentibus inuenimus: quibus non aliud nisi vt carne repleantur necessarium. Quocirca considerari oportet carnē in membro vulnerato non posse generari: nisi ex sanguine sibi mandato: ⁊ ad sui naturam cōuerso: ⁊ assimilato. Sciri etiam oportet membrum illud omnino sanguinem illum nō posse sibi assimilare propter vtrāq3 fecem: grossam sc3 ⁊ subtilem in eo existentem: sicut in superiori particula diximus. Sed causa qua manet duplex est. Vna quia natura non in eis: sicut ignis in oleo preualet. Alia quia ipse non sunt talis materiei vt facile conuertantur in sanguinem. Hoc enim naturale ⁊ necessarium est omni sano corpori. Porro alia etiā etsi consueta sint: dicimus. Quidam enim aliquando vltra modum cibantur vel exercitantur: vnde natura in eis expellendis deficiente: necessario he due superfluitates in vulnere oriuntur ⁊ augmētantur. Medicina ergo mundificatiua ⁊ desiccatiua vulneri imponatur: cuius virtutis scientia in libro simplicis medicine descripta est. Nolumus enim intellectum nostrum ad chariora intendētem de eorum disputatione impediri: in eo enim libro illa sicut amas inuenies.

Oportet tamen vt earum siccitas vel non primum gradum excedat: aut sit vicina complexioni membri vulnerati. Ipsa enim in siccitate preualens: modum excedens non solum superfluitatem: sed etiam materiam carnis generatiuam desiccat ⁊ consumit: neq3 in mundificatione preualet. Que omnia etsi carnem generent: diuerse tamen virtutis sunt: quia que multum desiccant: siccis cōplexionibus cōueniunt: que autem paru3: humidis necessaria sunt. Caro enim quam generare volumus: carni totius corporis necesse est similari. Humida ergo corpora cum humidis: sicca cum siccis curari oportet. Sed tamen si vulnera essentialiter humidiora fuerint: siccior medicina fiat. Cōtrarijs cōtraria aptentur. Res enim naturales cum cōsimilibus custodiri debent: ⁊ q̄ sunt extra naturam: cum contrarijs expelli. Et si duo inuenimus vulnera in sanie equalia: ⁊ vnū in sicco corpore ⁊ aliud in humido: qd̄ est in humido cū parū desiccatiuis oportet curari: ⁊ qd̄ est in sicco cū magis desiccatiuis. ꝑpter hoc thus ⁊ eius similia humidis corporibus conueniunt. eius enim siccitas non est multa. Aristologia vero yreos ⁊ similia: quia multe siccitatis sunt: siccis corporibus sunt opportuna. Poteris autem qualitatem ⁊ quantitatem complexionis intelligere lecto libro complexionum. Sed qualitas apponendorum litteris nullatenus denotari potest: sufficit tamen vt sibi apponatur s̄m q̄ sibi ꝓpinquius est. Mirabilius enim natura ex rebus sibi appropinquioribus adiuuata: qd̄ minus habet supplet: ⁊ quod superfluū est expellit: nisi nimis modum excesserint. Modum enim nimis excedentibus necessario deficit. S3 assuefactio artis rerumq3 frequentatio que propinquiora sunt ostendūt. Quarum quantitatum modu3 licet lingua explicare nequeamus: dicimus tamen que viciniora sunt. verbi gratia. Medicinaru3 quedam parum desiccatiua: alia desiccatior: ⁊ alia desiccatissima. Similiter putredinum: alia parum humida: alia humidior: alia humidissima. ad quarum vniuscuiusq3 quantitatem aliquod pondus intellectuali inuestigatione appone: que cum eis vt melius considerare poteris operare. his enim perspectis: non eris deceptus. Et si aliq̄d ad creandū carnem inueneris probatum: ⁊ vulnus aliquod cui cōuenerit: cum eo curaueris neq3 caro vt considerasti generetur: scias illud: aut vulnus vltra modum desiccare: aut multum minime siccitatis esse.

Oportet ergo te illud intueri: quia si multum saniei habent ⁊ putribilissima ⁊ humidissima fuerint: scias apposita debilem siccitatem habere. Et si vulnus purum ⁊ siccum apparuerit: patet nimis esse desiccatiuū. Si autem plus est concauum ⁊ circa illud rubor: scias apposita vltra modum illud calefacere ⁊ desiccare. Et si viridis color vel liuor circa illud fuerit: ostendunt vltra modum illud esse infrigidatu3. Tunc applicāda est alia medicina: queadmodū tibi significatio declarabit. Illi vero q̄ nesciunt hos canones: qualiter de vno ad aliud se vertant ignorant. Debes etiam scire carnem nō posse generari vulneribus quibus mala materia a quodam membro vel ab omnibus fluit: vel quibus mala complexio est. huiusmodi enim morbus non est simplex: sed multipliciter compositus: vnde oportet nos acutissimam inuestigare significationem omniū significantium: ⁊ curam velut ipse viā curādi ostēdūt impēdere. Iterū si hoc cōcauū vulnus nullam ex illis significationem habeat: nisi quia concauum est: insinuat nobis non simplicem: sed duplicem morbum. Non enim solam carnē: verū etiam cutim spacium sui amisit. Duplex ergo curandi nostra intentio est: idest vt carne impleatur: ⁊ vt superficietenus cutis operiatur: cutem tamen velut carnem restaurari impossibile est: quia materia carnis sanguis est: cuius quantitas in corpore est multa. Materia vero cutis sperma est: quod paruissime quantitatis est. Quid ergo de cute facere debemus? Oportet omnino autē superficietenus carnem induremus: vt fiat in tegmine quasi cutis: etsi cuti durior fiat: sicut in vulneribus cum sanantur fieri videmus. Locus enim ille durissimus permanet: vnde pilus ibi non nascitur. Sed in carnem indurari non potest fieri: nisi cum medicina desiccatissima carnis creatiua et soliditiua in desiccatione. Solidatiua enim desiccatior esse debet q̄ carnis creatiua. Ista vero: id est induratiua vtrisq3 siccioem esse necessarium est. He autem sunt tres species. Vna est stiptica sicut galla: cortex malorum granatorū: balaustia: xilocaracta: ⁊ similia. Est ⁊ alia species preter illam morsionē desiccans: sicut cathimia lota: bolū ⁊ similia. Est ⁊ tertia species morsuram ⁊ rosuram faciēs: sicut es vstum: vitreolū: alumē ⁊ similia. Simplicius autem ceteris vulneribus est illud qd̄ cum acuta re iictum est: de quo neq3 caro: neq3 cutis amputata est: ad quod curandū: nō est alia intentio: nisi vt solidetur: q2 neq3 carnem creari: neq3 cutē restaurari necesse. Unde dicimus q2 si huiusmodi vulnus paruissimū est: per se solidatur: si modico tpe quin separetur aliquo modo teneatur. Si aūt magnū fuerit: de3 ligari: vt vtraq3 pars eius cōiungatur ⁊ solidetur. Qd̄ si maius fuerit: postq3 ligetur: debet sui: ne cā sue magnitudinis partes diuise maneāt: ligamē aūt qd̄ ei cōgruit: fiat hmōi. Mediū lintei subtus vulnus: ⁊ trāsuerso ponatur: cuiusq3 extremitas vtraq3: vna videl3 descēdat: ⁊ alia in modū crucis ascendat: quousq3 ipsis cōstrictis: ⁊ vtraq3 vulneris pars cōiungatur. Et aliqn̄ necessariū est vt plumaceola imponamus ibi: q̄ sic sunt applicāda: prius vno apposito ⁊ linteo super eo strictim euoluto: aliud cū alia parte lintei similiter euolutū appone: vt melius vtreq3 partes cutis coniungantur. Si aūt nimis magne fuerit seiunctiōis: prius suatur: qd̄ ne ignorāter suas videndū est: sicut quidā faciūt q̄ totū vulnus cum vno filo suūt. Nā cū in hmōi sutura filū in aliqua parte rumpitur: mox in toto ipso mollificato: vulnus dissuitur. S3 tu hoc modo facies: prius vtrasq3 suas extremitates nodum in eis faciēs: postea ex vtraq3 parte dimisso vnius digiti spacio sue: ⁊ nodos fac: deinde in medio: vt superiori vel inferiori extremitate enodata et dissuta: alie partes nō sute vel cōsumpte permaneant. Sutura etiā nec multum sit fortis: nec multum sit debilis: si adeo enim sit stricta vt dolorem generet: calidum faciet apostema: ⁊ tumores. Si autem multum fuerit debilis: partes vulneris nō bene cōiungi possunt: mēsura tamē ligandi talis sit: vt aliquantulū doloris sentiat patiens. Oportet te cauere ne puluis vel pilus: vel aliquis humor ibi cadat: q2 hmōi in eo cadentibus: sue partes nō cōiungunt. Uidemus enim quosdā phlebotomatores suū instrumentū oleo vngere: vt suauius ⁊ sine dolore vulnerēt: vnde vulnus tarde solidatur. Et si vulnus aliquātulum cōcauum sit: non solū ligatura: ⁊ sutura sufficiet: quia non vt oportet partes

coniungit: sub vulnere enim quedam manet concauitas in
qua sanies necessario coadunatur: quam de superfluitate di
ximus esse tertie digestiōis. Quare huic vulneri res aliquā
tulū carnē generans necessaria est: vt partes separate bene
iungantur. Sufficit ergo huic vulneri caro que in duobus
vel tribus diebus creatur. Medicina est ei necessaria saniei
desiccatiua: vt ⁊ saniē desiccet: ⁊ locum confortando: saniei
ne illuc descendat: repugnet. Ideoq̃ȝ inuestigemꝰ illam me
dicinam: quam diximus carnem creare: vtrū nobis sufficiat
nec ne. Sed prima intentio huius morbi ostendit nobis eaȝ
nō sufficere: quia medicina que carnem generat: si materiā
ad membrū pro nutrimento venientē penitus cōsummaue
rit: nihil ex materia remanet vnde caro generetur. vnde nō
oportet esse multum desiccatiuā. Huic etiā vulneri que non
est ei multum carnis generatiua: sed qua solidetur est neces
saria. neq̃ȝ decet esse eam mundificatiuam: quia non habet
saniem vt mundari debeat: sed intentio nostra est vt partes
vulneris iungantur ⁊ solidentur: quod in medicina que dici
tur stiptica inuenit. Huius enim actio est separata constrin-
gere ⁊ cōiungere: propterea hanc medicinā cauere debemꝰ
in vulneribꝰ in quibus sanies est: ne sanies cum vulnere so
lidetur. At quoniā in locū quorūdam vulnerum medicinam
ponere non valeamus: oportet vt medicinas preparemus
vnicuiq̃ȝ vulneri ſm q̄ mea intētio differere poterit. i. qbus-
dam subtilem: quibusdaȝ alijs grossam: alijs liquidā: ⁊ alijs
viscosam faciamus. quorum artificiorum ingenium in libro
catagenos inuenitur. Porro quia in quibusdam vulneribꝰ
aliquando superflua nascitur caro: ⁊ aliquando pinguedo:
dicimus q: prima significatio horum ostendit ea debere au
ferri: q̄ extra naturas sunt: ⁊ quomodo faciamꝰ ad presens
dicemus. Scimus autem quia actio nature nihil in his ope
ratur. Actio enim eius est creare carnē. Nature est ergo hec
artificialiter amputare vt palam est carnem nō posse euelli:
nisi cum medicinis: que multum mundificatiue: ⁊ etiā mo-
mortiue sunt. Est autem actio harū: quia dissoluenda dissoi
uit ⁊ liquefacit ⁊ destruit: sed ex his que sunt debiliores: hu
midis corporibus conueniunt: sicut pueris ⁊ mulieribus et
eunuchis: humidis etiā vniuersaliter cōplexionibus. Cōtra
ria autem cōtrarijs: q: vitreolū in humidis corporibꝰ carnē
minuit: in siccis vero non minuit: sed scindit. Eris erugo in sic
cissimis carnem minuit: ⁊ non solidat: sed comedit ⁊ rodit.
fortior autem in hac actione est sandarica: id est auripigmē-
tū. Pili vero ⁊ calx non extincta sana corpora ⁊ rodūt ⁊ vul-
nerant: ꝓpter hoc pustulas emorroydarū: superfluā carnē
apposita euellūt. Sȝ plerūq̃ȝ ignorātes medici vidētes vul
nera multum saniei habere: in errorem incidūt: quia ponūt
medicinam non mundificantem saniem: que plus mundifi-
cat q̄ ei conuenit: vnde necessario caro liquefit ⁊ sanies au
gmentatur. Tunc miser medicus aspiciens multitudinē sa-
niei: putat suam medicinam debilem esse. Aptat ergo mun-
dificatiorem medicinam: cuius occasione vulnus ad peius
dilabitur. Differentia vero que est inter saniem propter for
tem medicinam: ⁊ eiꝰ que est propter debilem: hec est. Cū
enim videris vulnus magis solito cōcauuȝ esse: ⁊ circa illud
ruborem: duritiem ⁊ calorē: scias medicinā vltra modū mū
dificatiuā esse. Si vero saniosum fuerit: preter has significa
tiōes medicinā debilē esse cognoscas. Per saniei etiā essen
tiam poteris illud perpendere. Si enim grossa ⁊ viscosa est:
nō est ex forti medicamine. Si vero subtilis ⁊ rubori pertineat
mōstratur esse ex liquefactiōe tenere carnis propter acumē
medicine: maxime si patiens dolorē: ⁊ arsurā pati se manife
stauerit. Tunc cōuertendus es ad aliud agendū ſm q̄ tibi
he significationes monstrauerint. Rursus si carnem vulne
ris in quodā tempore calidiorem esse perpenderis: de supe-
rioribus medicinis que frigidiores sunt elige ⁊ appone: et
contra si cōtrarium apparuerit applica. qd̄ poteris cogno-
scere supradictis significationibus inuestigatis. i. calore ta-
ctus: ⁊ rubore coloris: ⁊ grossitie extremitatuȝ. Color est de
significatiōibus: vel viriditate: vel nigredine: vel liuore: vel
albedine: ⁊ frigiditate tactus frigiditatem insinuantibus.
Oportet etiam scire non posse carnē generari ⁊ solidari in lo
co vulneris extra naturam existentis. Illa enim ex actione
fiunt nature: que per cōplexiones sicut diximus sunt: vel ip
se sunt primum instrumentum eius. Impossibile enim est vt
actio eius sit temperata: ⁊ ipsa imtemperata. Vulnerū em̄
mundificatio vel carnis minutio non sunt ex actione natu-
re: vnde possunt fieri in complexione nō temperata. Quare
oportet te studere cum carnem vis creare vel solidare: vt car
nem vulnus circundantem: totius etiā corporis temperes.
neq̃ȝ aliquid horum facias: cum calidū apostema: seu aliqua
alia accidentia sicut diximus prius visa fuerint: quoniam im
possibile est tuam intētionē in eo perfici: nisi ad temperamē
tum conuersum fuerit. Eligenda est ergo in illis vulneribus
calori pertinentibus frigidior medicina: sicut cerusa bolum.
contraria cū cōtrarijs. Oportet iterū cū carnem vis creare ⁊
solidare vt caueas medicinā: cuius actio in vltimitate calo-
ris vel frigoris est: sicut iusquiamū madragora: ⁊ opiuȝ: pix
liquida: racinū: etsi horū actio sit vt tu desideras: nisi cū mē-
brū vulneratuȝ vltime extra naturam seu in calore: seu in fri
gore fuerit: tunc autem misce de his in medicina quā opera
tus es: cum inuestigabili ingenio. Stude etiā tēperare aerē
in loco vbi infirmus est. Rursus elige sicut diximus in esta
te frigidiorem medicinā: in hyeme calidiorē. Quin etiam cō
plexionem membrorum inuestiga: quia cura vulnerum ſm
membrorū diuersitatem diuersa est: vnde sicut oportet cura
re debes: humida cum siccis ⁊ sicca cum humidis: calida cuȝ
frigidis: ⁊ frigida cuȝ calidis. tua em̄ intentio non est in alio
sita: nisi vt cōuertas membruȝ ad suā naturalem complexio
nem. Sicca autē membra sunt: quibus parum carnis ⁊ pin-
guedinis est sicut digiti: cōcatenationes: nares: aures oculi.
Nihil autem mēbra carnis habentia sunt pellicule: ligamē-
ta: ⁊ nerui. Et si vulnera sint in siccis membris humidoruȝ
corporum: ⁊ sint ex humiditate corporuȝ: humida medicina
necessaria est. Sicca vero si propter siccitatem mēbrorum ea-
dem vulnera fuerint: oportet te ergo scienter medicinas ha
rum differere: ⁊ quāto magis nature ꝓpinquiora facere po-
teris laborare. Stude etiam in curādis vulnerū accidētijs:
quibus cura magis necessaria. verbi gratia. si inueneris vul
nera cum calidis apostematibus ⁊ multa sanie: ⁊ multa con
cauitate: necesse est priꝰ calida apostemata curari: q: impos
sibile est vt proficuum vulneri facias: nō ablato apostemate
deinde saniem mundifica. Impossibile est enim carnem nō
mundificata sanie creari: tandē que carnem creent appone.
Nullatenus em̄ vulnus solidetur nisi qd̄ carne vacuum est
impleatur. Nouissime solidari oportet. Similiter fac si timo
rosa ⁊ molestiora accidentia inueneris: verbi gratia. si vul-
nera sint in capite: lacerti ducunt patientem ad spasmum.
Oportet vt dimittamus curam vulneris: aliquando em̄ in-
cidere debes lacertum vt sit a spasmo securus ⁊ euasus. Et
si infirmo in futuro malū cōtingat: melius enim est vt sic se
habeat q̄ moriatur. Similiter aliquādo extrahimus venas
⁊ arterias propter timorem fluxus sanguinis futuri. Porro
cum inuenimus separationem cōcatenationis cū apostema
te ⁊ vulneribus: prius hec curamus: q̄ illam cōiungamus.
Et si mēbrū extēdimꝰ vt cōcatenatio solidet̄: timemꝰ ne cā
extēsiōis spasmꝰ ꝓuocet̄. Silr̄ si neruorū locus pūgat̄: non
est necesse: vt mox solidet̄: sȝ aliqn̄ debemꝰ illū vel cū ferro:
vel cū medicina ampliꝰ q̄ apertū sit apire: ⁊ apertū dimitte
re vt sit securus ⁊ euasus ab apostemate futuro ⁊ tumore.
Nōnūq̄ aūt in vulneribus sanies augmentat̄: cui desiccati
ua medicina nō sufficit: vn̄ opȝ fieri foramē de quo fluat: qd̄
aliqn̄ inferius facere possumus: aliqn̄ minime. Cū aūt infe-
riꝰ fieri nō pōt: tota vulneris cōcauitas findat̄. Et si in me-
dio vulneris fuerit vena: vel neruus nos illud findere pro-
hibētia: inferius foramē faciamus: ⁊ custodiamꝰ ne aliquo
modo claudatur. Illud enim cum bombicino oleo infuso
oppilamus: ⁊ vnoquoq̃ȝ die extraneo bombicino eiꝰ latera
premimus: vt sanies exdudatur. Que autem vulnera in lati
tudinem corporis fuerint: in illis videlicet locis in quibus
extremitates multum separātur: sui ⁊ ligari necesse est. Cu-
ius ligamen forte fieri debet ſm magnitudinem concauita-
tis eius. magnis etiā vulneribus siccior medicina congruit
q̄ paruis: ⁊ ſm horū accidentiū diuersitatē est varianda me
dicina: si vis actionem tuam vt oportet congruam fieri.

¶ Quarta particula.

In hac particula testatur Gal. vulnera ad curandum morari: vel propter cõplexionem carnis eorum: vel propter sanguinem ad illud ꝑ nutrimento venientē: in qualitate: etiā quātitate corruptū In qualitate vo sicut si fuerit acutus: vel grossus: vel subtilis. Quia acutus sanguis sanas vulnerat carnes: quāto magis infirmas? Similiter si sit grossus: vel subtilis vltra ꝙ oportet. In quantitate vo sicut si sit plus vel minus ꝙ oportet. Si enim plus fuerit: saniem in vulneribus augmentat: si autem minus ꝙ oporteat: natura materiā vnde carnem creet: non inuenit: ⁊ corruptio carnis in qua vulnus est si sit ex calore: sequuntur eā calor ⁊ rubor ⁊ crassities extremitatum: ⁊ nimia sanies ⁊ subtilis: contraria autē contrarijs. Si autem de siccitate: hec apparent: durities scʒ ⁊ asperitas. Si autem ex humiditate: mollities ⁊ grossa ⁊ multa sanies. vnde oportet te studere ad cataplasmāda ea que vulnus circundant. Si enim calida sunt: frigida appone. Si vo frigida ꝯtraria. Si sunt humida: desiccatiua: sicut argillam mixtam cum aceto ⁊ similia que dicturi sumus. Si vero sicca: fomentamus ea cum aqua dulci in calore temperata quousqꝫ videbimus membrum rubescere ⁊ inflare. tunc autem fomentuꝫ auferendum est. Nō cessato autē fomento: membrum plus attenuari necesse est. Hoc etiā valet vulneribus que ad curandum propter sanguinis paupertatē difficilia sunt. Huiusmodi enim artificio sanguis ad illud membrum attrahitur. omnia enim vnguenta ⁊ emplastra illud curantia: humidiora debēt esse. Similiter si caro vulnerata est humida ⁊ vnguenta sicca fiant: ⁊ caueant fomentum aque calide. Et si oportebit te vulnus lauare: cum vino si calore indigeat: quodam tempore lauetur. Si autem calorem habeat cum aceto ⁊ aqua. vel cum apozimate corticum malorū granatorū mirte ⁊ similium. Si vo putridissimū est: siue cum calore vel frigiditate: manifestabit eger se pati vel incensionem: vel frigiditatem: ⁊ delectatur in contrarijs. Calor: similiter certum signum est. Necesse est enim vt calida vulnera rubore vel nigredinem habeant: frigida vo albedinē vel liuorem. aliquando autem caro vulnerū maxime sue extremitatis induratur: vnde medicina ei non preualet causa magne indurationis: quare oportet te eam incidere omnino quousqꝫ incidendo ad bonam ⁊ sanam carnem veneris: vel rode eam cum aspera re donec sanam carnem reperias. Et si sanguis ad illud membrum fluens inconueniens fuerit: ⁊ vis ei resistere: pone sup illud frigida ⁊ stiptica: aquā etiam frigidā: incipe ponere ligamen ab ipso: ⁊ nimium constringe. Cūqꝫ ab eo ligamen ꝓlongatum fuerit: laxū remaneat. Quibus non sufficientibus: phlebotomia vel pharmacia prout tibi melius videbitur: subuenies. Si autem nō ex abūdantia: sed ex membri defectiōis cā fuerit: inuestigata membri complexione illius sanitatē restaura: sed plurimuꝫ calida ⁊ humida membra defectionem recipiunt. Item aliquando mali humores fluunt ad vulnera de locis sibi vicinis: vñ debes loca illa de qͥbus fluūt temperare. Si variole in mēbro sup mēbrū vulneratū existente fuerint: stude eas purgare ⁊ expellere. similiter si alie male vene sup illud fuerint: deinde conforta membrum in quo fuerint: ne malā materiam vulneri mandet. Si splen vel epar infirma fuerint: curentur: quia impossibile est vulnꝰ curari: nisi sanitas eis restauretur. Oportet te etiam intelligere causam actiuam: vt si est: eam auferas. Et si ipsa non existēte eius actio ꝑmaneat: amputetur. verbi gratia. Si sanguis fluat de putridis membris: stude putredinē abijcere. Si aūt fuerit de cissura vel de incisione: solidentur. Causa enim primitiua sepissime in multis locis tibi curationē ostendit: que aliquādo necessaria est: sicut morsus canis rabidi. Curatio em̄ ab eo nobis declaratur: quia si cognoscimus eum esse rabiosum: festinemus ad dilatandum vulnus: vt ab eo venenum excludamꝰ. Si autem nō fuerit rabiosus: nō ad dilatandū sʒ solidandū vulnus intendimus. Si autē morsus ex scorpione fuerit: succurrimus illi loco cū calefactionibus: neqꝫ inuestigamus: si calidus locus: siue frigidus fuerit. Similiter si videmus pustulas cito vulnerari: ⁊ circundat eas rubor: vel citrinitas: ⁊ serpunt: ⁊ carnē corrodunt: cito festinamus cū phlebotomia si corpus plenū esse videbimus. qđ si plenum esse nō cōspicitur: subuenimus ad purgandū vtrāqꝫ cholerā cum pharmacia. Negligentia enim in loco posita: ad corruptionē ducitur membrū. Si autem vulnera fuerint cū contusione: festinemus cōtusionem curare cū cataplasmate medicinarum maturatiuarū: precedente tamē phlebotomia ⁊ pharmacia. His enim peractis: non tumescit vulnus sanie ad illud fluēte. ⁊ si tumor inde sibi accidat: paruus erit. Inutile enim est vt vulneris saniem ⁊ cōtusionē negligamus: quia omnis cōtusio carnis necessario putrescit: cuius putredo ad vulnus fluit: ⁊ repugnat ne cito in ea generetur neqꝫ solidetur. Medicinā vo maturatiuā poteris scire in suis locis descriptam q̄ coadunat ⁊ custodit naturalē calorē in corpore: sicut est mica panis: farina tritici: massa cera oleū ⁊ similia. ¶ Uniuersaliter quoqꝫ dico omnibus vulneribus medicinam desiccatiuam ab initio vsqꝫ ad finē esse necessariā: exceptis quibus cōtusio carnis est: q: propter sui cōtusionē necesse est humefieri ⁊ saniē in eo generari: deinde mūdificari: postea vo vulnus desiccari. Et si ꝓpter calidū apostema sui circūdātia fuerint: vel viridia: vel nigra: opʒ vt ꝓfundissime scarificent: et sanguinē ne in scarificatiōe coaguletur: frequēter exicca: deinde pone q̄ putrefactiōi repugnēt: sicut bolū rodostoma: acetū ⁊ silia. Et si locus ille ad putredinē ⁊ fetorē se festinauerit: abscindat oino cū ferro aut putrefactiua sup eū ponatur: vt penitꝰ tota putrida caro vsqꝫ ad sanā amputet: deinde cū creātibus carnē curet. Multū aūt valēt pharmacia et vomitus ad mala ⁊ pessima ac putrida vulnera. Corpore em̄ de malis hūoribus purgato: materia vulnerū de loco tū in locū mouet. Sed tū qͥbus vulnus est inferiꝰ: dabis vomitū ⁊ qͥbus est superiꝰ: dabis catarticū maxie cū mouent de loco in locū: vel diuturnū erit: qͥbus sepe prouocatis si totam materiā purgatā esse cognouens: ad vulnꝰ cū medicinis prouocātibus saniē couertere: vt eo maturato: mali hūores eiꝰ valeāt penitꝰ fluere. Deinde eo lauato: medicinā q̄ carnem generet ac solidet appone. Opʒ aūt intelligere qñ vulnꝰ cōcauitates vētris penetrauit: siue cōcauitatē instrumētoruꝫ spūs: vel cibi instrumēta: ducit infirmꝰ ad molestissimam desperationē. Similiter ⁊ vulnꝰ qđ est in cōcatenatione: pessimū. Salubꝰ aūt qđ fit in carnosis locis: paucos neruos: venas: peliculas: ac ligamēta habētibus: ⁊ qđ est remotum a magna cōcauitate: cōtraria aūt cōtrarijs. Pessima vo sunt que in venosis locis fiūt: vel neruorū vicinis: vel q̄ magne cōcauitatis sunt. Hec em̄ fluxus sanguinis semꝑ sequunt: spasmus ⁊ alienatiōes. Uulnera quoqꝫ de quibus in initio multum sanguinis fluit: secura sunt a tumore: citoqꝫ in eis caro generatur ⁊ solidatur: exceptis que in ventre sunt. Et si parum ex eis: vel nihil fluxerit: ne tardes phlebotomiam. Rursus nonnunqꝫ de putridis humoribus vel corporibus: oportet radendo ⁊ scalpellando sanguinem extrahi: de illis scilicet que tument ⁊ rubent: sed tamen hec fiant post phlebotomiam: maxime si multum sanguinis in eis coadunatuꝫ esse videris. Nascentia vo in locis sensibilibus: ex his oportet vt ea curentur cum medicinis dolorem ⁊ morsurā nō facientibus: etsi medicine debiles sunt. que vero in parte sensibili oriuntur: cum fortioribus curentur. Iterū si membruꝫ cui vulnus est: actionē habet toti corpori magnum adiutorium impendentem: oportet custodiri ne vis deficiat: vt dicturi sumus. Sed membra quorū actio corpori nō est multum necessaria: cum fortibus medicinis curāda sunt. aliquādo tamē qualitate ⁊ oppositione locorū membrorū curatio nobis ostenditur. verbi gratia. Uulneribus in inferioribus intestinis existētibus: clysteria fiant. Sed si in superioribus id est in subtilibus intestinis oriuntur: potiones dāde sunt. Que autem in medioeribus fiunt: ex vtraqꝫ parte ea curentur. Si enim sunt in stomacho: cū potionibus: si in meri: medicinam multis vicibus damus paulatim. Non em̄ sibi proficua est nisi cum transierit. vnde ingeniemus vt aliquantule sit grossitiei ⁊ viscositatis: vt possit in eo inuiscari. Illud enim est via ⁊ transitorium: cum cibis abundantis ablutiōis curentur: aut cū medicinis nullū nocumentū eis facientibus. Que vero in inferioribus intestinis: possumus ea cu

rare cū medicinis metallinis: vt est cerusa ⁊ eris erugo. si ad stomachum veniāt: mortem inferunt: que multotiens ad intestina dirigimꝰ: ⁊ prosunt. quā multis ⁊ diuersis modis in libro complexionis inuenies. Et si oportet te vulnera ventris mūdificare: cū hydrozaccara aut mellicrato ⁊ similibus ea mundifica. Si autē vis sanare ⁊ soldare: cū stipticis fructibꝰ: ⁊ sirupis sicut cū sirupo coctanoꝝ hypoquistidos corticibus maloꝝ granatoꝝ: terra sigillata rosis acatia ⁊ similibus. Hec omnia sunt securiter iuuatiua vulnerū que sunt in ventre. Uinum iterum valet in vulneribus ventris curandis: cum febris abest. Uulnera autem que sunt in canalibus pulmonis: vel in ore: ex rebus morsuram ⁊ tussim mitigantibus iuuantur: sicut gummi arabi. dragagantis et similibꝰ. que ori apposita sorbeant paulatim. Jaceāt supini: ⁊ lacertos collatos desinant: q: medicina liquefit: ⁊ aliquāta ex ea quātitas in pulmonis canales descendit. Si autem vulnera sint in inferioribus oris: ea gargarismate curentur. Si autē sint in stomacho: nō est necesse ea cuꝫ medicinis misceri: quibus ad stomachum dirigantur: q: ipsas per se ad stomachum ire manifestuꝫ est. Sed si in pulmone sunt: quedam viam facientia medicine miscenda sunt. Similiter fiat si sunt in renibus vel in vesica: sicut scriptum inuenies in libro de compositis medicinis titulato. Cōtusioni iterū medicina putrefactiua est necessaria: vt subtiliet ⁊ liquefaciat sanguinem: qui in ea coagulatꝰ est: post eam dissolutiuam medicinam appone. Et si contusio magis inferius sit: fortiora ⁊ lōgius tempus ei necessaria sunt. ⁊ aliquando ventose ⁊ sanguisuge: vt oīno sanguis eius dissoluatur: deinde cuꝫ stipticis curetur. Quia si hoc neglexeris: vnū ex his duobus infirmus patietur: aut enim tumefiet ⁊ corrūpetur vulneratū membrum: aut sanguis iteruꝫ ex ea contusiōe fluet: propter aliquā paruam motionē: vel plenitudinē: aut incōculcationē: ⁊ similia in futuro ad corruptionē veniēt. Quia ꝙ secūdo mananerint: acuta sanies necessaria est. vnde nunꝙ̄ illud membrum sanatur: etsi visui sanum appareat.

Quinta particula.

Licet vulnerū curationes s̄m rectum ordinē ostēdimus: bonū est tamen vt de his iterū cōmuniter disputemus: vt faciliꝰ intelligatur. Dicimus ergo quidē omnibꝰ vulneribus desiccatiua sunt necessaria: cōcauis tamen minus ꝙ̄ conueniunt desiccatiua: ⁊ que etiā sunt mundificatiua. Uulneribus vero in quibus sunt large ⁊ bone incisiones: non est aliud conueniens: nisi qđ ea solidet: ⁊ eorum extremitates iūgat: que scꝫ vulnera medici vocant recentia ⁊ sanguinolenta: quoruꝫ medicina nō est mundificationis: sed parum stipticitatis habeat. Ea vͦo que sanari ⁊ solidari necesse est: multum desiccatiua ⁊ stiptica decēt. Quibus autem carnem minuere necesse est: danda sunt corrosiua ⁊ acuta que necessario sunt calida ⁊ sicca. Ea vͦo que cum alijs accidentijs sunt: ad presens dicemus. Igitur ea que saniem habent: decet cum saniem mundificātibus curare: que scꝫ multum sint mundificatiua: plus ea ꝙ̄ que carnem generant. Que vͦo sunt humidissima multum desiccatiuis debent curari: non tamen modū exeuntibus: ⁊ desiccatiuis ⁊ stipticis. Carnis autem creatiua sunt ⁊ desiccatiua ⁊ mundificatiua: sed si vulnera cum mala complexione fuerint: oportet eam prius curari. sicca cum humidis: calida cum frigidis: cōtraria cum contrarijs. Hec sunt facienda vel in toto corpore: vel in membro vulnerato. Et si membrum siccum est naturaliter: magis oportet desiccari minus vͦo si humidū est. Similiter intelligimus de alijs qualitatibꝰ. Oportet etiam significatiōes curandi ex mēbris nobilibus ⁊ ignobilibus multum sensibilibus perpendi. Sufficit quod de huiusmodi disputauimꝰ. Oportet nos incipere de vulneribus venarum: arteriarum: neruorum: ⁊ similium. Dicimus autem si scissura est in vena: vel arteria necessario sequuntur sanguinis fluxus ⁊ indigestiones. Cuius vtilior medicina est vt sanguis non fluat. Cohibeas autem foramen vulneris cum digito: aut plumaceolo seu ligamine: aut medicina tenere: aut materiam eius cum phlebotomia diuertere: ⁊ cum ligaturis impositis locis: aut cuꝫ refrigerantibus totum corpus: sicut aqua frigida. aliquādo sub

ita aque bibitio sanguinis fluxum restringit: ⁊ aliquando erigēdum est membrū vt vulnus sit superius: aut extrahenda est vena: vel arteria in qua vulnus est: aut oppilandū est os eius cum medicinis de cola factis: aut incensiuis: aut in ore vulneris corticem faciunt. Quorum curas particulariter dicere nunc monstrauimꝰ. Si sanguinis fluxus propter punctionem vel phlebotomiam fuerit: primum leniter ponēdus est digitus super illud foramen: et paulatim ⁊ suauiter cum digito illud premimus. Hoc em̄ dupliciter iuuat. vno quia sanguinem fluere prohibet: et sanguinis fluxu prohibito: sanies non coadunatur: neqꝫ virtus infirmi deficit: ⁊ forsitan contingit vt aliqua gutta super foramen eius coaguletur: que sanguinem egredi prohibeat. Multotiens em̄ hoc euenit precipue cum foramen vene angustum est: ⁊ non est in arteria. Illis autem non sufficientibus: superiora vulneris cum fortibus ligaminibus liga: ⁊ sit preparata medicina de thure. nulla em̄ vtilior est: q̄ recipit thus masculū. i. pinguorum ad pondus vnum: aloes ʒ. fac puluerem: ⁊ tempera cum albugine oui ad mellis spissitudinem. deinde accipe pilos leporinos: vel aranee telam: aut molle bombicinū sed pili leporini sunt vtiliores: in quibus inuoluenda est medicina: et foramini vulneris ⁊ circa illud applicanda: et liga eam cum ligamine: quod incipiat superius: ⁊ inferius protēdit vsqꝫ super locum foraminis illud ducens: ⁊ cum hoc feceris: tene digitum super foramen ne fluat sanguis: ⁊ ligamē quod prius ligasti: solue: tenens manuꝫ leniter super vulnꝰ quousqꝫ poteris: nulluꝫ sibi dolorem faciens. Cumqꝫ manū eleues ⁊ sanguinem fluere non vides: aut paruissimus: vīi nullus timor sit: manatus fuerit: dimittatur. Si non contrarium videris: solue ligamen quod ligasti: ⁊ superius liga sicut fecisti prius: sed tamen membrum infirmum ne spasmet aliquantuluꝫ quiescere dimitte. Et si nullū accidens adesse videas: ligamen super medicamen appositum: vsqꝫ ad certū diē ne soluas: quo soluto: si medicamē vulneri applicatū est ne vi illud abtrahere velis: sed desuper pone eiusdē generis medicamen: aliquantulum tamē humidius: ⁊ modo priori eam religa. Ipsum enim membrū taliter pone: vt nullum dolorē patiatur. Nulla enim res est nociuilior: ⁊ sanguinis fluxus prouocātior: ꝙ̄ dolor: ⁊ inclinato membro. hoc etiam plurimum calida apostemata generat. stude quoqꝫ in siccis corporibus aloes plus mittere: ⁊ in humidis minus. Thus vero necesse est vt sit viscosum albissimum. Dicit etiam hic Gal. nullā medicinam hac vtiliorē esse: propter hoc operare illam in sanguine de pelliculis cerebri fluente: ⁊ de vulnere colli fluēte faucium ⁊ arteriarum. Apposita enim illa in faucibus ⁊ arterijs: absqꝫ ligamine sanguinem prohibuit: neqꝫ laudo eam: quia omnino viscosa ⁊ solidatiua est: q: sꝫ festinanter carnem generat. Medicina vͦo que incensiua est: possibile est vt citius sanguinem stringat: quia in eo quasi corticem nebulosum facit: sed tamen non est idonea: quia non sumus securi: quin eleuato cortice sanguinis fluxus reuertat̄ quia veniens priore peior est: vnde non oportet tunc huic medicine famulari: nisi cum sanguis fluxerit ex aliqua rosura: vel putrefactione in illo membro existētibus. hec em̄ putrefactioni congrua est: sicut incensio siue cum igne: siue cuꝫ medicina. Plurimum etiam hanc medicinam operamur in passionibus ani ⁊ testiculorum virecti propter putredinem in his membris festinantem: quia huiusmodi membrū naturaliter calidum est. Iterum est via fecum in corpore expellendarum: sed tamen cum operatus fueris: medicamen apponendum est ne pure incensio insit: sicut calx viua: sandaraca: erugo eris: ylis: sulphur: ⁊ similia: sed misce cum ea stiptica: sicut galla ⁊ elige alia que hoc opus naturaliter faciāt vt vitreolū. calcanthū. Si autē vis medicinā ad auferendam rosuram solūmodo calidā appone: hec enim putrefactionē rodit. Que autem mixta est cum stiptica: cortex quem generat ad cadendum moratur: quod magnum facit adiutoriuꝫ. quia cortex priusꝙ̄ cadat: caro generatur: ⁊ vulnus solidatur: quam scriptam inuenies in libris de simplicibus medicinis. neqꝫ tollas eam si sanguinē fluere perpēderis. Et si intentio tua in mūdificanda sanie fuerit: cito ablato cortice eā vsqꝫ ad sanum locum amputa. Si autem hoc non suffecerit

tibi: incide venam: maxime si magna vel arteria est: et hoc fac si latum nõ est vuln⁹: cũ ferro dilata: et extrahe venã: vel arteriã cũ vncino: et totã carnem sup eam existẽtẽ excoria: deinde bis vel ter cũ manu tua eam torque. Et si hec ad stringẽdũ sanguinem sufficere videris: pone medicinam: et desup eam liga. Si vero hoc opus nõ sufficiat: liga vtrãq extremitatẽ cum tenuissimo filo serici: maxime extremitatẽ cordi vel epati ptinẽtem. aliqñ em̃ sufficit vt illa pars ligetur: postea vero pone de medicina quã diximus: aut si illa non proficuum faciũt: liga vtrãq extremitatẽ et ignem superpone: sz tñ cum supiora tibi nõ sufficiãt: hec operare. venã etiã extrahere: et ligare securius est: q̃ ignem ponere: quia vena incisa vtraq eius extremitas corrugatur: et in medio quia vacuum est: restat: caro generatur. vnde sanguis phibetur absq vlla molestatione. Cum vero sanguinis fluxum cum igne constringas: nascitur caro super venam nõdum solidatam: quia humidus tumor quasi nux ibi generatur: q: complens sanguinem: propter hoc infirmus semp est suspicax: quia ex parua occasione tumor rũpitur: et sanguis sicut fluxerat ante fluit. Quidam mihi dixit q seruus suus propter minutionẽ basilice vene ad hec deuenerat vel acciderat: de cuius tumore rugitum et sonum audiebat. Sed quidam vulgus amicus illius serui precepit: vt sepe super vuln⁹ niuem apponeret. vnde sanus factus est. Halic. iterum multi medici putauerunt impossibile esse arterie substantiam solidari ppter duritiem suarum pellicularũ. Sed ego dico multas arterias me solidari vidisse: maxime in humidis corporibus: et non in humidis multum. Puer quidam medicus ad quẽdam vulgum minuendum accersitus abijt: qui cum eius brachium ligaret: maxime arteria inflata est: tunc ipse cogitãs eam esse venam percussit. Ad qd ego deueniẽs: et sanguinẽ fluere cum constrictione et dilatatione pulsus aspiciens: mox puerũ expuli: et plagam vt oportet constrinxi: atq medicinam quam diximus apposui: qua etiã ligata: precepi vsq ad quartum diem ne dissolueretur: sz eam refrigeraret: ac infunderet: quã in quarto die dissoluens: solidatam vt oportet reperi: deinde eam religaui et religatam spacio multorum dierum dimisi: quo facto sanus factus est: neq tumorem quẽ medicus matrẽ sanguinis vocat passus est. Ceteri vero in arteria phlebotomati huiusmodi tumorem non euasi sunt. Sufficit quod de his diximus.

Incipiendum est autem de ceteris sanguinis fluxibus. Dicimus ergo q fluxus sanguinis: aut est ex incisione vene: vel apertione sue extremitatis: vel propter largitatem pororum. Curam autem incisionis diximus. Apertionis vero sue extremitatis ad presens dicemus: aut q est propter defectionem venarum: aut ppter nimiam sanguinis plenitudinem subito suas extremitates implẽtem: aut propter aliqua corrosiua: vel incensiua extrinsecus venientia. aliquãdo etiã vena quasi cum sudore sanguinem emittit: qd fit cum eius pellicule deficiunt et rarificãtur: et sanguis est tenuissimus: nõnunq̃ et pellicule rumpũtur: maxime que sunt in pulmone ex magnis vocibus et in ceteris membris: ex palestra: vel oneroso pondere: vel lõga flatus constrictione: aut saltu vel casu: aut multitudine sanguinis ppter calorem bullientis: sicut in vtre: vel in olla musto plena fieri videmus. Musto em̃ bullire incipiẽte: neq aditum quo exeat inueniẽte: necessario vter rumpitur. Quocirca curas eius cuiuscũq modi fit: sic incipias. Causam em̃ eius si existat amputa. Si vero abest: couertere ad fluxum: cuius materiam alibi ducito: deinde foramen diligẽter solida: et conforta: atq constringe ora venarum: vbicũq fuerint: materiam autem alibi dirige vicinius, si aliud facere nequiueris. Verbigratia. Si sanguis ex supioribus partibus oris manatus fuerit: sanguinem ex naribus fluere facias. Quod si ad longa loca poteris eum ducere bonum est: sicut sanguinem fluentem ex naribus ad emoroydas vel menstrua ducas. faciẽdum est cum phlebotomia vel vẽtosis in huiusmodi locis applicatis: siue cũ scalpellis: vel absq scalpellis: nec nõ et cũ ligaminibus. Quia sanguinem ex naribus fluẽtẽ magna stringit ventosa in dextro latere super hypocũdriam apposita in dextra. Si de sinistra nare in sinistra. in vtraq: si de vtraq nare fluxus fuerit. Similiter phlebotomia per antipasim facta: valet: tamen cũ virtus custodita est: oportet etiã sanguis multus apoforesibus paulatim abstrahi. Valent etiã ligamina sup armum apposita in dextro vel sinistro: si dextra vel sinistra parte fluxerit. Similiter si in coxa ligetur. Scriptum em̃ ligamen multum valet ad extrahẽdam materiã sibi: et refrigerẽtur mẽbra: de quibus sanguis fluit. Vidi em̃ in quodã minuto sanguinem sub lingua fluere: cui pcepi vt niuẽ ibi apponeret: et liberat⁹ est. Multos etiam aspexi sudorem in toto corpe pati: quorũ corpus sanguineũ sudorem emittebat: eosq defectio et angustia sequebãtur: neq cũ vllo alio curati sunt: nisi cũ potu aque frigide et sessione in ea. Dico iterũ: q: cuicũq sanguinis fluxus nõ de supficie corpis manatus fuerit: vtilitas sue curationis est vt ad alia loca sanguis dirigatur: et tibi et potus sint refrigeratiui collyriatiui et stiptici sm q tibi videtur aut sm membrorũ necessitatem: morbiq quãtitatem. Neq opz negligi membrorũ cõpositionem et ppinquitatem sicut diximus. Necesse est iterũ diuersa argalia et instrumẽta inueniri sm diuersitatem membrorũ: sicut vulue vesice et silium. Quedã mulier passa est fluxũ sanguinis p vuluam: cui nulla medicina pfuit: nisi succus arnoglosse: q: iste succus multũ valet ad sanguinis fluxũ ppter rosurã existẽtem. Nam in se et stipticitatẽ et collyriositatem habet. Mea tñ cõsuetudo est cum eo fortiorem medicinã miscere sm q intelligo naturã morbi. verbigrã. Si sanguinis fluxus de vesica vel intestinis multus et forti impetu fluat: intelligitur q fluat de maiori vena. vñ opz curari cũ medicamine multum et fortiter stiptico sicut balaustia: hypoquistidos: sumach: acatia: gallis viridibus: corticib⁹ malogranatorũ. et similib⁹. Si aũt parũ fluat ex parua vena egredi manifestum est. Quare sufficiũt nobis thus: ratinam: terra sigillata: ematithe: vinũ nigrũ et ponticum: succus arnoglosse: strigni: extremitates põticarũ arborũ oĩa cocta in aqua. similiter mirtus et mespila. Si aũt fluxus paulatim manabitur: et color et odor eius non veluti sani fit: certũ est nõ ex incisione: sz ex ruptura et vulnere esse. Quocirca opz tũc dari trocisc. andronei et polin mirtos cũ pdictis succis. Porro aliqñ ppter frigiditatẽ exteriorũ corpi quorũdam extrinsecus appositorũ vene implentur: quare opz te bene hãc rõnem pscrutari: q: cũ fluxum sanguinis frigidis appositis augmẽtare videris: auferenda sunt frigida. Vidi enim plerũq sanguinis fluxum de pulmone manãtem infrigidato pectore augmẽtari: et quibusdã sanguinẽ multũ fluere vidi: q: frigida stomacho applicabãt: et alijs p nares capiti eorum frigidis applicatis. Oportet ergo de quibus sanguis fluit nequaq refrigerari: nisi priusq ad alias ptes duct⁹ fuerit. verbigrã. Non decet caput si sanguis ex naribus fluat refrigerari: nisi pcedẽte phlebotomia: et fricatione manuum et pedũ et membri ligamine atq ventosa in ventre vel ceruice apposita. his em̃ prius factis: caput et frõs refrigerẽtur. Sanguinis aũt desudatio curet cũ refrigeratiuis: et stipticis et cibus siue cibus fit vel medicina sanguinem ingrossantibus. que videlz stiptica et viscosa sunt.

¶ Finita ergo disputatiõe curationis vulnerũ exteriorũ: incipiamus de vulnerib⁹ interioribus dicere. Igitur dicim⁹ vulnera pulmonis molestiora et dãnosa ad curãdũ ceteris et difficiliora esse: sicut experimẽto: et rõne manifestatur. pulmo em̃ mẽbrũ est semp motũ habẽs: et vulnerata mẽbra necesse est vt quiescãt: sin autem vulnera nullatenus solidãtur: q: in motu partes vulneris separãtur et extẽdũtur. vnde neq cõiungi nec solidari possunt. Ideoq multi medici despati sunt vulnera pulmonis sanare de quo nõ debent despare: maxime si vulnera sunt recentia. plures enim vidim⁹ quibus sanguinis fluxus erat: cum tussi ppter nimias voces: vel casuz: vel pcussionem: qui tussiẽdo screãdoq libram vel plus vel minus parum screauerint. quidam sine dolore pectoris: alij cũ pauco dolore. Sed qui dolorem passi sunt: minus screauerũt: et minorem habuerũt calorem: vnde significabatur de longinquo screatũ venisse. Que autem sine dolore fuerit multa quantitas: et subita est et rubicũdior: et calidior est: qui significabatur de propinquo venisse. Sed cũ sanguinẽ screari videris ppter voces nimias: vel casum: aut percussionem in pectore: et nimiam tussim: et

multus τ calidus est: preter vllum dolorem: intellige eum de pulmone esse. Et si neq; multus: neq; calidus est: neq; rubicūdus fuerit: τ paulatim cum tussi exierit: scias eum de pectore egredi: sʒ qualiter de pulmone ad pect⁹ sanguis salit: in libro de interiorib⁹ mēbris intitulato ostēditur. Quibus signis apparētibus: ne de possibilitate sue curationis te desperes. nos em̄ curauim⁹ neq; decepti sumus. hmōi ergo faciēda sunt. Egro ne aliqd agat: quo spūs laboret: preci pias: τ ptinuo basilicā minue: τ sanguinē trib⁹ vel quattuor detractionibus deme: huiusmodi enim actione sanguis de pulmone excluditur. liga etiam supiora brachij: τ frica manus τ pedes: easq; cū ligamine liga sanguinem fluere phibente. i. ligatione in superiorib⁹ brachij τ in coxa ligato. hoc enim facto da potui acetū cum multo aque mixtum: τ paulatim cū multis interuallis bibitionib⁹ illud sorbeat. hoc em̄ faciēdum est: vt si sanguis in pulmone coagulatur: liquefiat τ excludatur: deinde ad causam collyriatiuā τ oppilatiuam aliquid stipticitatis habentem: que potāda sunt cum aceto multum cū aqua mixto: aut cum sola aqua in qua cocta sunt coctana semen mirti: τ alij fructus siīr stiptici: τ phibēdus est in illa die τ nocte: si inde habuit: a cibo. Si aūt defect⁹ est parum liquidi iuris accipiat τ stiptici. Et si scda die sanguinē minuas: si virt⁹ sustineat: bonū est: minue etiā cibū eius vsq; ad quartū diem: τ vnge pect⁹. Si estas est cū oleo cocta nox. Si hyems cū nardino τ filibus. Iterum cataplasmata cum sua stipticitate penetrātia iuuāt: que in alijs scripta habemus. Elige semp que sunt molliora vt in humidis corporibus maxime prauis apponātur: τ q̄ sunt duriora in siccis: multi hoim cum hmōi curatiōe a me euasi sunt: τ pre oībus iubeo: quibus vena rumpitur in pulmōe: vt priusq; tumefiat τ saniem colligat: eā solidare studeas. Nam si negligētiam inde habueris: τ putredinē colligere incipiat: scias eam aut nunq̄ posse sanari: aut cū magna difficultate. Sanies enim non mūdificaſ nisi cū tussi: τ tussis vulnus dilatat. phibet ne solidari valeat. est etiā causa alteri⁹ vulneris. Que aūt in pectore ē̄ facilioris curatiōis est: q: vene pectoris venis pulmonis paruiores sunt. Rursus q: sanies in vulnere pectoris p spaciositatem fluit. Iterū q: pect⁹ carnosum est ad pulmonis cōparationē. pulmo em̄ plenus est vndiq; canalib⁹: qui qm̄ cartilaginosi sunt: carne nudi τ siccissimi sunt. Sunt et alie spēs sanguinis de pulmone fluētis: qui ē prau⁹ nō calidus nec rubicūdus. cui⁹ causa cōtusio neruoꝝ est. Quē fuxū stulti quidā: q: parue quātitatis est: ad curādū faciliorē esse cogitāt. Sed ego dico eū ceteris esse molestiorē τ peiorem. Contusio em̄ difficilis fixura solidatur. Qd vuln⁹ est in diaphragmate: i suauidelʒ carnositate: sanatur τ solidatur. Sed qd est in neruosa parte impossibile est solidari. Sed in vulneribus ac diaphragmatis vel in interiorib⁹ siphac opʒ studeri vt quātomagis fieri pōt desiccētur: siue cū emplastris extra positis: vel cū potionib⁹: sed oībus vtilior est diaspmaton τ diacasia: quā sepius in vulnerib⁹ pectoris operamur: τ mūdificāda sunt si saniem habeāt: cū mellicrate: aut mel detur ad lingēdū. Non em̄ queūt mūdificari cū adiutorijs vulnera exteriora mūdificātibus: q: si aliquis arbitratus fuisset: dari putrida vulnera in pulmone habētibus: vnguētum de eris erugine: patiēs moreretur: τ de medicina hmōi ridiculū esset. Ideoq; opʒ te studiose pcedere: ea q̄ sunt opportuna τ ad dādum possibilia: ea videlʒ q̄ sunt quasi cib⁹ τ potus. Cauendū etiam est vt in oībus mēbris τ locis: q̄ sibi conueniūt facias fm q tibi mēbroꝝ natura actio τ cōpositio: sicut multotiēs dixi: ostendūt. Neq; vnū τ equale in oībus membris inditium differas: ne in errorem incidas: sicut ignari methodoyci. Quocirca errorē cuiusdā methodoyci narrabo. Fuit quidā vir habēs vulnus putridū in aure: quē quidā de secta thesili cepit curare cū diacathimia. hmōi em̄ medicamē optime vulnera exteriora sanat. maxime carnosa: sicut que sunt in coxa τ brachijs: de quo quotidie in aurē distillabat: sʒ quātomagis in aurem de eo inducebat: eo amplius vulnus τ saniem τ putorē colligebat. vulnera aūt aurium cū hac medicina nequeūt curari: neq; fuit tps ponēdi hāc medicinam durius enim τ siccius cōuenit adiutoriū fm siccitatem auriū siccitati coxe cōparatam. Apponēda etiam sunt que saniem

prius lauent τ mūdificent. Qd cum spacio multoꝝ dierum fecisset: τ auris quotidie ad detrimētum semper deuenisset: in interioribus auris apostema ortū est. Quare insipiēs ille tetrapharmacon cepit apponere: qd est cōpositū de oleo τ pice τ sevo τ cera: qd scilicet est apostematū hume factiuum τ maturatiuū. Considerauit em̄ huic morbo esse cōstrictionem: τ constrictioni esse necessariam dissolutionem. Cuius inuestigatio τ intentio infirmo fuit opposita. Infirmus em̄ putridū vulnus in aure vel os habebat: cui siccissima medicina cōueniens erat: corrosiua τ destrictiua. vnde cum hmōi mollitiuū vnguētū apponeret: vulneri non spacio vni⁹ diei fuit qn sanies τ putor abūdāter sunt vulneri augmentata. Tandem famule infirmi dn̄i ad peius illū ire cernētes: medicum irato corde increpuerūt: τ ne vltra veniret preceperūt. Sed ipse magis τ magis orabat: vt saltē dimitterēt illud vnguētum apponere aurib⁹. Quib⁹ Ga. pcepit vt p vnū diem se īteresse cū medico finerēt vt eius aurē funditus ex illo medicamine esse putrefacturā rationabiliter ostēderet. Cuius verbis obediētes fuerūt: Deinde Ga. cōuersus cōtra medicum cepit sibi suū errorem ostēdere dicens ei. Certificasti in istius aure esse apostema. Qui rn̄dit vtiq;: ideoq; vnguētū mollitiuū ibi apposui. Cui Ga. qd tibi videtur si diamerithe τ acetū ibi apponim⁹? Qui rn̄dit hec em̄ sunt pstrictiua. sic τ apostema cōstrictū est. Cui iterum Ga. quidnā tibi visum erit si hec etiā constrictiora sicut trociscos andronici apponamus? rn̄dit pessimū. hoc em̄ mēbrū: q: cerebro ppinquū est necessario eger pre nimia constrictione spasmabitur. Tunc Ga. nisi cōsuetudinem aspicerem: τ scirem q hoc membrū cum tua medicina mollificatū esset: mox trociscos andronici absq; vllo timore apponerem: sʒ q: multo tēpore hoc membrum mollificasti desiccatiua paulatim ad desiccatiora ascēdendo apponam. vn̄ hodie apponam memithe τ acetū: cras trociscos andronici: cras aūt desiccatiora: deorsū aūt cū siccissimis cataplasmabo: sed sola memitha τ aceto apposita eger sanus factus est nō indigēs alio adiutorio. quare oportet te hmōi vulnera cōsiderare: quibus si eo amplius sicciora sunt necessaria: nō timidus ea cōponas. Gal. em̄ multos de diuturnis auriū vulnerib⁹ vnū τ duos annos trāseūtib⁹ cum hac medicina desiccitiua curauit: sed vtilior his oībus illa que fit de ferrugine ferri. auri enim que est siccissima: necessario medicina q̄ est siccissima fieri debet: ferruginem subtilissime tere: deinde cū aceto lotā cum tanta quātitate aceti coques fm q complexionem patientis securam esse cognoueris: postea spissitudinem mellis quinetiā ab igne eleua. Nos etiam vulnera aurium si sensibilia sunt: cum ferrugine curauimus: vulnera autem oculoꝝ cum thure. hec enim humidior est quātum ad cōparationem medicine ferruginis: τ curamus vulnera auriū cum medicinis oculoꝝ medicina siccioribus: τ auriū minus siccitatem habētibus. Vulnera vero q̄ sunt in ore: si sunt humidissima: multūq; saniei habuerint: necesse est desiccatissima habeant adiutoria sicut lithos eris marchasidie vsta: aut cū melle: aut cum vino dulcissimo mixtis puluere etiā pigre. Valet iterum in his locis succus vuarum agrestiū: τ sumach: τ similium. Si aūt minoris sint humiditatis: minus his humida: tibi sufficiant: sicut sapa mororum τ corticū thuris. Sed vtilior in hoc loco: si medicina que fit de sapa τ nuce cipressi apponatur: que vero putrefactissima sunt: maxime si vicina sunt ossibus: timemus ne ossa pter humiditatem eoꝝ corrumpāt: necesse desiccatissimum medicamen apponi: sicut trociscos andronici cū aceto. Quibus nōdum sufficiētibus: incensiua τ roditiua applicētur. Ecce que vnicuiq; membro cōueniunt: diximus. Operare ergo ea fm q vtilius agere poteris: considerando diuersitates membrorū eorūq; compositionem formā τ locū: τ qd instrumentum medicine cōueniat: τ quō dentur siue puluerizata: siue temperata: siue liquida: τ qualiter cito ad locum infirmum veniāt. Que etsi superius ostensa sunt: bonum tn̄ est vt eadem repetam⁹. verbigratia. Si in stomacho sint vulnera: τ velimus eorum saniem mūdificare: sicut mundificamus stomachum de viscoso phlegmate cum radicibus suis τ oximelle: fiet hec medicina molesta: sed bonum est illam saniem mūdificari cum rebus eam inferius deponentibus: si-

cut cum moderatis laxatiuis. vomitu enim prouocato: vulnus necessario saniem vndiqꝫ sibi coadunat ⁊ dilatatur. Moderatiuum vero laxatiuū nō similiter. Non enī vt cōmotio vomitus stomachum cōmouet: sꝫ suauiter inferius saniem deponit: vnde securus est neruꝰ vt nō patiatur: quia oīs acutus est: ⁊ neruis sensibilibꝰ. Uulnera vero que sunt in canalibus pulmonis: bonū est exterius cū desiccatiuis cataplasmari: ⁊ egrum quātomagis poterit cohibere se a tussi. ꝓpiceri superius (ats supinus) iaceat: atqꝫ desiccātia ponantur: ⁊ laxet lacertos colli vt medicamē paulatim descēdat. Lac vō in canalibꝰ pulmonis magne actionis est: sꝫ laudabilius qd̄ de aīalibus alta loca incolētibus siccū aerem ⁊ herbas laudabiles: sicut tēperatas ⁊ stipticas habētia: que sunt ad septentrionalem plagā discooꝑta ⁊ a meridie apta: a mari ⁊ lacubus remota. Lac vero vaccinum grossum est; asininum vero subtile; caprinum vero mediocre. Antiqui aūt medici iubebāt sugere phthysicū vbera mulierū: qui ideo bn̄ fecerūt: q: ceterꝭ ꝓuenientꝰ: ⁊ in pulmone phthysicoꝝ: anteqꝫ infrigidetur penetrabile: q: viue est. Lac caprinū anteqꝫ infrigidet quidꝰ necessariū est: dari cū modico melle: ne forte ī sto. coaguletur. Sed si vis vt citius descēdat: al. quātuluꝫ salis in commisce. Sed Ga. testatur quēdam in gutture vulnera ꝓpter catarrum habuisse: qui tussiu. ⁊ nō multuꝫ sanguinis rubei: sed cum quadā parte pelliculatū screatus est: eiusqꝫ vox corrupta est. vn̄ arbitratꝰ est illā ꝑtem pelliculaꝝ esse gutturis quem cū suꝑioribꝰ medicinis curauit ⁊ euasus est. Sed quicūqꝫ hāc passionem passus est ꝓpter pestilētiam facilius factus est: quia pestilentia corpus desiccat: ⁊ desiccatio vtilis est in hac passione. i. in vulneribus pulmonis: quibus licet non cito ad solidādā vulnera succurramus: sed hec que diximus faciamꝰ: multo enī tēporis spatio viuent. Hec sunt dicta gloriosissimi Ga. de cura vulnerum pulmonis: que sunt de voce casu palestris: ⁊ similibus. Que vero fiunt propter acutum catarrum: opꝫ sicut diximꝰ cū medicina succurramꝰ priusqꝫ sanies colligatur: vel apostema gn̄etur. Nam si hec non fecerimus: sanies ⁊ apostema generabūtur: ⁊ tunc nil aliud nisi vitam custodire facere poterimus. Quoꝝ curā sic oportet incipi. primū sicut diximus phlebotomemus: sed si multis diebꝰ nō manducauit: hic defecꝰ est: quousqꝫ cor cōfortetur: phlebotomiā dimitte: deinde manus ⁊ pedes fricētur: ⁊ vt sanies a pulmone remoueatur: sicut diximꝰ ligētur postea caput radēduꝫ est: ⁊ cū vulnerātibus cataplasmāduꝫ sicut stercore colūbino ⁊ sinapi ⁊ similibus. ⁊ hoc cauendum ne oleum capiti ponatur: ⁊ balneum ingrediātur. Cauēduꝫ etiā ne capita vltra modum vel calefiant: vel infrigidētur: iuribus humidis ⁊ viscosis cibētur sicut diximus: ⁊ quibusdā stipticis. Tyriacam magnā demus: ⁊ q̄ recens est eligatur. Recēs enim virtutem habet opij: ⁊ opiū somnum ꝓuocat: ⁊ humores a capite descēdere ꝓhibet: reuma enī desiccat: ⁊ sanguinem ingrossat. cetere etiam species sunt desiccatiue. hmōi faciēda sunt quousqꝫ reuma transiat. Medicinā vero vulneratiuā apponimus: vt ⁊ cutim aperiat: ⁊ reuma a pulmone cū suo calore sibi alliciat. Reumate vero cessante: ⁊ cū tussi ragadia existente: scias pulmonem debere mūdificari: quē purga si ipm̄ āgustiosuꝫ ⁊ molestū videris esse. sꝫ nō apparēte: bonū est primū preceptū teneas. i. silere quiescere: extremitates fricare: paꝝ mādicare: ⁊ da tyriacā in modū fabe. Qd̄ si nihil aliud nisi mūdificare facere poteris ꝓpter angustiam spiritus ⁊ multitudinem ragadiarū: purgari oportet cuꝫ mellicrate: ⁊ nutriri cū ptisano ⁊ modico panis. Sed in quodam tp̄e mūdificetur: ⁊ in quodā reuma ꝓhibeatur: ⁊ in alio vulnus desiccetur: quousqꝫ patiens ad sanitateꝫ redierit. Porro aliqn̄ ex nimia frigiditate vena in pulmone rūpitur: sꝫ tn̄ phlebotomo succurrimus ⁊ mouemꝰ sanguinem de pulmone. Extremitates fricamus ⁊ ligamus ⁊ vngimus cum calefactiuis ⁊ vulneratiuis ⁊ desiccatiuis adiutoria damus: sicut tyriacam: ⁊ diaspermaton: diacanū ⁊ similia. damus etiā que solident sicut trocisc. de carabe: corallis: bolo: thure ⁊ silibꝰ. Cibi sint faciles digestiui sicut iura: ptisanuꝫ: parui pisces: pedes paruoꝝ aīaliuꝫ bonis ꝓpter suā viscositateꝫ. Ga. dixit se nullū ex emoptoicis cū hmōi in p̄mo vel secūdo die. hoc nōdum apostemate existēte curauisse: quin sanitati omnino redditus fuisset. Sed quidam hoc tempus transeuntes nō fuerunt euasi: q: in pulmone eoꝝ apostema collectum est ⁊ febris generata est. Alij vero sanati sunt: eo qꝫ ad febrem nō deuenerūt. Sed qui nō sanātur cum cōsilio Ga. vulnera eoꝝ nō dilatātur: sꝫ indurata diu ꝑmanēt. vnde longo tp̄e viuūt: ⁊ sic Ga. dixit: plurimi de vulneribus pulmonis moriūtur morsurā ꝓpter malos humores patiētibꝰ. Et infirmi manifestant saporem illoꝝ humoꝝ in saliua existētem: ideoqꝫ multū valet tyriaca: illos humores tēperat: ⁊ ingrossat corpus: vulnera mūdificat ⁊ lauet a sanie. vtilꝰ etiā est in oībus emoptoicis: vt non tussiant fortiter: ⁊ nihil a capite descēdat: que faciēda sunt cū forti catartico: ⁊ medicinis catarrum ꝓhibētibus sicut diaspmaton: ⁊ somniferis, sicut opiatis: ⁊ viscosis cibis sicut amico polline fabarum ⁊ similibꝰ. Caput fricetur ⁊ cū calefactiuis vngatur. Catarticū vero dandū qd̄ diuersos humores purget sicut ē aloe: bdellium: myrrha: scamonea: coloqntida: agericꝰ: epithimū: ⁊ similia. Iterum opꝫ te intelligere: q: plus est necessarium lac emoptoicis: quibus catarrus a capite cū malis ⁊ acutis humoribus ad corpus descēdit. vn̄ festināter dandū est. Sed tn̄ cauēdum est ne febrem habeāt: seu malā cōplexionem: lac in eis in malā qualitatem cōuertētur. vn̄ prius frigidis curāda est febris: ⁊ mali humores tēperādi: deinde lac dandū. Silr si sunt defecti: nō phlebotomētur: nisi prius nutrimēto reficiātur ⁊ confortētur. Sed prius necessaria est phlebotomia: quibus ē sanguis niger ⁊ turbidꝰ ⁊ qui frigide sunt nature. Nam Ga. testatur se oīa que dixit experimēto cōprobasse. Oportet etiā te in oībus passionibus pulmonis maxime in maioribus: ⁊ his similibꝰ cauere inertiam: ⁊ ne a debilioribꝰ medicinis incipias: sed a fortioribꝰ sicut Hippo. in aphoris. hmōi enī passionibus nisi cū fortioribꝰ subuenias: ⁊ patiēs ad hoc venerit: nō euadet. Diximus quidē fundamētum curationis sanguinis. de pulmone fluētis firmatio eius: ab eo custodiat ne multū flaminis emittatur: quātomagꝭ etiā ne tussiant. Quocirca opꝫ te studere in quiescēda tussi. q̄ si fuerit ꝓpter catarruꝫ capitis: stringatur. Si aūt ꝓpter malam cōplexionem in instrumētis spūs existēteꝫ: tēpera eam ⁊ redde ad id qd̄ fuerat: q: quies pulmonis vt moueātur ad tussiēdum est prima curatio. Diximus iterū q: medicina vulnerū diuersa est ꝓpter diuersitates nature membroꝝ: q: aliqn̄ in quibusdam locis ⁊ membris siccior q̄ in alijs ponitur. verbigratia. Uulneribus in veretro ⁊ vulua siccior cōpetit. vn̄ multotiēs ea cū cinere bombicinarū chartarū curamꝰ ⁊ cinere cucurbite: aneti ⁊ similibꝰ. ⁊ silr etiā cum cinere cōcharū marinarū vstarum: q: aliqn̄ sunt vulnera in veretro ⁊ totaliquādo in ꝑpuno cui siccior cōueniūt: que vō vulnerū hoꝝ nō sunt vetusta: neqꝫ multū humida: aloe vtilis est si puluerizetur ⁊ desuꝑ mittatur. vulnera vō que sunt in ano ⁊ naribꝰ cum cathimia lota mixta cū vino: vel litargiro vel tuthia curantur: hec enim non generāt dolorem: qꝫ si hec vulnera sint humidiora: cū corticibus pini ⁊ ematithe: cum tab. Si auteꝫ aliquid cōcauitatis habeāt: misce cū istis tātū thuris: quantum ad creādum carnem necessarium fuerit.

Sexta particula.

Monstraui inquit Ga. quātum erroris arti medicine accidit de insania methodoicoꝝ ꝓpter eoꝝ fiduciam in vniuersalibꝰ: ⁊ negligētiam in particularibus: vn̄ nūc similitudinem ostēdere volo. v̄bi gr̄a. Si aliquis cū facili pūctione pūgatur solā cutim ꝑforante: vt fit aut cū acu: aut stilo ⁊ similibus: ⁊ ad sanādum carnem facilem habeat: sicut illi videlꝫ quibꝰ vulnus cito solidatur: huic medicine nihil est necessariū. Ceteris vō equa se habētibus si cōtingat: neqꝫ vt opꝫ curentur: necessario primū dolorem generat: deinde tumorē ⁊ punctionem. Methodoici vō hmōi egrum de sua qualitate interrogant: eūqꝫ sicut illis ostēditur: conātur ꝫm suā cōplexionem ⁊ ꝫm sua experimēta incipiūt curare. Logici vō nō solū sufficit infirmos interrogare: sꝫ rōnabiliter ⁊ qualitates ⁊ cōplexiones infirmi inuestigāt. hmōi enī si plenus est: vel malos habet humores: vel membra sensibilissima: necessariū in illa pūctura ⁊ tumoreꝫ ⁊ dolorem est gn̄ari. vn̄ nō oportet festināter solidari: sed prius mitigari dolorem ⁊ materiā ab illo mu

tari: quia nihil vtilius est parue puncture q̄ vt in tumorem non deueniat. his enim studiose obseruatis: solidatiua sicut magno vulneri sunt necessaria. Methodoici vero nihil aliud nisi hoc solūmodo intelligūt sicut Thesilus eorū magister τ auctorizauit τ dixit: vulnera inquit recētia solidari opꝫ: neqꝫ vllam inter magna τ parua differētiam posuit: neqꝫ inter ea q̄ sunt in neruo que sunt molestissima: τ ea q̄ sunt in carne: sed in ponēdis solidatiuis festinant. Quibus factis si vulnus in carne fuerit: necessario tumorē τ apostema generat. Si v̄o in neruo: plurimi in spasmum cadūt. Quidam pūctionem passus est: que neruū intus in vola manus existētē ꝑforauit. Quem cū quidam de secta thesili vidisset: citissime vnguētum magnis vulnerib⁹ vtilissimū apposuit. Cūqꝫ locū illum tumefieri cerneret: cataplasmauit cū polline frumēti: vnde man⁹ tota tumefacta: in spasmū incidēs ante septimū diem mortuus est. Plurimi em̄ hoꝝ hāc passionem habentium: τ ab huius secte medicis se curari volētium: in spasmum inciderūt τ mortui sunt: τ quidā in putrefactionē. Qui vt sui magistri seruetur auctoritas: hui⁹ erroris intētionem non desinūt. vulnera em̄ recētia solidari oportere testantur. Sed nullus pūctionem: vel vuln⁹ habēs: vel passus in neruis: τ medicinā quam Ga. ꝑcepit apponēs: spasmum vel tumorem habuit magnū. Eam em̄ cuꝫ optima rōne insinuauit dicēs. Neru⁹ q: sensibilissim⁹: si pūgatur necesse est ceteris mēbris maiores habeat dolores. vn̄ ꝯsequūtur tumor τ apostema: nisi ad mitigādū dolorē succurras: ideoqꝫ nō opꝫ eā solidari: sed vt sanies in ea coadunata exdudatur: aperiri: τ sanguinē τ ab ea alibi mutari potēter opꝫ: τ corpus totū de malis humorib⁹ mūdari: τ vt dolor in vulnere non gn̄etur: studiū impēdi. que sunt faciēda cum vnguētis τ cataplasmatibus sanguinē funditus mūdificātib⁹. Bonū est etiā si vbi est vulnus: cutim aperiam⁹. Aqua v̄o calida: q̄uis oīs doloris sit mitigatiua: apostematū vulneribus tn̄ neruoꝝ est nocibilissima. Ner⁹ em̄ est ex materia hūida cū frigitudine coagulata. vn̄ qđ hm̄oi nature est: ex calido τ hu. putrefit. Quocirca opꝫ te cauere aquā calidā ne huic mēbro appropinquetur. Et si egrū te balneare opꝫ: stude ne membrū illud aqua calida tāgatur: pannis ergo ceratis: vel aliqua re optime inuoluatur: dolorē quoqꝫ cū infusione calidi olei mitigamus: Frigidum em̄ poros oppilat: τ calidū aperit. Oppilare vero poros illi⁹ mēbri malū: aperire aūt bonuꝫ est: q: sup̄fluitas dissoluitur. Sed eligenda sunt olea que stipticitatem non habeant: et que sunt subtilis substātie. Sed vetustiora sunt dissolubiliora: recētia v̄o doloris mitigātiora: mediocria aūt vtiliora. Porro decet medicinā qua curādum est hm̄oi vulnus esse tēperati caloris: vt mitiget dolorem: τ esse subtilissimam vt ab scꝫ dolore penetret: q: si hec ꝑspexerimus: hoc medicamen in attrahēdo saniem ab interioribus corꝑis: siue dolorē nobis sufficiet. vn̄ Ga. qđ primū huic passioni feci: sola terebēthina fuit: sed ī paruis mulierib⁹ (al's vulnerib⁹) τ hūidas naturas habētib⁹ τ aliqn̄ cū modico euforbio ī durꝭ siccisqꝫ corꝑibus. fex etiā cere aliqn̄ sola: τ aliqn̄ cuꝫ modico euforbio serapino: in durissimis τ siccis corꝑib⁹ cū oleo: vel cum terebēthina oppoponacoqꝫ. Dicit p̄terea Ga. asam bonam esse si emplastrū de ea fiat. Illud tn̄ non sicut cetera q̄ diximus ꝓhibuit. Neqꝫ debet aliquis in sola rōne cōfidere: nisi ab experimēto firmata sit. Sulphur v̄o ab igne infectuꝫ q: subtilissimū est: desiccatissimū est. vn̄ bonum est ad vulnera neruoꝝ si cū modico olei in modū vnguenti fiat. Calx lota mixta cuꝫ oleo: maxīe si cū aqua marina vel salsa lauetur in calidissimo tp̄e bis vel ter: bona est. q̄ medicamina in suis locis descripta multiplr̄ inuenies. Cōuertamur ergo ad hoc qđ volumus dicere. Dicimus aūt q̄ puncturā vel fissuram neruoꝝ: vel mēbroꝝ neruosoꝝ opꝫ curari cū medicinis modice calefaciētibus τ multū desiccatiuis: subām calidā τ subtilissimā habētibus: τ calefaciēde vel infrigidāde sunt: s̄m q̄ natura membri infirmi tibi ostēderit. v̄bi gr̄a. Cum pones medicamen sup̄ illud membrū: neqꝫ patiēs tepiduꝫ sentit calorem: scias illum minoris q̄ opꝫ caloris esse. Si nimiū calorem: vltimi caloris est: vnde timēdum est ne tumorem τ dolorem generet. Et aliqn̄ subā medicine in qualitate defecta est ꝓpter vetustateꝫ aliasve occasiones: quare opꝫ quātitatiue s̄m q̄ necesse ē: multiplicari: ideoqꝫ nihil hoꝝ debes negligere: quoꝝ mēsurā ꝑ superiorē rōnem perpēdere poteris. Stude iteruꝫ in dietis infirmi: vt sint bone τ tenues. Qđ si videris neruū esse incisuꝫ: opꝫ te cōsiderare si incisio est in latitudine: τ quātuꝫ cutis ē tegēs neruū aperte ꝑuideas. v̄b. gr̄a. Si incisio cutis tāte sit largitatis vt nō incisio appareat: τ si est in lōgitudīe: dico q̄ huic vulneri medicamen euforbij τ similiū nō debeat apponi: q: nō pōt ip̄m ferre: sicut ipsa que cutim habēt mediatricem. vn̄ his locis dico debere poni calcem lotā cū multa olei mixtura: vel tuthiā mixtam cū oleo rosato. cauēdum tn̄ ne oleū sit alicui⁹ salsuminis: q: intētio nostra est vt sine morsura eā desiccem⁹. Morsura em̄ tumorē τ apostema gn̄at. Sed calx mult̄ vicib⁹ cū aq̄ dulci lota vtilior est. Qđcūqꝫ etiā his locis medicamen appones: necesse est: vt sit lotū: etiā τ oleū dulce τ gūmi lota. Porro morsurā caueas: maxīe in humidis corꝑibus: in siccis vero non tantū. Ga. em̄ dicit se sup̄ neruos incoptos trociscos polidos cū sapa tepide apposuisse. Opꝫ etiam ante oīa cauere ne neruis nisi tepida apponātur: frigida em̄ spasmum ꝓuocant. Qđ si vulnera ī manib⁹ sunt: infūde sepe ceruicē τ aīā cuꝫ oleo cal. In inguine v̄o si vulnera sunt: in calcaneo: vel in pede. his em̄ actis securus esto q̄ nō gn̄atur spasmus: neqꝫ infundas largū vuln⁹ vero vinū cū oleo putrefacit illud: puncturā vero cum oleo infunde. Et si vulnus illud lauare volueris: terge prius saniem siue cum bōbicino: siue cum vellere: τ infunde bombicinū in sapa: aut mellicratū: vel in vino dulci: aut pontico. Cauēdum quoqꝫ ne aqua huic vulneri apponatur: vel medicamen mollitiuū vel maturatiuū. hec em̄ membrā putrefaciunt: sed stude semꝑ desiccatiua applicare in estate cū oleo ro. in hyeme cū oleo. Si incisio nerui sit in latitudine: molestius est τ ꝓpinquius ad spasmū: q: apostema est iunctum parti inoīe. vn̄ ꝑ nō incisam passio ad cerebrū ducitur τ spasmū in eo gn̄at. Ideoqꝫ medicina hoꝝ molesta est: sed tn̄ opꝫ vt sanguineꝫ p̄ter vllā materiā minuam⁹: τ tenuissimā dietā demus. Requiem etiā silentiū τ planū thoꝝ τ sepe collū alam τ inguinem quidē calido oleo infundamus. Si nerui collisio cū cutis incisione fuerit: opꝫ medicamentū vulneris desiccatiuū esse: vt cōstringat sicut stipticū cum modice calefactiuo mixtū. Si neruus collisionē habeat sine cutis incisione: infundatur cū oleo calido stipticitateꝫ nō habēte: τ studiū impēdam⁹ materiā alibi mouere τ dietā subtiliare. hoc si fecerim⁹ facile curat̄. Fracturā v̄o nerui sine cutꝭ incisione: methodoici cōfidūt se curare cū cataplasmate pollinis fabaꝝ τ mellis: qđ vtile esse dico. Si v̄o cū nimio fuerit dolore: misce modicā picem: τ coque donec viscosum fuerit: calidūqꝫ appone. Qđ si vis desiccatius sit: misce farinā ordei vel yreos. Si neru⁹ incisione sepat̄: cura eā s̄m cetera humida vulnera sine timore spasmi. Motus tn̄ τ sensus ab eo auferuntur. Ligamēta v̄o si sint de specie chordaꝝ: forte medicamē sustinēt: q: neqꝫ iūcta cerebro neqꝫ sensibilissima sunt. Chorde v̄o q: de ligamēto τ neruo sunt cōposite: aliqn̄ spasmum generāt: ꝓpter hoc opꝫ te scire anatomiā vt scias ligamentum differre a neruo: ne putes rotundum ligamen esse neruum ei⁹ latā pelliculā. vnde tn̄ curando errorem incidas. Vulnera vero in ligamētis nulla molestia sequitur. maxime si ab vno osse exierit: τ ab alio liget̄: q̄ sicut cetera curare poteris sine vllo timore: q̄ si cū neruo iunctum fuerit: fit timor s̄m q̄ coniūctum est. Incipiēdum est aūt de incisionibus vētris. Dicim⁹ ergo si intestina: aut zirbum exierit: oportet te scire an possis ea intus cōuertere: τ an de zirbo oporteat incidi: necne: τ quō debeat sui τ ligari: ꝓpter hoc necesse est: vt per anatomiam scias hec loca vt possis secernere quot diuersitates ibi habeāt. Sed facilior locus τ minus molestus ad cōuertēda intestina si egressa fuerint: si in inferiorib⁹ hypocūdrie sit; q: in hoc loco nulle neruose extremitates lacertorum habētur. In medio autem vētris intestina multum egrediūtur: q: nō est ibi fortis lacertus que cōstringātur: ꝓpter hoc difficillime intus cōuertuntur. Qđ si vulnus paruū est: multo difficilius intus mittentur: nisi ad ea mittenda festinaueris; q: inflantur τ ingrossantur: τ ventositatem propter frigitudinem habēt: proinde vulnus aliquādo oportet dilatari: si vllam ventositatem nō possumus dissoluere. Et

quia inflatio intestinorum non fit nisi propter frigiditatem fit eius curatio cu calidis. vnde fomentadi sunt cu aqua calida in qua spogia: vel vellus infundedu est: et ibi apponendum est. vinu etiam calidu et ponticum vtilissimu est: q: calorem facit et cofortat. Quibus no sufficietibus vulnus dilatetur. Galie. autem nulla medicinam pter istam ostedit. Sed quidam medici cu lacte calido et oleo calido et milio et sale: et similibus in balneo calefaciut. Item dixit Gal. ventositate dissoluta suspede infirmu p quattuor ei extremitates vt gibbato dorso venter cocauetur: deinde intestina et zirbus intus mittatur. Tandem vuln9 cum digitis teneas: et suere sicut diximus incipias. postea eger supinus iaceat: et ingenia lectu5 sibi facere per qd extremitates sint suspense: et venter subiaceat: s5 vtilior medicina est solidatiua. Ligamina etia in hoc loco vtilia sunt: et clystere fieri bonu est: vt fex que remansit in intestinis excludatur: et in inguine cum oleo calido ad dolore5 mitigadum infundatur. Qd si ex vulnere aliquod intestinum putrefactum est: no facimus acutum clystere: sed de vino nigro et potico et calido. Te quoq scire op5 subtilia intestina grossis esse difficiliora. Maiora em sunt incurabilia. ppter multas res. Vna: q: multas venas habet: que vie sunt cibis trasseutibus: et suba cor subtilis: et in natura neruosa et semp ad ea ab epate cholera currit. Si aut zirbu5 egredies infrigidetur: qd nigri et viridis coloris fuerit abscindatur: q: desperati de sua curatione sumus. Qr si taliter intus mittatur: necessario in toto putrefiet. Sed cum illud incideris: liga vtraq eius extremitatem cum filo. desine extremitates fili extra vulnus pendere. Magnas em multasq venas habet. vnde non sumus securi si no ligentur: qn sanguis fluat veterq putrefiat. ¶ Nunc aut ab ossib9 incipiedu5 est. Dicimus ergo si fractura ossis est in latitudine: pars a parte separetur. Prima sicut diximus intetio est vt ea solidemus. Sed tn q: impossibile est solidari ossa ppter cor siccitatem maxime in senioribus: in ceteris etiam nisi rarissime: in adolescetibus: oportet has vtrasq partes aliquo modo inuiscari qd no pot fieri nisi cu viscosis cibarijs: q tn ab initio priusq vnam parte aliqua appropinquauimus: dare no audemus: qd facedum est eis extrahedo et directas faciendo: aliquado fortiter: aliquado debiliter: et nonunq mediocriter: fm magnitudinem et paruitatem ossium. Sed plurime fortis extensio necessaria est: cu in fractura sunt quasi detes: tuc necesse est nimium extedi: et vnam partem alteri apponi: et vt detes eorum interserantur ingeniari: et op5 te studium habere: ne causa multe extensionis dens frangatur aliquis: et ibi remaneat. Illo enim illic remanente: caro nimiam sentit puncturam: quadecausa et tumor et apostema generatur: et aliquando spasmus. Sed molestior est ceteris fracturis que detes non habet: veluti que cu serra facta est. huiusmodi postq sanabitur: no est firma. nam ex parua occasioe sicut prius disiungitur. vnde oportet nos vtraq parte5 quatomagis poterimus extendamus: siue cum tenalibus: vel cu instrumento: qd iussit Hippo. et paulatim vnam partem alteri coniungamus: et desuper fricem9 manibus vt si aliquid sanguinis ibi sit reprimatur: deinde ligetur et egrum quiescere precipe sed multu in ligamie studeri oportet ne fractura moueatur cohibere poterit. dormies autem cum ad egerendum se subleuauerit: minime. Molle quide ligamen custodiende non sufficit fracture: strictum vero tumorem et dolorem generat. vnde debet esse vt oportet. Qd si hoc modo fiat vt aliquid doloris eger patiatur: et quiddam tumoris apparet: no sufficit membro. In vltimitate strictu5 malu est: qd nisi fuisset ppter membrorum diuersitatem: compositionem et formam atq quatitatem: bonum esset ligamen cum lato linteolo ligare vt multu spacium comprehedat. Sed tamen in quoda loco sicut pectore et latere potest poni: et in qbusda5 sicut manibus digitis furculis minime valet. oportet te studium habere: vt in locis omnibus quato latius poteris componas: et cauendum ne in ligamine aliquid duplicatum remaneat: sed penitus sit extesum. Strictas vero ligaminis ex trasuerso vtrasq extremitates inuolue multipliciter: vnam. s. inferius et aliam superius multum inuoluedo pone: vt modo lati ligaminis valeat: et ne stricto ligamine sanguis a loco nimis stricto ad latu5 impellatur. Oportet vbi fractura est: stricte ligari: etiam circa eius extremitates debiliter: hoc nisi fecerimus: sanguis ad loca fracture veniet et saniem et apostema generaturus. vnde timendum ne membrum putrefiat. Dico etiam vt semper intendas in mitigando dolorem. hoc em obseruato mebru5 ab apostemate et tumore securu erit. Qd faciendum est cum mutatione mantici ad alium locum: et infusionibus ac cataplasmatibus dolorem mitigantibus sicut est cera et oleum: et cum locum refrigerantibus ligatu5 sicut aqua frigida. Cum etiam membru5 positione quiescat que non generet dolorem. Qr si patiens aliquid angustie ex ligamine vel prudore eu cogete patiatur: soluatur: et opportune coaptetur. Si autem multum est strictum: laxa illud. si prudorem habeat fomentis aque in calore temperatis illud fumiga. Si autem prudore hoc faciente permaneat post quartum vel septimum diem similiter facias. vtile est enim ligamen quousq sanetur dimitti. Si vero nihil accidentiu5 patiatur: bonum est vt ligametum quousq sanetur desinas quia Hippocra. iussit solidatiua vsq ad septimum diem no debere poni: quousq etiam securus foret q non generetur apostema et tumor: s5 in hoc tempore ab initio solidatiua ponamus. Sed cum hec membra festinanter tumescere ceperint: et nimium pati dolorem et ruborem et calorem: bonum est vt nihil ei faciamus: nisi materia inuitare: et quatomagis possumus refrigerare. Qr si calidus non est: et dolor fit propter nimiam extensionem: cum oleo et cera et alijs cataplasmatib9 mollitiuis mitigetur. At quonia postq securi sum9 de apostemate q non veniat: intentio nostra est in ligamine vt no solu5 sanguinem cu fractura expellat: verum etiam vt eam custodiat: neq phibeat causam illa qua fractura solidetur. necesse est super fracturam no tantu5 fortiter sicut ante ligetur: et stude ne ossa moueantur: et materia fractura solidatam expellat: neq ligata permaneat: ligamine enim diu permanete: materia illa desiccatur. Cum tamen ea5 videris desiccatam: fac fomentum cum aqua calida quousq membrum tumefieri inceperit. Similiter si multum tumidum et humidum fuerit: fometetur cu5 aqua calida quousq tumor et humiditas cessauerit. si tamen necesse est vt aqua sit calidior et vnge siccis. Qr si intentio tota est in ligameto vt sanguine in mebro vulnerato cotentu expellat: extremitates ligameti laxas dimitte. Si aut vis vt in fractura sanguis attrahatur extremitates ligamenti strictius liga. Cumq securus es q no veniet apostema: egrum cu cibis grossum et viscosum sanguinem generantibus nutrias: que dada sunt quousq scieris ossa esse solidata. Qr si tempus solidandi transierit: et solidatiua plusq oporteat superdata: qd poteris cognoscere cum tactu manus duriciem quasi glandinis sentientis: oportet fomentum aque calide fieri et medicinam dissolutiuam. Que em vnguentorum sunt viscosa solidatiuam generant materiam. Que vero sunt dissolutiua eam minuut. Fractura vero in qua spacium remaneat: seruanda est ne tangatur oleo maxime in estate: sed quato magis poteris eam desiccabis. Fissura vero que est in ossibus capitis: a curis aliorum ossium est dissimilis: quia impossibile est eam solidari: neq vllum ligamen poterit ibi ligari quod non generet apostema et tumorem. vnde oportet qd in eo fractum est amputari nimis grossam pelliculam cauendo: et festinanda sunt que ibidem carnem creent: que siccatiua medicina sunt: et prohibenda sunt que mollificant et putrefaciunt sicut oleum: cera et similia. hoc nisi fecerimus: non sumus securi quin molestissima et mortifera oriantur accidentia. Ossa vero que sunt expellenda cum magno timore et cautela extrahatur: etsi nequimus dicere qualiter extrahi debeat: si tamen fieri posset dicere incipiamus. Vnde diximus fractura cranei: quia aliquando est separata et facile potest expelli. Caueas tamen pelliculas ne tangas eas cum forcipibus. Si vero non est separata: necesse vt eam radas cum instrumeto aliquo: suauiter tamen ne tagas pelliculas et cerebru5. Si vero fissura est molestissimum erit: necesse est enim vt totum os incidatur: aliquando tamen no totum. Tunc em videremus saniem ex

terius ex interius posse expelli. hoc enim si ꝑsperexerimus: necesse est vt totū os illius fissure abscindatur: qđ est molestissimum: q: necesse est vt cerebrum moueatur. vnde cum terebello cautius pertūdi debet: ⁊ foraminibus factis cū instrumentis ossa fracta amputare. hoc tamen adeo suauiter est faciendum: vt pellicule nullatenus tangātur: neq; cerebrum moueant: ⁊ aliqñ aliquam tabulam argēti sub cranco ponimus. Porro intētio tua semper sit in desiccanda sanie ne ad pelliculas fluat: ⁊ quietum esse infirmum ꝑcipe. Cumq; securus es de apostemate: pone medicinam carnis creatiuā. Quidam errauerūt totam fissuram putātes debere auferri. Sed Ga. quēdā curans de ossibus expulit quātum saniei expellende pertinuit: aliud vero solidauit: ⁊ sup ossium expulsorum locis natura carnem creauit: ꝙ si possumus saniem desiccare: ⁊ expellere absq; ossium expeliendoꝝ expulsione: melius est: minus enim nocumētum cerebro infertur. Quidam enim medicus cū hec ossa radebat: assuetus erat stipticā sup durā matrē medicinā ponere: ⁊ multos hoc modo sanauit. Galie. vero hmōi facere timuit: ne ob hanc rem infirmus in spasmū caderet. Sed vt medicine auriū recordat⁹ ē: ꝙ siccissima ⁊ stipticissima sit: ⁊ sciuit neruū in auribus existentem cerebro de quo procedit esse ꝓpinquissimum: nec vllam cerebro ex medicina auriū molestationē fieri: credidit illius medicamini ſm rōnem nihil malignare: firmauit etiā illud optimū esse apostemate absente. Istaꝝ em̄ pelliculaꝝ substātia siccissima est. vnde medicamen nimiū desiccatiuum ei cōgruit: qđ eam cōfortet ⁊ saniē generari ꝓhibeat: atq; qđ ꝑcreatum est: desiccando cōsumat.

Septima particula.

Ethodoicoꝝ inquit Gal. est verba multiplicare. Dicūt enim defectionem membri ⁊ cetera. Et si interrogati sunt: fiūt eoꝝ verbis mox impediti nesciunt quid respōdeant. verbigrā. Dicūt em̄ defectionē epatis stomachi ⁊ alioꝝ membrorum quoꝝ forma ⁊ cōpositio nō mutatur: sed sicut prius fuerat absq; apostemate ⁊ vulnere ꝑmaneat quia defectio ex mutatione complexionis est ex calido vel frigido: humido vel sicco. vñ oportet nos huic: quecūq; fuerit vt ad suam redeat qualitatem siue sit cōposita vel non composita: repugnare. Calide cū frigido ⁊ humide cū sicco. cōposite cū frigido ⁊ humido: si calida est ⁊ sicca. Contrarie vō et contrarijs. Methodoici vō intendūt in curādo stomacho stipticum dare cibū. ⁊ vina parum amaritudinis hñtia. Medicinā etiā absinthij vel coctanoꝝ epithimāt sup stomachū cū stiptico epithimate sicut oleo omfacion: absinthileon: masticileon: nardileon: coctanileon. Quib⁹ nō sufficiētibus: ascendunt ad cataplasmata ponēda de spica amomo calamo aromatico yreos folio storace opobalsamo carpobalsamo: his etiam non sufficiētibus p rūt emplastra ruborem faciētia facta cum pice sinapi: ⁊ similibus. ⁊ ducūt eum ad febrem. Conuiuis vero murmurātibus se non posse cibū digerere: vel defectam habere digestionē iubebat exercitijs assuetare si insueti erāt: assuetis quoq; multomagis exercitare ꝑcipiebat: ⁊ cibū leuiorem ⁊ digestioni faciliorem ⁊ pauciorem accipere. Quo sibi nō sufficiēte ad curam methodoicoꝝ quā diximus se cōuertebat: Ait Ga. medicinā eoꝝ ⁊ istius sibi sufficere aspiciēs nihil ei addidit. Sed tñ priusꝙ inuestigauit rōnabiliter stomachum hāc pati defectionē ꝓpter mutationē sue cōplexionis: cuius cōplexiones sunt octo modis. Quattuor: scʒ simplices: ⁊ quattuor cōposite. i. calidū frigidum humidum ⁊ siccū. aut calidū ⁊ humidū: calidū ⁊ siccum: frigidū ⁊ hūiduʒ: frigidū ⁊ siccū. ⁊ multos defectionē stōachi hñtes cum aqua frigida in vna hora sanauit. dedit quoq; eis frigidos fructus sup niuem infrigidatos ⁊ lac acetosum ptisanuʒ ⁊ similia. Illorum em̄ stomachi defectio ex calido ⁊ sicco fuit vnde humectatio ⁊ infrigidatio eis necessaria fuerūt: ⁊ prohibuit eos ab absinthio ⁊ omnibus stipticis. Alios vero cū veteri vino curauit. Intentio eius fuit in calefaciēdo eorum stomacho. Quibusdā desiccare stomachū intēdens dedit eis cibaria stiptica ⁊ multū assa: ⁊ paucum potum. Cibaria etiā stiptica tribuit: que sola methodoici in defectione stomachi dant. Porro quendam curauit: quē quidam medicoꝝ cū stipticoꝝ exhibitione cōsummauerunt. Ipsius em̄ stomachus sicce cōplexionis erat. vnde parum infrigidātia ⁊ humectantia ei sufficiebant. Qui qm̄ suam passionem nō intenderunt eum cum sua vniuersali medicina curauerūt. i. stiptica ⁊ desiccatiua amaritudinem ⁊ pōticitateʒ habēte. dederūt enim absinthium coctana sumach: ⁊ stomachum cum quibus diximus cataplasmauerunt. i. cum stomachū desiccātibus. vnde duxerūt eum ad phthysim. Quem cū Ga. curare incepisset suiq; stomachi intētionem inuestigasset: oībus modis quib⁹ potuit euʒ humectauit. Ideoq; opʒ te intelligere stomachū non solū ex frigiditate ⁊ humiditate deficere etsi potius de eis patiatur: ꝓpter hoc semꝑ omnia electuaria stomacho cōuenientia inuenimus: nō solum de calido ⁊ stiptico esse cōposita: sed etiā de calido ⁊ sicco. Debes iterum scire: q: calefacere stomachū si infrigidatur: vel infrigidare si calerit: facilius ⁊ breuiori tempore fiunt: ꝙ humectare si desiccatus sit: vel desiccare si humefiat. Calefactio em̄ ⁊ infrigidatio fiunt cū actiua qualitate. i. cum caliditate ⁊ frigiditate: humectatio vero ⁊ desiccatio cum passiuis. i. siccitate ⁊ humectatione. maxime siccum humectare difficilius est: ⁊ aliqñ incurabile.

Tēpus vō qđ necesse est in calefaciēdo frigido stomacho breuius est ꝙ in refrigerando calidum: vnum tñ hoꝝ molestius est: q: si volumus stomachū refrigerare: ⁊ membra sibi vicina nō sunt fortia: nō sum⁹ securi qn magnū in eis gñetur nocumētum. At qm̄ particulares significationes in auctoritate magni iuuaminis sunt: narrabim⁹ medicinā. G. quā illi infirmo fecit Eum vt ipse testatur balneo ꝓpinquit: ⁊ iussit balneū ingredi: neq; dimisit eū ambulare: vt virtus eius nō deficeret: q: balneum virtutem eius necessario defecerat: vnde in eius infirmo seruauit: vt prius si in balneo ⁊ in aqua calida morari: q: cum corpe humefaciendo nō est necessarius calor balnei: sed humiditas aque: propter hoc opʒ egros in fonte balnei morari: ⁊ necesse est vt fons non sit in calido. ⁊ ducatur: q: necesse est ibi aqua sit temperata. Si em̄ calidior est virtus deficit ⁊ in futuro desiccabitur ⁊ infrigidabitur corpus ꝓpter nimiā sui dissolutionem. Si aūt frigidum est poros claudit: ⁊ humiditatem corpis interiorem penetrare ꝓhibet. Tēperata vero aperit poros ⁊ dilatat: nō solum cum calore: sʒ cum temperamēto. Temperata em̄ aqua nature similis est. de qua cum corpus tangitur natura circa exteriora itura mouetur ꝓpter ꝑsentiam rei sibi similātis: sicut fugit seseq; abscondit de calidissima vnde pori claudūtur: vigorq; generatur de balneo egredienti. Lac asininuʒ tribuit potui sed asinam sibi ꝓpinquissimā esse ꝑcepit. dixit etiaʒ melius si patiens eius vbera suxerit. Lac em̄ cito sicut sperma conuertitur: q: sperma extra sua vasa nō opʒ vno momento maneat: sʒ de vasis in vuluā expelli: si necessitas sit ꝯcipiēdi. Dixit iterum nullam rem vtilem ad reficiēdum inueniri: sicut lac si hoc mō bibat. de phthysi etiā curabit. ꝙ si lac mulieris fastidio nō haberet: vtilius ceteris esset: ⁊ lac asininū ceteris melius excepto feminco: si iuuencula ⁊ nature temperate est facile em̄ penetrat ⁊ nutrit: ⁊ minus coagulatur: q̄ duo maxime bonitatis sunt. q: si in stōacho coagulabitur magnū nocumētum faciet. facilitas sue penetrationis magnuʒ facit iuuamentum: nihil est vtilius cōsumptis: ꝙ qđ facile penetrat ⁊ nutrit: hoꝝ enim membra defectissima sunt: ⁊ vie clause ⁊ constricte. dandum vero est cum modico melle. detur temperatum liquore ⁊ grossitie mediocre albissimum et iunctum. vnde studēdum est in accipiēda asina: vt sit iuuenis: bonisq; nutriatur pascuis q̄ bene digerat. Cuius digestionem perpendere poteris de putore sui stercoris: ⁊ de temperamento sue humiditatis ⁊ siccitatis: fetor ⁊ liquor superflua hre pascua ostendūt. contraria vō contrarium: bonas nāq; herbas ⁊ ordeum debet pascere: tñ quātum opʒ. Et si quadam die humectare videris stercus: in altero die pascua sibi minue. Si aūt desiccatū est: auge ei aquas: ⁊ herbas ⁊ ordeū debet pascere. Et si vides eam hre vētositatem ⁊ inflationem fac eam amplius exercitare. Postꝙ vō hmōi lac tribuit egro spatio quattuor horaꝝ iussit vt requiesceret: ⁊ stratus iaceret. Deinde vt balneū intraret ꝑcepit: sʒ tñ post eius ructuatū

inuestigauit: neqꝫ lactis odorem olfecit: vnde certificauit lac
bene digestū esse. Et si eger in balneo delectatur: fac illud
secūdo ingrediatur: q: iuuatiuū est. Opꝫ vt vnguatur corpꝰ
eius cū epithimatibus: vt hūiditas ab aqua acquisita custo
diatur: ⁊ stude vt scias quātum in aqua morari debeat: q: si
modū ⁊ horam transieris: plus hūiditatis dissoluetur ꝙ̄ ac-
quisiuit. Eius terminꝰ sic dignoscitur. Nam dū corpus infla
re incepit: mox amplius corpꝰ manere nō presumat: hoc em̄
termino trāseūte multū de suo corpe dissoluetur: ⁊ tua opa-
tio ꝯtraria fiet. ꝓpter hoc igitur vt tua opatio fiat vtilissima
caue ne hūc terminū transeas. Silr corpus eius fricāduꝫ est
donec calor surrexerit: nō adeo sicut corpa eoꝝ: de quibꝰ hu-
mores dissoluere volumus: ⁊ bonū est vt hec corpa cum epi
thimatibus vnguātur: vt qđ dissolui incipit custodiat. Et si
aliquā negligētiam in balneo habuisti: succurre eam emēda
re. Si vo lacte delectetur: da ei secūdo postꝙ̄ balneū egres-
sus fuerit. Si vo nō: ptisanā ⁊ paneꝫ bn̄ factum cū paruis pi
scibus ⁊ carnem volātium sapoȝiferoꝝ: sicut pdices: starne:
fasini ⁊ filiuꝫ: q̄ sunt ad digerēduꝫ facilia. Sed qm̄ hos infir
mos q: cōsumpti sunt: necesse est repleri velociter: tūc ciba-
ria multū nutribilia optima sunt: que sunt grossa ⁊ viscosa:
agnina vitulina. Sed tm̄ ꝓpter vtutis defectiōeꝫ nō possunt
hec digeri. vn̄ nō ꝯgruūt. Confortata tm̄ carne ⁊ sanguine in
eis reuersis ⁊ calore naturali augmētato: possumꝰ fm ꝙ vi-
derimus grossiora ⁊ nutribiliora dare. Sciēdum est etiā nul
lum potū sit esse cōgruū quibꝰ refectio est necessaria sicut vi
num: febre tm̄ absente. Sed vinū qđ est amarū ⁊ subtile: pene
trabilius ⁊ digestibiliꝰ ⁊ vētositatis dissolutiuiꝰ: minoris tm̄
nutrimēti est. Qđ vo grossius durū est ad penetrādum: sed
tm̄ nutribilius: qđ vero aq̄ nō sustētatiuū est ⁊ aquosum mi
nus est calefactiuū: minusqꝫ capiti nocet. Quare cū hmōi in
firmos vis infrigidare: vel humectare: elige hoc vinū qđ est
aquosum ⁊ ponticū. hoc em̄ vinū: neqꝫ multū calorem facit
neqꝫ multū nocet vt aqua ad grauādum cibū. Quātitas vo
ciboꝝ sit q̄ nō aggrauet stomachū. i. q̄ neqꝫ inflatōeꝫ: neqꝫ ex
tensioneꝫ gnēt: ⁊ pquire horā cum descēdit: vtrū eger vomi
tum vel abominationem habeat: ꝙ si vna die hec habeat: in se-
cūda die quātitatem minue. Si vo hec nō patiatur: adde in
scđo: sꝫ vel taliter addas: vel minuas: vt opportunā mensurā
non trāseas. Cūqꝫ vim cōfortari ⁊ digestiuā corroborari vi-
deas: cresce cibū fm qualitatem ⁊ quātitateꝫ: vbi maioris sit
nutrimēti: vel exercitari siue cū equo: vel cum pedibus pci-
pias. Silr cuꝫ hac dieta egritudine exeūtes regātur: deinde
a lacte ⁊ ptisano auferēdi sunt: ⁊ dāda volatilia heduli: extre
mitates porcoꝝ ⁊ agnoꝝ bene pparate: ꝙ si cibus semel da-
tus eū aggrauauerit: eū in duabꝰ vicibus dabis. Studeas
etiā grossiorem dare: cū quies ⁊ somnꝰ lōgus ē. Caueas ꝙ̄
te cibꝰ in eoꝝ stomacho ꝓpter potū aque natet. Sed si mul
tum sitiuerint: da sibi modicū cum vino mixtū: quo nō oīno
sitis extinguatur. Cūqꝫ stomachꝰ alleuiari cepit: ⁊ cibꝰ infe-
rius descēdere: quātuꝫ eis ad sitim extinguēduꝫ sufficiat: da
hmōi em̄ dieta ⁊ cibū descēdere: ⁊ digestiuā opari adiuuat:
appetitū excitat. mane ad latrinā eūtes: fac vt deambula-
tum eāt. ⁊ equitēt ⁊ fricētur vt tibi videbitur. ⁊ stude de coꝝ
mansione: vt nō sit calidior ꝙ̄ opꝫ: ⁊ frigiditati tm̄ ⁊ hūidita
ꝯtineat. Imitētur qꝫ suam ꝯsuetudinem: quā in sanitate
hbuerūt: non multū ꝯtrarietatis inde cōtingat. i. solitū tps
manducādi: equitādi ⁊ exercitādi ⁊ cetera: neqꝫ cogas eū ali
quem ex cibis accipe ex quo: vel abominationem: vel fastidium
vl acetositateꝫ: vel mala accidētia vidisti gn̄ata: ⁊ si quoquo
modo iuuatiuū sit. Opꝫ etiā te intelligere siccitatem ad vlti
matem ascēsuram. i. ad phthysim incurabilē esse: maxime
si corde sit eoꝝ qui vsqꝫ ad phthysim pducti sunt: incura
bis sunt. Sed qui subito consumpti ⁊ defecti sunt: sicut ex
subitaneo sanguinis fluxu: lienteria: ceterisqꝫ impetuosis pur
gonibꝰ possunt in tribꝰ vel in duobꝰ diebꝰ restaurari. vir
tutem membroꝝ suoꝝ custodita est: ⁊ nō est ab eis aliud di
minutum nisi hūores: vn̄ possumꝰ eos in pauco tpe cū abun
dāti cibo restaurare. Quibus autem siccitas nō ex sensuali
accidat purgatione: sed ex virtutum defectione nō multū
ditū ferunt cibū: sed paulatim cū confortatione virtutuꝫ
Qui vero ad tātam siccitatis quātitatem sunt ducti vt calor
eoꝝ naturalis extinctioni vicinetur: corpora eorum quasi se-
niorum: medicinam nō suscipiūt. Sufficit qđ de sola siccita-
te disputauimꝰ. Ponamꝰ ḡ ac si frigiditas cū ea misceatur
vnde opꝫ ⁊ calida supiora misceri diete fm frigiditatis quāti
tatem existētia. i. plus mellis in lacte miscēdum: ⁊ cibaria: ce
teraqꝫ calefactiua: ⁊ vinū forte ⁊ calefactiuum: ⁊ calidū facia
mus ⁊ cataplasmemus stomachū cum oleo nardino: mastici
no: opobalsamo: si necesse est: qđcūqꝫ horum vis cū cera mi
sces: si opꝫ morari in stomacho: ⁊ cataplasmetur cū spica ⁊
mastice. Caueas etiā dare medicinā calefactiuā in dissolutio-
nem habētem: sed da que stipticitatem habeat: dissolutiua
em̄ ⁊ poros aperit: ⁊ corpus desiccat. multū etiam stipticum
incōueniēs est. Scire ꝙ te opꝫ hāc malam cōplexionem. i. fri
gidam ⁊ siccā ceteris ad curādum deteriorem esse. frigidita
te vero augmētante ⁊ calefactio augeatur. Mel vo frigidaꝫ
in stomacho cōplexionem habentibus ꝯueniēs est cibus: ca
lidis vero multū nociuus. Si necesse est stomachus cum ca
lefactionibus sicut pice ⁊ similibꝰ cataplasmetur: q̄ bis in die
stomacho apponātur: ⁊ priusꝙ̄ sint infrigidata leuētur: q: si
morata fuerint vel multis apponātur vicibꝰ: plus de loco il
lo dissoluūt ꝙ̄ ab eo sibi attrahant. Qđ nostro intētioni con
trarium. Nam ⁊ opꝫ nos qualitatem sui caloris custodire: ⁊
quātitatiue eū augmētare: faciēdum tamen est vt calor natu
ralis ⁊ nō extraneus calor augmētetur: qđ fiat cū cibis ⁊ po-
tibus ppue cuꝫ vino: qđ in hoc loco vtilissimū est: ⁊ cū aliis
temperatis calefactiuis iuxta stomachū ⁊ ventrem: sicut est
puer moderate carnis calorisqꝫ tēpati. Multi vero in sua sa-
nitate caniculas stomacho applicant: intētio quoꝝ est in con
fortanda sui digestione ꝓpter augmētandū calorem natura
leꝫ. Sed studiū habeas ne puer sudet. Si em̄ sudauerit plus
refrigerat ꝙ̄ calefaciat. Calefactiones vero in hoc loco non
sunt vtiles. siccum em̄ desiccat: ⁊ humidum dissoluit: ⁊ poros
aperit. Silr ponamus quod sit cum hac siccitate non multi
caloris: cui primū hec facienda sunt: mel tamen auferamꝰ: ⁊
studeamus cū vino vt sit aquosum: ⁊ cibaria in hyeme tem-
pera ⁊ in estate īfrigida. vētreꝫ stipticis oleis cataplasmemꝰ
vel epithimemus: sicut cū faceleon: coctaleon: calorem q̄deꝫ
augmētantes vinū misceant ⁊ frigidum dent: nō tamen cum
nimia frigiditate. Narramus de quodā malam cōplexioneꝫ
stomachi patiente: qui fortuitu cum vtili medicamine cura-
tus est. ⁊ de alio quē Ga. curauit. bonū enim est vt in hoc lo
co ad dandā auctoritatem dicatur. quem Gal. testatur qua-
draginta annoꝝ esse: ⁊ corporis in carne mediocris magnaꝫ
habebat sitim: ⁊ aquam frigidā desiderabat: ⁊ omnia calida
odio habebat: ⁊ vt pusillum aque frigide haberet sitibunde
rogitabat medicos: queꝫ eo amplius quo rogabat: prohibe
bāt: ⁊ cibꝰ quē suscipiebat nō nisi tribus vel quattuor horis
in stomacho manebat. Nam vinum susceptū surgens inui-
tus euomebat: vnde cōsumptus ac desiccatus est. ⁊ quanto
cum stiptico medicauerūt medicamine nihil pficui fecerunt.
Tandem sitim amplius ferre nō valēs sumpsit aquā frigidā
ad suum bibēs arbitrium: magis tamen ꝙ̄ semel bibere de
beret. vnde statim sitis extincta est ⁊ magis vomuit ꝙ̄ cōede
rat: ⁊ cōturbato eius aīo cepit rigorem frigitudinū habere:
quare se cooperuit: sꝫ operimētum prius ferre nequiuerat: ⁊
in illa nocte perturbato ventre: fecit egestionem moderati li
quoris: ⁊ sitis eius mitigata: ⁊ penitus ablata est. Mane ve
ro melioris caloris ⁊ vtilioris habitudinis. Medici auteꝫ vt
balneū ingrederetur pceperūt: quo postea comedēte solito
melius cibus digestus est. Conquestus est inde eo ꝙ diffici-
le inglutiebat. vnde medici putauerūt meri lesum ex vomi-
tu sibi inassueto: dicētes eū ꝓpter accidēs cito dissoluēduꝫ
Cūqꝫ viderent illud morari: intellexerunt stomachū ex aqua
frigida esse infrigidatum. vnde sanus fuit de illa mala cōple-
xione: ⁊ inde mala meri olfacta sunt. Alter vero malā in sto-
macho cōplexionem sicut iste videbat: non tm̄ adeo fuit desic
catus ⁊ ꝯsumptus. vn̄ aīaduersus sum stomachū nō festinā
ter debere refrigerari: ne in passionē alterius caderet. primū
ergo cū cataplasmatibꝰ frigidis stomachū cataplasmaui vt
tentarē quantū frigitudinis ferre valeret: ⁊ an absqꝫ nocu-
mēto potū aque frigide sustinere posset. Ille aūt alter in vi-
ta sua cū defectione meri permāsit: cūqꝫ cataplasmaui. Arsu

venis existentē laxatiuo purgari. Nam hoc non attrahūtur nisi ea que sunt extra venas. Rursus si arbitrat̄ calorē debere refrigerari: cū rebꝰ frigidis oppilatio augmentat̄: vñ fit causa plenitudinē augmentādi ꝓpter oppssionē sumptorum se adinuicē in interioribus corporis conculcantiū: propter hoc consiliū horum insipientiū ne auscultes: neqꝫ credas diebꝰ trāsactis: sed phlebotomia succurre: etsi post decimum vel septimū diē ad eū veneris: sed tñ cū signa febris ⁊ virtutem nature permanere cōprehēderis: deinde incipe que agēda sunt opportune agere. Et si in quodā tempore coactus nequeas curare cum phlebotomia: cū aqua frigida cura eum: eius tamen viscera ne sibi noceat: studiose ꝑquire ⁊ metire quantū fiat inde nocumentū. Si autem non noceat ⁊ eger assuetus ea in sanitate fuerat: audacter eam tribue: nocumētū etiā etsi paruum faciat: liberare eñ a morte contēpto nocumento non inutile est. Et si nocumentū multum ⁊ insuccurribile ex ea gñatur: sicut si perdat̄ epatis virtus: vel stomachi: dimittat̄ ⁊ ꝯuertere ad aperiēdos poros ⁊ purgāda sunt abūdātia: si studeas dare ea q̄ frigidiora sunt. Nocumentū autem aque frigide quo non expedit membrū debile est: q: prohibet humores dissolui ⁊ subtiliari ⁊ apostema maturari ⁊ dissolui: propter hoc si febres sint ꝓpter malos humores vel apostemata: non solūmodo sicut sunt permanebunt sed diu morant̄ ad se subtiliandos: maturandos: purgandos. Aqua eñ non purgat eos: sed cruditatē augmētat: ꝗuis cum bibatur: quiddā quietis et refrigerij eger patiatur. Nāqꝫ causa febris ⁊ apostematis non solum permanet: sed etiam augmētata a digestione remota est. Necessarium est iterum vt aqua illa incendat̄ ⁊ calefiat: cum frigiditas eius non stet ante fortitudinē: vnde necessario febris cōfortatur ⁊ induratur magis ꝙ si fit ꝓpter oppilationē quā in poris et vijs fecit et conclusionem rerum dissoluendarū: quocirca fit diuturna febris. Hoc est vnum ex nocumētis frigidorum. Aliquando etiam virtutem quorūdam membroꝝ magnam in corpore actionē habentiū defectat: si ea debilia inuenerit siue ex generatiōe: seu in illo tēpore vnde penitus actionē ab illis amputat. Vidi autem in quibusdā aquā frigidam adeo nocere intantū vt non possent glutienda gluttire: nisi cum magna angustia ⁊ duricia. Alijs vº in stomacho vnde non valuerūt digerere: nōnullis in ore stomachi ⁊ quibusdam in epate: alijs in colon: atqꝫ alijs in diaphragmate: alijs in pulmone: alijs etiā in renibus ⁊ vesica: ceterisqꝫ mēbris vnde priuata eorum actio defecta est. Quibusdā citissime anhelitū generauit ⁊ spasmū ⁊ tremorē in neruis. Quare dico: q: qui hoc audiūt formidant aquam frigidā febricitantibus dare: sed qui viderunt me sepissime eam febricitātibꝰ dare: eosqꝫ a timore ⁊ suspectione mortis liberare: nequaꝙ eam expauescunt: et qui scit qualiter dari debeat non timet eam. Illis ergo non oportet dari qui quedam mēbra habēt debilia: et in quibusdā nobiliū membrorū apostemata: siue calida siue mollia siue dura: ⁊ qui oppilationē habēt aut humores crudos ⁊ putrefactos. Sed tamē si digestionis significatio appareat apostemate absente da aquam frigidā: maxime si quedā membra non habeāt frigida vnde suspicētur actionē eorum defectionē esse passurā. Neqꝫ nocet herisipilato apostemati si purū sine alterius cōmixtione sit: sed etiā curatio eius est: q: hoc apostema nō est necesse maturari sꝫ refrigerari. Et si cum herisipila aliud apostema calidū est ne des aquam frigidā: nisi post eius maturitatē. Cum febris est sine putredine: da eam sine timore inquisitis superioribus. Si autem cum putredine ne des eam: nisi priusꝙ coctionis signuꝫ apparuerit: etiam etsi parum ostensum fuerit intrepidus eam da: q: tunc fundamenta membrorū confortātur: ⁊ humores qui subtiliores sunt expellūt̄ ex vijs ⁊ poris. Cōsidera etiam eis nociturā non esse qui in sanitate ea assueuerant: neqꝫ eis nocuerat. Si eñ eam biberint: neqꝫ multū caloris habuerint: ⁊ mēbra eoruꝫ tunc refrigerata nō fuerint: quanto magis ea cum febre incensa est non refrigerabit: q: iste calor frigiditati aque repugnat ⁊ ꝓhibet quin ad substātiam fundamentorū membroꝝ penetret: sicut cum sani fuerant: penetrauerat. ꝓpterea aqua frigida in corporibus carnosis ⁊ sanguinolētis bona est: q: fumus ⁊ calor in illis corporibus abundāter sunt. In corporibus q̄ paupera sunt de carne ⁊ sanguine: frigitudo aque vsqꝫ in fundamenta membroruꝫ cito penetrat: neqꝫ priusꝙ illuc veniat est aliquid qđ eā penetraturā prohibeat. ꝓpter hoc ethicis ⁊ phthysicis nō dāda est aqua frigidissima sicut acute febriētibꝰ: neqꝫ in quātitate: neqꝫ in qualitate: q: corpora eorum macilēta ⁊ paupera sanguine sunt. Acute autem .i. sinoche febri vtilior curatio duplex est .i. phlebotomia ⁊ aqua frigida: sed tamen phlebotomia in omni tempore iuuatiua est si virtus tolerabilis est. Aqua vº frigida ex rebus quas diximus inuestigetur. Quia nō debemus eam dare in putredine nisi priusꝙ signuꝫ decoctiōis apparet, eodē modo in apostematibꝰ. Caueamꝰ etiā defectionē mēbrorū: neqꝫ detur cum febris in vltimitate .i. summitate caloris est: phlebotomia iterū in saturitate suspēdenda est donec cibi digerant̄. Et si eger aliquā habeat purgationē sicut menstrua vel emorroydas expectāda est: donec videamus vtrum sufficiat nostre intētioni: quibus sufficiētibus naturā suam cōplere actionē dimittamus. Si autē nō sufficiant cum artificio medicine suppleamus qđ minus est. Rursus oportet ante phlebotomiā inuestigari aerē corpora ⁊ etatem: q: calidū tempus ⁊ humidis ⁊ raris corporibꝰ ⁊ senioribꝰ ⁊ quibus sepe in ore stomachi cholera generat̄: ⁊ qui cito fastidiūt ⁊ vomūt ac deficiunt velociter cōtraria est phlebotomia. contrarijs vº cōueniēs. Dicimus eñ adhuc de nocumēto frigide aque: aliquādo dare frigidā aquam in acutis febribus vnde febris statim extinguit̄: iuuat. Sed tñ non opꝫ vt ab infirmo amputet̄. Nam ꝑmanet indurata et pigra effecta vsqꝫ ad .xl. dies ⁊ vltra morat̄. ꝓhibet aquā etiā fluxus sanguinis per nares ⁊ sudor: que natura vt egrederentur ꝑpetrauit. Ideoqꝫ cū hec natura cooperāte ad exeūdum preparata videris: nequaꝙ frigidā aquam des: ne propter humoꝝ occasionē crisis impedita remoueat̄: ⁊ sanitas nequaꝙ nisi cum occulta dissolutiōe in longo tēpore veniat. Et si nulla ex his significatōibꝰ apparet bonū est dari aquā frigidā: q: nihil peccati inde eueniet: nisi q: febris pigra efficitur: longisqꝫ diebus morat̄: magnū etiā peccatū facimus si eam non dederimus: q: non sumus certi vt natura bonam crisim faciat. Nāqꝫ vltra vel nonū vel .xj. in multis: hoc modo febricitantibꝰ aquā dedi frigidam: vnde febris eoꝝ extincta est quodāmodo: sed tñ pigra effecta: non oīno cessata est durans vsqꝫ ad .xl. dies. Vidi eñ hoc eis esse vtilius ꝙ dimittere eos in illa molestia ⁊ timore. Significatio eñ eius cōmixta ⁊ dubia erat. ¶ Litigatio vº que est inter medicos de virtute ꝙ significatiōes curandi non ostēdit: sophisticis ꝑtinet. veritas tamen hec est. Nam aliqñ non est necessariū vt virtutem infirmi perpendamus: sicut in ephimeris fieri nō est necesse: ⁊ aliquādo necessarium vt inuestigetur: q: sine ea nihil proficui facimus: sicut cum incipimus multuꝫ euacuare: vel complexionē mutare: q: curatio qua morbi expelluntur: non est vite animalis regitiua vel custoditiua substātialiter sꝫ accidētaliter: qm̄ euacuatio etsi morbos excludat: tñ si in vltimitate fuerit: virtus deficiet: et animal aut peribit aut in magnā pessimitatē deueniet. Similiter ⁊ medicina que cōplexiōis est mutatiua: vnde in hoc loco magnuꝫ necessitatis est adiutoriū vt inuestigetur virtus. Iterū aliquando nimia euacuatio neqꝫ nocet: neqꝫ virtutē defectat: etsi infirmo defectio sicut in hac febre diximus contingit. Est interdū defectio que fit ex phlebotomia: siue in talibus locis fit incessabilis permanet: et aliquando ex nimia sanguinis detractiōe frigiditas toti accidit corpi filō: hydropisis mollicia. Et vniuersaliter dico euacuationē: etsi multū sit necessaria: nō debere fieri vbi virtus deficiet: vt verbi gratia: si accidit febris putrida cum virtute defecta: dico necessariū esse vt curetur febris cum purgatione illorum humorū putrefactoruꝫ. Sed tñ non audemus fortem pharmaciā dare: vel phlebotomo succurrere: si virtus defecta est. Oportet ḡ taliter fieri vt tolerabilis sit. ⁊ magna sit intentio tua in mutāda complexione. Et aliquando oportet nos confortare virtutē cum rebꝰ morbo nocentibus: et ꝯfortata virtute siue ad purgandos illos humores putridos cōuertamur: vel ad mutādā cōplexionē vñ opꝫ medicū esse studiosum vigilantē ⁊ ꝯstantē: cū viderit significatiōes ꝯtrarias ⁊ oppositas: porro minutio sanguis mag

ceteris minutionibꝰ virtuti defectionẽ impẽdit. vñ non opꝫ minui: nisi cũ multus est in quãtitate: ⁊ malus in qualitate. Multũ in quãtitate: si oportune minuamus: nõ gñat molestiam. malum in qualitate paulatim minui oportet: ⁊ in loco eiꝰ gñari bonũ. Et aliqñ in sanguinis detractiõe necesse est vt a suo loco aliói mutet̃: ꝓide opꝫ quãtitatẽ morbi ⁊ virtutem inuestigari: q: si est necessitas vt multũ extrahatur ⁊ virtus defecta sit: non semel sed paulatim in multis detractionibus minuetur. Si autẽ fortis: semel ⁊ multus extrahẽdus est. Ita oportet in curando perpendi significationes ex cõsuetudine: etate: cõplexiõe: tẽpore. Uerbi gratia. Quia in sua sanitate solitus erat aquam bibere frigidã: neqꝫ ei nocebat: securi sumus ꝙ ei nõ noceat cũ febrẽ habuerit. Et pueri q: humidi corporis sunt: ⁊ res humide in parte sunt dissolutiue: non debes eos velut alias etates habẽtes purgare: similiter humide cõplexionis existẽtes intelligimꝰ. Aer iterum cum calidus est de corporibus multã dissoluit quantitatem non oportet vt tunc euacuemus. Eodẽ modo intelligendum est de regione.

¶ Decima particula.

Quando causa ethice ⁊ ephimere ipsis existentibus abest: necesse solũ morbũ curemus. In putridis vo q: ipsis permanẽtibus occasio eorum permanet: oportet occasionẽ. i. putredinẽ expelli ⁊ cõplexionẽ mutari. Et si rem aliquã inuenimus qua cõplexio mutetur: ⁊ febris extinguat̃ ⁊ putredo minuatur: festinãter eam operemur. Si autẽ aliud est qd̃ febrem extiguat ⁊ putredinẽ augmẽtet: aut qd̃ putredinẽ minuat ⁊ calorẽ febris augeat: oportet nos constãter inuestigare: ⁊ qd̃ vtilius est operari operemur: q: si ea que febrem extinguũt dederimus: ⁊ materiã minuere: que causa sue incensionis est: neglexerimꝰ: febris tunc extinguet̃: sed postea cũ incẽsiõe reuertit̃: ⁊ aliqñ maior ꝙ fuerat. etiã hmõi. ordo est causa sue longinquitatis ⁊ suspectionis perituri infirmi. Et si in putredine minuẽda studiũ impenderimus: ⁊ extinguenda febri minime: nõ omni febri expediet. Et si aliqñ febris adeo fortis est vt infirmus pereat nisi citissime ⁊ fortissime febri extinguẽde occurramus: quantomagis ergo confortamus eam ⁊ augmẽtamus eam cum rebus calefactiuis? Quocirca hmõi ordo nõ expedit: nisi illi febri que est nõ tante violentie vt pereat infirmus in illo tempore cum putredinem minuere satagimus. Ideo oportet nos studiose curare qd̃ magis necessariũ est ex vtrisqꝫ: neqꝫ iõ aliud curare negligamus: q: plurime inuenimꝰ causam incensionis febris fortiorem: vnde magis necessariũ est vt tollatur: ⁊ raro febrem reperimus in seipsam tantã habere violentiã vt timeamus egrum esse periturũ: nisi fortissime ⁊ velocissime ei vt extinguatur occurramus. Sed cũ hoc fuerit necessitas nos compulit vt eam mitigemus: deinde putredinẽ decrescamus: propterea opꝫ te intelligere significatiões magnitudinis febris ⁊ quãtitatis putredinis ⁊ v̾tutis: et his expertis virtutem custodi: deinde illa vtraqꝫ curare satage: ⁊ cõpara virtutis quantitatẽ ad magnitudinẽ febris: ⁊ ad tempus putredinis: que si cõueniũt festinãter: qd̃ faciendũ est vtiliter fac. Si autem in his aliquid cõtrarij esse videris: succurre ad faciendum qd̃ magis necessariũ est. Alia tñ ne p̃termittas: q: plurimum has sicut diximus significationes inuenimus nobis cãm incẽsionis febris expellendã ostẽdẽtes: ⁊ cãm virtutis custoditiuã ⁊ confortatiuã magis eẽ necessariã. Uñ debes hec rationabiliter perpẽdere: quia si virtutẽ ꝑmanere videris cum putredo minuta est natura eijciet eã. Et si defecta non sustineat euacuationẽ humorũ vel abstinẽtiã cibi: seu alia similia putredinẽ expellentia: primũ confortet̃: deinde ad putredinẽ expellendã cõuertere. Ergo si febris tante magnitunis est vt secum multa ⁊ pessima habeat accidẽtia: prius ad eam mitigandã studeamus: deinde ad id qd̃ necessariũ est. Porro ephimerarum febriũ quedã sunt: in quibꝰ qd̃ solitũ est dissolui inseparabiliter latitat: ⁊ quedã cum quibus constãt plurime: et nonnulle e quibus raro sunt. Ille vero quibus dissoluenda inseparabiliter sunt: fiunt ex lauacro aluminoso ⁊ ceteris stipticis aquis vel frigidissimis aut conclusione pororum. He vero cum quibus plurime consistunt: fiunt ex assiduitate solis. Cetere vo cũ quibus dissoluenda raro existunt: fiunt ex ira: tristicia: vigilia: saturitate ⁊ in inguine apostemate. Sed omnibus his febribꝰ dissolutio ⁊ pororũ apertio conuenit. He etiam omnes nõ nisi in spacio. xxiiij. horarum permanẽt: neqꝫ hoc tempus transierint: nisi cum error in dieta est: aut cum tempus frigidissimũ: aut cum cataplasmata vel epithimata in exterioribus corporis applicantur. Cessatio quoqꝫ earum vel ñt cum sudore: vel cum alia aliqua dissolutione: et sentit eger suam cessationẽ. Delicati etiam ⁊ nobiles transacta hac febre: balneũ ingrediunt̃ ⁊ vngunt̃: deinde comedũt ⁊ dietam seruant. Uulgi vo absqꝫ balneatione ⁊ vnctiõe comedũt. Palam ergo intelligimus ephimeram febrem cessare: cuius causa. i. calor solis cessata est. Est ⁊ alia cuius occasio cum ea permanet: sicut viarũ conclusio q̃ duobꝰ modis ẽ: aut ꝓpter oppilationẽ: aut ꝓpter ꝯclusionẽ. Cõclusio vo aliqñ est ꝓpter siccitatẽ: sicut aq̃ vel aeris frigidissimi: aliquãdo ꝓpter stipticitatẽ sicut aluminosarũ aquarum: et aliquãdo propter multitudinẽ humorum vel eorum viscositatẽ. Que autem propter humorũ multitudinẽ est vtilis ⁊ laudabilis: eius curatio phlebotomia erit. Que vo propter humorũ viscositatẽ: cura incidítiua: attenuatiua ⁊ mundatiua curetur. Inuestigare etiam virtutẽ in ephimera febre non multũ necesse est: in ea que multorũ dierum est virtutem perpendere necessariũ est: maxime si prolixa est: vnde si virtus permaneat ne dimittas quin purges in febribꝰ que paucorum dierũ. Si autem cõtraria. idest defecta fuerit: cõuertere ad purgationẽ ſm eius defectionẽ: raro etiam virtutem in prima vel secunda die defectam inuenimus. Et si sic fuerit: non est propter aliud: nisi propter malam cõplexionẽ infirmi vel etatem sicut seniũ ⁊ pueritiã. Aliquando accidit infirmo nimius labor ꝓpter deambulationẽ per solem: angustiam: vigilias: ieiuniũ. Cui si omia coadunata fuerint: et vespere illius diei priusqꝫ eger comedat febricitauerit: et in ea nocte vigilauerit: neqꝫ propter febrẽ comederit: virtꝰ eius necessario dissoluet̃: maxime si calidissima est: et eger in sanitate macer erat: vnde hanc similitudinẽ que Gal. contingit tibi ostendam. Quidam iuuenis. xxv. annorũ macilentus: lacertosus calidissime ⁊ siccissime nature existens: quoddã castellũ egressus est: ⁊ quadã coactus legatione ad ciuitatem quandã abijt. vnde per totũ diẽ laborando fessus est: postea balneatꝰ cenauit. In nocte vo ꝓpter legatiõis cogitationẽ que sibi data fuerat: vigilauit: et mane facto velociter per siccum iter ⁊ calidum solem ambulauit. Ingrediens autẽ vrbem quandam vidit ⁊ inde animus eius quieuit. Tunc ire volẽs ad balneũ per locum palestre transiuit: ⁊ quendã magnum laborẽ ludere cepit: postea autem transeũdo quosdã certantes separauit. Quare venit in alium laborẽ ⁊ exercitiũ ⁊ propter garrulitatis et ire motionẽ nimis fessus est. Rediens autem ad mansionẽ nimiũ eius corpus desiccatũ ⁊ fatigatum est ⁊ angustia captus: vnde bibit aquam: aqua ebibita: augmentata est angustia: donec vomendo eam reddidit. Qui cum se taliter sentiret propter timorem ⁊ suspectionem febris ne ei veniret manducare noluit. In lecto ergo se prostrauit in illius diei vespere: febrem habens per totam noctem vigilauit propter febrem. Mane autem cepit dormire vsqꝫ ad mediuꝫ diem: vt vigilias quas in nocte passus est restauraret: neqꝫ expergefactus est. Tunc quidã ex illis medicis ad eum venere qui dicunt non debere febricitantibus victum dare: nisi post tertium diem. Cui dixerunt: in hac hora non est bonum tibi ad comedendũ: nos autem vespere videbimus. Uespere autem redeuntes febrem declinare viderunt: neqꝫ horam cibãdi opportunam aspexerũt. Sed quidã ex illis volens ei victum dare ab illis increpatus est: dicebãt enĩ si febris esset omnino ablata: bonum esset vt comederet: sed febre adhuc existente comedere molestum: quem dimitẽtes altero die. idest tertio summo mane venerũt: neqꝫ ei licentiam comedendi dederunt: expectabãt enĩ horam tertiane: quia erat in fine diei. At in illa hora Ga. ad eum veniẽs: sicut Hippo. in pronosti. dicit: illuꝫ repperit habentẽ nares acutas: oculos concauos: tẽpora plana ⁊ cetera. Uñ certissime notũ est ei ꝙ i ethicã ⁊ post i phthysim vẽturꝰ eẽt: nisi ꝯfestiꝫ cibũ acciperet: festinanter ꝗ sibi viscosum ius tritici tribuit.

Accessione autem incipiente manus et pedes infrigidari cō
cepit: adeo diu morabatur ad calefaciendū: pulsum etiam
paruū defectū: vñ arbitratus est eū esse periturū: nisi ab eo
cibaref. In quarto quidē die mane ꝛ sero illū cibauit: ꝛ co-
gnouit virtutē eius paulatim excitari et corpus humefieri:
q: figura eius prius erat siccissima quasi siccum coriū. Cūq
in quinta die febris: sicut prius fuerat cōspexisset: misit in il
lo iure grana malorūgrana. Iste em̄ cibus his infirmis bo-
nus: q: stomacho eoꝝ multa cholera dominaf: ꝛ malagranā
eum cōfortant ꝛ cholerā extinguūt: ꝛ prohibent ne cibus in
stomacho ꝯuertaf in fumositatē vel in acetositatē: ꝛ vt nō
natet in ore stomachi. Mala em̄ gra. in his oībus valēt. Cō
tinent etiā ꝛ in stomacho illud quoad paulatim digestū erit.
Ptisanū quoq cum malisgrana. mixtū his bonū est. Acces-
sio iterum in quīta die eodē modo venit: ꝛ cibauit illū in. vj.
ꝛ vij. sitr ꝛ accessio in. vij. sitr venit. Tunc ḡ noluit errorē me-
dicorum vulgi notificare egro quin mādūcaret ꝓhibentiū.
Quintā febrē molestā accipiētes sacebāt egrum ad illū diem
esse venturū: nisi in tertio die Ga. illum cibaret. Illi simili-
ter dicebāt Ga. nō bene fecisse: eo ꝙ febre nondū mitigata
eum cibasset. Nam ga. noluit eū tradere sed liberare ꝛ medi
cos illos vituperare. Cūq ante accessionē eum vnaquaq die
cibasset: ꝛ ex pulsu aliquid fortitudinis etsi debilis erat: sen
sisset: nequiuit garrulitatē eoꝝ ampli⁹ ferre. Dixit ergo fa
milie infirmi. Scito certissime ꝙ iste hodie non viueret nisi ꝑ
dietā meam: quā ꝛ hi garruli vituperant. Tūc in illo die nō
dedit victum ꝛ expectās quousq accessio trāsiret. Incipien
te autem accessione cessauit pulsus ꝛ eger deficiēs: nō loque
batur neq sentiebat eū quo tangebaf. Tunc Gal. clamauit
familiā ꝛ medicos illos: famuli illi pre dolore tumultuose su
per illos irati sunt. Sed gal. cōfisus ꝙ ex eo qđ fecerat eger
non moreref: nihil timoris habuit. Illi autē cognito suo er-
rore fugere volebāt: quos gal. vi tenebat: ꝛ clamando dice
re cepit. Modo apparet ille qui huius vitā vsq modo custo
diuit: ꝛ liberabo eum a morte: securus em̄ erat gal. ꝙ ipse ex
ista accessione ꝛ abstinētia non moreref: eo ꝙ hacten⁹ eū nu
trierat. Itē q: senserat per pulsum aliquātulā virtutē: neq
cibum ꝓpter aliud: sed ad eoꝝ vituperiū prohibuerat: etsi
eger aliquā passus est molestationē: dixit quoq ad eos: mo
do vos intelligere oportet non solū ante accessionē febricitā
tibus cibū dari: sed etiā in accessiōe. Deinde igiť egri os ape
ruit: mittens in illud ptisanū: post mediā autē horam vinum
subtilissimū album aque mixtū. vnde eger suos aperuit ocu
los ꝛ cepit videre: audire: ꝛ loqui: ꝛ scire eos qui vndiq sta
bant: ante em̄ velut mortuus fuerat: postea vō dedit ei panē
infusum in vino: vnde tota vis cōuersa est. Tunc ergo cōuer
sus ad suā primā dietam: cibans eum ante accessionē. Qua-
re decima tertia die facili⁹ eger accessionē sustinuit. In. xiiij.
die autē dedit ei cibū prima hora diei: ꝛ in octaua balneauit
eum: dedit ei grossius nutrimentū. Initium em̄ accessionis
in fine diei venturū erat ꝛ tribuit ei vinū ꝛ seruauit hāc die
tam vsq in. xiij. diem. Cūq alleuiari feb. cepisset eum velut
ab egritudine conualescentē dieta custodiuit: vnde per eum
multi castigati sunt: ꝛ didicerūt debere dari febricitantib⁹:
non solum ante accessionē: sed etiā in accessione. Quinetiam
notū sit q: his quorū cōplexio calida ꝛ sicca est: nihil magis
est vtilius ꝙ ante accessionē eos cibari. Qđ experimēto ꝛ ra
tione testificaf. Experimēto: q: palā est hmōi corpora febre
corrūpi si duob⁹ diebus abstinentiā habuerint. Ratiōe: q:
aer nos circūdans: ꝛ interior calor quotidie qđ subtilius est
dissoluit. propter hoc refectio nobis necessaria magis fuit:
ergo q: hec dissolutio semper est cōtinua: si quantum dissol
uitur refectione non restauraf: non sanguinis neq ceteroꝝ
humorū massa in sua manebit qualitate: sed mutatur ꝛ com
buritur: sicut in rebus coquinādis aspicimus. Nam si in co
ctione morantur: ꝛ aque adiutorio indigent: generaf ab eis
caprinosus fumus ꝛ pūgitiuus. Unde hi humores et fumi
pungitiui si circa exteriora ad lacertos veniunt: rigores fa-
ciunt: ꝛ ꝓpter rigorē pori corrugati claudūtur: quare dissol-
uenda dissolui prohibet: ꝛ in exterioribus ea conculcat: que
q: calida ꝛ acuta sunt: febrē generant. Quibus ergo si labor
ꝛ angustia ꝛ similia coniunganf febris augmētatur. Quib⁹
iterum si abstinentia cibi eis adiuncta fuerit: deterior fit. Ex
quid dicā: etiā sola abstinentia in calidis ꝛ siccis cholerā ge-
nerari. Qui dum aliquid cōmoti fuerint exercendū necessa-
rio: et illi humores cholerici ꝛ acuti fumosi circa exteriora cō
moueantur. Unde si motus est grandis: necessario tremor
generatur. si autem non: rigorē facit: ꝛ sm̄ horum humorū
multitudinē sueq qualitatis malignitatis: ac eorum motio
nem circa exteriora et acumen sensuum corporis ꝛ virtutis
qualitatē ꝛ acumen sensuum causam esse maximi tremoris.
Uerbi gratia. Si quis calide ꝛ sicce cōplexionis sensum ha-
bens acutum in corpore: acumē em̄ sensus magis ceteris est
causa maximi tremoris: ꝛ macer in cuius stomacho cōsueta
cholera generaf: a cibo se abstineat: ꝛ vigiliā ꝛ angustiā pa-
tiatur ꝛ longū iter ambulat. Dico ergo corpus istius pertur
bari ꝛ rigorē ꝛ febrem generari: nisi ad cibuȝ sumendū festi
natus fuerit presertim si diuturnā egritudinē passus est et
egressus. Ideoq multos huic similes inueni: qui dum rigo
rem pati ceperunt: suaq accidentia mihi narrauerunt: eos
festinanter cibaui cum pane in vino mixto: vnde statim per-
turbatione ꝛ rigore quietis non febrem inciderūt: neq eas
ad suam māsionē ire permisi: sed in hospitio quo sibi obuia
ui: eos introduxi. Quibusdā etiam rigorem ꝛ tremorē habē
tibus victum tribui: ꝛ febrem ab eis pepuli: ꝛ quāto citius
eos cibaui: tantominus ad febrē ducti sunt. In quibus ob-
seruandis si medici negligentiā habuerint: cessante rigore ꝛ
tremore quendā patientur calorem: qui non est dignus vt fe
bris nominetur. Et si postꝙ rigor inceperit. ij. hore fuerint
cibum eis in illa hora affer: scias eos ad febrem non mole-
stam esse venturos: citoq cum aliquanta corporis infusione
amputabitur. Et cum videris eum mox balnea ꝛ balneato
secundo da ei cibum. Qđ si non veneris ad eum nisi rigore
cessante: ꝛ febre incipiente: nō oportet eos in illa hora ciba
re: sed cum febris declinare ceperit: neq expectes quousq
febris transeat: quia ab his corporibus non auferetur nisi
prius vel cum cibis vel cum balneis humecta fuerint. Nihil
iterum calidis ꝛ siccis cōplexionibus est nocibilius ꝙ absti-
nentia: siue ipse cōplexiones substantialiter vel accidentali-
ter fiat propter aeris scȝ calorem: laborem ꝛ similia: proinde
qui huius suspectionis sunt: festinanter cibum sumāt: et q:
plurimi de hac febre in ethicam cum putrida mixtā incidūt:
in adiutoriū bonum est vt eis aquam frigidā demus: mode
rate tamen: hi em̄ non multā aque frigide quātitatem susti-
nent sicut qui peracutam patiunf: sed moderate ante cibuȝ
ꝛ post cibum: q: membra eorum cōsumpta ꝛ desiccata sunt:
vnde nequaꝙ sicut ꝛ illi frigidā sustinēt. Taliter sunt etiam
illi vt nihil aliud sit eis vtile: nisi aqua frigida. Quidam iuue
nis calidam ꝛ siccam habens complexionē in febre peracuta
in summa estate ꝓpter iram vexatus est: ꝛ in accessiōe aquā
frigidam pondere. xviij. vnciarū bibit: ꝛ ebibita statim cho-
leram rubeam vomuit: postea vō egestionē similem habuit:
deinde comedit: ꝛ aquam frigidā potauit: ꝛ sanus fact⁹ est.
Sed tunc aque frigide potus vtilissimus est cum febris natu
ra penitus certissime nota est: qđ multi medicorū ignorant.
Dant em̄ infirmis aquam frigidam: qui ducti sunt in ethicā
phthysim ignorati qui vnde iuuare putāt inde nocēt nimiū.
His em̄ non oportet sicut eis aquam frigidā dari: sed sicut
diximus et sicut cibus est maxime iuuatiuus in toleranda
vel tollenda febri ab his corporibus sicut est nocumentum
eis qui febrem de plenitudine oppilatiōe: apostemate ꝛ hu
morum putredine. Si em̄ quibusdam horum non debemus
cibum dare febre declinante: quantomagis ergo ea incipiē-
te non audemus eum dare. Illos vero in omni cibare hora
bonum est: maxime febre declinante. Sed quosdam de ple-
nitudine: oppilatione et similibus febricitantes: comedere
prohibui: quorum quibusdā non victum reddidi nisi post se
ptimum diē ptisanū: sed hoc feci q: arbitratus fui in illa die
crisim esse venturā ꝛ morbū declinaturū. vnde oportet te stu
dium habere in dando ꝛ prohibendo cibū sm̄ spaciū status
morbi ꝛ virtutē infirmi. Si em̄ scies virtutē vsq ad statum
sufficere: ne nutrias infirmum. Et si vides aliquod subsi-
dium in regenda virtute vsq ad statum fore necessarium:
sufficit mellicratū vel hydrozaccara. Et si maius adiutoriū

necessariū sit: da ptisanā. Si virtus vō intolerabilis fuerit: ⁊ arbitratus es eā ante statū deficere: ciba eū cum febris de¬clinata est: nisi calide ⁊ sicce cōplexionis fuerit quā diximus. His em̄ debemus ante accessionem ⁊ in accessione cibum da¬re: quia virtus eoꝝ defecta est. Impossibile est em̄ illis fe¬bricitantibꝰ ipsoꝝ virtutē fortē permanere: porro hoꝝ febri¬citantiū quicūꝗ apostema in nobilibꝰ mēbris habuerit neces¬sario morient. Multotiēs em̄ hoc habētibꝰ mortē nūciaui: neꝗ deceptꝰ sum: maxime qbꝰ apostema in pulmone: vł dia¬phragmate: vel pelliculis costaꝝ: aut in stomacho vel epate. Nam si in his mēbris fuerint: fortes et sani peribūt: quāto magis imbecilles ⁊ infirmi: neꝗ vllā spem: nisi cum virtutū fortitudine habere potuerint. Et virtus hoꝝ calidā ⁊ siccā cōplexionē habentiū in peracuta feb. necessario defecta est: vnde ꝓpter febrē necesse est nutriri: ⁊ ꝓpter apostema ne¬quaꝙ. Quocirca necesse est vel cibū demus ꝓpter feb. quin virtus deficiat: aut ꝓpter apostema eū ꝓhibeamꝰ. Ideoꝗ necesse est vel virtutē deficere dimittamus ⁊ cibū nō demꝰ: aut apostema augmētemus cū cibis ne virtꝰ deficiat. Con¬uertamur ergo ad disputandū de his complexionē calidā ⁊ siccā habētibus: ⁊ in hac febre quibꝰ apostema in visceribus est: ⁊ qualiter ꝓpter iperitos medicos pereūt ⁊ in phthysim cadunt. Dico autē quibꝰ est virtꝰ defecta: ⁊ sunt huiꝰ cōple¬xionis: ⁊ ꝙ illoꝝ medicoꝝ p̄ceptū secuti tribꝰ diebꝰ a victu se abstinēt: pereūt. Sed si virtus est adeo tolerabilis vt pos¬sit diebus tribꝰ abstinentiā ferre: in ethicā incidēt: q: primꝰ cibus quē ei offerūt est in. iiij. ⁊ post in. vj. ⁊ vnaquaꝗ tertia. Cataplasmāt quoꝗ stomachū ⁊ viscera eoꝝ si apostemata habēt cū cataplasmate panis ⁊ mellis: vnde vētre eoꝝ de¬siccato ⁊ ꝯsumpto ad ethicā necessario ducunt. Quoꝝ curā postea ostendā. Nunc autē dico cū febres in hac cōplexione quā diximus cū nimia siccitate acciderit: ⁊ causa febris fue¬rit labor: aut vigilia: aut fames: vel solis aliusve aeris calor: ⁊ figura eoꝝ marcescit ⁊ desiccat ⁊ facies fit acuta et febris calidissima ⁊ ignea est: egrū scias ad ethicā fore apparatū: maxime in estate ⁊ calida ⁊ sicca regione: vñ oportet te festi¬nanter eum nutrire cū ptisano scꝫ iuribus ⁊ pane ⁊ potibus aque frigide: hec em̄ salutifera sunt ei: sed tm̄ si nec aposte¬ma nec putredinē habuerint. Si vō apostema vel putredinē habuerint: oportet te silere: quiescere ⁊ nimiū studiū habe¬re. Quibusdā autē apostematicoꝝ aquam frigidā dedi: cum arbitratus sum melius esse vt apostema augmentarē ꝙ in ethicā eos ducere. Qr si putas nocumentū aque frigide ma¬ximum esse: in illo scꝫ apostemate ꝓpter loci nobilitatē: aut illa putredine ꝓpter suam molestiā ⁊ quantitatē: caue ne eā dare presumas. Sufficit em̄ qđ super eoꝝ ventrē ponimus: in illo videlicet in quo maiorē calorē ponimus: siue sit in sto¬macho siue in epate vł in pectore. Balneū autē ⁊ scintille fe¬bribus sine apostemate existentibꝰ sit: non tamen istis vtile est: q: febris ex apostemate necessario putrida ē. Dico ergo breuissime causam febriū in his cōplexionibus sine putredi¬ne existentiū. Uniuersaliter refrigerandū est ⁊ humefacien¬dum corpus interius ⁊ exterius: potus sit aqua frigida: cibi refrigeratiui. aer ⁊ cataplasmata frigida ⁊ hūefactiua fiāt: balneū in tepida aqua. In pauco quoꝗ tēpore corpus refri¬gerare possumus: cum rebus fortem actionē cū actiua quali¬tate facientibus: cum fortes fuerint molestū inde est: hume¬ctatio vō etsi in longo tēpore: sit nimis molesta. Aer autem si tēperatus est necesse eum amplius tēperari. Si vō calidus est frigidus locus ⁊ spaciosus ⁊ septētrioni oppositus eliga¬tur: et caueamus ne ibi ventus ingrediat: sed cum flabello magno aer moueatur: ⁊ studeamus vt sint fontes vel aque. Sin autē sepe aqua frigidissima illic fundatur: ⁊ in pauimē¬to frigide frondes sternant: sicut rose: salices: extremitates vitis ⁊ similia. Si autē aer ibi frigidus est vtilis est olfactu: q: nimium cordis refrigerat calorē: sed non oportet infirmū ab eo tangi: ne constipet eū et incensiuos fumos egredi ꝓhi¬beat. Itē q: ex poris non venit frigiditas ad cor sicut ex pul¬mone. vnde oportet egrū vt cooperias: ⁊ a frigido aere de¬fendas: ⁊ solūmodo eum cum olfactu frigidū aerem attrahe¬re dimittas. Huiꝰmōi em̄ ordo ethicā febrē habentibus vtilis est: maxie ei cui febris causa cordis fuerat. frigiditas vō q̄ est propter flatum cito ad cor ducitur: sicut vtilius citiusꝗ refri¬geratur stomachus si in initiū ethice ab eo extitit: cum cata¬plasmatibus ⁊ cibis ⁊ potibus: quia hec cito sicut sunt ad sto¬machum veniūt. ad cor vō tarde et postꝙ cōuersa sunt. Aer similiter sicut est cum flamine velociter ad cor attrahit. Epa¬ti vō non valet olfactio aeris ⁊ iuuamē ei ex frigido ⁊ potu minus ꝙ stomacho ꝯtingit: sed tm̄ non multū minimū. Cata¬plasmata vō vtrosꝗ equaliter iuuant: porro si ethica pluri¬me fit ꝓpter passionē horum membroꝝ. i. cordis: stomachi ⁊ oris eiꝰ: ⁊ aliqñ ex mala cōplexione calida ⁊ sicca in pulmo¬ne: sed tamē hoc membrū q: est humidū ⁊ tenerū: non sunt parati vt fortiter febricitēt. Nōnunꝙ etiā ethica ⁊ phthysis sequitur de mala cōplexione pectoris: meseraice: intestini ie¬iuni: colō: matricū: de diaphragmate vō nūꝙ phthysim vidi fieri. Ethicā autem cōse qui passionē diaphragmatis multo¬tiens aspexi: et cōpleta ⁊ perfecta fuit: vidi etiā ea multotiēs perire quosdā priusꝙ perficeret. Quia si nimiū calorem dia¬phragma patit: sequitur anhelitus et alienatio: vnde perit eger priusꝙ ethica sit perfecta. Sciētia vō huius febris si de diaphragmate fuerit: facilior est q: significatio est apta. Nā pulsus durissimus: furcula circa superiora multuꝫ mouetur anhelitꝰ inordinate induraf: nūc paruissimꝰ nūc spississimus nunc magnus ⁊ rarus: nunc tardus ⁊ orthomosus: et aliqñ hec aerē vna attractiōe attrahunt: ⁊ aliqñ hec aerē emittūt: aliqñ totū pectus vna cum spatulis ⁊ diaphragmate seorsuꝫ eleuatur: et interdū flatus eoꝝ est paruissimus ⁊ aliqñ ma¬ximus: qđ fit cum alienationē patiunt sicut dictū est in libro de anhelitu titulato. Sꝫ plurime aer valet phthysim ꝓpter cor patientibus: oībus etiā phthysicis febribꝰ. Impossibile est iterum phthysim corde non febricitante gñari: vñ aeris frigiditas ad cor: q: velociter penetrat: magnū ei prestat iu¬uamen. Qr si hec passio fuerit ꝓpter pulmonē: frigidus aer magis cūctis mēbris iuuatiuus. Cataplasmatū vō oportet te intelligere quedā que sine stipticitate multa refrigerent. Si em̄ multū fuerint stiptica: non solū corpus desiccant: sed frigiditas eorum vsꝗ ad corpis interiora penetrat. Nā pe¬netrat ⁊ coadunat superficiē cutis ⁊ carnem. Meliora vō eli¬gantur: que ⁊ frigida sine stipticitate sint: ⁊ subtilē substan¬tiam: frigidissima tm̄ cū subtili substātia iuenire nō possumꝰ. Nāꝗ etsi subtilius sit oībus etiā frigidissimis rebus quas ego scio: nō est vere frigidū. Nā quiddā caloris cū eo mixtū est ⁊ corpus desiccat: etsi visualiter humidū appareat ꝓinde non oportet in hūc locū soluꝫ apponi in quo frigidū ⁊ humi¬dum necessariū. Sed cum eo frigide aque tm̄ decet misceri: quā vna vice bibi poterit. At qm̄ frigidissimas res ⁊ subtilis¬simas inuenire non possumus: de hoꝝ gñe que meliora sunt eligimus q̄ in libro simplicis medicine iuenies scripta. Nos etiam his pauca nominabimꝰ: hec est medicina que refrige¬rat ⁊ humefacit: cera scꝫ pumica ⁊ oleū rosatū: ⁊ liquefacta in vase in aq̄ ca. ponat. Olei vō pōdera tria pumice. iiij. cere. j. q̄ in mortario nimiū moueant ⁊ quanto agitata fuerint: tāto ex aqua frigidissima rorent: et si parum aceti subtilissimi et clarissimi cum eis misceas bonū est: que corpori apposita cū tepefieri ceperit: eleuent ⁊ alia frigidissima apponant: que sepe sepiusꝗ frigidissima inducātur ne calefiant. Aut accipe subtilissimū ordei pollinē: que cū succo herbe acetose: aut cū succo oxinos aut porphire aut solatri miscebis: deinde in li¬neo panno spisso ⁊ duplicato posita corpori inducat. Simili¬ter faciendū est cum succo sempuiue: aut cū succo vue agre¬stis: aut lentis aque aut tribulorū: aut virge pastoris: vel la¬ctuce: vel endiuie. Hec omnia cum farina ordei aut ipsa so¬la apponant: neꝗ super totum ventrem sed vbi incensio est applicentur. Loca em̄ refrigeratiōe non indigentia nō opor¬tet refrigerari: neꝗ ea quousꝗ necessaria esse videris: qđ nequaꝙ facere poteris: nisi cum in loco quo necessaria sunt ea posueris. Timendū em̄ est ne ipsa in loco quo expediunt applicata: alia generēt accidentia. Uidi em̄ quosdam frigi¬da sub diaphragmate ponere vnde cito in anhelitum ducti sunt ⁊ aliꝗ in tussim: sed causa ablata liberati: et ad suam na¬turam ꝯuersi sunt. At quoniā balneum vna de phthysicoꝝ curatio est: opꝫ nos de eo disputare: sm̄ ꝙ ipsis et ceteris febricitantibus pertinet. Balneū autem iuuat febricitātes

accidentalite

accidētaliter: q: poros corporis aperit: ⁊ capnosos fumos dissoluit ⁊ excludit: corpusq; propter infusionē aque calide frigide precedētis humefacit. Et aliquādo quoq; rigor quibusdam accidit: si nō fuerit in tēpore opportuno: illis videlicet in quibus multi ⁊ acuti humores sunt: ⁊ cutis et caro cōstipata. Nam hi si balneant: aut ex sole calefiunt: aut veloci motione mouent: aut fricant: rigorem patiunt. Qui calor motionis eorū hūores liquefacit: eosq; circa exteriora sicut diximus cōmouet: q: oino propter sui abundantiā dissolui nō possunt: vnde necessario rigor generat. Eis vō quibus pauci ex his humoribus sunt: ⁊ cutis ⁊ exteriora corporis cito infundunt rigorē: nō habebūt. Sed tñ balneū eos iuuat ⁊ quidā vituperāt: q: nō optime sicut expedit: studiū habēt circa balneū infirmorū. Gal. q: balneū que diximus operat id est humores liquefacit eosq; circa exteriora cōmouet: nō oportet febricitātē febre inchoāte vel augmētāte: vel añ statū existēte in balneū introduci: q: cutis in his tēporib⁹ subcutanea etiā caro clausa est. Quorū tunc humores liquefacti ⁊ nō purgati pessimā molestationē faciunt: post declinationem vero balneum febricitātes sicut diximus iuuat. Aptior etiā significatio qua tibi ostendat: an febris putrida sit: hec est: Cum eos. s. balneū ingredientes rigorē vel frigdorē pati videris. Qui cum illi humores liquefiūt: ⁊ circa exteriora veniūt: ⁊ lacerti ibi existentes sunt sensibilissimi: pūctiouem ⁊ rigorē generant: si humores multe quantitatis sunt. Nā si pauci sunt cū balneo finiunt: vnde eorū actio certis febribus validissima est. Similiter raritas corporis ⁊ dilatatio pororū: liquefactio vō humorꝫ ⁊ olfactio calidi aeris: omnibus febricitātibus nocitiua sunt q: febri est refrigeratio necessaria. Iterū si apostema in corpore fuerit: currūt ad illud humores vnde sua extensio augmentabitur. Rursus si plenitudo sit in corpore nocitiuū est: q: calefactiōe balnei illi humores liq̄fiūt ⁊ subtiliant. Quocirca spaciosior locus eis fit necessarius. vnde extensio augmentatur ⁊ suspiciosi fiūt ne vena crepetur. Gal. quia corpora que diximus calida ⁊ sicca sꝫ balneū iuuat: q: purgat illos hūores: neq; curat de eorꝫ liquefactione: si apostema nō habent: calefactio eius nō nocet: sed prodest: q: illi humores purgātur: ⁊ q̄uis qd calidū est fit nocitiuū: nō tamen tantā caloris quantitatē habet vt eis noceat: q: accidentalis ⁊ nō stabilis est: penitus aufert illis balneū egredientib⁹: ⁊ cū aqua frigida madefactis. vnde hec est prima pars actionis balnei in qua modus morādi in ea obseruandus est. Scd̄a vō. i. in fontē mergere: vel cū aq̄ calida rorefacere. his corporibus prodest ꝓpter hūiditatē quā eis p̄stat. Sed quibusdā ꝓpter calefactionē nocet. etiā in quo licet magis q̄ in aereo calore morādū sit. Calor tñ accidentalis est ⁊ nō stabilis: sicut calor cibariorū ⁊ medicinarū. Tertia pars. i. in aquā frigi. descendere: vel erea infundere istos iuuat: q: oia eorꝫ mēbra que balneo calefacta sunt refrigerat: virtutē cōfortat: mēbra propter balneū mollificata: ⁊ tenerificata indurat: ⁊ ad suā naturā cōuertit. Testificatur hoc ex eo qd in his videmus fieri in balneo si fm q̄ opꝫ fiat. Sudāt em̄ eorū corpora postq̄ aquā frigidā egrediunt: ⁊ illi humores acuti ⁊ capnosi purgant: cutisq; ⁊ caro in suā naturalē cōuertunt teneritatē: ⁊ asperitas ⁊ siccitas cessant neq; solūmodo calorem ex balneo ortū: verū etiā calorē prius acquisitū refrigerat. Possum⁹ quecūq; de balneo diximus: q̄ sint vera certificare. verbi gratia. Quidā per estiuū solem ⁊ calidissimū ambulauit: quousq; lingua ⁊ gula ei adeo fuerint desiccata: vt loqui nō valeret. Is vō si balneabit: ⁊ postea aqua frigida infundat: cito ad suā naturalē qualitatē cōuertet: ⁊ calor sitis ⁊ angustia que passus fuerat: cessabunt. Qd nisi fecerit: aut cōfestim febricitabit: aut in illa angustia ⁊ molestatiōe ꝑmanebit: nisi cū multo frigidissime aque potu extincta fuerint. Multi etiā iuuenū hmōi patiētes: et in aquā frigidā ingredientes euasi sunt: marie fortes carnosi ⁊ assueti lauacro aq̄ frigide. Vulgi etiā ⁊ castellani q̄ nō habēt balnea: plurime postea in fluminib⁹ lauant. Natura em̄ eorū talia desiderāte in his lauari cogunt. Nos q̄ si naturā febriū scire certissime potuissem⁹: febricitātes in aquam frigidā: neq; de balneo curātes mitterem⁹: neq; dubito q̄ lauacrū aq̄ frigi. q̄busdā febricitātib⁹ fit cōueniēs. Sꝫ tñ ne marimus aliqñ cōtigeret inde error: ea marie i phthysi ⁊ i ethica cauem⁹: hi em̄ parū carnis hñt piguedinis aūt nihil. Quib⁹ aquā frigidā ingredientib⁹ si mēbrorꝫ fundamēta filia. s. vñ nobilis actio fit: penetrauerit: nō securi sumus quin ea refrigeret: ⁊ actio eorū vel pereat vel minuat. ¶ Sꝫ tñ dico si iuuenis carnosus in estiuo tpe febricitauerit: ⁊ febre augmentante aquā frigidā intrauerit ⁊ natauerit: scio q: egrediente eo ⁊ corpus sudare ⁊ febris detrimentū sui habere incipiet presertim si in sui sanitate lauacro aq̄ frigide assuet⁹ fuerit verūtamē si eius viscera apostemate libera sint: hi q̄ppe securiter in ea lauari possunt. Illi vō q̄ sunt ethici ex mala cōplexione calida ⁊ sicca: marie q̄ ad phthysim sunt venturi: lauacrum aq̄ frigide nō precedēte calido molestum est: ꝓpter hoc q̄ longe ⁊ in estiuo tpe adeo ambulant vt virt⁹ deficiat corpusq; eorꝫ desiccetur: quib⁹ natura calida est nō frigida macilēti nō opꝫ in aquā frigidā: nisi calida precesserit mittātur. quia calor balnei ⁊ mēbra calefacit: ⁊ ea vt aquā frigidā sustineāt optime ꝑparat. Exercitia fiūt q̄dē i stomacho etiā fortiter operant. Calorē em̄ suscitant naturalē ⁊ circa exteriora eū cōmouent vt aqua frigida: ne interius penetrās pncipalib⁹ mēbris vel quibusdā viscerib⁹ noceat resistit. Utile est em̄ vt non subito: sed frigiditate sua mutata: ad hoc paulatim ingrediat. Rursus opꝫ te scire q̄ balneum nihil proficit ethicis: sed nocumētū p̄stat: nisi priusq̄ i frigidā mittātur: his em̄ nihil aliud nisi refrigerare ⁊ humefacere corpora eorꝫ necessariū est. Quib⁹ vero necesse est vt humores vel fumi de suis corporibus dissoluant: ex calore balnei iuuantur quapropter valet ephimerā habētib⁹: q: de corporibus eorū cām ephimere ericit. Quorū febris quidem de putredine est: min⁹ valet. Nō em̄ humores eorꝫ omnino cū balneo purgantur. Ethicos vero quia nō opꝫ purgari nec calefieri: calor balnei nocet eis. Nam augmētat in eis calorem ⁊ siccitatem: nisi post balneū aqua frigida infundat: ⁊ q̄uis nō sumus securi quin aqua cū sua frigiditate eorum actioni noceat: opꝫ tamē hanc medicinam si opportune operata fuerit nequaquā ꝓhibere. Et si absq; aqua frigida eos refrigerare possumus ⁊ humefacere: agēdum est sicq; vtilissime. Sed tñ quia oia refrigeratiua ꝓpter carniū suarū paruitatē mēbrorūq; nuditatē eis noceret: nō possum⁹ aliud facere quin cū aqua frigida: etiā si molestū est: eos curem⁹. Quod em̄ ad suam salutē non nisi vnā viā habuit: velit nolit etsi mala est per eā transiet. porro precedēs balnei calefactio non multū nimiū frigiditatis aque parū minuit. Possum⁹ etiā nocumētū ab aqua frigida illatū restaurare cū calefactionib⁹ totius corporis: vel quorūdā membrorꝫ: quib⁹ frigiditas oblata est aq̄ frigide: ⁊ cū hmōi quin ad phthysim deueniāt eos regere valemus. Nec suspectio molestie aque frigide: vel suspectio molestie phthysis timēda ē: h̄ ē em̄ curabilis. nāq; sicut etas senilis. Nāq; si possibile eēt phthysim curari: possibile esset vtiq; humores custodiri vt ad senium deuenirent. Opꝫ nos q̄festināter ethicos refrigerare ⁊ hūefacere priusq̄ ad phthysim veniāt. q: postq̄ phthysim īciderint nequaq̄ eos curamus. Nā etsi possum⁹ eos refrigerare siccitas tñ consumit eos: sicut videmus senes seniū consumere: neq; aliquid aliud phthysicis impēdere valeam⁹: nisi cū hūefactiuis vitā eorū elongare. Que quoq; passio ꝓlongata ⁊ augmentata veniūt ad talem molestiā vt eis humectatio amplius nō ꝓficiat. Quocirca opꝫ nos ingeniare vt vitā eorū vel mensem vel dies aliquot augere valeam⁹. Dietem⁹. s. eos velut cōualescētes. Nāq; quidā iuuenis in ethicā incidit: quē velut cōualescentes dieta custodiui virtutē. s. confortaui: ⁊ corpus eius humectaui: ⁊ spatio plurimorꝫ annorꝫ extitit. Que medicina est descripta in septia particula de frigidis ⁊ siccis cōplexionibus. i. parua in calefactione: ⁊ multa in humectatione. Seniores iterū eodē modo regēdi sunt. hmōi fiat balnei operatio in ethica passione. In putrida vō febre balnea operare cū magno studio ⁊ cautela in cōueniēti tēpore ⁊ qualitate: sicut diximus ⁊ dicturi sum⁹. i. si putride febricitantes post balneum in aquā frigidā mittantur: nequaq̄ eis nocet. Sed tamen potius eis importuna est de quorum corporib⁹ multos humores dissolui cōuenit: hos etiam in balnei aere diutius morari decet: ⁊ postea ex aqua tepida corpora eorꝫ

morari: deinde cũ minus tepida. Ethicos vo necesse est post balneũ cum aqua frigida madefieri subito. Non em ex balneo aliud eis iuuamẽ: nisi ꝓpter aquam frigidã in ethicis eueniũ: hmõi est: q̃ videlicet rigorẽ ⁊ molestationem ꝓpter aquã frigidã patiunt. Cauent etiã curam: q: corpora eorum nõ quantũ oportet calefacta fuerint. Iterũ aliquando cum ethica putrida est mixta febri: aut apostema est in visceribꝰ vnde nocet eis balneũ. Quidam ergo qm̃ videt his esse noci bile timent alijs quibus opportunum est preparare. Sz melius si rationabiliter inuestiganda inuestigarẽt: ⁊ indagatis omnibus que apostemata essent: facerent. Tũc autẽ ethicũ existẽtẽ: vel ad phthysim venire incipiẽtẽ in balneũ introduc sine timore: postq̃ certissime denotaueris febrem putridam non esse ei mixtam: vel in visceribus apostema habere: ⁊ caue ne in itinere balnei fatiget. hoc em̃ si fuerit nocibilissimũ erit. destructio etiã iuuaminis a balneo generat. Oportet ĝ portari cũ lecto vsq ad primã mãsiunculã balnei: in qua si calorẽ sufficientẽ esse videris expolietur: sin autẽ in scdã. secũda balnei mansio sit temperata vt quanto calidior est prima tanto minus calida sit tertia. Qui cum spoliatus in secunda fuerit infundatur: cũ tepido oleo: ⁊ in tertia mansione fons aque calide preparetur. Qui dũ in tertia vel scdã morat' fuerit: in fontem descendat. Necesse est quandoq balneũ nec vltra nec minus q̃ oportet esse calidũ: ⁊ assidue in pauimento aqua calida fumũ calidũ ⁊ humidum generatura fundat. Porro a scdã ad tertiam in linteo ferat. similiter in fonte deponat: neq super eũ aquã fundere velis sz cũ linteo in fontẽ vsq ad collũ deponatur: neq super caput eius aquã distilles: sed similiter cũ linteo bis vel ter in fontẽ mergat: deinde similiter in aqua frigida moretur: sed statim ponatur ⁊ lauetur. Postea tergas eũ cũ vetustissimo pãno ⁊ mollissimo ⁊ cũ linteo ad lectũ ducat. Rursus exiccetur: atq cum oleo nõ actualiter frigido vngat: deinde induat: ⁊ cum lecto ad suã mansionẽ portet. Sed opz mansionẽ balneo esse ꝓpinquissimã: sz in quo decet eos balneare. Nutrimenta vero eorũ necesse est esse frigida ⁊ hũida: aut tẽperata sicut ptisanũ humida iura mũdum panẽ cũ aqua infusum. Hec etiam non oportet esse actualiter frigidissima: neq frigida cito in stomacho: ⁊ calefiunt ⁊ transeunt. Cibus vo q: in stomacho moratur: nõ sumus securi quin vltra modũ si frigidissimus est: refrigeret. Et si hec febris fuerit diuturnior: da lac asininũ: ⁊ caue ne in stomacho coaguletur: offer illud em̃ paulatim: ⁊ quibusdã interuallis horarũ: ⁊ misce cũ eis parũ mellis ⁊ salis vt nõ coaguleĩ. Et si in vicẽ mellis hydrozuccarũ despumatũ miscuer: melius erit. In hac febre oportet ⁊ mel ⁊ omnia dulcia ꝓhiberi: q: cito in cholericos humores conuertunt. vnde febris eorũ necessario in calore siccitate ⁊ acumine augmentetur: ⁊ da in prima die lactis cãnas. i. lac asininũ: id est nũc: ⁊ asina adeo sit ei propinquissima: vt mingẽdi ⁊ bibendi spaciũ sit paruissimũ: datoq lacte pulsum perq re ⁊ metire eũ an velut antea fuerat. Et si maiorẽ ⁊ fortiorẽ videris eũ esse: scias lac in stomacho nõ esse corruptũ. vnde si vides q̃ iterũ lac dari oporteat: da mediam prioris addẽs quantitatẽ: deinde modũ adeo augmẽta velut virtus sustinere poterit: qd adaugendum est donec pulsus post lac fortior apparuerit. ostendit em̃ lac bene: digestũ. Sed si pulsus velut angustiã in stomacho habentiũ fuerit: intellige corruptũ esse. Quorũ etiã dieta in. vij. particula non modice noiaui. Cura etiã ethicorũ similis est cure siccã in stomacho complexionẽ habentiũ. Sed tñ ethicis frigidiora sunt necessaria ꝓpter multitudinẽ caloris viscez: ⁊ necesse est magis inuestigari eorũ dietã ꝓpter defectionẽ virtutis: eorz cũ fortioribus ergo decet eos curari: nec etiã securi sumus vt vis eorz permaneat. Rursus ethici vt diximus qui ad phthysim labi incipiunt: hoc modo curandi sunt. Qui vero ad phthysim non oportet eos in linteo ad balneũ duci: possunt em̃ pedibus ire. Sustinẽt etiã morari in aqua calida ⁊ in infusiõe aq̃ frigide. Neq enim necesse est multũ esse frigidã: sed mediocriter: q: virtꝰ eorz nõdũ defecta est. Qui vo ad phthysim venire incipiũt: nullũ errorẽ vel negligentiã ferre possunt: q: passio eorz molestissima est: ⁊ siccitas ⁊ consumptio carnem transeunt: ⁊ ducta est ad fundamenta mẽbrorz: etiã vsq ad pelliculas ⁊ chordas ⁊ ligamenta ⁊ neruos ⁊ ossa. Si enim in sola carne fuisset: possibile esset vt restauraret. In his vo existẽs minime restaurat: vnde necessario cito moriunt: aut illã cõsummationẽ q̃ d: senij incidũt. Oẽs enim febricitãtes i. ethicos ⁊ phthysicos: ⁊ eos q̃ cõsummati appellatur: cõsumptio corporis sequit. Sz tñ ethicũ ⁊ phthysicũ cũ occulta porositas. dissolutiõe dissoluunt. Qd vo in cõsumptiua febre dissoluit cũ egestione exit: vnde oportet cum videris in acutis febribus hanc purgationẽ esse: aut sicut oleũ: vel sicut eruginẽ: scias q̃ caro ⁊ pinguedo liquefiũt. Quare nisi mors ꝓpter virtutis defectionẽ: aut medicorz errorẽ festinauerit: necessario ad phthysim veniũt: q: donec pinguedo et caro in corpore eorz abũdauerint: acumine febris liquefiũt. Quibus consumptis febris ad siccióra liquefacienda cõuertet: sicut lacertosam carnẽ: vnde nõ multũ de hac fluit quantitas: sicut videmus de salita carne ⁊ ceteris carnibus macilentis ⁊ siccis: nõ tantũ pinguedinis fluere: vt de recentibꝰ ⁊ nõ salitis. Oportet ĝ festinãter his febricitantibus aquã frigidã dare: ⁊ omia refrigeratiua: frigida em̃ magis q̃ hũida necessaria sunt: q: partẽ hũiditatis sue adhuc aliquãtam habent. Caue etiã ne his mellicrate dare presumas.

Undecima particula.

Volo lucide in hac particula curationẽ febrium ex putredine existentiũ dicere: quarũ quidẽ febriũ: quia putredo humorũ est occasio: necesse est vt putredinẽ excludamꝰ: quatenus occasio febris auferat: deinde eiusdẽ occasionis reliquias: vt eger sue reddat sanitati: auferamus opz: putredo aũt cum illorũ humorũ putridorum expulsiõe expellit: aut cũ eorũ coaptatione: aut cũ vtroq. Reliquas vero mutãdo suas complexiones curamus: quantitate mutationis cõplexionũ infirmi cõplexione preuisa. Illã ex ea quãtitas oppositionis sicut diximus accipienda est. Necesse est enim corpa naturaliter calida ⁊ sicca in hoz cõuersiõe esse. Ideoq ex ea significationes curatiõis perpẽdimus: etiam ex subsequẽtibus eã: sicut aere: etate: virtute: cõsuetudine: ⁊ ceteris in alio loco nominatis. At quoniã virtutẽ oportet nos ⁊ custodire ⁊ augmẽtare: q: cõueniens ⁊ necessariũ est: queadmodũ decet nos morbũ minuere ⁊ destruere: q: incõueniens et cõtrarius est: cã cuius virtutis spũs est ex fumis calidis ⁊ hũidis ⁊ acceptabilibus ꝓcedẽs ꝑsertim ex fumo tẽperati sanguinis ⁊ substãtia etiã fundamentorz. Virtutis enim constãtia ex his duobus fiut. Spiritus vero visua permanet qualitate cũ anhelitu ⁊ pororũ aspiratiõe. Illã si hec aspiratio minuat spũs mutat: ⁊ calidior efficitur. Et si vltra q̃ oportet dissoluat corpꝰ deficit: vñ ĝ opz fm suã naturalẽ qualitatẽ cũ opportuna aspiratione ⁊ dissolutiõe custodiri: fundamenta vo membrorz in sua naturali qualitate custodiuntur: si cũ cõgruis cibarijs nutriũtur. verbi gratia. Caro enim cibarijs inter mollitiẽ ⁊ duritẽ mediocribus: pellicule vero ⁊ chorde cum durioribus. Similiter diuersorz membrorum fundamenta custodiri debere intelligimus vt nutrimẽta solis sint mẽbris nutriẽdis ⁊ cõfirmãdis similia: ⁊ si complexio eorũ sit temperata: vel nõ temperati corporis: nõ em̃ oportet cõplexionẽ eorz ad morbũ: sed ad sanitatẽ mutari. Intẽtio etiã nostra in infirmis: nõ est aliđ nisi vt ꝯuertamꝰ eos ad qd antea fuerãt. Sanos vero si ad melius possumus ducere bonum est. Sed hoc non est morbũ malũ expellere: sed mutare sanitatẽ ad meliorẽ: vñ cũ significatiões tue conueniẽtes fuerint: maneant. Cũ vo diuerse: vtiliores inuestiga. Porro putredo: aut ẽ in toto corpe sicut putredo sanguinis q̃ est in oĩbus venis corporis: aut in magnis ⁊ nobilibus sicut inguinũ ⁊ alarũ: aut in vno mẽbro cũ calidũ apostema est in eo: aut cũ mala cõplexio ⁊ calida in eo in calore: sicut fons caloris. Sed incipiendũ est de putredine in toto corpore existẽte: q: vtilius. Dico ĝ febrẽ putredinis esse cõtinuã: ⁊ donec putredo est permansurã. putredo quidẽ semp est in hũidis rebus maxime calidis cũ dissolutiõe caruerint: sicut videmus fieri in sorditie: cũ pars partẽ cõculcauerit: aut cuz minuit ab eaz natura ⁊ ꝓpria cõplexione solens sibi attrahere ⁊ 𝔷ria expellere. Cuiꝰ cõplexiõis mutatio: aut fit ꝓpter aspiratiõis detrimẽtũ: vel aeris mutationẽ: vel ꝓpter cibũ:

vel motũ: vel ꝓpter alia similia: vñ decet te curã putredinis inuestigare: an sit ꝓpter poroꝝ angustiã ex frigiditate ⁊ siccitate angustiatoꝝ: ⁊ dilata eos cũ mollitie ⁊ calefactiõe. Si aũt ꝓpter oppilationẽ: aperiant̃. Si vͦ propter humorum multitudinẽ: minuas eos. Si vͦ ꝓpter grossitiẽ ⁊ viscositatẽ attenuent̃. Et si cã cõposita est: medicinam ſm cõpositionẽ cause cõpone. simili modo si sanguis fuerit: ⁊ viscositas humoꝝ angustia ⁊ oppilatio corporis: primũ phlebotomo succurrimus: deinde hũores attenuamus: ⁊ postea poros aperimus ⁊ dilatamus ſm ordinem medicine. Sʒ ante oĩa virtus inqrẽda est. Que si sit fortis: ⁊ expedit purgari: intrepidus purga. Si aũt defecta fuerit: aut nequaꝙ̃ purges: aut modicũ: quod virtus ferre valeat: aut prius virtus confortetur: deinde purganda purgent̃. Dietã similiter ex virtute perpendimus. Nã si virtus fortis fuerit: ⁊ statꝰ morbi propinquissimꝰ est: aut penitus auferemus cibũ: aut tenuẽ ſm ꝙ videmus offerimus. Si aũt virtus defecta fuerit: quantitatiue velut videbimus dietã augmentabimus. Qualitatẽ etiã cibi ex specie morbi intelligimus. Necesse est enĩ morbo esse oppositũ. frigidissimũ si febris calidissima est: et subtiliatiuũ si ꝓpter oppilationẽ est. Tẽpꝰ aũt cibãdi: q: h̃ febris cõtinua est: oʒ eligi ſm ꝙ infirmo cõsuetũ in sanitate fuerat: aut cũ febrẽ mitigari aliquãtulũ videmꝰ: aquã frigidã nõ oportet quidẽ dari in illa quantitate que febris calorẽ extinguere valeat: nisi signo decoctiõis apparente: priꝰ vͦ dãda est veluti diete sufficiat. Et sicut carne: ⁊ pĩguedine intrĩsecus putrefactis qꝺ putridum est incidũt: reliquũ vͦ ne putresiat ad frigidũ aerẽ suspẽdũt: Similiter oportet nos intrinsecus facere: vt purgemus cõuenienter qꝺ putrefactũ est siue cum egestione: vel vomitu: vel sudore: vel vrina: ⁊ similibus. Qꝺ aũt purgare nõ possumus: coaptemus illud cũ refrigeratione quã impendere valemus: cũ cibis videlicet ⁊ potibus et temperato flamine. Sʒ ex purgãtibus eligenda sunt que febrẽ nõ augmentãt: ⁊ expellẽda expellant ꝑ illa loca: de quibus citius fluũt. Si fluũt ad stomachũ: ꝑ vomitũ expellant̃ Si aũt ad stomachũ nõ veniãt: vomitum nequaꝙ̃ ꝓuoces. Que febrẽ nõ augmẽtãt: sed extinguũt ptisanũ ⁊ oxizaccara sunt. Que aũt nõ multũ calefaciũt: est succus apij mellicratũ albũ. s. ⁊ subtile ⁊ nõ de cocto melle factũ. hec enĩ vẽtrẽ soluũt ⁊ vrinã ꝓuocant. Et si nõ soluitur vẽter clystere coaptamus cũ mellicrate ⁊ oleo. Si aũt calor febris sit fortis ponimꝰ in vice mellicrati hydrozaccarã. Opʒ etiã nõ apiri poros aũ purgationẽ: neqꝫ cũ rebus calidis aperiant̃: sed cũ tepidis sicut cameleon. Ego quoqꝫ dico: si in hac hora vinum aquosum egro donet̃: nõ multũ ei nocet in febre: sed mouet materiã: vt cũ vrina ⁊ sudore ⁊ egestiõe egrediat̃. Eodẽ modo intelligimus de temperata aqua. Nã nõ multũ auget calorẽ: sʒ occultã dissolutionẽ dissolui adiuuat. Et si febris ẽ acutissima vinũ: balneũ: epithimata derelinquant̃: ⁊ ad aquã frigidam conuertant̃: q: magnũ adiutoriũ ad acumẽ febris extinguẽdũ prestat: sed tñ nõ valet ad purgandũ putredinem cũ vrina: sudore: egestione: vñ opʒ nos qꝺ magis necessariũ est eligi. Porro inuestigatio ⁊ oppositionũ significationes curatiõis ꝑpendimꝰ q̃ subtilissima est: q: opʒ nos inuestigare magnitudinẽ febris: quantitatẽ putredinis: ⁊ curã eius: ⁊ quantitatẽ virtutis: maxime q: curatio febricitãtiũ potius iuuat accidentaliter: vnde oportet vt nos inuestiganda subtiliter inuestigemus: ⁊ cauenda caueamus. Rursus decet te scire putredinẽ in viuo corꝑe nõ esse velut in mortuo. In viuo enĩ corpore natura existit putredinẽ ad melius cõmouẽs. Quare nõ est necesse totã putredinẽ auferri: vt in exteriori carne facimus: virtus enĩ indigestionis actione cõfortata quicqd de putredine remãsit optime coaptat: ꝓpter hec febricitantes ⁊ nõ oportet balneari: nec eos purgare: nec vrinã prouocare: nec epithimare nisi priusꝙ̃ signũ decoctiõis apparuerit.

Idcirco decet virtutẽ digestiuã esse fortẽ: quia in hoc loco confortatio cerebri ⁊ cordis nõ est adeo velut epatis necessaria: ⁊ sic decet oĩa fortia esse Quocirca si oĩa fortia sunt: ⁊ initium decoctiõis appareat: febrisqꝫ sit acutissima: da aquã frigidã sine dubio si senior vel decrepitꝰ nõ fuerit. Impossibile ẽ enĩ decrepitũ fortẽ inuenire. Et si cũ forti virtute carnosum corpus inuenimus ⁊ calor ⁊ siccitas sint in aere in aquã frigidã eger mittat̃. Vidi enĩ sicut dixi quosdã in aqua frigida h̃ mõ se ꝓijcere: quorũ egredientiũ quidã sudabant: alij vomebãt alij cholerice assellabãt. Et si hec nõ fuerint acuta: neqꝫ virtus fortis: ⁊ signũ coctiõis appareat: balneũ ⁊ vinũ ⁊ epithima vtilia sunt: maxime si aer frigidus est. hos etiã nõ oportet in aquã frigidã descẽdere: sufficit enĩ ꝙ ab aere desiccantur. Si aũt febris maxima est: ⁊ aer frigidissimꝰ: neqꝫ aeris frigiditas egro refrigerando fuerit: sed nimia estuatione incendit̃: esto desperatus: maxime virtute defecta ⁊ signo coctionis nõdũ apparẽte. Multi enĩ stultoꝝ in his nõ cõuenientibꝰ temporibꝰ fecerũt: q̃ vidẽtes nihil ꝓficui facere sibimet incredibiles apparent. Qui dũ nullũ posse ꝓficuũ impendere vident̃: oĩno eoꝝ medicina non recipit̃. Sʒ tñ iterũ dico aquã frigidã: sicut Hippo. dixit cõtrarijs cõtraria curationẽ febriũ esse: nisi eis q̃ diximus ꝓhibeatur: humorũ. s. putredine: vel eorum viscositate: virtutis defectione: ⁊ similibus. Sin aũt ordina medicinã ſm ꝙ vtiliꝰ tibi videt̃: ⁊ elige ex purgatiuis ⁊ rarificatiuis ea q̃ minus calefaciunt: balneũ quoqꝫ est vnũ ex illis q̃ nõ multũ calefaciũt: ⁊ calefactio eius nõ est stabilis. Moneo iterũ vt studeas cõfortando virtutẽ quatenus materiã superet ⁊ digerat: vniuersaliter quoqꝫ iubeo refrigerare: q̃ calefacta sunt: ⁊ q̃ vẽtura sunt ne veniãt vt diximus ꝓhibe. Et si in medio hoꝝ quedã accidentia apparuerint: festinãter ſm eoꝝ magnitudinem eis occurre. verbi gratia. Si ex hac febre q̃dã passio in ore stomachi euenerit: hanc etiã passionẽ fortis sequat̃ defectio: ⁊ inde coacti cibemus egrũ atqꝫ demus ei vinũ cum aqua frigida nõ in tẽpore diete. Dico quidem his datis putredo augmentat̃: ⁊ oppilatio angustior efficit̃: atqꝫ calor febris auget̃. Sʒ tñ ob molestiã ⁊ angustiã ⁊ fallaciã defectionis coacti nequimꝰ illud facere qꝺ circa hoc oportet fieri: ⁊ post hec ad rectum ⁊ opportunũ ordinẽ curatiõis redeamus. Similiter si fluxus sanguinis ex naribꝰ: aut vigilie: aut nimiꝰ dolor acciderint: hec oĩa cogũt nos prius eis occurrere: deinde his trãseũtibꝰ ad cõgruũ ordinẽ cure redire: etsi ob eorũ curationis effectũ febris augmentaret̃. Sed aliqñ febris fortitudine ⁊ imbecillitate ordo curationis nobis ostendit̃. Si enĩ fortis febris nõ fuerit: mellicrate vtile erit. Nã grossos hũores attenuat: ⁊ viscositatẽ mũdificat: humores cũ vnica egestione excludit. vñ cõgruũ est in cõtinuarũ. i. sinoche febriũ curatione q̃ sunt ꝓpter oppilationẽ ⁊ humorũ putredinẽ. Sed tñ quia calorem febris augmentat: opʒ nos illud cauere: demus ģ ptisanum ⁊ oxizaccarã. Iterũ oxizaccara sepius data excoriationẽ in intestinis ⁊ tussim generat: ⁊ neruosis mẽbris nocumẽtũ prestat. At q: nõ inuenimus hic medicinã q̃ quodãmodo non noceat: oportet q̃ melior est eligamus. Eodẽ mõ si virtus fuerit fortis in febre cõtinua ꝓpter humoꝝ putredinem existentẽ statim phlebotomo nisi saturitas te cohibeat: succurras. Oportet enĩ phlebotomiã quousqꝫ cibus digerat̃ suspendi. Sʒ plurimũ virtutẽ fortẽ inuenimus in initio febris huius. Nã carnosa corpora hãc febrẽ patiunt̃. Et si eger nõdum fuerit. xiiij. annoꝝ nequaꝙ̃ phlebotometur: puerilia enĩ corpa: ⁊ multũ ⁊ cito vnaquaqꝫ die dissoluũt̃. Ideoqꝫ sufficit qꝺ ex his corporibꝰ a natura dissoluitur. Si aũt hãc etatem transcenderit: perpẽde figurã eius an sit dura macilẽti pilosiqꝫ corporis cũ ceteris signis sicco corpori pertinentibꝰ phlebotomandus est. Si autẽ lenis ⁊ tener minꝰ purgetur. Corpus quoqꝫ optime inuestiga etiã si. xxx. annoꝝ sit: an sit tener ⁊ grossus albus ⁊ subtiles venas habeat. Itẽ oportet te cauere phlebotomiã in estate ⁊ in calida regiõe: ⁊ cũ aer quietus ⁊ spissus est. Cõtrarijs vͦ contrariũ. Nã si eger nil aliud nisi solã plenitudinẽ pateretur: qꝺ diximus nõ contrariũ phlebotomie fuisset: abũdantia etenĩ sanguinis extracta conuertet̃ cito eger ad pristinã naturã. Sed tamen eo ꝙ putridos etiam humores ⁊ oppilationẽ viarũ poroꝝ habeat: necesse est aliqua pars sanguinis qua regat̃ infirmꝰ: dimittat̃ quousqꝫ hũoꝝ putredo ⁊ viaꝝ oppilatio exclusa fuerit. Nã si hoc ꝑtermiserimꝰ necessario virtꝰ egri deficiet. Cuiꝰ occasiõe coacti cibũ ⁊ vinũ cõgruo dabimus tẽpore.

Porro quidã medicoꝝ in febribus assuescũt cataplasmatibus ⁊ calefactionibus ventri apponẽdis: ⁊ credunt ⁊

affirmant hec ex certis canonibus medicine quedā vniuersalia esse: q̄ q̄dē maximi nocumenti sunt: nisi cū in illis corporib⁹ ponant materiā de loco ad locū mutabilē nō habētib⁹. Quibus aūt superflua fuerit materia: incōgrua sunt. Nam si plenitudinē in totis venis equaliter: vel quodā in loco habuerit fluit: ⁊ coadunat̄ ī loco quo cataplasma appositū est. Aliquādo q̄dā medicorū vnguūt ventrē cū oleo: ⁊ cataplasmant eū cum pane ⁊ melle: vnde illis apostema nō habentibus: apostema in visceribus generat̄. Qui aūt in prima die phlebotomant̄ febricitantes: plurime crisis in q̄nta die fit: ⁊ aliquādo vsqꝫ ad. vij. diē morat̄: ⁊ vltra nō elōgabit̄. Qui vero non phlebotomati fuerint: ⁊ cataplasmant̄: si necessariā plenitudinē habuerint: vel stomacho vel epate tumefactis in. vij. vł post moriunt̄. Quidā cū stomachus ex oleo vngeretur: spūs angustiā ob hoc passus mortuus est. Nam plenitudo quā patiebatur ad diaphragma concurrit. Multi quoqꝫ ꝓpter huiusmodi curationem defuncti sunt: q: cataplasmata plenitudinē: sicut ventosa sibi attraxerant.

Ideo quoqꝫ phlebotomiam apostematicis esse vtilissimam ⁊ non fallacem: ⁊ non solum in continuis: verū etiā in periodicis febribus conueniēs est: maxime si ex putredine humorū sint: ⁊ tēpus ⁊ virtus ꝯueniāt. Natura eñ partim expulsa sanguinis qua grauabatur putredine: ad suam ꝓpriā actionē leuigata ⁊ confortata cōuertit̄ ad excoquendū: que nec coqui nec digeri necessaria sunt. Materia enim qua grauabat̄ ⁊ a sua actione cohibebatur: exclusa est.

Propter hoc ī hmōi febrib⁹ cataplasmata nocibilissima: viscera enim horū febricitantiū incēsiua estuatione incensa sunt: vnde cataplasmatibus appositis magis incendunt̄. Nā contraria apponi oportet. i. infrigidantia ⁊ hūefacīētia: aut solūmō refrigerātia. Cataplasmare vero ⁊ epithimare cū mollitiuis apostemate in stomacho vel epate existēte: nō est necesse cū indurat̄ febrisqꝫ declinat̄. In initio aūt ⁊ dum humores ad illud fluūt inutilissimū est: vñ tūc medicina frigida ⁊ stiptica ei cōuenit: que mēbra illa confortet ⁊ prohibeat materiā fluere ad apostema: ⁊ exprimat ⁊ excludat q̄d in eo coadunatū est. Apostemate vero ablato: neqꝫ aliqua in ei⁹ loco remanente duritie: oportet cataplasmata apponi mollitiua. Sed stulti apostemate nō existente ea cataplasmāt: vñ apostemata curant̄. Ea etiā etsi apostema ortum est: nō incōgruo ponūt tempore. Durities eñ permanēs in his mēbris inopportunū est: vt febre existēte dissoluat̄: nisi prius febris cessauerit. Nullū eñ dissolutiuū q̄d nō sit calefactiuū: vñ necessario febris eo apposito augmētabit̄. Porro si eadem fuerit durities in aliquo mēbro nobilē actionē habenti vite. s. hūane custodiēde necessariā: testor vtile esse tūc curā eius pretermitti. At q: totius corporis temperantia fit cum actione stomachi: ⁊ epatis duritie permanēte: eorūqꝫ actiōe ſm eorū duritiei quātitatē impedita: necessario eandē duritiē dissoluere cohibēt̄. Dissolutiua etiā etsi apponēda sunt nō tamen oportet ea stipticorū cōmixtione carere: vt cū eorū vtrorūqꝫ cōmixtiōe virtus in horū mēbris custodiat̄: actiōe enim horū deficiēte ꝑmanet corpus absqꝫ nutrimento: ꝓpterea aliquādo stomacho pre sui defectione corruptela ciborū accidit: vñ cogitur vt vomitu eos expellat. Qui cū ꝑ vomitū exiiciuntur: secū quidā chimus digestus excluditur. Consequitur ergo vt corpus nō solū q̄d habiturū est nutrimēto careat verū etiā retenta ⁊ habita amittat. quocirca citissime corpori defectio accidit. Itē existente corruptiōe in stomacho: necesse est digestio in epate corrumpat̄: vñ fit cā augmentādi ⁊ acuendi febrē. Sanguis eñ corrupta epatis digestiōe corrumpit̄. Oportet ergo in omī febre studiū in digerēdū cibū poni: q̄d nō pōt fieri nisi suū instrumētū corrūpat̄: ꝓpterea aliquando in dextra parte sub hypocūdriis tumor accidit in lacerto. s. supra ventrē existente. Quoquidem viso stulti medici putāt apostema in epate esse: vñ festināter occurrūt epati: cui nō necessaria sūt cataplasmata apponere: futureqꝫ occasiōes diuersorū malorū. Ideoqꝫ opꝫ ⁊ has duas species cū tactu secerni: sicut in libro de interioribus diximus. Item secernātur cū vrina pulsu ⁊ v̄tute digestiue. Impossibile eñ est epate calidū apostema patiente: vt vrina pulsus digestiua: ſm naturalē cursuꝫ ꝑmaneāt. Itē tact⁹ hmōi tumoris nō est veluti tumoris epatis. Nā tumoris circa corpis superficiem existit: ⁊ color cutis vētris mutat̄. Tumor aūt epatis interiori concauitati pertinet: ⁊ color cutis exterioris nō mutatur. Porro si arbitratus fueris stomachū vel epar esse defectū: epithimamus cū oleo in quo coctū est absinthiū pōticū. Stipticius eñ est ceteris: q̄d hoc signo cognoscit̄: frondes eius sunt latiores: ⁊ flos citrinior: est etiā odorifer: ⁊ amaritudo eius minor est ceterorū amaritudine. Quo nō inuento elige ex ceteris q̄d albius est: ⁊ minus amarū. Itē si hoc inuenire nō poteris: misce cū his q̄ habere potes spicā: gallā. Preterea si medicinā aliquā habeas: cui sit amaritudo ⁊ pōticitas ⁊ coquas cū oleo nō erit illaudabile. Nos quoqꝫ in libro simplicis medicine dixim⁹: q: amara vsqꝫ ad interiora penetrare stiptica faciant: vñ si vis vt stiptica interiora corpis penetrent: elige quib⁹ aliquātula est amaritudo: ⁊ de oleis que sunt stiptica: sicut istud q̄d d̄r omfacios. Et si stipticū absinthiū nō inueneris in curationis initio: coctanoleon aut masticeleon apponas. Si aūt febris nō fuerit nardinū: si vero mediocris fuerit: cū oleo nardino rodoleō miscebis. Mutaleon vero incōgruū est. Nō eñ corpis interiora pre sui grossitie penetrare valet. Porro vniuersaliter dico medicinā stomachi ⁊ epatis debere cōpositā esse de stipticis ⁊ amaris ⁊ mollitiuis. Intētio etiam repugnandi est humoribus ad eos fluentibus: vel cū substantiā eorū cōfortare velimus: dāda sunt stipticiora. Cūqꝫ grossam volum⁹ attenuare materiā: aut oppilationē aperire magis dāda sunt de amaris. Iterū cuꝫ aliq̄d dissolui opꝫ: de mollitiuis subtilissima dare cōuenit. Que tū febris declinata vel remota accessione facienda sunt. Quibus veniētibus in aliqua simplicium medicinarū nō inuētis de simplicibus has in se cōuenientibus medicina cōponat̄: sicut de Gal. legimus q̄ quadā coactus necessitate ad quemdā infirmū medicū scꝫ vespere iuit. Apostema quidē in epate patiebat̄: sꝫ febris declinauerat: eiusqꝫ accessionē eadem in nocte expectabat. Tūc Gal. de pontico absinthio nullam curā habens: q̄d domi eius inuenit absinthiū cū oleo coxit: deinde coctanis in aq̄ coctis: ⁊ yreos puluerizato sumpsitqꝫ mel: oleū: ⁊ cerā: ⁊ cataplasma de his oībus cōstruxit. Coctana etiā cū stiptico vino coxit: ⁊ carnē eorū cuꝫ hoc cataplasmate miscuit. Preterea cuꝫ volumus repugnare humorib⁹ ad ea fluentibus multū de stipticis decet misceri: maxime si membra defecta sunt: ⁊ corpus humoribus nō mundificat̄. Corpore aūt humoribus purgato: ⁊ mēbris fortiter existentibus: ⁊ humoribus paruissime fluentibus modicū de stipticis: ⁊ nimis de mollitiuis ponat̄. Sic quoqꝫ de acutis ⁊ amaris intendimus. Et si febris nō fuerit fortis: ⁊ apostema calidissimū non fuerit. ⁊ eger in abstinētia ⁊ ieiunio satis suffecerit: augēda sunt mollitiua: ⁊ minuimus stiptica. Nō enim multū sunt necessaria: q: fluxus vt mihi videt̄ cessauit. Tūc ergo mollitiua ⁊ attenuatiua erunt necessaria: vt quedā materia in eis coagulata: ⁊ mollificet̄ ⁊ attenuet̄ ⁊ expellatur. Nō est tamē aliquid stipticitatis negandū: sed ſm virtutis eorum custodiā addendū ꝓpter nobilitatē actionis eorum. Nōne vides ꝙ stiptica medicina nō est necessaria intestinis: lacertis ventris: vesice matrici: si apostema habuerint ⁊ fluxus ad eos cessauerit? Sꝫ dissolutiua ⁊ mollitiua fuerit eis cōpetentior. Dignā enim actionē nō habent. In renib⁹ vero ⁊ pectore apostema habentibus de stipticis mediocriter necessitatem habeatur inter stomachū scꝫ ⁊ epar ⁊ intestina et cetera q̄ diximus: stomachi eñ ⁊ epatis defectio egrū ad perditionē ducit: defectio vero pectoris ⁊ renū non tante perditionis est. Ceterorū q̄ diximus membrorū defectio min⁹ molesta est: sed pectus tamē ⁊ pulmo cum purgandi fuerint de aliquo humore fortes oportet esse. Splenē vero cū sua v̄tute custodire debemus: in eis scꝫ in quorū corporibus multitudo melancholicorum humorū coadunat̄ vt confortet̄ in attrahendis ⁊ expellendis illis humoribus: sua virtute materiā si coagulatā habuerit a se excludat. Et si fuerit in eis in quibus melancholica non generatur materia: nō necesse stiptica sup eū poni: aut paruissimuꝫ ex eis ponat̄. Preterea vniuersaliter dico nō solū in splenē studiū impendi: verum

etiam in cetera mēbra q̄ ⁊ putrefiunt: ⁊ in duritiem ⁊ apostema cōuerti possunt. Debes ergo eoꝝ accidentia inuestigare: ⁊ que sunt fortiora: que ve debiliora cognoscere: deinde medicinam cōpositam prout tibi videtur cōpone. verbi gratia. Si membrū nimiū habuerit calorē: ⁊ materiā in eo existentem vis dissoluere: elige de dissolutiuis que minꝰ calida sunt: sicut semē lini: camemilon: farinā ordei: ⁊ fabarū. Si autē multominus calidū est: miscebis calidius sicut fenugrecū ⁊ similia. Et si durities ⁊ tumor grossiora fuerit: misce cum eis attenuatiua: ⁊ elige de his si calorē habeat: que nō sunt calida sicut acetū ⁊ similia: maxime si duritia in splene fuerit. Splē em̄ ex duritie patit̄. Officiū em̄ eiꝰ est semꝑ humores ad se trahere ab epate. vtilior ergo curatio eiꝰ fit cū cataplasmate facto de aceto melle ⁊ absinthio: capparis ⁊ similibus. Cataplasmata vero ⁊ epithimata sic oportet te determinare ⁊ preparare. Stulti aūt medici temerarie ⁊ instudiose ea operantur. Cataplasmant em̄ ⁊ balneant febricitātes non in competenti tempore.

Sed nos quoqꝫ nequaq̄ balneare dimittimus febrē habētes putridā: nec eis cataplasmata inducimꝰ mollitiua: nisi priꝰ purgationē totiꝰ corporis facta. Cūqꝫ purgatū fuerit corpus: balnea fieri iubemꝰ: ⁊ cataplasmari mēbra: que cataplasmāda sunt cū mollitiuis: excepto epate ⁊ stomacho. Item cataplasma nō oportet tunc aliquāto stipticitatis carere. In pectore vō de stipticis minus q̄ in epate ⁊ stomacho ponendū est. Nā si stiptica pectori apponimus: timemus ne in parte appositarū expressione apostema ad cor vel pulmonē expellatur: de his ergo paruissimū apponi oportet. Et si virtutē horū custodire volumꝰ: faciendū est cū cibis. Necesse est em̄ vt stomachus ⁊ epar cibū digerant ⁊ preparent eū esse materiā totius corporis nutriendā. Si vero apostema habeāt nō possunt cibū digerere: velut cū in sanitate fuerāt. pectori nō venit ex cibo nisi qđ sufficiat ei pro sui nutrimento. Itē qđ dirigit̄ ei coctū ⁊ preparatū est. Oportet etiā caueamus miscere stiptica cū cataplasmatibus apostematico pulmoni apponēdis: sed cū mollitiuis calidissima misceant̄ que materiā ab exterioribus ad interiora attrahere valeāt. Vētosa applicetur etiā si fortiorē attractionē velimus extra educere id est vētosa ⁊ calidissima medicina. Sed tn̄ hoc post corporis purgationē fieri necesse est. Nā si fecerimus ante purgationem: plures ad eum ex toto corpore humores ducent̄: q̄ quos ex eo mūdificare oporteat. Sꝫ oportet nos intelligere ventosam vel attractiuā medicinā nō debere poni in apostemate cerebri: vel in suis pelliculis nisi precedente forti purgatione. In initio aūt decet stiptica poni. Stiptica tn̄ cum necesse sit ossa capitis vsqꝫ ad pelliculas cerebri penetrare decet cū eis subtiliatiua ⁊ penetratiua misceri. Acetū quoq̄ vtile est ⁊ cū sua subtilitate ⁊ penetratiōe expellenda expellit: ⁊ repugnādis repugnat ⁊ refrigerat. Idcirco medici ab initio huiꝰ passiōis h̄ operant̄ cū oleo rosaceo. Sꝫ postq̄ quosdā dies trāsierint: misceāt cū oleo scolopendrion: ⁊ sansucū: ⁊ similia moderate calefaciētia. postea addūt castoreuꝫ ⁊ alia similia multū calefaciētia: q̄ licet nō sint calidis apostematibus vtilia: in hoc tn̄ loco cōgrua sunt: virtus em̄ horum cataplasmatū: impossibile est vt cerebrū vel eius pelliculas transeat: nisi ossa cranei penetret: vnde ipsa virtus necessario minuitur. Ideoqꝫ oportet hec maioris esse virtutis q̄ ea q̄ supfficietenus mēbris applicantur. Itē ex illis que fortiter calefaciūt: debemus grossam substantiam habentia cauere. Nō em̄ cito penetrāt maxime ꝑ ossiū loca. Sūtq̄ eligēda quibus subtilissima substātia est sicut castoreū. Preterea oportet studiū habere in purgādis humoribus: decet enim vias corporis maxime membrorū: quibus hūores transeundi sunt aperiri: vt hūores excludi facillime valeāt. Sicut ad ꝓuocādū sudorē pori aperiunt̄: ad assellationē intestina larga facimꝰ. Gibbū etiā epatis purgare volētes preparamꝰ venam ab eo incipientem. Renes quoqꝫ vesicā ⁊ vritides poros: Cūqꝫ pectus ⁊ pulmonem purgare volumꝰ: canales eius preparandi sunt. Cerebro vero ⁊ pelliculis purgatione indigentibus palatū ⁊ nares coaptētur. Sed in acutis apostematibus studēdū est suauia dari catartica: nullū aut paulū calorē habētia. Catartico em̄ existente calido apostematis essentia augmentatur. Ideoqꝫ nō oportet dari mellicrate si calidū apostema in stomacho fuerit: aut in splene vel epate. Datā enim cito in cholerā rubeā cōuertit̄: fitqꝫ causa augmētandi viscerū apostema: ꝓinde ex diureticis ⁊ vrinā prouocantibus que minoris caloris sunt elige. Similiter ex tussim generātibus: vel sternutationē generātibus: ⁊ ꝑ palatū extrahētibus faciendū est. Porro ꝺm apostematis fortitudinē vel defectionē faciendū est: ꝓpterea oportet te intelligere q̄ nocumentū ex febre tantū ⁊ cataplasmatibꝰ ortum ante purgationē ventri appositis: ⁊ si apostema in viscceribꝰ est magnū nō habēt: ⁊ si curā curādi in visceribꝰ apostema nō habeāt magnū est: balneo etiā nocibiliꝰ est ⁊ si inutiliter operatū fuerit. Sed stulti quos noīauimꝰ medici: laudant hec cataplasmata ⁊ balneū vituperant: dixi quoqꝫ balneū quomodo fieri debeat. Itē nunc de eo illud repetam. Quibusdā enim quos diximus nō nocet balneū ⁊ nōnullis parū: aliquibus vero ⁊ sinoche minus tamē cataplasmate nocumentum prestat. Quia ex mollitiuis cataplasmatibus illud in loco quo ponunt̄: accidit qđ ex balneo toti corpori oritur: proinde si post febris declinationē balneentur totū corpus rarificatur: ⁊ rarificato corpore fit maximū iuuamentū q: capninosos grossosqꝫ fumos necessario expellit. Cataplamata vero paruū in corpore locū rarificant: qđ in expellēdis illis fumus non sufficit. vnde intrinsecus in corpore ꝑmanētes ex vi cataplasmatis ad locū apostematis attrahunt̄ ibiqꝫ cōculcatū apostema peius priore fiet: maxime si corpus humoribus plenū est. balneū q: totū corpus rarificat illorū actionibus oppositū. Ideoqꝫ hi febricitantes debēt balneari: nisi nobiliū viscerū quedā defecta sint: ⁊ nisi multa materia in corpe sit. maxime in meseraica: ⁊ nisi rigor. Rigor em̄ est cura augmentandi febris si est: ⁊ generandi cā si non est. Itē balneū hūores subtiliat: eosqꝫ ad locū defectū diriuat: ⁊ ipse q: defectus est suscipit eos. Et si grossi humores sint in corpore subtiliat eos: ⁊ per totū corpus fluūt. Sed cuꝫ in corpore nullū nobile membrū defectū est: neqꝫ multū grossi humores: fit balneū magni iuuaminis: q: hūores q̄ sunt materia febris expellit: ⁊ calorē febris minuit ⁊ dissoluit. Eger etiaꝫ etsi quedā ignobiliū mēbroꝝ defecta habuerit assueta suscipere: humores ad ea fluētes in sua sanitate sicut fit podagricis artericis ⁊ similibus: fit balneū iuuatiuū in hoc tēpore: eos enim ab illa passiōe liberat. Nā hūores tūc tēporis in locū fluētes dissoluit ⁊ excludit. Quare si defectū fuerit epar: aut stomachus: aut pulmo: aut pectus: fit balneuꝫ nociuū: multos hūores minus tn̄ nocumētū prestat: q̄ cataplasma si super hec defecta mēbra ponant̄: q: balneū subtiles expellit humores: ⁊ grossos attenuat. Mollitiua vero cataplasmata: vel fomentū eis simile nō purgāt corpus: sed ad illū locū hūores attrahūt: ⁊ coadunāt. Cuiꝰ defectio aut fit naturaliter: aut accidentaliter. Accidētaliter sicut si fiat de antecedentibus preteritis rebus.

Unde sua cōplexio corrupta est: q: mēbra calidū apostema habētia sunt febri velut quidam fons: corpori vero quasi fornax: qua de re totuꝫ corpus calefit. Ex sui ergo superfluitate caloris humores ex toto corpore sibi alliciunt: vñ si cuꝫ his q̄ dixi caliditas exteriꝰ ex calidis supueniat cataplasmatibus: aut intrinsecus ex calido medicamine eius nocumētū ꝓculdubio augmentabitur. Entqꝫ maioris attractiōis: maxime si corpus nō bene purgatū est. Eo ergo purgato febriqꝫ nō forti existēte: ⁊ apostemate: vł putredine digesta: mollia cataplasmata vtilia sūt: balneūqꝫ nō nocibile erit. Preterea quorū corpora multitudinē crudoꝝ habēt humoꝝ digeri difficillimoꝝ seu putridorum: opꝫ abstineri a balneo: neqꝫ morent̄ in eo: si balneari desiderāt: neqꝫ in aqua frigida morandi sunt: neqꝫ aqua in qua balneandi sunt multū frigida fiat. Qui em̄ putredinē habent necesse est de eorū corporibꝰ fumos capninosos dissolui. Crudi etiā hūores quibꝰ fuerint opꝫ coquant̄ ⁊ digerant̄. Sed aqua frigida poros claudit ⁊ fumū egredientiū exire ꝓhibet: crudos humores digestioni indurat. Et si in quodā membro putredo fuerit: cauendum est ab eo: aqua frigida qua si tangatur videat ne multum fit

ad illud veniens membrum: naturaliter calidus est: vnde in eodē mēbro magis calidus efficit. Caret em̄ refrigeratione propter multitudinē quātitatis illi⁹ in hoc mēbro existētis. Item pori illius mēbri nō sufficiūt in excludendo quicquid fumorū in eo coadunat: ꝓpter sue quātitatis multitudinē: neqꝫ aerem sibi exterius pōt extrahere ꝓpter pressurā fumorum in eo se cōculcantiū. Propter hoc intētio nostra in curādo hmōi apostemate fit in mouēdo sanguinē ab illo loco in alium: τ in purgādo qḋ in eo coadunatū est. Ideoqꝫ opꝫ te perquirere cū calida in aliquo mēbro fuerit apostemata: an calefiat illud mēbrū ex reb⁹ exteriorib⁹ sicut cōcussione: vulnere: aut dolore: aut ex his alicui mēbro sibi vicino vel cū eo colligantiā habēte accidentib⁹: aut ex ipis mēbris sanguinē illum mandātibus illi mēbro: τ an plenitudo sit corpori: q: fortia membra semꝑ sui superfluitatē debilib⁹ mittūt: vnde molles carnes semꝑ τ cito humores suscipiūt. Uena em̄ arteria: nerui: lacerti sunt fortia naturaliter. Caro vo maxime que mollior est: debilis est. Dico etiā eam nō habere virtutē: q: plurimum creata fuit vt non impleret τ regeret venas τ neruos vt a suis locis nō mouerent: ꝑinde non fuit necesse vt esset dura τ spissa: neqꝫ multū hui⁹ carnis quandā in corpore habet actionē quo nō congruit esse obtusā τ durā sicut videmus fieri in hac q̄ est in mamillis: que lac generant: similiter τ illa que est in ore q̄ saliuā creat. Hac de causa videmus apostemata nasci in inguine τ sub alis propter vulnera digitoꝝ manuū τ pedum. Silr in collo τ maxilla propter vulnera q̄ fiunt in capite. Curatio autē calidoꝝ apostematū si abūdātia nō fuerit in corpore: neqꝫ mali hūores: facilis est: q: non conueniūt mēbro illi: nisi q̄ calefaciāt τ humefaciant cū medicina mollitiua τ dissolutiua: vt infirmus dolorem nō patiat. Et si vulnera sunt cū apostemate: vnguētū basilicū cū oleo roseo mollificatū superius applicet. Membrum quoqꝫ oīno tepidū oleo infundat. Similiter bonum est si vnguētū calidū apponat. deinde suppone de cataplasmatibus que diximus: que fiūt de polline ordei vel frumenti vel panis τ similiū mollitiuoꝝ. Sic etiā si apostema in molli carne fuerit: τ corpus non plenū ab initio pone vellus in calido oleo infusum. Cauēdum tm̄ ne ponas ibi salem: sicut stulti faciūt. Sal em̄ non opꝫ nisi pustulis poni: cū vene τ arterie pulsare quieuerit: τ dolor in vulnere vel neruo illi⁹ mēbri existēs placat⁹ fuerit. Si aūt i eo vuln⁹ fuerit: carnēqꝫ cito i eo creare velis i tetrapharmaco partē thurꝭ eqlit misce. Hec est cura calidorū apostematū: siue propter vulnera: vel non ꝓpter illa existentiū: si corpus non sit plenū nec malos habeat humores. Si autē ecōtra se habuerint: nō opꝫ in initio cū dissolutiuis τ mollitiuis curari: sed succurri cum phlebotomo τ scalpellis i oppositis locꝭ factis: q̄ sūt vel in lōgitudine vel in latitudine. In lōgitudie vo sic: si i dextra minuatur apostemate in dextro existēte. In latitudine vo velut si de sinistra phlebotomet cū apostema in dextro latere fuerit. Dico ergo si hec in initio sicut opꝫ fuerit: apostema prius ꝙ sanies fiat dissoluet. Si autē pretermissio τ negligētia fit in eo plurimā saniē colligit: τ putrefit atqꝫ corrūpit τ indurat τ diuturnū efficitur: τ sicut corporib⁹ sanguine plenis phlebotomia cōuenit: sic malis humorib⁹ pharmacia. Sed aliqn̄ calidū apostema cohibet nos sanguinē minuere: etsi corpus nō sit plenū ꝓpter magnitudinē morbi τ fortitudinē pulsus apostematis: postea etiā idē membrū scalpellamus: si suspitiosi sumus ꝙ ad corruptionē ꝓpter multitudinē τ spissitatem materiei illius apostematis diuertat. Calor em̄ apostematis: etsi corpus plenū non sit: sanguinē sibi attrahit. vnde opꝫ nos studiū habere: vt illud apostema sanguinē sibi attrahat difficillime vel nequaꝙ allicere valeat: qḋ faciēdū est sm̄ conuenientiā etatis: tēporis: cōsuetudinis: regionis et virtutis. Semꝑ em̄ opꝫ quin ista negligas: licet a nobis aliquando non numerent. Si autē acumen furiositatis τ apostematis mitiget: cataplasmata dolorē mitigātia dimittam⁹ cataplasmata dissolutiua τ mollitiua ponam⁹. Incipiēdum tm̄ a debilior ib⁹: sed decet vt aliquantulū mellis cū illis cataplasmatib⁹ mitigatiuis misceas: τ postea linq̄ cataplasmata de polline frumenti: τ appone cataplasma de farina ordei misce tm̄ plus de melle: deinde descēde ad dissolutiora: τ stude vt sit molle lene: τ i tactu suaue: sicut cerotū τ silia: aspera vo τ dura cataplasmata vitent in hoc loco: ne qḋ remāsit in apostemate: his appositis reuertat. Hec dicta Ga. ostendunt nō oportere vulnera calida ab initio cū cofortatiuis et frigidis τ siccis cataplasmari. Sed incipiendū esse ab initio p̄cedēte purgatiōe cām doloris mitigatiuā apponere: deinde mollitiuā τ dissolutiuā. Hec qdē curatio vtilis est non tm̄ secura est: maxie si apostema fuerit mgnū: vl sit in nobili mēbro. In alijs aūt locis vtilior est ꝙ maxime stiptica si corpus sit purgatū. In h em̄ loco velut dixi fieri opꝫ. Illā attractiua medicina in h loco vtilior est: q: stiptica necessario cū sua stipticitate dolorē augmētat: τ dissoluēda dissolui ꝓhibet: vn̄ necessario extēsiōe augmētata dolor crescit. Itē Gal. in sanē in q̄ calida diuersant apostēata: ne festines cū incisiōe occurrere: sꝫ opꝫ vt dissoluant cū medicamie hui⁹ actōis existēte. Nos aūt dicim⁹ ꝙ miramur dicta Ga. maxie q: ea absolute dixit. Sanies em̄ si in h loco remāserit: vulneris quātitatē augmētat: τ sanā carnē rodit: τ loca circūdantia propter illi⁹ rosurā tumefiūt τ putrida efficiunt. Et si festinabimus in ea excludēda sit supiori cute scīū. Quātitas em̄ vulneris erit prauior: τ oē qḋ in eo vl circa illḋ coadunatū est ad incisionis locū fluit: vn̄ cito detumescit τ sanat. Itē medicina saniei dissolutiua necesse est sit calida: nihil em̄ dissolutiuum inuenit qḋ nō sit calidū: qnimmo q: illa materia nec in paucis dissoluit: vn̄ necessario calor in apostemate augmentatur. Preterea dico me nunꝙ vidisse dissolui nisi bis vl ter. quare audacter dico ꝙ nō opꝫ incisionē negligi vel tardari apostemate saniē habēte: sed festināter fieri: maxie si in mēbris nobilib⁹: aut alicui cōcauitati fuerit vicinū. Illā magn⁹ error inde ꝓtigit: si negligētia huic rei dabit. Nōnunꝙ etiā apostema nōdum sanie parata cohibemur incidere. Quod agendū est cum timemus ne sanies in concauitate vel nobile membrū cui vicinū est fluat. Tardare vo vel negligere incisionē vitare cū dissolutiuis: etsi apostema in exteriorib⁹ corporis est: τ remotū a cōcauitate nobiliqꝫ mēbro. a neruis etiā ossib⁹ arterijs τ sīib⁹: nō tm̄ est securū. Porro medicinā saniei dissolutiuā aliq̄ pars apostēatis remanēre opꝫ nos cauere. hec em̄ si fecerimus apostema augmētabitur τ furiosum efficiatur magis ꝙ de eo dissoluatur. Si autem apostema indure: τ calor ei⁹ sit extinct⁹ q̄ fortiter dissolutiua sunt absqꝫ timore applicare audebim⁹. Itē dixit. G. opꝫ te perqrere mane τ vespe τ cū balneū infirm⁹ ingredit: q: si mēbrū infirmū tumefieri τ rubescere cepit: vel dolorē senserit: mitiget cum mollibus calefactiōibus sicut aliqn̄ cū aq̄ calida τ dulci: τ aliquādo cū aq̄ salis mixta: etiā si apostema durissimum fuerit. Si aūt quātitas saniei multa fuerit: τ medicinā dissolutiuā vides nō sufficere: incidat in supiori loco. ibi em̄ cutis necessario subtilior: τ stude vt sanies oīno ex inferioribus fluat. Ideoqꝫ opꝫ incisionē duobus cōsiderare: vt sit superius vbi cutis subtilior est: τ sanies fluat p inferiorē partē. postꝙ incisum est medicamē nullā morsurā generās apponatur. Et si quedā pars mēbrorū putrefacta fuerit: necesse est abscidat. Stude tm̄ vt cōposito mēbri nō destituat: ne forte ipo sano existēte virtus sue actōis impediat. Itē opꝫ te cū postꝙ incisus est de libano īpleri: puluis em̄ corticū thurꝭ stipticior est thure: ꝑinde in hoc loco sit vtilior: libano em̄ cortices sui cōmixti sunt. ideoqꝫ stipticū. Thus vo nō est stipticū: maxie qḋ est albū: q: vnctuosum est: virtusqꝫ eius apitiua. cortices vo cōstipāt τ desiccāt. ꝓpter hoc postꝙ incidit valet in sedando sanguinē de venis τ arterijs fluētē. Porro opꝫ dolorē loci incisi mitigare sm̄ ꝙ tibi videbit cū infusione calidi olei. Postea cum epitimatibus τ cataplasmatibus in loco inciso apponēdis. In foramine vo puluis libani apponatur: τ desuper medicina sanatiua applicetur: τ oportet festinanter operari ea que cutim similem faciant: priusqꝫ caro superficiei corpis equalis fuerit. Hoc em̄ si neglexeris: caro illa super cutim ascēdēs accumulabit. Igit est in h loco vtil⁹: vt in vulnere de hoc medicamine sicco. s. mittat. τ desup ponat linteū cū ēplastro silr faciēte: τ faciēdū bis vl ter: deide ablato emplro solū illḋ siccū medicamē apponat: sꝫm par: τ de

super vetere bõbicino siue sicco siue in pontico vino infuso
aperiat. Nunc autẽ cõuertendũ est ad priorẽ disputationẽ.
Igitur dicim⁹ apostema si pfectũ fuerit medicamine prius
dicto esse curandũ. Si aũt venturũ est: phibem⁹ quin veniat
cũ motione sue materiei ad aliũ locũ corporis. tantũ qualita
tes pquirẽde sunt. Nã si humores in toto corpe equaliter
abundauerint: medici vocãt plenitudinẽ. Si aũt cholera ru.
vel nigra vel phlegma: vel aquosi humores creuerint: non
plenitudo sed mali hũores nuncupant. Plenitudinẽ vero cũ
phlebotomia ꝛ assuefactiõe balneorũ fricatiõis exercitiorũ
ꝛ dissolutiuaꝝ medicinarũ ꝛ paruoꝝ ciboꝝ ꝛ abstinẽtie cura
mus. Malos em̃ hũores cũ assuefactiõe pharmacie illi ma-
teriei ptinẽte. Qd faciẽdũ est inuestigans oĩbus sicut opꝫ.
ꝛ qd vtilius est magisq̃ necessariũ eligat: q: nõ omĩ tpe idẽ
cursus medicine fieri põt. Nã aliqñ aliqd cõtrarij ocit. ver-
bi gratia. Si plenitudinẽ habẽs febricitauerit: nõ possumus
illã plenitudinẽ purgare neq̃ cũ exercitijs: neq̃ cum calido
epithimate: neq̃ cũ forti et multa fricatiõe: neq̃ cũ balneo:
neq̃ possum⁹ eã minuere nisi cũ phlebotomia vel paruitate
cibi: aut aliq̃ pharmacia. Silr opꝫ vt inuestiges loca mẽbro
rum. Nã si calida apostemata in pedib⁹ fuerint: negãda licẽ
tia stãdi sup pedes: quãtomagis deambulatũ ire negandũ
est. Si autẽ pedes fricari opꝫ: ipso sedente fricent. Si velint
laborare: cũ manib⁹ laborẽt. qꝫ si i superiorib⁹ mẽbris fuerit:
fac ire deambulatũ. Similiter ꝛ fricatio fiat in mẽbris infe-
rioribus. Hi em̃ canones sic obseruati ostẽdũt materiã a lo-
co in quo est ad aliam partem attrahi.

PRopter hoc non opꝫ solui ventrẽ si apostema fuerit
ano vicinũ: neq̃ vrina pducet: si est in virga: vesica vel
renib⁹. neq̃ mẽstrua educant: si in matrice vel in vulua sit:
sed opꝫ materiã ad loca duci opposita: qd faciendũ est opti-
me ꝛ vtiliter. Uerbi gratia: si multa abundantia in corpore
fuerit: neq̃mus eã purgare cũ purgationib⁹: balneis ꝛ frica
tionibus: q: timemus ne vene rumpant: vel calor naturalis
suffocet. Illi em̃ humores ex fricatiõe ꝛ exercitio liquefacti
ꝛ non inueniẽtes locũ quo capiant: necesse est vt vene rum-
pantur: vel calor naturalis suffocet: neq̃ multã abundan-
tiam in modico tẽporis exercitio ꝛ fricatiõe purgare possu-
mus. Cõuenit ergo huic phlebotomia vel pharmacia. Par
ua autẽ plenitudo possibile est cũ balneis ꝛ fricationib⁹ pur
getur: sed si subtilius magisq̃ hãc rationẽ inuestigare volue
ris: quere libros in quib⁹ dicta est. i. regimẽtũ sanitatis: ꝛ li
brum phlebotomie: ꝛ librum plenitudinis: ꝛ librum de laxa-
tiuis medicinis.

UNiuersaliter ergo causaꝫ si nõ sit ablata: debere aufer
ri: deinde cũ predictis medicaminib⁹ ad apostema con
uerti. qꝫ si aliquã medicinam inueneris: q̃ ꝛ causam auferat
ꝛ morbũ curet: eã operare. Uerbi grã: apostema de dolore
alicuius mẽbri ortum p vẽtosam fumositatẽ in eo cõclusam
ꝛ poroꝝ constipationẽ patientis: si cataplasmate mollitiuo
cataplasmet ꝛ cãm aufert: ꝛ morbũ curabit: q: poros aperit
ꝛ ventositatẽ subtiliat ꝛ excludit: vñ apostema nõ tumefit:
sed dissoluit. Silr si quedã mẽbra de nimia frigiditate dolo-
rẽ patiunt: ꝛ hec accidẽtia sint eã calidoꝝ apostematũ: ꝛ ea
calefaciem⁹ ꝛ causa ꝛ morbus necessario auferunt: sed etiã
si calida apostemata fuerint pter calefactionẽ mẽbrorũ in
quib⁹ existũt ꝛ causa ꝛ morbus refrigeratiuis auferunt: q:
calide cõplexiõi frigiditas sit necessaria. Mẽbris aũt plenis
euacuatio cõgruit: neq̃ solũ cum dissolutiuis hoc faciẽdum
est: sed etiã aliqñ cũ refrigeratiuis ꝛ cõstipatiuis: q: refrige-
ratio illius mẽbri calore mẽbroq̃ cõfortato exprimit materiã
a se excludendã: maxime si apostema in initio fuerit. Tunc ẽ
curandũ est cũ stipticis ꝛ frigidis ꝛ nõ dissolutiuis: maxime
si fluentia nõ sint grossa. Hec verba Gal. dubia ꝛ opposita
vbis prius q̃ dixerat esse vident. Dixerat em̃ opꝫ in initio
apostemati calido cum mollitiuis subueniri: sed tñ subtilissi
me considerata non apparẽt opposita: sed indefinita: diffini
re volentes ita dicamus.

SI calida apostemata nõ nimij fuerint caloris: ꝛ fluxus
nõ nimius: neq̃ mẽbra nobilia: mollitiua in initio sunt
vtilia. Si aũt fortiter sunt calida ꝛ q̃ fluunt sunt subtilia: re-
frigeratiua ꝛ stiptica bona sunt in initio: q: apostema ingui-
nis ꝛ assellarũ audemus ab initio curare cũ mollitiuis. Ocu
lorũ vero ꝛ auriũ apostemata minime: sed opꝫ curent cũ repu
gnatiuis. Itẽ in hoc loco non diffiniuit Ga. qd dixit dices:
sed fluentia nõ sunt grossa: vnde dico qꝫ si huiõi materia fue
rit subtilis ꝛ refrigeratiua ꝛ stiptica ponunt: sumus securi
qꝫ apostema in duriciẽ non conuertet: q: materia nõ est pre
parata ad grossiciẽ. Si aũt que fluunt grossa sunt: medicine
ingrossatiue vitãde sunt quousq̃ poterim⁹: q: si per se gros-
sa est: nõ sumus securi qn in duriciẽ diuertat: quam rationẽ
ab ipso Ga. etsi eã hic tacuerit didicimus. Itẽ dixit si in mẽ
bro quo apostema est materia coaguletur ꝛ cõglutinet: ne-
cesse est dissolutiua ponantur.

QUod si cũ calidi apostematis ꝛ doloris fuerit mor
sus reptiliũ: sit pria intẽtio nostra venenũ illud ex
pellere: vel ex toto vel quãtũ possum⁹: postea vero
scda intentione reliqas eius in bonũ mutare: purgatur aũt
cuꝫ medicina fortiter attractiua ꝛ incẽsiua ꝛ incisiua ꝛ cum
sugere ꝛ scalpellere ꝛ vẽtosas ponere. Mutat autẽ vel cum
medicina sibi qualitatiue opposita: sicut veneno scorpionis:
allia ꝛ assaf. apponunt: aut cũ alia q̃ cũ pprietate ei opposi
ta est. Ipse em̃ in libro simplicis medicine ostendit quedam
alij esse opposita siue cũ vna qualitate siue cũ duab⁹: ꝛ que-
dam quibusdã cum tota sui substãtia opponunt: qd a physi
cis pprietas dicatur. Que vero cum sui qualitate opposita est:
viam habet rationabilẽ a medico cõprehẽdi possibilẽ. Que
aũt cum sui pprietate opponit: non habet rationabilẽ viã
vnde non põt nisi cum experimẽto comprehendi: sed iste li-
ber ex arte medicine logice pertinet. Que aũt experimento
ptinere vident: in suis locis querant. i. liber simplicis medi
cine: ꝛ alter de cõposita medicina: ꝛ quidã vt facillime medi
cina inueniat. Nam ipse ostendit illic que medicinarũ cum
experimẽto ꝛ ratiõe fuerint cõprehẽse. Cũq̃ in mẽbris mor
sis infirmus nimiũ senserit calorem vel frigiditatẽ: palam
intelligit qꝫ oportet illi quantitati debere opponi siue cũ ca
lore: siue cũ frigiditate. Cum aũt nihil horũ senserit ꝛ habi
tudo eius: intelligimus venenuꝫ illud humane complexioni
cũ tota sui substãtia esse oppositũ: ꝛ tunc inueniẽdũ erit ad-
iutorium qd sit cũ tota substãtia ei oppositũ. Nunc autẽ cõ-
uertamur ad vniuersalẽ calidorũ apostematũ disputationẽ.
Seminata em̃ disputatio iuuat: q: firmius memorie cõmen
datur. Dico ẽ calida apostemata faciunt mẽbra naturã suã
bifariã egredi. Uno q: implẽt ea de sanguine. Alio q: calefa
ciũt ea magis q̃ fuerãt. Uñ necesse est vt illius mẽbri cura-
tio cũ sanguineũ apostema habuit: fiat cũ infrigidatione et
purgatiõe: sed tamẽ multũ refrigerari non oportet sicut fa-
cimus illis apostematibus: que herisipile dicunt: nã illa cali
diora sunt: q: de cholera rubea: q̃re oportet magnã refrige-
rationẽ hre. Que autẽ de sanguine fiũt: debẽt adeo ex eo re
frigerari: qꝫ in repugnãdo sanguinis fluxui sufficiat. Refri
gerare autẽ calida apostemata duob⁹ modis valet. Uno q:
prohibet illa mẽbra sanguinis fluxum recipere. Alio q: calo
rem illum refrigerat qui causa doloris est ꝛ attrahendi san-
guinem ad membrũ. huius iuuaminis sunt refrigeratiua et
repugnatiua. Iuuat etiã calida apostemata res moderate
calefactiua: q: dolorẽ mitigat: ꝛ qd in mẽbro apostematico
coagulatũ est dissoluit. Igitur curatiões calidoꝝ apostema
tum he sunt: phibere vero fluentia et coadunata dissoluere:
prohibere autẽ fit cum oĩno ex corpore extrahunt: sicut fit
cum phlebotomia ꝛ scalpellatione opposite factis: aut cum
materia eorũ ducitur ad alias: sicut fit cum ligamẽto mem-
brorũ motione ꝛ fricatiõe factis in oppositis mẽbris: aut ha
bentibus cũ eis colligantiã: proinde oportet te scire de ana-
tomia membrorum qualitate: compositionẽ ꝛ colligantiam:
actionem: iuuamentũ: sensusq̃ quantitatẽ: vt cognitione et
scientia horum bene intellectis curationis scientia tibi pa-
tefiat. Uerbi gratia. Calidum apostema oritur in epate:
dico ergo prius perquiras habitudinem corporis an sit ple-
num. Quo sic existente: perpende an virtus: etas et tem-
pus sibi conueniant. Que si huiusmodi fuerint: patet quia
ex anatomie scientia tibi ostenditur: venam basilicam dex-
tre manus incidendam. Nam hec vena est iuncta conca-
ue vene a gibbo epatis recto tramite ascendenti: qua non

simēta medicina incidatur. Hec etiā si nō inuenit cephalicā aut saphenam: aut vicinā sub genibus minues. Item opor-tet intelligere purgatonē omniū mēbrorum non esse equa-lem. Scio eñ plurimos homines quorū oculi ceperint apo-stematici fieri: sed sani in vna die cum pharmacia fuerunt.

Quod si pharmacia inchoāte epatis apostemate: fieret inde apostematis augmētū sicut ex prouocatiōe vrine cō tingit quib⁹ in renib⁹ ꝛ vesica oriri incipit. Sil'r ex mēstruis apostemate incipiēte in vulua: sic opꝫ materiā moueri ad re mota loca ad mēbrū in quo sint fluere incipiēte: ꝛ nō a remo tis locis eā ad illud attrahi. Sil'r non decet pharmaciā dari in initio apostematis stomachi vel intestini: q: egestio a su-perior ib⁹ mēbris ad stomachū materiā attrahit. vomit⁹ vō ab inferiorib⁹: sic a gargarismo cauēdū est in tumore palati ꝛ lingue: nisi pharmacia ꝛ phlebotomia cephalice ꝛ media ne pcesserit: ꝛ sicut cephalice in his mēbris incisio ꝯgruit: sic ꝛ basilice in minutiōe in passionib⁹ pectoris ꝛ pulmonis et cordis. In squinātia vō opꝫ prius cephalicā incidi: deide ve-nā sub lingua. Sil'r si apostematū collū est: pri⁹ incide cepha licam: et postea q̄ in fronte est. Si aūt in renib⁹ vel in vulua incisa basilica: q̄ sub genu est vena incidaſ: qua ibi nō inuen ta saphena minuaſ. Et sicut in passiōe epatis venam dextre partis opꝫ minui: sic in spleneticis sinistre partꝫ incidaſ vena Porro dixim⁹ curationē q̄ ſꝫ morboꝝ diuersitatē diuersā ē. Calidis etiā apostematib⁹ in manib⁹ vel pedib⁹ existētib⁹: sola sufficit eis refrigeratio cū pānis in aqua ꝛ aceto infusis ꝛ sup ea applicatis. In epate vō refrigerādo hoc nō sufficit: neq3 opꝫ sup ipm frigida cataplasmata apponi: sed decet co qui coctana in vino: aut in qbusdā oleis stipticis sicut in mir tino coctanino: masticino: aut absinthiū in onfaceleō coctū: ꝛ cū coctanis in vino coctis mixtū cataplasmetur: sed tepidū apponaſ: ſꝫ hec cataplasmata nō sunt ori vtilia neq3 oculis: acetū aūt ꝛ oleū ro. guttatim in aurib⁹ incipiēte apostemate distillam⁹: ſꝫ in oculis eo oriri incipiēte id distillare nō aude mus: neq3 succū mororū qui vtilis est calidis apostematib⁹ gule: oculis distillare opꝫ: q: nocumentū est. In glandibus vō molliq3 in carne inchoāte apostemate bonū est. Curā in-cipiamus cū infusione calidi olei ꝛ abstinētia cibi hoc subtili ter dandū. In epate vō vel in stomacho nō sufficit pauca de bilisq3 medicina sicut in istis locis. Sed opꝫ studiose pquiri ꝛ inuestigari ꝙ hoꝝ mēbroꝝ actio vl'r tot⁹ corpis sit iuua-tiua: sed manib⁹ ꝛ pedibus sanguis veniēs non est amplius ꝙ p nutrimēto sui sufficiat: neq3 qd ex eo ad alia mēbra diri gunt. Itē ipse ad eū veniēs pparat⁹ est ad eoꝝ nutrimentū etsi diuersis cibarijs fuerit. Verbi grā. Quidā eñ cū iure vi scoso frumēti: aut cū ptisano nutriſ: sanguis tñ ad manus ꝛ pedes nutriēdos veniēs nullā in nutrimēto differentiā ha-bet. In epate vō magnā habet diuersitatē. Vnus hoꝝ esse co latiuus: ꝛ mūdificatiu⁹: alter oppilatiu⁹ ꝛ ꝯstipatiu⁹. Quoꝝ vnū pculdubio scimus nocitiuū esse calidis apostematib⁹ epatis: ꝛ alterū iuuatiuū. Nam epate calida apostemata ha bente: necessariū est dari mūdificatiua: quib⁹ quicqd calidū in eo coadunatū est mundificeſ: ꝛ desudatio ex apostemate colata eijciatur: vñ tunc necesse est dari colatiua ꝛ aperitiua vias infra epar ꝛ ieiunā intestinū existētes aperiētia: actio vō iuris ꝛ viscosi frumēti huic rōni apposita est. Oppilat eñ ꝛ conglutinat vias q̄s dixim⁹ ptisanū: aut mūdificat ꝛ aper-rit. Itē epati necesse est tūc medicina aperitiua ꝛ mūdificati ua. Itē dico oē mundificatiuū nō habere viscositatē ꝛ sub stātie subtilis esse ꝛ poti⁹ calorē ꝛ morsionē hrē. Qd ergo ta liter est in hoc tēpore nō est opus eo: q: apostema augmen tat ꝛ mordet: et in eo cū sui morsura dolorē augmētat. Mel licratū etiā etsi colatiuū ꝛ mundificatiuū fit sine morsione: cū sui tñ dulcedine apostema augmētat. Oē eñ dulce fit cā apostematis in epate ꝛ splene. Nullū ergo cibū vtilē eis esse inuenim⁹ nisi ptisanū: q: mūdificat ꝛ refrigerat sine morsio ne. De medicinis vō oxizacca. mixtū eligendū est: q: sirupi stiptici sicut malorū grā. etsi in hoc loco. i. epate ꝛ stomacho ꝯueniunt: q: refrigerāt ꝛ ꝯfortāt: nocēt tñ q: ꝯstrigūt eoꝝ vias: quib⁹ cholera ad intestina expellūt. Cūq3 hec cholera ꝛ desudatio illa purgari phibenſ: necessario augmētaſ apo stema maxime si in ꝯcauitate fuerit epatis: q: ꝯstrictio ꝛ op pilatio ex stipticis cibis gn̄ata: cū stipticitate et constrictiōe epatis cōmisceſ: vñ nocumētū geminaſ. Itē morditiua in h̄ loco. i. ꝯcauitati epatis nociblora sunt: q: ad eū nō vt opꝫ conuersa veniūt: vnde si stipticiora fuerint nō adeo vt prius fuerāt ꝯstipatiua erunt. Sil'r morditiua ꝛ viscosa in hoc lo-co nō sunt tāte virtutis quāte prius fuerint ppter sui cōuer sionē digestiua in stomacho hoc faciēte: suiq3 commixtione cum sanguine in ꝯcauitate epatis existente. Itē in hoc loco digeriſ. Si aūt apostema in cōcauitate epatis fuerit: neces-sario meseraica tumeſt: q: hec ex vena q̄ porta epatis vocaſ pcedūt: ꝛ cibaria q̄ ad ipꝫ veniūt: parū velut i stomacho fue rint mutata sunt. ppter hec ꝛ alia multa diuersitas curatio-nis ppter membroꝝ diuersitatē nō est parua: sed multa: vñ vniuersales significatiōes nō sufficiūt optimo medico sicut methodoicis. Nā quanto pticularia poterit inuestigare me dicus opꝫ ppter diuersitatē superius dictā. Sed tñ curā cu iusdam medici q̄ Tallius vocabaſ: q̄ de secta methodoicorū existēs tibi ostendā. Curās quendā rhetorē de apostemate epatis: vnaquaq3 die cataplasmabat eum cū pane ꝛ melle: q̄ stult⁹ ignorabat ꝙ oportebat medicaminis aliquantulū sti-ptici cū eis misceri: vt cōfortaret ꝛ custodiret hoc membrū qd fundamentū est oīm membroꝝ ad nutriendā virtutē ꝛ ab eo oēs vene procedūt. Sed insipiēs ille cepit curā que molli carni si apostema haberet congrueret: sicut carni q̄ est in in-guine ꝛ sub alis ꝛ similibus. Cūq3 vnaquaq3 die hoc fecisset ꝛ cū pure mollitiuis eū cataplasmasset: mēbrūq3 calido oleo infudisset ꝛ cū viscositate iure frumenti eū cibasset: dixit ad eum. Assuefactio experimēti diuturna medicina: ꝛ recordaſ vt cataplasmet epar cū mollitiuis ꝛ dissolutiuis: cū stipticis ꝛ aromaticis mixtis: de quib⁹ libros medicoꝝ plenos inue-nies: bonū quidē est vt misceas absinthiū in oleo quo hic pa tiens vngaſ. Similiter ꝛ in cataplasmate celticā: ciperum: yreos ꝛ similia: et aliqñ tēperes cataplasma cū vino: in quo coctana coquanſ: ꝛ vnge cū stipticis oleis: sicut mirtino: ma lino: masticino. Qui hoc audiēs priusq3 verba finirē in ea di xit. Nisi te amarē ꝛ honorarē nequaq3 te loquentē vsq3 nūc expectarē: ꝛ precipis mihi vt faciā ea quibus antiqui medici suffocabant ꝛ perturbanſ quosq3 certa medicina inuēta est ꝛ singulatim hec velut nesciēti mihi narras. Expecta per. iij. vel. iiij. dies curationē diogenis sicut scio cūq3 tibi ostēdam sanam. Tūc dixi ei. Si subito infirmus iste viscoso frigide q3 sudore apparēte morieſ: quid tibi erit: aut postea de hac in tentione diuertes. Tunc in risum ꝯuersus abijt: neq3 passus meā castigationē audire vt ab duricia eum remouerē: ꝛ post paulū darē infirmo diuretica: q: apostema in gibbo erat. Si cut eñ concauū epatis cum temperatis catarticis purgari opꝫ: sic gibbo epatis que tēperate vrinā prouocēt cōueniūt: sicut apij semen: aliquāto autē tēporis trāseūte ꝛ apostema te maturo sunt dāda fortiora diuretica sicut assarum: spica: petrosilinū: myrrha. Similiter in purgādo cōcauo epatis cū cibis misceri que tēperate laxatiua sunt: aut cuꝫ clysterib⁹: sed cauendū est in initio ne fortiora mittamus in clystere sal sꝫ ꝛ nitrū mixtū cum melle. In cibis vō cardo hortēsis: cro ci ꝛ vrtice semen: deinde ascēdere debem⁹ ad fortiora. s. poli podium ꝛ elleborū nigrū cum ptisano cocta. Clystere vero fortius debem⁹ facere declināte apostemate: maxime si du ricia ibi permaneat addendū dancum: calamentuꝫ: coloqn-tidas: cētaureā minorē. Quippe hec mēbra sunt preparata ad duriciē faciendā vel festinandā. i. epar et splen. Quorum curatione neglecta cum attenuatiuis datisq3 viscosis cibis: sicut illi medici fecerunt: necessario duricies augmētaſ: que aliqñ incurabilis efficitur. Hec verba Ga. dubia esse viden-tur: q: in multis locis phibet in initio apostematis catartica dari: ꝛ in hoc loco iubet in initio ea offerri.

Dico tamē nec dubia nec cōtraria esse: sed indefinita: q: eius intētio est vt in initio non demus fortē medicinā ne ea data cum sui fortitudine materiā ad locum apostema-tis attrahat. Que vero sic mouet vt nequaq3 attrahat: vti-lis est. Lauat eñ ꝛ mūdificat: qd ex cholera coadunaſ: ꝛ qd de apostemate colaſ: h̄ testaſ vbis q̄ dixit diuretica. s. ꝛ vrine prouocatiua. Qd aūt de semie croci hortēsis: vrtice: epithimi ꝛ silib⁹ cū cibis cōmiscēdis: inutile videſ mihi duob⁹ modis.

Uno q: cibū corrumpūt ⁊ perturbant ⁊ mouēt eos eȝ. edi
postq̄ cibis corpus nutriat: vñ necesse est corpore sine cibo
existēte: virtꝰ deficiat. Alio q: sunt calida apostemata: calida
nō opȝ dari: bonū igit̄ est demus pruna: serū: violā: oxizacc.
cū modico diagridij: ⁊ hoc faciendū parū ante cibū. Cūq̄ ar
bitramur hec loca apostematis esse remota ⁊ mouent̄ cū eis
illa cholera ⁊ desudatio ab apostemate colata: tūc nutriat̄
eger. hoc mihi videt̄ vtiliꝰ: sed oīa tñ q̄ diximꝰ ⁊ dicturi sumꝰ
huic rōni ptinētia: ab eo ⁊ a virtuosis eius vbis in multis lo
cis alijs nūcupatis suscepimꝰ. Tūc Ga. ostendā inqt tibi qd
accidit illi rhetori de stulto Tallio. Cū ipē ꝯfisus q̄ ab alijs
rebus citius sanaret̄: festināter cepit multotiens calefacere
epar eius cū calido oleo ⁊ cataplasmate sicut diximꝰ. ⁊ inter
rogatus dicebat egrū ad meliꝰ ire: tandē morte quā nuncia
ueram tallio mortuꝰ est rhetor. Tallius vō amicis eius cōuo
catis venit ad explorādū eū ⁊ ostendendū q̄ melioratꝰ erat.
Tunc domū eius ingrediēs mortuū eū repperit. Igit̄ stul
ticiam eius dimittamus: redeamus aūt ad id qd nobis atti
net. Dico qdē duriciē faciliꝰ recipi ab epate q̄ a ceteris mē
bris: q: suba eiꝰ obtusa est. Splenis vō rara: facile tñ duri
ciem suscipit. Suū em̄ nutrimetū nō est aliud nisi fex sangui
nis: q: vicine ꝯuerti pōt in melancholiā. In renibꝰ vō duo
cōmiscent̄: viscositas ⁊ obtusio substātie: ⁊ malignitas nutri
menti. i. colamentū sanguinis: ꝑinde si duriciē passi fuerit:
incurabile erit. Quare opȝ studiū impendi: ne hec mēbra in
duriciē incidāt: neq̄ post calida apostemata ad eādē veniāt:
q: plurime post calida apostemata duricies his mēbris acci
dit: maxime si viscosa cibaria sumant̄: silr lapis in vesica his
cibis assuetus orit̄. Sed curā huiꝰ passionis vlr dico esse cū
medicinis que incisiue dicunt̄: que de gn̄e mūdificatiue exi
stūt: est tñ fortior quā in suis locꝭ scriptā inuenies. Preterea
vniuersalit̄ dico qliter epar cataplasmari debeat. Cataplas
ma aūt opȝ nō indigere stipticis ⁊ ꝯfortatiuis: sed tñ in initio
plura ⁊ etiā pura ponant̄. Tūc em̄ epar ꝯfortari decet ⁊ hūo
res ꝓhiberi: nā materia nōdū in vno loco adunata ē si adhuc
fluit: vñ dissolutiua nondū sunt necessaria: ⁊ apostema nōdū
est magnificatū: neq̄ materia ingrossata. Cuius rei occasio
ne timeamꝰ duriciē cōuerti: postq̄ apostema qd quidē factū
est nō opȝ poni de stipticis: nisi quantū virtuti custodiende
mēbri sufficiat: ⁊ ponant̄ dissolutiua incēsiua ⁊ attenuatiua
quibꝰ materia subtiliet̄: ⁊ dissoluēda dissoluant̄. Tūc em̄ ma
teria in mēbris existēs ingrossata ⁊ inuiscata est. Itē stiptica
in hoc loco adiuuāt ⁊ cōfortant mēbrū vt exprimat et expellat
a se materiā. Sic ḡ misceri decet: plꝰ minusve dissolutiuis:
vel incēsiuis: vel attenuatiuis: vel ꝯfortatiuis sm̄ q̄ vtilius
videt̄: sed de ꝯfortatiuis nō debēt indigere vt virtꝰ eoꝝ cu
stodiat̄: q: actio eius vlr toti corpori ptinet. Splen vō nō so
lum mollificari ⁊ ꝯfortari debet: si calida apostemata vel du
riciem habeat: q: actio eiꝰ toti corpori iuuatiua est. i. melan
cholicam materiā attrahere sanguinē. Si aūt cū solis molli
tiuis curet̄: ⁊ virtꝰ eiꝰ deficiat: ⁊ ꝑmanēs materia in sangui
ne ꝑ totū corpus fluit: fitq̄ cā multoꝝ pessimoꝝ morborū: s
tñ q: nutrimetū eiꝰ de tali grosso sanguine ē: necessaria sunt
ei q̄ fortiter incidāt ⁊ aperiāt sm̄ quantitatē grossiciei illius
materie ad sanguinē cōparatā: queadmodū si epari demus
absinthiū: ⁊ spleni capparis radices ⁊ centā scolopēdriā: ⁊ epa
ti squinantū. Silr intelligimus cibaria dari. Nam si cappa
res demus spleneticis fiet fortꝰ aceto: sic etiā si oxizacca da
bimus. Splen iterū diuersus in purgatōe ab epate: q: epar
cū egestione ⁊ cū vrinā ꝓuocantibꝰ purgamus. Splenē vō
nullo modo nisi cū egestione purgari poterimꝰ: non em̄ viā
habet ad renes. Porro opȝ apostemata viscerū inuestigari:
an sint in superioribꝰ vel inferioribꝰ. si sunt in superioribus
cū egestiōe ꝓuocent̄. si in inferioribꝰ cū clysteribꝰ: q: q̄ ꝑ os
intrant virtꝰ eoꝝ ꝓusq̄ sub vmbilico veniūt minuit̄. Clyste
ria vō vsq̄ ad ieiunū intestinū non veniūt. Si aūt eger pe
des seorsum suspēderit ⁊ fortiter iniecerit clystere forsitā ad
subtilia itestina ꝑueniet. Preterea de mēbroꝝ cōpositōe intel
ligimꝰ: sicut si meri sit infirmatū cui cataplasma necesse est
retro in dorsum poni: hoc em̄ mēbrū ibi positū est. Si autē
os infirmet̄ ante cataplasma ponendū est: vñ qui hāc signifi
cationē negligūt: velut methodici i particularibꝰ significa
tionibꝰ de errore incidūt in errorē. Itē est alia significatio q̄
ex mēbroꝝ cōpositiōe intelligit̄: mēbra quidē apostematica
nisi spissam ⁊ obtusiam habeāt cutim: necesse est quoddā co
lamētū ꝑ sudorē extra mittere. Palā em̄ hoc videmꝰ aposte
mate in ore vel naribꝰ gula ⁊ sinibꝰ existēte. Silr si interiora
mēbra apostema habuerint: quidā sudor velut colamētū ab
eis excludit̄. Quedā aliqñ palā habēt viā vel ꝯcauitatē qbꝰ
ab eis egredit̄: sicut stomachus ⁊ cōcauū epatis et splenis.
Nā colamentū hoꝝ mēbroꝝ fluit ad intestina. Gibbus epa
tis mādat colamētū suū ad renes: ⁊ a renibꝰ ad vesicā ⁊ pur
gat cū vrina. Pectus aūt nō habet viā qua suū colamentū
fluat: ꝓpter hō cū intrinsecus in eo apostema existēs habuerit
⁊ sudauerit: in pectoris spacio sudor ille coadiuuabit̄: ⁊ vsq̄
ad pulmonē veniēs sua subtilitate vsq̄ ad pulmonis iteriora
penetrat: ⁊ cū screatibꝰ excludit̄. Idēq̄ opȝ mūdificari cū po
tibꝰ icisiuis: qbꝰ coadunata in pectore ⁊ pulmone cū tussi ex
pellāt̄. Eligēdi tñ fortiores cū grossa ⁊ viscosa materia expel
lenda est: sicut facimꝰ apostēate in pectoris ꝯcauitate crea
to ⁊ multa sanie ibidē collecta. Ut si apostema calidū ibidē
creatū fuerit: neq̄ calor eius ex toto refrigeratꝰ: dabis huic
molliores potꝰ sicut ptisanā ⁊ mellicratū. Ablato quidē apo
stematis calore si necesse est erit virtuose mūdificari. Dāda
sunt fortia adiutoria sicut vrtice semē cū melle: deīde sic tibi
videt̄: ad multo fortiora ascēde sicut ad ysopū: calamētum:
yreos. Porro dico yreos puluerē cū melle datū optimā inci
siuam esse medicinā: silr diaprassiū: squilliticū oximel ⁊ sper
maticū. Hec oīa mūdificāt pectꝰ ⁊ pulmonē: ⁊ grossam si in
eo fuerit vētositatē incidūt: q̄ ex his plurima ī suis libris scri
pta īuenies. Preterea ex alia sigatiōe ostēdit nobis quā ca
lidis apostematibꝰ in exterioribꝰ corpis existētibꝰ medicinā
absq̄ vllo medio ponere possumus: ꝑinde opȝ qualitatē ⁊
quantitatē illius medicine sufficiēter coaptari. Si aūt in in
ferioribꝰ mēbris corporis sunt ad q̄ medicina cito venire nō
possit: nisi priusq̄ ꝑ multa loca trāsierit: necesse est suā quāti
tatem augmētemꝰ: ⁊ acutiora ⁊ subtiliora cū eis misceamꝰ:
vt horū cōmixtione fiat penetrabilis. At q: virtus eius ꝓusq̄
ad locū apostematis veniat deficit: opȝ eiꝰ quātitatē augmē
tari sm̄ q̄ sui detrimentū in transeundo fore cognoscimus.
Itē si necesse est aliqd de iterioribꝰ ad exteriora attrahi: pri
mum decet perpēdi qlitates corpis. Verbi grā. bñ scimꝰ q̄
vētosa fortius ceteris attractiuis q̄ interiꝰ sunt extra ducit:
durū etiā apostēa aufert: sed tñ in initio apostematꝭ nō opȝ
poni: neq̄ sup locū apostematis: maxie si corpus plenū sit: s
precedēte purgatiōe: tunc em̄ ea in initio corpe nondū pur
gato apposita in eius loco multa magis q̄ habet attrahit̄.
Opȝ ergo tūc tēporis habita ab eo attrahi. Si in oppositis
partibꝰ vētosa ponat̄: et in locis cū infirmo mēbro colligan
tiam habētibꝰ: sic si in sanguinis fluxu de vulua in mām̄illa
ventosa applicet̄: ⁊ de naribꝰ eo fluente sub hypocūdria po
natur: postea vō sup idē mēbrū: plenitudo em̄ ⁊ fluxus tunc
ablata sūt: opȝ ḡ qd in illo mēbro remāsit excludi. Itē aliqñ
cū ea quod extrahēdū est extrahimꝰ: sicut in pectine ⁊ super
pectinē ⁊ ī inguine apposita sanguinē ꝑ mēstrua extrahimꝰ
de corpore. Silr in occipitio eā applicamus cum materiā ad
oculos fluentē extrahere velimus: q̄ maxima curatio est: po
nenda tñ est p̄cedēte totiꝰ corpis purgatiōe. Si em̄ ponatur
nō p̄cedēte purgatiōe necessario totū corpus implet̄. Pre
terea est alia significatio nobis insinuās passionē quandam
in diuersis mēbris existentē nō debere vno curari adiutorio
Verbi grā. Calcantum stipticissimū est: silr ⁊ vitreolū et es
vstum: ⁊ erugo eris: ⁊ tñ mēbra interiora sicut stomachū et
intestina cōstipare volentes: nequaq̄ hec potui damus: nec
etiam hos cū eis curabimus: nisi cū nimia cautela: ne forte
hec cum saliua secus fluēte inglutiant̄. Aloe q̄ etsi ꝯfortati
uum ⁊ cōstipatiuū est: nō valemꝰ apostema stomachi in ini
tio curare cū eo ꝓpter vim laxatiuā q̄ in eo est: declināte aūt
apostemate nō est nociuū. Horū ergo ventrē infirmoꝝ cū
succo lupuli: se. croci hortēsis: ⁊ se. vrtice mouere debemus.
Hec significatio rectā curatiōis viā tibi ostēdit: sed tñ lōgo
tp̄e opȝ ea assuefieri si bñ sapiēs fueris: ⁊ diuturnā vitam in
hac sciētia adipiscēda pfeceris: his em̄ dimissis solisq̄ vniuer
salibus significatiōibꝰ ꝓpensis: nō dico in sex mēsibꝰ: sed in

vj. diebꝰ artē medicine cōprehēdi. Itē de mēbroꝝ actiōe sua
intelligiẗ passio. Nō solū logice: sꝫ ⁊ cetere secte medicoꝝ: ⁊
q̄ credūt v̄tutē regitiuā eē in cerebro ⁊ febricitātē vellꝰ suoꝝ
indumētoꝝ: aut festucā muroꝝ carpere vidētes cito festināt
oleū ro. ⁊ acetū capiti eoꝝ apponere. ⁊ ex h̃ daẗ intelligi ordi
natiuā v̄tutē in cerebro eē. ⁊ repugnāt eis qui credūt eam in
corde esse fundatā. Oleū roseū ⁊ acetū est iuuamētuꝫ: vel iu
uatiuū huiꝰ passionis. i. frenesis in initio. si in cerebro de cali
do apostemate: vel suis pelliculis fuerit. ideoq̄ h̃ operantur
alij etiā vt iuuatiua sint: capillos capitis radunt q̄bꝰ ī initio
p̄ualētibꝰ miscēt poliū sansucū. q̄ si passio ꝓlōgeẗ castoreuꝫ
addūt: hec tū apostemate declināte caloreq̄ cessante faciūt
deinde vētosas apponūt. Siłr curamꝰ lethargiā q̄ huic pas
sioni opposita ē. Cā em̄ huiꝰ est frigiditas ⁊ hūiditas cerebro
dn̄ans: sꝫ cā frenesis est calor ⁊ siccitas inherēs; ꝓinde lethar
gia in initio minui opꝫ cephalicā ⁊ f̄ꝫ v̄tutē ⁊ etatē ⁊ t̄pa extra
hi ⁊ f̄m multitudinē sang. ⁊ phlegmatis. Nā in multo sang.
multā decet quātitatē minui. In phlegmate v̄o aut parum
aut nihil extrahēdū est. Sꝫ vtraq̄ passionē opꝫ curari ī initio
cū oleo ro. ⁊ aceto: q: materiā a cerebro excludi necesse ē: siue
sit fri. siue ca. cetere curatiōes iter se sūt opposite. Nā cū vigi
lie acadūt refrigereẗ ⁊ hūectat ⁊ ꝓuoceẗ somnꝰ. q̄ aūt frene-
sis nō cū vigilijs sꝫ cū stupefaciētibꝰ motibꝰ calefactōe motiōe
excitatōe indiget; ꝓinde posito oleo ro. apozima p̄parauerī
⁊ frōtē ⁊ nariū extremitatē cū somniferis vngimꝰ: his em̄ ne-
cesse est refrigerari cerebrū ⁊ somnū ꝓuocari. in alijs v̄o de-
cet vt excitemꝰ cerebrū cū desiccatiuis ⁊ incisiuis grosse ma-
teriei ⁊ calefactiuis maxīe si fuerit sine fe. nimiaq̄ stipticitate
his em̄ significaẗ grossa materia absq̄ putrefactiōe. Si autē
cū febre: ondit illā materiā eē putrefactā ⁊ dr̄ vera lethargia
⁊ videẗ ifirmꝰ q̄si dormiēs ꝓpt̄ h̃ applicēt ei apozima ameos
thimi calamēti cū aceto vł coctano ꝝ: fumꝰ em̄ hoꝝ īcidit illā
grossam materiā. palatū inungimꝰ cū acuta ⁊ ca. medicina et
gradatī ascēdimꝰ ad acutissimū cactio   sinapis ⁊ casto-
rei. ⁊ vētosa ponaẗ. he vtreq̄ passiōes ī initio ⁊ declinatione
ꝯueniūt in statu vero nō. hanc em̄ dietā decet refrigerari: ace
tū em̄ necessariū est ꝓpt̄ craneū capitis ꝓhibens oleū ro. ad
cerebrū penetrare. proinde vt penetrabile fiat aceto misceẗ:
q̄ si thimꝰ capitis nō eēt cataplasma ad cerebrū nō posset pe
netrare. Ideoq̄ studēdū ē in hoc loco cranei: q: ossa eiꝰ subti
liora sunt: ibi etiā fichen q̄d corone assimilaẗ existit: ex q̄ loco
plima v̄tus ⁊ sub̃a medicine ad cerebrū deriuaẗ si subtilissi-
ma est: sꝫ iste locus in oībꝰ diuersus est: q̄busdā em̄ subtilis ⁊
rarus ē: q̄busdā solidus est ⁊ crassus: q̄ aūt raso capite ossa ali
cuiꝰ si cū māducauerit moueẗ: scias illa ossa subtiliora ⁊ rara
eē. siłr si ca. vł fri. cataplasmata cito senserit. his ḡ ⁊ mitiores
calefactiōes ⁊ cataplasmata ꝯueniūt. q̄ vero difficiliter ca. vel
fri. sentiūt: neq̄ ossa illa ip̄is māducātibꝰ fortibus medicinis
egēt ⁊ caput radant. cūq̄ fomētū faciūt manibꝰ cum aq̄ alte
eleuatis fortiter capiti eā fluere desināt: hoc em̄ iuuatiuum
est sicut fit oculis nocitiuū q: ocłi ex exeūtes neq̄ discoopti
nisi q̄dā subtilissimo panniculo: vñ illi nihil iuuaẗ ex fortissi
mo aq̄ casu pre nimio sensus acumine ip̄is foras eminentibꝰ
hoc nō suffertur. q̄re opꝫ in ocłis ponēda palpebris suauiter
eleuatis guttatim ⁊ leniter fundaẗ priꝰ tū necesse ē liq̄fieri
⁊ subtiliari cōmixtis cū eis quibusdā liq̄ribꝰ morsurā nō fa-
ciētibꝰ: sicut albumē oui. Nā albumē oui ꝯuenientissimū est
q: morsurā nō facit: ⁊ est viscosuꝫ. vñ doł. q̄ ante est ꝓpt̄ acutā
materiā mitigat: q: h̃ liquor aspitate lenit ⁊ cū sui viscositate
acumē doł. mitigat q: ex sui viscositate ī eo moraẗ: ꝓpt̄ hoc ē
laudabiliꝰ ceteris liquoribꝰ cito lauātibꝰ ⁊ fluētibꝰ: testaẗ h̃ q:
pūgitiuā ⁊ mordituā ꝯhibit egestionē. Nā res viscosa si motio
nē nō hꝫ ⁊ tēperati caloris ē: vtilissima est ⁊ mitigādo dolorē
nōne vides q̄ occasio mitigaẗ clystere ex seuo coaptato: mo-
rari ḡ liquorē in loco īfirmo bonū est: q̄d nō pōt fieri nisi as-
suefactōe: aut nisi viscosuꝫ ē: assuefactiōe v̄o siue clystere siue
collyriū nocituū ē. viscositas ḡ in h̃ loco vtilissima ē. Itē sine
dubio ītelligimꝰ q̄ medicina cū albumine oui oculis ponen-
da ē. Si grossa fuerit necessario opꝫ subtilissime teraẗ. colli-
gant q̄ absq̄ morsiōe sunt. Scire aūt opꝫ doł. in oculus velut
in ceteris mēbris fieri aut ex nimio frigore vel calore vel sicci
citate vel apostemate aut ex morsiua materia aut nimio fu-
mo pelliculas oculorū extendente aut plenitudine humoruꝫ
pelliculas extēdētiū: q̄n eā ꝑpendas: deide ei repugnadis vt
materia de qua dolor est moueaẗ cū egestione vel phleboto
mia: deinde dolor mitigeẗ: sꝫ in oculis albuginē ouorū disti-
lemus ⁊ vt dolor mitigeẗ ⁊ q̄d materiei remāserit laueẗ: atq̄
putredo apostematis mundificetur. Qz si apostema sit vel
ophthalmia corpꝰ plenū: balneū tūc vtilissimū est: statim em̄
dolorē mitigat ⁊ fluxui ad oculos veniēti resistit cū purgatio
ne materiei ꝑ exteriora corpis: ⁊ tēpera ea cū balneo. q̄ si ex
tensio sit de hūoribꝰ ⁊ nō de vētositate fumosa fit ⁊ phlebo-
tomia fuerit vtilior: proinde nō opꝫ balneari nec minui nec
cataplasmari nisi illa p̄cesserint. siłr īferiora mēbra antea opꝫ
fricari: sꝫ si in q̄busdā t̄pibꝰ plꝰ opꝫ materiā maturari ⁊ manꝰ
⁊ pedes strigaẗ: deinde reuersi ad ocłos fomētemꝰ eos cū
aqua tepida: neq̄ fit vtilis in oculoꝝ doł. q̄d fit ꝓpter extēsi-
uam vētositatē: grossosq̄ ⁊ frigidos hu. repugnatiuū ⁊ miti-
gatiuū adiutoriū: sicut faciāmꝰ in calidis apostematibꝰ cū aq̄
ca. post inanitionē totius corpis cū egestiōe ⁊ abstinētia: de
inde gutteẗ in oculis apozima fenugreci bn̄ lotū colatū. hoc
em̄ ceterī medicaminibꝰ vtiliꝰ ē atq̄ necessariū vt nō medice
mur cū dissolutiuis: nisi mūdificato toto corpe ne magis im
pleamꝰ mēbrū illud q̄ dissoluamꝰ maxīe si plenū ē: ⁊ aliq̄n in
uenimꝰ mēbra plima in q̄litate ⁊ quātitate tēperata nullam
plenitudinē vel corruptionē hn̄ita ⁊ vnū aut duo ꝯtra vñ ex
ip̄is ad alia mēbra cā apostēatica dirigiẗ. vbi grā: nōnunq̄ ē
ī capite plenitudo ⁊ mādaẗ ocłis vel alijs ptibꝰ plenitudine
carētibꝰ: q̄d cū fuerit opꝫ caput medicemur ⁊ cā plenitudinis
auferaẗ: ⁊ magis ceterī mēbris purgeẗ ⁊ omissa oculoꝝ cura
tiōe mēbrū q̄ materia fluit curemꝰ. Qz si in capite non fuerit
plenitudo ⁊ in oculis hūidis sepissime fluāt: scias ꝯplexionē
corpis malā esse ⁊ nō abūdantia hūorū in eo existit: sꝫ plꝰ me
hec ꝯplexio aut est fri. vel hu. vel vtrūq̄: raro etiā ca. q̄ si non
fuerit nō opꝫ caput calefieri cataplasmate sinapis vel silium
sicut faciāmꝰ in fri. ⁊ hu. materia: sꝫ si opposita fiant tēperemꝰ
illā ꝯplexionē cū oleo ro. aqua tepida. ⁊ aliq̄n cerebrū mādat
oculis: vnde nō opꝫ eiꝰ ꝯplexionē tēperari. Interdum ḡ cā
sunt arterie ⁊ vene ꝓpter infirmitatē quādā defecte: vñ susci
piūt q̄d ad eas de ceteris venis fluit ⁊ ab ip̄is ad oculos ideꝫ
mādāt: q̄d cū fuerit incidi ⁊ extrahi ea opꝫ: q̄d faciēdū est cuꝫ
fuerit in venis ⁊ arterijs q̄ sunt exteriꝰ. Si aūt fuerit interiꝰ
in craneo materia fluit ad ocłos ab eiꝰ fundamēto vñ conca
uus neruꝰ ꝓcedit: q̄ materia dura est ⁊ incurabilis. Si v̄o de
exterioribꝰ fuerit cito cū incisione curabiẗ: ⁊ aliq̄n sanaẗ cū
epithimate ⁊ cataplasmate stipticis si super oculos ponaẗ:
aut in locis q̄bꝰ nos scimus materiā fluere. Ga. v̄o non fecit
differētiā an illa materia de cerebroꝝ arterijs ⁊ venis flueret
aut si est de exterioribꝰ vel īterioribꝰ arterijs. Sꝫ ego dicā: q:
si fit de cerebro necessario catarrꝰ sequiẗ vigilie dolor capitis
calor in toto capite ⁊ silia caliditatē cerebri significātia: aut vi
gilie stupor ⁊ grauitas in capite turbatio visus ⁊ hūiditas in
naribꝰ palato ⁊ alia frigidū cerebrū ondētia. si aūt hec nō fue
rint ītelligimꝰ ꝓpt̄ venas ⁊ arterias fieri: q̄d si fuerit de exte
rioribꝰ apparet in fronte ⁊ tēpibꝰ et extēsio cū catarrꝰ ē: si aūt
hec nō apparuerint sꝫ senserint pruritus in īterioribꝰ oculo-
rū ⁊ palato: sciēdū est de interioribꝰ eē: q̄ oīa ab eiꝰ sciētia ha
